UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum


Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatæ, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

urn:nbn:de:hbz:466:1-53012

Visual Library



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Th. 3150.

H VII
12

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

HOMILIÆ


QVADRAGESIMALES

REVERENDISSIMI D.NI P. F.

HIERONYMI BAPTISTÆ

DE LANVZA

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



HOMILIÆ

QVADRAGESIMALES

REVERENDISSIMI D.NI P. F.

HIERONYMI BAPTISTÆ

DE LANVZA

Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini,
Ord. FF. Prædicatorum.

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq́, iuxta posteriorem omnium, nouamq́, editionem translata, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ. In quatuor diuisa Tomos, qua Hispanica editio in quinque dispertiit, in quibus tamen nihil aliud desideratur, vt aliqui perperam euulgant, cum triplici Indice S. Scripturæ, Materiarum, Dominicarum, & Festorum totius anni ac Quadragesimæ, cui adiectus est quartus Adagiorum Hispanicorum, seu loquendi formularum. Hu superaddita sunt, quæ in Auctore desiderabantur, copiosa marginalia pro maiori Lectoris commoditate.

Opera & labore admodum Venerabilis Patris

F. ONESIMI DE KIEN IPRENSIS ORDINIS FF. MINORVM CAPVCINORVM
Concionatoris Prouinciæ Flandro-Belgicæ.

EDITIO SECVNDA.
CORRECTA ET EMENDATA.

Collegij JESV Sochi Lauezb.



ANTVERPIÆ,
Apud GVILIELMVM LESTEENIVM via vulgo, Hoochstraet dicta, sub Pellicano aureo. Anno 1649. Cum Gratia & Priuilegio.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

PERILLVSTRI AC REVERENDISSIMO
DOMINO

P. MARIO AMBROSIO CAPELLO

EX ORDINE P.P. PRÆDICATORVM

IPRENSIVM EPISCOPO DESIGNATO.

EFFECIT Præsens hoc Opus, REVER^ME DOMINE, vt esset, vnde & publico Orbis Christiani voto, & meo priuati, quo maximè exardebam, satisfacerem desiderio. Dolebat ille, & quasi cum ingrato sæculo ac bona sua non intelligente expostulabat, tam præclaros & famâ quaquauersum decantatos doctissimi Antistitis labores, intra vnius linguę cancellos contineri: neque repertum hactenus, qui fontem hunc saluberrimum ac copiosissimum, cuius vtilitas ad omnes pertineret, effosso latissimè alueo extra vnius hortuli angustia eductum, in reliquas Orbis plagas, terras omnes irrigaturum, emitteret. Ego verò, post luculentissimum de Virtute ac meritis Tuis Catholici Regis iudicium, cùm & priuatim quisque, ac publicè Patria ipsa gaudium Tibi suum quibus poterat signis probare gestiebat, incredibili afficiebar lætitiâ, commodè euenisse vt in manibus esset donarium aliquod, nec à Dignitate Tua alienum, & Auctoris nomine vel maximè placiturum: quo & veterem erga maximas plurimasque Virtutes tuas animi mei cultum, & nouum ex recenter collata, diu tamen ante promerita, dignitate, gaudium testari possem.

Ac primùm quidem in mentem veniebat Aristidis Sophistæ monitum, censentis *Templa Diis consecranda: Viros vero eximios LIBRORVM DEDICATIONE honorandos esse.* Nimirum, quod nec viris præclaris, ac bene de genere humano meritis, quidquam iudicaret Diuinæ naturæ

proximiùs; nec Libris (post Aras ac Templa vnis Dijs debita) quidquam ad nominis vel celebritatem glorioſius, vel perpetuitatem diuturnius. Deinde iudicabam nulli omnino aptius aut conuenientius præſtantiſsimum hoc ac raræ & ſingularis doctrinæ Opus inſcribi poſſe, quàm illi, qui ijſdem planè artibus ac gradibus, quibus eiuſdem Auctor, atque ex eodē præclariſsimi Ordinis velut ludo ac diſciplinâ, ad faſtigij Epiſcopalis culmen adſcendiſſet, nempe Ingenij, Doctrinæ, ac Sacræ Eloquentiæ laude; tum Prudentiæ, Humanitatis, Pietatis, Modeſtiæ, aliarumque Virtutum commendatione: Quæ cùm in HIERONYMO LANVZA, Barbaſtrenſi olim EPISCOPO, ſumma fuerint omnia; in Te certè non minori luce ac ſplendore omnium ſe oculis ingerunt. Siue enim ingenium cogitem; illud à Natura Tibi obuênit acutum, acre, magnum ac planè admirandum. Si Doctrinam; nihil eſt in vlla aut ſcientiâ tam reconditum, quod non inueſtigaueris ſolerter, feliciter detexeris, inque vſum primò tuum, deinde aliorum, conuerteris. Ac Philoſophicas quidem diſciplinas iam in primo ætatis flore conſtitutus alijs de loco ſuperiore ſummâ cum laude, nec minori fructu tradidiſti: Mox dignus repertus qui Theologiæ arcana eiſdem reſignares, ac Studio Generali Louanij Regentis titulo præfectus, Doctorali ibidem laureâ publicè donareris. Si Eloquentiam, ſiue in priuatis colloquijs, ſiue in Sacris ad populum concionibus ſeſe in omnem partem vberrimè ac ſuauiſsmè expandentem; non iam apes, quæ olim in cognominis Tibi Antiſtitis labris conſediſſe feruntur, ſed Suadam ipſam os iſtud aureum omnium elegantiarum rore imbuiſſe dicam. Iam ſi linguarum peritiam conſiderem, quænam eſt ex omni penè Europa hominum natio, cum quâ animi tui ſenſa ſine interpretis beneficio communicare non poſsis? Quæ laus vt magnos ſæpe viros deſtituit; ita ſanè fatendum eſt in communi vita ac luce verſantibus maximo ſæpe ad res præclariſsimas fuiſſe adiumento. Hic verò ne per Virtutes Tuas latè me diffundam, vna inter eas eminens ac reliquarum indiuiſa comes prohibet Modeſtia. Quanquam ſatis illas deprædicent publica ac ſplendidiſsima non ſolum popularium tuorum, ſed exterarum

etiam

etiam nationum, iudicia: Quæ Te in Belgio quidem primùm, Traiectenſi, Bruxellenſi, Antuerpienſi conuentui, Prioris titulo præfecerunt: moxque à Sacrâ, de propaganda fide, Congregatione, miſſioni Hollandicæ Præpoſitum gratantibus animis ac vocibus acceperunt: Romæ verò, vbi præcipuè velut in publico Orbis theatro Virtus ſe Tua omnibus ſpectandam exhibuit, in comitijs Generalibus, conſpirantibus tot diuerſarum licet nationum punctis, Prouincialem conſtituerunt Terræ ſanctæ, ac primum Reu^mi Patris Generalis Socium. Is ipſe autem cùm ingenium illud perſpexiſſet ad omnia præclara natum & multarum rerum ſcientiâ atque vſu etiam longo ſubactum, nihil aggreſſurum, quod non ad optatum exitum deduceret; vices Tibi ſuas concredidit, ac Prouinciarum Teutoniæ, Bohemiæ, Stiriæ, Carinthiæ ac Germaniæ inferioris Generalem Commiſſarium eſſe voluit. Sed parua hæc fortaſſe quiſpiam, licet ſanè maxima, æſtimabit, ac velut domo adducta teſtimonia. Quid, quòd à Principibus ſæpe viris, de grauiſſimis rebus deliberantibus, in conſilium adhibitus? quid, quod à maximo ac potentiſſimo Hiſpaniarum Rege PHILIPPO IV. famâ nominis tui permoto, ad ſummum Pontificem VRBANVM VIII. pro Ordinis tui negotijs Orator miſſus fuiſti? Ac nuper quidem ad Regis ipſius colloquium admiſſus, accedente ad Vitæ ac Doctrinæ præſumptum iam rumorem gratiſſimâ corporis formâ, atque Eloquentiâ iudicij ac maturitatis pleniſſimâ, adeo eius animum deuinxiſti, vt oblatum Te ſibi gauderet, quem IPRENSI Sedi, iam Paſtore ſuo orbatæ, Epiſcopum deſignaret. Quam Spartam tibi commiſſam, vtinam per bellicos hos tumultus detur, vt quantocijus adire poſſis, atque animum illum ad magna quæque accinctum, ac iam antè altioribus curis atque infulis præludentem, hoc veluti in campo latiſſimo ac ſe digno exſerere! Nimis certè diu (vel inuidiâ audiente dicam) Virtus illa communi Patriæ atque Eccleſiæ bono promouendo nata, intra Monaſtici clauſtri anguſtias ſe continuit.

——Veluti ſine remige puppis,
Vel Lyra quæ reticet, vel, qui non tenditur, arcus.

Vt

Vt mirum nulli videri debeat si Te flagrantissimis Desiderijs Ipra Tua expectet, atque ad Pastoris sui exoptatissimum anhelet aspectum: in quo sibi Fides auita fortissimum promittit defensorem, viduæ ac pupilli fidissimum consolatorem, pauperes benignissimum patrem, Magistratus dubijs in rebus perfugium, populus vitæ ac sanæ doctrinæ exemplum, clerus atque ipsa Episcopalis sedes singulare decus atque ornamentum. Hæc iustissima ac calidissima Tuorum vota dum cælestis ille ac supremus Pacis ac Belli arbiter, ob causas sibi vni cognitas, nobis, qualescumque sint illæ adorandas, implere differt; mearum interea partium esse arbitratus sum, hanc Dignitati Tuæ congratulandi occasionem non negligere. Quod simulatque intellexit præsentis Operis Translator; non exiguam sanè percepit voluptatem, vel Vrbis Iprensis causâ cui natales suos debet, vel priuato affectu quo tum in Virtutes Doctrinamque Tuam, tum in ipsum Sanctissimum ex quo assumptus es Ordinē, propendet. Qui, præter vetustissimam atque arctissimam inter SS.rum Dominici & Franciſci Religionem, iam inde à prima vtriusque institutione necessitudinem, hoc etiam dignum obseruatu existimauit; nusquam fere ipsum Operis huius Auctorem vnius mentionem cum laude inijcere, quin illico præclari aliquid ex alterius Annalibus sumptum adiungat. Tu verò, qua soles facilitate & humanitate, hanc obseruantiæ meæ promptitudinem boni consule: quæque Tua est & apud omnes auctoritas, & erga Litteratos ac Doctrinæ studia affectus singularis; nostrum, in publicandis ac luci asserendis præclarorum ingeniorum fœtibus, conatum, tueri ac fouere velis.

Perillustr. ac Reuered.mæ D. Tuæ
Addictiss. Cliens.

GVILIELMVS LESTEENIVS.

PRÆ-

PRÆFATIO
AD LECTOREM.

THESAVRVM vidi,& hunc omnium suffragio ditissimum: homilias intelligo Quadragesimales. Rmi. Domini D. Hieronymi Baptistæ de Lanuza Hispanico conscriptas idiomate. Hactenus doluerunt multi,& Catholica piaq; æmulatione inuidi tulerunt impatienter, thesaurum hunc iis tantum esse patulum & vtilem, quibus Hispanici idiomatis scientia illum aperuerat; proinde vt ad omnes huius thesauri diuitiæ fructusque vberiores dimanarent, ad animarum tantò maiorem vtilitatem: frustra (licet intensè) rogati sunt, multique tentauerunt, vt manum adhiberent operi,& in Latinum commune cunctis idioma transferrent: hactenus tamen nullus vel mediam operis totius partem absoluit. Credo tales vel opere molis deterritos calamum retraxisse, vel difficultatum quæ passim emergunt, multitudine obrutos, vel corporis infirmitate languentes aliis transferenda reliquisse tanti viri monumenta doctrinæ. Tandem, sic Deo me (fateor ingenue) monente interim, atque ad tanti negotij prouinciam arripiendam instigante, vires sumpsi & audaciam, cum tamen in Hispanica lingua me primum esse non crediderim: verumtamen animum auxit aliqualis saltem SS. Litterarum à primis S. Theologiæ studijs ad hæc vsque tempora non intermissa lectio, & ad viginti tres annos perpetuum prædicationis exercitium. Speraui, si non præsumpsi, me Auctoris mentem vllatenus posse perrimari, & sicubi ob grauitatem ac maiestatem idiomatis hæsitarem, alios in eo doctiores, quod & feci frequentissime, consulerem.

Summarium eiusdem Auctoris Parisijs impressum in manibus habui; sed vah talem Summistam, qui non tam Auctoris quam sua subrogat, qui non Auctorem apud Lectorem commendat, sed dente mordet canino: dum eum in prima sua Epistola nimis acriter vellicat,& vt censor Catonicus ab inutili carpit eiusdem conceptus repetitione, verius dixero, eiusdem historiæ, sed diuersa applicatione: ab Hispanica insuper (vt ipse ludit) verborum superfluitate: quasi vero hæc non magis Gallis propria, quam Hispanis omnium calculo esse censeretur, à non necessaria, imo tædiosa Lectori SS. Patrum sententiarum abundantia: satius ipse ducit ipsos Patres in origine sua fonteque quærendos & legendos. Quid plura? Siccine fideliter sibi summarium composuisse gratulatur: qui cuncta quæ Hispanos tangunt, & in eorum non paruam tam in sacris quam prophanis rebus, redundant gloriam, expungit? Addo, quod omnes Hispanici nominis ac gloriæ Zelosi non sustinent quod in secundi Tomi Epistola dedicatoria, sic omni reiecta debita Regibus reuerentia, quam illi semper meritoque inculcant seruandam, *Sic iudicet Hispaniam ob sua non vlterius toleranda crimina in calamitatum, cladium & vastationis abyssum incidisse: vt librum hunc quasi de busti cineribus ereptum & incolumem Diuina dispositione seruatum fuisse arbitretur: de busti* (*inquam*) *cineribus quo rea Hispania tota conflagrauit, ad tantam redacta pauperiem statumque omnium miserrimum*, vt dicere non veteatur, *Hispania Regnum siue Regem S. Coronæ, id est Gallia, esse tributarium.* Verba Summistæ.

Sententiæ S. Paginæ, quibus Auctor abundat, sic vndequaque vitiis scatebant (indubie ex Typographorum vel Correctorum negligentia) vt hic non minimus meus fuerit labor, quo inspecto prius Codice corrigendis illis incubui, sic vt plusquam tria millia emendauerim: in illis enim vel liber male citabatur, vel caput, vel versus, vel verba mutila, depicta, transposita, appositaque legebantur. Conferat Lector exemplar Hispanicum cum nostra translatione & vix paginam inuenet in qua non aliquam aduerter correctionem. Illud insuper nota me nonnullas ab Auctore citatas inuenisse sententias, quæ in SS. litteris eo modo non legebantur, quas adhibitis variis translationibus inuenire mihi fuit impossibile: potuit Auctor alias insuper vidisse translationes, quæ ad manus nostras non venerunt; quocirca notulam signatiuam illis sine adiecto numero in margine apposui.

Quoad SS. Patrum sententias aggressus sum illas in origine conspicere, vt quas minus intelligebam, emendarem, sed cum plurimum his temporis impenderem, & loca frequentius non inuenirem à labore desiti, & eas tantum laboraui emendare, quæ nimis erant obscuræ. Profero in exemplum

 locum

locum quendam D. Ambrosij, quem Auctor bis citat, prius male impressum, posterius vero meliùs sed vtrobique locus in D. Ambrosio male erat citatus, quem non exiguo labore tandem inueni & mutaui.

Opinor lectorem quandoque errorem in citandis Homilijs earumque numeris inuenturum, vt ego inueni & correxi, sed quis adeo vastos Indices conferat cum singulis homilijs & numeris? hoc cape consilium: si in vno indice citationis sit error, alium consulas circa eandem materiam, vel locum aliquem S. Scripturæ proposito conuenientem, & credo te locum reperturum.

Cum autem mihi nonnullum dum interim 2. Editio paratur tempus superesset, Indicem Concionum, vtpote maxime necessarium cum singulis Homilijs & muneris contuli, cunctosque errores, maximè verò in Hispanico indice repertos non sine permagno labore correxi & emendaui.

Ita stylui in omnibus sensui inhærere Auctoris, vt etiam ipsius phrases modosque loquendi verbotenus expresserim, à latina licet deflectens paumper elegantia: vnde quandoque barbarismum incurri: sed hanc detuli tanto viro reuerentiam, vt malim de barbarismo notari, quam de non fideli seu non verbali translatione reprehendi. Negligentia Typographorum, aut illorum quorum intererat curam gerere, sensum frequenter ita reddidit obscurum, vt adhibitis pluribus versatissimis Hispanis vix clarum potuerim exprimere; quocirca Lectorem præmoneo & deprecor, vt si quando talibus occurrerit periodis, ipse suo iudicio sensum ex antecedenti & consequenti formet, quem sibi iudicat euidentiorem.

Habet Hispanicum idioma, vt etiam alia, suas elegantias & adagia, quæ nemo facile quis ex originem exprimat, nisi qui regiones illas frequentarit, & id quidē non exiguo tempore: contigit enim mihi, vt diuersa diuersis adagia declaranda proponerem, qui licet peritissimi censerentur Hispani, inter se tamen dissiderent, dum vnus hoc modo, alter alio Prouerbium interpretatur, vel eius explanat originem: quocirca illa, & modos loquendi insigniores in vnum compilaui indicem, adiecta parua explicatione, quam tamen variorum prius subieci censuræ, & emendatiorem recepi: sic in omnibus meo non fidi iudicio.

Mirabuntur multi, spero non reprehendent, me Auctori superaddidisse Marginalia satis copiosa: sed in hoc consilio PP. Ordinis nostri acquieui, qui hæc indicabant Lectori fore valde commoda, & mustam illi præscindere lectionem, quo citius quod quærit, inueniat: quod postmodum ab omnibus (excepto nemine) lætatus sum approbatissimo ad copiosiora adhuc me prouocari.

Compensat autem quidquid erratum posset reprehendi vel nauseam parere tanti viri tanta doctrina, in omni scientiarum genere versatissimi: cuius quanta fuerit morum integritas, feruor spiritus, & animarum zelus singuli propemodum testantur paragraphi; in quibus semper aut vitia dissuadet, aut ad pietatis opera sedulo suos adhortatur, Iunioribus & perfectis proficit Concionatoribus: parum eruditis, & doctioribus conuenit, in vtroque dicendi genere disertissimus. Exemplis, similitudinibus & historijs pro vulgum hominum captu, inferioribus seruit & minus litteratis; quæstiones Theologicas & Scholasticas sic abundanter & frequenter earum peritia spectatissimis subministrat, vt vix vllam nouerim in tota Theologia quæstionem aliquo modo grauem, & hoc nostro sæculo agitari solitam, quam ipse non explicet, quantum (ipso sæpe testante) vulgari plebeculæ, communique auditorio declarari conueniebat. Quid referam de innumera S. Scripturæ citatione sententiarum? Quas sic ingeniosè adhibitis varijs lectionibus Patrumque testimonijs enucleat, adornat & corroborat, vt quis verè dixerit, nihil vltra ab alijs esse requirendum.

Quocirca nemo miretur, si tantorum votis expetita sit à tot annis huius operis facta translatio: quam Hispanicæ linguæ periti, qui suam inde omnem solique doctrinam hauriebant, & in pulpitis, stupente ad talia mundo, proferebant, maluissent manere non communem, sed sibi tantum thesaurum vt proprium possedissent.

AD-

ADMODVM VENERABILI

PATRI F. ONESIMO DE KIEN

REVERENDISSIMI DOMINI P. F.

BAPTISTÆ DE LANVZA

HOMILIAS, EX HISPANICO IDIOMATE, LATINO REDDENTI.

ODE

DOctis fatebor, regnat Iberia.
Libris LANVZÆ te sine ONESIME,
Virtutis admirata numen,
Germine luxuriatur almo
Tulisse dignum gaudet adorcâ,
Quem duplicatis vestijt insulis
Prælara virtus, perspicacis
Ingenij stupefacta fœtu.

Hos dum latino tradis ONESIME,
Sermone libros, te duce & auspice
In gente non vnâ refulget,
Discolor ingenij venustas.
Modò ille mundi vasta per atria,
Scientiarum spiritus emicat:
Doctque lucet vniuersum
Præsulis ingenium per orbem.
Modo illa terras, & maria, & latus
Vtrumque mundi, decidui plagas
Ortique solis, quin remotos
Auspice te penetrabit Indos.
Sunt nostra laudis carmina debitæ
Pars nulla, non hæc tam tenui lyrâ
Cantanda, non rudi Camœnæ
Conueniens, humilique plectro.
Quid Phœbe frustra Pindarico iubes
Cantu ire laudes Patris ONESIMI?
Has credo dignè optas referre,
Sed scio nil minus his valebis.

Accinebat

Fr. Basilianus Brugensis
Sacerdos Capucinus.

ELOGIVM
VITÆ, MORTIS, DONORVM
AC VIRTVTVM HEROICARVM
VENERABILIS HARVM HOMILIARVM
AVCTORIS ROMÆ IMPRESSVM
CVM LICENTIA SS. D. N. VRBANI VIII.

In actibus Capituli Generalis, quod ibidem celebrauit S. Prædicatorum Religio 2. Iunij Anno Verbi Incarnati 1629.

AD FACTAM ELECTIONEM R.mi SVI GENERALIS
M.Fr.Nicolai Rodulphi, vt sequitur.

IN Prouincia Aragoniæ Obijt Albarracini Reuerendissimus Dominus Frater Hieronymus Baptista de Lanuza, Episcopus Barbastrensis, & Albarracinensis, filius Conuentus Valentini, qui in omni vita sua Constitutiones Ordinis ad vnguem seruauit, ieiunijs, cateníque ferreis carnem macerauit, orationi & sacræ lectioni quotidie vacauit, prophetico spiritu claruit, secreta cordium, multorumque statum in Purgatorio, egressumque ab eo cognouit. Dono sapientiæ, & intellectus in sacris præcipuè Scripturis exponendis diuinitus (sancti Ludouici Bertrandi eius Magistri testimonio) eximiè præditus fuit, quod eius opera præclare demonstrant. Quinquaginta annis in Prædicationis munere consumptis, non semel facie splendidus apparuit, paupertatem in Episcopatu summopere coluit, omnibus suis vsque ad proprium lectum pauperibus erogatis, sanctorum Episcoporum æmulator. Ab omni lętali labe immunis (Confessario teste) septuagenarius in magna sanctitatis opinione ex hac luce migrauit.

MAIE-

MAIESTATI CATHOLICÆ
REGI ET DOMINO NOSTRO
D. PHILIPPO COGNOMINE MAGNO.

REVERENDISSIMVS Episcopus F.D. Hieronymus, Baptista de Lanuza, tunc temporis Barbastrensi præsidens Ecclesiæ zelo feruens animarum & earum motus vtilitate, tres tomos composuit Homiliarum super Euangelia Quadragesimæ, quas Serenissimo Principi Sabaudiæ Emmanueli Philiberto obtulit, eo quod illas ex mandato præfati Principis prælo subdidisset, quem pro innata sibi benignitate non parum honorabat, & magnam illarum partem audiuit Barcellonæ declamantem.

Maiestas T. illum ad Episcopatum promouit Albarrazinum, atque in hac existens quiete, huic operi copiosos superaddidit discursus, quibus illi postremam addidit manum, & talem, vt dicere liceat: opus omnino nouum recuderit: sic enim opera vocantur illa noua, quibus noua superadditur perfectio. Quandoquidem ea de causa S. Scriptura, dum de vltima mundi loquitur renouatione facienda post diem iudicij dicit: creabit Deus nouos cœlos, *a.* nouamque terram, imo tunc omnia innouabuntur: *b.* Non quod essentiarum sit mutanda substantia, vt dixit D. Thom. *c.* Sed quia nouam illis perfectionem, gratiam, decorem, & venustatem superaddet. Cum igitur hac noua perfectione Episcopus sua honestasset scripta; Deus illum ad vitam euocauit meliorem, antequam illa prælo subijcere ei licuisset, cumque me vnicum vtpote Nepotem suum heredem instituere, meæque curæ fideret exequiarum impensas (etenim ex plurimis collatis ab eo in pauperes eleemosynis nulla ei superfuit propria ad sepulturæ honorem facultas) hæc vltima & eminentia calami sui & ingenij monumenta meis consignauit

a *Isa. 65. 17.*
b *Apoc. 21. 1.*
c *Apoc. 21. 5. D Thom. in addit. ad 3. p. q. 91. ar. 6. in corp.*

gnauit manibus: gratia hæc est & fauor, quo mouetur affectus, quo illa pedibus Regiæ tuæ Maiestatis aduoluo: vt in mundo locum obtineant altiorem. Et quandoquidem, sic me spes alit, Maiestas tua, summo sit illa fauore dignatura: ratio suadet, vt eorum pariter & Auctoris ampliorem demus lectori notitiam.

Fuit, Domine mi, vita talis, talenta, litteræ, scientia, virtutesque Episcopi, vt ad certiorem eorum confirmationem sufficiat dicere, quòd Dominus ac Rex noster D. Philippus cognomento Prudens Auus T.M. (qui singulari omnino honore præclara fouebat ingenia) eum ita promouerit, vt dum Prouincialis munere in hoc regno Ordinem gubernaret, eius sæpe consilium & iudicium requireret, *d.* in rebus quæ Dei cultum, & Regiæ suæ Maiestatis obsequium concernebant, maximi momenti. Deinde *Rex* noster ac Dominus D. Philipp. vocabulo Sanctus, Pater tuus, eo ipso anno quo *Monarchiam* hanc susceptit regendam ipsum ordinauit, vt illi proponeret subiectos regno Clericos & Religiosos, quos iudicaret in ditionibus suis Prælaturis, Abbatijs, alijsque Ecclesiasticis dignitaribus esse digniores rescribens .*e.* illi super hoc tali auctoritate & satisfactione Episcopi (adhuc Prouincialis) quali requirebat illa actio, in qua *Maiestas* Regia declarabat, se summam exigere prudentiam, & vt ita statueretur ad tutiorem conscientiæ suæ Regalis exonerationem. Post hæc ipsum obtulit in Ecclesiæ Barbastrensis dignissimum Præsulem .*f.* non communibus munitum decoratumque *Regiosæ* vitæ testimonijs. Tua quoque Maiestas (quam Deus seruet incolumem) in initio glorioſi sui Regni, gratum habuit placuitque illum ad secundam promouere Ecclesiæ cathedram quam habuit ex eadem prærogatiuarum eius notitia, nec minori earumdem æstimatione. *g.* Ob cuius Regalis amplitudinem, & singularem affectus pietatem, qua Maiestas tua, virorum insignium celebrat colitque memoriam; speramus eundem suæ Sanctitati proponendum, quatenus examini subijciat & extollat heroicas huius serui Dei virtutes, atque eorum

catalo-

d Ep Toleti. 12. Iunij anno 1569. & in S. Laurent. 12. Octo. 1596. & Madriti. 28. Iunij 1598.

e Ep Madrit. 31. Octo. 1598.

f Epist. ad Pont. Madriti 17. Iunij 1616

g Epist ad Pontif. 16. Maij 1622

cathalogo alboque inscribat, qui in cælis Deo gloriâ perfruuntur eminentiori: quandoquidem nunc Romæ iuridici instituti sint processus vitæ inculpabilis coram Ordinarijs Albarrazini, Teruel, Valentiæ, & Cæsar-augustæ, vt à sua Beatitudine sacri illius corporis impetrent eleuationem.

Nec minorem libri eius quam vita moresque merentur venerationem: imo & hæc & illi manus sibi porrigunt inuicem, & dignam conciliant mundo cõmendationem Insuper si T. M. eorum dignetur intendere lectioni, honorem illis augebit eminentiorem, & venerationem longe digniorem. Doctrina, quam continent, ea est quam T. M. in hoc hominem genere facit maximi, cum eorum admiratione, quibus perspicuum est, quod inter plurimas easque grauissimas maximę Monarchiæ occupationes, vt quoddam assumat leuamentum SS. litteratum lectionem: vtpote medium quod iam dudum Regibus proposuit Salomon Regum sapientissimus .h. ad diadematum eorum regnorumque infallibile stabilimentum. In hisce libris inueniet T. M. Sacram expositam Scripturam luce interpretationum SS. Patrum & Doctorum, quorum spiritum, vera dico, Deus verbis indidit huius Episcopi, eorumque communicauit intellectum & iudicium. Tale de illo tulit testimonium S. P. Bertrandus eius in docendo Magister, cum eum haberet discipulum in nouitiatu FF. Prædicatorum Valentię, quando hoc testatus est .i. quod Deus cælestibus illum donis Spiritus S. scientiæ & intellectus affatim cumulasset, quod si vaticinium fuerit in hisce eius operibus videbimus & gaudebimus esse completum. V. Dominus omnipotens Maiestatem saluam custodiat, pro Christiani orbis mundique totius necessitate. Cæsar-augustæ, Sextą Ianuarij. Anno reparatę salutis humanæ 1636.

h Sap. 6. 1.

i Acta Capit. Generalis Romæ anno 1629.

D. Michael Baptista de Lanuza.

CEN-

CENSVRA REVERENDISSIMI PATRIS

AVGVSTINI A CASTRO

SOCIETATIS IESV, REGIÆ MAIESTATIS

Prædicatoris, Consiliarij Tribunalis S. Generalis Inquisitionis, & Doctoris Cathedratici Politicorum in Regię Maiestatis studijs.

DOMINE.

DE mandato T. Celsitudinis vidi homilias super Euangelia, quas scripsit Fr. D. Hieronymus Baptista de Lanuza S. Ordinis Prædicatorum Religiosus, Episcopus primùm Barbastrensis, deinde Albarracinus, & quod ante obitum suum illis adiunxit: nec meo quidem suffragio tantum illis debetur approbatio, quantum operis auctoris elogium. Opus hoc cælesti scatet doctrina, desumpta ex SS. litteris, & antiquis Doctoribus ac Ecclesiæ Patribus, adeo copiosum est in omni eruditione, ita sublimibus abundat in Dei rebus sensibus, tot insignes gravesq; habet conceptus, & obiecta profert ad virtutem adeo præclara & efficacia, vt pauca possint illi opera comparari, nulla vero præferri. Lux ingens qua intellectum illuminat, & flamma qua voluntatem accendit, specialem loquuntur S. Spiritus assistentiam qua vir ille omnium memoria venerabilis effulsit, ad prædicandum, dictandum, & postmodum imprimendum vnas adeo exhortationes, solidas veritates, & argumenta adeo fortia, quibus omnes status homines in sui trahat obligationem sibiq; deuinciat se vel vllus.

Non minus docta & pia debebat hæc esse doctrina cum talis sit tantusq; eius Auctor vt ex eius nomine Lector spem concipiat fructuum cum salutarium, tum abundantium, quos ex scriptorum eius collegit studijs: quandoquidem se discipulum reddat non tantum sapientissimi Theologi, & Prædicatoris Apostolici, sed etiam Prælati pietate morumq; integritate celeberrimi: nam in Ecclesia memoriam renouauit D. Ambrosij & D. Augustini, potestq; hanc nostris hisce temporibus gloriam & sanctitatis opinionem adipisci, quam maxima Ecclesiæ luminaria consecuta sunt. Ita suo tempore testabuntur quædam, ante & post mortem eius, quæ Deus, vt fama referi, per illum operari dignatus est, sed debita S. Sedi Apostolicæ reuerentia nobis silentium eorum indicit, donec ipsâ diffinitâ causâ, cui iam principium dedit, illum proponat Ecclesia venerandum.

Et quamuis opus hoc; quando ipso adhuc superstite, prælo datum fuit, non tantum omnium fuerit acclamatione receptum, sed etiam admiratione: hodie tamen totaliter nouum est propter additiones, quæ modo reperiuntur suntq; in tanto numero, vt trecenta superent folia, & tales vt non tantum sibi vendicent auctoritatem & æstimationem, sed eandem etiam antiquo tribuant operi. Et hoc cum illo collatum omnino nouum est: tali etenim ingenij dexteritate artisq; industria Auctor illas inter se copulauit, & innexuit: vt vnum sine altero legi non possit, & si prius posteriori coniungas, consonantiam efficiunt suauissimam, qua nobis gaudere non licuisset, si separatim Additiones fuissent expositæ: cum in hoc Prælatus ille doctissimus, optimum ostenderit modum adiungendi. T. placeat igitur Celsitudini mandare, vt sicut eius memoria, vt pie credimus, in conspectu Dei est immortali, quam illi in gloria sua concesserit, locum meritis illius congruum eminentissimis, etiam immortalitatem studiorum eius exuuiæ nanciscantur, quatenus eorum consilijs & exhortationibus plures socios illi æterne eius beatitudinis adiungamus. Datum in Collegio Imperiali Societatis Iesu Madriti, Octauo Idus Nouembris Anno Verbi Incarnati 1632.

Augustinus à Castro.

CEN-

CENSVRA
DEL ERVDITISSIMO SEÑOR
DOCTOR LVYS DE CASANATE, ARCIPRESTE DE DAROCA, en la Santa Iglesia Metropolitana de Zaragoça, de Consejo del Rey nuestro Señor, y su Fiscal en el Supremo de Aragon.

POR mandado del Consejo Supremo de Aragon, he visto y reconocido seys libros impressos de los Sermones del Padre D Fray Geronymo Baptista de la Nuza, Obispo que fue de Barbastro, con las Adiciones manuescritas. Y no hallo en todo ello cosa porque no deuan imprimirse, antes me parece, que se deuen imprimir, para instruccion de Predicadores, y aprouechamiento de las almas. En Madrid a 4. de Mayo 1633.

El Doctor Luys de Casanate.

DEL MVY REVENDO PADRE MAESTER FRAY FRANCISCO BOYL, RELIGIOSO DE LA SAGRADA ORDEN de nuestra Señora de la Merced, Calificador del Consejo de la Santa General Inquisicion.

SEÑOR.

CON ygual deleyte y aprouechamiento he visto las Adiciones a los tres tomos de las obras predicables del Reuerendissimo Obispo de Albarrazin, Fray Don Geronymo Batista de la Nuza, que V. Magestad fue seruido mandarme remitir. Tienen estas obras grangeada la admiracion muchos dias ha, en la santidad de la doctrina, apacibilidad del estylo, variedad de la erudicion, y singularidad del espiritu: y assi no quedo con libertad el juyzio particular, que se halla preuenido del voto comun de los sabios. Serà con esso, poco todo lo que añadiere en su aprobacion, qualquier censura. Obedeciendo, empero a la orden de V. Magestad afirmo, que no es de los menos importantes esplendores de su corona, renouar con la impression de estos libros la esclarecida memoria de varon tan grande. De muchos, que en este siglo nuestro escriuen, poquissimos tan felizmente anpuesto en tanta altura el punto de la predicacion, como estos escritos: que al que en ellos fuere muy versado, le sacaran consumado ministro del Euangelio.

Yà con las Adiciones sobre manera estudiosas, sube tanto de precio esta obra, que seruiran de abonar la maranilla, como de los fragmentos de pan, milagrosamente multiplicado, dixo San Iuan Chrisostomo: *Confirmarunt igitur fragmenta miraculum.* Yà la verdad non fuera tan grande la certidumbre, si la prouidencia deste varon sabio, sobre tener tan copiosa la hoz de la siega del Euangelio, no se reseruarà la atentissima vigilancia de la rebusca de Ruth. Por ser ya primor de los muy grandes, como de Dios pagarse de admirar mas con los relieues y sobras olvidadas, que con la opulencia de qualquier banquete costoso. Los postres destan obra me dan a entender la santidad de su autor, porque suben a la primera maranilla. Y aunque postemos para sus venerables cenizas, no para su nombre immortal. Nada que ofenda a la pureza de nuestra ley, da entereza las costumbres, se halla en ellos; antes, materia, que en vez de bronzes le asigure constante duracion, merecedora de la mucha luz que piden, y de la facultad que V. Magestad darà para imprimirla. Este es mi parecer. En este Conuento de Madrid de nuestra Señora de la Merced, a 1. de Mayo de 1633.

Fray Francisco Boyl.

CENSVRA DE LOS
MVY REVERENDOS
PADRES MAESTROS, Y LECTORES
DE THEOLOGIA, DE LA ORDEN DE PREDICADORES A LOS
Quales cometiò estas Homilias el Ordinario de Zaragoça.

POR Comission del muy Ilustre Señor el Doctor Iuan Berbegal, Vicario General del Arcobispado de Zaragoza por el muy Ilustre Cabildo, Sede vacante, por muerte del Ilustrissimo y Reuerendissimo Señor Don Martin Terrer. Los infraescritos auemos visto, y con particular atencion examinado los libros de las Homilias sobre los Euangelios, que la Iglesia santa propone en las ferias de la Quaresma, que compuso el muy Ilustre y Reuerendissimo Señor Don Fray Geronimo Baptista de Lanuza, Obispo que fue de Barbastro y Albarrazin y las nueuas adiciones, que a ellas dexo hechas el mismo Autor y no hallamos en ellas cosa alguna contra la fe, y buenas costumbres, antes bien es obra la mas vtil y prouechosa, que hasta oy ha salido para los Predicadores, de quantas se han escrito en lengua vulgar. Y por entenderlo assi, lo firmamos, en Zaragoza, a 5. de Setiembre, de 1632.

Fr. Geronimo Fuster, Maestro y Calificador del Santo Oficio.

El Presentado Fray Iuan Laurencio Cayrosa, Lector de Prima.

Fray Sebastian Ordoñes, Lector y Predicador.

LICENTIA
DEL ORDINARIO
DE ZARAGOZA PARA IMPRIMIR
ESTAS HOMILIAS AÑADIDAS.

EL Doctor Iuan Berbegal, Canonigo de la Santa Metropolitana Iglesia de la Seo de la Ciudad de Zaragoça, y en lo spiritual y temporal, Vicario General en ella, y su Arçobispado; por el Ilustre Cabildo de dicha Santa Iglesia, Sede vacante, por muerte del Ilustrissimo y Reuerendissimo Señor Don Martin Terrer, Arçobispo de dicha Ciudad, &c. Damos licentia, para que se puedan imprimir los libros, y nueuas Aditiones, contenidos en la arriba escrita relation. Por quanto nos ha constado por ella, no auer en ellos, ni en el otro dellos cosa que contrauenga a nuestra Santa Fè Catholica, y buenes costumbres: con esto, que al principio de cada libro se ponga esta nuestra licentia. Dat en Zaragoça, a 5. dias del mes de Setiembre, de 1632. años.

El Doctor Iuan Berbegal,
Vicario General.

Por mandamiento de dicho señor Vicario General.
Por Lorenço Moles Notario.
Iuan Alastuey Notario.

AP-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

APPROBATIONES THEOLOGORVM
QVI DE MANDATO AD.M R.DI P. GENERALIS HOC OPVS PERLEGERVNT.

EX ordinatione Admodum Reuerendi Patris noſtri Generalis perlegi Homiliarum Quadrageſimalium Reuerendiſſimi Epiſcopi HIERONYMI BAPTISTÆ DE LANVZA ex Hiſpanico idiomate in latinum tranſlationem, opera & induſtria Adm. Venerabilis P.F. ONESIMI IPRENSIS Prædicatoris expolitam In ea nihil offendi Orthodoxæ fidei, ſanæ doctrinæ, aut probis moribus contrarium. Cumque iam dudum pijs multorum votis fuerit deſiderata, confidens cum applauſu, & in Eccleſia Dei ſalutari fructu lucem viſuram, iudico prælo dignißimam Lyræ 4. Maij 1648.

FR. SEBASTIANVS ANTVERPIENSIS *Capucinus Exlector S. Theologiæ Conuentus Lyrani Guardianus.*

EX commiſſione A.R.P Generalis ſedulo perlegi omnes tomos Homiliarum Quadrageſimalium R.mi Epiſcopi HIERONYM. BAPTISTÆ DE LANVZA *quas ex Hiſpanico in latinum Idioma tranſtulit* A. V. P. ONESIMVS IPRENSIS *Ordinis noſtri Theologus & concionator. Nihil in illis reperi quod eſſet fidei aut moribus contrarium, omniaque cum Hiſpanico probe conueniunt, quare non modicâ Concionatorum, eorum præcipue qui Hiſpanicæ linguæ peritiam non habent, aliorumque omnium vtilitate prælo dari poſſe exiſtimo.*

Ita atteſtor.
Actum Antuerpiæ 25. Apr. An. 1648.

Fr. FABIANVS ANTVERP.
Theologus & concionator
Capucinus Ind.

FACVLTAS AD.M R.DI P. GENERALIS
NOS. F. INNOCENTIVS A CALATAYERONE GENERALIS MINISTER L. I. VNIVERSI ORD. FF. MINORVM CAPVCINORVM S. FRAN.

HOmiliarum Quadrageſimal R. Patris D. HIERONYMI BAPTISTÆ DE LANVZA ex Hiſpanico idiomate in latinum tranſlationem ſtudio ac labore Admodum Venerabilis Patris FR. ONESIMI IPRENSIS noſtri Ordinis Concionatoris iam ex toto expolitam; cum à Theologis Cenſoribus eiuſdem Ord. noſtri ex commiſſione noſtra deputatis luce digna habeatur, etiam nos approbamus, vtque publici iuris fieri poſſit, ſeruatis alijs ſeruandis, quo ad nos ſpectat, his præſentibus manu propria ſignatis, ac ſigillo maiori officij noſtri roboratis prædicto Patri copiam perlibenter facimus. Ex Cœnobio noſtro Pictauienſi die 22. Septembris 1648.

FR. INNOCENTIVS MINISTER GENERALIS.

APPROBATIO ORDINARII.

REuerendiſſimus Dominus P. FR. HIERONYMVS DE LANVZA *Epiſcopus Barbaſtrenſis & Albarracinus Ord FF. Prædicatorum, in lucem dedit Hiſpanico idiomate, rarum & præclarum opus Homiliarum Quadrageſimalium, quo, quia omnes vti non poterant, vtpote illius linguæ extra Hiſpaniam pro maiori parte ignari, diu multumq; deſiderata fuit eiuſdem operis verſio in linguam Latinam, quam fideliter feliciterq; perfecit R. P. ONESIMVS DE KIEN IPRENSIS Capucinus & exinde de verbi Dei præconibus per optime meritus vt fructus inſequatur quos intendit ad Dei honorem & animarum ſalutem prælo mandetur cum adiecto quarto indice Adagiorum Hiſpanicorum Dabam Machliniæ 5. Octobris 1647.*

ALEXANDER VANDER LAEN *S. Theol. Licent. Archipresbyter Canonicus Eccleſiæ Metropolitanæ Mechlinienſis Librorum Cenſor.*

SVMMA

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SVMMA PRIVILEGII.

PHILIPPVS IV. Dei gratiâ Hiſpaniarum & Indiarum Rex Catholicus: Archidux Auſtriæ, Dux Borgundiæ, Brabantiæ, Geldriæ: Comes Flandriæ, Arthesiæ, Hollandiæ, Zelandiæ, Marchio S. Imperij Romani; Dominus Friſiæ, Mechliniæ &c. Omnibus præſentes viſuris Salutem: Libellum nobis ſupplicem obtulit GVILIELMVS LESTEENIVS Bibliopola Typographus in vrbe noſtra Antuerpienſi, quo ſignificat quod grauibus laboribus & expenſis tranſferri fecerit ex Hiſpanico in Latinum, & iam tranſlatum imprimi opus inſigne ac rarum, inſcriptum: HOMILIÆ QVADRAGESIMALES R.mi D. FR. HIERONYMI BAPTISTÆ DE LANVZA ORDINIS FF. PRÆDICATORVM EPISCOPI BARBASTRENSIS AC ALBARRACINI. Cum autem merito timeat, ne alij præter ipſum Typographi prædictum velint opus imprimere, ſub titulo alicuius additionis, traductionis, compendij, vel quolibet alio colore, quem ſibi poſſent prætendere, in non leue præfati Typographi detrimentum; ea de cauſa motus ad nos confugit: humiliter inſtanterque deprecans, quatenus nobis placeret gratumque haberemus illi permittere, vt ſolus ipſe, reliquis omnibus excluſis, prædictum poſſit librum imprimere, in lucem dare, vendere & diſtribuere, per omnes regiones ac Prouincias noſtræ ſubditas Obedientiæ, eo modo ac forma, qua ſibi iudicauerit expediens, idque duodecim annis proximè ſubſequentibus, ſub mulcta tali caſui præſtituta. Nos igitur prædictis omnibus, mature riteque conſideratis precibus GVILIELMI LESTEENII fauorabiliter inclinati illi conceſſimus & conſenſimus & permiſimus, concedimus, conſentimus, ac permittimus ex ſpecialis gratiæ Licentia virtute præſentium, vt poſſit, & in futurum poſſit imprimere, & imprimi facere librum ſupra dictum: eundemque vendere, exponere, diſtribuere in quibuſlibet regionibus ac Dominijs noſtræ ſubiectionis. Inhibentes, & prohibentes omnibus ac ſingulis noſtræ Ditionis Typographis, alijſque quibuſcumque, ne prædictum librum imprimant, aut imprimi faciant, nec alibi impreſſum inuehant, aut inuehi procurent, aut inuectum diuendant, ſub mulcta confiſcationis librorum, alijſque pœnis eo modo ac forma, qua latius patet in litteris datis Bruxellæ Anno 1648. decima quarta Menſis Nouembris.

Signat. E. DE BERTI.

ET IN CONCILIO BRABANTIÆ

Signat. STEENHVYSEN.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

D. MICHAEL BAPTISTA DE LANVZA

Rector Xenodochij regij ac generalis Dominæ nostræ de gratia, Ciuitatis Cæsar-Augustæ, gubernator de Laseca, ac domus monetariæ eiusdem Ciuitatis pro Rege Domino nostro & domesticus Sanctæ Inquisitionis Aragoniæ.

IN lucem edidit Episcopus Barbastrensis (demum Albarracinus) Frater D. Hieronymus Baptista de Lanuza Dominus meus, priuilegio Aragoniæ ac Castiliæ tres Tomos Concionum quos inscripsit: Homilias super Euangelia Quadragesimæ tanta omnium opinione ac auctoritate, vt nondum biennio integro prope mille & quingenta exemplaria distraherentur. Secedens deinde, ad sanctum otium Ecclesiæ suæ secundæ, hanc reuidit impressionem, & illam mutauit, ac eo modo quædam superaddidit, vt piæ defunctionis suæ tempore trecentis fol js eam auxisset; non solum addens nouos ac integros paragraphos ac Homilias, sed frequenter interserens verba & periodos, præteritis, ex his delens & excerpens multis in locis id quod expediebat, vt connecteret, & bono sensu ac elegantia expoliret conceptus, & admirabiles ingenij sui superadditas nouasque sententias.

Aduertens igitur quam diuersum, ac multò elegantius, ac planius sua Dominatio opus illud reliquisset; cum ita sit, quod mihi contigerit, ex morte eius posse gaudere quasi integro concessionis priuilegiorum tempore ad veteris operis impressionem, illud floccipendi, vt qui hereditario iure possederam opus aliud multo illustrius, ac nouum, quod liceret imprimere. Et qu muis

certis

certis considerationibus motus illud prope decennio distulerim: attamen scrupulo constrictus, quo turbari possum Ecclesiam priuando scriptis ac laboribus filij ac Prælati sui, tantâ doctrinæ ac sanctitatis fama notissimi, & iam piâ victus totius sui Ordinis instantia, aliorumque plurimorum virorum grauissimorum, qui litteris & precibus, in Hispania & deforis, me ad operum illorum vrgebant publicationem, modo profero in lucem totius mundi cum Originalibus Auctoris fideliter collata, vt vix litteram mutatam inuenias. Huius veritatis testimonium produco, nedum comprobationes, in vtroque concilio factas Aragoniæ & Castiliæ, ea tempestate, quâ in vtroque licentiæ concessionem imprimendi obtinui, sed etiam quod non permiserim, vt Homilia Quadragesima sexta perficeretur ex illis quæ haberi poterant ex archiuis & codicibus manu scriptis Patrui mei: (illa namque vt inæstimabilis pretij thesauros custodio, inter alia multa præclarissima, manuum eius opera, quæ possideo) quando culpâ typographorum, aut inuidia diaboli in typographia perdita fuerunt Originalia: minus iudicans inconueniens, Homiliam non perfici, quam illam alieno studio consummari. Reuerentia hæc mea est huic felicissimo calamo debita, qui tam sapienter chartæ tradidit Auctoris sui diuinissimos pectoris conceptus: cuius viua verba scripto & voce fuisse videntur, eruntque semper efficacia ac penetrantia, instar gladij ancipitis, quo corda feriat cum audientium, tum legentium. *Ad Hebr. 4. 12.*

De hoc censui lectorem præmonendum, & additas esse quatuor integras Homilias, scilicet:

Vigesimam de Edicto fidei.

Quadragesimam sextam de Passione Domini nostri.

Quadragesimam septimam de solitudine ac Martyrio Beatissimæ Virginis.

Quinquagesimam de Inuentione S. Crucis.

CEN-

CENSVRÆ QVAS OPERI SVO AVCTOR PRÆFIGIT.

§. 1. *Communes licet sint contra scriptores Censuræ, sunt & eorum contra Censores inuectiuæ: Porro ab illis huius operis Auctor abstinet, imo potius viam aperit, illas ipse proponens.*

INEVITABILE, dixit D. Hieronym. alterutrum esse de duobus, aut non scribere, aut scopum esse sagittarum censorum maledicentium: *Aut nihil scribendum fuit aut scribentes nosse, cunctorum aduersum nos maledicorum esse tela detorquenda.* Quâ ratione motus S. Doctor fert aliquando patienter operâ suâ censuris perstringi: dicendo: se iam nosse, id quod in morem versum est, non excusari (a) nec suam sortem fore meliorem, quam D. Clementis Alexandrini, D. Hyppoliti Martyris, Tertulliani, Africani, Eusebij Cæsarienſis: qui omnes linguas non potuerunt euadere maledicorum: *Certe si tanti, & tam eruditi viri fastidiosis lectoribus displicent, quid mihi facturi erant?* Porro satis frequenter hoc ægerrimo fert animo, grauiter de talibus censoribus conquestus contra similes scribens inuectiuas, & inter alias duas, assignat rationes: prima est valde familiaris: dicit enim hoc aliquando ex inuidia & liuore procedere: quod alteri displiceat nominis æstimatio, quam hic honesto suo consequitur labore, quâ ipse se priuatum ingemiscit, vel ob nimiam otiositatem suam, vel quia tantum efficere non valet; & illam conaretur impedire: quocirca tales hoc nomine compellat: *Obtrectatores inuidos.* Alias, & sæpius ex amore proprio nascitur, & propria æstimatione: credit etenim, qui opus aliquod seueriori perstringit censura, quod in hoc suam in legendis voluendisque libris probet iactetque diligentiam, ingenij sui præeminentiam, ac scientiæ prærogatiuam, corrigendo, & notando scripta auctoris. Vnde fit, eodem teste, vt aliqui priusquam librum aut legerint, aut viderint, illum seueri censores reiiciant, intendendo vt diligentes in legendo, & in discurrendo sapientes habeantur: *Ignorantes quid audiant, & quid loquantur, de eo audent iudicare, quod nesciunt, & ante despiciunt quam probent* (antequam probant, aut librum perlegant, illum aspernantur) *eruditosque se existimant, & disertos, & in eo se scire aliquid arbitrantur, si de cunctis scriptoribus detrahant.*

Secunda ratio affectus sui exulcerati hæc est: vt enim illius Sanctissimi Doctoris

(a) Leque se vsa, no se excusa. In proœmio li. 11. in Isa.

D. Hier. Ep. 2 ad Nepotian. ad finem.

Lib. 9. in Isa. in proœmio.

D. Hier. In proœmio in Hiere & in præfatio. ad lib. 9. Isa & lib. 2. Apolo. cont. Ruffin. post med.

ris opera erant ipſis ſtellis clariora; ſecurus, quantum poterat de doctrina ſua ſana ac vera, videnſque quanti referebat vt illa Catholici ſine vlla erroris ſuſpicione reciperent, quibus ſe conſtantes in fide Catholica conſeruarent, quam variis multiſque modis conarentur hæretici peruertere; tulit impatienter, quod illa calumniarentur, ij præſertim qui ſe iactabant Catholicos: hoc autem ipſe arbitrabatur, quod cenſurare ſua opera, in quibus doctrinam docebat Catholicam, nihil aliud eſſet, quam eidem ſe aduerſarium opponere, doctrinæ. Hac ex cauſa acriter contra cenſores ſuos inuehitur, illos arguens ſtultos, garrulos, cæcos, ignorantes, ſerpentes, ſibilatores, crudeles Hydras, Scyllas proditorias, Charybdes, canes rabioſos, Caneſque Scillæos, aliaque illis impingens nomina. Quendam, qui vituperare volebat neſcio quæ eius ſcripta ſuper Danielem, vocat ſcorpionem plenum veneno mortifero, præſagiens quod in illa putredine ſua diſcederet infeliciter: *Audio ſcorpionum mutum animal, & venenatum, ſuper ſponſione quondam commentarioli mei in Danielem prophetam, neſcio quid muſitare, imo ferire conari, in ſuo pure moriturum.*

D. Hie. *lib* 10 *in Iſaiam.*

Totus ſal factus vrit ac perſtringit Monachum quendam: cum enim produxiſſet in lucem libros illos omni ſapientia diuina pariter & humana conſpicuos contra errores Iouiniani: cœpit ille hæc eius opera vellicare, de illis, eorumque auctore cum contemptu, & honoris læſione non parua diſſerere: cuius rei illum familiaris quidam amicus Domnio præmonuit. Aggreditur S. Doctor Monachum cenſorem, & in forum lucemque producit omnem eius vitam peruerſam, liberas conuerſationes, ſupinamque; ignorantiam. Illum indigitat *Monachum de triuio, de compitis, rumigerulū, vafrum, habentē trabem in oculo.* De eo refert quod numquam ſcholas intrauerit, nec primis ſabris Ariſtotelis Dialecticam guſtauerit ſed nec ſciret an quidam eſſent libri Ciceronis, nec vnquam ſub Magiſtro ſediſſet diſcipulus: *Homo abſque præceptore.* Ex quo inſolentem ipſius arguit ſuperbiam, & arrogantem carpit audaciam. Huius quæſo, inquit, inſolentiam aduerte, qui cum talis ſit, ſeipſum præferre vult in eloquentia Ciceroni, in argumentis Ariſtoteli, in prudentia Platoni, in eruditione Ariſtarcho, in multitudine Librorum Origeni, in S. Scripturæ ſcientia Didymo. Proh miſerum me ait, fruſtra namque ſtudiis diligens incubui qui Logicæ ſtudiis laboraui, in vertendis commentariis Alexandri (eſt hic Aphrodiſæus qui multos conſcripſit libros interpretatus Ariſtotelem) in frequentandis claſſibus, tam humanarum litterarum quam S. Scripturæ. Magiſtros habui illos quibus mundus non habuit celebriores D. Gregor. Nazianzen. & Didymum: animo pertinaci & inſatigabili laboraui in notitia linguæ Hebraicæ, ab ineunte ætate perpetuus inſtiti legis, Prophetarum, Euangeliorum & Apoſtolorum meditationi; ſi modo cenſor accurrat operum meorum quidam rationis inops bardus, blatero, ignorans, qui cum talis ſit, inter homines tantum loquitur indoctos de plebe vulgares, & in mulierculārū colluuie: *Per imperitorum circulos, muliercularumque ſymposia.* Deinde quid de eius vita commemorem, quam totam traduxit in viſitandis iunioribus mulieribus, & viduis adoleſcentioribus &c. Illo graui proſequitur accentu vitæ illius factus hiſtoriographus, ita vt nullum in eo ſanum os relinquat, nec in vita, nec in moribus nec in iudicio, nec in ſtudiis, nec in ſcientia: omnia dilacerat.

D. Hie. *Ep* 51 *ad Domniozem, To.* 1.

Ex hac occaſione argumentū aſſumit plane diuinū, quo probat, nihil eſſe facilius, atque in mundo cuilibet hominum generi magis familiare, quam omnes promiſcuè cenſura-

censurare libros, qui ad lucem prodeunt, nec sit qui non illis nũc hac nunc illac ictũ impingat, & ordinarie rigidiores (inquit) censores, sunt illi qui minus, nihilque intelligunt: *Non est grande, mi Domnione, garrire per angulos, & medicorum tabernas ac de mundo ferre sententiam: hic bene dixit, ille male: iste scripturas nouit, ille delirat: iste loquax, iste infantissimus est.* Hoc temporibus accidit D. Hieronymi, & præteritis sæculis maxime erat familiare. Certum autem est, quod ad meliora mundus non fit conuersus, in quo quantò magis amor proprius accreuit, tantò magis exarsit inuidia, & propriæ æstimationis appetitus: iam enim illis nos temporibus viuimus periculosis, quæ discipulo suo D. Timotheo prædixit Apostolus Paulus, in quibus amor propriùs eo ascenderet, quo altiùs non posset; essent homines seipsos amantes, suorum ipsorum Narcissi: vnde procederet, vt tantò aliorum operaliuore persequerentur, quantò suo amore prosequerentur, studentes ea proscindere ac vellicare, vt sua laudarent, & exaltarent: *Hoc autem scito quod in nouissimis diebus instabunt tempora periculosa: erunt enim homines seipsos amantes: &c. Criminatores.* Quid est. *Criminatores? Maledici*, Respondet Diu. Chrysostomus: *Qui quoniam sibi ipsis nihil boni conscij sunt, velut solatij cuiusdam vice aliorum opinionem violare nituntur. Criminatores* (inquit D. Thom.) idem est ac publici detractores, qui notãdo vnum aut alterum, seipsos cogitant honorare. Hinc habemus quod mundus nullo tempore tot pertulerit operum, quæ in lucem eduntur, criminatores, quam hoc, in quo ita progressus est, vt etiam antequam liber vel prodeat vel in luce appareat, iam illum nigro calculo damnarint; impiæ crudelitatis Pharaonis imitatores quem eloquentissimè reprehendit D. Augustin. qui Hebræorum masculos nondum natos, nondum luce fruentes, iam pridem morte damnarat fluuio demergendos.

D. Hier. a 2. Tim. 3. 1. Divvs Chrys. *Hom. 8. in 2 ad Cor. To. 4.* 2. 2. q 74. *ar. 1. ad 2. Ser. 89. de temp.*

Risum mihi prouocauit quod refert Auctor modernus sibi contigisse cum libro quodam à se composito, quem dum meditatur in lucem edere, & ad officinam accedit librariam cum typographo conuenturus, quosdam audiuit illic adstantes de suo libro differentes: qui nec illum vt auctorem libri cognoscerent; & nominante quodam illum, prodiit alius dicens, quod liber ille millenis scateret erroribus, in stylo, idiomate discursibus, conceptibus & in conclusionibus pessimus esset. Interrogat eum Auctor, vbi illum vidisset, se non credere quod iam prælo datus esset. Respondit ille, vt rem certam & indubiam, quod à pluribus diebus illum alibi conspexisset. Et hoc certum est, quod multi Indecorum iudicent, quod liber nominetur; & de illis credatur, quod illum minimè viderint, numquam licet in mundo comparuerit; & ita viderint, vt illum censurare potuerint. Certe Domini mei, ait Auctor ad ceteros conuersus, nescio quâ ratione hic affirmare possit, id quod dicit, idque tanta securitate pertinax: ego namque auctorem me huius libri profiteor, & tam longè abest, quod eum vidisse potuerit impressum, vt modo tantum veniam cum typographo de impressione conuenturus. Demus hypothesim: certissimè mihi persuadeo, quod opus hoc tot errorum suorum censores sit habiturum, quot videbit lectores: & cum illos ego ipse cognoscam, nedum contra illos inuectiuas non scribo; imo potius sedit animo, illis viam sternere, meipsum statuendo antesignanum, quantenus tantò liberiùs eis liceat illud censurare.

Ea fuit opinio D. Ambrosio, quod nullus auctor congruus sit suorum scriptorum censor: sunt enim vt eorum filij (cognomen, quod etiam D. Clemens Alexandrinus illis

Lib. 1. Strom. in princ.

illis indidit, quia partus sicut ingenij eorum) quorum defectus numquam apprimè cognoscunt parentes, ob amorem quo illis afficiuntur: *Vnumquemque fallunt sua scripta, & aurem prætereunt, atque vt filij etiam deformes delectant, sic etiam scriptores indecori sermones palpant, suumque cuique pulchrum, vt est in prouerbio.* Idem est quod dixit Spiritus Sanct. *Lætatur homo in sententia oris sui.* Nullus filius tanto parentem demulcet gaudio, nec est qui illi tam formosus bonusque videatur, sicut sententia quam aliquis profert quæ eius partus est intellectus. Ratione huius inquit idem quod beneficium censeat opusque amicitiæ, quando quispiam eius scripta peruoluens errores illi significat, nam illos sibi amor, quo ea complectitur, occulit. Errores mei sunt adeo patuli ac manifesti, vt ego ipse illos agnoscam, & tam paruo scripta operaque mea amore cõplector, vt nedum me non offensuri sint qui illos mihi indicarint, sed insuper ego illis applanabo viam, illos quos noui, manifestans. In hoc vestigia sequor D. Aug. qui vt probaret quod suiipsius personæ non esset acceptor; & quod sibi non displiceret, quod ea illi significarent, quæ in scriptis suis censurâ digna esse videbantur, ait, quod proposuerit seipsum aliis præponere scriptorum suorum censorem, illa notando, sicut reipsa fecit in libro Retractationum: *Omnium librorum, quæcumque mihi rectissimè displicent, colligam atque demonstrabo. Tunc videbunt omnes homines, quia non sim acceptor personæ meæ.* Ego ipse, cum sim qui me in fronte statuam, & primus sim huius operis mei censor, cuius & volo detegere defectus, quatenus illi, qui eos solent notare, & habere vt talem dicta dicere, in illum non incidant, illos repetendo, qui per me prius fuerant intimati. Hac occasione pariter dicetur, id quod in hoc opere tractatur & intenditur.

D. Aug. Ep. 40. ad Sabin To. 5.

Prou. 15. 15.

Ep. 40. cit

D. Aug. Ep. 7. ad Marcel.

§. 2. *Primo, censuratur hic liber vt non necessarius: licet ex numero sit illorum, qui permitti debent: iuxta regulam S. Clementis Alexandrini.*

CVm omne vitæ meæ tempus studiis impenderim Scholasticis ac S. Scripturæ, quosdam aliquando motus habui scribendi, & in diuersis occasionibus eosdem plures viri grauiores roborarunt, tam meæ religionis quam externi: at semper me ingenij mei deterruit exiguitas, quam in me cognosco explicandis breuiter & dilucide conceptibus meis incapacem: quodque tot viderem tamque præclaros Auctores, qui in omnibus materiis ita in scribendo præfulserunt, præsertim S. Scripturæ & pulpiti, vt illam gaudeamus impletam Isaiæ prophetiam: *Repleta est terra scientia Domini, velut aquæ maris operientes.* Quocirca, licet instantiâ qua me huius Prouinciæ Patres presserunt; mihi præcipientes sæpius in Capitulis Prouincialibus strictioris vinculo, quod nostræ constitutiones vocant, Præceptum formale, vt in lucem quosdam tractatus ederem Euangelicos, si quidem vt obedirem, inceperim primum producendo tomum, me tamen à scribendo cohibuit, illa mihi conueniens ratio, quæ D. Hieronym. detinebat, ne faceret id quod plures ab eo requirebant, vt in materia de necessitate & efficacia diuinæ gratiæ contra Pelagium, calamum armaret; quia iam præteritis diebus de illa scripserat omnium flos ingeniorum: quo nomine D. Augustinum inscribit. Et iustum est (inquit) vt Pythagoræ symbolum attendam, quod

Isa. 11. 9.

Vide Ribadineirã in vita Hieronymi. Lib. 1. cõtra Pelag.

quod retulit Horatius: *In syluam ne ligna fera*; nec ad mare aquas, cui innixus acutum formet Doctor S. discursum. Vel dicta (inquit) dicenda sunt, vel dicenda melius; Dicta dicendi, nulla subest ratio: est etenim facta facere. Tersius autem dicere ac elegãtiùs, non iudico possibile, cum illa dixerit D. Augustin. excellenti ac clarissimi ingenij sui prudentia. Si hoc, quod D. Augustinus tunc temporis scripserat illa materia, detinuerit D. Hieronymum, cum talis esset ac tantus vir, ob dictam rationem; quanto iustiùs est, vt me cohibeam, cernens quod in ista materia, non vnus, sed milleni, antiqui & moderni, Sancti & non Sancti, Latina, & lingua vernacula, to que modis scripserint, vt nec in substantia, nec in accidenti quid addi posse videatur. Et si tunc D. Hieronymus suo tempore declarans illud Spritus Sancti. *Nihil dictum sub sole nouum*, expendat antiquum illud Poëtæ: *Nihil dictum, quin fuerit dictum prius*; quid modo nostro hoc tempore dicendum, cum deinceps plures scripti sint libri, quam prius erant litteræ? Nihilominus, dum anno supra Christum natum 1615. in ciuitate nobilissima Barcelona Quadragesimali prædicationi intenderem, coegit me Serenissimus Princeps Philibertus ea synceritate, quam in Epistola Dedicatoria propono, vt prelo committerem, quod in illa prędicaueram. Quare ipse mihi proposui eiusdem D. Hieronymi vestigiis insistere, qui cum à scribendo de certa materia destitisset, resumpsit denuo calamum, magis satisfacere cupiens precibus cuiusdam amici sui Auiti, quam ei quod sibi conuenire videbatur: *Vt plus non considerarem, quid ille cuperet, quam quod me facere conueniret.*

In c. 1. Eccles.

D. Hie. *Ep. 9. ad Saluia. Tom. 1.*

Ex prædictis hanc præmitto huius operis censuram, quod ego ipse fatear non necessarium esse propter illud tot, quot sunt, & adeo præclara opera; Verum his pariter adiungo, & hoc debere admitti, perpendens illud quod viri pietate Sanctiores, & doctrina præclariores in Ecclesia persuadent scribendum esse & de rebus S. Scripturæ tractandum considerando, quod mare sit adeo profundum, & immensum, vt quantumlibet illud quis enauiget & perfulcet, infinitum adhuc supersit enauigandum: est etenim Verbum Dei, quod per consequens in se omnem includit Dei sapientiam, quam nec supremi Seraphini queunt perscrutari: & quantumuis subtilissimum sit ingenium, quod peruolat, penetratque abyssos, tantum percurrere non poterit, vt progrediendo quantum potuerit, non adhuc infinitum superfit percurrendum. Hoc ita esse protestatur D. Augustin. expendens, quod sapientioribus, & qui in hoc vlterius progressi sunt & profecti illud contingat, quod ait Spiritus S. *Cum consummauerit homo tunc incipiet. Tam multa* (inquit) *tamque multiplicibus mysteriorum vmbraculis opaca intelligenda proficientibus restant, tantaq; verbis & rebus latet sapientiæ altitudo, vt annosissimis, acutissimis, flagrantissimisq; cupiditate discendi hoc contingat, quod eadem scriptura habet. Cum consummauerit homo tunc incipiet.* De seipso fert testimonium idem S. Doctor, quod ad finem tam perpetui, vigilantis extentique studij, quod illis perscrutandis impendit, inuenerit, nihil esse quod sciebat, respectu eius quod sibi sciendum videbat adhuc superesse: *In ipsis scripturis sanctis multo plura nescio, quam scio.* De me, in hoc musca minor sum, ingenuè fateor, quod post annos quinquaginta à quibus incubui studiis, transactis continuis vigiliis, ordinariis Sanctorum lectionibus, lecturis scholasticis & positiuis verè iudicem me esse velut virum, qui mare quæsiturus post longas ac difficiles emensas vias ac peregrinationes, tandem ad oram eius accessit, cui, cum ne passum quidem in illo esset progressus, solum-

Eccli. 18. 6 D. Aug. *Ep. 3. ad Volusia. Tom. 2.*

D. Aug. *Ep. 19. ad Ianua. c. 21. To. 2.*

solummodo supereſſet ſtupor quidam & vehemens admiratio, ex eo quod videat quantum ei ſit ambabus manibus enauigandum, in quo nullum videt terminum, nec in latitudine, nec in longitudine, nec in profunditate. Ita quoque ſuperatis tot ſtudiis in perſcrutanda ſapientia, me ipſum reperio ad oram eiuſdem hærentem, & ſolo ſtupore vehementiſſimo perculſus hæreo conſpicatus quid in S. Theologia ſacraque ſcriptura ſuperſit intelligendum: videns quod eius intuitu nondum eo deuenerim, vt pedem in aqua huius pelagi intinxerim infiniti.

Quocirca licet verum ſit, quod tanta dicta ſint, vt quis merito dixerit, plura dicenda non ſupereſſe, eaque tanta verborum elegantia, vt nulla videatur methodus concinniùs dicendi ſupereſſe, vt prudentiſſimum tamen cenſeo Iunioris Plinij *Lib. 6. Ep. ad Caninium.* conſilium: quod ſi ex ratione ſapientiam admiremur antiquorum, modernos tamen non eſſe deſpiciendos: non enim credere oportet, quod illorum fœtu iam ſint exhauſtæ, & perfectæ vires vigorque ingeniorum, quæ capacitatem quandam habent infinitam, nec ſimiliter quod fructibus, quos illi collegerunt, omnes illos decerpſerint quos fœcunda parit ſapientia: *Sum ex ijs qui miror antiquos, non tamen vt quidam ingenia noſtrorum temporum deſpicio: neque enim quaſi laſſa & effœta natura, nihil iam laudabile parit.* Si hoc Gentilis intellexerit noſtram conſiderans in ſuis viribus naturam, & in rebus diſcurſus vilioris quales, ſunt naturales: quantò melius debet hoc fateri Catholicus, qui cognoſcit, quanta ſint ſuperiora ſupernæ gratiæ lucisque myſteria, quodque infinitum ſit atque interminum, omne illud quod ſciri poteſt, & quantumlibet illud ſit quod ſapiens cognoſcit, infinito tamen amplius eſſe id quod non cognoſcitur? Huic rationi ſubnectoquod nos docet Spiritus S. dicens quedã S. Scripturæ ſecreta reſeruari futuris ſæculis reuelanda: hoc etenim eſt, quod ſuo monſtrauit Euangeliſtæ D. Ioann. in Apocalypſi, in illa ſigillorum multitudine, quæ paulatim & decurſu temporis aperiebantur, & ſucceſſus in Eccleſia varios vnum poſt alterum manifeſtabant.

a *In Prologo ſuper Apocalypſim.* b *Lib. 16. Moral. c. 9 Gen. 26.* Hoc conſiderans Diu. Abbas Rupertus *a.* expendit, id quod prius aduertit Diuus Gregor. *b.* vtilem valde fuiſſe Iſaac Patriarchæ diligentiam: licet enim pater eius Abraham cum alijs ea tempeſtate viuentibus multos in valle quadam aperuiſſet puteos, vt ſalutares armentis gregibuſque aquas prouideret in potum, ipſe tamen pariter aliorum ſuæ familiæ operâ aggreſſuſeſt alios aperire puteos, & reipſa effodit, nouas multaſque inueniens aquas in camporum gregumque non leue beneficium, licet illi multo labore, nec minori ſteterit contentione. Hoc interim concedamus, licet alij (inquit) ſcripſerint, ac varios ediderint libros, qui velut putei quidam cæleſtes in S. Scripturæ valle effoſſi limpida diuinæ ac Catholicæ doctrinæ fluenta contineant: nobis nihilominus adhuc locus ſupereſt in eadem valle alios aperiendi, in gregis dominici non contemnendam vtilitatem: *Nobis quoque concedat* (inquit Rupertus) *poſt illos putcos, quos fecerunt Patres, & priores noſtri, & alios facere, dummodo viuam & nos aquam reperire poſſimus.* Hoc ego verbum aſſumo. *Concedant nobis* videtur enim mihi ſpectare doctrinam D. Clementis Alexandrini, quâ libros Stromatum exorditur quos incipit quæſtionem obijciendo, num expediat permittere vt libri ſcribantur, & ſi ita ſit, cui hoc ſit concedendum? *Verumn omnino quidem an eſt permittendum aliquibus ſcribere?* Et ad primum reſpondet, indubium eſſe permittendum eſſe aliquibus vt ſcribant: quia ſi non (inquit) ad quid inuentæ ſunt litteræ? in quem finem charta

RVPERT. *Lib. 1. Strom. in princ.*

compacta?

compacta? vt quid classes? quà de causa studia? Secundo respondet, non omnibus esse permittendum vt scribãt, sed illis tantum qui veras atque vtiles scriberent doctrinas, Reipublicæ ac institutioni mundi, proficuas, vt vitia deuitentur, & virtutes exerceantur; quæ præsentibus sint commodæ posterisque perutiles. Porro non eis scribendi detur licentia, qui turpes mentiuntur fabulas concupiscentiarum illecebras, peruersas inuectiuas componunt, & opera quæ vitia docent, & teneræ corrumpunt iuuentutis, ac innocentis puellæ simplicitatem. Quocirca conueniens foret (inquit) scriptionem Theopompo Limeoque interdicere: *Qui fabulas & maledicta componunt*, & Epicuro omnis lasciuæ antesignano: *Qui est princeps & auctor impietatis*; & Hipponacti, ac Archilocho, qui luxurias scripserunt abominandas. Illos autem, qui veritates tradunt, vt eis intellectum illuminent, & ad virtutem accendant; mouentque voluntatem, quis est qui deterreat, qui impediat, & à scribendo cohibeat? *Ei autem qui veritatem prædicat prohibendum est posteris vtilitatem relinquere?* Nullatenus. imo potius eis concedendum, ipsique rogandi, vt scribant. Cum talis esset Abbas Rupertus, dicere bene potuit: *Nobis concedant* &c. Hoc & ego ex parte possum dicere: Licentia conceditur omnibus, qui volunt, scribendi, & cum applausu recipiuntur eorum libri de materiis tractantes terrenis, de comœdiis, de fabulis, de fictionibus amoribus impudicis, de versibus, & inuentionibus, non obstantibus millenis libris antiquis ac modernis de eisdem obiectis, quibus mundus ad nauseam abundat. Nobis etiam concedant scribere de diuinis, vtilibus, & substantia redundantibus, in quibus supereſt semper quod dicatur, & perpetuo quod addiscatur. Vnde & idem cum D. Ruperto Abbate dico *Nobis quoque concedant post illos puteos* &c. Et concludit verbis Diui Hieronymi qui eandem adducens rationem, quam ille pridem dederat, quando nouam traductionem S. Scripturæ moliebatur, cur post tot translationes, quas fecerant SS. librorum Septuaginta, Symmachus, Aquila, Theodocion, ille suam produceret, quæ videbatur esse superflua: *Quid igitur, damnamus veteres? Minime, sed post priorum studia in domo Domini quod possumus laboramus* &c. *Obsecro te lector, ne laborem meum reprehensionem existimes antiquorum. In tabernaculo Dei vnusquisque offert, quod potest, alij aurum & argentum, & lapides pretiosos. Nobiscum bene agitur, si obtulerimus pelles, & caprarum pilos* &c.

D. Clr. Alex.

D. Hie. Lib. 2. Apol. contra Ruf. fin. post med. To. 2. In Prolo. super Gen.

§. 3. *Censuratur liber hic quoad doctrinam, quæ tuta est ac Catholica: quia fundatur in S. Scriptura iuxta Sanctorum declarationem.*

VT in Censura progrediamur vlteriùs, statuo velut principium id quod D. Gregor. operis sui adiecit prodigiosi quod composuit moralis scilicet expositionis in Iob: duo videlicet à Doctore, scriptore, & Euangelico requiri prædicatore: primum vt bona & sana in doctrina proloquatur: secundum vt ea in modo congruè disponat. Cocus est (inquit idem) vt autem suo muneri satisfaciat, cibos ministrare debet bonos & sanos in substantia, & in qualitate rite præparatos. Hoc igitur opus censurans, dico primo; quoad doctrinam, bonum esse: ea namque quæ legenda proponitur auctorque sequitur, sana est & Catholica, fidei S. Romanæ Ecclesiæ conformis: & in hoc fateor, quod oppositam non admittam censuram, sequens illud

Lib. 35. mor. c. vlt. ad finem.

In c. 9. li. 1. Reg. in illud Dixit Samuel ea quo.

lud quod aiebat D. Antonius, vt refert in eius vita D. Athanasius: Quod quamuis vir humilitate & pietate præditus, tacitus patiensque perferre possit, quidquid contra illum dixerint maledici, falsa licet sint testimonia prolata in materia de virtutum defectibus; nullatenus tamen consentire debet, vt contra eum quid dicatur, in quo illum sugillent de defectu in doctrinâ S. Romanæ Ecclesiæ, & quod à fide eiusdem vel pũcto aberret: hoc quippe perpeti, non signum est humilitatis, sed quod, vt par est, titulum viri Catholici, fidelisque non æstimet; quando namque in hoc erratur, iam de viro illo totaliter actum esse iudicamus. Hoc præmisso, dico & affirmo, quidquid in hoc opere continetur, esse conforme doctrinæ sanæ & veræ S. Romanæ Ecclesiæ Catholicæ. Hoc me securum reddit, quod sciam, omnis huius ædificij fundamentum esse S. Scripturam à Spiritu S. dictatam, declaratam & exposítam, non iuxta capitis mei inuentiones, aut ingenij cerebro confictas glossas sed conformiter traditionibus, & doctrinæ S. Ecclesiæ, Canonibus & decretis eiusdem, ac SS. Doctorum explicationi, quos nobis Magistros ducesque statuit, vt tuto incedamus. Qui mare ingreditur (inquit D. Abbas Rupertus) si tutam velit suam esse nauigationem, ab omni submersionis in mari periculo, tractus suos securos, ad portum appellere optatissimum, stellas attendere debet in Astrologia cognitas, certas, fixasque in cœlo, in quas oculi sunt conijciendi, velut in duces fideles, nec attendendæ sunt erraticæ stellæ, seu cometæ: sunt enim vapores incensi, & inordinatè procedunt, per aëra vagando, nullo ordine, nullo motu directi. Per mare profundum ac immensum S. Scripturæ nauigandum est scriptori & prædicatori Ecclesiastico: Porro si viam exoptet tutam omnisque periculi submersionis expertem, & vada cupiat euitare arenosa, lumina oportet dirigat in stellas tutas fixasque in cœlo (Sacros intelligo Doctores) illas, de quibus Angelus Danieli: *Qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates*: Sunt autem hi, stellæ cognitæ, & à cæsti S. Ecclesiæ Astrologia approbatæ, stellæ firmamenti, quæ lucem ex Christo diuino veroque sole recipiunt: fixæ quo tempore hoc in mundo vixerunt in firmamento Romanæ Catholicæ Ecclesiæ; securi in fide, eorumque intellectus adeo fixi in illa, *Velut claui*, teste Spiritu S. *In altum defixi*, & fixi in cœlo gloriæ desideriis suis ac cogitationibus immobiles, vbi modo lucent ab omni motu securi. In stellas istas oportet oculos nostros defigamus. Audiamus Rupertum: *Doctores sacri mente ac vigilantibus oculis retinendi sunt, qui tanquam Arcturi numquam occidentes, lucida sydera stabili fide semper fixi steterunt, ac lucem fidei fundentes occasum nescierunt.* Nullo modo stellas intueamur erraticas, non vagos cometas, eorum enim singuli suo discurrunt tractu, incerti, nullo directi motu regulari. Illi licet primario sint hæretici, quos Diu. Iudas Thadæus indigitat. *Sydera errantia, quibus procella tenebrarum seruata est in æternum*: Secundario tamen sunt quidam sui cerebri doctores, quorum cursus, vel discursus sunt inordinati, sunt irregulares, nullo meliori nixi fundamento, quam cometæ de vaporibus terrenis formati, ipso suæ vanitatis aëre subleuati, quorum lux similis luci non est stellarum immobilium à sole receptæ, sed illos ardor suæ accendit concupiscentiæ, propriæque æstimationis, cuius igne deferuntur per aëra nullo solidi fundamento, & in aëre dissipantur ac euanescunt. Hoc dato: Doctor Ecclesiasticus qui tutam prætendit viam ingredi, tractet, & exponat S. Scripturam, in frontispicio collocando doctrinas & explicationes Doctorum S. Ecclesiæ. Hoc ipsum decreuit Spiritus

Similitudo.

Dan. 12. 3

Eccli. 12.

Rvpert.

Iuda. 13.

S. Ne

S. *Ne despicias narrationem Presbyterorum sapientium, & in proverbijs eorum conuersare.* Verbum illud, *Ne despicias*, non tantum significat, *Non despicias*, sed etiam habeas in summo pretio & æstimatione illud quod veteres dixêre sapientes, siue in ordine ad historias S. Scripturæ sanctas (hoc est *Narrationem*) siue in ordine ad doctrinam (hoc est *In Proverbijs*) *ab ipsis enim disces sapientiam, doctrinam intellectus.* Ex illis addiscitur vera solida, sanaque sapientia, clarum argumentum, vanam eius esse doctrinam qui sacras præsumit explicare litteras, earumue doctrinam SS. Doctorum despiciens interpretationes: *Non te prætereat narratio seniorum, ipsi enim didicerunt à patribus suis, quoniam ab ipsis disces intellectum.* Continent hæc verba profundæ Theologiæ rationem: quam indicant D. Bernard. *a*, & D. Greg. *b*. Non est doctrina Catholica inuenta humana, sed ex diuina manat reuelatione, nec est S. Scriptura commentum hominum inertium cerebro compositum; sed antiquis à Spiritu S. dictata scriptoribus, qui eam litterarum monumentis tradiderunt. Hoc præsupposito, earum illi securiorem habebunt notitiam, qui illis fuerint viciniores, qui illam priùs acceperunt, illi vero sunt veteres SS. Doctores: tradens etenim Deus suam doctrinam, pariter tradidit, & continuo tradit Ecclesiæ suæ eundem illi spiritum ad illam intelligendam communicans, quem ad scribendum infuderat, id testante D. Petro Apostolo: *Hoc primum intelligentes, quod omnis prophetia scripturæ propria interpretatione non fit: Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed Spiritu S. inspirati locuti sunt sancti Dei homines.*

Eccli. 8. 9.

Eccli. 8. 11

a *Ep. ad fratres de monte Dei.*

b *Lib. 17. mor. c. 17.*

2. *Pet. 1. 20.*

Hinc collegit D. Gregor. *c*. quod probat & exponit Angelicus Doctor D. Tho. *d*. quòd illi clariorem ac tutiorem doctrinæ Catholicæ & SS. litterarum notitiam habuerint, qui temporibus Saluatoris nostri fuerunt viciniores; qui fidei sanæ & Euangelicæ doctrinæ Auctor præfulsit. Est igitur tutum fundamentum discursus circa doctrinam Catholicam & S. litteras, ille qui ex SS. Patribus & Doctoribus concinnatur, quorum cum societate nemo male tractat explicatque scripturas. Hoc Spiritus S. consilium dedit Doctori Catholico, quem pleno ore prædicat sapientem: dicendo: quod oportet perpetuus sit Sanctorum librorum studiosus inquisitor, in quibus veram inueniet sapientiam: *Sapientiam omnium antiquorum exquiret sapiens.* Illis etenim innixus, illis inhærens diuina incipiat tractare mysteria, doctrinamque S. Scripturæ *In versutias parabolarum simul introibit.* Annotetur illud ante positum prouerbium: *Simul introibit:* quo nobis insinuat, quod insinuat, quod introire non debet prædicator S. litteras expositurus, nisi veteres secum adducat sapientes, id est, Doctores SS. Ecclesiæ, de quibus aliàs diximus.

c *Hom. 6. in Ezech.*

d *2. 2. q. 1. ar. 7.*

Eccli. 39. 1

De portentis illis sanctitatis & eruditionis D. Basilio, & D. Chrysostomo, quos Deus in eiusdem proposuit Magistros Ecclesiastica refert Historia: quod priusquam prodirent in publicum prædicaturi & scripturi, sese subtraxerint, & per noctes integras ac dies Sacræ Scripturæ studuerint, tredecim annorum spatio, non proprio ducti ingenio, sed duces habentes secum scripta Doctorum Catholicorum, quos ætas anterior venerabatur: *Ex maiorum scriptis.* Stupendum est videre D. Bernardum, quantumuis illi Deus hoc singulare contulisset beneficium, quòd die quodam totam illi proposuerit S. Scripturam luce cœlesti declaratam: *Vidit totam S. Scripturam coram se positam & expositam.* (Quod fuisse credo simile donum, quo Deus Apostolos suos dignatus est, quando rediuiuus à mortuis illis apparens, super eosdem insufflando, lucem infudit diuinam, quâ totam distinctè scripturam intelligerent: *Dedit illis sensum*

Russin. li. 2. Hist. Eccles.

Luc. 24. 45.

D. Ber. *sensum vt intelligerent scripturas.*) Nihilominus quodam tempore celebrem illum Doctorem Hugonem à S. Victore reprehensurus de certa quadam S. Scripturæ declaratione, quam ille proferebat: respondit: quod securus esset in doctrina & intellectu illius loci: eo quod (inquit) illo sensu illum interpretati sunt D. Ambros. & D. August. quando vero duabus illis columnis innitor, me reor à casu tutissimum: *Ab vi duabus columnis Ambrosio & Augustino, mihi credite, difficile auellor.*

§. 4. *Declarat Auctor, qualiter se fundet in S. Scriptura, cuius variæ translationes aliquando comparantur ingenio Iuaneli.*

HOc prælibato, tuta mihi est nauigatio quantum ad doctrinam: primo namque principale meum fundamentum est S. Scriptura, quod vt tale colloco & præmitto ad ea quæ dico, sequor, prosequor, & discurro, illa semper vtens, non tantũ in eo quod dico per modum doctrinæ, sed in illo etiam, quod enarro per modum historiæ. Quorumdam fuit opinio (teste D. Gregor.) sacras historias similes iis esse quas ediderunt Plutarchus, & Herodotus, alijque historiographi qui vitæ seriem scripserunt Philosophorum, factaque Imperatorum, & Monarcharum, Cæsaris, Pompej, Germanici &c. Etenim qui illas tradiderunt hoc vnum intenderunt, intimare posteris illorum virorum notitiam, eorumque operum ac facinorum cognitionem: attamen à scopo longiùs aberrarunt: Scriptor namque primariùs historiarum S. Scripturæ cognoscitur Spiritus S. & extra dubium est, quod nec apicem scripserit, qui gratis apponeretur, aut esset otiosus, & qui non vergeret in nostram eruditionem animæque emolumentum: quapropter securè & intrepidè dicere potuit Apostolus: *Quæcumque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt:* & alio loco postquam diuinæ scripturæ quasdam retulisset historias sic addit: *Hæc autem scripta sunt ad correptionem nostram.* Hoc autem in illo singulariter perpendo, quod omnibus manibus prospiciat Spiritus S. id quod nostræ conuenit eruditioni: nam doctrinæ coniungit Theoriam virtutum & vitiorum, quâ ratione sectemur illas, hæc autem fugiamus: quâ ratione agendum sit cum Deo, cum proximo nostro, & cum nobis ipsis; quâ ratione constantes oporteat esse in fide, in spe securos, in charitate flammeos, in bono fortes, tardos in malo, pauperibus misericordes, superioribus obedientes, & cum æqualibus morigeros &c. Pro huius confirmatione trutinat D. Augustin. circumstantias illas singulares quibus S. pagina describit Historiam Noë. Quo fine præcipit illi Deus res adeo singulares, adeo paruas? *Cur tam minuta præcepta sunt ei?* Tot mensurationes, tot secessus? Vt quid adeo minutim, totque firmatus circumstantiis D. Petri lapsus enarratur? Historia Dauidis? Aduertit enim D. Chrysostom. quod illam referens, casus eius indicet rationem. Vt hinc proficiamus & historiis quas exarat, omnium eorum nobis praxim proponit, in his viuam fidem in aliis certam spem, in illis ad Deum pietatem, in istis cum proximo misericordiam, in quibusdam quâ ratione Deus subueniat sibi seruientibus, in his quam seuerè castiget peccatores, in illis quomodo perierint, in alijs quâ ratione saluati fuerint &c.

In historiis quas profert & exarat, eo modo procedit, vt in illis nobis ostendat in opere, quod alio loco verbis nobis insinuat, quid nobis sit agendum, sequendum, operan-

In Prolog. super lib. 1. Reg.

Rom. 15. 4.

1. Cor. 10. 11.

Aug. Lib. 16. de Ciuit. Dei c. 27.

operandum, credendum, sperandum, petendum, fugiendum, amandum, contemnendum. Et ita notat D. Augustin. latis amplè; non prætereundas esse S. Scripturæ historias, velut nudam legeremus narrationem, sed attendendas esse velut cœlestia quædam exempla, in quibus innotescit, quâ ratione Sancti Deo seruierint, virtutum actus exercuerint: quâ ratione facinorosi Deum offendendo eiusque iram prouocando perierint: & in ipsa narratione (testatur D. Chrysostom.) quorumdam lapsus ac ruinæ designat rationem, vt illam nos intelligentes nobis sedulò caueamus: quorumdam autem media, quibus salutem suam adepti sunt, & constantes sese in virtute conseruarint. Quocirca præcæteris historias mihi assumo diuinas quas frequenter & fusè introduco, sicut Magister Matheseos, qui ad doctrinam quam verbis proponit declarans figuras, circulos, semicirculos, triangulos, quadrangulos &c. confestim tabulam producit, in qua monstrat ad oculum, quod prius auribus intimarat, quo fit vt auditorum hebetissimus subtilissima quæque in his materiis clarè dignoscat. Passim obuia est D. Gregorij doctrina, fortiùs exempla mouere, quam verba: ad confirmationem ordinariè illis S. Doctor vtitur, & in suis frequentiùs adducit concionibus, & his congruenter ad sui lenimen, vt ipse testatur & nostram instructionem quatuor illos dialogorum libros composuit: multa commemorans singularia, quæ sua tempestate vera contigerunt.

Lib. 3. de Doctrina Christia. c. 12. vsque ad 20

Ho. 10. 14 15. 18. & 21. in Gen.

Ho. 39. in Euang. In prine. li. Dialog.

Experientiâ didici, quod ex centum qui ad concionem confluunt, nonaginta nouem seu quia excitatum non habent ad doctrinâ ingenium, seu quia tantum theoricè proposita pauca percipiunt seu propter paruam attentionem, & ordinariam distractionem, quâ homines spiritualibus intendunt; quam primum illa audire desinunt, omnium obliuiscuntur vt non sit vel vnus qui vnicam rationem aut discursum subtilem referat, ex aliquo Sancto propositum, vel vnam loci S. Scripturæ interpretationem: multoties enim perpendi, quod quotidie contingit, quod prædicator suæ incumbens concioni, laborat, anxiatur & curis torquetur variis, vt locus quem adducit, sit in proprio sensu, vnus alteri cohæreat, & spectetur allusio vnius verbi ad aliud, huius sententiæ cum alia, vim exponat vnius translationis, quâ declaratur alia: & de mille auditoribus vix vnus est, qui his intendat, hæc percipiat, illius recordetur: Et sat sæpe vidi homines rusticos (a) quibus idem est citare Socratem vel Platonem, ac D. Petrum, & Senecam ac D. Paulum, & sententiam Salomonis, ac Plutarchi; ita vt illud, cui diligentiùs insudauit prædicator, sit quod minus vulgare aduertit auditorium, imo etiam aliquando illi qui in auditorio cæteris videntur illustriores. Porro stupidiores excitantur, dum aliquod exemplum siue historia refertur, eamque capiunt sibi propositam, & illius pluribus diebus recordantur: illam domi suæ operarius seu officialis enarrat, de eaque differit oblatis occasionibus. Firmiter mihi persuadeo hoc diabolicum fuisse stratagema, quibusdam persuadere, quod parui sit studij signum in prædicatore exemplis vti & historiis è vitis gestisque Sanctorum: quia liquidò constat, teste D. Gregorio quòd earum plures Deus non effecerit nec publicarit, eorum causâ, quibus contigerunt, sed vt id, quod in ipsis fiebat, ad instructionem profi eret illorum qui illas aut intelligerent, aut oculis ipsi conspicerent: Si vero hac de causa exempla, & historiæ, quæ de gestis Sanctorum in pulpito producuntur, magnam habent vtilitatem, longè sanè sine vlla comparatione habent maiorem exempla quæ sacris litteris spiritus S. inseruit: diuinâ namque sapientia (prout

(a) *De capa prieta.*

Ho. 12. in Euang.

Locò sup. cit. D. Hier. Iuc 9. Zach. Lib. 2. Ep. Indict. 11. c. 101. Ep 62. ad Domitianum Metropolitanum, & lib. 16. mor. c. 10.

expendit D. Chrysostom.) ea illo modo dictauit, vt in minimis etiam apicibus suprema comprehenderit mysteria, atque si D. Gregorio credimus; acta referens, sub illis magnum aliquod includit Sacramentum. Ea ratione motus, censuit D. Hieronym. quod vix vlla fit corda penetrant audientium, vt S. paginæ bene propositum expensumque exemplum: *Nihil ita percutit vt exemplum de Scripturis S. relatu oris immissum.* Ex illis confirmat D. Gregor. quam prudenter sæpius & appositè adferri possit è S. litteris historia: quia licet vna eademque sit, illam tamen tali modo describit Spiritus Sanct. vt per eam varia, multa, & præclara denotet mysteria: quorum quædam huic matetiæ aliæ alteri conueniunt, & in his occasionibus hæc expenditur circumstantia, & in illis alia: & modo huius verbi vis appenditur, modo alterius, & eiusdem causæ gratiâ sæpius vnus idemque locus introducitur, quia eadem litera plura comprehendit Sacramenta, & in vna parte ad hæc, & in altera ad alia confirmanda proponitur; ita vt vna sit eademque scriptura quæ semper ad aliquid particulare trahitur, quod hoc loco, & non alio ponderatur. Licet autem S. Scriptura cui innitor, sit secundum editionem vulgatam, quæ ea est, quam S. Ecclesia vt securam tutamque declarat, sæpius nihilominus variis vtor translationibus: notum etenim est omnibus quod docent D. Hieronym. *a.* & D. Augustin. *b.* & nos experimur qui libros legimus ex latino idiomate in vulgare translatos, quod raro hæc translatio illius ex integro declaret energiam. Notanter autem hoc indicat Spiritus S. de lingua Hebraica, cum sit etenim cæteris concisior, tanta sunt singula eius verba magis significatiua, sic vt illa perfectè & essentialiter vna nequeat vox exprimere Latina vel Græca. Quocirca Sanctus Iesus filius Sirach librum Ecclesiastici ex Hebræo in Græcum transferens, hoc in prologo prudenter annotauit: *Hortor itaque venire eos cum benevolentia, & attentiori studio lectionem facere, & veniam habere in illis in quibus videmur sequentes imaginem sapientiæ deficere, in Verborum compositione: nam deficiunt Verba Hebraica, quando fuerint transl ta in alteram linguam.* Hinc habemus, quod vna eademque sententia, imo vnum idemque verbum ex originali Hebræo multis modis transferatur, vno explicante, quod non expressit alter: vnde vna valet translatio, vt meliùs alteram intelligamus, & hoc sæpè numero magno consilio nec minori vtilitate.

a Libi qq. in Gen.
b In psal. 105.

In principio lib. Ecclesiastici.

Verum est, quod in hoc singulariter experior frequenter accidere, quod acutè à viro prudentiâ clarissimo intellexi, quod illi, qui totaliter student in variis adducendis translationibus Chaldæa, Syriaca, Græca, Theodotionis &c. comparandi essent ingeniosæ inuentioni, cuius auctor fuit, Iuanelus; vt aquam de fluuio Tago ad Toletanum adduceret castrum: nihil hic aliud videas quam cochlearia: ex hoc defluit aqua in illud, & ex illo in aliud, & tandem si aquam inspicias, est instar fili tenuissimi. Simile de illis (inquit) ferte iudicium, qui continuo deplent ex Hebræo in Chaldæum, ex hoc in Syriacum, ex illo in Græcum, ex Græco in Septuaginta, in Aquilam, in Theodotionem &c. Nihil aliud agunt quam exhaurire de vno in alium, & tandem vix vllus enascitur conceptus, vix vlla doctrina, quatenus intellectus, præter ea quæ primo intellexerat aliquid amplius comprehendat.

§. 5. Am-

§. 5. *Amplius huius operis doctrina confirmatur, ex eo quòd conformis sit doctrinæ Sanctorum, maximè vero D. Thomæ, cuius scriptis sedes Apostolica hoc affixit elogium.* Absque vllo prorsus errore.

PRæfatam censuram vlteriùs confirmo; cum quidquid in S. Scriptura fundaui, sit iuxta doctrinam & interpretationem SS. Patrum & Doctorum Ecclesiæ Catholicæ quorum semper insisto vestigiis quosque magistros imitor: ita vt numquam intellectum meum securum habeam in hac materia, nec alicuius loci extraordinarij præsumam affirmare sensum quem non in aliquo Sanctorum hoc mihi confirmante repererim. Semper secutus sum quod de se testatur D. Hieronymus, numquam seipsum vt magistrum existimasse, sed quod ab ineunte ætate, SS. Doctores vt tales assumpserit: quos præsentes verbis, quos absentes scripto, vel eorum opera euoluendo consulebat,: *Numquam ab adolescentia aut legere aut viros doctos, quæ nesciebam, interrogare cessaui, atque meipsum magistrum habui.* Et de meis scriptis ac concionibus licet mihi pronuntiare cum D. Cæsario fratre D. Gregorij Nazianzeni: *Non quædam proprie mea leuiaque proferam, sed quæcumque clarorum beatorumque Patrum prata peragens, de eorum roseto collegi quorum rosa &c. totum mundum suaui fragrantia replent.* Optimè noui licentiam quam D. Gregorius concedit Domitiano Metropolitano scribens, qui ait: sicut auctor S. Scripturæ Spiritus S. esse cognoscitur, cuius sapientia & intellectus est infinitus; intelligendum est, quod quoscumque sensus admittere potest locus scripturæ fidei conformes Catholicæ, ac doctrinæ Ecclesiæ Romanæ, credere possumus, illos ab eodem præuisos, & prætensos, bonosque existimari: verumtamen securior sum, quando explicitè inuenio, quod sic, vel sic illum SS. Patres intellexerunt, eorumque doctrinæ constanter inhæreo.

D. Hie. Epist. ad Paulin. D. Cæs. In initio Dialogi. Epist. sup. cit.

Nobis assumere oportet Sanctorum doctrinam, secundum intentionem quam illi habuerunt, quando nobis illam tradiderunt, non illam detorquentes ad id, quod intendimus, sed cum illis dicendo quod senserunt, nostrosque conformantes discursus illi, quod ipsi in suis nos docere prætenderunt. Postquam decreuerat Deus fieri candelabrum vt semper extra Sancta Sanctorum arderet fidei symbolum quo prælucente nobis intrandum est in Sancta Sanctorum in cœlum videlicet: hæc additur foueatur oleo, non lini, non ceti non aliorum seminum, sed oliuarum: *Præcipe filijs Israel; vt afferant tibi oleum de arboribus oliuarum purissimum, piloq; contusum, vt ardeat lucerna semper in tabernaculo testimonij extra velum &c.* De arboribus oliuarum *Contusum* iuxta Hebraicum textum legit Caietanus: *Oliua non molita, sed tusa describitur* Lypomanus; *Exponunt Doctores Hebræorum, quod conterebant olivas in mortario & non molebant eas molu, ne essent in illo fæces* Oleum quod de carne distillabat oliuarum, non pili viribus eductum. Doctrinam significat Sanctorum, quâ fidei candalabrum enutritur: eò quòd Sancti nobis suâ doctrina illam declarent; sed distillata sit oportet, non vi pilorum educta; volendo, vt dicant ipsi, quod tu dicere volebas; vim eorum adferendo intentioni, sed conceptus tuos conformando illi quod ipsi nos

Exod 25. Exod. 27. 20.

prædo-

prædb cuerunt ; vt tutum sit ac securum, quod proloqueris.

Singulariter autem magnam mihi promitto securitatem, eo quòd perpetuo doctrinam secter celeberrimi Magistri D. Thomæ, quem Ecclesia Catholica inscribit, Doctorem Angelicum, non tantum ob intellectus illius subtilitatem, voluntatis puritatem, & carnis virginitatem, sed quia illum decreuit Deus nobisque tribuit, vt Angelum Raphael, qui comitetur ducatque tutos illos, qui cum Tobia eius se per omnia directioni commiserint, hos docet obfirmare faciem, grauioresque applanare difficultates; quæ velut immanes pisces de flumine aquarum S. Scripturæ & materiarum Theologicarum prosiliunt; squammas ab oculis extrahit; euertit, & refrœnat machinationes impetusque terribiles, quibus per manus hæreticorum non minus affligit diabolus Ecclesiam, quam tunc temporis Sanctissimam Saram: absque timore procedit erroris, & securus est quicumque Catholicus eiusdem doctrinæ constantissimus imitator, quam Pontifex Ioannes 22. appellat: *Diuinitus infusam.* Vrbanus 5. *Veridicam Catholicam.* Pius 5. *Certissimam Christianæ doctrinæ regulam*: eamque adeo tutam Innocentius 6. vt ei post Sacras Scripturas ac Canonicas primum assignet locum, verbis illis, quæ sufficere deberent iis qui se gaudent Catholicos, iactantque filios esse Ecclesiæ: *Huius Doctoris sapientia præ cæteris, excepta Canonicæ proprietatem habet verborum, modum dicendorum, & sententiarum: ita quod numquam, qui eam tenuit, inueniatur à tramite veritatis deuiasse, & qui eam impugnauit, semper fuit de veritate suspectus.* En tibi qua ratione Christi Vicarius eum tutum reddat, qui Raphaelem hunc ducem sequitur: affirmans illi, quod semper securus per viam incedet purissimæ veritatis: *Numquam qui eam tenuit, inueniaetur à veritatis tramite deuiasse.* Sic sibi persuadeat, qui ab illa discedit: quod eo ipso, quo aliter quàm D. Thomas sentiat, nullo alio habito consilio, reddat seipsum de veritate suspectum: *Qui eum impugnauit, semper fuit de veritate suspectus.*

Vt autem omnino de hoc reddamur simusque securi, vltimo Pontifex Clemens 8. illum volens decernere, sicut de facto decreuit, vrbi Neapolitanæ patronum singularem, occasione maximæ necessitatis, quæ in tempore illo offerebatur, examinandi cœlestis huius Magistri doctrinam, ratione auxiliorum diuinæ gratiæ, & concursus diuinæ voluntatis in nostra iustificatione: postquam pronuntiarat eius doctrinam Saluatoris ore comprobatam, eumque conclamasset: *Diuinæ voluntatis interpretem.* (Epithetum maximè conueniens ei quod tunc agebatur) verba quædam subiungit consideratu dignissima: *Hic quidem honor eius virtutibus cum admirabili doctrina coniunctis, merito debetur. Ac doctrinæ quidem testis est, ingens librorum numerus, quos ille breuissimo tempore in omni fere disciplinarum genere singulari ordine ac mira perspicuitate sine vllo prorsus errore conscripsit.* Notentur hæc verba. Scripsit (dixit) breuissimo tempore (non enim vixit nisi vsque ad annos quinquaginta) ingentem librorum numerum, in omni fere disciplinarum genere, in Logica, Physica, Metaphysica, Theologia, scholastica, speculatiua, morali, S. Scripturæ, de regimine domestico, politico, Monarchico &c. ordine singulari, claritate admirabili, nec tamen in eis aliquo modo error aliquis esse conuincitur: *Sine vllo prorsus errore.* O quam admiranda præscriptio quam ipse Christi Vicarius D. Thomæ præfigit operibus, vt illam litteris liceat exarare grandioribus: *Sine vllo prorsus errore*; securos enim reddere nos voluit & declarare nullum inesse illis operibus errorem, illis decretum suum affigens Apostolicum; sic-

ut

ut Vnicornis aquas à veneno purificat suum illis infigens cornu salubertimum. Suppositis huius doctrinæ qualitatibus adeo singularibus, vt nec sciam alicuius doctrinam adeo laudabiles habere conditiones, exceptis S. Scripturis, omnem mihi spondere possum securitatem, quod huius operis doctrina ab omni prorsus sit errore libera: quandoquidem quidquid in ea proponitur, ex huius depromatur schola Doctoris, quam perpetuo frequentaui. In hac mihi barba germinauit, in hac mihi cani prodierunt, meaque semper fuit cum Ecclesia Catholica oratio; supernam à Domino ad eius intelligentiam, lucem efflagitando: *Da nobis, quæ docuit, intellectu conspicere*: hinc concludens, dico quod illam non sequi, eique contradicere, sit eam nequaquam intelligere.

Est vero verius epitome, seu quinta SS. Patrum essentia, nominatim excellentis D. August. quæ laudem accepit omnino singularem & approbationem à SS. Pontificibus Cœlestino 1. & Ioan. 2. Quod autem ita tenaciter SS. Patribus inhæserim expositione Euangeliorum, ex eo procedit, quod conceptus qui circa illa commouentur, sint communes. Ingenij mei quispiam accusauerit tenuitatem, quod nouos, & numquam auditos conceptus formare non tentauerim, vt nec diffiteor: sed de illa, hac in parte mihi congratulor, semper enim hoc iter iudicaui mihi securum tutumque fore, sed nec semel in mentem venit, plura videre velle in Euangeliis quam sancti, qui illa excitatis perspicuis, apertisque oculis perpenderunt. Quod autem aliqui dicunt, puerum humeris gigantis maximi superpositum plura, quàm ipsum gigantem, videre ac detegere, non per illud quod habet in se, minor enim est, sed per illud quod gigantis nitatur magnitudine omnino reiicio, velut doctrinam, quæ sub pallio humilitatis, temerariam celat superbiam. Non iudicauit D. August. Oratoris elegantiam in hoc consistere: quod nouas, propriasque declamet inuentiones: hoc etenim in omni doctrina non leuem parit suspicionem, maximè vero in Catholica, sed quod communia non communiter exponat: *Dicere communia, non communiter.* D. Aug. *Tract. Euang. in Proœm. §. 4. Tom. 1.*

§. 6. *Censuratur huius operis dicendi modus, defectus eloquentiæ; quæ in Prædicatore tam est excellens, quam multiloquentia detestabilis, vt declarat D. August. & ea dicere si potuisset Auctor elegantius, dixisset, ne dubites elegantius.*

EX dictis infero, posse me opus hoc quantum ad doctrinam censurare, vt bonum & Catholicum, protestatus, vt expresè protestor, quod nec in minimo apice me velim ab ea segregare, quam Catholica Romanaque docet Ecclesia. Quod si in aliquo ab illa deflexerim, meræ adscribe ignorantiæ, & amodo reuoco, & vt non dictum assero. Sed quoad secundum modum scilicet eloquentiæ; hic enim est, cui Apostolus Paulus suadebat Timotheo discipulo suo, vt studeret: *Sollicite cura te ipsum exhibere Deo operarium inconfusibilem, rectè tractantem verbum veritatis* & ipse fateor, meamque appono censuram, multum in hoc me deliquisse, ex eo quòd ab eo tempore, quo ministerio huic insudaui, perspectam habeam meam in vera eloquentia ineloquentiam, quoad terminos, formulas modosque enuntiandi: facetus est D. Aug. 2. Tim. 2. 15.

illud

illud referens quod sibi in Africa cum Donatista quodam Hæretico Cresconio contigerat, qui in ea Prouincia, sectæ suæ censebatur antesignanus. Cum illo congreditur D. August. eumque de suis ita propalam conuincit erroribus, vt nec verbum respondere sciens obmutesceret; vt autem confusionem suam coram populo palliaret, euulgauit quod D. Augustin. facundiâ dicendi præualeret, nec eum in suis disputationibus vi veritatis conuincere ac superare sed eloquentiæ viribus: eloquentiam autem non multum referre: idcirco namque (dicebat ille) nos præmonuerat Spiritus S. dicendi peritiam esse fugiendam, cui proprium sit fallere, errores que persuadere; hoc etenim est (asserebat) quod ore Salomonis intonuit: *Ex multa eloquentia non effugies peccatum.* Hanc ex professo nititur D. August. reprobare stultitiam, ponitque vt principium ac stabile fundamentum, maximam esse ignorantiam, condemnare dicendi facultatem, quodque illam non condemnent, nisi barbari; quia se priuatos illâ erubescunt. Similes sunt huius æui prædicatoribus, qui non ampliori deuotionis gustu quam graculus abundant, cum autem nouerint, quod passionis, seu finalis iudicij mysteria prædicando populum ad lacrymas non sint excitaturi, dicunt, se de numero non esse prædicatorum, qui plebem ad singultus permoueant, nec se tale quid prætendere, sed de diuinis mysteriis præclara velle disserere, quæ in passione Domini noscenda passim occurrunt: voluntque erroris arguere, boni pijque Spiritum prædicatoris, qui lacrymas excitet; vt spiritus sui defectum, quo ipsi laborant abscondant. Huc adesto Crescenti hæretice, ait D. Augustin. vbi tu, malam esse oratoris elegantiam inueniſti? nosti, quid sit eloquentia? *Est eloquentia nihil aliud, quam peritia bene dicendi.* Dic igitur mihi, vtrum melius est quidquam bene vel male dicere, ornatè, vel barbarè? nescis, quidquam ornatè dictum duplex esse bonum; quia bonum vnum est rei in se, & alterum in verborum elegantia: velut coquus qui cibos ministrat bonos & bene coctos ac præparatos? *Qui bona bene, & peritè dicit, duo bona habet, quod bona dicit & peritè dicit.* Nec vnquam Spiritus S. peritiam condemnat eloquentiæ: non enim, vt tu producis, ait: *Ex multa eloquentia non effugies peccatum*, sed ex multiloquio: quorum vnum ab altero, millenis distat milliaribus, eloquentia namque consistit in arte benedicendi; multiloquium autem in multa & superfluè effutiendo: *Multiloquium est superflua locutio, vitio scilicet loquendi amore contractum. &c.* His conformiter concinnè texteque discurrit D. August. & hoc ipsum argumentum alio loco prosequitur, quo docet ad id maximè prædicatori laborandum, vt bene dicat instruens eius eloquentiam perfectam non esse, si terminis vtatur nouis, inauditis, exquisitis, phrasibus singularibus, locutionibus merè symbolicis, & adeo figuratiuis: vt nullus, vel pauci eas intelligant, sed in bene dicendo, in terminis propriis, solitis, planis, & intellectui ac capacitati audientium accommodis, & in hoc, inquit, maximè laborat industria prædicatoris. Non fatigatur Euangelica Doctoris industria in conceptibus requirendis subtilioribus, quos eloquatur: illis etenim doctrina Catholica & Euangelica ita abundat, vt dictis multis, plures supersint etiam infiniti proferendi, sed vt illos eruditè proponat, ita vt terminis propriis lingua manifestet quod concepit intellectus. Et hoc (dicit ille Sanctus vt verus humilis) est quod me prædicaturum affligit, & in quo maximum impendo studium, perpendens, quâ verbi gratiâ illa proponam, quatenus auditores conceptum meum intelligant: video namque quod quantumlibet cogitem, numquam tamen verba conceptui correspondeant.

Lib. 1. contra Cresconiū Grammaticum c. 1. & 2.

Prou 10. 19.

Lib. de Catechizandis rudibus.

dean,& experientiâ didici, quantò velocior, & penetrabilior est in formando conceptus, tantò tardior est atque impeditior in formandis & exprimendis verbis linguæ proprijs, quæ conceptibus adæquatè conueniant: *Totum quod intelligo volo vt qui me audit, intelligat, & sentio me non ita loqui vt hoc efficiam: quia conceptus verba non assequuntur, maximè quia intellectus mentem quasi rapida coruscatione suffundit, locutio vero tarda est & longa, longeq; dissimilis.* Non iidem sunt omnium intellectus, & quidam vnico verbo multam capiunt doctrinam, alij vero pluribus verbis illius nihil intelligunt. Hoc supposito bona eloquentia consistet in componendis atque disponendis verbis, vt talia sint, quæ auditorum conueniant ingeniis, & in illis temperandis vt iis correspondeant: sicut ars coquorum maxima consistit in præparandis cibis, vt comedentium gustui linguæque complaceant: etenim constat, (inquit D. Augustin.) inter audientes & comedentes magnam inueniri similitudinem: *Inter se habent nonnullam similitudinem vescentes atque discentes.* Et sicut ob varietatem & delicias palatorum, necesse est, in iis qui palatum vel appetitum habent corruptum vt alimenta, sine quibus hæc vita traduci non potest, optimè condiantur, vt eorum singulis bene sapiant appetitibus. Similiter cum corruptus sit hominum ad res Spirituales nauseetque appetitus, oportet vt alimentum hoc illis ita contemperetur, vt illis conueniat, & illis condimentis ac cupediis sit farcinatum, vt quadret, vnicuique: *Propter fastidium plurimorum, etiam ipsa, sine quibus vita non potest, alimenta condienda sunt. Vnde dixit quidam eloquens, & verum dixit, ita dicere debere eloquentem, vt doceat, vt delectet, vt persuadeat. Docere necessitatis est, delectare suauitatis, persuadere victoriæ. Ita D. Aug.*

D. Aug. Lib. 4. de Doct. Christ.

D. Aug. Lib. de Catechizandis rudibus.

Ea de causa reprehendit D. Augustin. multorum errorem qui sibi persuadent, quòd omnis Oratoris eloquentia consistat in exprimendis phrasibus subtilioribus, verbis numquam auditis, continuoque filo insertis & in vno idiomate, quod P. Magister Fr. Ferdinandus de Castilla vocat marsupium: qui ad hoc tantum laborant, vt prima verba posterioribus aptè conueniant, eoque modo perorare vt artificioso torrente, nexuque subtiliori, vel composito, minus id quod dicere proponant intelligatur. Non tu eloquens es, ait D. August. aut Orator sed mimus; & hoc ego de multis pronuntio qui tantam in componendis verbis operam collocant, & in quibusdam nouis, & exquisitis ac non vulgaribus terminis proferendis, vt vix totius auditorij subtiliores ingenio dicta intelligant: ille vero qui reipsa eloquens est, prudens ac sapiens illis cruciatur non minus, quam si eius aures, imo etiam caput malleo contunderent. Orator eris eloquens si ea formâ modoque dicendi verba tua composueris, vt audientium aures demulceant, ita vt te dicentem intelligant. Si Pater æternus nobis diuinum suum mitteret Verbum ea profundum altitudine, quâ ipse hoc idem in seipso loquitur, hoc nemo caperet, nec intelligeret; temperauit illud ac demisit vt carnis oculis ac auribus, nec non hominum hebetum atque rudiorum esset ingeniis accomodatum: *Si æternus Pater verbum suum substantiale & æternum vt captui nostro accommodaret, & vsibus hominum addiceret, demisit: cur pigeat Doctorem & Magistrum verba & conceptus mentis suæ deprimere, & vulgaribus, demissis, imo abiectis verbis subijcere, vt rudium auditorum captum non exuperent, & eorum mentibus attemperentur.* An petis exemplum? cuius Prædicatoris Christiani facundia nobilior quam D. Pauli? nihilominus videmus eum aliquoties ita stylum deprimentem, vt prout ipse dicit, instar nutricis se haberet, quæ sese pueruli contemperat capacitati: *Factus sum in medio vestri.* 1. Thess. 2.

vestri tanquam si nutrix foueat filios suos, ita desiderans vos cupidè in visceribus Christi. Hic igitur, ita hic elegans est perorator, qui hoc vnicè desiderat auditores suos in pectore cordeque collocare Saluatoris: eo animo suum attemperat dicendi modum Auditoribus. In mentem tibi veniat (inquit) quod D. Paulus Timotheo discipulo suo iniunxit: *Formam habe sanorum verborum.* Necesse est verbis eloqui concianè formatis, apteque compositis, Hoc spectat, ni fallor, quod Spiritus S. ait: *Cor sapientis erudit cor eius*: quod Sep uaginta transtulerunt: *Cor sapientis cogitabit, quæ ab ore proprio.* Sapiens multum cogitabit quà gratia, quibus verbis, quibus terminis eloquatur, & quidquid voluerit, explicabit sic vt ab omnibus capi possit.

Lib. 4 de Doct. Christ. 2. *Tim* 1. 13. *Prou.* 16. 23.

Magnum indicat stultitiam, ascendere cathedram, si prædicator non cum multa mentis attentione præmeditatus, sit quibus exprimat, verbis id quòd proponit edocere. Prædicare nec solicitum esse de iis quæ dicenda sunt, nec methodum curare, quâ proponan ur, hoc Apostolis fuit concessum (inquit Diuus Augustinus) & particularibus seruatum occasionibus, quæ nec admittunt, nec studia possunt exspectare in illis, & propter tales occasiones dixit Saluator: *Cum tradent vos, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini*: & appositè dixit D. Gregorius. Hæc verba perpendens: *Aliud est frater charissime, quod angustiati persecutionis tempore aliud quod in tranquillitate Ecclesiæ agere debemus: oportet etenim nos per Spiritum hunc modo legendo percipere quæ possumus.* Nobis necessitas incumbit studijs vacandi diligenter.

D. Greg. *Lib.* 2. *Epi.* 37. *ad Natalem Epi. Salonitanu*

Opportunè proposito nostro tractatum scripsit D. August. de obligatione ac necessitate quâ prædicator Euangelicus se dare tenetur studiis, meditationi & orationi, ita vt temerarios fugillet, qui hoc suscipiunt officium, nullo præmisso exercitio continui studij in omni genere scientiarum, quas voluerint inferere, qui tale munus obeunt; ostendens nullam esse facultatem, quæ studio indigeat grauiori. Porro legatur in Prologo librorum de Doctrina Christiana, de septem gradibus quos ascendere debet prædicator, antequam gradus ascendat pulpiti; & qua ratione ad notitiam S. litteratum omnium scientiarum studium requiratur. Studere debet (inquit) *Quid & quomodo*, ita vt quod Christus Apostolis dixit: *Nolite cogitare, quomodo aut quid loquamini*, vobis, quos nec elegit velut Apostolos, nec vos misit vt Apostolos ad tam arduas occasiones, & molesta discrimina, qualia illis acciderunt, vobis dico inquit ego: *Curate cogitare quomodo aut quid loquamini.* Nominatim autem, *quomodo loquamini. Formam habe sanorum verborum.* Quasi dicat loquere formato ex sanis verbis idiomate. Verba appellat sana, ex mente D. Thomæ effectiuè, quæ proposito congruunt, quibus animæ curantur, sicut dicitur medicina sana, vel cibus sanus. Attende quomodo dicas; vt sit talis verborum eloquentia, quæ salutem pariat auditoribus. Mirum est, quam sedulò his Apostolus insistat: quocirca, cum hæc dixisset Timotheo, subiungit: *Solicite cura teipsum probabilem exhibere Deo, operarium inconfusibilem, recte tractantem verbum veritatis. Prophana autem, & vaniloquia deuita.* Summo adnitere studio talis vt sis, qualem te decet esse coram Deo, & mundo; vitaque tua diuinæ placeat oculis Maiestatis & hominibus sis minister inconfusibilis; id est, ne verba tua confundant opera tua, nec opera tua verbis tuis derogent: vniformiter procedant dicere tuum & facere; nec non aduerte vt rectè verbum tractes veritatis eâ reuerentia quâ par est Dei verbũ de pulpito proponi si Rex Prælato cõmendaret vt adduceret Principem filiam suam religiosam: indubium est, quod eam non adduceret habitu

Et li. 2. c. 7

Lib. 2. *ar.* 5. 11. & *seqq.*

In 1. *ad Tim.* c. 1. *lect.* 4.

2. *Tim.* 2. 15.

suo

suo lacetam, & abiectam, sed nec eam adduceret vestitam vt mimam, mulierem prophanam mundique pedissequam, sed habitu ornatam graui ac honesto qui eius dignitati, atque eminentiæ respondeat. Alta mente perpende quod tibi hanc Deus commendauerit Principem suam religiosam, hoc est verbum veritatis suæ atque Euangelij. Studiosè considera, quod eam deducas per ciuitates, & apud populum illum, vbi tibi incumbit concionari: verumtamen hoc tibi curæ sit, vt eam pro debito tractes: *Recte tractantem verbum veritatis.* Rite composita à te deduci debet non denudata, ne tibi sufficiat illud *Quid*, sed pariter aduigiles: *Quomodo loquamini*: verum attende, hoc non fiat verbis abiectis & vilioribus, quæ illum excitent & talem Dominum minimè sunt decentia, nec illis pariter, quæ profana sunt & affectata instar bene comptæ meretriculæ: est etenim tali matronæ ornatus ille indecentissimus: nec illam ad pulpitum protrahas terminis, quibus prosmas suas comædus exornat comædias, nec ad verborum cum Poëtis attendas velim cadentias, qui amores ludunt impudicos. Hæc omnia etiam atque etiam deuita: *Prophana & vaniloquia deuita.* Idem persuasit Tito discipulo suo: *Tu autem loquere quæ decent sanam doctrinam.* Loquere compositè, verum verba sint grauitati, maiestati modestiæ, & religioni talis doctrinæ conuenientia. Propitius sit mihi Deus: quænam his continentur; & quantam moueret admirationem Apostolo, cunctisque mouere debet Angelis, videre, qua ratione quidam tractent Dei verbum? qualiter illud adducant, illud eloquantur, illud populo proponant? quot sunt quorum quo maior est in verbis fucatis adinuendis solicitudo, eo minor est in sectanda simplici grauitate, maiestate & auctoritate Dei doctrinæ quam prædicant, quam eloquuntur. Tales sunt (inquit D. Augustinus) quos arguit Apostolus, qui solis verbis contendunt: *Noli contendere verbis. Quid est contendere verbis? Non curare quomodo error vincatur, sed quomodo vna dictio dictioni præferatur alterius.* Heu quantis improperari potest illud, quod magnus ille Prælatus D. Fr. Martinus Cordubensis Ordinis nei Religiosus, Episcopus Tortosanus, & postmodum Placentinus ac Cordubensis, cuidam olim Prædicatori obiecit cuius cum vellet ex fraterna charitate quosdam excessus reprehendere; ille verò replicaret ac diceret: Attendat Rma. Dominatio Vestra, quod verbi Dei sim minister, Deique verbum publicè proponam: respondit ei Episcopus: non nisi tua verba prædicas, & vt talis magis destruis quam ædificas, scandalum es, non pietatis exemplum. Itaque (teste D. Augustino) absit vt eloquentiam prædicator despiciat, imo illi adlaboret, eamque quantum potuerit imitetur; vulgariter enim nota est illa S. Spiritus sententia: *Fauus mellis verba composita.*

D Aug. *Lib 4 de doctr. Christi c. 28. & lib. 1 cont. Cresc. Gramm. c. 2. & 6. Tom. 7.*

Optimè impensus credatur esse labor in inquirendis verbis, quæ conceptui correspondeant. Nec mireris quod hoc ego obseruauerim, cum & illud fecerit D. Augustinus imo ipse Salomon: *Cum esset sapientissimus Ecclesiastes, docuit populum,* Ad hoc infundit Deus sapientiam vt doctores populum erudiant: *Quæsiuit verba vtilia, & conscripsit sermones rectissimos & veritate plenos:* Illud verbum, *quæsiuit* in Hebræo significat cum industria, sedulitate, & labore quærere, prout notat modernus auctor & commentator Magister Hernandus, *Quæ sunt verba vtilia* legunt alij, quos sequitur Oly mpiodorus *Quæsiuit vt inueniret verba voluntatis*: id est quæ quadrarent voluntati. Hoc est quod ait D. Augustin. quod verba quæreret, quæ conuenirent ei, quod declarare laborabat. Alij interpretantur *Verba voluntatis id est conformia voluntati diuinæ:*

Lib. 1. contra Cresc. c. 2 Eccle. 12.

Bi quod Deus prætendit,quæque ad eius voluntatis conducunt expositionem.Porro nostra lectio ceteris præcellit:*Quæsiuit verba vtilia:* magno studio discutiẽdo quod verbum hoc melius explicet;quod populo,viroq́; simplici sit magis proficuum.Vos quæritis *Verba inutilia* verba non intelligibilia, non vsitata : verba illa plana,vtilia sunt,secura,& plena veritatis:*Sermones rectißimos, & veritate plenos*, Sermones, qui directè pleneq́ue aures penetrent,pleni veritate, qui illam potenter intus & foris adducant:sunt lapides Dauidis limpidissimi,ex puluere & palea,& sunt illi, qui gigãtes solo prosternunt. Et hoc est quod addit:*Verba sapientum sicut stimuli & sicut claui in altum defixi.* Id est profundè penetrantes. Insuper & hoc requirit Sacrosanctum Concilium Trident. *Plebes sibi commissa pro sua & earum capacitate pascant salutaribus verbis &c.annuntiandoque eis cum breuitate & facilitate sermonis vitia, quæ eos declinare, & virtutes, quas sectari oporteat : vt pœnam æternam euadere, & cœlestem gloriam consequi valeant.*

Sess. 5. c. 2 de reform.

Vocantur prædicatores & Doctores Euangelici apes, quia non minori studio ac labore suos debent componere sermones, quam apes fauum suum: quam compositum,ordinatum apteq́ue conuenientem,illum effingunt, vt nullum sit artificis perpendiculum, norma, vel regula illi comparanda ? Ex rore illum componit apis de varijs & odoriferis collecto floribus,quem suo recondit, digeritq́ue stomacho, ita vt in eo ceram administret, quæ luceat, & mel salutiferum. Talis sit oportet Ecclesiastes, & non segniori studio percurrat flores, id est libros SS. Doctorum, eorum colligens cum apibus rorem nitidissimum. Hunc in stomacho digerat, meditationibus, orationibus, doctrinam suam inde componendo.Non illis assimiletur,qui conferri sibi gestiunt sermones præcompositos, velut florum manipulos, quos ipsi proloquantur sicut illos inueniunt:isti namque sunt,qui mox vt vident scripturam quatuor excedere folia,illam execrantur. Varios peruolet flores, & doctrinam illam suam faciat, illam propriis disponat verbis, sitq́ue eius sermo adeo concinnus vt fauus mellis esse videatur.

His ita præmissis nedum non condemno eorum eloquentiam, qui loquuntur eruditè, imo potiùs illam veneror, & sine illa scribere, non est concionem velle facere congruentem. Sed ingenuè defectum meum fateor, illâ me laborare ; quâ etiam pœnitet me nequaquam excellere : illisq́ue non parum inuideo, quibus illam Dominus facundiam impertiit: non quod mihi molestum sit eam in illis aduertere; quin potius hinc exultat anima mea totis præcordijs, sed & illa me potiri desiderarem. Res eloquentiùs non profero,quia eloquentiùs illas edicere nequeo:certo certius, si illas magis concinnè,tersè atque eleganter nossem proponere,facerem vtique.Et dicere possum,atque dico cum D. Augustino : *Vtinam mihi eloquentia ad explicandaea quæ sentio,prouenisset.* Quod si Pelagus illud eloquentiæ hoc dese sentiebat, potiori ratione liceat hoc mihi, qui huius omninosum inexpertus; ac fateor, quod huius desiderio non parum incensus aliquoties illius studium sum aggressus,& eloquentiam sectatus sed munus perpetuæ Lecturæ, atque concionum, aliarumq́ue rerum occupatio locum tempusq́ue non dedit, vt verborum eloquentiæ multum impenderem laboris, & suffecit mihi communis mea planaq́ue dicendi facultas: licet autem non negem, quod cum desiderio conceptus exponendi,grauis, sit & nequaquam vrbana ac perelegans, non tamen patiar culpari vt barbaram, incultam & impropriam:

D. Aug: *Lib. 1. contr. Cres. Gram.c.2*

priam: & in multis singularibus aduerto singulis diebus maiorem in verbis mutationem, quam in moribus, consuetudinibus & agendi modis, qui sunt infiniti.

Anno à Christo nato 1600. Quadragesimali stationi incumbens in nobili hospitali B. Virginis de gratia Cæsar Augustæ vehementer aliquoties redarguens cum Apost. D. Petro & Paulo inordinatam mulierum in se comendis ac ornandis solicitudinem, aliqua earum exprimens ornamenta, quorum tunc nullus erat vsus sic vt & eorum nomina pœne essent obliuioni tradita: comicè dixerunt mihi quædam nobilissimæ dominæ, quod sibi persuaderent, me in pulpitum prodire velut vnum de septem illis dormientibus, qui in ciuitatem panem empturi ingressi, monetam adeo antiquam proferebant, vt nec vsus eam amplius haberet, nec ab aliis cognosceretur: erat etenim omnino ab ea distincta, quæ passim valebat: quia ornamenta illa mulierum, quæ proferebam, licet paulo ante in vsu fuissent, iam tamen omnino exoleuerant, & noua erant omnia, quæcumque tunc temporis gestabant, quæ mihi cœperunt suis nominibus enarrare, quæ à parum sapiente cerebro confecta videbantur, quibus memoria retinendis plures vix sufficerent dies. Hoc supposito, respondi: pulchrum quid foret si tempus his ornatuum nominibus edifcendis contererem, quæ mulieres adinuenerunt. Bonum futurum esset illud religiosi prædicatoris studium, & me cum illis stultitia parem esse iudicarem, si tempus tererem addiscendis propriis monilium nominibus, prout ipsæ illis adinueniendis, præsertim cum sciam, quod quibus hodie vtuntur, eorum nomina eras antiqua censebuntur, de quibus distinctè discurrimus. Qui autem hæc curiosiùs verserit, illi cum D. Hieronymo respondebo partem suorum commentariorum in Isaiam remittente filiæ suæ primariæ Spirituali D. Eustochio: *Certe nos studiosis scribimus, & S. Scripturam scire cupientibus non fastidiosis, & ad singula nauseantibus. Qui flumen eloquentiæ, & concinnas declamationes desiderant, legant Tullium, Quintilianum, Gallionem Gabinianum: & vt ad nostra deueniam, Tertullianum, Cyprianum, Minutium, Arnobium, Lactantium, Hilarium; nobis propositum est Isaiam per nos intelligi, & nequaquam sub Isaiæ occasione nostra verba laudari.* Pariter illud quod scribit amico suo integerrimo Nepotiano: *Non quæras à me sententiarum flosculos, verborum lenocinia, & per fines capitulorum singulorum acuta quædam breuiterq; conclusa, quæ plausus & clamores excitent audientium. Audi igitur vt beatus Cyprianus ait: non diserta sed fortia, non audientiæ popularis illecebram culto sermone fucata, sed ad diuinam indulgentiam prædicandam, rudi veritate simplicia: accipe quod sentitur, antequam dicitur &c.*

Hom. 18. sequen. §. 7 D. H. 2. Lib. 8. in Isa. in Proœm.

Epist. 2.

D. Cyp. Epist. 2. ad Donat.

§. 7. *Non censuratur, nec defectum reputat Auctor vernaculâ scripsisse lingua, propter excellentiam, quâ hodie loquela floret Hispanica.*

NOnnullos audio, qui reprehendant nos idiomate vernaculo scripsisse Hispanico: circa quod varia licet multaque intellexerim iudicia, vidi quod aliquo modo, qui summopere illud reprobant, illi sæpius in libris suis eodem vtantur, pluresque percepi indignanter de illis loquentes & quandam præferentes vilipensionem, supercilia recontorquentes labiaque commouentes ac dicentes. Isti vernaculi: cum

ita

ita sit, quod numquam legant, nec aperiant, nec libris vtantur Latinis, & vere optarent è manibus aliorum tales longiùs abesse libros quatenus illos tantò securiùs vt proprios habeant, nec se manifesto exponant periculo, ne quando prædicaturi solo talium librorum studio, cum meri nudique sint eorum solummodo repetitores, aliquis forsan adsit inter auditores, qui illud quod dicere exordiuntur, citius illis finiat coram eis qui circumstant, audientibus. Hinc multorum nascitur querimonia, quod tantos se perpeti vernaculos non posse videantur. Hoc igitur adstruo, quod numquam nigro calculo tales damnauerim libros, nec scio qua ratione damnari possint, qui de rebus tractant diuinis, sanctis, cœlestibus, & animam pascunt, illuminant intellectum, inflammant voluntatem, & ad virtutem excitant appetitum, vitiorum aperiunt vilitatem; cum illi censeant vtiles ac tutos millenos alios libros, qui terrena tantum proponunt, & aliquando vana, imo sæpius impudica, in quibus docetur qualibus se puella debeat occupare, coniugata instruitur, vt astuta sit, adolescens monetur, qualiter mundi negotia debeat adire; suisque placere per omnia voluptatibus. Fateor, multos me habuisse libros vulgari idiomate conscriptos, conceptibus ornatos Spiritualibus, quos & legi, mihique assumpsi, & ad Dominum pro eorum auctoribus supplex intercessi, pro eo quòd ex illis mihi proficiebam: quamuis enim studia mea primaria fuerint ea, quibus Sanctorum libros cuolui idque tanta sedulitate, vt in breuem redegerim epitomen opera multorum eorum principaliora, non tamen inueni, his contradicere quod boni vulgares auctores dicunt, imo quædam reperi quæ aliorum operibus optimè cohærebant.

Etsi vt verum asserimus, quod de D. August. retulimus, & experientiâ discimus, qui huic vacamus ministerio, quod id quod grauiorem adferre potest prædicatori molestiam, ac solicitudinem, illud sit vt ad particulare descendat, suaque taliter dicat, vt comminuta decidant, & velut ros cœlestis in vellus, vt doctrina auditorum pectoribus adhæreat; & non sicut dum imber turbulentus cadens super terram, aqua sic decurrit vt nec gutta remaneat: ad hoc vernaculi prosunt libri, in quibus conceptus conteruntur, & ad colloquium familiare disponuntur. Et quando aliud ad huius confirmationem non haberemus argumentum, quam spectare fructum, quem opera benedicti P. Fr. Ludouici Granatensis lingua Hispanica composita retulerunt sanè copiosissimum: quæ velut miraculosa Gregor. 13. Pontifex piæ memoriæ summè deprædicat, hoc vnicum ad eius, quod dicimus, sufficeret confirmationem: Et ea occasione composuit vir ille doctissimorum optimus, & optimorum doctissimus tractatum multa laude dignissimum, ac solidissimis fundatum rationibus qui nulli cedat eorum, qui in defensionem nostri conscripti sunt idiomatis, eorum pariter librorum, qui vernaculâ lingua compositi in lucem prodierunt.

In Cathech. p. 4. ad finem Tract. del fruto de la buena doctrina

Præter hæc, est idioma Hispanicum nostra iam tempestate adeo illustre, abundans, excellens, elegans, expolitum, & commune, vt qui illud despexerit, illi non leuem inurat ignominiam. Et tacitis multis argumentis, quæ pro huius confirmatione varij viri litteris insignes ediderunt hoc tantum expendo, quod esse iustum videatur, vt vno gressu progrediantur & loquela & Monarchia. Notauit autem D. Aug. quod Romani, vt viderunt se rerum Dños solerti cura laborarint vt proprio suo idiomate id est Latino omnes loquerẽtur & quidquid litteris mãdaretur latinè scriberetur, & qualescumq; causæ tribunalibus ac iudicijs agitarentur, Latinè docerentur:

Lib. 19. de ciu. c. 7.

tur: & optimè ait Ludouicus Viues eius scholiator, quod ea praxi omnes Prouinciæ Hispaniæ ac Franciæ Latinas effeecerint, alia omnia idiomata,, quibus singulæ vtebantur, præfocando : *Hispanias & Gallias Latinas prorsus fecerunt, veteribus illarum gentium linguis abolitis;* Decernendo, nequis legatus audiretur in Senatu, nequis Aduocatus in Consistorio, nec litigans in causa qui non Latinâ lingua peroraret. Iudicarunt admodum expediens, vt orbis terrarum Romam agnoscens vt caput, vbilibet illa loqueretur, aut nuntia mitteret, ab aliis intelligeretur. Modo conspicimus quod suprema in mundo temporalis Monarchia (non loquendo de spirituali cui præsidet summus Pontifex) sit penes Catholicos Reges nostros Hispaniarum. Si namque Monarcha quispiam inter eos, quos mundus præteritis sæculis agnouit, ab orbe per Deum condito, dicere in veritate possit, se fuisse mundi Dominum: hic est, ita hic est Sereniſſimus Rex noster Philippus (cui Deus benedicat) cum imperium eius per totum orbem circulum faciat, eundo, & nauigando semper ac continuo per terras & maria Diademati eiusque regno subiecta: sub illo continens septem millia leucarum orarum Maritimarum: cum in globulo per circulum non nisi sex millia inueniantur. Cum vna sit igitur nostræ Hispaniæ Monarchia: ratio suadet vna sit & loquela, eaque per totum currat longè lateque vniuersum, sitque adeo communis, sicut de facto esse noscitur, vt nulla sit hodie quæ ab omnibus ita nationibus intelligatur. Et si nostri statuerent Reges, id quod Romani vt in omnibus Imperij sui regionibus, in tribunalibus, in Consistorijs, & iudicijs, & locis publicæ negotiationis, illâ sola cuncti loquerentur, absque dubio, communior nunc esset illa nostra lingua quam tunc temporis Latina fuisse perhibetur. Quantum sapio, sic cum ea agitur sicut cum numismate, sicut enim Hispania mundo contulit incredibile beneficium, per hoc quod eius numisma vbique acceptetur, sic vt nulla sit gens, apud quam non sit cognitum & acceptatum, & si quis illud acceperit per totum potest liberè vagari vniuersum: quia absque vlla contradictione acceptabitur, talis mihi esse videtur hodie lingua Hispanica. Quamuis fatear meum non fuisse propositum in ea scribere quid amplius quam istas Homilias: quia semper primum quod habui, intentum conseruo, prosequendi Latinè tractatus Euangelicos, quos exorsus sum: Deo mihi auxiliante.

§. 8. *Censuratur opus illud adeo prolixum, vt tædium adferat patientiæ Doctorum: hanc tamen conseruabunt si D. Hieronymi consilio acquiescant.*

FAteor largos, prolixos, imo molestos huius scripturæ in duobus discursus. Primo in verbis, quæ multa protuli, ad singularia descendendo, apponendo persuasiones, reprehensiones valde particularibus verbis fuse admodum & sine &c. Pariter intelligo, quod nauseam Doctoribus, prædicatoribus proüectioribus, ac ingeniis subtilioribus & acutioribus parient. Sed sicut errorem in ordine ad illos agnosco sic vtiles fore confido nouitijs prædicatoribus, & recentioribus, quibus principaliter hoc opus nostrum erit adminiculo, quibus maximam inuehit difficultatem descensus ille, declinandi discursum dictum in generali ad quaslibet auditorij personas

in singulari. De me fateor, quod maior difficultas quâ semper hoc in ministerio laboraui, & adhuc laboro post quadraginta annos in hoc transactos, non est in rebus iis, quæ dicendæ sunt, sicut paulo ante declaraui, sed qua ratione Doctrina dicta in communi singulis ingeniosè sit applicanda, siue sit de mysteriis fidei, siue eiusdem doctrina, vt eam capiat totius auditorij vel maximè illiteratus: si sermo fit de virtutis alicuius laude vel commendatione; quâ gratia vnicuique illam proponam, vt illi medullitus afficiatur: si vitium aliquod reprehendatur, quo sale illud condiam vt singulis ita sapiat, quasi sibi soli proponatur. Hoc admisso dico, doctrinam secutus Apostoli quandoquidem sapientibus & insipientibus debitores sumus, omnibus prodesse contendo sapientibus, ac felici natis ingenio, & eloquentiæ facundiâ solertibus, conceptibus & discursibus propositis, prædicatoribus autem inioribus, & in hoc dicendi ministerio parum promotis, etiam ipsis verbis, modoque perorandi. sicut autem his magis intendo, cum sint illi, qui ex hoc opere nostro fructum referre possunt vberiorem quam illis, qui mihi possunt magistri esse: patienter hi ferant verborum abundantiam, modo vicissim illi eorum defectum nullum patiantur. Addo cum D. Augustin. vbi differit de piis operibus, & satisfactorijs in defunctorum refrigerium, vt illa pro omnibus offeramus: *Et nullus eorum prætermittatur ad quos hæc beneficia possunt peruenire: melius enim supererunt ista eis quibus nec obsunt, nec prosunt, quam eis deerunt, quibus prodesse possunt.* Secundo prolixitatem in conceptibus ac discursibus, quos multos in quolibet prosequor Euangelio, confiteor. Decreueram, quando Sereniss. Princeps Philibertus mihi sermones eos iussit exscribere, quos habueram, illos eo modo quo prædicaueram mandare litteris: porro in Epistola dedicatoria rationem dedi ob quam mihi hoc fuerit impossibile. Quod in primis feriis priorum dierum Mercurij, Veneris ac Dominicæ feci, discursus aliquos inuoluens ex multis, quos in primo nostro Tomo Tractatuum Euangelicorum prosecutus sum, in ceteris quoque feci, etenim illos composui quosdam intersecans conceptus ex illis, quos disposui in Tractatibus Euangelicis, Tomo primo subsequuntur, omissis illis, qui in singulis eorum comprehenduntur: quatenus si per Dei gratiam vita comes fuerit, imprimantur. Nihilominus affero, quod superflui sint, futuriq́ue sint tædiosi, nec non intolerabile foret, si quempiam ad omnes euoluendos obligarem.

Rom. 1. 15.

D. Aug. Lib. de cura pro mortuis agenda c. vlt.

Errori non adscribitur, quod in mensa Regis Assueri tanta fuerit abundantia vini, tanta multitudo abacorum, innumera vasorum quantitas. Vt enim affirmat Spiritus S. nemo bibere cogebatur vltra quam ferebat appetitus, & stomachi capitisque capacitas: *Non erat qui nolentes cogeret ad bibendum &c. sed sumeret vnusquisque quod vellet &c.* Nouimus omnes sententiam Salomonis. *a.* quam penè ad propositum expendit D. Greg. cum enim mel sit illud, testãte Spiritu S. quod inter dulciora dulcissimum est si quis tamen hoc inuenerit, ne illud immodicè sumat, ne forte nauseam prouocet, stomachum moueat, ructumque pariat laboriosum: *Mel inuenisti? comede quod sufficit, ne forte satiatus euomas illud.* Licet mel ipsum sit, pariet nauseam, si sumatur immodicè. Porro sanitatem tibi conferet si sufficiens comedas: *Quod sufficit:* nam illius, vel vnica gutta, quam hausit Princeps Ionathas, quâ fastigio virtæ sumere poterat, illi oculos aperuit, animum addidit, viresque suggessit fortiores, quibus seipso robustior factus tam felici Marte cum hostibus signa contulit, vt omnes illustri victoria sibi subiugarit.

Esther 1. 7: Prou. 25. 27. 2 Lib. 16. Mor. c. 3. Eccli. 31. 3. 1. Reg. 14. 27.

Ad

Ad hoc tendunt conceptus cuiusque Homiliæ per varios distinctos paragraphos, & Summaria ad cuiusque Homiliæ caput præfixa, quatenus cum disposita sint vel ut cibi simul appositi in mensa, sicut hodie quorumdam mos introduxit, cuique, ac quisque quod gustui suo maximè conueniat. Omnibus grata seruit varietas: quod enim vni placet, alteri displicet: eo namque exordio præmisso D. Hieronymus inchoat sua commentaria: *Difficile, imo impossibile est, placere omnibus, nec tanta vultuum, quanta sententiarum diuersitas est &c.* Idem Doctor commentaria in Isaiam meditatus, præscius, quod nonnullis fastidio foret prolixitas, si in illis se vellet fusiùs extendere; sic orditur, dicendo quod pauca sciant, & multa ignorent: quandoquidem materia, inquit, quam præ manibus habeo, tam profunda, altaque sit, & in qua tam multa dicenda occurrunt, vt quantumlibet dixero, arguat laconismi ac breuitatis: & qui mea legerit opera, in epitomen redigat quod fusè dixero, vel ex omnibus illis hoc sibi tantum assumat quod suo bene sederit animo, palatoque placuerit: *Sicut explanationum in Prophetas displicet longitudo, audiat libere, multo me pauciora dixisse, quam rei obscuritas flagitat, & posse vnumquemque de nostra latitudine breues sibi commentariolos facere.* Et vere in hoc facere gestio gratum Prædicatoribus, eos à labore curaque redimens, quo premi possunt, dum libris vtuntur: qui sermones reddunt ita formatos optimèque compositos, vt nihil aliud superfit, quam illos, prout iacent, declamare; sicut enim plani sunt, ac faciles, illos sæculares piæque mulieres euoluunt; vnde illud oritur inconueniens, quod præmissi, dum prædicator è pulpito dicit, ipsi ipsæque dicant echum formantes, & aliquando ita præcipitanter illos prælegunt, vt eorum vocibus echum prædicator formare videatur. Non hoc licebit eis in hoc opere nostro facere, ob longam discursuum extensionem: qui cum longi sint ac multi, non illos euoluent sæculares; & accipiens prædicator quod gratius ingenio suo placuerit, ipsos sibi proprios efficiet.

D. Hier. *in prof. lx II. in Isai.*

D. Hil. *in proœm. lib. 18 in Isai.*

Multum extulit Virgilius labores, scriptaque Ennij. Fuit ille (si D. Isidoro credimus) primipilus Poëta latinus Romæ notissimus, tantique habitus, vt ipso Augusto referente Cicero eius versum vt oraculum in medium protulerit. Erat eo sapientiâ nemo clarior, erat altis ac profundis conceptibus nulli secundus, lingua licet non responderet, nec eloquentia, nec discurrendi velox amicaque facundia: hinc quamuis discursus eius essent eminentes, verba quibus exprimebat minus erant eloquentia. Eius opera Virgilius assumpsit, illisque totus studuit vt ex illis doctrinam eliceret, missis dicendi formulis, alio dicendi modo illas exprimens; quo factum est, vt in talem euaderet virum, qualem eum omnes fuisse veneramur. Vnde cum ab amico suo interrogaretur quid ageret, respondit: *Aurum ex stercore Ennij colligo.* Viam illam ingrediuntur viri prudentiores cum illis libris, qualis hic est: nullus etenim ita mera est palea, quin habeat aliquid boni, & perfacile erit viro prudenti ac discreto, illum legere cum &c. & discursus prætereundo. Tandem hoc vtar disticho alterius Poëtæ, quod Auito, qui opus aliquod eius censura seueriori perstrinxerat, eò quòd communia & passim obuia diceret respondit:

In Chronico quinta ætate sæculo. Lib. 2. de cin. c. 21.

Sunt bona, sunt quædam mediocria, sunt mala multa.
Quæ legis hic; aliter non fit, Auite liber.

§. 9. *Seipsum Auctor illis conformat, qui operi suo detraxerunt, quamuis mallet eos in scribendo occupari, licet tam inconcinne, ac ipse: quam murmurare, & nihil agere desidiosos.*

FInaliter dico, quod nullatenus cum eis contendam, qui opus hoc censurâ perstrinxerint, & minus cum illis qui eius defectus notauerint: etenim protestor, & paratus sum illos agnoscere atque emendare ea breuitate, quâ illos proposui. Et mihi constat hoc ingenio ac sanctitati conuenire singularis mei Magistri ac Patris D. Augusti. Libros illos exarauerat, cœlesti Theologia *Delibro arbitrio.* refertos. Romæ quidam surrexerunt aliquid in illis pungentes quia non intelligebant. Hoc grauiter tulit Romanus quidam nobilis nomine Marcellinus D. Augustino medullitus affectus, qui postmodum martyrij laureâ decoratus in cœlum euolauit: & ipse alijque multi qui sese D. Augustini gloriabantur esse discipulos animo cœperunt seriò sese talibus acriter opponere detractoribus: scripsit autem ille D. Augustino: cui D. Augustin. respondet: iustam eum non habere rationem, nec habiturum eum, qui quodcumque opus ediderit, quod illud alij accusent, & ea notent, quæ sibi videntur vel mala, vel dicta non eruditè: etenim intentio scriptoris, si ea sit quæ esse debet est illa vt bene dicat, & quod dici conuenit. Si in hoc deficiat à bono est, si moneatur, vt illud sciat quod nondum sciebat, & illi qui decipi poterant legendo nullo modo in errorem labantur. Et in hoc, inquit, profectus alicuius agnoscitur, si in eo quòd errauit, admittat correctionem, & se emendet: essetque non minimus error hoc de se præsumere, se talem esse, qui in omnibus scopum attingeret veritatis, ac ceteros omnes sibi contradicentes à vero aberrare: *Ego fateor, me ex eorum numero esse conari, qui proficiendo scribunt, & scribendo proficiunt, Vnde si aliquid, vel incautius, vel indoctius à me positum est, quod non solum ab alijs, qui videre id possunt, merito reprehendatur, verum etiam à meipso &c. nam nimis peruersè seipsum amat, qui & alios vult errare, vt error suus lateat &c.* Vnde congruè dictum refellit Ciceronis quem Luca. nominat: *Romani maximus auctor Tullius eloquij* qui vt supremam laudem cuiusdam statuit Auctoris id, quod quamuis videatur tale, rectè tamen consideratum, non tale est, sed in magnam vergit eius ignominiam: de eo prædicat, quod tantâ in verbis suis polleret eloquentia; fueritque dicendi eius tanta facultas, vt corrigere numquam voluerit, aut emendare vel vnum verbum, quod semel ore pronuntiasset: *Nullum vnquam verbum, quod reuocare vellet, emisit.* Videtur (inquit D. Augustin.) laus non exigua; sed hominis laus hæc non est sapientis; quia hoc conuenit magis mimis, comœdis, funambulis, stultisque loquacibus, qui sicut nec aduertunt; nec quæ dicant, perpendunt, non habent quod verba dicta reuocent, cum quæcumque dixerint, inordinata, stultaque esse reprehendantur: *Quæ quidem laus quamuis præclarissima videatur, tamen credibilior est de nimium fatuo, quam de sapiente perfecto. Nã & illi quos vulgo Moriones vocant, quantò magis à sensu communi dissonãt, magisque absurdi & insulsi sunt, tantò magis nullum verbum emittunt, quod reuocare velint: quia dicti mali vel stulti, vel incommodi pœnitere, vtique cordatorum est.* Verba Tullij, laudem tantummodo resonant in scriptoribus quos D. Petrus appellat, homines Dei, qui locuti sunt, & scripserunt à Spiritu S. inspirati, quorum scripta, canonica recensentur,

Epist. 7. ad Marcellinum.

D. Aug. *Lucan. li. 7. circa init.*

2. Pet. 1.

sentur,& sicut quidquid dicunt,summo proloquuntur docti consilio; quia illorum calamum Spiritus S. dirigit,ita nec sententiam, nec verbum nec syllabam proferunt, quæ reuocari possit aut emendari. Verba illa de me pronuntiata (testatur ille) non laudem,sed vituperium, maculamque inferrent:de me hoc dicendo, quod imprudenti competit histrioni. *Hoc potius de hominibus Dei, qui Spiritu Sancti locuti sunt, quam de illo,quem Cicero laudat salubberrima pietate credendum est. Ab hac ego excellentia, tam longe absum,vt si nullum verbum,quod reuocare vellem protulero, fatuo sim quam sapienti similior.* Non adeo sum temerarius vt inter illos censeri velim, mihi sufficit (inquit) si eorum vel numero vel classe comprehendar, qui secundum post illos gradum assequuntur: nempe illorum, qui animo Catholico scribentes, intelligunt,quod errare possint,vnde & parati sunt reuocare quod male dixerunt, & quod minus bene scripserunt,emendare: *Hoc qui non est assecutus secundas partes habeat modestiæ: qui primas non potuit habere sapientiæ &c.* Idcirco tantum abest, vt mihi placeat, quod intimi mei credant dicantque de me quod Cicero de altero; vt hoc sit mihi præ ceteris molestius quod viderem veram illam esse sententiam,quod volet irreuocabile verbum: quandoquidem non solum velim reuocare, & vt dicta non forent multa eorum, quæ in me notarunt Censores, sed & alia, quæ mihi iam dicta displicent: *Cum ergo non sicut charissimi mei putant,nulla vel pauca, sed potius plura fortasse, quam etiam maledici opinantur verba dixerim, quæ mallem reuocare,si possem, non mihi Tertulliana illa blanditur sententia, quâ dictum est: nullum vnquam verbum quod reuocare vellet, emisit, sed angit me plene Horatiana sententia:nescit vox missa reuerti.* Hoc dato(fatur D. August.) vos qui mihi plurimum afficimini,& me intimè diligitis, si illos audientes, qui vel ex insciția, vel ex malitia,vel ex ratione meis nigro calculo detrahunt operibus, vosipsos eis opponitis, supponendo ac asserendo quidquid à me dictum est, benè dictum esse, gratis admodum & sine ratione vosipsos torquetis,nec iustam defenditis causam aut litem assumitis rationi consonam, in qua ego ipse vobis contrariam feram sententiam,& eorum me parti coniungam socium qui me grauiter reprehendunt, & quodcumque dixerint,defendam. si rationi videro conuenire: *Vos autem qui me multum diligitis, si talem me asseritis aduersus eos, quorum malitia vel imperitia, vel intelligentia reprehendor, vt me nusquam scriptorum meorum errasse dicatis,frustra laboratis, non bonam causam suscepistis,facile in ea me ipso iudice superamini: quoniam non mihi placet, cum à charissimis meis talis existimor qualis non sum &c.* Si dixit illud Doctor tantâ prudentia doctrinaque conspicuus; prudêter existimo me procedere, si nequaquam me Censoribus meis opposuero meorum operum acerrimum defensorem,sed eorum iudicio subscripsero, & si quispiam duos notauerit errores,ego tres esse confirmabo. Si dixerit opus esse malum,addam ego pessimum. Si alius grauem esse stylum reprehenderit, ego grauissimum asseram. Si hic senserit, tantam prolixitatem esse tædiosam,dicam ego: quod plus æquo ferat iudicium, daboque consilium,vt citius à lectione desistat, ne prius illi patientia,quam lectura deficiat. Quod si me interrogent:in quem finem hoc egero? cur cognoscam errores,non illos corrigam? Respondeo, quod præter supradictas rationes hoc opus componere voluerim, vt breuem temporis moram, quæ mihi de aliis superabat occupationibus vtiliter impenderem, nec otio langueścerem, imitatus in hoc Sanctos illos Ægvpti Monachos, qui piâ ea intentione permoti sportas ex viminibus iunciśque texebant & aliis manuum operibus occupabantur, quas sæ-

pius iam contextas ignibus iniiciebant comburendas. Faxit, obsecro, Dominus noster, vt plures, de rigidis illis censoribus tempus impenderent scribendo, licet etiam exscripta sæpius referiberent & quamuis idem vnumque esset, absoluere scriptionem, & scripta dilacerare, vel comburere: hoc saltem modo seipsos à multa temporis iactura tutarentur quod fabulationibus distrahunt si non nociuis, parum saltem vtilibus & visitationibus ac diuagationibus parum ædificatiuis, si non valde destructiuis.

Quocirca, sicut perpetuo supra modum laudaui Religiosos ac Sacerdotes, qui tempus impendunt transferendo, ac exscribendo, ita summopere vituperaui eos, qui illud transigunt continuis discursibus, otio, murmuratione, de his & illis detractione: nam etsi illud, quod alter facit scribendo minoris sit fructus; hoc quod tu agis murmurando, & circumgyrando, non leuis est damni. Hac consideratione præuenit D. Hieron. prosecutionem Commentariorum suorum in Ezechielem: *Æmulatorum maledicta præuenio, qui non quid ipsi possint, sed quid ego non possim considerant; & cum nostra diiudicent, sua iudicanda non præbent: numquam in agone pugnantes, sed de pugnantibus otiose, imo superbo animo iudicantes. Facile est de alieno ridere sanguine & vbi vulnus infigi debuerit, imperiti more lanista differere.* Vltimo, finem impono cum D. Hieron. quem alias citaui: *Audiant me libere proclamantem: nemo cogitur legere, quod non vult: ego petentibus scripsi non fastidiosis: gratis, non inuidis: studiosis non oscitantibus.* Ego neminem ad lectionem meorum librorum adstringo, nec quidem vt illos videat, aut capiat. Paruo illi constabit qui illos habere voluerit, & minoris qui illos omiserit: hic enim gratis poterit hoc facere, & illos nec habere, nec legere. Hoc autem noui, quod in hoc labore nostro primo ac principaliter Dei nominis gloriam votis omnibus exoptauerim; deinde Sereniſſimi Principis Philiberti seruiens obsequio, saltem in aliquo eorum fauere studiis, qui recentes nouique supremum illud suscipiunt prædicationis Euangelij Domini nostri Iesu Christi redemptoris officium: cuius nominis glorificationem ex totis desideriis optamus sempiternam. Amen.

D. Hier. *In præfat. in lib. 13. in Exech.*

D. Hier. *Lib. 2. Apo. cont. Ruffin.*

INDEX

DISCVRSVVM ET CONCEPTVVM,

Qui in his quatuor Tomis Homiliarum sequuntur, indicans quomodo possint vsui esse pro omnibus Euangeliis, quibus vtitur Ecclesia per totum annum, tam de Dominicis quam de Festis Sanctorum ac Quadragesima.

Numerus primus designat Homiliam, & sequens denotat numeros positos in singulis earum marginalibus ad Indicem manus. ☞.

DOMINICA PRIMA ADVENTVS.

I. FESTVM Natiuitatis Domini magnum est, plenum supremis mysteriis & gratiis. Ad has recipiendas, & illa intelligenda, instituit Ecclesia hanc longam vigiliam aduentus, vt in ea nos disponamus ieiuniis & orationibus. hom. 34. num. 2. & 3.

II. Prædicatores sunt piscatores qui mittunt retia ad vtramque manum, dexteram & sinistram. Ideò proponit nobis Ecclesia in discursu anni Euangelia semientia vtrique manui. hom. 11. num. 2. Vultque nos incipere annum mittendo retia ad sinistram de iudicio. Quia licet Euangelica lex, quàm operatus est Christus aduentu suo in mundum, sit amoris, tamen fundata est in timore & per hunc debet incipere. hom. 28. num. 5. 6.

III. Tempore quo incipimus celebrare magnam misericordiam aduentus Dei in mundum, incipit Ecclesia repræsentare nobis iustitiam Dei; vt nos doceat vnam non respicere sine alia: Dæmon enim nos perdit procurando vt tantum respiciamus misericordiam. hom. 5. num. 36. Christus est lapis magnus, volue eum & aspice, non tantum misericordiam eius; sed etiam iudicium, opus iustitiæ. hom. 13. num. 1.

IV. Dies iudicij erit particulariter, vt Deus conuincat peccatores, demonstrando se non defuisse illis; cum pro eis venerit in mundum ad operandum quantum illis conueniebat: sed peccatores defuerint Deo non capiendo vtilitatem ex tam magna aduentus eius misericordia quæ iam incipit celebrari. hom. 34. num. 29.

V. Ecclesia volens celebrare magnam misericordiam, quàm nobis fecit Deus veniens in mundum, incipit per iudicium, iustitiæ rigorosum actum; quia maxima ratio, quàm à nobis exiget in illo erit misericordiatum eius, ad maiorem condemnationem, quia illis non fumus vsi præcipuè incarnatione; vel quòd Deus homo factus sit. hom. 6. nu. 21. vsque 28. & hom. 27. n. 48. ho. 11. n. 11. 12.

VI. Conuenit prædicatores concionari ad timorem incitantia. hom. 13. num. 53. Sic Ecclesia incipit ab Euangelio terribilium signorum iudicij, de quo etiam proponit Euangelium in fine Anni Dominica præterita; quia debemus semper habere ante oculos illud iudicium, ad beneficium nostrum. hom. 6. nu. 1. hom. 11. nu 29. vsque 35. Dauid dicit punitiones factas à Deo in aliquibus peccatoribus fuisse admonitiones eius: & repræsentatio faciendorum in illis in die iudicij, nobis efficacius persuadebit vt caueamus ne ex illis simus. hom. 21 num. 32.

VII. Incipimus tempus maiorum misericordiarum Dei quòd est aduentus eius in mundum; ad illas celebrandas incipit Ecclesia proponendo actiones rigorosæ iustitiæ in iudicio vt manum apponat duobus extremis terræ & conterat impios vt se conuertant, quod est facere id quod dicit Deus Iob. hom. 26. num. 50.

VIII. Prima concio facta in mundo fuit de iudicio, & vltima quàm fecit Christus in illo fuit de eodem iudicio; quia nobis tanti momenti est ista materia, vt ab illa incipiat Ecclesia annum & finiat. hom. 6. num. 21. vsque 28. & hom. 17. num 48.

IX. De iudicio est tota Homilia sexta, & licet in ea agatur præcipuè de actu iudicij & eò quòd interueniet in illo: & in hac Dominica prima aduentus de signis quæ præcedent; potuit in isto loco tractari, quòd in illo dicitur quia multa sunt ad præsens propositum.

X. *Erunt signa in Sole*, &c. Agit Euangelium de signis terribilibus quæ præcedent Aduentum Christi

facti iudicis rigorosi, quibus nos terret. Bonum erit refugere ad defensionem arcæ Virginis purissimæ. hom.28 num.1.

XI. *Erunt signa magna.* Et horribilia signa præcedent iudicium rigorosum : in quo monstrat Christus magnam suam misericordiam, nolens nos reperire in flagranti dilecto ; vnde non veniet tacitè sed præmittendo signa quæ nos admoneant. ho.13.nu.2.3 4. Quando enim debet peccatores punire, non tantum minatur vt fugiant, sed etiam in signis ostendit viam per quàm effugiant. Hocque est quòd prætendit dans ista signa. ho.13. nu.4. & quando se ostendit vt Leo qui rugit, & magis elevat brachium cum virgâ seueri iudicis, mutat se in patrem misericordem. ib. n.4. & quando vult punire vt iudex, reminiscitur se nostrum esse patrem, & continet se. ibid.n.4.

XII. *Erunt signa, &c.* Punitiones Dei fiunt per partes & pedetentim procedit in illis, vt homo timeat ; sicque emendet : sicque pedetentim ibit incipiens rigorem suum in creaturis insensibilibus Sole, lunâ, stellis, mari, &c. vt homo in quo desinet se corrigat. Homilia 22. num.54. Et quantum peccator reuertitur à cursu peccatorum suorum, retrahit se à minis, quas intentat per signa rigoris sui. ho.13.n 4.

XIII. *Erunt signa, &c.* Operando in istis creaturis insensibilibus, Sole, lunâ, stellis, mari, &c. incipiet Deus suum iudicium, ad clarè conuincendam rebellem hominis duritiem, sic enim assuevit facere. hom.16 num 31.32.

XIV. *Erunt signa in Sole, &c.* Deus vult nos inuenire paratos, vtque habeamus computus nostros præparatos ; atque vt tempestiuè id faciamus prædicit nobis turbationem quæ futura est ante iudicium, quia difficulter poterimus id facere si differamus nos præparare vsque ad vltimum. hom.32. nu.31. & h.34. nu.30. vsque 33.

XV. *Erunt signa in Sole, &c.* Iudicium cum hominibus debet esse, sed Dominus illud incipiet mouendo creaturas insensibiles & sine iudicio ; ostendens eas sam suam tam iustam, vt etiam creaturæ sine iudicio eam iudicabunt contra hominem. ho 17.n.5.& 6.

XVI. *Erunt signa in Sole, &c.* Dissoluet Deus solem & lunam & stellas, auferens eis lucem suam, quasi in punitionem, quia luxerunt peccatori : quid faciet ipsi peccatori, qui fuit vsus illa luce ad offendendum Deum qui illam ipsi tribuebat mediis istis creaturis. hom.6.nu.12. Enormem adeò in illum traditionem machinatus est, vt propriis doris suis ei bellum inmlerit. hom 35. num.16. 17.18. Quando Domina Iosephi sollicitabat eum ad Adulterium, declarabat hoc ei magnitudinem offensæ, ex eò quòd vteretur fauoribus receptis ab eius marito ad eum offendendum. Quanto maior erit vti misericordiis à Deo nobis impensis ad maiestatem eius offendendam. ibid. num.17.

XVII. *Arescentibus hominibus, &c.* Incipient detegi peccatorum culpæ, & videri quales sint, idque sufficiet non tantùm vt timore arescant, sed etiam vt moriantur. ho.26 n 49. & ho.38. nu.54.55.56. Cinere quem spargebat Moyses & quo Ægyptios grauiter vulnerabat, eorum peccatà manifestabat, quo manebant confusi & perditi. Vtque Deus consumat peccatores, manifestabit peccata eorum in die iudicij, quo non tantum arescent metu, sed etiam sufficiet ad omnes consumendos. ibid.n.49. cum vulnera Christi non essent ei propria ; quia susceperat ea in computum suum, eius verecundia & anxietas fuit talis vt sudaret sanguinem videns se ante tribunal Dei. Casus notabilis. hom.42.num. 110.

XVIII. *Virtutes calorum mouebuntur.* Totus mundus dissoluetur quia completus erit numerus prædestinatorum pro quibus illum Deus fecit & conseruat, quo fructu collecto non habebunt cœli & stellæ quòd agant motibus suis. hom.27. n.19. vsque 22.

XIX. *Tunc videbunt filium hominis.* Veniet vt iudex iustus, sicque deteget omnia opera bona Sanctorum & mala peccatorum. hom.26. num.17.18 19.

XX. *Videbunt filium hominis.* Peccatores videbunt tunc Angelum cum nudo gladio, quem eis dirigit in pectora ; & nunc detegitur vt in eum oculos coniciant & se contineant vt contigit Balaam. h.24 n. 30.

XXI. *Videbunt filium hominis.* Erit magna pœna malorum videre Christum & bonos quos persequebantur ; & magna gloria Sanctorum ; videre ad pedes suos prostratos qui ipsos in hoc mundo suis pedibus substernebant sicque bene illis dicitur : *Respicite & leuate capita vestra.* hom.16. num.46. 47.48.

XXII. *His fieri incipientibus respicite, &c.* Vt incipiet tormentum malorum, habebit initium consolatio iustorum. hom.16.nu.32. vsque 35. complebitur visio Ezechielis Domini qui ex vna parte emittebat radios qui terrent, & ex altera lucem iucundam quæ consolatur. hom. 23. num. 1. & Christus exhibebit se columnam quæ consolatur Israëlitas & terret Ægyptios.

XXIII. *Respicite & leuate capita.* Habentibus conscientiam bonam & non inuenientibus peccatum in illâ, nihil est timendum, licet Sol obscuretur & mundus tremat ; quia vera radix timoris est peccatum, hocque est fundamentum confusionis & metus. hom.26. num.47.52. & sequentibus, ô quantus timor inuenient se solum cum Deo offenso, sine societate bonorum operum. hom.26.num.54. & hom.37. num. 53. & sequentibus.

XXIV. *Respicite & leuate capita, &c* Habentes bonam conscientiam sitis iucundi licet mundus inuertatur.

tatur & finiat; hæc enim est gloria bonæ conscientiæ quâ fruuntur Sancti. hom.37. num.59.66.

XXV. Præuenit Dominus, dicens nobis tam clarè pressuram in quâ nos reperiemus in fine vitæ, ne eo vsque differamus agere pœnitentiam sed tempestiuè præuenamus ne nobis accidat quòd Pharaoni, Sisaræ, Sauli de quibus ante. hom. 13. num. 53. vsque 66.

XXVI. Ne maneamus victi à peccato in die iudicij remedium est illud fugere non differendo fugam in hyemem infirmitatis, Sabbatum & horam mortis. hom.13. num. 63. Qui collectionem Manna differebant in Sabbatum, carebant illo, si tu etiam differas tempus pœnitentiæ vsque ad diem mortis, quæ est Sabbatum quietis, priuaberis pœnitentia, licet hanc maximè quæras, sicque est necessarium per pœnitentiam præuenisse tempus illud. ibid. num. 63. hoc medio S. Gregorius reduxit ad pœnitentiam Venantium Monachum. ibid.num.63.

DOMINICA SECVNDA
ADVENTVS.

Cum audisset Ioannes in vinculis opera Christi tunc missi duos, &c. Matth. 11. Quia Deus misit Ioannem expresè vt esset præcursor Christi & præpararet mundum ad illum recipiendum quando nasceretur in eo, & illum digito monstraret, Ecclesia volens celebrare natiuitatem Christi repræsentat primò Ioannem Baptistam & inducit fungentem officio præcursoris mittendo discipulos suos ad Christum ex carcere vbi erat. In hac historiâ multa sunt videnda. Offert se primo fidelitas Baptistæ erga Christum, quòd carcer non faciat eum retrocedere nec timor mortis. hom.30. num. 6. 7. Quia fidelitas Sanctorum ostendit se in hoc quòd ob nullum laborem desistant ab incœpto ex obedientiâ Dei nec ab eius sancta lege, nec à zelo honoris eius. ibid. nu.8. Si ab vnâ parte est navis quæ facile fertur huc & illuc, ex alterâ est columna firma. hom.37. num. 70. vsque 73. non minùs quàm Iob. ibid. num.74.75.

II. *Cum audisset Ioannes in vinculis.* Ne cogites fortè ità tam magnum sanctum esse in carcere captiuum & Herodem incestuosum in Throno regni; quam causam habeat declarabit Deus suo die. hom.6. num. 29. vsque 32. nouit Deus quid agat estque ordo sapientiæ eius, licet videatur inordinatio. hom.30 num.26.27.28.

III. Incipit Dominus communicare præcursori suo Baptistæ gratiam noui Testamenti, quæ est viuere & mori in laboribus manibus in piorum; ille est fauer communicatus maioribus sanctis eius. hom.15. nu.27.

IV. *Ioannes in vinculis.* Nullus miretur videns prophanum Herodem in Throno & maximum Sanctum inter natos mulierum in ergastulo, quia in hoc est secretum iustitiæ diuinæ tremendum & scitu dignum. hom.16 nu.51.52.53.54.

V. *Ioannes in vinculis.* Deus tractat Ioannem vt particularem amicum, sicque dedit ei labores; hi sunt talenta quæ dat amicis suis ad excellens lucrum. hom.32. num.21. vsque 30. Secundum augmentum laborum in sanctis crescit messis profectus eorum, vt secundum gradationem cubitorum ita undatio is aquæ Nili fiebat terra Ægypti fertilior, si Ioannes tantum crescebat in afflictionibus quas patiebatur qualis erit messis sanctitatis eius. hom. 32. num. 27. Ad exitum de Ægypto duxit Deus filios Israël per iter suaue, in quo se offerebant minores labores, sed postea longo tempore ducebat eos per vias magis laboriosas, quia iam plus profecerant, quia in tantum Ioannes profecerat ideo tanta patiebatur in carcere. ibid. nu.44. quando ignis afflictionis accenditur in rubo iusti, vbi Deus est, non tantum non consumit eum, sed reddit magis clarum, lucidum, & leuiorem ad seruiendum Deo; & labores quos patiebatur S. Ioannes in carcere eleuarunt eum ad sanctitatem magis notam & maiorem animum ad patiendum. ibid. num.46.

VI. *Ioannes in vinculis.* Videntur non conuenire, amicus Dei, & in carcere; sed nil magis ordinarium quàm magnæ afflictiones in magnis Sanctis, quia quantum crescunt labores tantum crescit spes præmij maioris. hom.32.num.21. & sequentibus.

VII. *Ioannes in vinculis &c.* Videas Baptistam incarceratum inter malefactores, & Herodem in latis palatiis inter præcipuos, Baptistæ congratulare & Herodi condole. hom.32.num.42.43.44.

VIII. *Ioannes in vinculis.* Herodes incarcerauit Ioannem quia reprehendit eum de peccatis suis, nil enim plus horrent mali quàm reprehendi. hom.22. num.28 hom 40 num.12. vsque 16.

IX. *Ioannes in vinculis* Quia Baptistæ prædicabat veritatem & eam apertè dicebat Regi Herodi, incarcerauit eum. Hoc eliciunt Sancti dicendo veritatem peccatoribus, incarcerari, mactari; vt autem eam dicant sine contradictione; metuque est ejus eam prædicare extra mundum vt Elias Ioram scribens ex paradiso. hom.34. num.53.54.55. & hom.36. num. 49. 50 51. ideò iam incarcerantur tam pauci prædicatores quia sæpè non concionantur viuaciter veritatem. ibidem.

X. *Ioannes in vinculis &c.* Ioannes aggrediebatur Herodem loquendo non tantum in communi sed etiam in particulari dicendo: *non licet tibi; hoc* fungit, sentitur, male accipitur. Ideò Herodes vt iterùm stringebat contra eum brachia potestatis suæ. ho.34.

bum. 54. quantum enim placet veritas in communi, tantum offendit quando descendit ad particulare, accidit́que quòd mulieri Leuitæ. hom. 34 num. 41. & sequentibus.

XI. Licet autem S. Ioannes ageret cùm tam inuerecundo peccatore nempe Herode, non tamen reprehendebat eum asperis verbis, sed leuibus; sic faciendum debenti grauem corrigere peccatorem, & particulariter concionatori qui debet reprehendere publicè. hom. 24. num. 53. 54 55. Et nota quòd licet prædicet magnitudinem misericordiarum Dei; hasque offerat peccatoribus pœnitentibus, debeat tamen etiam declarare diuinam iustitiam, quæ vult pœnitentiam & satisfactionem culparum proportionatam grauitati. ibid. num. 55.

XII. Ioannes benenolebat Heredi ideoque reprehendebat eum; non enim est opus odij sed amoris & charitatis reprehendere peccatorem licet mundus sentiat contrarium. hom. 22. n 29. non habetur enim res maioris inuiciciæ quàm reprehensio, vt S. Hieronymus dicit de eo quòd sibi accidit. ibid. nu. 28.

XIII. S Ioannes reprehendit, & concionatur Herodi licet obstinatum esse sciret, non enim licet desistere à prædicando contra peccatorem licet obstinatus sit, vt causa Dei maneat iustificata, & quia concionator non perdit laborem suum coram Deo & ob alias rationes. hom. 22. nu. 30 vsque 37. qui debet corrigere alienos defectus sentit difficultatem, vt expertus est Moyses in reprehendendo Pharaonem ex Dei ordinatione. Sed debet eam vincere cum diuino fauore, qui offertur debentibus reprehendere, cum enim Deus eum mittat prouidebit de conuenientibus ad illud opus. ibid. num 31.

XIV. *Ioannes in vinculis.* Vitium inhonestatis & luxuriæ inuasit Herodem, vnde non mirandum ad tantum deuenisse malum, vt Baptistam caperet & vitam ei auferret quia illud vitium consumit omne bonum & fert hominem ad summum malum. hom. 18. nu. 30. vsque 40. Non est res quæ adeò debilitet, senectutem causet, vitamque abbreuiet, & vitam vt vitium hoc, quia illi se dedit Ruben declarauit pater eius in benedictione quàm ei dedit, quòd perderet primogenita sua maneat que ab omnibus tam vacuus vt vas aquæ quòd effunditur. ib d. nu. 34. 36 & possumus credere diabolum redegisse illum in suam potestatem, quia per hoc vitium habet dæmon particularem potestatem in hominem quòd ponderandum. hom. 18. num. 43 44. estque tam difficile hoc luxuriæ vitium extirpare, vt videatur in aliquo damnatorum obstinatio: vt enim de illis dicitur, quod diabolus habet potestatem in illos, etiam dicitur habere in luxuriosum per obstinationem quæ in illo est. ibid. num. 43.

XV. Herodias totam hanc machinam direxit, sunt mulieres quibus prævalet satanas ad decipiendum, perdendum & incarcerandum bonos qui prædicant veritatem. hom. 24. nu. 7.

XVI. *Ioannes in vinculis.* Herodes incarcerauit Ioannem; quo Principes sunt maiores eo audent maiores malitias, nullus enim ausus fuisset incarcerare Baptistam & de ollare quàm potens adeo Rex, ideoque magni Principes faciunt celebres introitus in infernum. hom. 35. nu. 19. vsque 44 licet periclitetur vita particularis imò exercitus, integri, potens haud negabit gustui suo desiderabile quòd ei se offert, vt patuit in Dauide, qui vt liberet frueretur Bethsabee fidelem suum ducem Viiam exposuit morti & totum exercitum suum periculo. ibid. num. 20.

XVII. *Ioannes in vinculis.* Herodi appetitibus suis satisfacere desideranti, non defuerunt ministri qui iuuarent etiam ad incarcerandum & decollandum Baptistam; quia ordinariè famuli magnorum Principum imitantur malefacta eorum ideoque valde punientur. hom. 35. num. 25. 26 27. perdito famulorum non attendentium ad honorem Dei & legis eius obseruationem vt Dominis suis complaceant, patet in Naaman, vt in Daniele exultatio eorum qui fuerunt vt ipse zelosi honoris Dei, & in omnibus facientes sanctam voluntatem eius. ibid. num. 27.

XVIII. *Ioannes in vinculis.* Sæpè ponit Deus in carceribus peccatores vt eos curet ab infirmitatibus eorum. Sed & permittit aliquando Sanctos optimos illis detineri vt crescant humilitate & virtute. ho. 24. num. 27.

XIX. *Ioannes in vinculis.* Deus ponit in catenis & compedibus suos, vt S. Ioannem, & relinquit peccatores liberos vt Herodem, vt currant quomodo & quantum volunt, viam peccatorum suorum; ad horum maiorem condemnationem & illorum maius bonum. hom. 35. num. 28. vsque 35. sæpè putant homines damno sibi esse obstaculum quòd impedit intentiones eorum, cum in illo sit maius bonum eorum, vitaque vt patuit in Balaam, qui liberatus fuit à morte, quia subsistebat asina, si enim vltra processisset illum perforallet gladius Angeli, qui eius cuspidem dirigebat ad pectus illius, estque magna misericordia, quâ Deus vtitur erga suos detinendo eos in afflictione; vt signum damnationis dare peccatoribus locum vt consequantur quidquid prætendunt, patuit in Pharaone, qui, vbi aperuit viam ad satiandum desiderium suum contra populum Dei, ibi reperit seueram punitionem, & damnationem suam. ibid. num. 32. & 35.

XX. *Ioannes in vinculis.* Zelus honoris Dei tenuit S. Ioannem in carcere, vt posset dicere *decoloratus me Sol*, pauci volunt pati pro honore Dei, vnde non honorat illos Deus vt S. Ioannem cuius laudes de-

prædicat.

prædicat, hom.28.n.59 60. respondet Deus curatque honorem S.Ioannis, agit enim Deus cum suis Sanctis vt hi cum Deo, etiam cum peccatoribus. ho.24. n.39. & h.25.n.50. vsque 55. Patuitque in Lot, Dauide, diuite epulone. ibid.n.56.vsque 61. Petiit Deus ab Abraham filium eius, non prætendens eum recipere ab illo, sed vt daret suum illi filium cumque dedisset eum in sacrificium, quòd non perfecit, dedit progeniei eius & semini Deus vnigenitum suum, & in retributionem eius quòd fecerat pro Deo, voluit in domo Abrahæ & stirpe eius conseruari fidem & veram religionem. ibid. num 55.

XXI. *Ioannes in vinculis* Ioannes non erat in carcere pro peccatis suis, sed pro gloriâ Dei, quæ consistit in eò quòd Sancti patiantur pro Deo, in quo se recreat vt in spectaculo gloriæ suæ. ho.4. n.29. vsque 33. agit Deus cum S.Ioanne vt cum amico; vnde vtitur eo & libertate eius. h.32.n.45 vsque 48. habetque S.Ioannes hos carceres vt signa amoris h.9. n.39.40.

XXII. *Ioannes in vinculis.* Deus vult Ioannem pati iniustum carcerem vt in eo det nobis exemplum patientiæ. hom.30.n.30. Etiam vt monstretur constantia tam magni Sancti & manifestetur mundo. hom.9. num 33.40.41. & 45.

XXIII. S. Ioannes non desistit à reprehendendo Herodem licet videret eum in malo obstinatum; iustum est enim, cum Dæmon non desistat à tentando excellentes Sanctos, etiam non desinat prædicator reprehendere peccatores particulariter obstinatos. Licet Herodes non emendet se S. Ioannes non perdet præmium prædicationis suæ & correptionis hom 22.nu. 33. vsque 38.

XXIV. *Cum audisset Ioannes opera Christi.* Quæ fuerint miracula quæ Ioannes audiuit existens in carcere declaratur hom 11.num.4.

XXV. *Tunc misit duos de discipulis suis.* S.Ioannes existens captiuus corpore habet animam liberam ad audiendum mirabilia Christi, eisque lætandum: iustos enim in afflictionibus & sine illis habet animam liberam ad res Dei; nec illæ impediant eam hom.32. num. 41. & seqq. potestque declarari per ea quæ acta sunt in Christo. hom.42.num.99. & 100.

XXVI *Misit duos de discipulis suis.* Hi discipuli ostendunt bonitatem suam; licet enim videant magistrum suum in carcere captiuum, non desernnt eum; vt solet in mundo fieri in quo tantum cognoscitur aliquis in quantum videtur ei bene esse hom.30.nu.15.

XXVII. *Misit duos de discipulis suis* Bonus Magister & Pater familias nouit se teneri habere curam domesticorum; quodque defectus discipulorum & filiorum imputentur magistris & Patribus. hom.23.nu.4. vsque 7. & hom.35.num.23.

XXVIII. *Mittens duos de discipulis.* S.Ioannes curat bonum spirituale filiorum suorum, pauci patres habent illius curam sed temporalis tantum. hom.15. nu 29.30 & obliuiscuntur suiipsius vt relinquant illis augmenta in temporalibus: sed debent eos conseruare in statu quo sunt vt fecit Phocion cum filiis suis & Ioseph cum fratribus suis in Ægypto. ibid.n 29.etiam sunt patres & matres qui non tantum non mittunt ad Christum proles suas sed volunt diabolum in illis esse. hom.9. num 19. vsque 23.

XXIX. *Mittens, &c.* Licet S.Ioannes sit in catenis non negligit discipulos suos, vt nec suos Christus in agonia sua. hom.42.num.91.

XXX. *Mittens duos, &c.* S. Ioannes habet curata salutis proximorum suorum; hæc enim est lex domus Dei, vt Scholæ Dæmonis, vt quisque habeat curam sui tantum. hom.21.n.2. vsque 11. Deus autem punit eos qui non curant reparationem proximorum suorum vt eos obliget ad illud. ho.22.nu.11.12. desse peccatum proximi, quia cum sit offensa Dei, est etiam tua, debesque deplorare vt proprium, cumque simus omnes membra vnius corporis, damnum quod vnus patitur, debet alius sentire, & sæpè punit Deus omnes vnius Reipublicæ ob peccatum vnius solius ex illâ, quia est damnum commune omnium. ibid.num.11.

XXXI *Misit duos* Discipulos ad Christum, non quòd dubitaret de illo quòd confessus fuerat de ipso, sed ita protestans supremum magisterium Christi, quòd ipse solus potest cordi infundere fidem; quia S. Ioannes & prædicatores tantum possunt voce suâ pertingere ad corporis auditum; mysterium profundæ Theologiæ. hom.30.n.56. & ho.33.n.20. vsque 24 intellexit hoc Dauid dicens, *nisi Dominus ædificauerit domum*, vt declarat S. Augustinus. hom.43.num 53.

XXXII. Misit S.Ioannes discipulos suos ad Christum vt operaretur in eorum cordibus, nouit enim doctrina Theologiæ illud esse opus reseruatum soli Deo; scitoque quod debeant pari passu & coniunctim ambulare eius vox ad aures corporis, & Christi ad cordis hom.25 n.4. & h.29.n 11.12.13 ideò nomen Dei est Dominus magnus ibid.n.15.16. ideò vocatur Sol. ho.33. n.20. vsque 23. experta est id sponsa. hom.41. nu 14.15.16. & patuit in eo quòd operatus est die Ramorum in principibus. ibid. nu.13.

XXXIII. *Tu es qui venturus es an alium expectamus?* Nomen Christi est expectatus, quia in eo comprehendebantur omnia desideria mundi quæ debebat complere aduentu suo. ho.33.n.25.26.27. ideò dicitur Sol mundi. ho.33.n.28 vsque 31. & desideratus cunctis gentibus. hom.41.nun.46. & sequentibus.

XXXIV. *Tu es qui, &c.* Venerunt ad Christum Ioannis discipuli & quia erant pauperes recepit eos pacificè, excipiens Pharisæos diuites cum asperitate: quia est bonus medicus, & non debet omnibus dare eandem

dem medicinam, vultique ministros suos docere, quomodo debeant recipere pauperes, & non minus placidè quàm diuites. h. 2. n. 20. vsque 25. h. 21. n. 22. 25. licet inundus prætendat contrarium h. 16. n 25.26.27.

XXXV. *Cæci vident, claudi ambulant &c.* Illis discipulis Sancti Ioannis miracula non petentibus dat ea Christus; & Pharisæis illa petentibus non vult Christus concedere, quia illi discipuli accesserunt bono animo, & Pharisæi tentantes eum. h. 8. n. 9. & seqq. & cum mala dispositione, nullum inde vtilitatem capturi. ibid. nu. 14. & sequentibus & accesserunt vt hyenæ. hom. 8. num. 35.

XXXVI. Cum Pharisæi petierint à Christo miracula quatuor vicibus, nulla dedit. h 8. n 39. & istis non petentibus dedit multa: quia illi petebant miracula seruientia soli ostentationi, & absque vtilitate; hæcque non debebat Christus facere sed quæ salutis erant, quibus illuminaretur intellectus & voluntas inflammaretur, ista enim prædixerant Prophetæ Messiam facturum. Talia sunt quæ iam facit: *Cæci vident, &c.* h. 8. n. 41. vsque. 47. Christus respondit discipulis istis, non tam verbo quàm opere, vt possit dici: *respondit eis in via virtutis suæ*, estque modus quo respondit eis, quibus fauebat. h. 9. n. 30 miraculis magnis supernaturalibus & tanti laboris vt operarentur in cordibus dat Christus se cognoscendum, implens quòd dixit Dauid: *Deus in sertibus eius cognoscetur.* h. 10. n. 3. 4. Facitque omne genus miraculorum maiorum & minorum quæ sunt vt stellæ maioris & minoris magnitudinis *cæci vident claudi ambulant, &c. mortui resurgunt. &c.* hom. 32. n. 2. & Christus processit in miraculis, quæ audiebat Ioannes, ascendens vt Sol. hom. 31. n 4.

XXXVII. *Cæci vident & claudi ambulant &c.* Ad petitionem quàm faciunt quisnam sit respondet operibus illi propriis, hæc enim probant legitimè qualis quisque sit. h. 37. n. 42. vsque 45. probatque bene Christus personam suam faciens miracula de se prædicta in Scriptura S. in quâ venit Christus claudus vt Moyses in fiscellâ bitumine litâ & debebat detegi per miracula prophetizata in illa h. 21. n. 16. 17.

XXXVIII. *Beatus qui non fuerit scandalizatus in me.* Vita mea est tempus operandi miracula, nec multum est eos in me credere quia illa vident, mors mea erit tempus patiendi; beatus qui nouit facientem miracula, si non nesciat patientem ignominias. hom. 30. num 28.

XXXIX. *Beatus qui non fuerit scandalizatus in me.* Loquitur de tempore passionis suæ vbi multi impegerunt qui postquam crediderant in eum, & magni fecerant quando facientem miracula viderunt; non crediderunt & parui fecerunt, quia videbant patientem tam ignominiosam mortem; vtque dicit Gregorius ponderans ista verba; videbatur hominibus stultitia mori pro se auctorem vitæ; & inde cepit homo scandalum ad non credendum, vnde debebat motiua capere ad plus amandum & impletur illud Propheræ: *Cum fecerit mirabilia non fuit nobiscum.* hom. 45. num. 46.

XL. Non est multum sequi Christum quando facit miracula & dat beneficia, hoc enim faciunt omnes. Felix ille qui eum sequitur & non impingit nec scandalizatur quando dat ei crucem: aquis amaris probatur vera fidelitas mulieris. h. 30. n. 6. vsque 9.

XLI. *Illis autem abeuntibus cæpit dicere de Ioanne, &c.* Dominus permisit discipulos Ioannis discedere ad hunc laudandum; quia si laudaret eum in præsentia illorum, videretur adulatio; sed illis abeuntibus cœpit eum laudare respondens pro eius honore, ne quis propter afflictionem carceris crederet eum retrocessisse à confessione suâ & sanctitate, factique integram concionem in eius laudem; & cum tam multum dixerit aduerte quòd tantum *cæpit dicere*; obligans nos ad prosequendum illum, nullus agit verius de honore Sanctorum quàm Deus; qui ad honorandum Centurionem voluit admirati. hom. 2. n 50. vsque 52. non enim permittit Deus nec vult Sanctos suos honorem & & bonam famam perdere. hom. 3. num. 27. vsque 30.

XLII. *Cæpit dicere, &c.* Virtutes S. Ioannes erant tectæ & conclusæ; Deus cepit in se onus manifestandi eas mundo. ho. 26. n. 17. idque facit cum tanta sinceritate vt omnes Sancti Ioannis excellentias in publicum producat. hom. 3. num. 113.

XLIII. *Arundinem vento agitatam.* Laudat S. Ioannem quod non sit arundo, quæ vento tribulationis & carceris sit distorta à confessione quam fecerat. Iustus non est arundo, sed firmus & columna & in hoc patebit vestra sanctitas. h. 37. n. 70 vsque 73. firmi sunt famuli Dei, nec ventus agitat eos. hom. 15. num. 45. Vos & me agitant venti vt arundines. hom. 38. nu. 31. Res mundi & diuitiæ & dignitates sunt venti hom. 4. num. 19. vsque 26.

XLIV. Ioannes non est arundo, quæ quanto plus crescit; tanto plus virtus eius & natura extenuatur; sed est palma quæ quo plus crescit grossior fit & robustior, dicique vt Iob: *Quasi palma multiplicabo dies*, quia nos sumus vt arundo, qui simus remiores in bono; venit Satanas ad nos vincendum qui procedit vt balena. hom. 18. num. 41. 42. hom. 41. num. 10. 31. 32.

XLV. *Ecce qui mollibus vestiuntur in domibus Regum sunt.* Non est Ioannes aulæ sectator, in qua nec dicitur nec cognoscitur veritas; & si extra illam cognita fuerit, vt quis in eam pedem misit, iam eius cognitionem deperdit: vnde Ioannes in confessa semel veritate firmus perseuerat. hom. 43. num. 36.

XLVI. *Qui mollibus vestiuntur.* Non est malum vestiri honeste secundum statum vestrum sed excessus in vestibus est reprehensibilis. hom. 16. n. 5. 18. malo

nostro, vestis quam Deus instituit ad remedium nostræ necessitatis facta est instrumentum stultitiæ. hom. 7. nu. 33. 34. particulariter in mulieribus, quarum excessus in vestibus & affectationes sunt reprehensibiles. h. 32 num. 17. & 18.

XLVII. *Hic est de quo Scriptum est: ecce ego mitto Angelum meum.* S. Ioannes fuit Angelus & excellentior multis Angelis, id enim præstare potest gratia; pro vt malitia potest hominem facere diabolum & peiorem multis dæmonibus. hom. 8. num. 19. vsque 28.

DOMINICA TERTIA
ADVENTVS.

I. *Miserunt ab Ierosolmis Sacerdotes & Leuitas ad Ioannem.* Ioannis primo. Expectantibus Nativitatem Christi proponit Ecclesia S. Ioannem vt præcursorem qui dat nobis testimonium de lumine: S. Ioannes est cœlestis hortus diuini Sponsi, cuius flores contrariis ventis agitati excellentem spirant odorem. Dominica præterita perflauit hunc hortum, aquilonaris ventus asper Herodes. In hac agitatur blando austro honoris exhibiti à principibus; quo fiat vt fragrantem det odorem fidelitatis suæ in honorem Christi h. 9. n. 38. & 45. non fuit victus afflictione sed in eâ ostendit se fidelem vt mulier bibens amaras aquas. h. 30. num 6. vsque 9. nec superbiuit in honore sed stetit firmus vt columna hom. 37. num. 70. 71. 72.

II. *Miserunt Iudæi ab Hierosolymis Sacerdotes, &c.* In hac legatione quam miserunt principes Sacerdotum ad S. Ioannem offerentes ei Messiæ dignitatem ostendit Deus se Dominum scientiarum & cogitationum: per has enim hominum errantium exequitur illa Sapientiæ suæ diuinæ proposita. Fuerit intentio eorum bona credentium realiter Ioannem esse Messiam vt aliqui suspicantur, vel fuerit mala vt prætendit S. Chrysostomus dicens adisse illos S. Ioannem offerentes ei Messiæ sedem vt auferrent Christo; ex his cogitationibus traxit Deus definitionem veritatis, quòd Christus erat verus Messias; quia illi cum tenerent S. Ioannem vt hominem tantæ sanctitatis & veritatis vt offerant ei recipere illum pro Messiâ, si vellet; obligabantur ad credendum id quòd eis diceret, vt eis dixit in hac occasione dans testimonium de Christo; quia non est testis magis concludens in vestrum fauorem, quàm ille quem vester inimicus vobis offert ho. 34. n. 27. Impletque hic Deus quòd dixerat per Isaiam: *ducam cæcos per viam quam nesciunt, &c.* quòd dixit Dauid: *Cum superbit impius incenditur pauper.* hom. 23. nu. 35. vsque 40. permittit Deus peccatoribus vt erigant se contra Sanctos vt in mundo plus resplendeat illorum sanctitas. ibid. n. 37. & ho 30. num. 59. & 60. & hom. 39. num. 30. & 31.

III. *Miserunt Iudæi.* Volebant hi Christum lanceâ occidere capientes S. Ioannem pro lanceâ; qui si acceptaret Messiarum quem ei offerebant videbatur eis quòd Christus lancea confoderetur, sed fecit quòd Banaias occidens Ægyptium suâ lanceâ proptiâ, non dans ei locum eâ vtendi. hom. 44. num. 9. 10.

IV. *Miserunt ab Ierosolymis.* Ex intentione inimicorum suorum quæ conabantur auferre Christo Domino nostro quòd haberetur pro Messia, trahit Deus coronam quâ lucet coronatus vt verus Messias, testimonio hominis tam Sancti, scilicet S. Ioannis, cuius dictum non poterant reprobare cum iam approbassent eum, vt supra dictum, habentes eum ita sanctum vt crederent esse Messiam vnde non poterant de illo dicere quòd mentiebatur. hom. 29. num. 28.

V. *Miserunt Sacerdotes & Leuitæ, &c.* Mali principes qui ex officio procurare tenebantur vt populus reciperet Christum pro Messia, diuertunt eum ex inuidiâ quæ contra Christum feruebant, & dirigunt ad S. Ioannem Baptistam. hom. 35. nu. 13. vsque 16.

VI. *Miserunt, &c. vt interrogarent &c.* Videntur principes Ierusalem velle implere officium suum, quod est esse nasus in facie sponsi; quærendo ex vestigio Messiam; sed non faciunt, cum enim S. Ioannes quem adibant, eum ostenderet eis clarè, melius quàm Eliezer Isaac, nolebant eum recipere h. 7. n 19. vsque 22. patet fuisse proditores, quodque euntes ad interrogandum cor non haberent sincerum; quod suadet Spiritus Sanctus talibus vt secum deferant. hom. 37. num. 35. & sequentibus.

VII. *Miserunt, vt interrogarent, &c.* Probatur clare eos ire ad interrogandum malo corde & fictè, desiderantes sibi responderi secundum desiderium suum, statim enim cum respondit eis Ioannes veritatem, recedunt ab eo, & incipiunt eum reprehendere dicentes quòd baptizaret non habens potestatem reprobat: tentis indicium quæ petit à Doctoribus & Confessarijs tantum cum voluntate vt eis dicant quod desiderant. h. 37. n. 35. vsque 39. Sed nullus consultor est tibi fidelior ad consulendum quàm ille qui non attendit suam vtilitatem sed bonum tuum. ib. n. 37. videntur illi quoad murmur exterius apes, sed sunt fuci, ecce Crabrones hom. 23. num. 9.

VIII. *Miserunt, &c.* Illi poterant clarè cognoscere Baptistam non esse Messiam cum scirent non esse de tribu Iuda, nec descendere ex Dauide: sed mala voluntas quam habebant erga Christum cæcauit intellectum eorum, sæpè enim abripit voluntas intellectum vt iudicet quòd ipsa vult. hom. 29. num. 52. 53. 34.

IX. *Vt interrogarent eum. &c.* Offerunt S. Ioanni Messiæ dignitatem quem vident esse filium Sacerdotis valde honorati & diuitis, deserunt̃que Christum quia videbatur:

videbatur esse filius pauperum : mundus enim iudicat de rebus tantum quia videt in illis exteriùs diuitias quas vocat substantiam, & fundamentum accidentium honoris. ho. 16. nu. 25. & 26. h. 21. nu. 19. 20. licet inhabitantes Nazareth cognouissent, & confessi fuissent quàm cœlestis esset doctrina Christi, quia tamen videbant pauperem contempserunt eum & statim aduersabantur ei. ibid. n. 19.

X. *Vt interrogarent eum.* Hi fecerunt iniuriam Christo & gratiæ Spiritus S. contemnentes illum quia videbant eum pauperem, & iudicando quòd Deus pauperem & filium pauperum non faceret Messiam. h. 21. num 21. 22.

XI. *Miserunt, &c.* Misit Deus S. Ioannem vt medium per quod homines reciperent Christum vt Messiam, & finem legis. Ipsi autem subtiterunt in medio id recipientes vt finem : hæc est consuetudo hominis, abuti mediis quæ Deus dat eaque pro fine habere. h. 28. n. 34 & seqq. proditores vt mulier Putipharis. Multi sunt illis similes qui media habent pro fine. hom. 28. num. 34. 35.

XII. *Confessus est quia non sum ego.* Rectè potest dici de S. Ioanne quod Spiritus S. de Dauide dixit : *In omni opere confessionem dedit Sancto*, ideque debes facere & referre in gloriam Dei totum quod habes bonum vt S. Ioannes. hom. 29. num 45. vsque 5.

XIII. *Non sum ego Christus.* Hoc verbum Christus, absolutè sumptum significabat Messiam vnde colligitur quid Baptista intenderit dicendo quod non erat Christus. hom. 37. num. 32.

XIV. *Non sum: non.* Summa festinatione Baptista exutit nomen Christus quod ei dabant ac si ardens carbo fuisset ; hoc enim modo resistunt Sancti tentationibus eas abiiciendo. h. 4. n. 12. vsque 18.

XV. *Non sum.* Baptista subtraxit se subitò illi tentationi, non dans ei locum ; fecitque vt cancer, & Eliseus, vtque tu facere debes. hom. 5. num. 32. 33.

XVI. *Non sum ego.* Magna fuit ista tentatio quia ambitionis est grauissima ; & non acceptare honorem oblatum etiam rogatum. hom. 1 num. 2. & 28. quot offendunt ad lapidem hunc honoris ? h. 2. n. 23.

XVII. *Non sum.* Cum S. Ioannes haberet tot excellentium dona virtutum, se adeò humiliauit repetens: *Non sum, non.* Vt intelligens non plus pro hominibus factam superbiam, quàm alas pro campana. h. 15. num. 31. 32.

XVIII. *Non sum ego.* Detruncat vanam gloriam quæ poterat ei oriri ex tam excellenti legatione meliùs quàm Iephte filiam suam & cum maiori fortitudine & resolutione. hom. 1. num. 3.

XIX. *Non sum ego.* Videtur Baptista sentire se gratuatum ab iis qui venerant ad offerendum ei dignitatem istam, idque videtur ita sensisse ac si ei alapam infligerent, prouocando eum vt esset Christo infidelis. hom. 5. nu. 29.

XX. S. Ioannes fugit cum magnâ prudentiâ officium oblatum, quia magnarum obligationum officia potiùs fugienda sunt quam recipienda. hom. 15. num. 37. 38. 39.

XXI. *Propheta es tu ?* Per nomen Prophetæ prolatum absolute intelligebatur Messias quo nomine fuit promissus Moysi. h. 7. n. 25. & 26. vnde etiam patet illorum condemnatio quia noluerunt recipere Christum vt Prophetam promissum vt declarauit Deus eidem Moysi. ho. 29. num. 38.

XXII. *Non sum.* Non fuit S. Ioannes vt Lucifer qui in veritate non stetit & transiliebat muros beneficiorum quæ receperat, S. Ioannes fuit homo factus à Deo, qui recognoscens beneficia recepta, stat in veritate firmus. hom. 17 num. 32.

XXIII. *Num sum.* S. Ioannes stetit firmus in suâ confessione quia Sancti. qualis ipse, sunt firmi in bono vt columnæ. h. 37. num. 70. vsque 73.

XXIV. *Ego vox clamantis.* Ob multas rationes dicit Ioannes se vocem, dicitque bene in hoc testimonio quod dat de Christo *Qui post me venit ante me factus est*, &c. verba magni mysterii. hom. 33. n. 17.

XXV. *Ego vox, &c.* Fatetur officium suum quod est legati, sicque non est plusquam vox sui principalis, & per consequens non vult gloriam pro se, sed pro Domino qui eum mittit. hom. 29. n. 40. 41.

XXVI. *Ego vox.* S. Ioannes fuit contentus eo quod est officii sui & personæ, nolens capere aliud superiùs, sicque se conseruauit integrum in suo statu præcursoris. O quàm bene dispositus esset mundus si quius tantum prætenderet quod est officij sui, nolens ad superioris ascendere. hom. 27 num. 62. vsque 65.

XXVII. *Ego vox clamantis.* Est vox vehemens clamorosa & fortis, talis debet esse prædicatoris Euangelici : non vox mulieris debilis, vt effeminatorum de qua conqueritur Deus per Ezechielem. ho. 10 n. 41. 42. In quatuor conditionibus, quas requisiuit Iethro in iudicibus, quos designauit Moyses pro coadiutoribus suis, declarauit eas quas debent habere ministri & prædicatores Euangelij scilicet vt sint viri, timentes Deum, Sapientes, & mundi ab auaritia. ibid. n. 41.

XXVIII. *Ego vox clamantis.* Vult dicere se loqui clarè de Christo, & non inter dentes, sic enim loquendum peccatoribus. ho 33 nu. 17. Quodque loquebatur clarè detegens Christum vt ipse Christus loquebatur clarè reuelans nobis beatitudinem ; implens illud Dauidis ; *Eructabo abscondita à constitutione mundi.* hom. 41. num. 80. 81. 82.

XXIX. *Non sum dignus soluere, &c.* Habens se & confitens indignum, fecit se dignum non tantum soluendi ad calceamentum Christi sed etiam ad caput

eius

eius & vocari amicum eius hom. 2. numer. 35.

XXX. *Quare ergo baptizas?* Cum S. Ioannes daret tam clarum de Christo testimonium, & posteà Christus confirmaret operibus quod S. Ioannes dixerat verbo de persona eius, necdum credunt ei homines, & cum facilitate credebant S. Ioannem esse Messiam cum esset mendacium, vnde cum tantâ difficultate creditur veritas cum quanta facilitate creditur mendacium. hom. 34. num. 50. 51. 52.

XXXI. *Quare ergo*, &c. Bene probatur istorum rebellio cum noluerint recipere Christum non obstante probatione tanta quantam facit testimonium S. Ioannis ad recipiendum Christum vt Messiam, potestque contra illos fieri discursus S. Cypriani contra gentiles. quid vidistis in Ioanne ad habendum eum vt Messiam, & quæ opera vidistis in eo ad credendum quòd esset, & quid videris in Christo ad credendum quòd ipse non sit, & quæ opera Messiæ omittit facere vt non recipiatis eum ut talem. hom. 19. num. 71. 72.

DOMINICA QVARTA
ADVENTVS.

I. *Anno quintodecimo imperij Tiberij Cæsaris, &c. Luca* 3. Cum Deus misit S. Ioannem hominem factum vt daret testimonium de Christo, statim vt natus est, tulit eum ad desertum ex domo parentum eius. Videtur cum eo egisse vt cum Adamo, quem cum creasset in campo Damasceno, statim transtulit eum in paradisum vt eum perficeret & custodiret. Sic in vno sensu declarant S. Augustinus & Chrysostomus hæc verba: *tulit igitur Deus hominem & posuit illum in paradiso vt operaretur & custodiret illum.* Sic tulit Deus Ioannem ad desertum vt paradisum; est enim illud locus vbi Deus perficit Sanctos suos dando eis indicium gloriæ suæ hom. 11. num. 12. 13. 14. & hom. 12 n. 15. vsque 19 quia ad considerationem gloriæ requiritur secessus; vnde etiam philosophi antiqui secedebant ad considerandum elementa & cognoscendum motus stellarum cœli. ibi. 12. de secessu quem fecit Plato ad studendum philosophiæ in horto Academi; vnde deriuatur nomen Academiæ quæ est locus solitarius: quanto magis debemus ad illum secedere ad considerationem gloriæ. ibid. num. 12. & in eodem deserto vt in paradiso custodit eos qui malè custodiunt se in mundo, qui est omnino plenus laqueis, & periculis. hom. 4. num. 17. & hom. 5. n. 24. 25. 26. non educat in palatiis eum qui debet esse prædicator veritatis, quæ in illis non cognoscitur. Extrahit Moysen palatio Pharaônis vbi tractabatur valde delicate & transtulit ad desertum Madian. hom. 43. num. 56.

II. Tenuit Deus Ioannem in deserto liberans eum à tentationibus & laqueis, quibus plenus est mundus, ad nos docendum obligationem quàm habemus fugiendi pericula eius si nolumus cadere & vinci. ho. 36. num. 16. vsque 27. licet alicuius audacia sit magna non sibi fidet dormire circa viperam quia nescit periculum: minùs debet Christianus audere se exponere occasioni peccati, quia est vipera quæ occidit animam veneno suo ibidem num. 27.

III. *Anno quintodecimo imperij Tiberij Cæsaris*, distulit Deus aduentum suum in mundum tanto tempore, quia disponit gressus suos vt plus conuenit gloriæ suæ & vtilitati nostræ. hom. 31. num. 50.

IV. *Imperij Tiberij Cæsaris procurante Pontio Pilato, &c.* Talibus præsidibus & captibus, vide quale fuerit corpus illius reipublicæ quàm plenum vitiis, siquidem damnum prouenit ciuitatibus ex malitia principum, qui sunt vt cœli istius terræ, vtque fundamenta istius ædificij. hom. 7 num. 30 & hom. 27. nu. 19. 20 21. & hom. 39 num. 23. vsque 26.

V. *Imperij Tiberij, &c.* Ista Respublica Iudæorum erat quasi in quatuor diuisa, quia deerat iustitia, quæ integras conseruat respublicas. hom 28. num. 8. vsque 13.

VI. *Factum est Verbum Domini super Ioannem in deserto.* Imperat ei Deus exire ad implendum suum præcursoris officium; & licet exire desideraret, detinuit se vsque ad trigesimum annum, quia opera bona quæ desideramus in seruitio Dei, debemus facere quomodo & quando ipse disponit. hom 36. n. 20. vsque 32. hoc est quòd ait Dauid, Deo placere Sanctos, qui ordinant sacrificia sua, supponendo legem eius, vt fundamentum. hom. 23. n. 53. 54. Deus vult primam vestem quam debet ferre Sacerdos sacrificaturus esse tunicam albam ex lino, valde angustam quæ benè conueniat, & perueniat vsque ad pedes, ad declarandum quòd is qui debet offerre Deo sacrificium, totus debeat vestitus esse sanctitate, virtute, & munditia, sine qua non est Deo gratum sacrificium. ibidem num. 34.

VII. *Factum est Verbum Domini*, &c. *& venit in omnem regionem.* Exiuit statim cum Deus ei iussit, non contradicens, nec disputans, sitne sero vel tempestiuè, facilè vel difficilè, habeant oues Dei simplicem in audiendo & faciendo quod Deus imperat obedientiam. hom. 38 num. 41. vsque 44.

VIII. *Factum est Verbum.* Sufficit Deum Ioanni dicere exi; quia etiam in creaturis insensibilibus, ad promptam obedientiam sufficit vox Dei, solus homo restitit ei ad magnam confusionem suam. hom. 3. n. 22. vsque 24. estque ille qui eum tenet suspensum & fatigatum ob rebellem suam duritiem. hom. 25 nu. 24. vsque 31.

IX. *Venit in omnem regionem*: Cum Deus eum mit-

tat, exit, confidens quòd prosperum faciet iter suum. hom. 4. num. 46. vsque 50. Nullus labor est timendus, quia totum dependet à Deo, qui vult nos eum ferre; & in eo posuit nos, & tantum possunt & faciunt quantum Deus permittit eis, datque locum, & non plus. ibidem num. 47. hinc est quòd ipsi habeant maiorem securitatem in maioribus laboribus, quia sciunt Deum, qui in iis posuit eos, esse Dominum virtutum & Dominum fortitudinis, qui potest eas dare ad fortiter ferendum. ibidem nu. 47. & si dicis, quomodo permisit eum incarcerari & decollari? Dico quia fuit præcursor gratiæ Noui Testamenti, discursus dignus ingenio S. Augustini hom. 15. num. 27. hincque vidita Deo se tractari vt magnum amicum suum. hom. 32. num. 21. vsque 30.

X. *Venit in omnem regionem.* Idem S. Ioannes fuit missus à Deo ad hominum remedium, quia si expectaretur donec homines requirerent suum remedium nunquam se mouerent. ho. 22. nu. 7. vsque 10. hæcque est misericordia Dei licet videatur contra iuris ordinem & inuersa vt filii Noe. hom. 41. num. 41.

XI. *Venit predicans baptismum pœnitentiæ*, cum mundus esset perditus, submersus in peccatis, intrat prædicans pœnitentiam, quæ illorum est remedium tam efficax, vt licet magna & multa sint, tamen possit omnibus esse remedio hom. 8. num. 8. vsque 13.

XII. *Predicans baptismum pœnitentiæ*, quis fuerit ille baptismus pœnitentiæ & quomodo realiter confitebantur peccata sua qui baptizabantur à S. Ioanne declaratur. h. 19 n. 54. vsque 58. vnde patet magna suauitas nostri Sacramenti pœnitentiæ. ibid. & n. 60. 61.

XIII. *Predicans baptismum pœnitentiæ.* Baptismus pœnitentiæ quem Ioannes prædicabat erat quasi figura pro illo Christi; vnde sicut Ioannes erat Christi præcursor, ita & baptismus eius erat baptismi Christi. hom. 19. num. 68.

XIV. *Venit in omnem* S. Ioannes prædicando exiuit de deserto, vbi fuerat totâ vitâ suâ; qui secessus importabat ad eius honorem & vtilitatem auditorum, tales debent esse prædicatores non familiares mundo. hom. 21. num. 47. 48. 49.

XV. *Venit predicans.* Misit Deus S. Ioannem, vt disponeret gentes ad recipiendum Christum; & quia vera pœnitentia est bona dispositio, illam prædicabat: eadem præparate vos ad eum recipiendum in die Natiuitatis hom. 34. num. 2. & 3.

XVI. *Ego vox clamantis.* Videtur dicere quòd Abacuc: *Ante faciem eius ibit Verbum.* hom. 2. num. 10. videnda notata Dominicâ præcedente super eadem verba Ioannis: *Ego vox.*

XVII. *Parate viam Domini.* Præparare iter quò Deus veniat ad vos, & videre quo vos eatis ad Deum, hoc enim est infortunium peccatoris non attendere ad iter, quò vadit, ideoque est tam insensatus, hom. 18. num. 25. vsque 78. quia est proprium peccatoris, qui est iuuenis in suis consuetudinibus, esse temerarium & pertæsum eundo quò eum ferunt affectus sui vt significat Ezechiel ibid. num. 25. & h. 31. n. 69. 70.

XVIII. *Parate viam Domini.* Deus misit S. Ioannem vt tolleret offendicula viarum. Satan autem maximè conatur illa ponere ad peruertendum euntes per illas; quòd Deus tam ægre ferat vt declarat historia Samsonis hom. 22. num. 55. 56. 57. & sequentibus.

XIX. *Rectas facite semitas eius.* Non sint viæ vestræ obliquæ tortæ vel circulares, vt dixit Dauid, recedendo ad peccatum quod reliquistis hom. 37 num. 67. vsque 70 sit pœnitentia vestra recta: desponsate illam vt Dauid Abisag. hom. 43 numer. 21. 22. 67. Non fieris vt mulier Lot. ho. 8 num. 49. Ninive fuit prima ciuitas ædificata post diluuium à Belo Patre Nini à quo cœpit idololatria, quia dedit occasionem hominibus adorandi patrem pro Deo. Hanc ciuitatem quæ fuit origo tot & tam grauium peccatorum elegit Deus in magistram pœnitentiæ, quia ad vocem vnius tantum Prophetæ secuta est vias veræ pœnitentiæ, conformiter, & in satisfactionem deuiationum suorum peccatorum. ibid. num. 49 quia pœnitentia provocat sapientem sitim & lambit flatuam salis in quam conuersa est vxor Lot; quia non fecit veram & prudentem pœnitentiam ibid. n. 49.

XX. *Parate viam.* Audite ergo clamores eius quia clare vobis loquitur baptista, quod est signum prædestinationis vestræ. ho. 37. n. 24 vsque 31. Simus obedientes, non differamus istas voces audire vsque mane vt Pharao. ho. 38. n. 41. & sequentibus.

XXI. Quomodo debeat vera pœnitentia fieri, quam petit S. Ioannes, faciens tam magnam mutationem vt ipse dicat: *Omnis mons & collis humiliabitur, &c.* Videatur in conuersione Magdalenæ. h. 38. particulariter. num. 36. vbi dicitur quomodo debeat esse totalis mutatio, & S. Petri. hom. 43. particulariter num. 63. vsque 69. & scitò si velis Deum in natiuitate recipere te debere relinquere esse quòd habes & alius esse.

IN VIGILIA NATIVITATIS ad Calendas.

I. ADuentus Dei in mundum est omnium bonorum nostrorum fundamentum, vtque nobis communicentur est necessarium, cum considerare vt præsentem vt enim aduertit S. Bernardus; ideò dicit nobis Ecclesia ipsis Calendis, loquens de præsenti: *Iesus Christus, &c. in Bethlem Iudæ nascitur.* h. 42. n. 3. 4.

II. Magna Festa exposcunt magnas vigilias in quibus nos ad illa disponamus vt Angelus disposuit Esdram. hom. 34. num. 2. & 3.

III. Ecclesia præuenit nos bonis nouis quæ nobis dat Calendis, vt Deus præueniebat Ierusalem per Prophetam suum Zachariam dicens: *Exulta satis*, &c. *Ecce rex tuus venit tibi*, vtque verba Prophetæ continent multas rationes lætitiæ etiam dicit nobis Ecclesia: *Iesus Christus Filius Dei in Bethleem Iudæ nascitur* quæ singula considerat S. Bernardus & persequitur longis discursibus. h. 41. n 37. vsque 98.

IV. Manna quod veniebat è cœlo erat cœlestis gustus & suprenorum effectuum recipientibus cum dispositione debita & hanc non habentibus conuertebatur in vermes, idem continget non disponentibus se ad recipiendum Christum Manna diuinum: cum enim illud opus sit summæ misericordiæ ad peccatoris salutationem mutabitur in districtum ritulum iustitiæ ad eius damnationem. ho. 6. nu. 22. vsque 28. & si Iudæis Manna cæleste vertebatur in vermes eisque nocebat, maiori ratione accidet nobis. h. 17. n. 48. vsque 53.

V. Sicut tam citò ac Pastores audierunt, quòd Angelus eis dixit Christum natum esse in Bethleem, disposuerunt se ad eundum eò dicentes: *Transeamus vsque Bethleem.* Faciamus idem tam citò ac audimus in Ecclesiâ eadem verba: *Iesus Christus Filius Dei in Bethleem Iudæ nascitur*, disponamus nos & dicamus, Transeamus vsque Bethleem, &c. quia multum ibi videndum & debemus esse vt Angeli ascendentes intellectu & descendentes à naturâ diuinâ ad humanam. & videre visionem grandem rubi, in quo existens diuinitas ignis non consumit spinas eius. ho. 36. num. 2. Esseque de ouibus eius de quibus ipse dixit, quòd introibunt & exibunt, & pascua inuenient in vnâ & altera natura. ibid. num. 3. 4.

VI. Ecclesia nobis dicit quòd Christus nascitur in Bethleem, id est domo panis; ne tardemus in accurrendo pro nostra sustentatione, quia multis potest dici quòd Iacob filiis: *Quare negligitis? audiui quod alimenta vendantur in Ægypto.* In Bethleem autem non venduntur sed gratis dantur omnibus volentibus. ho. 10. num. 37. & hom. 25. numer. 79 80. & hom. 31. num. 2. 3. est valde dolendum nos ita sedule quærere alimenta corporis, quæ magni constant, nec satiant animam; relinquentes cœlestia animæ alimenta quæ dantur gratis hom. 25. num. 73. 74. 75. & possumus intelligere quòd tenemus eum afflictum in præsepi, quia non accedimus; vt nobis eum repræsentat Prophera Isaias: *Aportatus* hom. 25 num. 24 vsque 27. & hom. 28. num. 28. 29. Nosque expectans conquestitur de nostrâ inuerecundiâ quòd eum detineamus expectantem. hom. 37 num 17. vsque 22.

VII. Disponamus nos ne excæmus & maneamus sicci cum ros cœli ceciderit ne nos comprehendat maledictio Dauidis contra montes Gelboë. homil. 30. num. 12.

Pro Euangelio, *Cum esset desponsata*: videatur Festum S. Iosephi.

IN NATIVITATE DOMINI.

I. *Exiit edictum à Cæsare Augusto.* Deus vtitur superbis cogitationibus Cæsaris ad implendum suas dispositas ab æterno, quibus disposuit vt vt Christus nasceretur in Bethleem. hom. 23. n 35.

II. *Exiit edictum* Deus tam magnus est scientiarum Dominus vt ipsis intentionibus & actibus superborum & mundanorum vtatur ad extrahendum ex illis quòd resoluit ipse. hom. 30. num. 59. & hom. 44. num. 2. consilium summæ Sapientiæ æternum eduxit de temporali Cæsaris superbo, hom. 39. num. 17. vsque 32.

III. *Exiit*, Edictum hoc & mandatum Cæsaris videtur fuisse casuale Natiuitati Christi in Bethleem; & licet fuerit nostris oculis, non Dei, qui componebat vnum ex altero hom. 31. num 6.

IV. *Factum est autem cum essent ibi &c.* Euangelista ostendit nec horam fuisse casualem Natiuitati Christi sed totum fuisse optimè dispositum per æternum Dei decretum. hom. 16. num. 10. hora Natiuitatis Christi ea fuit quam ille ipse disposuit vt Dominus temporis. homil. 35. numer. 38. & sequentibus

V. *Peperit filium suum primogenitum*: Licet Euangelista nominet primogenitum, non vult significare Beatam Virginem habuisse alios filios, quia principissa cœli peperit pura virgo. hom. 41. num. 10. & posteà semper fuit conformiter Prophetiæ Ezechielis. ibidem Impletum in ipsa est hoc Abacuc: *Deus ab austro veniet & Sanctus de monte Pharan* homil. 35. num. 4.

VI. *Peperit filium suum.* Fuit verus filius eius de substantia eius generatus, qui vt in cœlo habet Patrem sine matre, ita habet in terrâ matrem sine patre, vtque in cœlo est in sinu Patris, iam est in terra in sinu matris. hom. 11. num. 18 19.

VII. *Pannis eum inuoluit & reclinauit in præsepio.* Venit ad faciendam misericordiam & mundum redimendum, sicque accepit vestitum pauperum panniculorum: quales conueniebat tali proposito. ho. 6. nu. 14. venit cum paupertate in panniculis, humilitate in paruo corpore & stabulo, mortificatione in duritiâ præsepis. quæ valde molesta ei erat, quia corpus eius erat valde dispositum ad illam sentiendum ho 25. nu 21. Sic vt veniat cum his tribus paupertate, humilitate &

pœnâ: cum quibus incepit officium quòd habebat exturbandi mundo peccatum, quod regnat per diuitias, superbiam vel ambitionem, & delicias. hom. 41. num. 71. vsque 75. Talem desiderabant eum Prophetæ. hom. 41. num. 71.

VIII. *Pannis eum inuoluit.* Conueniebat Deum venire coopertum vt dicebat Moysi & coopertura magis conueniens erat paupertas. homil. 41. numero 75. 76.

IX. *Pannis eum inuoluit*: Magnum mysterium indiguisse panniculis contra frigus exterius, qui intra se habebat ignem diuinitatis: sed operabatur miraculum Iordanis vt nobis transitum daret ad cœlum. ho. 11. nu. 20. & ho 42. nu. 49. 50.

X. *Pannis eum inuoluit.* B. Virgo inuoluit mare secundum quod Deus dixerat Iobo. hom. 11. nu. 15. Pauperes panniculi & duritia præsepis quàm iusta sunt reprehensio vestitarum pellium, lectorum mollium & deliciarum; potest vobis bene dicere quòd Prophetæ Baruch: *Ecce ego, &c. & tu quaris grandia?* hom. 15. num. 28. Scias ergo cum Christus hanc viam sit ingressus, veneritque vt nos duceret in cœlum, quod ad hoc non peruenies si non incedas per illam. ho. 15. num. 10. vsque 14.

XI. *Reclinauit eum in præsepio.* D. Virgo bene facit, quia licet eum ipsa peperierit, tamen proderat nobis, vtque omnes possent eum adire, ponit eum tam humiliter reclinatum in præsepio vbi eum tenet amor vt captiuum. hom. 25. num. 37. hic videntur eius vires qui, vt inquit S. Bernardus, videtur triumphare de Deo. ibid. num 35. 36.

XII. *In præsepio.* Ne contemnas eum licet puer sit in loco tam humili: nam fons Siloë est qui nascitur cum silentio. hom 30. num. 54 55.

XIII. *In præsepio* In hoc sedere non causat Deo fastidium licet videatur vile, tamen fastidit ditissimum mundi palatium si in eo est peccatum. hom. 2. nu. 30. Infelices sunt qui hoc habent in suis animalibus hisce diebus & conantur suas domos habere mundas. hom. 23. num 23. 24.

XIV. *In præsepio.* Venit pro peccatoribus ponitque se in loco adeo patente, vt ipsa etiam bruta animalia possint eum adire; vbi bona eius parent omnibus illa volentibus. hom. 10. num. 37. & hom. 25. num. 79. 80.

XV. *Quia non erat ei locus in diuersorio.* Est mirabile, locum esse in hospitio animæ tuæ pro vilpibus & peccatorum brutis, deesse autem Christo tantum; teque habere tempus pro cunctis negotiis quibus mundo seruis & carni tuæ, & tantum deesse tangentibus seruitium Christi. Benè conqueritur per Prophetam se esse vt quærentem vuarum animas in autumno, quia vuas integras ipsi non sis daturus, imò nec ipsos racemos ipsi das hom. 17. num. 47.

XVI. *Non erat ei locus in diuersorio*; Dices, quòd felicem tecenseres, domum habere in Bethleem ad Dominum recipiendum: Scias ergo (ait S. Gregorius) te posse recipere hodie illum in domum tuam, & lautè tractare, vt enim tunc venit in carne nunc venit in persona Pauperis, repræsentans suam personam in illo. h. 16. num. 13. 14. 15. & hom. 27. n. 66. 67. & hom. 30. nu. 24. 25. ideò Apostoli magnifaciebant seruire pauperibus. hom. 27. num. 68. vsque 71. Idque voluit Dominus ostendere in historiâ quàm refert S. Vincentius Ferrariensis. hom. 16. n. 50. & in ea quàm refert S. Gregorius de Sancto Monacho Martyrio.

XVII. *Et Pastores erant in regione eadem.* Primi quos vocat Deus ad recognoscendam personam Christi sunt Pastores, gens simplex, hæc enim huic est ad propositum, quòd notat S. Ambrosius ho. 7 num. 42. gens simplex; de quo dicitur: *cum simplicibus sermocinatio eius*, non vult gentem duplicem & deceptricem, nec est in domo eius vna persona quæ norit talia. h. 37. num. 31. 33. 34.

XVIII. *Et Pastores erant*, primi quos vocat ad fruendum aduentu suo sunt pauperes Pastores; pauperes enim non debent postponi in bonis spiritualibus ho. 2. n. 20. 21. n. 22. 23. Licet mundus contrarium prætendat. hom. 16. num. 25. 26. 27.

XIX. *Et Pastores erant in regione, &c.* Angelus vocat pauperes vt cum festinatione currant ad Christum; diuites enim & potentes valde à diuitiis suis detinentur, & multi eorum detinentur à diaboli laqueo. hom. 28. numer. 36. & licet accurrant corpore tamen linquunt cor illis inuolutum vt dives in cuius exequiis concionabatur S. Antonius de Padua. hom. 7. num. 19. & hom. 13. n. 55. hom. 29. num. 21 vsque 25. debes volare ad Deum intellectu & voluntate vt Seraphim quos vidit Isaias cingentes thronum eius. hom. 29. num. 23.

XX. *Et Pastores erant*: Vult hanc gentem accedere pauperem, nudam necessitatem habentem quia hic Magnus Rex non venit vt dentur ei vasalli quibus fundet magnitudinem regni sui, sed ad dandum, sicque tanto gratius venient ei quanto fuerint pauperiores eo de ad eum recipiendum. h. 41. nu. 59. vsque. 65.

XXI. *Et claritas Dei circumfulsit illos.* Claritas cœli causata ab eodem Domino erat necessaria ad eum cognoscendum inter paleas, & pauperes pannos; est enim Sol diuinus quem nullus potest videre nisi illuminatus ipsius eiusdem luce. ho. 33. n. 20. vsque 24. vnde Dominus conuincit stultitiam illorum qui petunt claritatem & lucem alienam ad eum cognoscendum. ibid. num. 36.

XXII. *Claritas Dei circumfulsit illos.* Hæc claritas fuit vt splendores quos emittebat arca quibus-

cum

cum inter vela detegebatur Maiestas Dei quæ erat in illâ. hom.11.num 16.17.

XXIII. *Claritas Dei circumfulsit illos* Deus voluit ostendere quòd nasci Christum erat nasci verum Solem, qui erat fugaturus tenebras per totum mundum extensas: opus reseruatum Natiuitati Christi. hom. 33.nu 2. vsque 13.

XXIV. *Nolite timere, ecce annuntio vobis gaudium, &c.* Lætamini & nolite metuere annuntio complementum vestrorum desideriorum, reparationem vestrorum damnorum, & rationes lætitiæ quibus Propheta Zacharias lætificabat Ierusalem. hom 41.n.46. vsque 75.

XXV. *Nolite timere.* Rectè intrat Angelus alleuians cor hominum; cum enim multa essent mundi peccata videntes Angelos è cœlo venientes poterant timere quòd descenderent ad faciendam stragem vt in Sodoma vel exercitu Sennacherib; sed adimunt metum dicendo Deum venire, non ad eos perdendum sed ad saluandum. hom.41.nu.37. vsque 40. videturque procedere contra iuris ordinem; S. Bernardus enim ait, quòd cum homines deberent eum adire petentes veniam, ipse venit offerens eam. ibid. nu.41.42.

XXVI. *Nolite timere.* Valdè ordinariè quando veniebant Dei legati, terrebant populos & gentes ad quas ibant, minando illis horrendas, punitiones quas præparabat Deus contra eorum peccata, sed iam; *Nolite timere.* hom.41.nu 41.44.45.

XXVII. *Ecce annuntio vobis gaudium magnum.* Erat magnum gaudium quòd Angelus nuntiabat; nam si lætitia causatur ex impletione desideriorum, Aduentus Christi satisfaciebat omnibus quæ fuerunt ab initio mundi. hom 41 nu.46. vsque 52.

XXVIII. *Quod erit omni populo:* ad totum mundum & omnes in eo viuentes pertingit hoc gaudium, cum pro omnibus veniat illud bonum, tam abundanter, vt veniat pro vnoquoque in particulari ac si solus in mundo esset, taliquè modò est operaturus redemptionem vniuscuiusque & pro eo datuius totum sanguinem suum, ac si pro eo solo daretur, vt possit dici: hoc bonum venire mundo, *sic totum omnibus quod totum singulis.* hom.42.n.23.47.

XXIX. *Natus est vobis hodie Saluator.* Iste modus loquendi est formalis, vt dicunt Metaphysici, assumitque Scriptura hanc formalitatem seruare vt quando dicit: *mortuus est mendicus, mortuus est diues* hom.16. nu.35 *Mortuus est blasphemus.* hom 35 nu.9. Secundùm hoc vult Angelus dicere iste quem annuntio vobis non habet de nouo esse, quia ab æterno est genitus & natus ex Patre. Sed hodie est natus Saluator; ille enim qui ab æterno erat Deus, hodie natus est Saluator. Idem est factus Deus homo, vt inciperet officium Saluatoris. Inuitat natura mortali & debili. hom.11.num.8. & hom.35.num.4.

XXX. *Quia natus est vobis hodie Saluator.* Videshic rationem qua te lætificet, quòd veniat totus pro te: ipse est legitimus Rex Dauid, promissus, valde differens à Regibus terræ quorum Throni & alæ sustentantur, à suis vasallis. hom.41 num 59. vsque 61. Eius Thronus erit, vt dixit Pater eius Dauid, vt Solis, tantum ad nostram vtilitatem. ibid. nu.62 vsque 71.

XXXI. *Qui est Christus Dominus in ciuitate Dauid.* Gaudete: qui enim est natus est vnctus Christus, Rex promissus Dauidi, quasi dicat: poteratis tristes esse videntes Herodem regnare regem extraneum quo est ablatum regnum à tribu & familia Dauidis. Videte hic promissum per Iacob, tempore quo regnum hoc deficeret. hom.41. 52. vsque 55.

XXXII. *Inuenietis infantem pannis inuolutum positum in præsepio* Angele Sancte quæ signa sunt ista ad tam magnum gaudium quòd nobis annuntias? Iesus natus est in stabulo, pauperibus inuolutus pannis, positus in præsepio; quid nobis sperandum ab eo qui apparet tam pauper & tam infirmum se ostendit? alludit Angelus ad illud Prophetæ Zachariæ: annuntiabat similia gaudia dicens, venturum Regem pauperem, hic impingebant Iudæi videntes paupertatem Christi sed ita conueniebat nobis & talem desiderarunt Prophetæ. hom.41. num.71. vsque 77.

XXXIII. *Inuenietis infantem & in præsepio.* Debet vos lætificare videre Deum positum in præsepio, imò & in cruce cum illud sit medium quo vos sedeatis in cœlo calcantes stellas. hom.38 nu.121.122.

XXXIV. *Inuenietis infantem* Non debetis iam timere terribile brachium Dei, habetis enim iam puerum mansuetum & pacificum, valde differentem à Regibus terræ significatis per ventos furiosos & bestias crudeles. hom.41.nu.84 vsque 87.

XXXV. *Inuenietis infantem pannis inuolutum, &c.* Venit ad faciendas pretiosas paupertates, infirmitates, necessitates, vt qui eis adeo egent homines ad suum remedium, illas non timeant. Ideò assimit eas in se eas sanctificans & diuinas faciens, vtilis discursus. ho.36. nu 9. vsque 12. lignum iniectum aquis de Mara, quòd eas ex amaris reddebat dulces Symbolum fuit Christi qui iniectus aquis tribulationum & necessitatum reddidit eas suaues & ad ferendum valde faciles. ib. n.10.

XXXVI. *Facta est cum Angelo multitudo cœlestis militiæ.* Et hinc patet iftum introitum Dei in hunc mundum, licet videatur pauper, summum esse & maiestuosum, quem vult Dauid nos videre vt introitum supremi Dei ad quem omnes Angeli venient ad seruiendum & adorandum. hom.41 nu.10. 11.

XXXVII. *Multitudo cœlestis militiæ.* Si præsepe & animalia demonstrant abiectionem humanitatis, Angeli declarant altitudinem diuinitatis. Christus est

Cherubim, qui si ex vnâ parte tegit faciem suam ex altera detegit. hom.5. nu.28. Etsi arcâ est tecta velo nostrarum miseriarum, detegit se celsitudinibus divinis. hom.11. num.16 17.18. & si ex vnâ parte licet multum descendere in his scalis, licet multum ascendere ex alia. hom.16. num.2.3 4.

XXXVIII. *Multitudo Cælestis militiæ*: Multi Angeli festinant ad Natiuitatem Christi si enim accurrebant ad mortem pauperis Lazari & aliorum Sanctorum mortes, debebant magis ad Dominum suum accurrere. hom.16.num.16.

XXXIX. Accurrunt Angeli quia recipiebant etiam magnum beneficium hoc Aduentu Filij Dei in mundum de quo habet S.Bernardus singularem opinionem & doctrinam. hom.22.num.50.

XL. *Multitudo cælestis militiæ*, Vbi est Rex est aula milites custodiæ, licet sit in stabulo vel præsepi; hic accurrunt statim Angeli: & quia vt erat coopertus nostrâ infirmitate, est in templis tectus accidentibus Sacramentalibus ad hæc currunt Angeli. hom.13. nu.21.22. & hom.28.num.20.21. infer hinc quâ reverentiâ debeas esse in templo; & saltem hic Deum non offendere ob Angelos qui ibi assistunt et idecóque incompositio quæ parua esset extra templum in hoc commissa debet haberi grauis ad quam doctrinam fundandam initio suæ prædicationis flagello eiecit Christus de templo eius prophanatores.ib.n.11.&20. Dispone cor tuum vt hic supremus Rex in eo residеat. Si velis eum recipere, qui se posuit in præsepi pro te, ponet se in corde tuo; Sicque habebis custodiam Angelorum quibus Deus cingit habitationem suam, vt dixit per Zachariam. hom.28. nu.20. & habens Regem tenebis multitudinem apium; discursus admirabilis S.Basilij. hom.13. numero 20. vsque 25:

XLI. *Venerunt Pastores* & inuenerunt liberum ingressum: habebis & tu; ideò enim hic puer Deus est positus in præsepi vt expectabundus, affligens se & plorans, quia vt dixit Isaias, non est qui eum adeat: *Aporiatus est quia non est qui occurrat*. ho.25.n.24. vsque 27.& ho.28.n.28.29. Magna inuerecundia nostra quòd linquamus eum exspectantem differentes de die in diem eum adire. ho.37 nu.19.20.21.

XLII. *Gloria in altissimis Deo & in terra pax hominibus*. Vadunt simul gloria Dei & pax hominum, cum sit natus mediator ad homines Deo reconciliandos, quo Deus glorificabitur, & homines fruentur pace gratiæ & gloriæ. hom.26.num.5.6.7.

XLIII. *Pax hominibus*: Iam possunt homines frui pace cum venerit qui in se susçipit bellum quòd nobis inferebant peccata nostra. hom.38. num.121.122.

XLIV. *Pax hominibus bonæ voluntatis*, Sancti sunt duos sensus his verbis. Primus est Latinorum S.Ambrosij Sermone 13. & S. Augustin. lib. 14. de Ciuit. cap.8. & lib.50. hh. h.54.55. qui *bonæ voluntatis* referunt ad homines, quasi dicatur gloria sit Deo in altissimis & pax hominibus habentibus bonam voluntatem sine malitia, sicque promittitur talibus frui pace quàm Filius Dei attulit mundo,& ipso Christo qui est pax vera figuratus per fontem Siloë cuius aquæ tantum sinceris communicabantur & qui accedebant cum bona voluntate. hom.30. num.54. isti sunt quos Dauid nominat *rectos corde* quos Christus libenter accipiebat, & asperè tractabat habentes voluntatem peruersam. hom.8.num.28. vsque 34. illi quibus promittunt Angeli quòd fruentur gloriâ Dei & pace eius in Aduentu Christi in mundum sunt conformantes voluntatem suam Dei voluntati, quæ conformitas facit eam bonam, quia Dei voluntas est quasi horologium naturale & nostra artificiale, hoc autem debet illi conformari vt benè procedat, alias est voluntas cuiua, & hanc habentibus non est pax Aduentus Christi in mundum. ibid.nu.28.29. Dauid posuit omnia desideria sua composita ante Deum quod significat in omnibus illis facere sanctam voluntatem eius ad habendum cor rectum & fruendum gloriâ & pace Dei. ibid.n.29. in confessione quam de Christo fecit Petrus, declarant suam voluntatem Dei præcedentem sequi, sicque dixit Christus eum beatum, quia est fruitio beatitudinis velle voluntatem hominis id, quòd vult Dei voluntas: sed quando voluit impedire mortem Christi, dicens: *Absit à te Domine*, antepositit hominis voluntatem Dei voluntati & quia tunc declarata voluntas erat curua,reprehendit eum Christus iisdem verbis, quibus dæmonem, dicens *vade Satana*,quia vt diabolus voluit homini is voluntatem præponere voluntati Dei. ibid. num.31.

XLV. *Hominibus bonæ voluntatis*. Illis qui sunt sinceræ voluntatis sine malitiâ promittitur pax talesque vocat Christus oues suas, vt habet pro præscitis eos qui vtuntur mendaciis & deceptionibus ho.37 nu.32. 33.34. Fac vt habeas voluntatem sinceram, vt fruaris pace quàm Christus est operatus, cognoscens summa ejus mysteria ad gloriam Dei & pacem animæ tuæ. hom.29.nu 52. vsque 60.

XLVI. *Pax hominibus*, hanc pacem vident & experiuntur homines bonæ voluntatis qui eam mundant per gratiam & merita Christi, in tranquillitate bonæ conscientiæ suæ; & possit dicere S.Paulus: *Gloria nostra hæc est*, habere autem bonam voluntatem & conscientiam bonam est effectus Aduentus Christi. hom.37 nu.61. vsque 67.

XLVII. *Pax hominibus bonæ voluntatis*. Secundus sensus est Sanctorum Græcorum, vt Gregorij Nyssæni, oratione de Natiuitate Christi, hoc *bonæ voluntatis* referri ad Deum, quòd Angeli volunt dicere

cere & annuntiare Christum natum in terrâ qui est pax nostra, datum à Deo ex bona voluntate, id est ex merâ gratiâ eius & liberalitate sine magno vel parvo hominum merito ; Secundum hoc S. Pauli : *Ad Ephesios primo : Vt notum faceret Sacramentum voluntatis suæ secundum beneplacitum eius, &c.* & bene possunt Angeli canere gloriam Deo & gratias ei agere pro tam magno beneficio quòd nobis contulit ex merâ & liberâ voluntate suâ, quia dare nobis filium suum fuit opus puri amoris quo Deus satisfacit charitati suæ & voluntati exhibendi nobis beneficia. hom. 35. num. 44. 45.

XLVIII. *Gloria in altissimis Deo, &c.* Erat iustum agere Deo gratias pro tam magno beneficio ; enimverò homines dormirent in profundo noctis silentio, Christus facit Angelos accurrere ad supplendum nostrum defectum ; ita fecit aliquoties in vitâ suâ, agens Deo gratias quando deficiebant illi qui debebant agere. hom. 42. num. 16 erit iustum vt accurramus iam agentes gratias quando habemus notitiam istius mysterij.

XLIX. *In principio erat Verbum, &c.* Vide in Christo duas generationes, vnam æternam ex patre sine matre quàm nobis refert S. Ioannes, alteram ex matre sine patre quàm nobis refert S. Lucas, illam nobis S. Ioannes cum Patre *Verbum erat apud Deum*, hanc enarrat nobis Sanctus Lucas cum matre in præsepi. hom. 11. num. 18. 19. Quòd cecinit Abacuc *Deus ab austro veniet* hom. 35. num. 4. ascende & descende ab vnâ : da iam. hom. 36. num. 3.

L. *In principio erat Verbum* Altissimus est Sancti Ioannis conatus volentis describere generationem æternam ; de quâ volens spiritus sanctus loqui petit singularem attentionem. hom. 10. num. 24.

LI. *Deus erat Verbum* declarat illo : *erat*, Verbum genitum ab æterno vt ponderat S. Ambrosius. ho 10. nu. 44. & significat Apostolis dicens de illo : *Splendor Patris* hom. 15. num. 2. 3. & dicens quòd Verbum erat Deus significat esse ei idem substantiæ cum Patre, & habere eandem cum Patre diuinitatem, quo damnantur hæresis Arij. h. 34 n. 62. & h. 37. n. 76. 77. 78.

LII *Omnia per ipsum facta sunt.* Quantum boni est in esse naturæ & gratiæ totum est factum & fit per Christum qui ideò dicitur Sol, sicque debemus eum recognoscere & adorare vt auctorem omnis boni nostri. hom. 33. num. 14. vsque 19. Ideò data sunt Christo multa nomina quia vnum solum non sufficit ad declarandum quantum boni sit in illo. Sicque voluit Deus in templo magnam varietatem figurarum institui, quia omnes illæ fuerunt vt figura Christi qui fuit figuratus in propitiatorio, in arca testamenti, in candelabro, in reo quòd dabat lucem templo, in mensa panum propositionis, & in altaribus Holocausti & Thymiamatis ; quo Deus volebat declarare multa mysteria de Christo, quibus significandis non sufficiebat vna figura, vt nec vnum nomen ad ea declaranda. ibid. num. 14.

LIII. *In ipso vita erat*, Christus & diabolus sunt contrarij ; vtque in Dæmone est mors, peccati ab eo procedit ; in Christo est vita, & vita gratiæ procedit ab eo. hom. 17. num. 53.

LIV. *In ipso vita erat.* In Christo est vita, sicque ipse animam intrans, dat ei vitam, ideoque dicitur IESVS, vt Dæmon cum sit mors ipse animam intrauit, causat ei mortem, multis modis, ideoque vocatur *exterminans.* homil. 19. numer. 13. vsque 19. & num. 31.

LV. *In ipso vita erat.* Cum in Deo sit vera vita, vt non potest esse maius infortunium nec peior mors pro anima quam hanc Deum deserere, sic desiderantes vitam nihil debent magis procurare quàm Deum habere secum in quo ipsa est hom. 13. nu. 5. vsque 24.

LVI. *Quòd factum est in ipso vita erat.* Non dicit verbum esse factum, quia non est creatura, sed *quod factum est in ipso*, id est, nostra mortalitas & pœnæ, est vita hominum quòd insigni Theologia declarat S. Ambrosius. hom. 30. num. 44.

LVII. *Quod factum est in ipso vita erat.* Tam longè aberat è filio Dei esse auctorem mortis, vt quantum fiebat in ipso, totum esset pro nostra vita ; vtque hoc ostenderet fleuit videns Lazarum mortuum hom. 32. num. 67.

LVIII. *Lux in tenebris lucet & tenebræ eam non comprehenderunt.* Hæc verba continent mirabilia declarata & executioni mandata in cœco illuminato per totam hom. 30 partitulariter. n. 12 13. 14. 59. 60.

LIX. *Fuit homo missus à Deo* Deus misit S. Ioannem vt testimonium perhiberet de lumine donec seipsum deregeret quando enim ipsum lumen apparuit non egebat alio lumine ad suum deregendum ; vt declarabat ipse Christus hom. 33. num. 7

LX. *Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem.* Omnes illuminat licet aliquos vt lateres, alios, vt adamantes. ho. 2. nu. 2. illuminat totum mundum vt Sol, fugans obscutas tenebras quæ erant in illo ; proprius hic eius effectus ho. 33. num. 4. vsque 10. Christus est lux tam splendens vt non possit videri nec cognosci nisi per illum ipsum vt Sol. ibid num. 24.

LXI. *Illuminat omnem hominem.* Ante illuminabat solos Iudæos, iam omnes gentes vsque ad vltimum terræ. hom 33. num. 11. 12. 13.

LXII. *Illuminat omnem hominem.* Quantum est ex parte eius dedit sufficiens lumen toti mundo ad eum cognoscendum ; fuit autem ob malitiam voluntatis eorum qui non fuerunt illuminati & ob lippitudinem oculorum hom. 19. num. 52. & sequentibus.

LXIII. *Mundus eum non cognouit, &c. Sui eum non receperunt.* Malitia non potuit vltra progredi quàm post tam magnum beneficium tam magna ingratitudo quæ malitia videtur peior quàm Dæmonis. hom.17. nu.32. bene nobis conuenirent verba Iosephi quæ dicebat Dominæ suæ: *Dominus meus omnibus mihi traditis, &c. quomodo possum hoc malum facere, & peccare in Dominum.* hom.17. num.32. & hom.25. num.26.& hom.41.num 33.

LXIV. *Sui eum non receperunt.* Magna ingratitudo ob quàm Iudæi meruerunt à Deo repelli & derelinqui, caue ne iam cum se fecit tuum facias vt ipsi, & eum non cognoscas, quia maiori ratione deseret te. ho.17.nu.48. vsque 53. Deus declarauit Iudæis se puniturum in illis ingratitudinem eorum puniendo Ægyptios ob suam, & Christianis ostendit in Iudæis quomodo illos puniet si fuerint ingrati maioribus beneficiis suis. ibid. num 50. quia Saul in frusta concidit boues proprios timuit populus ne idem faceret omnibus suis si eum non fuissent secuti. Timeat Christianus videns punitionem Iudæorum qui erant populus Dei & quasi filius eius,de se sumendi vindictam si fuerit ingratus post tot beneficia recepta ibid.nu.52.

LXV. *Dedit eis potestatem Filios Dei fieri & verbum caro, &c.* S.Chrysostomus intelligit hanc coniunctionem, &: habere vim causalis & velle dicere, quòd qua Filius Dei factus est caro, nos disposuerit ad esse filiorum Dei,sic vt per carnem nobis dederit quandam diuinitatem spiritualem infinitam. hæc est enim omnipotentia eius, quæ producit effectus per media quæ videntur contraria. ho.30.num 40 41.42.ignitis serpentibus & mordacibus puniuit mordacem murmurationem filiorum Israel contra Moysen, sale dulcorauit aquas Elisei in probam quòd operabatur in virtute Dei, igne inuoluto grandini castigauit Ægyptios, vt sic operibus istis manifestaret vim omnipotentiæ suæ quæ mediis contrariis operatur quantum vult. ibid. num.42.

LXVI. *Verbum caro factum est.* Assumens nostram carnem debilem & miseram,quo se fecit filium hominis, dedit nobis suum spiritum diuinum quo nos fecit Filios Dei: id quòd à nobis acceptt fecit medium ad nobis dandum omnia bona sua, vt diuinè id declaratur Symbolo fermenti quod, vt ait S.Petrus Chrysologus, tanto est sublimius quanto est magis domesticum. hom 41. num.68. vsque 71. & hom.45. num.2. 3.& 4

LXVII. *Dedit eis potestatem.* Licet caro ex se videatur contraria Spiritui tamen posita in manibus Dei & ab eo assumpta operatur tam spiritualem effectum vt est esse filios Dei, licet enim lutum de se excœcet Dei tamen manibus acceptum dat clarum visum. ho. 30. num. 43. vsque 48. hæc caro Sancta est linteum quòd de cœlo descendit & spiritualizabat immunda & terrena animalia. hom.41.num.66.

LXVIII. *Dedit eis potestatem Filios Dei fieri.* Ita supremus est hic fauor vt excedat omne desiderium naturæ, esse factos realiter & in veritate Filios Dei, & consequenter heredes regnorum eius. hom.3. num.57. & hom.42.num.83. vsque 86. & hinc apparet quàm sit deplorandum, homines, qui esse possunt Filij Dei, heredes omnium regnorum eius & diuitiarum, velle se facere filios diaboli & heredes pœnarum eius æternarum. hom.34 num 47.48.49.

LXIX. *Verbum caro factum est.* Euangelista volens dicere quòd Filius Dei se fecit hominem ait, se fecit carnem, volens declarare assumpsisse eum nostram naturam & carnem cum miseriis suis infirmitate & mortalitate, quia sic conueniebat ad Dei gloriam & nostram vtilitatem hom.36. nu.5. vsque 12.

LXX. *Verbum caro factum est.* Mirabilis vnio ad excellentes fines. hom.12 nu.11. Dominus id declarauit altissimè similitudine fermenti quod licet in superficie sit familiare ac domesticum profunda includit mysteria hom.41.nu.68. declarauit etiam sponsa epitheto quòd dedit sponso candidus & rubicundus. ho. 29. num.33.

LXXI. *Verbum caro factum est.* Duæ naturæ in vno supposito, vt duo insita differentia in vna arbore quæ vt differentia in substantia etiam sunt in effectibus. hom.32. num.67. duæ partes Sanctuarij vnitæ. hom.34. num.12. mirabilis vnio nullus eam diuidat: esset enim Antichristus. hom 36.num.20. & 8.

LXXII. *Verbum caro factum est.* Verbo faciente se visibile per carnem satisfit desideriis quæ homines habebant videndi Deum oculis suis & ostendendi eum digito. ho 25.nu.37. & ho.33.nu 26. & ho 41 nu.46.

LXXIII. *Verbum caro factum est.* Iam Deum habemus talem qualis nobis erat necessarius, vt nobis dux esset: qui ex vna parte viam optimè nosset, nos absque errore ducendo atque ex altera, illum videre possemus ad sequendum. hom.33.num 39.40.42.

LXXIV. *Verbum caro.* Conueniebat hæc vnio Dei æterni, immortalis, & opulenti, cum carne mortali, & paupere, in qua moreretur, vt esset legitimus mediator inter Deum & hominem: atque vt talis participaret ex natura amborum extremorum. hom.26.nu. 5.6.7. Et ob multas alias præclaras rationes. hom.39. num.37. vsque 43.

LXXV. *Habitauit in nobis.* In hoc complentur Dei desideria habitandi in nobis. Felix illa est anima in qua habitat moramque figit: & infelix illa, à qua ipse discedit. hom.13.num 5. vsque 25. Tanta in nobis voluptate moratur, vt inde non discedat, nisi quia illum violenter expellimus. ibid.num 25. vsque 31.

LXXVI. *Vidimus gloriam eius, quasi vnigeniti à Patre.*

Patre. Ex eò quòd Deus illi se coniunxit humanitati, sequebatur illam gloria & excellentia, quàm in diuersis vitæ suæ occasionibus liquidò demonstrauit. ho. 12. n. 21. 22. 23. Insignes operatur effectus gloriæ Deus in anima, quam inhabitat, vitam illi tribuens & salutem. h. 30. num. 13. Contrarios omnino producit diabolus, illam replens pœnis & doloribus. hom. 19. nu. 13. vsque 20.

LXXVII. *Plenum gratia & veritatis.* Plenus est Christus in se gratiæ, ita vt fons sit earum, ex quo deriuatur quidquid boni gratiarum animæ habere possunt & gloriæ: nam ideirco dicitur Sol iustitiæ. ho. 33. num. 14. vsque 19.

DOMINICA INFRA OCTAVAM NATIVITATIS.

I. *Erat pater eius, & mater mirantes super his quæ dicebantur de illo.* Luc. 3. Merito mirantur Ioseph & Virgo Maria de his & Christi mysteriis: audiebant, sed non hærebant, in sola admiratione, sed transibant ad amorem & obsequium Domini iuxta celsitudinem quàm in illo mirabantur. Non sit agunt peccatores, qui tantum admirantur. hom. 29. numer. 21. 22.

II. *Erant mirantes.* Mirabatur Virgo ea quæ de Christo spargebantur, & dicit D. Lucas: *Hæc conferebat in corde suo*, nec tibi sufficiat audire solum mysteria Dei, & tuæ saluationis, sed illa conferas in corde tuo, & ritè perpendas vt illis gratus respondeas h. 14. numer. 3. & 4. Nonnullus videas animas indisciplinatas quæ hæc audientes nullas faciunt conferentias. hom. 29. num. 31. has faciebat Rosindus. h. 15. num. 23. 24. & has à nobis postulat D. Paulus. hom. 42. num. 9.

III. Admirabatur Beatissima Virgo & Christi opera conferebat: hoc tu quoque feceris, considerans quòd si ille de cœlo venerit, & infans natus sit, & in mundo passus sit, vt te duceret ad gloriam quid tibi faciendum est vt ad eam peruenias? hom. 15. num. 10. vsque 13. Comites cum Christo gradiendum nobis est in tribulationibus eius, & passione, si volumus comites cum illo gloriam intrare. Vt illi comes esset in tormentis suis, & eius imago in illis Apostolus Paulus super omnia desiderabat in illo inueniri, coniungi & adæquari per viuam fidem: quia sibi certo persuadebat talem se futurum ipsi in gloria Resurrectionis eius. ibid. num. 13. Dauid verum fuit Christi Symbolum, potissimum quia licet ad regnum suum ius haberet ab eo tempore quo Samuel eum vnxit in Regem, non illud tamen possedit, nisi variis prius multisque toleratis aduersitatibus. Si Christus qui caput est nostrum per illas adeptus est regni sui glorioſi possessionem, cæteri, qui sumus membra eius, nemo dubitat, quin intrare debeamus in illud per tribulationes: non enim tantum caput nostrum pertransire debet tribulationes, sed nos etiam, qui cum Christo vnum corpus efficimus Conceptus hic ingenio conuenit D. August. ibid. num. 12. 13. Non dedignari debet corpus per illud transire, per quod caput suum præcessit, nec pati Christianus quod illo prior Christus tolerauit. ibid. nu. 28. Et considerando, quòd si gloria tanti valet, vt ad illam tribuendam, natus sit puer & mortuus, quid iustè poteris pro illa tribuere? homil. 15. numer. 14. 15. Tanti valet gloria, vt nihil huius vitæ, nec quantumlibet quis in ea tolerare potest, esse possit illi pretium æquiualens. Ideircò sancti quidquid eius gratiâ passi sunt, quando se gloriæ gaudent heredes, ipsis valde modicum videtur ob pretium valoris, quem in illa reperiunt: & pati tribulationes omnibus præponunt thesautis, diuitiis, honoribus, mundique voluptatibus. homil. 15. numer. 14. 16. Ioseph nullo negotio, imò summa alacritate omnes suas deuorauit aduersitates, quæ graues fuerunt & multiplices, eius tantum recordatus, quod sedem aliquando consequeretur regiam, quam illi Deus in somnis præostenderat, in qua vt Rex resideret: & quando hoc se vidit honore & sede sublimem quæcumque passus fuerat, nihili faciebat. Ob æternam veramque gloriam quantò magis, & quanto maiori debemus pati voluptate? ibid. num. 14. Notandum autem quod si regnans cum Christo sedere volueris, necesse est vt & hic cum illo patiaris. Et stultitiam sapit non lenem velle sedere in sedibus quietis, vbi nullæ sunt: in cœlo tales sunt sedes, in terra nequaquam ibid. num 28.

IV. *Erant mirantes super his quæ dicebantur.* Auribus audiebant, & corde recipiebant quæ audiebant non sicut tu, qui solis auribus corporis percipis mysteria Dei, sed nullo hæc corde percipis. hom 29 nu 23. 24. Atque ideircò tam exiguum in vobis fructum operantur Prædicatores, mysteria vobis aperientes cœlestia, ea licet vehementer admiremini. hom 29. num 25. 26.

V. *Erant mirantes, &c. Et Maria conferebat, &c.* Quæ cogitationes adeò piæ & considerationes adeò cœlestes cudebantur in corde illo purissimo Virginis, de rebus illis quas in corde suo conferebat? quàm feruida illi seruiendi desideria, qui talia illis beneficia conferebat hom. 40. num. 4. & seqq.

VI. *Erant mirantes.* Admirabatur Virgo ea quæ audiebat & videbat in Christo, & conferebat in corde suo, illa plurimum meditata, vnde pauca loquebatur, sicut dum ab Angelo salutatur: multa namque ruminabat, & pauca loquebatur. Vos autem quia pauca corde ruminamini, multa ore effutitis. homil. 32. num. 19. 20.

VII. *Benedixit illis Simeon.* Erat Simeon Sacerdos, cuius benedictio magni facienda est : etenim sunt Sacerdotes illi, quorum ministerio nobis cum Deo est agendum h. 2. n. 12. vsque 17.

VIII. *Benedixit illis Simeon.* In hoc primo actu, quò Christus præsentatus fuit in templo, mittit prouidè Deus senores Simeonem & Annam prophetissam. vt testimonium de Christo infante perhibeant : quando autem fectus est vir, pueros subministrat vt de eo ferant testimonium : admirabile stupeo mysterium h. 7. n. 42. 43. h. 41. n. 100. 101. 102.

IX. *Ecce positus est hic in ruinam, & resurrectionem multorum,* &c. Ignis est qui paleam comburet, & aurum putificabit. h. 23 n. 13. Columna est, quæ nonnullos illuminabit, traducens illos ficco pede per mare, & alios demergens: Et sicut Eliseus dans sanitatem Naaman & lepra Giezi petentiens hom. 30. num. 11.

X. *In ruinam & resurrectionem.* Ros est qui nonnullos rigabit montes, & Gelboe montes aridos transibit. h. 30 n. 9 10. 11. Erit Iudæorum ruina : quia illum non recipient, & in illo offendentur : resurrectio vero Gentilium : mysterium hoc est in S. eloquio prædictum, vt illis Iudæis hoc Christus exposuit, quòd ita grauitet acceperunt, vt eum deorsum præcipitare conati fuerint. h. 21 n. 59. vsque 60.

XI. *Et tuam ipsius animam pertransibit gladius.* Valde cito voluit Deus temperare Virginis gaudium ex felicissimo eius partu tristibus illis Simeonis oraculis : etenim certum est, in mundo nullum purum esse gaudium, nec perpetuum h. 11. n. 29. Ortum hic perpende Iacob & Esau h. 41. n. 6. vsque 9.

XII. *Tuam ipsius animam, &c.* Gratia noui testamenti est pro Deo graues sustinere cruciatus h. 25 n. 27 Vnde chatioribus sibi amicis immittit acerbiores h. 32 n. 21. vsque 26 Secundum hæc Matrem suam sanctissimam, quæ maiorem habet partem in gratia noui testamenti, grauioribus oppressurus erat doloribus, quo tales pateretur, vt cor illius tanquam gladius acutissimus penetrarent : quibus pariter maiorum cœlestium præmiorum spes accresceret h. 32. n. 27. vsque 39. & tota h. 47.

XIII. *Tuam ipsius animam* Non erat Virgini defuturum Martyrium : de quo dicit D. Cypr. vnum esse ex præclatioribus donis, quod Deus confert illi cui hoc concedit. Ideircò piissimus ille vir D. Antonius Paduanus quotiescumque occurrebat Notario viro moribus incomposito ad eius se pedes prosternebat, quasi illum adorans, quamobrem indignatus Notarius, sibi ludum fieri credens, conscientiâ grauis peccati stimulatus, causam ab eo percunctatur : cui D. Antonius : Ne miteris frater mi me hoc tibi deferre : Totâ vitâ mea Dominum rogaui vt martirij mihi donum concederet, nec impetraui, insuper & mihi reuelauit, hoc se tibi donum indulsisse, quo Martyr efficieris : sicut reipsa post aliquot annos Martyrij lauream adeptus est. Cum esset D. Virgo gratiarum omnium Dei quoddam depositarium : non erat hæc illi defutura adeò præcellens : vnde & illi Martyrium concessit in supremo gradu, illud scilicet quod prædixit Simeon in anima, cuius dolores tanto sunt grauiores, quantò præcellit anima corpus, vt patet in agonia Christi in horto : dum enim eum nulla spina, nullum flagrum, nullus configeret clauus, sudorem tamen emisit sanguineum. h. 32. n. 72 h. 47. n. 9. & seqq. h. 48. n. 20.

XIV. *Erat Anna prophetissa.* Non tantum vsus est Dominus viris qui de personâ sua testimonium darent illuminando mundo, sed etiam mulieribus, confundens malitiam dæmonis qui eas omnes volebat stultas facere. h. 32. n. 19. 20 Sicque particulari consilio est Dominus illis vsus, vt Samari anâ & in aliis occasionibus prædicationis Euangelicæ. h. 25, num. 3. 4. 5.

XV. *Anna prophetissa, &c vidua & non discedebat de templo.* Vide quales conditiones habeat vidua, quam Deus adeò æstimat, & afficit tam magno honore in aduentu suo in mundum : & in Euangelio suo : tales æstimat Deus & honorat. h. 31. n. 57. 58 59.

XVI. *Puer autem crescebat ætate Sapientia & gratia.* Quomodo sint vera hæc verba de Christo qui tam erat plenus Sapientiâ & gratiâ vt videatur non potuisse crescere declaratur. h. 2. n. 50. 51. Crescebat vt lux solis, non in se, sed in manifestando se oculis nostris amplius. h. 31. num. 4. 5.

IN FESTO CIRCVMCISIONIS DOMINI.

I. *Postquam consummati sunt dies octo Luce 2.* Incipimus annum, iustum est vt cum aliquo excellenti opere imitando Christum, qui omnes annos prædicationis suæ in mundo incœpit faciendo aliquod opus prodigiosum h. 27. n. 80 illud autem quo debemus annum incipere est confiteri & communicare, quo possimus cum magna fiducia inuocare nomen Iesu, quod hodie datur Domino, facientes quòd dicebat Rex Dauid : *Confitebimur & inuocabimus nomen tuum.* h. 2. num 32. 33.

II. *Postquam consummati sunt dies octo.* Habemus breuissimum anni Euangelium, sed habet inter reliqua, quod apis inter volatilia, quæ existens minima, dat nobis mel quod est primum in dulcedine ; sic dat nobis Sanguinem Domini in Circumcisione, & eius dulce nomen Iesus. hom. 32. num. 19. & 20.

III. *Postquam, &c.* Vt Moyses natus, & fluuio Nilo commissus, in fiscellâ piceatâ, breui post fuit collectus

Iectus à principissa, quæ aperiens fiscellam detexit pulchritudinem pueri, dans ei nomen Moyses; sic vt Christus natus est, & expositus tempori quod curit vt flumen, veniens inuolutus pauperibus pannis, lacrymis, & doloribus, statim cœpit Sapientia diuina pulchritudinem eius manifestare & pretium Sanguinis eius, quo videmus eum candidum & rubicundum, datque ei nomen Iesus, dicens quid fit. h. 21. n. 17. 18.

IV. *Postquam consummati sunt dies octo.* Permisit impleri octo dies vt punctualiter seruaret legem; hoc enim posuit Christus in capite operum suorum, ea facere valde conformiter legi Dei; ea enim sunt ei grata, petitque sacrificia quæ sunt conformia voluntati suæ legitque h. 23. n 53. 54. & h 36. 29. vsque 32.

V. *Vt circumcideretur puer.* Dominus erat liber à Circumcisionis lege vt eius auctor, voluit tamen illam recipere, quia voluntariè subiiciebat se legi eius, vt Moyses, & particulariter vt pati incipetet tormentum tam magnum vt erat Circumcisionis, quæ erat valdè pœnosa pueris qui habent carnem delicatam, vnde aliqui moriebantur ex illâ. Huius aptum testimonium sunt Sichimitæ quando se circumciderant ad petitionem filiorum Iacob. Christus venit ad nos redimendum & saluandum per dolores & pœnas, vtque hæ essent viuaciores formauit ei Spiritus s. corpus magis dispositum ad patiendum & sentiendum dolores quam quot sunt organizata in mundo, vt significauit Dauid. h. 25 n. 21. 22. 23. Hinc que voluit accipere labores & pœnis ad nostrum remedium, sic, vt possent eum plus torquere. summum mysterium. h. 42 n. 49. vsque 54. sicque non satisfaciebat sibi acceptando mortem sed accipiendo maximè pœnosam ib. n. 55. vsque 59. vt illi daret initium, acceptauit circumcisionem, quæ fuit ei maximo dolori.

VI. *Vt circumcideretur puer* si circum cidat suam carnē qui eam habet mundam sine peccato & inordinata concupiscentia; quantò plus tu & ego quibus est rubus spinarum. Necessarium est rescindere & circumcidere proprios suos affectus & appetitus carnis non hanc occidere, sed circumcidere; vt arbor Nabuchodonosoris h. 1. n 3. 4. & auferte illi occasiones peccati omnes; ne si vt Saul qui se perdidit quia non abstulit vitam omnibus inuentis in Amalec vt ei Deus præceperat, qui peccatori iubet vt auferat vitam peccato & omnibus occasionibus eius. hom. 1. num. 4. 6 & 11.

VII. *Vt circumcideretur puer.* Circumcidendo carnem disponit se ad recipiendum supremum nomen Iesus quod venit è cœlo, & tuam circumcidendo à suis affectibus carnalibus dispones te ad cœlestia dona recipienda ho. 1 nu. 13. 14 delitiæ carnis grauant animam ne volet ad se disponendū vt fauores cœli recipiat, donaque cœlestia vt pondus aquilam ne volet: Circumcidantur istæ deliciæ, & eris rectè dispositus ad recipiendos fauores istos & dona cœlestia. ibi Moyses ad obtinendum colloquium cum Deo facie ad faciem, & reliquos fauores ei exhibitos à Deo, circumcidit primo carnem suam rigoroso ieiunio quadraginta dierum. ibid. num. 14.

VIII. *Vt circumcideretur puer.* Hoc nomen *puer* dant Scripturæ Christo, non quia est inferior Patre, cum sit ei æqualis secundum naturam diuinam. ho. 34. n 62. & h. 37. n 76. & seqq. sed ob magnum mysterium, & hodie completur quod Pater dixit per Isaiam: *Ecce puer meus suscipiam eum.*: cum enim Christus esset obediens per circumcisionem, in se suscepit eum honorare nomine Iesu. hom. 35. n. 44. Cura tu ostendere te seruum eius faciendo quod imperat tibi, & crede quòd erit de te sollicitus honorando te; Deus enim succurrit sibi seruientibus, & protegit eos Terebintho, dans eis honorem & vtilitatem. h 27. nu. 8 vsque 26.

IX. *Vocatum est nomen eius Iesus.* Accipiens nomen Saluatoris, fundit sanguinem, quia eum erat effusurus, & crucem passurus. ad nos saluandum; Si ad dandum nobis salutem sic tractabat carnem suam, egitque vitam adeò pœnosam, quid nos facere iustum erit vt simus salvi? ho. 15. num 10. vsque 14. Iam potest tibi dicere quod Prophetæ: *Ecce ego qui ædificaui destruo & tu quæris grandia?* Ego circumcido carnem formatam operâ Spiritus sancti, & effundo Sanguinem sole puriorem, & tu quæris delitias carnis tuæ & Sanguinis. hom. 15. num. 14.

X. *Vocatum est nomen eius Iesus.* Accipiens nomen Iesus vult delicatam carnem suam scindi funditque sanguinem suum, vt opera eius correspondeant nomini eius, vtque illud, ita dignum habeat, vt cum tantum nominatur, omne genu ei flectatur. Qui recipit aliquod nomen excellentis officij obligatur secundum illud viuere faciendo opera conformia, Episcopus, Nobilis, Iudex, Prætor, etiam tu qui vis homo vocari. h. 37. num. 41. 44.

XI. *Vocatum est nomen eius Iesus quod vocatum est ab Angelo &c.* Pater implet in filio quòd ab eo petiit per Dauid: *Iudica me Deus & discerne causam meam.* Intrauit mundum accipiens circumcisionem pœnam peccatorum, ab his eum discerni est necessarium; nam licet patiatur eandem pœnam, non tamen ob eandem causam; reliqui enim patiuntur illam, quia sunt peccatores; ipse vero quia horum Saluator est. Idque agit pater dans ei in circumcisione nomen Iesus. hom. 34. num 21. vsque 26. Quod medio Angelo facit Pater, intrante filio eius in mundum fecit exeunte illo per latronem ad magnam gloriam suam. hom. 41. numer. 21. vsque 25.

XII. *Et vocatum est nomen eius Iesus.* Est Deus qui dat ei hoc nomen, valde conformem operibus eius

Deus enim dat cuiuis nomen conforme operibus suis hom. 18. num. 15.

XIII. *Vocatum est nomen eius Iesus.* Tam citò ac natus est, cœpit exequi officium quòd nomen illud declarat fundens sanguinem in remedium peccatorum, nec recessit sed prosecutus est vsque ad mortem, fundens enim eum totum in cruce, huius capiti voluit illud nomen affigi ostendens perseuerantiam, agendo contrà peccatum vsque ad mortem: deberes etiam tu pari modo exercere officium pœnitentis contra peccata tua transeundo per actus pœnitentiæ vsque ad mortem sine retrocessione. h. 38 n. 47. 48. 49 Debes desponsare tibi pœnitentiam matrimonio quòd non dissoluatur nisi morte. ho. 43 n. 21. 22. 63. vsque 70. ne sis vt Oza. ho. 10. n. 49. nec vt stulti Ægyptij. h. 60 n. 1. nec vt vxor Lot. h. 8. n. 49. cuius lambe statuam salis in pœnitentiam, id est fac eam cum sapientia, quia vera pœnitentia requirit verum dolorem de peccatis vt fuit Ninuitarum; & sapientiam, vt scias non redeundum ad illa cuius Symbolum fuit Regina Saba quæ iuit ad visendum Salomônem attracta eius sapientiâ ibid. num. 49.

XIV. *Vocatum est nomen eius Iesus.* Vult nos statim scire nomen eius, vt simul nouerimus quid hic Dominus operetur; ideo etiam in morte eius affixum fuit cruci in omnibus linguis, vt omnes intelligerent, quid operetur in animabus. Etiam Deus voluit nos scire proprium nomen Dæmonis, quòd ideò declarat S. Ioannes in omnibus linguis, vt sciamus damna quæ faciti animabus, quas intrat. h. 19 n. 15. Felix anima quàm intrat Iesus qui est salus & vita, & infelix quàm intrat Dæmon qui est mors, intrat autem illam per peccatum. ib. n. 15. vsque 19 & n. 28. vsque 31. Illo nomine solo voluit Spiritus S. reprobare per eos populi malitiam principum; quâ condemnauerant Christum ad mortem, illoque poteris tu refrænare lasciuiam carnis tuæ, & vincere Dæmonis tentationes. h. 7. n. 22. vsque 25.

XV. *Vocatum, &c. Iesus.* Hoc nomen accipiens declarat officium quòd acceptauit veniens in mundum, bellandi contra diabolum, saluando nos à morte quàm nobis causat peccatum, hocque officium prosecutus est totâ vitâ suâ, quòd declarat Euangelista dicens: *Erat Iesus eiiciens dæmonium*, numquam enim desistendum à pugna contra hostem qui numquam cessat à bellando contra nos ideoque vocatur Beelzebub, sicque nomen Iesus est ei contrarium. h. 19. n. 36. vsque 39.

XVI. *Vocatum est Iesus.* Bene quadrat ei nomen Iesus qui tam purum fundit sanguinem vt hic puer, nec minùs purus poterat nos saluare; vt probabat S. Paulus, & declarabat sacrificium Abrahæ, quòd obtulit, non fundens sanguinem filij sui sed arietis pendentis ex virgulto Sabech. homilia. 34 numero. 8. vsque 10.

XVII. *Vocatum &c Iesus* Datur ei hoc nomen iam quando fundit sanguinem ad nos saluandum; nec habuit aliam causam effusionis sanguinis & mortis, quàm quòd esset Iesus; vt verificauit Pilatus. h 34. n. 19

XVIII. *Vocatum &c. Iesus.* Hic puer debebat pati in pueritia & vita multas pœnas, & in fine mortem quæ videbatur infamis: vt eum non despiciamus, statim ab initio datur ei nomen Iesus, vt per hoc fierent pœnæ & ignominiæ eius gloriosæ, sunt enim, in quantum fuerit illarum causa. hom. 34. num 22. vsque 25.

XIX. *Vocatum, &c. Iesus.* Si pœnosa circumcisio tegebat diuinitatem huius pueri, detegebat nomen Iesus, quòd est proprium Deo est Cherubin qui se tegit ex vna parte & detegit ex alia. ho. 5 n. 28.

XX. *Vocatum est nomen eius Iesus.* Voluit accipere nomen in quo compendiarentur beneficia quæ nobis faciebat; quòd esset excitatorium nostræ memoriæ & obligationum nostrarum. hom. 6 num. 27. Semper quando nominabis hoc nomen hoc solo tibi dicit: *Quid amplius potui facere vineæ.* h. 17. n. 29. hoc nomen est libellus memoriæ compendiosior & efficacior quâ libri memoriæ Regum Persiæ. h. 42 n. 24.

XXI. *Nomen eius Iesus.* Prima littera Sancti nominis huius quæ est I, fuit in omnibus nationibus Symbolum clementiæ vt hanc se habere ostenderet. Vult nomen suum incipere per illam. hom. 17. nu. 33.

XXII. *Nomen eius Iesus.* Magnæ sunt excellentiæ, & mirabilis potentia, Sancti nominis huius, cui se omnes creaturæ subiiciunt, etiam dæmones: non tamen homo qui eo probat se duriorem omnibus illis. hom 3. num. 12. vsque 27.

XXIII. *Nomen eius Iesus* Armate illo nomine in periculis, quod quia iuuencula quædam non fecit dæmon eam intrauit. h 19. n. 21. & Apostolus Paulus hoc Sanctum nomen blasphemantes puniuit diabolis. ib n. 23 qui nos gloriamur Christianos deberemus honorem illius zelare contra blasphemos & iuratores. h. 28. n. 58. 59. 60.

XXIV. *Quod vocatum est ab Angelo priusquam in vtero conciperetur.* Deus per Prophetas diu ante prædixerat Christi mysteria, nomen eius & opera; vt cum ipse venisset, foret clarum argumentum veritatis de persona eius, videre omnes Prophetias impletas illo. h. 15 nu. 20 21 22. Deus posuit Prophetis vt in suis Prophetiis darent testimonium de persona & nomine Iesu, & qui in eis quærunt & inueniunt testimonium, obtinent Spiritum Prophetarum. hom. 41. num. 32 estque magnum argumentum illud sic esse, videre in Christo, in persona eius, & nomine Iesus, impletionē omnū, & facere coniunctionem septem stellarum. hom. 41. n. 34. 35

IN

IN FESTO EPIPHANIÆ DOMINI.

1. *Cùm natus esset Iesus in Bethleem Iudæ* Matt. 2. Christus ostenderat veram suam humanitatem debilitate carnis qua cum nascebatur in lacrymis, stabulo, & præsepi, ilico aggreditur ostensionem diuinitatis suæ extendendo manus suas vsque ad orientem; si namque vt puer & verus homo habebat ligatas manus humanitatis, secundum quod cantat Ecclesia: *& manus pedesque & crura, stricta cingit fascia*; diuinitatis eius sunt tam potentes & liberæ vt impleatur illud Isaiæ: *Infans ab vbere mittet manum suam ad cauernam Reguli.* Vide quomodo potentem manum suam extenderit ad orientem, ad corda eorum qui existentes idololatræ ea fecerant antra draconum, trahitque illos ad se faciens eos Seraphinos. Supremum Dei opus, ob quod vocatur magnus Dominus. h. 25. n. 4. 5. & h. 29. n. 15. vsque 18. Licet supremi Monarchæ mundi impenderint omnem potentiam, vires, & robur suum, & suorum exercituum, contra Martyres Euangelicos, potuerintque corpora eorum torquere, discerpere, & comburere, ponereque ex vno carcere in alium, secundum voluntatem suam; Tamen in Martyrum voluntate nec atomum operari potuerunt; hoc enim est opus tantum Deo proprium. Alta ponderatio S. Ambrosij h. 29. n. 15 mouet corda libera nullam eis faciens violentiam. In hoc opere extendit potentem manum suam, quàm sentit sponsa gentilitas, quàm hodie elegit, eam omnino inuertens, mittendo manum inuisibiliter. hom. 41. num. 13. vsque 17.

II. *Cum natus esset.* Sancti Patres Græci, vocant hanc solemnitatem *Festum Luminum*: quia Dominus noster Iesus Christus hodie cœpit illuminare mundum, vique lux diuina abigere tenebras, quas per totum mundum spargebat Dæmon, obcæcans omnes nationes eius, idololatriæ tenebris plusquam palpabilibus. Hæ extenderunt se per totam terram, & quasi occidente sole manserunt homines in profunda obscuritate habentibus feris locum discurrendi secundum voluntatem suam: *Sed hodie ortus est Sol, & congregati sunt & in cubilibus suis*, &c. Iam natus est Sol, radiisque lucis eius detegunturin oriente, quo gentilitas incipit illuminari. Singularissimus Christi effectus probatus variis historiis & doctrinis. hom. 33. n. 5. vsque 11.

III. *Ecce Magi*, Vide diuinam potentiam huius pueri nec agnoscere desinas quia vide puerum in præsepi; reclinatus enim in hoc subiectum traxit ad se supremum, ac maximè pretiosum mundi in stabulum, fecitque vt adoraret pauperes panniculos & maiores maiestates prostratas adorare paupertatem & pueri lacrymas. Se coronat his regibus qui erant corona gentilitatis, melùs quam Dauid illa Melchom. h. 25. deque his leonibus & capitibus Amana facit sibi coronam gloriæ, vt dixit cælestis sponsa. hom. 29. num. 28.

IV. *Cum natus esset Iesus ecce Magi.* Natus statim misit suam lucem ad orientem, vt Magi eum cognoscerent, & venientes adorarent. Fuisset enim impossibile vt Deum factum puerum cognoscerent inter stramina, si ille ipse non misisset eis lucem suam, quâ illuminaret eorum intellectus, & corda, quia si Deus non detegeret nobis puteum profundorum mysteriorum S. Scripturæ, quæ dant testimonium de Christo, non possemus ea intelligere, nec cognoscere. h. 29. n. 11. vsque 16. & h. 33. n. 20. vsque 23.

V. *Cum natus esset Iesus ecce Magi.* Hic introitus quem facit in mundum est proprius Deo; & ita de cœlo adducit quod in illo est excellentius, scilicet Angelos & de terra, nempe Reges, vt eum adorent: nam sicut Adam constituto in paradiso, vt ostenderet Deus quod eum erearet omnium animalium Dominum, ea adduxit ad pedes eius prostrata confitentia eius Dominium vniuersale; maiora illorum & minora: Et ita considerabat S. Chrysost. h. 1. de Spiritu S. quòd licet homo factus esset ex puluere terræ tamen de se emitteret claritatem maiestuosam; qualis postea fuit visa in facie Moysi quâ perstringente oculos animalium eum vt Dominum agnoscebant. Sic posito filio Dei in stabulo qui fuit glorioſior paradiso, Pater ad eum trahit omne genus gentium, vt eum recognoscant & adorent vt Dominum, Angelos, Pastores, & reges, &c. h. 41. n. 10 11.

VI. *Cum natus esset Iesus.* Eo tempore quo nascebatur cœpit emittere suam lucem ad saluandum mundum, implens quod Propheta dixerat. *in saluando non morabitur*, procedit que vt qui debet multum proficisci, quia paucis diebus transire debebat & implere. id quod durauerat in figura quinque millibus annorum, sicque bene incipit statim, specialiter quia est incensus amore, qui est diligentissimus in suis operibus. hom 11 num. 20. 21. 22.

VII. *Ecce Magi ab Oriente venerunt.* Trahit hos vt primitias nouæ Ecclesiæ, sicque illi placent vt primi Patres antiquæ Ecclesiæ, quos per Prophetam vocat ficus primi floris. hom 9 n. 49.

VIII. *Ecce Magi.* Arca diuina erat cooperta velo pauperis mortalitatis, reserat cortinam mittens stellam suam quæ trahat Reges, vt eum recognoscant & adorent. hom 11 nu 17.

IX. *Cum natus esset Iesus ecce Magi.* Ipse primò currit ad eos, quod nisi esset, & primo illuminaret eos luce suâ, numquam venirent. h. 18 n. 52. & h. 22.

num. 7. vsque 10. *Cum natus &c. Magi.* Deus cœpit & ipsi concurrerunt: licet enim verè fundamentum saluationis tuæ sit stella, lux, & fauor Dei, tu debes tamen concurrere: & sequi vocationem eius, Deus enim non saluabit te sine te hom. 10. num. 33. 34. 35. & h. 24. num. 43. 44. ipso faciente ex parte suâ tu fac ex tuâ. hom 15. num. 23. 24.

X. *Ecce magi.* Ea hora qua Deus vocabat eos per stellam, accurrerunt, audientes tacitam vocem quàm eis dabat per illam: Ne tardes quando Deus mittit tibi lucem suam, aut vocabit ad portas cordis, tui, vt Dauid accurrit in puncto quo sensit motum in pyris. hom. 10. num. 19. vsque 22.

XI. *Ecce magi.* Accurrunt in puncto quo Deus vocat eos, cognoscentes tacitam vocem quàm Deus eis dabat per stellam exeuntes de sub alis diaboli vbi erant: Iudicium prædestinatorum: vt fuit reproborum in Herode & Sacerdotibus Ierusalem, quod audientes vocem Dei iam nati, currerint ad id quòd dæmon eis instigabat, turbans eos, & vt mortem eius tractarent. hom. 37. num. 30. 31. *Ecce magi,* accurrunt in puncto quo Deus illuminauit eos, sine excusatione, nec longum iter eos detinuit, nec frigus hyemis, nec difficultas extranearum nationum nec dixerunt cras vt Pharao, indicium prædestinatorum. hom. 38. num. 41. vsque 44.

XII. *Ecce magi.* Licet mulcæ se offerrent difficultates, nulla sufficit ad eos detinendum, quin ad Christum festinarent, & in eo remedium suum inuenirent: habebant spiritum quem Propheta vocat robustorum, talemque debet habere qui verè quærit remedium suum. hom. 38 num. 47. vsque 50. Sunt multi & graues discursus contra eos qui differunt implere aduocationes Dei, possuntque timere quòd morientur in peccato hom. 13. num. 37. vsque 66. Ne maneas victus à peccato, remedium est fugere ab illo, non differendo fugam vsque ad hyemem infirmitatis, & Sabbatum horæ mortis, hoc remedio reduxit Venantium Monachum S. Gregorius, sicque non faciens, incurrit periculum moriendi in illo, non faciendo veram pœnitentiam, patet in exeuntibus ad colligendum Manna: qui hoc colligere differebant vsque ad Sabbatum carebant illo, etiam tu manebis sine verâ pœnitentiâ, si differas exire de peccato vsque ad horam mortis, quæ est Sabbatum requietionis. homil. 13. num. 63.

XIII. *Vbi est qui natus est Rex Iudæorum.* Vide quam sint forti animo, qui non metuunt turbare alienum regnum, vbi Regnabat Herodes, reclamare Regem alium, ille enim qui sincere quærit remedium suum in Deo, procedit resoluto animo quo calcat omnes metus repræsentatos à diabolo perdendi salutem, vel honorem, nec habent cor metuens ad vincendum omnes mundanos timores, non est vt stultus qui habet cor validum pro aliquibus laboribus, & effœminatum pro aliis secundum id quòd declarat S. Gregorius de illo quod dixit Spiritus sanctus *cor stultorum dissimile* hom. 1. num. 17. & h. 38. citata num. 47. vsque 50. Deus non vult pusillanimes milites, timor est principium debilitatis, & deiectionis, & per quem ordinariè nos vincit Satan. hom. 43. num. 33.

XIV. *Vbi est qui natus est Rex* Bene declarant qualis sit ille puer dicendo *qui natus est Rex*, quia est ei proprium. Reges terræ non nascuntur tales, nec habent in se fundamentum magnitudinis, accidit quæ illis quòd declarat Samuel loquens de ista materia, & omnis magnitudo eorum pendet ab extrinseco quòd eis regna dant. Sed iste puer habet de se titulum legitimum, vt sit Rex per naturam. homil 12. numer. 4. & hom 41. num. 59. 60. Et propterea turbatur Herodes, qui prout habebat regnum vt accidens ab extrinseco, timebat quod sibi posset auferri: sed huic puero nec morienti poterant illud auferre, qui vt nascitur Rex, moritur Rex, & dicitur Rex Iudæorum. ibid.

XV. *Vbi est qui natus est Rex Iudæorum.* Diuinè declarant præsens mysterium, quodque sint magi illuminati circa illud quàm ipsi Iudæi, qui habebant Scripturas in manibus, in quibus promiserat Deus, quòd deficiente legitimo Rege & naturali Iudæorum veniret Messias, & licet in mundo appareret puer, erit tamen Rex tam potens, vt sibi subiecturus sit omnes Reges & Monarchas, idque voluit Deus tam clarè mundo constare, vt reuelauit aliquibus Regibus gentilibus, particulariter Nabuchodonosori. Illum inter Iudæos natum hi non cognouerunt, clamantibus regibus, tempus esse impletum, cum iam Regnaret Rex extraneus. hom. 41. n. 52. 53. 54.

XVI. *Vbi est qui natus est Rex Iudæorum.* Hic verè est Rex, & pleno ore hoc nomen meretur, itaque illum Iudæi recipiant apertis brachiis, qui a venit pro illis: non est vt Reges terræ, qui stabiliunt Thronos suos accipiendo bona suorum subditorum. hom. 41. n. 59. vsque 65

XVII. *Vbi est qui natus est Rex?* Hic est verus mundi Rex, qui venit ad beneficium mundi & ad eiciendum dæmonem, qui non est Rex, sed Tyrannus Felix anima in quâ hic Rex nascitur, infelix in quâ regnat dæmon, quem Esther vocat deceptorem, & Isaias pilolum, magno mysterio scitu digno. ho. 41. nu. 56. & sequentibus.

XVIII. *Vidimus enim stellam eius in Oriente.* Primo intuitu fatentur Deum; primò in se, declarando eum esse Regem ex natiuitate suâ, & naturâ suâ, non mendicando ab aliquo. Secundo, in suis operibus, confitentes esse omnipotentem & tantum Dominum vt possit facere & creare stellas vt vult quæ obediunt

obedirent ei vt famuli sui ; mittit enim vnam ex stabulo vbi erat, ideoque dicunt stellam eius. homil. 35. numero 38. & sequentibus & homil. 45. numero 24.

XIX. *Venimus cum muneribus.* Eum adorare veniunt offerentes ei sua corda & bona sua corporalia, veniunt cum anima & corpore, primò dantes se & cor suum, deinde bona sua in munus ; iste enim est bonus modus adeundi Christum ad adorandum, est enim idem quòd Deum adire : primo ei cor tradendo, quisquis fine hoc adit, manet longè ab eo, licet eum tangat. hom. 2. num. 18. 19. Deus non acceperat dona sine corde, quia Deus non conficit oculos in manus, vt necessitate pressus, sed in cor : *Posuit oculum super corda ipsorum*, hoc præcipuè vult, reliquum quòd datur in tantum admittit in quantum habet multum de corde & voluntate cum qua offertur, nulla res erit ei grata nisi offeratur ex corde, vt ostendit in sacrificiis quæ offerebant ei Cain & Abel. hom. 1. num. 19 vsque 23. Illud declarat genuflexio quâ eum adoramus, & modus quem seruabant hi Reges procidentes. hom. 42. num. 77 vsque 83. & num. 86. vsque 90.

XX. *Venimus cum numeribus adorare.* Tria ferunt, animas suas, corpora, & bona sua, cum omnibus his debes adorare Deum, quia omnia illa habes de manu eius debesque illi ea offerre. hom. 23 num. 63.

XXI. *Venimus cum numeribus adorare eum.* Hæc est bona adoratio adire pedes Christi qui sunt pauperes, qui dispensat vt ipse communicet suos, ideò sunt pauperes ad portas Ecclesiarum quando intras ad adorandum in illis. Hocque ponderat S. Augustinus super hæc verba Danielis : *Filiæ Tyrij in muneribus vultum tuum deprecabuntur.* hom 10. num. 10. vsque 14.

XXII. *Audiens Herodes turbatus est & omnis Hierosolyma cum illo.* Hic deficit regula dicens quòd stultus ipsius sciat in domo suâ quàm Sapiens in alienâ : cum Herodes & Iudæi viventes in Iudæâ non sciant id quòd habent in domo suâ, & nostri extranei : quàm dolendum gentiles à longè videre quòd Iudæi non vident in terra suâ, cum obligatio sit tam diuersa. Notata quàm communis populus obstinebat de persona Christi, confundebat sapientiam Principum & Sacerdotum Ierusalem, qui cum regerent populum, hic dirigebat illos ad notitiam Christi, acclamatione Regis & Domini sui, quâ eum excipiebat, quando Propheta Balaam proficiscebatur ad maledicendum populo Dei, asina cui insidebat videndit ei Angelum impedire quòd non prosequeretur iter ; ad confusionem cæcitatis eius. hom. 7 nu. 17. Ita contingit sæpè in mundo. Etiam Deus confundit his magis populum suum vt olim per Rahab gentilem. hom. 7. nu. 15 16. 17.

XXIII. *Turbatus est Herodes & omnis Hierosolyma.* Istis magis confundit Deus cœcitatem populi sui, antiquius idem accidit : cum enim populus Dei haberet intra se Prophetam Elizeum, nec Rex, nec populus eum noscebat, nisi ad eum contemnendum, & venit à longè Naaman nobilis gentilis eum quærens & reclamans quem naturales non cognoscebant. h. 21. num. 57.

XXIV. *Audiens Herodes turbatus est & omnis Hierosolyma cum illo.* Hic impletur Prophetia Abacuc : quòd veniente Deo in mundum cœli obscurarentur, & terra illuminaretur, laudans Deum : *operuit cœlos gloria eius & laudes eius plena est terra.* Cæli erant Symbolum Iudaismi, terra gentilismi. hom. 7. nu. 2. 3. 4. Etiam illud Iobi : *Ad silicem extendit manum suam subuertit à radicibus montes.* hom. 41. num. 31. & hom. 44. num. 11.

XXV. *Turbatus est Herodes & omnis Hierosolyma.* Implebatur quòd idem Abacuc dixit : *Aspexit & dissoluit gentes & contriti sunt montes saculi.* Aspiciebat gentiles radio lucis suæ quem deferebat stella, quoliquefaciebat in amore suo corda istorum Regum ; & montes Herodes Sacerdotes, & Scribæ, confracti sunt. hom. 35. num. 4. & 5.

XXVI. *Turbatus est Herodes & omnis Hierosolyma cum illo.* Erat certum, quod turbato Rege & Principibus, qui sunt vt cœli, turbaretur & terra, id est, subditi ; vt alterato cœlo certum & turbandam terram : essetque magnum miraculum, gubernatoribus, partibus reipublicarum & familiarum inordinatis, subditos & filios non esse similiter inordinatos : cum Spiritui sancto videretur magnum miraculum quòd aperiente se terra cum submergeretur Core, filij eius non descenderunt cum illo numero 26. *Factum est miraculum grande vt pereunte Core filij eius non perirent* Lyranus enim ecclesiæ quòd quando aperiebat se terra, & Core submergebatur, filij ejus manserunt in aëre, nec mergerentur, quòd magnum est miraculum. hom 35. num 23. & sequentibus.

XXVII. *Turbatus est Herodes & omnis Hierosolyma cum ipso.* Rex & Princeps malus traxit post se magnum consortium in malitia sua, sicque intrant infernum reales solemniter cum magno comitatu. hom. 35. num. 19. vsque 20.

XXVIII. *Turbatus est, &c. & omnis Hierosolyma.* Quàm mali Principes ; cum enim illos ex proposito Deus posuerat ad recipiendum Christum quando apparebat in mundo, vtque essent medium Per quod illum populus reciperet, statim cum audiunt eum natum turbantur, & opponunt se illi, intentantes ei mortem, sic intelligit S. Hieronymus ideò Herodem & Sacerdotes concilium iniisse ad Christum occidendum, ideoq; Angelum in plurali dixisse

Defuncti

Defuncti sunt qui querebant animam pueri. Ex hoc loco intelligimus: inquit Sanctus Doctor: *Non solum Herodem sed Scribas & Sacerdotes mortem Domini fuisse meditatos.* Sic vt cum deberent se disponere ad eum recipiendum præparant se ad occidendum. hom. il. 35. numer. 13. 14. præcipui in populo Dei qui habebant maiorem notitiam Scripturarum, & debebant disponere populum ad recipiendum Christum, & adorandum vt verum Deum suum, isti fuerunt qui vt plus intreduli opposuerunt se Christo, & tractabant de adimenda ei vita. hom. 35. num. 13.

XXVIII. *Turbatus, &c.* Bene dixit Propheta malo etiam bona esse ad malum: & quando veniunt ei maiora bona, posse nos æstimare ea illi forte mala. Cum tantum bonum veniret Herodi & Hierosolymæ, supremum eorum quæ Deus promiserat ei, & ipsa desiderauerat, fuit tantum ei malum vt se turbaret, Herodesque attentaret tantam malitiam vt innocentes occideret, & Iudæi se adeo opponerent Christo vt eum occiderint, hinc perditio eorum. hom. 32. num. 41. 42.

XXIX. *Turbatus, &c.* Quæ infelicitas, quod noua repræsentando & eis aliquid quod esset futurum ad bonum & saluationem eorum, turbent eos vt aliquando vos id quod est ad remedium vertrum. ho. 4. num. 45.

XLX. *Turbatus est Herodes & omnis Hierosolyma.* Magnum prodigium quod natus Christus vt Sol in Bethleem illuminet gentiles in stella & eodem turbati manserint & luce priuati Iudæi, Herodes Rex & eorum Sapientes; prædicitur mutandas sortes gentilium & Iudæorum; vt dixerat Isaias. hom. 33. nu. 33. & seqq.

XXXI. *Congregans omnes principes Sacerdotum.* Herodes habebat malam intentionem, & etiam Sacerdotes, qui, vt gens turbata, credebant Christi aduentum esse in suum damnum: Molimini proditores, inite consilium: omnes cogitationes vestræ seruient Deo ad illuminandum, & in viam dirigendum Reges, eosque assecurandum in cogitatione sua, & firmandum in profectione suâ, opus diuinæ omnipotentiæ illius cui seruiunt cogitationes malorum. hom. 30. nu. 59. & h. 14. nu. 2. & sequentibus. Extrahit aquam veritatis claram ex puteo Scripturarum per istos meatus, deductos per cœcam bestiam Herodem, vt hac Magi amici sui fruantur. Conceptus notabilis. hom il. 39. num. 27. 28.

XXXII. *Congregans omnes principes Sacerdotum.* Deus voluit istos Magos certos reddere in suprema veritate fidei Christi, vnde non sufficiebat ei quod viderent oculis stellam: sed voluit etiam eos reddere certos ex Scripturâ, quæ certior est quàm quod videmus oculis, vt dicebat S. Petrus: cum præmisisset quod viderat Christum transfigurarum, & nubem lucidam ex qua prodeuntem vocem audierat, addit: *Habemus firmiorem Propheticum sermonem.* Ne habeas doctrinas vt securas, donec concilium Doctorum præsidente in eo Summo Pontifice, tibi dicat veritatem extractâ de Scripturis vel traditionibus Ecclesiæ. Conuenit quod dixit Isaias Propheta docens quæ visiones debeant haberi pro certis: *Ad legem magis & ad testimonia* hom. 40 num. 16. 17.

XXXIII. *Congregans omnes principes Sacerdotum.* Christus intrabat mundum in Sanctis Scripturis vt Moyses in fiscella iunceâ. Disponente Deo iste puer detegitur per Sacerdotes extrahentes primum iuncum ex Prophetia Michææ hom. 21 nu. 16 17.

XXXIV. *Congregans, &c.* Bene in hoc fecit Herodes quia per Sacerdotes, & conciliorum congregationes debent sæculares scire res fidei, & sanctæ Scripturæ; ideo enim Deus in mundo posuit visibilem cathedram, in quâ sine errore doceamur res fidei, quæ sit vt columna hebræus. Ista est congregatio principum Sacerdotum, qui sunt Episcopi, quorum caput est summus Pontifex. hom. 14 nu. 10. vsque 16. Licet per Ieremiam Deus promisisset multos Pastores, implet it verbum sum dans vnum principalem, cui omnes obediunt, qui est Christus, auctor doctrinæ in quâ debet populus pasci à reliquis Pastoribus & omnium præcipuus manst vt Vicarius illius Pontifex Summus. ib. d. n. 16 in subiectione huic capiti exhibitâ, & obedientia, assecurant se regna & eorum conseruatio in Regibus & Monarchis mundi. Ob firmam vnionem Regum Hispaniæ cum sede Apostolicâ assecurat r in domo ejus regnum adeò dilatatum quod possident: & per illam in Hispaniâ conseruata est Regalis successio non interrupta Regibus extraneis in sexaginta duabus generationibus; seque magis corroborant iungendo se domui Austriacæ, quæ Excellit in obedientiâ, deuotione, & respectu ad Sedem Apostolicam: Ideò maximè virgens instructio quàm Cæsar Carolus Quintus dedit Philippo Secundo filio suo prudenti erat de obedientia ledi Apostolicæ exhibenda. Huic se opponentia Regna videmus perdita. hom. 14 n. 11.

XXXV. *Congregans omnes principes Sacerdotum* Herodes conconuocabat principes Sacerdotum & horum resolutioni subiiciebat se in rebus doctrinæ fideique, licet esset ipsa superbia; in istis enim rebus, debent etiam suprem; Monarchæ subjecti esse Sacerdotibus hisque respectum exhibere cum singulari reuerentiâ. h. 14 n. 25. vsque 29. Etiam licet sint tam mali vt isti, quia potestatem & locum suum habent à Deo ibid n, 29 vsque 37.

XXXVI. *Congregans, &c. Sacerdotum.* Hi sunt quibus mediantibus debent principes & Reges eum Deo tractare. hom. 2. num. 15. vsque 18.

XXXVII. *Con-*

XXXVII. *Congregans omnes principes* Licet Herodes videatur hanc congregationem facere, tamen Deus sic præcipuè disponit, vt illis ignorantibus quid agant, ante oculos eorum probetur Aduentus Christi in mundum, sicque impleatur quòd dixit per Isaiam *Ducam cæcos per viam quàm nesciunt.* hom. 23. num. 35. & hom. 39. num. 30. 31.

XXXVIII. *Congregans omnes principes.* Herodes raptus ambitione suâ rabidâ eo ipso quo tentabat veritatem Aduentus Christi supplantare, iuridice probatam eam relinquit Iudæis & gentilibus, & quasi in pleno concilio definitam. hom 30 nu. 59 60.

XXXIX. *Tunc Herodes vocatis magis.* Herodes dat clarum iudicium suæ reprobationis, procedendo cum astutiâ, deceptione, & fraude, tam alienus ab ouibus Dei vt in totâ eius domo non sit reperta quæ posset vel vnam adinuenire. h. 37. n. 32. 33.

XL. *Vt & ego veniens adorem eum.* Hæc est vna supremarum malitiarum, & Sacrilegarum proditionum, quæ magis offendit Deum, vestire malitiam clamyde virtutis & facere actus religionis tectos Sacrilegio: pretexta enim adorandi Deum tentat eum occidere. Ista est proditio sacerdotum Baal altari regere furtâ suâ. hom. 7 nn. 38. 39. Est ista malitia quàm significat proditoria Lamia, de quâ Propheta: facere actus Religionis pallium sacrilegio. vt ilis conceptus. hom. 28. num. 14. vsque 18.

XLI. *Ecce stella quàm viderant, &c.* Cum isti magi inciperent suum iter obediendo Deo, certum erat quòd Deus eos non desereret: Deum enim non est vt Dæmon mundus, & Caro, qui exponentes nos labori, in hoc nos deserinquunt. hom. 4. nu 46. vsque 50. vtque Israelitas extraxit de Ægypto, institque proficisci quasi conclusos inter illos duos montes, pugnauit pro illis contra Pharaonem, submergendo eum in aquis, cum toto exercitu, datâ viâ apertâ per mare; & quamuis operando talia mirabilia, nouit suis fauere in laboribus quibus eos exponit. hom. 4. n 48. Sicque ne tu desis in eò quòd Deus tibi iniungit non enim deerit tibi, cum aliquo egebis ibidem. numero 49.

XLII. *Ecce stella quàm viderant.* Deus vocauit eos per stellam primò, eamque sequentes, quando credebant se in terra secura esse fuerunt in maiori periculo. Sic tractat Deus aliquando Sanctos suos, quibus pro tempore se abscondit, sed iterùm se manifestat ad eorum consolationem. hom. 4. num. 42. vsque 45.

XLIII. *Ecce stella quàm viderant.* Primò videbant eam, deinde abscondit se pro tempore, ad magnas vtilitates. Primò, vt eâ deficiente intrarent Ierusalem, & fierent securi ex dicto sacrarum Scripturarum; Secundò vt Iudæi monerentur & conuincerentur. Deus enim duos labores suis, id facit pro omnibus; pro his vt merita eorum crescant, & pro illis vt habeant exemplum hom. 32. numero 49.

XLIV. *Intrantes domum inuenerunt puerum cum Maria matre eius.* Riuus erat circa fontem suum sic enim est Beata Virgo respectu Christi, vt pueri. hom. 11 num. 18. & 19.

XLV. *Inuenerunt puerum.* Certum, eos inuenturos qui eum tanta diligentia quærebant, & in quærendo perseuerabant, qui enim se detinent, & differunt de die in diem non inuenient. hom. 10. nu. 19. 20 21. & ho 15. per longos discursus à n. 34. vsque 66. vbi agitur de differentibus Deum quærere per pœnitentiam.

XLVI. *Procidentes adorauerunt eum.* Vt Deum, proiicientes se ad pedes eius corpore, & plus animo & corde, quo præcipuè fit adoratio debita Deo. h. 42. n. 5. 77 80 vsque 83. & 86. vsque 90.

XLVII. *Obtulerunt ei munera.* Dauites qui habent bona, non satisfaciunt tantum adorando Deum, sed debent cum donis accurrere ad pedes eius, qui sunt pauperes; licet enim illud faciant, & non accurrant cum donis condemnabuntur. hom. 16. n. 2. vsque 15. Ideò reliquit nobis Deus pauperes loco suo. ibid. n. 13. & ho. 27. n. 67. 68 & hom. 30. n. 24. & 25.

XLVIII. *Apertis thesauris suis obtulerunt ei munera.* Erant Reges & habebant thesauros, quibus cum accurrunt ad pedes Dei. Ne cogitet multum habens se Deo satisfacere, si det parum: quisque debet offerre conformiter eò quòd habet. Id voluit declarare Lege Decimarum. hom. 17. num. 37. 31. vsque 42.

XLIX. *Responso accepto in somnis.* Deus incepit opus istorum Sanctorum Regum illuminando eos stellâ, educendo eos de palatiis & regnis suis: idem dat perfectionem remittens domum illuminatos, ipse enim est qui *dat velle & perficere*, vt ait Paulus. hom. 30. num. 63. 64.

DOMINICA PRIMA POST EPIPHANIAM.

I. *CVm factus esset Iesus annorum duodecim.* Luc. 2. Christus voluit in tam tenera ætate sapientiam suam mundo detegere, quàm non didicit in scholis, sed est diuina, inde incipiens se cognoscendum exhibere doctoribus legis. hom. 29. nu. 32. vsque 35.

II. *Cum factus, &c. duodecim.* In hoc actu quo Christus exhibet se in templo plenum sapientiâ diuina, impletur prophetia Malachiæ, quòd subitò manifestabit se in templo. hom 29 num 29.

III. *Remansit puer in Ierusalem & non cognouerunt parentes eius.* Aliquando abscondit se Deus suis faciens quòd dicit S. Gregorius: *Amat & cruciat.*

hom. 9. num. 46. 47. B. Virgo & Ioseph, erant dilecti eius sicque daturus eis erat pœnas cõformes magnitudini dilectionis eorum. hom. 32. num. 23. & sequentibus.

IV. *Remansit &c. parentes eius.* Christus deseruit B. Virginem tantum quo ad corpus, quo ad animam enim semper erat cum eâ, fuitque siue virginis culpâ, ideoque factum est cor eius mare doloris. Quid tibi faciendum si abit ab animâ tuâ ob culpam tuam? Cum eiicis ipsum peccato tuo, infers tibi ipsi maius damnum, quàm possent omnes dæmones simul. hom. 13. nu. 25. vsque 29. Deus non derelinquit te, tu deseris eum, & abis. hom. 18. num. 18. 19. estque damnum tuum tantum vt debeat ab omnibus deflere. ibid. n. 20. 21. 22. 23.

V. *Quærentes eum in comitatu venerunt iter diei, &c.* B. Virgo erat semper solitaria & abstracta inuenie batque Angelus eam conclusam, dicitque Ambrosius eam pauca habuisse sibi molestiora quàm apparere in publico, per foca, & plateas, tamen iam discurrit per illas, quantumuis enim necessaria solitudo mulieribus Sanctis, tamen hac exeundum, quando expedit ad quærendum Deum. homilia. 32. numero. 14. vsque 18.

VI. Hic quærendi modus illi qui eum perdidit vt quærat sincere dolens & cum lachrymis fidelibus doloris testibus, cum similem se facit peccator pellicano, Nicticoraci & passeri solitario. h. 38 num. 62 vsque 87. & num. 75. 76. Hic optimè concinunt lachrymæ perdito Deo, quæ enim pro temporalium honorũm iactura impenduntur, sine fructu sunt & eas fundentem stultam vocat Esdras. ho. 38. n. 82. vsq; 83. quæ pro peccatis effundentur, ea deterunt, ac disponunt ad Deum inueniendum, vtque in anima residet velut in throno. ibid num. 77. vsque 82.

VII. *Dolentes quærebamus te.* Optimè hic conuenit, tibi dolor & viua pœna, quandò Deus abit & perditur vt enim non est maius bonum quàm secum Deum habere, sic non est maius malum, nec potest esse, quàm Deum perdere, eumque abire; discursus consideratione digni & vtiles hom. 13. num. 5. vsque 24.

VIII. *Mirabantur super doctrina & responsis eius.* Nomen Christi fuit *admirabilis* vt dixit Isaias; & quamuis fuerit in omnibus, tamen voluit particulariter ostendere se talem quoad vixit, in doctrinâ suâ, & miraculis. Hodie incipit ostendere se mirabilem in doctrinâ, Dominicâ proximâ in miraculis, videlicet *Initium* signorum. hom 29. num. 2. 3.

IX. *Mirabantur super doctrinâ & responsis eius.* Sol iste diuinus voluit se deregere, & quamuis inciperent eum noscere, vt declarat admiratio, tamen voluerunt eum ignorare per malitiam suam. hom. 21. num. 19. 20. Ciues Nazareth audiunt doctrinam Christi, eiusque altitudine rapti, dicunt esse exaltem, & statim mortali inuidiâ rabidi opponunt se illi. ibid. num. 19.

X. *Mirabantur.* Iste fuit ordinarius eorum defectus, admirari super doctrina Christi, & non conuerti vt dixit Augustinus, estque vester ad damnationem vestram. hom. 29. num. 21 22. Christusque videns eos mirantes & non conuersos, poterat eis dicere illud Isaiæ, possumusque nos dicere prædicatores. *In vcanum laborauimus.* hom. 29. num. 25. 26.

XI. *Inuenerunt eum in templo.* Hoc est proprius locus Dei, vbi singulariter inuenitur. ho. 23. nu. 18. 19. est particularis domus eius, vbi singulariter habitat. ibid. num. 21. vsque 24. sicque est locus proprius ad eum inueniendum, & magna dignus reuerentia. ibi. n. 20. 21. Caue ne perdas eum in illo; ideò enim sunt magnæ Dei offensæ peccata quæ in templo fiunt. ibid. nu. 14 vsque 17. sis ibi cum tremore. hom. 28. num. 54. 55.

XII. *Inuenerunt eum in templo* Ideò fiunt templa vt in iis inueniamus Deum quem extra perdidimus; quo videtur Deus secessisse, quando eum eiciebamus domibus nostris, plateis, & foris; eoque est offensa maior, si ibi perdas eum. Est domus salutis, ne facias domum perditionis. hom. 7. nu 40. ho. 28. n. 14. vsque 17. & n. 24. 25.

XIII. *Inuenerunt illum in templo.* Debebant ibi eum inuenire vbi accurrebat, vt ad domum eius, & Patris, dans exemplum Episcopis hom. 7. numer. 29. vnde intrans Hierusalem Dominica palmarum, statim iuit ad templum, vbi contigit maximum miraculum puerorum. hom. 41. num. 99. vsque 102

XIV. *In medio Doctorum.* Semper posuit se Christus in medio, quando nascebatur in *medio animalium*, quando moriebatur *in medio latronum*, quando resurgebat *in medio discipulorum* & in concilio *vbi sum in medio eorum*, quia medium est quòd æqualiter distat ab extremis, habens tantam partem in vno extremo quantam in altero; talis est Christus. quantum ex parte sua. In eo potest pauper tantam partem habere quantam diues, & plebeius vt nobilis, &c. hom. 21. num. 22. 23.

XV. *Fili quid fecisti nobis sic, Pater tuus & ego dolentes quærebamus te.* O Virgo quæ sicut per Virginitatem tuam speculum es adoleitei tularum; cum sis nupta, etiam doces eas quæ sunt matrimonio iunctæ. Primò honorando sponsum tuum Ioseph̃um; quem licet scires non esse verum Patrem Christi sed putatiuum tantum, quem S. Ambrosius in hunc locum vocat: *Simulatus Pater*: nominas absolute Patrem Christi, in occasione quâ nomen hoc erat ineffabilis gloriæ, in congregatione Doctorum, & eorum innumerabili multitudine quæ accurrerat; omnibus miratibus illum puerum; quis enim debet

glus

plus attendere ad honorem mariti, quàm vxor quam ideo Spiritus sanctus vocat coronam eius. hom. 26. num.19.20. Cumque maritus repræsentet Christum, vxor debet eum singulari honorare sollicitudine, vt Ecclesia Christum. hom.26.num.26.27. Secundo ponendo Ioſephum primò loco. *Pater tuus & ego*: licet Ioseph nihil haberet in conceptione Christi, sed ipsa sola, posseteque se primo loco ponere, vt Christus quando dixit: *Ego & Pater vnum sumus.* ho.37. nu.77. tamen noluit; docens mulierem dare primum locum marito, eumque habere vt caput suum, vt dixit S.Paulus & facere secundum dispositionem Dei: *sub viri potestate eris.* hom.7.num.22.hom.14.nu.6.& hom.25.num. 88. sicque deficiente marito manet vt corpus sine capite. hom 31 num.57.

XVI. *Dolentes quærebamus te.* Hic est verus modus quærendi Deum, vt qui eum perdidit culpâ suâ, eum quærat cum dolore & lachrymis similis factus pellicano. Ecque modò quærit eum B. Virgo licet eum sine illa sua culpa perdidisset. hom.38.n.62.vsque 67.

XVII. *Quid est quod me quærebatis, &c. in his quæ Patris mei sunt.* B. Virgo nominat ei Ioſephum pro Patre & ille respondit alium designans Patrem: per hoc declarans verum suum Patrem non esse Ioseph, cum Patrem non haberet in terra sed matrem, nec matrem in cœlo sed Patrem, quo declarantur duæ nativitates eius æterna & temporalis. hom.11. nu.18. & hom.35.num.4.

XVIII. *In his quæ Patris mei sunt oportet me esse.* Vide quàm bonum exemplar, ad docendum filios obligationem accurrendi ad seruitium parentum suorum. Nullus filius fuit tam obediens Patri suo vt Christus, magis præcisâ & subiecta obedientia quàm omnes filij erga parentes, & religiosi erga Prælatos suos. hom.29.num.36. & hom.36.num.31. Tantam ei exhibebat reuerentiam, vt S.Chrysostomus dicat, per hoc meruisse vt Pater eum reuerteretur. hom. 42. num.80.81 82.

XIX. *In his quæ Patris mei sunt.* Christus fuit promptissimus ad ea quæ Patris sui erant, sicque fuit Pater ad ea quæ filij sui erant, vt dixit Moysi se facturum hom.29.num.38. declarauitque ipse Christus. hom.34. num.60. vsque 62. attende & tu honori Patris cœlestis, cum habeat curam honoris tui, vtilitatisque. hom.22.n.14. vsque 18. qui non sentit offensas quæ fiunt contra Deum, ostendit se non esse verum eius filium. ibid. nu.16. videntur omnes creaturæ facies auertisse in morte Christi, quia non poterant ferre talia fieri creatori in conspectu suo,quanto magis debet id facere Christianus filius offensi, videns offensas quæ indies committuntur in Deum? ibid. nu.16. Est speculum; viqué ages cum eo, aget secum: atque vt curabis honorem eius, curabit tuum. hom.25.nu.50.vsque 61. & ho.37.n.15.16. hicque patet noster defectus, & quàm mali filij simus; quòd ipso curante nostra, nos non tantum non curemus, sed etiam deficiamus in iis quæ Patris nostri sunt. hom.22.nnm.19 20. & hom.28.nu.59.60.

XX. *Et ipsi non intellexerunt verbum* Aliqui intelligunt hæc verba de Doctoribus ibi præsentibus,quòd licet Christus tam clarè loqueretur, tamen non intelligebant eum; vt patuit quando eis dixit: *Quo ego vado vos non potestis venire* Est aliquorum conditio, quòd noluit Deum intelligere, licet clarè loquatur. Sunt vt genteri Lot, qui quando eis clarius loquebatur: *Visus est eis quasi ludens loqui.* hom.30. num.59.60.

XXI. *Ipsi non intellexerunt.* Alij intelligunt ista verba, quamuis in plurali dicta, de solo Ioſepho, & non de B. Virgine; secundum Scripturæ phrasim declarandam. hom.44. num.10. videturque id Euangelista significare addendo: *Maria autem conseruabat verba hæc in corde suo*, non petebat vnum ex verbis Christi, sed conseruabat ea in pectore suo, pro tempore & similibus occasionibus, etiam tibi sic faciendum; estque dolendum tam parum tibi restare ex prædicatis vno die, in alterum. hom.44.num.10.

XXII. *Descenditque cum eis & erat subditus illis.* Mirabile exemplum pro filiis, ait S. Ambrosius in hunc locum, cum exhibeat tam integram obedientiam parentibus suis, primò Patri cœlesti à quo habet naturam diuinam dicens: *in his qui Patris mei sunt oportet me esse*, cumque iste Pater, dicit Sanctus, non habuerit laborem nec curam aliquam pœnalem circa illum, quid tibi faciendum fili, Patri tuo,à quo non tantum habes naturam, sed qui etiam passus est patiturque pro te multas curas & pœnas. Secundò Parentibus terræ, B. Virgini, quæ erat vera Mater eius, & Ioſepho licet tantum haberet nomen & vmbram Patris: hæc enim sufficit vt obedientia debeatur. Hanc docuit Christus, & Deus commendauit, eidem alligans prosperos proiium successus, & terrens inobedientes. hom.23.n.47.vsque 52. Benedictio Patris data filio obedienti, est electum medium à Deo, ad dandas ei benedictiones suas: Ideò fleuit Esau non obtenta benedictione Patris sui, quia intelligebat se non posse Dei obtinere sine illa. Et Iacob, tantum quia illam habebat secum, pergit valde contentus solus, & absque comitatu famulorum, aut camelorum ad domum Patrui sui Laban, quia in illâ conferebat omnia bona quæ poterat habere in illis. ibid. num.47.48. beneficia à parentibus accepta obligant proles vt sint eis obedientes. ibid num.47.

XXIII. *Et erat subditus illis* S.Ambrosius hæc verba considerans irascitur Arianis, quia cum ea ponat Euangelista ad firmandam fidem veræ humanitatis

Christi, secundùm quam ostendit se subiectum, non tantùm cœlesti Patri, sed etiam parentibus terræ; vtque daret filiis exemplùm humilitatis & obedientiæ; illi vtantur iis ad destruendam diuinitatem eius veram, secundùm quam est æqualis Patri; debemusque ei obedientiam & reuerentiam vt vero Deo Domineque nostro. Fundabant se Ariani in istis verbis ait S. Ambrosius, & ratiocinabantur, secundum Augustinum libr. 3. contra Maximum cap. 1. sic: quia Christus erat filius Virginis, & accipiebat ab eâ naturam humanam, erat ei subditus in eâ, & quia Ioseph dicebatur Pater eius, erat ei subiectus, vt debet Filius Patri; etiam similiter si filius accipiat naturam à Patre, in eadem debet subditus ei & inferior esse; vocansque eum Patrem fatetur se inferiorem, & subditum. Magna proditio istorum hæreticorum; primò in doctrinâ; secundum quam debet intelligi, quòd licet filius procedat à Patre secundùm naturam diuinam, non est ei subiectus, nec inferior in illâ, ideoque dixit: *Ego & Pater vnum sumus* ponens se primo loco. hom. 17. num. 77. Secundò, in vsu Sacræ Scripturæ: ex eò quòd nobis Spiritus sanctus de Christo dicit ad ejus honorem, & nostram vtilitatem, trahunt id quod est ipsi Christo contrarium; quod est committere malitiam de qua S. Gregorius dicebat: *Duæ Dei contra Deum pugnant.* ho. 35. n. 16. vsque 19. Conditio Hæreticorum qui vtuntur Sacris Scripturis Dei contra ipsum Deum non conferentes vnâ cum aliis. Inuentiones Satanæ. hom. 5. nu. 36. 37.

XXIV. *Puer autem proficiebat sapientiâ ætate & gratia.* Bene intelligitur quomodo creseceret ætate, sed difficile est declarare quomodo crescebat sapientia & gratia. hom. 2. num. 50. 51. & hom. 29. num. 31. vsque 35. declaratur similitudine Solis. hom. 31. num. 4. & sequentibus.

DOMINICA SECVNDA POST EPIPHANIAM.

I. *Nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ: vocatus est autem & Iesus & discipuli eius ad nuptias.* Ioannis 2. miraris videns Iesum, matrem, & discipulos eius, in conuiuiis & nuptiis; sed intelligendum conuiuia non semper esse mala; & istum ea celebrare occasione nuptiarum. hom. 16. nu. 23. 24. Sicque acceptauit ea Dominus non ad delicias suas, vt dicebat impius Iouinianus Hæreticus, sed quando conueniebat ad nostram doctrinam, & vtilitatem. hom. 38. num. 12. habebatque secum discipulos suos, docens eos, quibus occasionibus deberent acceptare conuiuia, à quibus debent ordinariè secedere, vt honorentur. hom. 38. num. 10. 11. qui fuerint isti discipuli declaratur. hom. 21. num. 7.

II. *Vocatus est Iesus ad nuptias & discipuli eius & erat Mater Iesu ibi.* Christus cum matre suâ & discipulis acceptat hoc conuiuium, vt ostendat statum matrimonij esse sanctum, quia sciebat multos hæreticos venturos qui eum damnarent. Potes in hoc statu Sanctus esse, vt fuerunt Enoch, Noë, &c. h. 24. n. 17. vsq; 21

III. *Vocatus est Iesus ad nuptias.* Matrimonij status est sanctus. Potes in eo Christum vocare, & tecum habere frequentando Sacramenta & orationem, faciq; valde male qui ea non faciens coniicit culpam in statum istum hom. 2. n. 4. vsque 7. Et Matrimonio iuncti possunt esse magni sancti, viuendo vt docuerunt Apostoli SS. Petrus & Paulus. hom. 24. n. 19. 20. & h. 26. n. 26. vsque 30.

VI. *Vocatus est Iesus ad nuptias* Assistit nuptiis initio legis suæ Euangelicæ, quia vltra sanctitatem quam habet matrimonium institutum à Deo initio mundi, illud eleuauit vt esset vnum Sacramentorum huius legis, quo ditat nubentes particulari gratiâ, estque magna excellentia mariti, quem Christus vult repræsentare suam personam propriam; & vxoris, quam vult repræsentare Ecclesiam: vnde licet semper fuerit adulterium odiosum Deo; punieritque illud Deus extraordinariis pœnis hom. 26. nu. 19. vsque 25. In nouâ lege etiam habet aliquid Sacrilegij. Doctrina profunda vtilisque. ibidem numero 26.

V. *Vocatus &c.* Deus semper assistit vocatusque ad matrimonium, eique præcipuè dant verbum fidelitatis nubentes. hom. 26. n. 25. Ideò Deus adeo ostendit adulterio, vt declarat Iob ipseque Deus in variis occasionibus. hom. 26. n. 20. vsque 25.

VI *Vocatus &c.* Deus ex misericordia sua posuit multos status in Ecclesia, omnesque Sanctos, vt quisque eligat sibi quadrantem: qui non vult statum cœlibem capiat matrimonialem, & si non possit esse autem sit argumentum: vt ait S. Chrysostomus. hom. 2. num. 5. & hom. 24. num. 32.

VII. *Vocatus, &c.* Quando agitis de vestris matrimoniis, vocate primo Iesum, quia enim relinquitis eum, adeo erratis in illis; prius ergo super illis eum consulite. hom. 26. n. 9. & 10.

VIII. *Vocatus est Iesus ad nuptias.* Debetis nunc Dominum ponere in capite quando vestra tractatis matrimonia, prætendendo ei seruire in eo statu: ne proiicias eum post tergum tuum: in eos enim qui nubunt tantum attendentes libidinem suam, Dæmon habet potestatem; vt Angelus Raphaël Tobiæ dicebat. hom. 18. nu. 44. & hom. 26. numero 26.

IX. *Vocatus, &c.* Status Matrimonij est plenus laboribus & pœnis, quæ non poterunt bene ferri si non voces Iesum, qui te iuuet gratiâ sua. ho. 24. n. 9. vsque 13. voca eum vt accurrat cum illa; vt Eliseus farina

farina vt possit edi olla colocyntidarum. ho.24 nu.43. & sequentibus.

X. *Vocatus, &c.* Hæc vna maior sollicitudo Dæmonis est, seminare discordias inter maritum & vxorem. Vnde debetis procurare vt Iesus sit vobiscum, eumque vocare, vt visum est in casu quem refert S. Vincentius Ferrariensis. h. 19. n 21.

XI. *Deficiente vino.* Erat certum quod in actu hilaritatis terrænæ deficeret vinum, quia pura voluptas non durat in hac vita. h.11.n 29.30. & h. 41 n. 6.7.

XII. *Deficiente vino.* In mundo non est domus tam plena voluptatis quin deficiat vinum, & premant sollicitudines. hom.24 numer. 25.26. nec est status, nec conditio personarum in mundo quæ non habeat quod desleat; conceptus dignus ingenio. S. Ioannis Chrysostomi ibid. nu. 25. Maiores autem defectus, &c. causantes maiores sollicitudines, sunt in statu matrimonij. Tot sunt quas habent Parentes de prolibus sollicitudines, & de necessariis pro statu, vt sui ipsorum obliuiscantur. h.15 n.29. 30 Estque quod dixit Paulus: *Tribulationem carnis habebunt huiusmodi.* hom. 18. nu. 38. Sicque non possunt se integrè Deo dare, ideoque voluit Deus Sacerdotes in noua lege matrimonio iunctos esse. h.24. num.4. vsque 14. etsi eligebantur tales aliqui in Episcopos vel Sacerdotes, renuntiabant commercio cum suis feminis ibid n 15.16.

XIII. *Dixit Mater eius ad Iesum: vinum non habent.* Vide quam bene doceat nos orare B. Virgo Magistra orationis, repræsentando nostrum defectum in bonis corporalibus vel temporalibus, sine petione rei determinatè. hom.32.n 31. vsque 36.

XIV. *Filii vinum non habent.* Oratio excellentis fidei quæ tantum repræsentat necessitatem; talisque fuit Centurionis. Vnde ægrè tulit legatos suos mutasse libellum supplicem petendo rem determinatam à Christo. Et si ille sic orauit ex tanta fide, melius D. Virgo, habens excellentiorem. homil 2. numerum 28.29.

XV. *Filii vinum non habent.* Vsa est nomine hoc *filii*: vt ostenderet securitatem fiduciæ suæ: quia enim filius est, mater potest fidere quod faciet quidquid ab ipso petet, vt dicebat Salomon matri suæ Bethsabee; fuitque hæc vna misericordia à Deo nobis exhibita, quod factus homo, acceperit veram matrem, quæ pro nobis intercederet, fundans petitiones suas in nomine filij: vt etiam S. Bernardus ponderabat magnam Christi misericordiam, in dando nobis Patrem suum, qui verè noster esset vt eo fortificaret fiduciam in nostris orationibus. hom.42. nu.83. vsque 86.

XVI. *Quid mihi & tibi est mulier:* Videntur negationis verba, & inurbana; cum ipsa vocet eum filium, hic non nominet matrem sed mulierem: Tamen non sunt, sed profundorum mysteriorum quæ Dominus illis declarare voluit. homil, 21. numero. 27. 28.

XVII. *Nondum venit hora mea.* Christus detinuit se à faciendo miraculo donec omnino defecisset id in quo facturus erat, sicque expectabat horam suam ad faciendum, vt in miraculo panum. ho.27. n.28 29. & resuscitationis Lazari. ho.32 nu 48. vsque 51. & n.75. quia istis operibus probatum constabat ea esse propria Dei; si enim non erat, non potuisset propriâ vi dare tantæ multitudini quod ederent tanta laboranti necessitate, & tam pauca adessent victualia eis distribuenda: vt in exitu populi Dei ex Ægypto voluit primò verificari numerum eorum qui intrarunt eam, vt appareret summa facta multiplicatio, & sciretur esse opus Dei, & in multiplicatione panum quam Christus fecit ad tot faciandos, voluit etiam sciri opus suum illud esse. hom.27. num.28.

XVIII. *Nondum venit hora mea.* Christus semper expectabat tempus suum ad faciendum opera sua mirabilia secundum voluntatem & dispositionem æterni Patris. ho. 36. nu 29. & seqq. Alia declaratio habetur. hom. 45. num. 24.

XIX. *Nondum venit hora mea.* Primum principium supponendum est, defectus & labores non contingere casu, nec Deum inconsiderate eaimmittere; sed cum sapientissima dispositione prouidentiæ suæ ad particulares fines. ho. 30 n.27.28. & ho 31. nu.7. Secundum, quod debet succurrere in remedium eorum tempore magis conuenienti fini ad quem disponebantur. vnde donec illa hora veniat, rectè dicitur *nondum venit hora mea.* hom.32. n.41 vsque 48.

XX. *Nondum, &c.* Deus non accurrit statim ac sentimus defectum salutis, & quando febris nos torquet, quia attendit horam magis conuenientem; melius quam medicus, qui ægrotum desiderantem & petentem aquam detinet vsque ad horam quam assignat. Idque est ait S. Augustinus In Psal 144. *Oculi omnium in te sperant Domine & tu das escam illorum in tempore opportuno:* Probatque ponderans magnum mysterium *Attendite fratres mei magnum mysterium. Discendum pensandum, monte retinendum, non obliuiscendum propter varias tentationes quæ sunt in hac vita.* Mysterium autem est, quod Deus se detinuerit Paulo petente secundo tertioque vt mederetur defectui quem sentiebat, quasi dicendo: *Nondum venit hora mea.* Et in puncto quo Dæmon petit licentiam ad Iobum tentandum, & afflictione torquendum, concessit ei. Ratio est quia Dæmon est in mundo ad tentandum quamdiu vita durat, sicque ista est hora eius: sanctus autem est ad patiendum, non ad quiescendum, quia nondum est hora. Sicque relinquit Deus hunc in labore vt mereatur dicens nondum *venit hora mea.* Sicque respondet tibi quod S. Paulo, hicque Timotheo:

Nondum venit hora mea. hom.24. nu.27.28.29. & ho. 42 num.95.96.97.

XXI. *Nondum venit hora mea.* Deus mittit tibi labores & vitæ necessitates, vt satellites suos, qui in te faciant executionem ob peccata tua, & ad superbiam tuam refrænandam. & quamdiu id non agis,non vult vt te dimittant, dicitque tibi *nondum venit hora mea.* hom.2.num.47. vsque 50.

XXII. *Nondum venit, &c.* Quando phonascus ordinat musicam & mensuras, nullus cantorum cantat, donec veniat hora eius, & si à tacente petas ; cur non cantet ; respondet ; quia nondum venit hora mea ; quando hæc venit intrat cum tantâ festinatione vt ad vnam mensuram decurrat, multas susas & semisusas. Ita egit Deus in remedio mundi : retinuit se quinque millibus annorum, expectans, quasi dicendo *nondum venit hora mea* hæc autem quando venit, cantabat & decurrebat breuiter tot mensuras, quot fuerunt antiquæ Prophetiæ ; non cum minori mysterio quam torrens Elizei. ho.15 n.20.vsque 21. Discurrit eâ festinatione quâ electrum quod vidit Ezechiel. ibid.nu. 22.& hom.41.n.23.vsque 27. Idem egit cum sororibus Lazari, quas postquam detinuisset quatuor diebus, tanta mysteria breui percurrit ; sicque aget tecum.

XXIII. *Nondum, &c.* Detinet se Deus quia nondum venit hora eius ; vnde & tardat secundum desiderium tuum, non tamen secundum quod conuenit. Hanc Philosophiam continet hæc verba Abacuc : *Si moram fecerit, exspecta eum quia non tardabit.* Vtilis discursus. hom.32.num.50.51.

XXIV. *Dixit Mater eius ministris : quodcumque dixerit vobis facite.* Bonum consilium, vt Deus faciat quod tibi conuenit, fac tu quòd tibi iubet, Deus est speculum & aget tecum vt tu cum ipso ages. ho.25. num.45. vsque 60. & hom.27.num.15.16.

XXV. *Quodcumque dixerit facite.* B. Virgo docet quomodo debeamus agere cum Deo,obediendo simpliciter, non disputando de eo quòd Deus iubet, sed tantum attendendo ad id quod iubet. Hoc enim. non fecere perdidit parentes nostros qui aurem præbuerunt dæmoni dicenti. *Cur præcepit vobis Deus ?* hom. 30.num.57. & hom.37.num 28.29.

XXVI. *Erant ibi hydriæ sex secundum purificationem Iudæorum.* Iudæi erant superstitiosi frequentibus lotionibus suis inter edendum, vnde erant necessariæ multæ hydriæ aquæ : licet in hac occasione sicut Christus non ferret superstitiones, nec essent in tam bonis personis vt erant in his nuptiis cum essent sex hydriæ, quia non erant plenæ ; Christus iussit eas impleri. hom.23.num.13.

XXVII. *Implete Hydriæ aqua.* Magnam irabilia operatus est Deus in aquis : hæc occasione incœpit in illis primum signum, vt dixit S. Ioannes & cum illis desiit in cruce magno mysterio ho.25. nu.61. Deus videtur illis mundum extraxisse omniaque eius : & lacrymarum aquæ aliquos exaltant super Cherubinos, quos vidit Ezechiel ; & in pœnitentiæ aquis confregit Deus capita draconum peccatorum nostrorum.Ad purgandum mundum ab immunditia peccatorum cecidere aquæ super eumè cœlo & solo. ibid n.61.

XXVIII. *Implete hydrias aqua.* Videtur quod fuisset maius miraculum, si Christus dedisset hydrias plenas vino, domesticis non implentibus eas aquâ : sed fuit mirabile consilium ; si enim vis Deum prouidere defectibus tuis, debes ipse cum aliquo accurrere : quia etiam in operibus maiorum mirabilium vult aliquid poni ex parte hominum, licet in se sit parui momenti, vt parum aquæ. h.27.n.57. 58 59.

XXIX. *Implete hydrias aqua & ferte Architriclino.* S Chrysostomus ponderat, quod licet hoc miraculum sit in se magnum, fuerit tamen maius ob modum illud faciendi, cum sine motione manus vel pedis, solo imperio interno sit illud executus. h. 30. n. 4 5 nec tantum fecit quantum in alii miraculis quæ operatus est imperio verbi sui dicendo leprosis *mundare*, mortuo *surge veni foras* Hic ne quidem ista verba dixit. Si autem solum operari imperio verborum probabat quod erat Deus, quanto plus operari sine verbis istis. ho.2 num.39. & 41. & hom.31.num.72.73.

XXX. *Implete hydrias aqua.* Iussit illud vt certo constaret non fuisse vinum in illis hydriis, nec posset hoc miraculum calumniari,nec opus haberi deceptorium: sic enim assueuit Deus in maioribus miraculis.h 27.n. 28.29.& 60.& h.32. n.75.

XXXI. *Ferte Architriclino.* Iubet probari vinum, vt pateat, opus quod fecerat conuersionis aquæ in vinum,esse verum,esseque verum vinum quod fecerat:vt in paralytico piscinæ voluit patere sanitatem esse probatam quam dederat. h. 10. nu. 43 voluitque probari resuscitati Lazari vitam esse veram. h.32. n 81. Donec spiritualis vita tua probata sit non habeas pro tali. h. h.10. nu. 44. nec fidas quia sic tibi videtur, iudicioque tuo nec sis securus;homo enim mentitur sibi ipsi in suis propositis vt patet in S.Petro h 43 n.23. Sicque compertum in S.Philippo & Apostolis, quos ideò tentauit Dominus,h.27.n 33. & seqq. & patuit in aliis sanctis. ibib.n.44. vsque 49.

XXXII. *Hoc fecit initium signorum Iesus.* Istud fuit initium miraculorum eius publicorum, miraculum factum ad bonum & vtilitatem, ostendens talia futura quæ erat facturus in vitâ, & quia non erant talia quæ Pharisæi petebant, ea non concessit, taliaque debent esse opera tua in quibus vis excellentiam tuam demonstrare. h 8. num.41.42.43.

XXXIII. *Initium signorum.* Hoc miraculum posuit Dominus vt suorum caput ideoque fecit in parte

particulari die primo noui anni. hom. 27. num. 80. 81.

XXXIV. *Manifestauit gloriam suam & crediderunt in eum discipuli eius.* Ideò fecit hoc primum miraculum, cum enim esset arca diuina, debebat aliquando velum reserare quo se manifestaret hom. 11. nu. 15. 16. 17. Isti discipuli non fuerunt vt isti principes infelices qui videntes vltimum resuscitati Lazari, quod fuit supremum eorum quæ Dominus operatus est, non tantum non credebant sed resoluebant eum occidere, procedentes vt arcus prauus. h. 39. n. 8. vsque 13.

DOMINICA TERTIA POST EPIPHANIAM.

I. *Cùm descendisset Iesus de monte secutæ sunt eum turbæ multæ.* Matth 8. Hoc Euangelium continet duo miracula, quæ facit Dominus descendens de monte vbi prædicauerat mundationem leprosi, & sanationem serui Centurionis: primum fuit dispositio ad secundum, valdeque conuenit fides & deuotio Leprosi & Centurionis. Christus procedebat impleus nomen fontis hortorum quod ei sponsa dedit. h. 24. n 23. & faciens cursum solis. quod ponderabat S. Gregorius Nyssenus. hom. 31. n. 4. 5.

II. *Cùm descendisset Iesus de monte.* Concionatus fuit primo in montis vertice suis discipulis; Deinde parum descendens ad quandam planitiem eiusdem montis prædicabat turbis, sanans omnes eum accedentes. & postea descendens quod restabat montis vsque ad planitiem infimum curauit leprosum illum, & prosequebatur faciens miracula prophetisata de Messia, quod ex suâ parte essent opera prodigiosa, ex alterâ vitia quibus confirmabat doctrinam in monte prædicatam. Talia enim erant miracula, quæ Messias erat facturus non qualia Pharisæi petebant. hom. 8. numer. 41. 42. 43.

III. *Cùm descendisset, &c.* Descendens de monte ordinat cursum faciendi miracula, ad faciendum ex parte suâ quod debebat vt Messias crederetur. Cumque ipse plenè implesset quod eum tangebat, ad istam probam defuerunt Iudæi in eo quod eos tangebat ex parte suâ, cum enim deberent eum recipere pro Messia ob miraculosa opera quæ faciebat, ob eadem reiecerunt eum & occiderunt; idcoque vocat eos Iacob: *Vasa iniquitatis bellantia* hom. 39. num. 8. vsque 13.

IV. *Ecce Leprosus veniens adorabat eum.* Ille Leprosus procedebat assecutè in omnibus, in adeundo Christum, in modo adeundi, & orandi. Primò rectè egit adeundo primo Deum pro salute suâ; debes etiam sic facere in tuis morbis, dans Deo locum suum, & suum medico. hom. 32. num 7. vsque 13. hocque nos docuit Christus opere adiens primo æternum Patrem suum in occasionibus pœnarum & sollicitudinis. ho. 26. n. 11. & h. 42. n. 68. vsque 71.

V. *Veniens adorabat eum.* Secundo, Leprosus iste accedit vt debet; non tantum corpore, quod est *Veniens*, sed etiam corde, quod significat *adorabat.* Bonus modus adeundi Deum ad fauores obtinendos. h 2. nu. 18. 19. non vt tu qui adis solo corpore relinquens corlongè inde. ho. 29 n. 23. 24. Debes intellectu & voluntate, quasi duabus alis, ad Deum volare, vt Seraphini quos vidit Isaias Thronum Dei cingentes, vtrimque erant circa Deum. Tu non habens vestigium amoris Seraphinorum adis solo corpore, esque corde & voluntate longè à Deo. ibid. n. 23 & aliquando cor habes contrarium ei factus vt hyena. hom. 8. n. 35. 36 37. Baptista fuit fax lucens in altâ cognitione Christi, sicque appropinquabat ei intellectu, & vinus ardebat feruentissimo eius amore, sicque appropinquabat adeo voluntate vt esset omnino captus amore eius, de re autem potest Deus dicere quod Ezechieli de aliis: quod non veniunt ad Deum sed videntur venire. hom. 29. num. 23.

VI. *Domine si vis potes me mundare.* Tertio adit cum viuâ fide quæ est fundamentum Christo ad operandum miracula; quia hæc tibi deest non operatus ea in te. homil. 27. numer. 30. vsque 40. ostendit eam, confitens Christum esse verum Deum, & potentiam eius absolutam quod declarat vocans eum absolutè Dominum & sine limite, quodque possit imperare lepræ quod vellet, & quomodo vellet, eratque fides eius ea quæ Centurionis. homil. 2. numer. 28. 29. & 39. & numer. 47. 48. 49. intelligebat ponitentiam Christi quam postea declarauit S. Paulus dicens: *Portat omnia verbo virtutis suæ.* hom. 2. num. 39. vsque 45. & hom. 10. n. 41.

VII. *Domine si vis* Quartò attigit modum petendi sanitatem: hæc enim bonaque temporalia non sunt absolutè petenda, sed si Deus velit, tibique conueniat. h. 32. nu 31. vsque 34. morbus sæpè tibi expedit ad salutem animæ tuæ, & Deus eum tibi relinquit ad vtilitatem tuam hom. 24. num. 27. vsque 33.

VIII. *Domine si vis.* Itaorabat Christus; est enim secura oratio conformando voluntatem tuam diuinæ, idque significabat *positis genibus* h. 42. n. 86. 87. 88. Nec captas male si Deus nolit tibi dare quod petis, tibique dicendum quod Sancti iuuenes Babyloniæ, Nabuchodonosori: *quod si noluerit*, &c. hom. 43. nu. 33.

IX. *Extendens Iesus manum tetigit eum dicens: volo, mundare.* Vide quantâ misericordia quæ non fastidit tangere rem tam sordidam vt lepra est; nec manet ideo pollutus, licet lex vellet eum manere qui tangeret leprosum. ho. 31. n. 67. fuitque malum Pharisæi iudicium Christum esse immundum ob peccatricis contactum. h. 38. n. 103. Erat Lux quæ transiens per immundi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

munditas non inquinatur. homil. 34. numer. 13.

X. *Volo, mundare.* Quàm citò succurrit Dominus isti, miraculo quod petit, negans Phariſæis. Primò, quia erat diuerſa iſtius diſpoſitio. hom 2. num. 20. vſque 25. & hom 8. num.35. vſque 39. Secundo, quia erant diuerſa miracula quæ petebant, hic & ille. h. 8. num 39. vſque 46.

XI. *Volo, mundare.* Quam paratus eſt Dominus ad dandum tibi quod petis, nullum ponit medium inter ſupplicationem tuam & conceſſionem ſuam, quando petis cum qualitatibus quibus ille. hom.9. num.25. vſque 32. Bene dixit Moyſes, quod ponderat Apoſtolus S. Paulus: *Ne dixeris quis aſcendit in cœlum, &c. prope eſt verbum in ore tuo* hom. 25. numer 65. & hom. 44. num. 41.

XII. *Volo, mundare.* Si ad voluntatem huius Domini eſſes mundus, ſtatim eris, quia in nullo plus delectatur quam quod eum rogemus, & velimus recipere de bonis eius. ho 8. nu. 4.5.6. videtque eum Iſaias ſolicitum quia nemo adibat eum ad petendum, cùm ipſe expectaret ad dandum. ho. 25. nu. 24 & h.37.num.17. vſque 21. Adeo deſiderabat facere fauores & dare, vt quia Iudæi non adibant eum ad petendum, iuerit ad gentes vt eis erogaret. homil. 9. numer. 8. & hom. 25. num.16.

XIII. *Volo, mundare.* Voluntas eius eſt prompta & & diſpoſita ad nobis benefaciendum, defectus eſt in noſtrâ, quod non habeamus eam verè volentem recipere ho. 10. n 37. 38. Nomen Dei in Græco ſumitur à verbo quod ſignificat currere, vt oſtendatur feſtinatio quâ accurrit ad noſtrum remedium, quando eum rogamus. hom. 18. num. 56. & ſi non accurrit ſtatim, ſunt magnæ rationes conuenientiarum pro eius gloriâ, vel noſtra vtilitate. hom. 9. num.30 hom.32 n.48. vſque 51. & hom.42. num.95. vſque 98.

XIV. *Mundare.* Eſt verbum Imperij. Sis mundus, Chriſtus oſtendit ſe verum Deum in operando ſolâ iuſſione. hom. 2 n. 39. & ſeqq ho. 10. nu. 43. & ho. 31. nu.72.73. Ideoque dicebat ſponſa quod opera eius eſſent tornatilia. Ponderatio S Chryſoſt.h.30.n 4.5.

XV. *Vade oſtende te Sacerdoti.* Ex diſpoſitione legis erant Sacerdotes iudices Lepræ, nec leproſus habebatur curatus donec eſſet à Sacerdote talis declaratus; tunc contingebat miraculum perpetuum: res admiranda & maiotis myſterij. hom.14. num.34 & ho. 26. num. 23. Sicque miſit Dominus hunc leproſum curatum ad Sacerdotem, vt Sacerdotes videntes eum curatum agnoſcerent virtutem eius, vnde procedebat fides Centurionis. hom. 2. num. 10.

XVI. *Vade, &c.* Licet Chriſtus eum realiter curaſſet, noluit vt pro tali ſe haberet donec Sacerdos declaret. Non vult te habere ſanitatem tuam vt ſecuram, donec Sacerdos, qui præſidet in Cathedra Eccleſiæ ſuæ viſibilis, eam decernat talem. hom. 14. n.13. vſque 16. hoc enim conuenit nobis ad ſecuritatem noſtram.

XVII. *Vade, &c.* Chriſtus docet Catholicam doctrinam, quod licet te mundauerit à lepra peccatorum tuorum per contritionem, tamen ſemper hoc fiat in ordine ad poteſtatem quam dedit Sacerdotibus, ad quorum pedes ire debes vt tibi dicant: *Ego te abſoluo*, ideoque diſpoſuit pœnitentiæ Sacramentum ad noſtrum beneficium. h. 19. n 51. vſque 64.

XVIII. *Vade oſtende te Sacerdoti.* Licet videaris tibi certus & habeas ſcientiam ad diſponendum res animæ tuæ, quando aliquid ſe offert faciendum ſecundum legem Dei, ne facias ſecundum quod tibi ſoli videtur, ſed adi Sacerdotem Dei loco poſitum vt diſpoſuit octauum Concilium Toletanum. hom 1. num.10.

XIX. *Vade, &c.* Miſit eum ad Sacerdotes vt declararet reſpectum eis debitum, illis enim mediantibus recipimus à Deo beneficia. h.2. n. 12. vſque 18. & licet ſint terreni, tamen per eos regit Eccleſiam. h.14. n. 20. vſque 34. Ante ipſos ſtant maiores principes hom.14. num.28.29. Prælati debent ſedere, quia eſt Symbolum auctoritatis quam habent, & fideles ante ipſos ſtare, ad ſignificandam humilitatem & obedientiam. quibus debent eos venerari & eis obedire. Quando S. Ioannes Baptiſta ait, quod ſtabat vt amicus ſponſi Eccleſiæ, declarabat quod Meſſiæ auctoritas erat Chriſti, quod que ipſe tantum erat diſcipulus ad ei obediendum. ibid. num. 27.

XX. *Vade, & oſtende te Sacerdoti.* Subiecit nos Sacerdotibus ad noſtram vtilitatem, & remedium leprarum noſtrorum peccatorum. Si ipſi bene fungeren ur officio ſuo in iudicando & diſcernendo inter lepram & lepram, non inuenirentur tot infirmi; ſi bene aſperiſſent & manum in leproſum extendiſſent; vt Chriſtus facit. ho.10. n.41. & h.24. n. 53.54.55 Confeſſarius qui loco Dei facit miſericordiam in Sacramento pœnitentiæ, intelligat ſe in iſto tribunali debere etiam iuſtitiam facere, vt talis ſit pœnitentia & ſatisfactio quæ proportionetur debito. hom.24.n 55.vide cui Sacerdoti te præſentes, qui bene poſſi lepram tuam noſcere & de illa iudicare. hom.37 num.37.

XXI. *Offer munus tuum quod præcepit Moyſes.* Lex Moyſi præcepit Leproſo curato offerre aliquos paſſeres Deo, in gratitudinem beneficii recepti. Sumus obligati ſanitate receptâ, vel remedio noſtrorum malorum, Deum adire cum gratiarum actione; hanc ſolutionem requirit à nobis. hom. 17. num.16.17. 18 22.

XXII. *Offer munus tuum.* Antequam offeiret ſacrificium paſſeris, volebat Deus leproſum adire Sacerdotem qui examinaret munditiem eius. Vide inquit S. Ambr. obligationem adeundi Sacerdotem quando debes offerre ſacrificium altaris. vel commmunicare, vt primo ſit examinata mũditia tua quantũ eſt poſſibile h.24.n.6.

XXIII. *Vide*

XXIII. *Vide nemini dixeris.* Circa hoc præceptum ponit S. Gregorius dubium. vel Christus voluit illud impleri, vel non: si voluit, cur non fiebat? si noluit, cur præcepit? Sed magnam habet doctrinam pro nobis hac docens nos quàm magnum periculum habeant bona opera nostra si videantur. h. 1. n. 27. Ad vincendum artes & inuentiones Pharaonis infernalis medium efficacissimum est abscondere opera bona ab oculis hominum. Illi filij Israelitarum tantum viuebant quos poterant occultare oculis Ægyptiorum, & quò plus eos abscondebant, eò plus multiplicabantur Israelitæ. Sic bonorum operum vestrorum merita augebuntur, si illa oculis hominum abscondas. hom. 1. nu. 29.

XXIV. *At ille multo magis &c.* Si vis bona opera tua sciri, procura quantum potes vt legantur, & non sciantur, quanto enim plus ad hoc conaberis, eo plus illa Deus manifestabit. hom. 2. num. 52. & hom. 26. num. 17. 18. 19.

XXV. De secundâ parra Euangelij, quæ est de Centurione videatur h. 2. & quod infra notabitur pro die Iouis primo Quadragesimæ.

DOMINICA QVARTA. POST EPIPHANIAM.

I. *Ascendente Iesus in maniculam secuti sunt eum discipuli eius.* Matth. 8. Opus prodigiosum quod nobis Euangelista narrat de liberatione Apostolorum à tempestate, & pacificatione maris verbo eius, est simile alteri quod fecit Dominus alia occasione, de quo agitur ex proposito hom. 4. eaque tota potest seruire huic Euangelio.

II. *Ascendente, &c.* Non potes te excusare ab intrando mare, & tempestate ferenda, si sis discipulus Christi; cum hic intrarit & tulerit, sors enim tua non debet esse melior eius sorte & Apostolorum eius. hom. 15. num. 10. vsque 13.

III. *Et ecce motus factus est in mari.* Erat certum in mari non duraturam malaciam, sed cito secuturam tempestatem; hæc enim est certa post illam, breuique successura. h. 41. n. 7. 8. 9. & h. 11. n. 29. 30. Ad eam enim in mari suscitandam sufficit ventulus. h. 4. n. 12. vsque 26. non est nauis in illo mari quæ possit vitare tempestatem. h. 24. n. 25. 26.

IV. *Et ecce motus, &c. ita vt nauicula operiretur fluctibus.* Christus dilectos discipulos suos, quos secum habet, magna premit tempestate; quos enim plus diligit plus torquet. ho. 9. nu. 46. 47. & ho. 32. num. 23. & sequentibus. Deus excitat fortes ventos, sed sunt ad vtilitatem nauiculæ. hom. 9. num. 37. 38.

V. *Et ecce motus magnus factus est in mari,* Christus erat ibi cum discipulis suis. tamen superuenit eis tempestas; vnde non fuit bona ratio Marthæ: *Domine si fuisses hic, &c.* imò quia erat ibi cum suis, voluit tempestatem venire. hom. 32. num. 53. vsque 57.

VI. *Ipse vero dormiebat* Deus aliquando se habet vt dormiens, ad nos obligandum vt accurramus ad eum excitandum, id enim ordinariè non facimus nisi tempestate coacti, sicque potest dici quod S. Bernardus de dormitione Dei: *Dissimulatio est non indignatio.* h. 9. o. 25. vsque 30. fecit etiam ob alias rationes. hom. 42. num. 95. 96. 97.

VII. *Ipse vero dormiebat.* Domine dormis iam quando tui sunt in afflictione? quiescis quando ipsi sunt in labore? Certum est eum non delectari laboribus nostris in quantum nos affligunt, sed potius compati; estque vt eos patiens, videns nostros h. 31. n. 56. h. 32. n. 65. 66. Non est vt homines, quorum aliqui sunt sine affectione; non mouentur enim nec compatiuntur videntes miserias aliorum. h. 31. n. 56. Idcoque dixit Dauid: Deum esse captiuum Ieum suo populo h. 27. n. 46. sed gaudet de laboribus istis & afflictionibus suorum, eisque recreatur, vt spectaculo glorioso ad suam gloriam. h. 4 n. 29. vsque 42. & quia sunt ad nostram vtilitatem augentque nostram spem. h. 32. n. 21. vsque 30.

VIII. *Suscitauerunt eum.* Currunt ad eum vt ventos sedet; & tempestatem, quia sciunt, licet dormiat, ipsum excitare & facere motum ventorum: sic intellexit Centurio. h. 2. n. 47. & seque & Chananæa. h. 9. num. 23. 24. Sicque intellige & tu de tempestatibus infirmitatis, paupertatis, &c. in quibus te ponit vel aliquamdiu relinquit.

IX. *Suscitauerunt eum.* Quando veniunt tempestates quæ te angunt, accurre ad Deum excitandum; ideò enim proponuntur istæ historiæ diuinæ, sicque nos docuit Christus Dominus noster in seipso & quia non ita facis non sedantur tempestates tuæ hom. 26 n. 8. vsque 14. & hom. 42. num. 92. 93.

X. *Domine salua nos perimus.* Quam bona oratio? non est opus multis verbis variatis per figuras rhetoricas coram Deo, qui misericordiâ suâ liberauit nos ab ista curâ, nec aliud vult nos dicere quam *Domine salua nos perimus*, vtilis discursus. hom. 42. num. 94.

XI. *Cur timidi estis modicæ fidei?* Parua fides nostra patet cum timeamus habentes Deum. Quid times famem, paupertatem, infirmitatem, si habes Deum eique seruias? Conqueritur Deus sibi iniuriam fieri, quando ei non id fiditur quod bono amico: estque certum, si ei fernis, quod non deseret te in labore, vt dæmon, mundus; caro h. 27. n. 8. vsque 23. est. stultitia fidere in hominibus, qui sunt pictæ imagines h. 10. n. 39. 40. si haberes tam viuam fidem quam debes parum turbarent te venti qui commouent hoc mare,

h.27.n.37.vsque 40. Cum maiori ratione conqueritur de te quam de Rege Aza ib.n.40. vsque 45.

XII. *Cur timidi &c.* Dominus voluit probare fidem Apostolorum ponendo eos in tanta anxietate: nisi vitus tua probetur eam non habeas securam licet tibi videatur valde fortis, in occasione enim videbis eam deficere. Sicque fuit debilis fides discipulorum in occasionibus, & in multis sanctis ostendit se talem, quando erant in medio tempestatis.hom.27. num.40. vsque 45. singulariter patuit in Sancto Petro. hom. 43. num. 23.

XIII. *Surgens imperauit ventis.* Surrexit, ostendens quod verè se ponat ad nostram defensionem, id significat verbum: *Surgens*, sicut dixit S. Stephanus: *Video Iesum stantem à dextris &c.* Vt ostenderet quam verè se disponeret in eius fauorem. Etiam sic accurrit Deus ad nos liberandos à laboribus nostris; aliter accurrimus nos ad res seruitij eius, non verè & ex proposito vt debemus. hom. 21. nu. 37. & hom. 38. num 15. 16.

XIV. *Imperauit ventis.* Ostendit se Deum regendo ventos cum imperio, quia illud est supremum Dei Dominium, agere cum ventis & tempestatibus imperando, & obediunt ei melius, quam tibi famuli tui. h.2.n. 28.& 27.vsque 50.h.31.n.72.74.& h.32.nu.79.

XV. *Facta est tranquillitas magna.* In puncto facit tam magnam quietem in mari adeò turbato, potest idem, nouitque facere in anima quæ erat, vt ait Propheta, quasi mare feruens. h. 38.n.123.124.

XVI. *Mirati sunt dicentes quis est hic?* Ex hoc Domini opere elicuerunt respectum debitum personæ eius quasi diuinæ, in eius fide se firmantes: non vt aliqui reprobi, qui mirantes quo plus mirabantur eò minus credebant ei. h. 29. n. 21. Imò videntes ista opera, determinârunt eum occidere, supremam committentes malitiam & proditionem. hom. 39. num 9 vsque 13.

DOMINICA QVINTA POST EPIPHANIAM.

Similo est regnum cœlorum homini qui seminauit bonum semen in agro suo Matt 13. hac parabolâ declarat Dominus difficultatem quæ multis magna erat. Si Deus regi mundum & suam Ecclesiam, quomodo sunt tot mali & malain illo & illa? cum prudens gubernator debeat hæc & illos tollere nec permittere in sua Republica quantum ei possibile: Dominus autem declarat principium illorum dæmonem esse, qui seminauit zizania, Deum, que permittere diuino consilio, ad bonum suorum qui sunt triticum, quod est congregandum in cœlestia horrea hom.27.num.21.22 & ho.43.n.2.3.

II. *Simile est regnum cœlorum homini qui seminauit bonum semen, &c. & venit inimicus homo &c* Vide quid Deus fecerit & quid dæmon faciat; à principio mundi Deus seminauit bonum semen in nostra natura; statim accurrit dæmon & superseminauit zizania malitiæ, & odii, hom. 39. nu. 29.30. 31. Singulariter inuidiæ cuius est particularis Seminator. hom. 7. num. 8.9.

III. *Superseminauit zizaniâ.* Cogitationes operaque pullulant in campo cogitationis hominis, homines, quæ non videntur ibi posse nasci, nisi Satan seminasset malitiæ semen, vt patuit in Cain, Saule, Iuda, & Iudæis quibus dicebat Dominus: *desideria Patris vestri vultis perficere* hom. 34. num. 47. vsque 50.& hom.45. num 7.8.

IV. *Venit inimicus homo & superseminauit zizania* Vocat dæmonem, inimicum suum, hominem, quia aliquando homo est talis, vt vocetur dæmon, & symbolisat vnus cum alio. Imò aliquando potest homo tantum progredi in malitia, vt non tantum adæquet dæmonis malitiam sed etiam excedat dæmonum multorum. homilia 8.numero 21. 22.23.

V. *Venit inimicus, &c. zizania.* Deo seminante bonum semen accurrit dæmon inimicus eius eo animo vt perdat, ne enascatur, oppugnans quemuis in cuius anima videt Deum seminasse.hom. 5.num.2. 3.4.

VI. *Superseminauit zizania in medio tritici* Non accurrit ad auenam, milium, ad ea perdendum, sed ad triticum. Dæmon enim maximè conatur perdere Sanctos, tantoque vehementius quantò videt excellentiores hom.5. ad.8.

VII. *Cum dormirent homines.* Incuriâ Prælatorum, parentum, Dominorum, & gubernatorum dat locum dæmoni ad seminandum zizania peccatorum, dissolutionum; ideoque strictus petetur ab eis computus hom. 15.num.39. 41.42.& h. 35. n. 21 vsque 25 Si vna filia sufficit ad causandum Patri continuam desolationem, quid facient tot spirituales quas habet Prælatus in quauis anima subditorum suorum? vtque satisfaciat officio suo debet esse vt pictura respiciens ad omnes partes, & si in hoc deficiat debebit magnam Deo reddere rationem hom.15.num. 39.

VIII. *Cum autem dormirent homines.* Prælati, Superiores, & Gubernatores, habent obligationem vigilandi; ideò enim dantur dignitates: & non vt dent se somno: idque significant nomina illarum; infulæ & mitræ Episcoporum, virgæ gubernatorum & Prætorum h.15 n.3 3.vsque 42. & ho.17 nu.33.& h. 42.n.51. non possunt esse vt idolum lapideum tantum boni ad recipiendum, sed debent per seipsos implere ministeriũ suum magna cũ sollicitudine.h 14.n.38 Et quia custodia gregis pendet à Curâ Pastoris, hic debet soluere si aliquid

aliquid perdatur ex grege; sicque debet Prælatus soluere perditionem ouium suarum, quia omnes dependent à curâ eius vt Pastoris. ibid.num.43.

IX. *Cum dormirent homines.* Si des te somno inimicus tuus habet campum liberum : debes valde excitatus esse, & necessitas vigilandi incumbit tibi, existendique cum mille oculis apertis, vt animalia Ezechielis, cum habeas millia inimicorum numquam dormientium. hom.5.n.22. vsque 27.

X. *Cum creuisset herba & fructum fecisset, apparuerunt & zizania.* Statim vbi apparuisset triticum apparuerunt & zizania illi contraria : cum primum enim bonum triticum in te apparuerit, habebis contra te totam Satanæ malitiam & malorum.h.5.n.2.3. Cum apparuerunt fideles quos Christus Ecclesia sua seminabat, detexerunt se contra illos furibundi Imperatores, Tyranni, & crudeles, sicque prophetisarat Michæas. ho.41.n.91.92. Quamdiu erat hic iuuenis à natiuitate cæcus, nemo se opponebat ei: cum autem videbat, & fructus fidei eius apparebat, totus mundus se contra eum leuabat, vt contra Paralyticum, contra quem nullus pugnabat triginta & octo annis Paralysis eius, sed cum appareret curatus & ostenderet virtutem Christi, zizania Pharisæo. ũ apparuerunt. h.18.n.102 etiam apparente tritico excellentium operum ipsius Christi apparuerunt zizania quæ Satan seminauerat in eorum cordibus auaritiæ, nutriæ, superbiæ.h.19 n.8.vsque 23.

XI. *Domine nonne bonum semen seminasti in agro tuo? Vnde habet zizania?* Possemus hanc petit onem Deo proponere, posito namque tam bono semine in nostra natura quando eam creabat, videmus eam adeò plenam zizaniis, infirmitatibus, pœnis, & morte. Respondetque nobis, illud semen non fuisse à manu sua, sed dæmonis, & nostra: vnde est semen peccati, radix omnium malorum.h.13.n.28.vsque 36. Seminare autem peccatum fuit seminare mortẽ; hancque seminas denuo semper quando peccas, indeq; nascuntur infortunia tua.h.13.n.34.36. Ideò vocabat Moyses peccatum: *Radix germinans fel & amaritudinẽ.*h.37.n.57. vsq;59.ex illo semine nascuntur omnia zizania pœnarũ, vt ex semine gratiæ quod seminauit Deus, nascitur ex nunc participatio quædam tritici gloriæ.h.37.n.55.

XII. *Domine, nonne bonum semen, &c. inimicus homo hoc fecit.* Ne conicias in Deum culpam zizaniorum perditionis tuæ, sed in te, qui cum sis homo es inimicus Dei & tuipsius; ne conicias culpam in Deum, quia numquam prætendit malum tuum. hom.37 nu. 51.52. tu es tibi maximus inimicus, & qui tibi maximum facis damnum. Seminasque zizania in mains damnum tuum, quam possit tibi facere omnis creatura. hom.13.num.28. vsque 37.

XIII. *Dixerunt serui eius vis & colligimus ea?* Deus habet famulos ad nutum qui sunt Angeli, tam zelosi in his quæ concernunt Dominum suum, vt videntes offensas in eum commissas, si permitteret eis statim earum auctores mactarent, vnus eorum occidit vna nocte centum octoginta quinque millia militum exercitus Regis Sennacherib, & nudato gladio Angelus occurrit Balaam quando ibat ad maledicendum populo Dei. Debesque scire, quod eo momento quo committis peccatum mortale contra Deum, datur sententia mortis contra te, & boni malique Angeli exquerentur eam, imò omnes creaturę, si Deus daret eis licentiam. h.13.n.41.42. Quia es zizania opprimens & auferens virtutem tritico, petunt contra te iustitiam Angeli cœli, iusti, terræ, dæmones, tuaque peccata propria, quorum clamor venit coram Deo vt Sodomorum & Niniue. Sed Dei misericordia detinet eos dicens: *Sinite vsque ad messem* facitque id quod Thecuitis dicebat: *Retractat cogitans.* ho.37.n.22.23.

XIV. *Ne forte eradicantes &c. sinite vsque ad messem.* Magna Dei misericordia dantis tempus & spatium peccatori, quia si statim ac quis peccat daret locum mactandi eum, multum tritici perderetur, cum multi qui hodie sunt zizania, habentes spatium, fiant triticum quid fecissent Sancti; Petrus, Paulus, Magdalena sine ista Dei misericordia dantis eis spatium & tempus. hom.35. num.36.37.

XV. *Sinite vtraque crescere vsque ad messem.* Mirabile mysterium crescentibus zizaniis, etiam triticum crescere; quia quanto plus crescit malitia peccatorum contra bonos, tanto plus crescit sanctitas horum; & quanto plus crescebat crudelitas Tyrannorum, magis crescebat sanctitas & meritum Martyrum. h.23.n.35. vsque 40.ideò permittit Deus peccatoribus vt erigant se contra Sanctos, quatenus sic plus resplendeat eorum sanctitas in mundo; permittitque malos habere auctoritatem & potestatem in populos, & quod eã totam conuertant contra bonos, & in eos mittant fluctus crudelitatis & Tyrannidis, vt fiant pulchræ figuræ insignis sanctitatis. Altus conceptus S. Augusti. ibid.n.37.

XVI. *Sinite vtraque crescere.* Vt est magna Dei misericordia erga bonos, dare eis tẽpus crescendi in virtutibus & meritis, & multis diebus eos relinquere iũctos zizaniis, ab his patientes vt Iacob ab Esau. h.16. n.37. & h.32.n.27. Quia quantũ crescũt in eis labores, crescit multiplicatio; Messis meritorũ: vt secundum gradationem cubitorũ aquæ superuenientis Nili fiebat terra Ægypti fertilior, eratque Messis & fructus eius abundantiores. ibid.nu.27. magna est punitio iræ Dei linquere zizania vt crescant in libertate sua; estque suprema Deũ linquere zizania ac crescere quantũ volunt quod fit quando relinquit peccatorẽ se extendere in suis appetitibus, & voluntatẽ suã facere. h. 35.n.12.vsq; 32.estq; magna Dei misericordia quãdo nõ permittit te crescere quantũ vis sequẽdo appetitus

tuos & libidines. ibid. num. 33. vsque 36. Ostenditque tibi Thesauros misericordiæ suæ detinendo in labore & morbo quem tibi dat, cuique alligat gressus tuos, vt non eas eo, quo tendebas, vbi erat perditio tua, à qua te liberat hoc medio. ibid. n. 35. sæpè putant homines damnum suum esse in labore qui eos detinet, impediúque executionem suorum propositorum, cum in illis sit sita eorum vita, omneque bonum, vt patuit in Balaam, qui putabat se impediri in via tendente ad maledicendum populo Dei ab asina, cum in hac detentione consisteret vita eius. ibi. n. 35.

XVII. *Ne forte eradicantes zizania eradicetis & triticum.* Hic vides cur Deus toleret zizania in mundo, ad bonum & beneficium tritici; quod declarat Paulus dicens: *Sustinuit in multa patientia vasa iræ apta in interitum vt ostenderet diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ quæ præparauit in gloriam.* h. 27. n. 19. vsque 23.

XVIII. *Sinite vsque ad messem.* Videtur magna inordinatio, in agro zizania occupare meliorem locum, esseque latius extensa, bibereque virtutem tritici quod est coactum & angustiatum; ne sis sollicitus, quia veniet tempus quo omnia ponentur ordine debitúque zizaniis locus meritis & tritico suus, omniáque ordinatè componentur. ho. 6. n. 29. vsque 33.

XIX. *Tunc dicam messoribus, colligite zizania ad comburendum triticum autem, &c.* Dicebat ergo Christus: in die messis, qui erit iudicij, facient Angeli diuisionem bonorum & malorum, & colligent males facientes de illis diuersos fasciculos; secundum hoc *Colligite zizania in fasciculos.* h. 6. n. 52. 53. Principes mali cum famulis suis qui vnà ibunt ad dissolutiones suas, vadant vnà ad pœnam, fi que cu illis pœna crescat. h. 35. n. 22. vsque 25. Colligati inuicem, nobiles cum plebeis, vasalli cum Dominis. ho. 28. n. 52. 53.

XX. *Colligate zizania in fasciculos.* Erunt colligati & religati, nec vnquam videbunt se liberos, idcoque dicuntur sepulti in cœmiterio inferni: Ægyptij in vna sepultura, Assyrij in altera, &c. eadem enim est varietas sepulturarum, quæ fasciculorũ. h. 16. n. 37. 38.

XXI. *In fasciculos ad comburendum.* Vides hic finem zizaniorum de quo Paulus: *Cuius consummatio erit in combustionem.* O quam tristis lectus ignis & quam potens erit, quem habet Deus paratum ad comburenda ista zizania, habebit qualitates necessarias, qui erit vt particularis minister Dei ad faciendam vindictam de inimicis eius. ho. 16. n. 59. vsque 64.

XXII. *Ad comburendum.* Erit fornax ab illo parata pro zizaniis, tam comburens & in specie ignis tam tremendi, vt eius sola consideratio possit refrænare maximè liberos, & facere vt cum patientia ferant omnes huius pœnas vitæ. ho. 16. nu. 40. vsque 46.

XXIII. *Triticum autem congregate in horreum meum.* Felix triticum quod congregatur in tale horreum non tam vt Deus eo fruatur quam vt id fruatur Deo. hom. 11. n. 31. 32. hom. 41. n. 62. 63.

XXIV. *Triticum in horreum meum.* Vide hanc sententiam de zizaniis & tritico executioni mandatam in diuite epulone, qui erat vt zizania pulchra & viridia, deglutiens omnem virtutem bonorum temporalium; & Lazaro qui vt triticum erat collectus: veniente messis tempore, vterque fuit præcisus falce mortis. ho. 16. nu. 35. sed zizania fuerunt iecta in ignem consumentem, & triticum ab Angelis portatum in horreum sinus Abrahæ. ho. 16. nu. 32. vsque 35.

XXV. *Congregato in horreum meum.* Bene significatur cœlum Symbolo horrei, quia ibi est triticum iam securum à periculis quæ habebat in campo in quo erat illis cinctum & malè tractatum à zizaniis. hom. 11. num. 29. 30. 31.

XXVI. *In horreum meum.* Zizania colligata in fasciculos ibunt in ignem; sed triticum liberum sine vinculis purum ponetur in horreo: Sancti enim ibunt ad cœlum vbi desinent eorum vincula, quod dicebat Propheta: *Saliet is sicut vituli de vinculis relaxati.* h. 6. n. 53. finient vincula quibus in hac vita fuerunt constricti; & appetitus habent constrictos quantum eos mali gerunt liberos. Finient vincula & grauis caro bonorum. hom. 11. num. 33. 34.

XXVII. *In horreum meum.* Vt qui vult congregare triticum habet paratum granarium ab initio factum ex intentione conseruandi triticum, sic à principio parauit Deus cœlum prõ bonis. h. 6. n. 51. venisque Christus ad illud promulgandum implens quod Propheta dixerat: *Eructabo abscondita à constitutione mundi.* hom. 41. num. 78. 80. vsque 82.

DOMINICA SEXTA POST EPIPHANIAM.

I. *Simile est regnum cœlorum grano sinapis.* Matth. 13. per varias metaphoras & similitudines, & diuersis nominibus declarat nobis Christus personam suam, mysteria sua, Ecclesiæque suæ sanctæ; quia vno solo non bene declaratur. ho. 33. n. 2. vtiturque in istis similitudinibus rebus maximè communibus, & quas magis habemus in manibus. Videtur in hoc Euangelio intrare per portas nostras, vt ait S. Petrus Chrysologus, modo se declaret tibi similitudine sinapis & fermenti. h. 41. n. 68. vsq; 71. & quamuis sinapi sit res parua eo tamẽ detegit magna mysteria. h. 32. n. 19.

II. *Simile est regnum cœlorum, &c grano sinapis.* Per hoc intelligunt aliqui Christum qui se vocat regnum cœlorum, quia in se includit omnes eorum diuitias: quo declarat nobis profundum mysterium, quod mundus non intelligebat de personâ eius & quod de nostrâ erit. Granum sinapis est parua in se, habetque minorem

minorem apparentiam inter alia semina, cumque appareat tam parvum in se videtur multò minus quando seminatur, sic vt visum effugiat sed per id ipsum fit maius vt arbor, ita vt volucres cœli nidificent in ramis eius. Christus fecit se maximè parvum & humilem inter homines, tam pauperem, vt non haberet domum nec focum; tam abiectum, vt videamus in Euangelio conciues eum vocasse filium Fabri; cumque se tam parvum fecisset, minorem se fecit seminatus in morte & passione suâ, vt Propheta de ipso dixerit: *Nec reputauimus eum*, sed per id ipsum renatus resurrectione creuit in tantam magnitudinem vt *in nomine Iesu omne genuflectatur*. Hæc fuit via eius debetque vestra esse. hom. 15 nu. 10. vsque 14. Est Lapillus quem vidit Nabuchodonosor. hom. 41. n. 44. vsque 55.

III. *Granosinapis.* Hoc est parvum in se, sed habet magnam vim, quam non ostendit nisi molitum & comminutum dentibus; tunc facit sternutare, movetque totum corpus, & inflammat, purgatque caput, facitque ex oculis lachrymas stillare; S. Ambros. serm. 1. ait: *granum sinapis prima fronte specie sui est parvum, vile despectum, non saporem præstans, non odorem circumferens, non indicans suauitatem; at vbi teri cœperit, statim odorem suum acrimonia exhibet, cibum flammei saporis exhalat, & tanto feruoris calore succenditur, vt mirum sit in tam friuolis granis tantum ignem fuisse conclusum, cuius etiam cibum homines hyemis præcipuè tempore, magnâ pro suauitate percipiunt, quatenus repellant frigora, humores egerant, viscerum interna calefaciant*, &c. Sic Christus Dominus noster videbatur in se pauper & contemptus, sed ostendebat vim suam vt conteri bat, ad gloriam suam, & vtilitatem nostram, quando fuit comminutus & molitus, attritus, vt dicebat Propheta laboribus, flagellis, & cruce. ho. 36. nu. 5. hic ostendit magnâ vim suam vt declara it David dicens: *Ipse est tenerrimus ligni vermiculus*. h. 41. n. 88. vsque 91.

IV. *Simile est regnum cœlorum granosinapis.* Etiam dicuntur regna cœlorû sancti in quibus regnat Deus, ideoque sunt regna eius electa. h. 22. n. 55. vsque 57. & in seipsis imitudunt & gestant regnum cœli in hac vitâ per testimonium bonæ conscientiæ; vt mali ex nunc gestant in se infernum portatilem. ho. 37. n. 57. vsque 67. Illique sunt regna in quibus Deus regnabit æternaliter in quo declaratur profundum mysterium. ho. 41. n. 62. vsque 65. Ista regna non sunt pro Deo vt terrena pro Regibus terræ. ibid. num. 50. 60. 61.

V. *Granosinapis.* Apostoli & discipuli Domini fuerunt parui in se, sed in his quamuis essent parui inter homines, vt granum sinapis inter alia semina, triumphat magnitudo Dei. hom. 7. n. 15. & seq. Singularis discursus S. Chrys. h. 30. n. 45. vsque 48. tam paruâ re vt Samaritana, tam abiecta, & vili, vltra quod esset mulier fragilis, conuertit ciuitatem Samariæ, non enim debebat minus esse potens sapientia Dei quam malitia Satanæ. hom. 25. num. 6. vsque 16.

VI. *Grano sinapis.* Non debebant discipuli magis esse priuilegiati quam magister: vnde, vt hic, ostendebant vim suam communiti & tribulati. Fuerunt pretiosus hortus, sponsi, qui perflatus ventis tribulationũ, dat suauem odorem virtutum suarum. h. 9. n. 36. vsque 39. fuerunt vt omes, nam balantes & morientes, moliti vt sinapi dentibus potentium mundi; totum hunc alterarunt, conuerterunt, purgaruntque mundũ. h. 41. n. 91. 92.

VII. *Simile est regnum cœlorum granosinapis.* S. Ambros. intelligit fidem, & verbum diuinum, quod vocatur regnum cœlorum, quia eorum mysteria continet; & S. Paulus dicebat esse radicem bonorum quæ speramus. Ista videtur minima & humillima doctrinarum terræ, sed quando cœpit seminari, ita mansit superior, vt omnes vicerit, & deglutierit vt serpens virgæ Moysi deglutiebat factos à magis Ægypti. ho. 31. n. 35. rectè vocatur viua. ibid. n. 72. Time si non producat effectum in te. ho. 35. 42.

VIII. *Granosinapis.* Vt hoc, si recipiatur in terra, eaque tegatur, producit ex se arborem pulchram & magnam, & si teratur dentibus ostendit vim suam ad caput purgandum, sic & verbum Dei, si recipis in corde, & comminuas consideratione. ho. 19. n. 43. & 72.

IX. *Iterum simile est regnum cœlorum fermento.* Christus multiplicat parabolas, sciens quàm citò obliuiscamur eius quod nobis dixerat per vnam, vt eius recordemur per aliam. hom. 33. num. 25. 26.

X. *Simile est regnum cœlorum fermento.* Rei tam abiectæ vt fermentum comparat rem tam magnam vt regnum cœlorum, vtque intelligamus, humiliat Dominus stylum suum; & simili tam domestico, vt fermento, quod ancilla gestat in manibus, declarat duo suprema mysteria fidei suæ: incarnationis quâ assumpsit carnem nostram condiens eam diuinitate suâ tamquam fermento: & SS. Sacramenti Eucharistiæ in quo de carne sua *fermentatos*, &c. fermentata facit fermentum ad condiendam massam indigestam carnis nostræ. ho. 41. nu. 68. vsque 71.

XI. *Simile est fermento quod abscondit mulier in farinæ satis tribus.* Christus sunt fermentum quod condiuit massam Scripturæ diuinæ factæ de tribus mensuris, id est tribus modis Prophetiarum, quos omnes condiit, & perfectionem eis dedit. hom. 15. n. 20. 22. Idque indicarunt Euangelistæ, qui referentes acta Christi, testantur Prophetias impletas & conditas supremo mysterio. hom 41. num. 34. vsque 37.

XII. *Fermento quod abscondit mulier in farinæ satis tribus.* Fermentum est diuinum Symbolum verbi Dei, si hoc abscondas tegaque tribus illis mensuris de quibus S. Paulus *Spiritus animæ & caro* condit totam massam illam. hom. 19. num. 43 44.

XIII. *Hæc omnia locutus est Iesus in parabolis, &c. vt impleatur, &c. Eructabo abscondita à constitutione mundi.* Christus venit vt declararet regnum cœlorum præparatum & absconditum à constitutione mundi, idque fecit tam seriò vt declarat verbum *eructabo*, quod significat, euomam, quod licet videatur indecens mirabilis est mysterij. hom. 41. num 80.81.82.

DOMINICA SEPTVAGESIMÆ.

Similè est regnum cœlorum homini Patri familias qui exiit primo mane, &c. Matt. 20. Christus proposuit multas parabolas, vt his declararet regnum cœlorum; venit enim ad illud prædicandum & detegendum, quod ante non fuerat auditum in mundo. h. 41. n. 78. Vtque bene declararet, proposuit tot & tam diuersas parabolas, implens quod dixerat per Dauid: *Eructabo abscondita à constitutione mundi.* h. 41. n. 80.81. 82. & ordinatiè per regnum cœlorum vna vice intelligit statum gloriæ, ad quam nos vocat, alia statum Ecclesiæ, in qua nos posuit, quæ est quasi vestibulum illius palatij, quod non possunt intrare qui primo non fuerunt hic in Ecclesia. h. 10. n. 15. 16. eoque voluit declarare nostram obligationem, & vocationis nostræ, vt intelligamus quod nos posuit in hoc Ecclesiæ segno, vt ad gloriam perueniamus quod sæpe debemus considerare. hom. 11. num. 8. 9. 10.

II. *Simile est regnum cœlorum.* Hac parabola vincæ cui regnum cœlorum comparat, id est Ecclesiam suam, declarat nobis mirabilia mysteria, quæ prosequimur. ho. 17. cur plantarit istam vineam, quam sciebat daturam amarum fructum. n. 10. 11. cur Christianus dicatur palmes. n. 12. 21. Quomodo circumdedit eam ad eius custodiam. nu. 22. vsque 29. quomodo curet eam prouidendo ei de omni re necessaria. nu. 21. quo modo petat fructum ex ea. nu 34. vsque 42. quomodo ei prouideat de operariis qui eam colant. nu. 33. 34. 45. Quomodo quærat ex ea fructum & puniet non dantes. num. 46. vsque 53.

III. *Qui exiit primo mane conducere operarios.* Notat curam quam habet istius vineæ in prouidendo ei de operariis, & declarando quod surrexit ideò ad auroram, quia id fecit à principio mundi. Phrasis valde vsitata per Prophetam Ieremiam. c. 7. nu. 25. *Misi ad vos omnes seruos meos Prophetas per diem consurgens diluculo &c.* ca. 25. n. 4. *Misit Dominus ad vos omnes seruos suos Prophetas consurgens diluculo.* Hæc est magna misericordia tot operarios mittere. Nouerat nostram cæcitatem, si enim ipse non misisset nobis operarios ad nostrum remedium, peccatores non curarent eos vocari, nec quærerent eos, decumbunt enim Letargo peccati, vt dixit S. Augustinus. hom. 22. num. 7. vsque 11.

IV. *Conducere operarios in vineam suam.* Dat bonum nomen Ministris, qui sunt Prælati, Patres familias, vocans eos operarios, quisque enim debet esse, qualem S. Paulus requirit: *Cura te ipsum exhibere operarium inconfusibilem.* Vtque declarabat S. Ægidius h. 14. n. 36. posuitque mensuram præmij, quæ est laboris, non fructus, cum mirabili mysterio, & nostra vtilitate, h. 21. nu. 35. Sancti id scientes fugiebant sincerè dignitates, illas enim acceptantes sciebant esse debere veros operarios. ho. 15. n. 33. vsque 42. vtque si sint in vineâ malæ herbæ, & palmites neglecti, culpa conicitur in operarios, qui habent curam procurandi eam: ita defectus subditorum, filiorum, & famulorum, attribuuntur Superioribus, peteturque ab eis ratio illorum. hom. 23. num. 6. 7. 8. & hom. 35 num. 23 24.

V. *Exiit primo mane conducere, &c.* Ita mane iste Pater familias, vt semper sit primus qui surgit, quia est semper primus qui accurrit ad quoduis bonum animæ nostræ faciendum, secundum hoc Ioannis: *Non quasi non dilexerimus eum sed quia ipse prior dilexit nos.* ho. 18 n. 52. Ita patuit in Samaritana. h. 25 nu. 43. & in S. Petro. h. 44 n. 54 ideo togat Dauid Sanctos vt eum laudent, quia antequam illi expergisceretur iam surrexerat iste Pater familias, agens debono eorum. h. 30 n. 20 Quantumuis mane surgas inuenies eum surrexisse ideo ait: *Qui mane vigilauerint ad me inuenient me.* Sap. 6. dixitque Sapiens: *Præoccupa qui se concupiscunt vt illis se prior ostendat, qui de luce vigilauerit ad illum non laborabit, assidentem enim foribus suis inuenies.* Anticipant nos misericordiæ eius, nostrasque miserias præueniunt. h. 17. n. 29. vsque 33. Ideò etiam exiuit de Ierusalem festinanter tempore passionis suæ vt esset primus qui expectaret in loco suo. h. 42. num. 35. 36.

VI. *Conducere operarios.* Vult nos operarios, vt simul eamus cum eo, vt ipso faciente pro suâ parte quod nostram saluationem tangit, tu pro tuâ simul operaris. h. 15. n. 23. 24. & h. 21. n. 31. vsque 36. primo loco est necessaria Dei manus, sed tuam vult etiam laborare. ho. 24. num. 48. 49. & hom. 35. num. 22. vsque 25

VII. *Conducere operarios.* Deus vult operarios pro vineâ sua vt ipse operetur per illos, & illi per virtutem eius. Vt prædicatores opus suum perficiant, debent ire simul vt prædicator loquatur ad aures corporis, cordis vero Deus, eantque simul vt Deus & Moyses ad aquas de Petra extrahendas. hom. 29. n. 11. vsque 18.

VIII. *Conducere operarios.* Poterat nos obligare ad tota vita laborandum non dando plusquam dedit nobis cumq. sit absolutus noster Dominus, tamen dicitur nos conducere, faciens contractum de pretio laborum nostrorum, vt ad illos obliget nos; nil enim animat ad aliquid attentandum vt præmium, quod quando est magnum, facit omnem laborem parui fieri. Præmium autem quod proponitur est tam magnum vt non possit esse maius, quia est gloria æterna significata vt ait S. Aug. ser. 59. de verbis Domini, per denarium diurnum, quem

quem promiserit omnibus laborantibus in vinea: præmium sufficiens ad quemnis laborem arripiendum. h. 11. n. 2. vsq; 12. Etiam leuis labor nos fatigat, quia non aspicimus in remunerationem. ho. 11. n 39. 40. Sancti eam aspicientes parui faciebant dies noctesque in vinea laborare. hom. 15. n. 14. 15. Ioseph dedit primogenito suo nomen Manasses, id est obliuio, quia bona & gloria præsens, in qua se videbat quando nascebatur ille induxerunt obliuionem omnium laborum præteritorum; & Sanctos omnia quæ patiuntur per totum discursum vitæ suæ obliuisci facit fruitio gloriæ præsentis, quam habent quando eam consideraut. ib. n. 14. S. Caprasius petiit à Deo in signum Martyrij, vt ex rupe antri in quo viuebat fons aquæ exiliret, videnséque sibi concedi, exultauit vt gigas ad patiendum, contemnens regna quæ Maximianus Imperator ei offerebat, qui gloria quæ detegebatur ei in Martyrio, cogebat eum paruisa cere omnia regna mundi, & minus sentire tormenta. ibidem num 14.

IX. *Conuentione facta ex denario diurno* Hic est *vita æterna* ait S. Augustin. ser. 59. de verbis Domini, quia ista moneta denarii accepit nomen à decem, qui numerus est perfectus, includit enim omnes alios numeros qui peruenientes ad illum non possunt transire sed reduplicantur. h. 17. num. 37. 38. ita gloria includit omnes fruitiones, satisfactiones, & diuitias. h. 11. n. 23. vsque 33. est tam magnum bonum & excellens, vt etiam postquam est propositum, non possimus illud efficaciter desiderare, nisi Deus voluntatem nostram roboret supremo dono spei. h. 12. n. 13. vsque 20. sicque proponit, vt animet nos ad laborem vineæ, id est ad seruitium suum. & beneficium animæ nostræ magnum enim præmium facit etiam bouem volare h. 12. n. 18 vsque 20.

X. *Conuentione facta ex denario diurno.* S. Aug. dicit hanc esse gratiam noui testamenti vocare nos ad laborandum, sed simul proponendo nobis præmium gloriæ, quod non proposuerat Deus explicitè antiquis. licet eos obligasset ad labores grauiores, & onera, de quibus dixit S. Petrus quæ *neque nos neque Patres nostri portare potuimus*. h. 41 n. 78. Postquam aspersisset omnem populum sanguine vitulorũ, quos Moyses obtulerat Deo, Aaron & Moyses, & septuaginta seniores ascenderunt in montem quem Deus signarat, vbi se ostendit vt maiestuosus Rex in throno circumdata Seraphinis; & quamuis Deum viderent non moriebantur, quia iam erant aspersi sanguine Mysterioso vituli, qui fuit figura Sanguinis Christi, qui fundare debebat nouum testamentum, in quo homines illo aspersi, faciũt sibi proprios Christi labores & mortem, iamque perueniunt ad visionem Dei cum vitâ æterna, in splendido Throno gloriæ eius. h. 41. n. 77. facitq; nobis hanc gratiam quod laborem nobis imperatum proponat simul cum præmio, vt vnum non aspiciatur sine alio, & amor vnius nos roboret ad aliud. hom. 15. num. 17.

XI. *Conuentione, &c. Diurno.* Omnibus dabitur idem præmium, nam licet aliqui habituri sint maiorem gloriam in cœlo, cum possessione istius denarij qui est esse Dei diuinæque essentiæ eius, omnibus tamen dabitur omnino integer, ac si se Sol communicasset multis adamantibus, poluisletque se totum in quouis, omnes haberent totum in quouis, licet plus lucem eius participarent & differenter, secundum quod quisque esset maior vel minor, purior, & tersior in se. Ita sanctus Augustinus serm. 19. de Verb Domini: *Quamuis meritorum diuersitate fulgebunt alius magis alius minus quod tamen, ad vitam æternam pertinet æqualiserit omnibus.* Vnde omnibus dabitur integer denarius diurnus in possessionem, vt iam datur in pignus in sanctissimo Sacramento: *Sic totum omnibus quod totum singulis.* h. 12. num. 13. vsque 28. & hom. 41. num. 63.

XII. *Conuentione, &c.* Petit à nobis laborem nostrum & promittit nobis præmium; quantum enim beneficium resultat vineæ ex labore, tantum est pro nobis, ipso non egente. h. 17. nu. 34. 35. 36. Vnde petens à nobis labores nostros ad nostrum beneficium proprium promittit nobis bona sua ideoque petit vt demus ei labores nostros. h. 25. num. 43. 44.

XIII. *Conuentione &c.* Conuenit nobiscum vt fundet rationem iustitiæ in suis donis propriis quæ nobis dat ex gratiâ, quo probat se verè & perfectè liberalem. Discursus magnæ philosophiæ, & maioris Theologiæ. hom. 25. num. 45. vsque 50.

XIV. *Conuentione facta.* Conuenit quod tibi dabit secundum quod laborabis, & secundum quod dabis ei dabit tibi; dat tibi ipsi mensuram eius quod faciat tibi. h. 17. n. 48. vsq; 62. Est speculũ quod respondit motibus tuis laborante te pro ipso, in eadem forma. h. 37. n. 15.

XV. *Ex denario Diurno* Assignat præmium, denarium id est, pro eò quòd laborabit quamdiu hæc dies durat; datur enim solus iste denarius gloriæ pro operibus gratia factis, quæ S. Paulus vocat opera diei: facta autem in nocte peccati mortalis, licet bona sint, & valde vtilia ad multa bona, tamen non intrant conuentionem ad merendum gloriæ denarium; quod significabat nomen Iehabot datum filio à nuru Heli. hom. 13. numer. 7. 8.

XXI. *Misit eos in vineam suam.* Misit omnes ad laborandum in vineâ suâ, licet inter illos essent multi debiles, habet enim adeo magnum desiderium vt accurramus cum bonis operibus, vt debilium etiam recipiat æstimetq; opera. h. 24. n. 38. 41. Sæpè significatur Christus in S. Scriptura nomine fontis, vtque talem depingit nobis Euangelista sedentem supra fontem alium, petentem aquam, vt intelligamus Christum omni generi gentiũ peruisse aquas donorũ cœli, ad eum venientium ad bibendum aquas doctrinæ eius vitæ, laborumque,

& pas-

& passionis eius, & si obtenturi sint illas debent primo bibisse, quod est quasi Christo dare aquas quas petit à nobis vt det nobis suas. hom. 25. num. 41. & quando non potes aliud, da Christo mare cordis tui, dabitque tibi aquas fauorum cœlestium. ibid. num. 41. 42.

XVII. *Misit eos in vineam suam.* Misit eos nec init cum illis, linquens eos liberos, vt quisque laboret quantum vult: Sicque relinquit nos in vinea Ecclesiæ liberos, non inferens nobis vim, sed semper conseruans libertatem nostram. hom. 17. num. 42.

XVIII. *Iterum exiit circa horam sextam & nonam.* Iste Pater familias sæpè exit ad vocandum & petendum vt labores in vinea animæ tuæ vnâ horâ & altera exit, si vnâ non accurras accurre alterâ. Illud vult hoc *iterum* S. Ioannis h. 33. n. 25. 26. nunquam cessat facere quod dicit in Apocalypsi: *Ego sto ad ostium & pulso. Qui venit & ianuam pulsat* ait D. Ambrosius serm. 1. & 12. in Psalmum 118. *Vult semper intrare, sed in nobis est quod non semper ingrediatur, non semper maneat, &c.* Dæmon exit omnibus horis ad te vocandum & instigandum ad malum, ideoque vocatur Beelzebub, & quia Deus non est minus solicitus in bonum tuum, vocatur Iesus. h. 19. n 36. vsque 40. Etiam debent prædicatores exire ad omnes horas. ho. 22. n 33 vsque 38.

XIX. *Ite in vineam meam, & quod iustum fuerit dabo vobis.* Vult dicere quod dabit eis secundum laborem, quo reiicitur error hæreticorum dicentium gloriam omnium fore æqualem, quia omnibus pro uitte eundem denarium. Idem declarat diuersitatem gloriæ futuram, quia eundem denarium quisque possidebit secundum meritum suum. Fietque quod dixit Apostolus: *Vnusquisque recipiet secundum proprium laborem.* ho. 22 n 35. Deus enim aget tecum plus vel minus vt tu cum ipso ages. ho. 10. n. 12. vsque 15. & ho. 25. num. 50. 51. hancque rationem dedit Dominus Nazarenis, quando conquerebantur de ipso quod illis non faceret tantum quantum aliis, dicens, eos non meruisse tantum quantum alij idemque dicit tibi. homil. 21. in. 36. vsque 42.

XX. *Circa vndecimam vero horam exiit & inuenit alios in foro stantes otiosos.* Iudæi computabant diem à Sole ad solem existentem in æquinoctio: & quando Sol oriebatur, dicebant horam primam, quando occidebat, duodecimam, vnde hora vndecima erat vltima, quando iam tantum restabat vna hora diei; quos istâ horâ inuenit otiosos merito reprehendit, Et per hoc te senem reprehendit, qui viuis tam incurius & cum sis in vltimo vitæ tuæ, necdum accepisti ligonem ad laborandum in vineâ animæ tuæ, & tam agilis es vt Spiritus S. te vocet puerum. ho. 18. nu. 15. Spiritus S. transit breuitet genealogiam Esau; in Iacob autem hæret, ponitque in ea primum Ioseph ante fratres eius maiores natu, quia in æstimatione Dei cum esset sanctior, erat maior natu & primus, at illos qui non sunt Sancti semper habet pro iunioribus h. 18. nu. 16.

XXI. *Circa vndecimam.* Exit ad finem diei. Ne, iuuenis, sis incurius, quia videntur multæ horæ diei restare, potest enim esse vt licet iuuenis iam propè ad horam vndecimam sis, imò nec vnam vitæ horam habes securam h. 36. n. 42. vsque 46. Credebant tempore Noë sibi restare viginti annos vitæ, vt Deus promiserat, & iam aderat horâ vndecima. hom. 35. num. 37. nemo debet cum securitate credere multos sibi horas restare, licet enim id ei videatur, non restat ei vel vna secura hom. 31. n. 17. vsque 27. imò potest dici iuuenem esse in vltima & vndecima hora plusquam senem. Vtilis discursus h 31. n. 28. vsque 33.

XXII. *Quid hic statis tota die otiosi.* Existentes in fine diei, adhuc estis otiosi? Senex in fine vitæ non desponens te ad saluationem? quo plus finit dies vitæ magis conatur dæmon te perdere, quia, vt dixit S. Ioannes, scit quia parum temporis habet; & in ea hora es magis otiosus & incurius. h. 36. num. 46.

XXIII. *Quid hic statis, &c. otiosi.* Domine videnturne tibi tota die otiosi, qui tota vita habent mille curas, sollicitudines, aliqui lucrando bona, alij ambitiosi procurando honorem, & alij inquieti incessanter currentes post suas delitias? ilta vita non videtur otiosa sed valde laboriosa: tales vitam suam transigunt in magnis laboribus. ho 25 nu. 73. 74. Sed dicuntur otiosi, quia nulla istarum rerum quas lucrantur, est bonum, quod absolutè mereatur illud nomen, nec restinguit sitim animæ, nec ista bona sunt homini propria. ho. 25. num. 73. vsque 87. omnisque labor impensus illis bonis acquirendis potest dici otiosus, omniaque sunt aere minora. ho. 4. num. 19 vsque 23. Sic inuenit dies epulo, qui finiente die, toto illo fuerat otiosus, cum nihil ei maneret de omnibus acquisitis tota die vitæ suæ. hom. 16. num. 35. 36.

XXIV. *Quid hic statis, &c.* Certe est stupendum, tam magnum reperiri otium, etiam totius vitæ, in credente id quod credimus, de præmio quod Deus stabiliuit, & conuenit se daturum laborantibus, & pœnis, quas publicauit pro otiosis: quales sunt non tractantes de veris bonis sed tam vanis qualia sunt huius vitæ. Mirandum est credere quod credimus & viuere in otio quo viuimus. ho 34 n. 44 vsque 47.

XXV. *Quid hic statis, &c.* Reprehendit eos quia inuenit otiosos; quid fecisset si male agentes inuenisset? quia tantum otiosus es, damnabit te Deus: sumus enim vt arbores ad quas excidendas sufficit non dare fructum. Tuque diues damnaberis quia non das eleemosynam, licet non furetis; quid faciet iis quos inuenit furantes & eum offendentes? ho. 16. n 2. & sequentibus.

XXVI. *Cum autem sero factum esset dicit Dominus procuratori suo: voca operarios & redde illis mercedem.*

Hæc

Hæc est consolatio laborum, quod finiente die finiatur labor, & veniente nocte veniat quies & solutio, idque facit labores vt leues ferre. Sicque in suis fecit S. Gorgonius de quo dicit S. Gregorius Nazianzenus Germanus eius: *Nihil reputans graue quod finem habere considerabat.* Imò Christus Dominus noster incepit suam passionem cum hac consideratione dicens: *Etenim ea quæ sunt de me finem habent.* hom. 16. num. 36.

XXVII. *Cum sero factum esset, &c. voca operarios & da illis mercedem.* Finito enim die vitæ non respiciunt nisi ad opera tua, vt detur tibi secundum illa merces, non attendendo an sis nobilis an plebeius, Dominus, vel seruus, sed opera tantum quæ in statu tuo fecisti; & tantum dicetur, vt ait S. Aug. *Ecce homo & opera eius*, quoque dixit S. Paulus: *Vt recipiat vnusquisque recip et secundum proprium laborem.* hom. 6 num. 29. vsque 46.

XXIII. *Redde illis mercedem.* Ponderat terminum: mercedem quo significatur, vt dixit S. Paulus, debitum quod soluitur ex iustitiâ, porerat dare gloriam gratis, sed vult meritam esse & lucratam ad gloriam & honorem ipsorum Sanctorum, quorum quisq; aspiciet regnum & bona quæ possidet vt conquisita & luerata propriis manibus h. 25. n. 45. vsque 50.

XXIX. *Redde illis mercedem.* Omnes qui fuerunt vocati eo tempore recipiebant mercedem & præmium: quia, vt inquit S. Aug. si bene inspicias, reperies omnes illos vocatos statim accurrisse ad laborandum in vineâ, & perseuerasse in labore vsque ad finem diei & nullus eorum distulit accurere in aliam horam: Sed vocati ad primam iuerunt non expectantes terciam, & vocati ad terciam iuerunt non expectantes sextam vocati enim qui differunt accurrere ab vnâ horâ in aliam, non habent securum præmium, sed dubium valde h. 10 n. 21 & h. 38. n. 3. & n. 38, vsque 45. Quam materiam longis discursibus est prosecutus, probando indicium reprobationis esse dilationem in recurrendo ad Deum quando vocat, differendo de hora in horam hom. 13. num. 41. vsque 66.

XXX. *Incipiens à nouissimis.* Ista est gratia Dei quæ aliquando promouet aliquos qui totâ die vsq; ad vltimam horam erant otiosi, vt patet in latrone, sed hic non debet seruire pro exemplari ad transigendâ totam vitam in otio h. 44 n. 45. fecit autem vt tibi ostenderet vim pœnitentiæ vere, quâ potes vnâ hora lucrari tantum, vt possis æquari eis qui tota die laborauerunt in vinea hom. 38. n. 105. vsque 110. & 112 vsque 116.

XXXI. *Murmurabant aduersus Patrem familias.* Tam magna est Dei misericordia liberalitasque erga aliquos peccatores, vt sancti dicantur conquesti, & murmurasse qui tota die laborarant. h. 18. n 4 5. n 22.

XXXII. *Amice non facio tibi iniuriam.* Deus nemini facit iniuriam, quia cuiuis dabit quod ucratus fuerit, dicetque *tolle quod tuum est & vade*, vnde altum mysterium declaratur; quod licet prædestinare aliquos & alios reprobare procedat ex mera voluntate Dei, tamen præmiabit vel castigabit secundum rationem iustitiæ, nec vlli faciet iniuriam. Vnde si prædestinauit S. Petrum & S. Paulum ex mera gratia, non dabit eis gloriam nisi secundum quod merebuntur & luerabuntur ex iustitia: & si pro voluntate sua reprobauit Esau & Iudam ne vel minimam pœnam infliget eis, nisi secundum quod ipsi merebuntur suis operibus propriis, quæ voluntariè fecerunt: hoc debes intelligere in hoc mysterio, nec alias profunditates iugredi, quæ tibi possent damno esse. h. 37. n. 9. vsque 17.

XXXIII. *Non facio tibi iniuriam.* Non habes quod conqueratis de Deo quia non facit tibi gratiam quam latroni & Magdalenæ aliisque Sanctis, neque enim vult te facere exemplar operum gratiæ, sed iustitiæ. h. 21. n. 27. 28. Nec est ratio cur sibi homines persuadeans quod res gratiæ quas Deus concedit aliquibus, debeat & aliis quoque concedere. Peccabat Manasses, & filius eius Amon: Manassi autem concedit veram pœnitentiam peccatorum, eum liberat à captiuitate Babyloniæ & ad gratiam suam admittit: Amon autem relinquit in terra sua in obstinatione & finali impœnitentia sua: vt non intelligant filij peccata sibi remittenda quia Deus Patribus eorum peccata remisit, quia Deus non vult vt homines sibi persuadeant quod opera gratiæ quæ concedit aliquibus debeat concedere aliis, ne facias istorum exemplar sed operum iustitiæ. h. 21. n. 27. his debes attendere & intendere; si enim remittat in infernum, quia male vixisti, velisque petere cur non fecerit tibi gratiam vt latroni, respondebit tibi: *Amice non facio tibi iniuriam tolle quod tuum est & vade.* hom. 21. num. vsque 35. & hom. 44. num. 47.

XXXIV. *An oculus tuus nequam est quia ego bonus sum.* Vide iustam querelam Dei de te, qui cum sit bonus tibi tu ipsi malus sis, & quia tantam habet patientiam tecum, qua te expectat, te non pudet eum offendere, & in peccato manere. hom. 37. num. 19. vsque 22.

XXXV. *Erunt nouissimi primi.* Illud debet aliquando esse in ordine charitatis, debemus enim aliquando succurrere vltimis relictis primis, vt declarauit S. Bernardus cum singulari Theologia. h. 23. n. 59. 60.

XXXVI. *Multi sunt vocati, pauci vero electi.* S. Gregor. h. 19. in Euangelia discurens per hanc totam parabolam quando peruenit ad prædicta verba ait: *Terribile est valde quod sequitur multi sunt vocati Pauci vero electi* Idque debet te pauidum reddere quod scias, licet multi sint ad Ecclesiam vocati, paucos electos esse qui ad gloriam perueniant; debesque omnimodè curare vt tibi bona sors cadat Electorum. h. 37. n. 2 vsque 6 licet non debeas scrutari actus prædestinationis & reprobationis Dei in se, nec ex illis iudicare an sis re-

probus vel prædestinatus, sed inspicere opera tua, & vitam. ib. n. 7. vsque 11. quodque debes pro certo tenere hoc est quod Deus tibi soluet aut te præmiabit secundum opera tua. ib. n. 12. & seque.

DOMINICA SEXAGESIMÆ.

I. *Cvm turba plurima conueniret & de ciuitatibus properarent ad Iesum dixit per similitudinem Exiit qui seminat*, &c. Luc. 8. Dominus declarabat finem ob quem venerat in mundum, qui fuit prædicare & docere & docere fidei doctrinam; vnde dat sibi ipsi nomen & officium seminantis, quia ei propriũ est seminare doctrinam fidei in corde. Quomodo cumque nos loquamur, tantum possumus peruenire ad corporis auditum, sed ipse solus potest peruenire ad cor efficaciter, in hoc illam seminando. hom. 29 num. 11. vsque 18. Ideoque præcipit nobis ne velimus vocari magistri quia ipse solus est. hom. 14. num 38. ad finem.

II. *Exit qui seminat.* Deforis mundo venit, exitque & apparet in eo ad seminandum semen verbi diuini, quia vt fiat cum fructu, debet prædicator illud seminans exire vt aliquis veniens ex altero mundo: istud ordinauit Dominus prædicatoribus suis à temporibus antiquis. h 21. n. 47. 48. 49. Prædicator debet persuadere contemptum mundi, vtque prædicatione suâ fructum faciat; debet eum vitâ suâ contemnere, vt nihil videatur in operibus contrarium verbis eius. ib. n. 49. Patribus suis venientibus in Ægyptum dixit Patriarcha Ioseph à Pharaõne peterent terram Gessen, vbi essent separati ab Ægyptiis, hi enim oderant Pastores ouium; ad declarandum quod prædicator qui debet populum pascere verbo diuino, debet esse separatus ab Ægypto mundi, in terrâ Gessen, id est in secessu à mundanis. ibid. num. 49.

III. *Exiit qui seminat.* Officium prædicatoris est seminare verbum Dei, vnde ab eo tantum petitur vt seminet purum sine mixtione doctrinarum vanarum, & iaciat in terram audientium: fructum autem conformem dare est incumbit terræ quem si non det, sed spinas, exuretur, vt dixit S. Paulus, significatque Dominus in parabolâ talentorum. h. 22. n. 33. 34. 35. & h. 49. n. 28.

IV. *Seminat semen suum.* Rectè sic dicit, quia illud debet seminari, scilicet semen Christi quod est verbum eius hoc debet concionator prædicare non suas inuentiones h. 29. n. 40. 41. Cumq; illud semen sit proprium Dei, separatũ ab aliis, vt dixit Dauid debet prædicari in domo Dei, quæ est templum, vbi particulariter assistit Deus, vt quasi principalis Seminator assistat huic seminihom. 29. num. 6. vsque 10.

V. *Semen suum.* Verbum Dei est semen eiusdem Dei: vnde virtus eiusdem Dei concurrit, vt operetur & recipiatur in corde, ideoque est necessarium petere fauorem diuinum, vt quando prædicatur, benè recipiatur, h. 29. n. 14 vsque 18. quia si Deus non detegat nobis puteum profundorum mysteriorum Scripturæ, Sacræ, non videbimus ea ibi. n. 11.

VI. *Semen suum.* Vide quem respectum debeas verbo Dei, semini eius, & filiæ, & quam sincerè debeas ei portas cordis tui aperire; est autem dolendum à pluribus eas claudi, facientibus ei maiorem iniuriã quam ij qui illud non cognouerunt, vt dixit S. Petrus & relinquunt proiectum in foro, vt vxorem. Leuitæ h 34. n. 41. vsq; 47

VII. *Dum seminat aliud cecidit secus viam*, &c. Verbum Dei est de se efficacissimum, sic vt eo tantum seminato, educebat Deus omnia opera sua seminans illud in ægrotis dabat sanitatem, in cœcis visum, in mortuis vitam, seminato in nihilo extrahit omne creatum, vnde potes dicere, cum tantum istius seminis sit interest nos, cur tam parum fructus videtur? Dominus declarat, causam non esse in semine, sed in terrâ vbi cadit, quæ est ex parte via, vbi conculcatur à transeuntibus, & aues comedunt; ex parte spinæ, quæ fugentes terram vim terræ non permittunt triticum fructificare; ex parte Petræ rupesque, in quibus seminarum pullulans siccatur ad primum solis radium. quia non potest radicare; Ne coniicias culpam in Deum, nec in verbum eius, nec in Sacramenta illius, quæ sunt in se efficacia ad magnos fructus; ex illis non est perditio tua, sed ex te h 37. n. 31. 32. hæc est querela quam Deus contra te dedit, *quoties volui congregare &c. & noluisti.* Vnde nec ipse, nec verbum, nec Sacramenta operabuntur in te, si tu non concurras. h. 10 n 33. vsque 39.

VIII. *Hæc dicens clamabat.* Dominus repræsentabat sibi magnam adeo perditionem seminis verbi diuini, quod licet tam pretiosum sit, ex quatuor tamen partibus perdantur tres culpâ nostrâ, idque facit eum clamare desiderantem vtilitatem nostram, cum in sui defensionem os non aperuerit. hom 35. num 43 vsque 46.

IX. *Clamabat.* Quia videt nos tam longè à se. & quo plus clamat plus nos elongemus in damnum nostrum. h. 18. n. 21. 22. Ideò clamauit adeò vt posset cum Dauide dicere, quod maneret ita raucus vt ideo non fuerit verbum locutus in sua passione h. 29. num. 25. 26.

X. *Qui habet aures audiendi audiat.* Multi habent auditus tales vt audientes non audiant, qui audientes corpore non audiunt corde. hom. 29. num. 21. vsque 27.

XI. *Qui habet aures audiendi audiat.* Multi habent auditus non ad audiendum & venientes ad concionem cum autibus, non veniunt ad audiendum, quales erant quos repræsentabat Deus Ezechieli, & sunt multi inter nos. hom. 29. num 23.

XII. *Qui habet aures audiendi.* Hæ sunt obedientes aures, quas diuinus sponsus habet ornatas inauribus. h. 37. n. 3. Tales sunt oues Dei, quæ habent auditum ad audiendum, credentes quod Deus eis dicit, & facientes quod

quod præcipit sine replica. h. 37. n. 24. vsque 30. Talis fuit Magdalena, aliique sancti. h. 38. n. 38. vsque 45.

XIII. *Qui habes aures audiendi audiat.* Deus valde doler quod homo habens aures aliquando non audiat, quodque insensibilibus audientibus vocem suam ac ministrorum suorum, homo non audiat, ideoque clamat. hom. 16 num. 30.

XIV. *Interrogabant eum discipuli.* Hi erant certi, credentes quod illa verba Domini dicta cum tantis clamoribus habebant magna mysteria, & ea non intelligentes petunt à Domino declarationem: boni discipuli de numero eorum quibus dixit Deus, *vir portendentes*: sic tibi faciendum, sollicito tibi inuestiganda mysteria quæ audis, & non intelligis, estque dolendum quod non intelligens magna mysteria fidei nostræ, quæ tibi prædicantur, non conetis obtinere intelligentiam eorum. hom. 25. num. 3. 4.

XV. *Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, cæteris in Parabolis, &c.* Dominus non communicat omnibus æqualiter intelligentiam mysteriorum suorum, vult enim Magistros esse, nec omnes esse, vt ad eos recurramus vt doceamur, ideo enim posuit in mundo ordinem Superiorum & inferiorum. hom. 14 num 3. vsque 6. Singulariter præsuit in illo vt videat mysteria supernaturalia & diuina. ibid. num. 7. vsque 16.

XVI. *Vobis datum, &c. Parabolis* Deus est Pater Luminum, deq; his facit quod placet, aliquos illuminans & alios sine luce relinquens, estq; mirum quod pauperibus & ignorantibus concedit notitiã mysteriorum suorũ, quia sunt humiles, cæcos relinquens Doctores & Principes ob eorum Superbiam. h. 30 n. 9. vsque 13. & ho. 33. nu. 33. Christus venit in mundum effudit q; e doctrinæ suæ aquam in puteos humiliũ, deq. illa plus participat qui profundior est in humilitate. ho. 30. n. 9.

XVII. *Vt videntes non videant & audientes non intelligant.* Multi sunt istiusmodi qui videntes non vident, quia tantum in exterieri manent, taliq; modo vident mysteria Dei ac si non vidissent, tu debes ea videre considerando intimum eorum. hom. 15. n. 3. 4.

XVIII. *Semen est Verbum Dei.* Vides hic bonam definitionem Verbi Dei, semen Dei, quia Deus valet ex eo producere quæcumque vult, in leproso sanitatem, in cæco visum, in mortuo vitam, in cœlo stellas, in his lucem; & seminans in nihilo eduxit totum quod habet esse: & singulariter dicitur semen Dei, quia seminatum in animâ, si vt debet recipiatur, facit te filium Dei, vnde S. Petrus ait: *Renati ex semine incorruptibili per Verbum Dei.* h. 34 n. 49. & h. 35. n. 41. 42.

XIX. *Semen est Verbum Dei.* Magna est vis Verbi Dei, cum per illud Deus fit operatus totum quod vult: ideo vocatur *Omnipotens sermo.* Etiam in rebus insensibilibus & in nihilo facit quod vult. Vnde est magnus Dei fauor illud nobis dare in tanta abundantia, sed erit ad maiorem nostram damnationem quòd nihil est in nobis operatum. Sicque ne crescat causa damnationis, aliquibus aufert Deus Verbum suum, vt Asiæ & Bithyniæ. hom. 21. num. 9. vsque 13.

XX. *Quod autem secus viam hi sunt qui audiunt & venit diabolus, &c.* Multi sunt qui audiunt Verbum Dei, caditque in illis, sed habent cor factum viam, per quam transeunt omnes res mundi, sicque non inuoluitur terræ cordis Verbum Dei, hoeque auferunt dæmones, passeres infernales. h. 19. n. 43. 44. & h. 49. n. 29.

XXI. *Qui supra petram hi sunt qui cum audierint cum gaudio suscipiunt verbum: radices non habent quia ad tempus credunt & in tempore tentationis recedunt.* Multi sunt istorum, qui cum delectatione audiunt Verbum Dei, nec eis prodest, quia non agit radices in corde illorum; quod patet, quia ad quamuis tentationem retrocedunt. Sunt vt arundines vento agitatæ, quæ modo in hanc modo in aliam partem flectuntur. h. 28. n. 29. Sunt vt locustæ Ægypti, quas si vnus venti impetus adducebat in terram, alius deiiciebat in mare, non habent firmitatem quam debent boni habere, vt columnæ. hom 37. nu 70. vsque 74.

XXII. *Radices non habent ad tempus credunt, &c.* Pater Verbum Dei non egisse radices in corde tuo, nec firmitatem habuisse, cũ tentatione veniente desicias in eo de quo videbaris securus. hom. 27. nu. 32. 33.

XXIII. *Ad tempus credunt.* Cognoscas, an inte agat radices Verbum Dei, & vera pœnitentia, finiatque in te peccatum; si statim ac venit occasio & tentatio redeas ad illud. h. 10. n. 44. 45. 46. Intelligesque exemplo Saulis & Dauidis. hom. 35. num 6. vsque 11.

XXIV. *Ad tempus credunt & in tempore tentationis recedunt.* Non est fidelis anima quæ ad quamuis tentationem contrariam retrocedit ab eo quod incœperat in Dei seruitio, & cui aquæ amaræ asserunt vires. hom. 30. num. 6. 7. 8. Fidelitatem S. Pauli in ministerio Apostolatus manifestabat Deus in infirmitate & perseuerantiâ in tot laboribus, quos patiebatur, & sancti ostendunt suam, in eo quod ob nullum laborem desistant ab incœpta Dei obedientiâ & sanctæ legis eius. ibid. num. 8.

XXV. *Quod autem in spinas cecidit hi sunt qui audierunt & à sollicitudinibus & diuitiis, & voluptatibus suffocantur.* Maior pars seminis perditur, quia cadit inter spinas, & malas herbas, quæ suffocant, quales sunt curæ & sollicitudines mundanæ, diuitiarum & voluptatum. Dominus iungebat sollicitudinem diuitiis & voluptatibus mundi, quia sunt aquæ quæ non hauriuntur ex puteo sine magna cura, sollicitudine, & labore, in quo differunt à diuitiis & bonis cœlestibus. hom. 25. num 74. vsque 82.

XXVI. *A diuitiis.* S. Gregorius dicit necessarium fuisse vt ore suo Christus diceret diuitias esse spinas;

licet enim aliquando sint flores in manibus bonorum, tamen vix desinunt pungere animam peccatis, nec errabat qui dicebat: *Si fueris dives non eris immunis à peccato.* hom.16.num.18.19 20.

XXVII. Divitiæ sunt spinæ, patetque damnum quod faciunt si figantur in corde; in hoc positæ occupant illud, & faciunt se Deum divitis. Ideò semper ostendit Deus eas sibi displicere. h.28.n.33.34.35. vnde potes talem habere pro derelicto; vt haberes eum qui sibi infigeret spinam vel lanceam in corde. ibid. num.36. vsque 40.

XXVIII. *A voluptatibus vitæ.* Suffocatur Verbum Dei: sunt vt oleum quod extrahit auribus aquam. hom.18.num.29.

XXIX. *Quod autem in terram bonam, hi sunt qui in corde bono & optimo audientes verbum retinent & fructum afferunt in patientiâ.* Hic vides in quo fructificet Verbum Dei; in eo qui habet cor bonum, & illud recipit, retinetque in eo. Magnum fructum feret Verbum Dei in te, si receptum in te illud retineas vt Iob. hom.3.num.38.39.

XXX. *Fructum afferunt in patientiâ.* Maior fructus & opera altiora quæ oriuntur in campo Dei sunt sustinentiæ cum patientia; ista sunt quæ inferunt maximè Deo vim. hom.3.nu.4. & Christo. ho.41.nu.38. Taliaque sunt quæ sancti pœnunt in capite operum suorum. ibid. num.61.62.

XXXI. *Fructum afferunt in patientia.* Habe patientiam, & fac benè iis qui tibi male faciunt; est tam excellens fructus vt oleum Filii effusum in vacua vasa, & per illum obtinebis supremam dignitatem Filij Dei. Si enim Verbum diuinum est semen Dei, eo seminato in te, faciet te Deus Filium suum singulariter per patientiam. hom.3.num.57.

XXXII. *Fructum afferunt in patientia.* Licet omnia Christi opera fuerint excellentia, præcipua quæ fecit redemptionis nostræ, erant in patientiâ & patiendo adeò eleuauit labores vt eos Deificarit. ho.36. num.9. ad patiendum operatus est maius miraculum, quàm illud aquarum Iordanis. h.42.n.51. Ideò disposuit ei Spiritus S. & organizauit corpus aptum ad patiendum, cum operibus patientiæ & patiendo præcipuè operatus sit redemptionem mundi. ho.25.n.21. & h.42 n.49. patuitque illum voluisse pati in non bibendo vino myrrhato, & bibendo acetum. ibid. n.52.53. 54. & in eò quod suspenderit omne id, quod poterat esse alleuationi. ibid. num.98.99.100.

XXXIII. *Fructum afferunt in patientia in corde bono & optimo.* Ne securè habeas cor tuum vt bonum, nec credas peruenisse ad gradum superlatiuum, quod est *optimo*: donec videas Verbum Dei in te fructum ferre in patientia, eius amore tolerando quæ obueniunt tibi contraria. Nunquam dæmon habuit cor Iob vt bonum & securum, donec vidit eum ferre fructum istum cum patientia. hom 32.num.23.vsque 27.

DOMINICA QVINQVAGESIMÆ.

I. *Assumpsit Iesus duodecim & ait illis ecce ascendimus Hierosolymam, &c.* Luc.20. Hoc Euangelium habet duas partes. In prima dat Iesus discipulis suis rationem passionis suæ, breuiter referens quæ passurus erat in Hierusalem: in secunda fecit famosum miraculum illuminans cæcum, dando ei visum: vtque S. Gregor. dicit bene conuenit, quia mysterium Passionis Christi est tam difficile intellectibus creatis, vt regeant miraculosa luce & diuina oculi nostri ad illud videndum & intelligendum. ho.33 num.20. vsque 24.

II. *Ecce ascendimus.* Prima Euangelij pars videtur non esse conueniens præsenti tempori recreationis bacchanalium, sed est, & valde ad propositum, quia S. Ecclesia proponens nobis passionem Domini nostri Iesu Christi, vult nostram refrænare dissolutionem ne demus nos totos luxuriis & dissolutionibus, vtque prudens mater proponit Christi passionem vt aloë in vberibus ad puerum ablactandum. h.15.n.2.3. 6. & hom.42. num.24.25.

III. Omnes recreationes non sunt malæ imò aliquando bene fiunt communia in occasionibus. hom 16. num.23.24. Sed sint vt eas concedebat Christus discipulis suis dicens: *requiescite pusillum.* Hoc autem eis concedebat postquam multum laborauerant; sed nos capimus prius recreationes. hom.27. num 5. Vnde S. Chrys. stomus ait videntur nos fornificare contra ieiunium vt contra inimicum horrendum, faciendo ei magnam injuriam. hom.1.num.17. Quod tangit hanc primam Euangelij partem tractatur hom.15. num.1. vsque 29.

IV. *Factum est autem cum appropinquaret Iericho cæcus quidam sedebat, &c.* Modus iste loquendi significat, quòd licet videatur casualiter Christus hunc cæcum habuisse obuium, tamen non ita fuit, sed singulari sapientia ita conformiter disposuit vt operatur hoc tempore istud miraculum. hom.34. num.6.7. Dauid declarabat Abisai, inhumanitatem, & parum pietatem quem inueniebat in Semei quando fugiens persecutionem Absalonis filij, adibat domum eius, ex necessitate petendi aliquod refrigerium, non fuisse casualia Deo, sed præuisa & disposita diuinâ prouidentiâ ad exercitium patientiæ suæ. Credas de omnibus laboribus à Deo tibi immissis, fereque illos patienter. ibid. num.7. Est Dominus temporum dispositque casus & occursus eorum vt vult. ho.35. nu.38.

vsque

vsque 41. Est qui dat infirmitates ob singulares fines, disponitque quod conuenit ad illos consequendos. hom.32.num.38. vsque 41.

V. *Cœcus sedebat secus viam.* Sedebat vbi Christus transire debebat, qui vadens pedetentim dat lucem, & visum, vt etiam cœco à natiuitate, *prætereuntem*, quid faciet si sedeat in anima tua? hom.30.nu.13.14

VI. *Cum audiret turbam prætereuntem interrogauit quod hoc esset, & dixerunt, quod Iesus Nazarenus transiret & clamauit dicens miserere mei.* Iste cœcus erat incurius remedij, sed optimè egit quod offerente sese occasione hanc non permitteret transire, sed ea vteretur, vtere & tu illa quam Deus tibi dat quando transit circa te, & extende manum; si non facis tunc, forte postea deerit tibi. hom.10. numer.19. vsque 22.

VII. *Clamauit dicens miserere mei.* Accurrit ad Christum, licet pedetentim vadat cum tanto comitatu, sciens quod quouis tempore & quauis occasione possis Deum adire petendo. Deus non est vt tu, exspectat particulare tempus vt possit te petere à te. ho.9. nu.10.vsque 14. & hom.36.n 40.41.

VIII. *Iesu fili Dauid miserere mei.* Hæc est bona oratio non fundata in meritis operum suorum, sed in misericordiâ Dei, talisque debet esse tua. hom 9 n.m. 17.18. Licet per opera sancta extrahas multas aquas misericordiarum Dei, tamen si fodias in profundo humilitatis, & cogni ionis miseriarum tuarum hauries in magnâ abundantiâ aquam viuam diuinæ misericordiæ. ibid. num. 18.

IX. *Qui præibant increpabant eum vt taceret.* Omnes transeant, non cum attentes ei imò fastidientes clamores eius. Ita tractat mundus pauperes, vix aliquis dignatur eos aspicere. ho.30.n.14.16 17. Tu eos respice considerans Deum in paupere. hom 10.n.13.vsque 16. hom.30.n.21. vsque 26.

X. *At ille multo magis clamabat: fili Dauid miserere mei.* Bona oratio repetens semper eadem verba, in his enim multa variatio non placet Deo nec figuræ Rhetoricæ; magnæ nobis consolationi. hom.42. numero 94.

XI. *Ille multo magis clamabat.* Si est fidelis anima ne retrocedat in quærendo remedio licet totus mundus se opponat. hom 30. nu 6.7.8. est firma columna quam non retrahunt venti & halitus clamorum mundi. ho.37.n 70. vsque 73. Talis fuit Iob, qui vbi cœpit benedicere Deum, quo plus se opponebat tota vis mundi & inferi, sinceriùs prosequebatur, & maiori voce benedicens Deum. ibid.n.74.75.

XII. *At ille multo magis clamabat.* Ista est oratio bona cum perseuerantiâ nec cogunt eum desistere diffidentes de remedio. hom.9.n.31. vsque 36. ho.42. num.91. vsque 94.

XIII. *Stans Iesus iussit eum adduci ad se.* Iam non erit valde mirum quod ad clamorem Iosue steterit sol, sic vt: *Stetit Sol clamante Iosue*; cum ad clamorem cœci stet Christus verus Sol: *Stans Iesus.* Dominus ostendit hic magis benignitatem suam, quam Traianus subsistendo ad clamores viduæ. homil. 31. num.2.3.

XIV. *Iussit eum adduci ad se.* Rectè facis, Domine mi protegens hunc pauperem; cum totus enim mundus eum deserat, tu non potes ei deesse, cum ideò tibi Dauid dixerit: *Tibi derelictus est pauper.* h.10. n.31. Tui oculi scli figuntur in paupere ideoque tibi dicebat: *Oculi eius in pauperem respiciunt*, eoque demonstrant se oculos Dei. hom.30.num.15.16.17.

XV. *Iussit eum adduci ad se.* Aliis erant molesti clamores pauperis cœci, non illi; imò iis recreabatur; vtque eos de propinquo audiret, iussit cœcum ad suam præsentiam duci, quem alij volebant elongatum ne audirent eum; afflictorum enim orationes pauperum non fatigant Deum, imò sunt ei suauis musica. ho.9. nu.27. vsque 30. eaque ratione vult pauperes ad portam domus suæ vbi habet locum quietis vt ponderat S.Chrysostomus. hom.10. nu.7. Templa sunt domus Dei. hom.28.num.18.21.

XVI. *Iussit eum adduci ad se.* Paupères & necessitatem habentes non fatigant eum continuando clamores suos; imò ab his cessantes & non clamantes fatigant eum ho.8.n 5 6. & ho.9.n 34.

XVII. *Quid vis vt faciam tibi?* Est paratus in nobis facere quantum volumus ad reparationem salutis nostræ, si nos sincerè velimus. hom.10.num.33.vsque 39. Rectè poterat Moyses dicere quod ponderat Apostolus: *Iuxtà est verbum in ore tuo, &c* ho.10.n.38. & hom.44 num.41.

XVIII *Quid vis, &c. tibi.* Vide quam facilia ad obtinendum sint bona Dei, quæ licet sint tam excellentia, tantum volendo obtinebis ea. Ne speres quod cum tantâ facilitate offerent tibi sua dæmon, mundus, & caro; licet sint bona parui momenti. hom.25. nu. 73. vsque 81.

XIX. *Quid vis, &c. tibi.* Petit à cœco, vt ille ipse declaret necessitatem suam, maneatque verificatus defectus visus quem habebat, vt eo maneat miraculum manifestum, absque vllo genere calumniæ. homil.27.num.27. vsque 31. & hom.32. num.48. vsque 51. & num.75.

XX. *Quid vis, &c. tibi.* Petit à cœco vt responsione suâ deregat vnam fidem quam habet tantæ potentiæ Christi, vt cum defectus eius sit magnus, vt tota natura non possit eum reparare, credat confidatque Christum posse dare integrè remedium. Hæc viua fides & confidens, sæpè necessitatis tempore deest, etiam Sanctis. hom.17 num.32.vsque 45.

XXI. *Domine vt videam.* Bona petitio, quia corpori est importans visus : sed animæ petere melius esset, corporis enim sæpe est damno, animæ autem adeo importat tibi, vt sine illo non possis saluari. hom. 30. num. 30.

XXII. *Domine vt videam.* Bona petitio, etiam tibi facienda, supplicando Deum vt det tibi oculos apertos & illuminatos ad detegendum, & te liberandum à laqueis quibus dæmon mundum repleuit. ho. 5. n. 24. vsque 28 procurat diabolus nobis auferre visum istum. h. 19. n. 40. vsque 43.

XXIII. *Et ait Iesus, Respice.* Vide quod solo verbo det ei oculos; quo probat diuinitatem personæ suæ, cum verbum eius sit tam potens vt Apostolus bene dixerit, *Portans omnia verbo virtutis suæ.* hom. 2. num. 39. vsque 50. & hom. 10. n. 42.

XXIV. *Respice & confestim vidit.* Licet opera Christi essent mirabilia in se, plus tamen erant ob facilitatem, quâ illa faciebat, solo imperio. ho. 30. n 3.4. 5. & in hoc singulariter ostendebat se Deum. ho. 2. n. 39. & h. 31. num. 72.

XXV. *Respice & confestim vidit.* Dominus est valde paratus ad accurrendum ad id quod serui sui petunt, pateteque quod dixit Propheta, *ad vocem clamoris tui statim respondebit tibi*; & si non respondeat statim, habet particulares rationes ad nostram vtilitatem. ho. 9. n. 25. 2d. & h. 42. n. 95. vsque 98.

XXVI. *Respice.* Certum est quod Christus erat operaturus conformiter nomini suo & officio, quod est illuminare vt Sol : vt etiam dæmon agit conformiter suo, quod est tenebræ; & excœcat. hom. 19. num. 40. & sequentibus.

XXVII. *Respice.* Statim facit vt videat qui erat in tenebris, subitoque se gaudet illuminatum, relinquens alios cœcos; sunt opera quæ facit vt Deus, cui vult, & quomodo vult mutans subito tenebras in lucem. h. 30. n. 9. 10. 11. & h. 38. nu 108. vsque 111.

XXVIII. *Confestim vidit & sequebatur eum magnificans Deum.* Prudenter faciebat ille cœcus recognoscens, & gratus pro fauore accepto, gratiam agens Deo; vult enim hanc à nobis solutionem. ho. 17. n. 16 17. 18. vsque 20. 23.

XXIX. *Vidit & sequebatur eum.* Receptus favor videbatur magnus, sicque recognoscebat eum; sed est maior quem tibi facit illuminando animam tuam, extrahendo eam de tenebris culpæ; sicque maiores gratias ei debes agere. homil. 17. numer. 16. 17. 18. Specialiter cum cœcitas corporis aliquando sit bona & importet saluti tuæ. h. 30. n. 30. hincque etiam pater quas ei debeamus gratias, quia illuminauit mundum vt verus Sol, in quo regnabat princeps tenebrarum; qui has causabat plusquam palpabiles Ægypti. h. 33. n. 5. vsque 11.

XXX. *Sequebatur eum.* Quo monstrabat se ouem Dei, quæ illuminata statim sequebatur eum. hom. 37. n. 45 46. Ipse enim est Pastor q[uo]d oues sequi debent. ho. 38. num. 50. 51.

XXXI. *Confestim vidit.* Cœcum à natiuitate illuminauit ipso non petente, nec alio pro eo : expectat autem donec hic petat clamando diuersis vicibus, cum tali perseuerantia vt videretur importunus : est medicus nec omnes vno modo curat. Idem inuitat Samaritanam ad aquas suas diuinas, ipsa non petente, imo nec cogitante de illis : Chananæam eas petentem detinet etiam clamantem; non dat salutem infirmis omnibus vno modo. h. 2. n. 23. 24 & h. 24. n. 54. 55.

PRIMO DIE MERCVRII CINERVM VLTRA HOM. PRIMAM.

I. *Cvm ieiunatis nolite fieri sicut hypocrita tristes.* Matt. 6. Tempus est aggrediendi bellum contra vitia, quod Ecclesia in benedictione cinerum vocat *tempus militiæ Christianæ*, Ad hoc nos conuocans, docet arma quibus debemus illud gerere, simul quomodo illis decertandum quamuis enim bona sint arma, si malè illis pugnetur, victoria non obtinetur. Ideò proponitur Euangelium in quo Christus nos docet vtrumque. Arma sunt ieiunium, quo intelliguntur omnia opera mortificationis nostræ carnis, quâ dæmon vt armis vtitur contra spiritum : contra eam primo pugnandum est, mortificando eam ieiunio, quod etiam primum est quod à nobis petit Prophera in Epistola : *Canite tuba in Syon, sanctificate ieiunium*, hoc deiiciuntur machinæ nostrorum inimicorum, vt Eleazarus suorum deiiciebat, conuertendo gladium suumin ventrem Elephantis. hom. 5. nu 19. vsque 22.

II. *Cum ieiunatis nolite fieri sicut hypocrita.* Docet Docet quomodo his armis ludendum ieiunium, opera pœnitentiæ, & mortificationis, sancte peragendo quod petit Propheta dicens : *Sanctificate ieiunium.* Non sufficit enim ieiunare nisi sanctetur, nec sufficit bona opera facere nisi bene fiant, & cum debitis circumstantiis. ho 23 n. 53. 54. & h 36. nu. 29. vsque 33. Præcipua est finis, qui deest hypocritis; quia non habent Deum & gloriam eius pro fine, sed seipsos, habentes enim Deum in ore, cor eorum longè est ab eo : sunt vt hyenæ. h. 8. num. 35.

III. *Exterminant facies suas vt appareant hominibus ieiunantes.* Sunt valde illusti prætendendo finem tam paruæ substantiæ, vt tantum apparere boni, cum media sint ita laboriosa : hæcque est infelicitas multorum, quorum labores cum sint magni, tantum prætendunt apparentiam, tam paruæ essentiæ, vt ventus

eam

eam tollat. hom. 4 num. 19. vsque 23. hoc dolet Deus quod laboribus quibus poteramus infinitas diuitias luctari, tantum prætendamus bona solam apparentiam habentia, & quæ non sunt plusquam purus ventus. ho. 4 num. 19. vsque 26. Ideò clamat per Isaiam : *Quare appenditis argentum non in panibus & laborem vestrum non in saturitate.* hom. 35. numer. 46. doletque S. Teresia, quæ homines videt vt in formicario. hom. 25. numer. 92.

IV. *Amen dico vobis receperunt mercedem suam.* Adeo desiderat Deus præmiare bonum, vt etiam quod habent boni opera hypocritatum, velit habere correspondens præmium, quod est gloria æstimatioque hominum : nec vult apparentiam boni, quam habet hypocrita in opere suo, manere sine mercede, sed pro illa concedit Deus honores & dignitates temporales. h. 16. num. 51. 52.

V. *Tu autem cum ieiunas.* Docet formam qua ieiunium operaque mortificationis & sancta fecere debes; eumque primò efficere in communi locutus, descendit loquens tibi in particulari, docens quod tali modo debes hanc quadragesimam audire, semperque quod prædicatur in communi, ac si tantum in particulari tibi diceretur, vt sit vtile tibi hom. 31. nu. 73. 74. & ho. 36. n. 49. & sequentibus.

VI. *Unge caput tuum, &c. ne videaris hominibus ieiunans sed Patri tuo.* Hic vides formam faciendi ieiunium & operæ sancta; oculos cordis coniiciendo in solum Deum, eius gloriam tantum prætendendo, diuinisque oculis satisfaciendo, quibus præcipue respicit cor, & secundum quod hoc procedit æstimabit aut vili pendet opus tuum, sicque ostendit in sacrificio Abrahæ. h. 1. num. 25.

VII. *Ne videaris hominibus ieiunans sed Patri tuo* Deus procedit modo maximè nobis conueniendi, coniiciendo oculos in nostrum cor, si enim tantum respiceret nostra opera, merces esset parua, quia in se parum valent; sed licet in se sint parua, possunt esse magna desiderio & affectu cordis, & fieri meritoria etiam necessaria. h. 9. num. 47. & Legitimari illegitima. ho. 14. num. 29. 30. 31. 32.

VIII. *Sed Patri tuo, &c. & Pater tuus.* Dic no consilio repetiit Dominus hoc verbum : *Pater tuus,* quòd ex infinita misericordia sua posuit in ore nostro, dans nobis suum Patrem in nostrum, vult erga eum in nobis esse affectus filiorum, quo nos moneat vt opera nostra faciamus affectu, quo bonus filius seruit Patri suo, quo creseit nostra fiducia, ad fidendum ei vt Patri. h. 42. num. 83. 84. 45.

IX. *Pater tuus qui videt in abscondito reddet tibi.* Pondera verbum : *reddet.* Secundum quod debes ei primo dare, offerendo ei seruitia ieiuniorum, mortificationum, eleemosynarum, & orationum, vt ipse habeat quòd reddat; dabit enim conforme ei quòd tu dedisti, ideoque perit à nobis. hom. 25. num. 50. vsque 61. Deus est speculum, non extendet manum ad te nisi conformiter vt tu extenderis ad eum. hom. 37. num. 15. 16.

X. *Pater tuus reddet tibi.* Quadragesima in particulari est tempus bene operandi : vtque ad hoc te animet, primò tibi intimat, quod quando bonum feceris, ne cogites quod Deus tibi auferet illud, non enim id vult vt maneat sibi, sed vt tibi reddat melioratum, dando tibi vt sit tuum : ipse enim gratiam dedit tibi ad operandum, & quod tu operatus fueris. homil. 17. nu. 34. 35. 36. Nec potuit Deus ostendere se magis liberalem in volendo tibi dare, quam relinquendo tibi mensuram eius quod tibi dabit, vt tu conformiter ei des in corde tuo. hom 25. n. 50. vsque 60.

XI. *Reddet tibi* Soluet tibi quod voluntariè & ex corde dederis ei, faciens tantum propter Deum; tantum enim digna sunt solutione & gratitudine opera quæ fiunt voluntariè, ideoque sunt ita meritoria quæ fiunt ex voto. hom. 36. num. 31. 32.

XII. *Reddet tibi* Admirabilis loquendi modus ad nostrum honorem; licet enim quòd nobis Deus est daturus procedat ex merâ eius gratiâ; disponit dare vt debitum, & redditum, eius quod nos fecimus; in quo demonstrat se perfectè liberalem. hom. 25. numer. 47. vsque 50.

XIII. *Pater tuus qui videt in abscondito reddet tibi.* Non tantum vult dicere quòd dabit præmium importans vel substantiale, quòd est regnum & gloria eius, sed etiam æstimationem & honorem quem prætendunt hypocritæ, sic vt opera quæ facis in abscondito pro solo Deo; quo tu ea plus absconderis, eo plus educet in publicum, exponetque visui totius mundi, ad honorem tuum; idque non tantum in die iudicii, quòd tunc faciet completissimè, implens quòd dixit Dauid : *Educet quasi lumen iustitiam tuam & iudicium tuum tamquam meridiem.* homil. 6. numer. 45. Sed etiam in hac vita, educendo ad publica fora secretissima opera tua. Ita intelligit Venerabilis Beda lib. 4 in Luc. cap. 52 quod Dominus dixit Lucæ 12. *Quæ in tenebris dixistis in lumine dicentur non solum in futuro : quando cuncta cordium abscondita proferentur ad lucem, sed & in præsenti tempore : quoniam quæ inter tenebras quondam pressurarum carcerumque umbras vel luxuti vel passi sunt Apostoli, nunc glorificata per orbem Ecclesia lectis eorum actibus publicè prædicantur.* Deum enim tangit manifestare opera bonorum, licet abscondita, ad eorum gloriam; vt malorum secretiora, ad infamiam & punitionem eorum. hom. 26. nu. 17. 18. 19.

XIV. *Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra.* Christus venit vt impleat bonis desideria nostra, &c

quia

quia ordinarium & vrgentissimum est, diuites esse velle, docet nos quomodo possimus esse. hom. 33. num. 26. dicit nobis, si velimus diuites esse, non quæramus thesauros quos recondamus in terrâ, quia his non manebis dives, cum finaliter non sint pro te: collige illos qui semper manent pro te *thesaurizate vobis*. h. 17. numer. 36.

XV. *Thesaurizata vobis.* Ne sis tam stultus vt omnis labor tuus sit in Thesaurizando filiis tuis, obliuiscens tui ipsius; thesauriza etiam tibi. h. 27. n. 50. vsque 57. & h. 15. n. 29.

XVI. *Thesaurizate vobis.* Inuentio Sathanæ est, augere in nostrâ cogitatione nostras obligationes erga filios & famulos, vt negligamus thesaurizare nobis, dando pauperibus, hoc enim nobis thesaurizamus. Magna stultitia, quia ad mensuram qua crescunt filij & famuli domus tuæ, debet crescere thesaurizatio pro te. dando eleemosynam. homil 27. numer. 50. 51. Ponderaque à S. Bernardo dictum tibi propositum: *Maledictus qui facit partem suam desertorem* ibid n. 57. Et intellige esse donum Dei pauperem tibi mitti. h. 25. num. 70. vsque 73.

XVII. *Thesaurizate vobis.* Ne credas quod Pauperibus distribuens bona tua ea perdas, sed tibi thesaurizas, sumusque valde obligati ob fauorem quem Christus nobis facit docens nos colligere thesauros nobis, ex vilioribus domuum nostratum panniculis; arte excellentiore ea quam docebat Deus Stercutius. ho. 27. num. 74. vsque 79.

XVIII. *Thesaurizate vobis, &c in cœlo vbi neque ærugo.* Res stupenda te ita anhelare ad Thesauros mundi, qui difficulter acquiruntur, & difficilius seruantur, & in fine, vel non manent tui, vel si manent non sedant sitim tuam, torpeasque incurius diuitum thesaurorum quos potes lucrari in cœlo, qui sunt tui proprij, pro te, & æterni. hom. 25. num. 73 vsque 88. estque mirabilis ponderatio S. Augustini. ibid. num 74. S. Chrysostomus ait, quod gentiles illud videntes, ridebant Christianos dicentes, esse impossibile illos credere quod dicebant se credere de thesauris cœli. ho. 34. num. 43. & verè magnum committunt peccatum, detinendo veritatem Dei in iniustitia, quod licet credant de bonis & thesauris cœli quod credunt, non tantum non quærunt eos, sed etiam contemnunt, magis ex parte offendentes Deum quam si eum non cognouissent. ibid. num 43. vsque 47.

XIX. *Vbi est thesaurus tuus ibi est cor tuum.* Deus prætendit cor nostrum radicitus solo extrahere, vbi tantum sunt spinæ, carduique; tales enim sunt diuitiæ, delitiæque mundi, vt dictum Dominicâ Sexagesimæ; vtque cor in cœlo ponamus, ex nunc fruentes in hac vitâ cœlesti quiete, quâ fruuntur omes Dei. ho. 37. numer. 61. vsque 66. Ideo petit à nobis, vt ibi thesauros nostros recondamus, pro talibus tantum habentes opera bona & Sancta, quæ ibi habebimus reseruata, vbi enim est thesaurus ibi est & cor. Etiam ideò veniens ad conciones elicis tam parum vtilitatis, & vsus Sacramentorum tam patum prodest tibi, quia non habes ibi cor, sed vbi thesaurus tuus est. Auarus in bonis suis, sensualis in mulieribus, ambitiosus in honoribus, estque vt diues S. Antonii de Padua. hom. 29. num. 23. 24.

XX. *Memento homo quia pulvis es.* S Ecclesia incipit curationem nostrarum infirmitatum animæ, ordinatque efficacissimum Recipe pro nostra salute, quod est memoria mortis, potentior ad fugandæ peccata, quam ventus Occidentis ad fugandas locustas. Ægypti. hom. 31. numer. 12. 13. 14. Vtque vivacius ista memoria in nobis operetur, vult nos particulariter oculos conicere in mortem iuuenum & potentiorum mundi, quia istorum mors magis nos intimidat. Vt motte magnorum & potentium principum Pharaonis Deus voluit Ægyptios intimidare: & illius mero exulant facilè peccata ibid. num. 11. 12.

XXI. *Memento homo.* Ecclesia ex omni parte concutit rebellem turrim cordis nostri, doctrina, quam dat auditui nostro, & cinere, quem ostendit oculis nostris; quæ concio eius magnæ est efficaciæ; est enim vt verborum defuncti dicentis: *Memor esto iudicij mei: mihi heri tibi hodie* hom. 31. nu 8. vsque 11.

XXII. *Pulvis es.* Licet tibi videaris viuere, potes ex nunc te vt mortuum habere & puluerem, quia nec vitæ punctum habes certum, tam ex parte Dei, qui eam tibi dat pro mero beneplacito suo, nec scis quando tibi auferat. hom. 31. num. 17. vsque 21. quam ex parte materiæ vnde compositus es docetque te nauis columnæ Machabæi. ibid. numer. 22. vsque 28. vide quod quadragesimam incipias, nec scias an eam finies. Nec te decipiat quod te videas iuuenem & robustum, propinquior enim morti es. ibid. nu. 28 vsque 33. Et si dæmonem reddat sollicitum te videre motti propinquum vt te perdat, reddat te solicitum vt te salues. h. 36 numer 42. vsque 49. Dæmon agit tecum vt ludens taxillis dat tibi ad capiendum, & introitum ad vitia tua vt te occidat, teque perdat: sic diligentiæ illius tua æqualis vt euadas. ibid. num. 43. Ita festina pœnitentiam peccatorum tuorum agere, vt desideras tibi solui ab eo qui tibi debet sine dilatione: nam solutionem securam procuras nec expectas exitium ne mors anteuertat; nec differas pœnitentiam, ne mors te auferat antequam eam agas. ibid. num. 41.

XXIII. *Memento homo.* Efficacissima consideratio, *in puluerem reuerteris* si inspicias, quod licet hodie videas corpus tuum tam pulchrum & alacre, cras erit plenum putredine, vt corpus Imperatoris quod vidit S. Augustinus. hom. 31. num. 33. 34.

XXIV. *Me-*

XXIV. *Memento homo.* Ex nunc te vocat puluerem & cinerem quia vita quam viuimus iam est mors, possetque propriùs dici quòd per illam sumus mortui, quam viui vt probat S. Augustinus vita est quam oblatam, non acceptauit defunctus qui erat in purgatorio. h. 32. num. 70. 71. 72.

XXV. *Memento. homo.* O si videres angustum terminum sepulturæ. quem cum particulari nota vocat Euangelista loculum, vtilis discursus. hom. 31. num. 68.

XXVI. *Memento homo quia puluis es.* Incipiendo tempus pœnitentiæ & bonorum operum, quia hæc debeut fundari in humilitate, sine quâ, vt ait S. Gregorius, torum quod ædificabitur corruet; Ecclesia vult illud fundamentum in anima nostrâ iacere, ad quod proponit nobis nostrum nomen. quod est homo. & consequenter omnis vanitas secundum hoc Dauidis: *Vniuersa vanitas omnis homo viuens* h. 31. n. 22. 23. & super hæc dicit nobis clarius id quod sumus & erimus, quod est puluis. Vnde patet quam aliena debeat esse ab homine superbia. hom. 15. num. 31. 32.

PRIMO. DIE IOVIS QVADRAGESIME VLTRA HOMILIAM Secundam.

I. *Cùm introsset Iesus Capharnaum accessit ad eum Centurio.* Mat. 8. Christus ostendit se verum solem, proceditque vt talis in cursu suo, eò clariores lucis radios emittens, quo procedit: descendens de monte incipit curare infirmos: Inde pergens curabat leprosum, inde processit Capharnaum, vbi fecit magnum illud miraculum in seruo Centurionis hom. 31. nu. 4. 5.

II. *Accessit ad eum Centurio.* Prophetia Abacuc impletur quod splendore Christi tenebrarentut cœli, qui erant sapiente legis, & illuminaretur terra gentilium, vt hic Centurio. hom. 7. num. 2. 3. 18. Sicque impletur etiam stupendum mirabile, & mutatio miraculosa quam refert Spiritus S. accidisse malo Prophetæ Balaam, qui cum eousque rexisset asinam, hæc iam regebat eum, docebatque & ostendebat ei Angelum, quem habens ante se nec cognoscebat nec videbat, asina eum videbat, cognoscebatque ibid num. 16. Christus fuit vt Elias: contemptus à populo suo, & bene tractatus à coruis, Symbolo gentilium vt S. Augustinus. hom. 9. n. 8

III. *Accessit ad eum Centurio.* Licet tam multæ sint occasiones statui militum & capitaneorum, hic Centurio fuit Sanctus. Ne coniicias culpam in statum, tu coniugate, tu miles: est tua non illius. hom. 24. num. 19. 20.

IV. *Cum introisset Capharnaum accessit ad eum Centurio.* Cum de via veniat non permittes ei parum quiescere? Centurio nouit conditionem Dei; non esse horam incommodam aditu ad petendum ab eo: non est vt tu; à quo vt ipse Deus aliquid petat, debet expectare horam. h. 36. n. 49. & sequentibus, tractatque te vt venatores onagræ h. 9. n. 10. vsque 14. Sciebat Christo non esse molestum adeuntem ad petendum, imò velle dare bonum responsum, nec est Deo maior quies, quam te ad eum adire ad petendum. h. 9. n. 27. vsque 38. Ideo, vt considerat S. Chrysostomus, posuit in templo locum requietionis suæ, vbi semper peterent. h 10. n. 10. Et conqueritur; nostro loquendi modo, quando nullus eum adit ad petendum. h. 3. num. 5. & 6. Idque est quod dixit Propheta Isaias: *Aporiatus est quia non est qui occurrat* hom. 25. num. 24. homilia. 28. homilia. 37. num. 17.

V. *Accessit ad eum Centurio.* Integrè adit, intellectu & corde, vnde ore pleno dicitur quod *accessit*; non vt tu, qui diminutè accedis; quia non corde, vt illi Ezechielis. ho 29. nu. 23. 24. Scias, vt tibi bene succedat sicut Centurioni, debes Christum adire intellectu, cognoscens quis sit, & celsitudinem mysteriorum; & voluntate eius inflammatus affectu, in itando Seraphinos, quos vidit Isaias, qui duabus alias volantes appropinquabant throno Dei. Et Baptistam Ioannem, qui fuit fax lucens altâ cognitione Christi, & ardens feruentissimo amoris eius igne. ibid. num. 23. Accedebat cum viuâ fide, ideoque dicitur ore pleno quod accessit ad Christum deregebat aquas Siloe quas non reperetunt incredeli. hom. 30. num. 52. 53. 54.

VI. *Accessit ad eum Centurio.* S. Euangelista Lucas dicit eum non accessisse sed misisse ex Senioribus Iudæorum; tamen S. Matthæus dicit eum accessisse nam idiomate Dei, quod facis per tertiam personam dicens ipse fecisse, nec quisquam potest id insimulare falsi. h. 15. n. 30

VII. *Accessit ad eum Centurio.* Prudenter accedebat volens habere remedium, præcipuè adeundo Christum hom. 32. num. 7. & seqq.

VIII. *Cum introisset Capharnaum accessit ad eum Centurio.* Hoc prætendebat Deus, mittens infirmitatem ad domum eius, vt hac enim extrahert, & ad se trahert, vt faciunt venatores onagræ. h. 9. n 10.

IX. *Domine puer meus iacet in domo Paralyticus.* Est bonus Dominus, bene curans salutem famuli sui, est enim Domini curare vt famuli bene valeant non tantum corpore sed etiam anima Ideoque punit Deus Dominos & Patres quando filij subditique ceciderunt in peccata. hom. 33. num 23. 24. illisque attribuuntur defectus subditorum & filiorum. ho. 23. nu. 4. vsque 9.

X. *Domine puer meus, &c.* Iste famulus debebat esse bonus, qui fideliter seruiebat magistro suo in bonis rebus, ideoque adiit Christum, vt pro illo peteret salutem. Nimius defectus est talium famulorum; nam ordinariè dant dominis suis occasiones ad mala ho. 35. nu. 25. vsque 28. quia iste erat bonus famulus obtinuit gratiam Domini sui, quem obligabat ad petendam sanitatem à Christo pro eo. Qui sunt boni, intenduntque gloriam Dei, & huius zelum habent. obtinent à Deo, vt eos respiciat, & gratiam habeant Dominorum suorum, vt patet in Daniele qui quia fernens amore Dei & zelo Domini, maximè ex omnibus qui erant in palatio Regi satisfecit. ib. n. 27.

XI. *Domine puer meus iacet* Hic est bonus Dominus, qui non tantùm non est occasio mali famulo suo, sed etiam tractat de remedio mali eius, hocque est damnum multorum principum & dominorum, qui non tantum non procurant vt famuli sint boni, sed etiam faciunt malos: sicque vidit eos Ezechiel intrare infernum cinctos talibus famulis hom 35 n.22 23. 24.

XII. *Domine puer meus iacet.* Bonus Dominus compatiens famulo suo, videns eum ægrotum. Vnum hoc maxime irritabat Deum contra populum suum, Dominos esse crudeles famulis & seruis suis, ideoque puniit eos eiiciens seruos in Babyloniam. ho. 10. num. 51. 52.

XIII. *Puer meus iacet in domo Paralytieus.* Non est domus in mundo sine heu, mundus enim est Ægyptus, & in omnibus domibus eius est aliquid deflendum. hom. 24. n. 25. Vt non est homo in mundo qui non sit morti subiectus, hoc potest esse, sic est impossibile inuenire in eo hominem sine tristitia, dolore, vel labore. Mirabilis discursus S. Chrysostomi. ibid. n. 25. Licet autem hic Centurio esset Sanctus, tamen non etiam desunt labores in domibus Sanctorum. ibid. n. 21.

XIV. *Puer iacet Paralyticus.* Huic inueni iniecit Deus Paralysin vt compedes. Sæpè bene conueniunt talibus morbi, quibus Deus eos detinet in lecto, & retinet à peccato; Sanctosque humiliat. hom 24 num. 27. vsque 32. Iuuentus est periculosa, ventosior quàm venti. hom. 31. n. 28. estque necessarium pondus infirmitatum retinentium, secundum quod dixit Iob: *qui fecit ventis pondus* hom. 24. num. 27. vsque 32.

XV. *Iacet in domo Paralyticus & male torquetur.* Sunt ægroti adeo dejecti, vt non videatur eis inesse vis ad se leuandum ideoque necessarij sunt illis mediatores qui petant pro illis, vt pro isto rogabat Centurio, & Seniores, vt S. Lucas dixit. hom. 24. num. 17. 18.

XVI. *Ego veniam & curabo eum.* Deus est adeò paratus ad tibi benefaciendum, vt tantum expectet petitionem tuam; secundum quòd dixit Isaias: *ad vocem clamoris tui statim vt audierit respondebit tibi.* hom. 8. n. 2. 3. 4. Est paratus vt tibi fauorem exhibeat, si verè petis, & cum resolutâ voluntate. hom. 10. numero 37. 38. Et vide quàm facile sit obtinere dona & fauores à Deo, solum enim petendo & volendo, possumus ea habere. Quo non obstante magis sumus depositi ad procuranda bona terrena, quæ cum sint viliora in se, sunt difficilia ab obtinendum; vt excellenti ponderatione declarabat S. Augustinus. hom. 25. n. 74. 75. & n. 79 vsque 82.

XVII. *Ego veniam & curabo eum.* Respondit breuiter & placidè; plus concedens quàm petebatur & Chananæa, quæ etiam erat gentilis, petenti, respondit aspere, derisitque illam; est diuinus medicus, qui diuersimodè succurrit ægrotis, secundum cuiusque illorum qualitatem. homilia. 9. num. 37. 38. 45. & ho. 24. n 54 55.

XVIII. *Ego veniam & curabo.* Centurio obtinuit tam bonam expeditionem ad suam supplicationem, quia eius oratio erat bene facta, in quâ ostendit se valde illuminatum in ista materia, quia non petiit rem determinatam in materia salutis temporalis, tantum enim proposuit necessitatem domus suæ, familique, relinquens Christo facere quod conueniebat. h. 32. n. 31. vsque 36.

XIX. *Ego veniam & curabo eum.* Non est mukum Deum tam cito accurrisse ad voluntatem Centurionis, cum hic valde sollicitè accurrisset ad Deum & ad eius seruitium ædificasset Synagogam; iam enim dixerat Dauid, Deum facere voluntatem eorum qui faciebant suam. Quomodo vis Deum facere quod tu desideras, si tu non tantum non facias quod ipse vult, sed etiam semper facias contra voluntatem eius hom. 24. num. 39. 40. A teipso & voluntate tua capit mensuram eius quod velles obtinere ab eo, vt enim dederis ei dabit tibi. hom. 25. num. 56. vsque 60. Idò Deus dicit se speculum, quia talis erit erga te qualis tu fueris erga eum h 37. n. 15. 16.

XX. *Domine non sum dignus* Hic vides cur Deus afflixerit eo morbo famulum, & quare fauerit ei tam placido responso dicens: *Ego veniam* vt detegeretur magna eius fides, humilitasque vt enim flores horti eius edant suauem odorē quem in ludunt, concutit eos aquilone aduersitatis, & austro prosperitatis. hom 9. numero. 37. 38. Bonus & Sanctus est hic Centurio, si affligat eum serui infirmitas, fide viua ad Deum accurrit pro remedio, Si pacifico responso eum Deus consolatur, humiliat se, confitens hoc esse gratuitum Dei donum, & quod ipse meritus non sit: Bono etenim omnia in bonum cedunt, aduersitas æquè ac prosperitas

peritas. homil.32 numer.40. vsque 45.

XXI. *Domine non sum dignus.* Vide viuam eius fidem quâ confitetur Christum esse verum Deum vocando eum Dominum absolutè, confitens eius vniuersale Dominium in omnia, eumque dare morbos & auferre. hom.9. n.23. vsque 25. Scias afflictionem & virgam quam Deus immittit esse ministrum eius, debeasque ad Deum recurrere pro eius remedio, eumque solum posse dare, quia totum pendet à voluntate eius. ibid.num.24.

XXII. *Domine non sum dignus.* Bonum initium ad obtinendum à Deo quod desideras, supponendo indignitatem tuam, & defectum meritorum, nec faciendas ibi est oratio cum Pelygio hom.9.num.17.

XXIII *Tantum dic verbo.* Fatetur, et hoc etiam verum esse Deum et in ore gerat solo sui verbi imperio, cognoscen. quod deinde dixit S.Paulus: *Fortans omnia verbo virtutis suæ* hom.10.num.47.& hom.31. num.72.73.

XXIV. *Tantum dic verbo.* Bene petit, confitens opus sanitatis non esse attribuendum meritis manuum suarum; his enim spectatis cognoscit se indignum; sed viraris & misericordiæ Dei: non eleuat arcum ponens in eo manum suam vt Saul, sed Dei vt Dauid. hom.19.num.45.46.47.

XXV. *Nam & ego homo sum sub potestate constitutus.* Declarat humilitatem suo modo, confitens quod se cognoscit hominem, licet Capitaneus sit, & superior multorum militum; nec est res quæ plus importet vt te humilies, quàm ista cognitio; quia non est vitium quod minus conueniat homini quàm superbia quæ est vt alæ campanæ. homilia 15. numero 31.32.

XXVI *Homo sum sub potestate constitutus habens sub me milites.* Recognosce ordinem Superiorum & inferiorum, estque his obediendum, quando illi imperant; hic enim ordo est à Deo dispositus in mundo ad bonum nostrum. hom.14 n.3. vsque 7.

XXVII. *Homo sum sub potestate constitutus.* Optimè procedit iste Capitaneus, conseruans in ordine suo, cognoscens se inferiorem Superioribus suis, & Superiorem inferioribus, nolens se extollere vel ascendere à statu quem habet. Si illud faceres, esses bene dispositus essetque mundus, quando contentus esses, statu quem habes. homil. 27. numero 62. vsque 65.

XXVIII. *Non inueni tantam fidem in Israel.* Hanc fidem quærebat Christus viuam & operantem. Vnde nascitur secura spes; quia verò parua in te reperitur & cum ea non adis Deum, non concedit tibi quod petit vt desideras. hom.27. num.37.38.39. Remedium vniuersale omnium necessitatum nostrarum est misericordia Dei, hancque tunc obtinebis pro omnibus necessitatibus quas patieris, quando secura fiducia sperabis in illa. ibid.num.37.

XXIX. *Non inueni tantam fidem in Israel.* Nemo plus honorat Sanctos suos quàm ipse Deus, nec magis publicat virtutes eorum. Ideò dicitur Terebinthus quia rami quibus tegit suos sunt honoris & vtilitatis. hom.27.num.12.13.14.

XXX. *Sequentibus se dixit non inueni tantam fidem in Israel.* Fide gentilis confundit incredulitatem Iudæorum, vt canibus crudelitatem diuitis auari.hom.7. num.15. & seqq. & hom.16.num.30.31.

XXXI. *Multi venient ab Oriente, &c. Filij regni eiicientur foras.* Iudæi errarunt vocando se filios regni Dei, quòd erat Ecclesia. Eiecit eos foras ob incredulitatem eorum & ingratitudinem, & per gratiam suam admisit Gentiles. Cane tibi si admissus ad hoc regnum, sis vt illi adeo ingrati: eri iet enim te vt illos. hom.17.num.48. vsque 53.

XXXII. *Multi venient ab Oriente, &c. & Filij regni eiicientur foras.* Sors mutabitur; præcidentur naturales rami oliuæ, & inserentur oleastri fietque mutatio de qua Isaias. hom.7. nu.15.16.18. Istisque verbis voluit Dominus Iudæos pungere vt se conuerterent. hom.21.num.59.60.

XXXIII. *Filij regni eiicientur foras.* Ipsi eiicientur foras, & videbunt eos, quos contempserunt sedentes cum Abraham, Isaac & Iacob. Ista erit magna illa pœna quâ in inferno mali torquebuntur, bonos sedentes videre ad mensam gloriæ. hom.6.numer.53. hæcque fuit pœna diuitis Epulonis. hom.16.num.46. & 48.

XXXIV. *Ibi erit fletus & stridor dentium.* Ibi erunt veræ lachrymæ, quia & pœnæ, quæ tantum auditæ terrent. hom.6. num.59. vsque 64. Bene existens in inferno hunc vocabat locum tormentorum, quorum sola consideratio operatur patientiam in Sanctis, vt dicebat Angelus S. Ioanni. hom.16. num 40. vsque 49.

XXXV. *Et dixit Centurioni vade sicut credidisti fiat tibi.* Vide regulam mirabilium & miraculorum Domini, fidem viuam; secundum hanc, fuerunt miracula magna, quando illa erat magna, nulla quando illa erat nulla, ideoque facit in te tam pauca. hom.27. num.37.38.36.

PRIMO DIE VENERIS QVADRAGESIMÆ VLTRA HOMIL. III.

I. *Audistis quia dictum est antiquis diliges amicum tuum, &c.* Matth.5. Hodie habemus Euangelium continens præceptum amoris inimicorum,

micorum, adeò oblitum vt sit necessarium facere vt Sacerdos Elchias, qui inuenit librum legis ita conspersum puluere, vt fuerit necessarium excutere, & de nouo intimare populo legem diuinam. homil.22. num.1.

II. *Audistis quia dictum est Antiquis.* Qui fuerint isti antiqui auctores traditionum reprobatarum, & quomodo eas Iudæi seruabant, infringentes legem Dei, & quomodo Christus venerit ad eas eradicandas. hom.23.num.44.45.

III. *Ego autem dico vobis: diligite inimicos.* Christus venit ad dandam legem suam ita efficacem vt consumat & deglutiat omnes traditiones, & alias mundi leges contrarias, vt Virga Moysi facta serpens deuorabat & consumebat virgas sapientum Ægypti. hom.23.num.65. & hom.31.num.55.

IV. *Ego autem dico vobis.* Christus dat nobis hoc præceptum, quo declarat nos debere superare antiquos Scribas & Pharisæos, estque iustum, cum plures receperimus fauores. hom.17.num.37.

V. *Ego autem dico vobis.* Loquitur Christianis quibus proponitur lex Euangelica, cuius doctrina est à mundi lege separata, & huic contraria sed illis necessaria, sicque edocta particulari cum solicitudine. ho. 29 num.6.7.

VI. *Ego autem dico vobis.* Sufficit Christiano scire, quis sit præcipiens inimicum diligere; nam præcepta Dei non sunt examinanda sed simpliciter credendum quòd dicitur, & faciendum quod præcipitur, hinc que nosces an sis ex ouibus eius. hom.37. nu.28. & sequentibus. Valde dolendum cum non sit Dominus dignior cui obediatur sine replica, quam Deus; non sit cui minus obediatur, de quo sæpius conqueritur. hom.17.num.25.

VII. *Ego autem dico vobis.* Mirabile est videre quam male correspondeamus Deo; & ad id quod dæmon à nobis petit accurramus sine replicâ, cum ea quæ nobis præcipit sint valde difficilia, & talia autem habemus quæ Deus nobis iubet cum sint facilia. ho. 25.num.63.64.

VIII. *Ego autem dico vobis*: hoc loquendi modo fecit Christus istud præceptum facilius, dicens, ego præcipio vobis, qui estis homines, & proceditis in vestris actionibus cum deliberatione; quo non potit vt non habeas & sentias repugnantiam & difficultatem in rebus quas præcipit, sed vt operando id est deliberate procedendo impleas præceptum eius. ho.4. num.9.10.11. & hom.42.num.86.

IX. *Diligite inimicos vestros & benefacite &c. & orate*; Tria petit pro inimico; vt eum ex corde diligas, *diligite* vt ore roges pro eo *Orate* & manibus ei benefacias. *Benefacite*; ex eo quod dicis ore, & manibus facis, scies an eum ames corde. Nota est enim regula S. Gregorij. *Amor operatur magna si est, si autem operari renuit amor non est.* Vide hoc in Christo qui vt daret tibi exemplum fecit Iudæ stupenda. hom.45.num.29. vsque 32.

X. *Diligite inimicos vestros vt sitis filij.* Secundum mensuram qua tu ages cum Deo in eo quod tibi præcipit, aget tecum, fauores impertiendo, vtque dimittis inimico, dimittet tibi Deus, debesque computare amorem & opera inimico exhibita Deo esse facta, & propter Deum, & ad eam mensuram soluet tibi. ho. 25.num.50.51. & 56.57.

XI. *Vt sitis filij patris vestri.* Vide quam sincere velit te hoc præceptum seruare, cum pro præmio assignet maiorem rem, maioris æstimationis & magnitudinis quam Deus tota omnipotentia sua dare posset, quod est te facere filium suum. Magnum præmium debet multo constare, facitque amplecti omnes difficultates, etiam bouem volare. hom.12. num.7. vsque 13. Fides magni præmij oblati à Deo quam habebant Patres antiqui, obligabat eos ad opera heroica aggredienda, quæ refert S. Paulus. ibid. num.8. & fortificabat sanctos ad tam viriliter patiendum mortificationes, labores, persecutiones, & martyria quæ patiebantur. ibid. num 8. & hom.15. num.14.15. Ioseph transibat cum magnâ facilitate & voluptate per omnes labores, qui fuerunt multi grauesque, sola recordatione regiæ sedis ei à Deo in somnis ostensæ, in quâ sessurus erat vt Rex: quanto faciliores reddet labores, quos patimur pro illâ vera Dei gloria. ibid. nu.14. Moyses lumine fidei detegebat præmium gloriæ quod debebat habere pro laboribus quos erat passurus, & ne illud perderet, negabat se esse filium filiæ Pharaonis, Regnum quod inde expectabat, auctoritatem, honorem, & delicias palatij Regis, maluitque pati cum Hebræis. ibid num.16

XII. *Vt sitis filij patris vestri.* Deus non vult te perdere honorem tuum, nec id fit gratiosè iniuriam remittendo. Christus est Therebinthus, qui fauet omnibus ad se refugientibus honore, & vtilitate. ho.27. num.14.

XIII. *Qui solem suum oriri facit super bonos & malos.* Præponit bonos malis, quia si sol lucet malis, fit ob bonos. hom.27.num.19. vsque 22.

XIV. *Estote ergo perfecti sicut pater vester qui in cælis est*, ob singularem rationem dicitur de patre: *qui est in cælis*: quam declarat S. Bernardus. hom.32.numer.78.

XV. *Estote ergo perfecti.* Ista est excellentia Christi qui singulariter dedit legem vt faceret homines perfectos & sanctos. Non inuenies legislatorem qui rempublicam ad hoc instituerit præterquam Christus. hom.34.num.34. & seqq.

XVI. *Estote perfecti sicut pater vester.* Si æstimari te

vis

vis filium Dei debes te ideo talem æstimari velle quia facis quod ipse fecit, & in hoc cognoscens esse filius Dei vel diaboli. hom. 54. num. 47. 48.

XVII. *Attendite ne iustitiam vestram faciatis.* Eleemosynam vocat iustitiam, eo declarans quam vtilis sit. hom. 10. num. 13.

XVIII. *Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus.* Vide notata die Mercurij præterito, quomodo debeat fieri Eleemosyna, Ieiunium, & opera bona, scilicet ob solum Deum qui habet oculos fixos in cor nostrum.

PRIMO DIE SABBATI QVADRAGESIMÆ VLTRA HOMIL. IV.

I. *Cum sero factum esset erat nauis in medio mari.* Discipuli erant valde contenti eo die quo Christus operabat r miraculum panum dans edere populo per eorum manus cui adeo satisfactum erat vt voluerit Christum facere Regem, & statim cum sero factum esset, inueniunt se in mari magnæ subiectos pœnæ, iactatos ventis, & fluctibus. Hoc est ordinarium mundi, vbi non est firma satisfactio, sed hanc subsequitur pœna. hom. 11. num. 29. 30.

II. *Erat nauis in medio mari.* Sancti Marcus & Matthæus dicunt eos non expetisse se mari voluntarie, sed coactos, vel obligatos præcepto Christi; Matthæus dicit *compulit eos*, & Marcus ait *coegit eos*. Vnde succesisset illis aliter quam Ionæ, qui se commisit mari, suam sequens voluntatem, contra Dei præceptum, qui eos dixit in mare, & eos cum deglutirent, ne tu te voluntarie exponas mari occasionum vbi furget tempestas contra Spiritum tuum, nam si facis ita cades in profundum culpæ, & eius pœnæ deglutieris, vnde se astrictus obligatum ad fugiendum pericula, teque his non exponendum. hom. 5. num. 11. vsque 16. Est ad hoc propositum mirabilis doctrina S. Augustini. hom. 36. num. 16. vsque 24. Et hanc confirmant ab Iacobi & Martiniani. ibid. num. 26. 27. Si Deus te mari exponat, & tempestas exurgat, ipse liberabit te. hom. 5. num. 11. vsque 16.

III. *Et erant laborantes in remigando.* Christus ipse exposuit eos tam arcto labori, quia erant discipuli eius dilecti, hos enim exponit anxiis sollicitudinibus & tempestatibus ad eorum bonum. Sic egit cum maioribus Sanctis: vnde ad magnam excellentiam Patriarchæ Iacob dicitur Deus ei eximium hoc præstitisse beneficium: *Certamen forte dedit illi, vt vinceret.* hom. 32. num. 21. vsque 30.

IV. *Erant laborantes.* Eleuabat se in Apostolorum corde motus superbiæ & æstimationis propriæ: quapaulo ante viderant se honoratos miraculo panum; tam quia hos per eorum manus Christus distribuit quam quia videbant se honoratos à populo; ad eos ergo in humilitate detinendos, & ne euanescerent, exponit eos tempestati tam periculosæ. hom. 24. nu. 27. vsque 29.

V. *Erant laborantes in remigando.* Quid aliud expectandum exponentibus se mari quam tempestates, quæ obligarent eos ad remigandum? Hoc enim expectandum intranti mare huius mundi, vbi non sunt nisi contrarij venti qui ferunt nauem huc & illuc, esque ordo Dei vt talis sit mundus, ne sedeat vel radices agat in corde nostro, cum non sit nisi mare amaritudinum & tempestatum. hom. 24. num. 25. 26.

VI. *Erat ventus contrarius eis.* Erat nauis amicorum, ideoque immisit eis ventos contrarios, nec habet at ventum secundum. Infelix nauis cui permittit Deus pernauigare hoc mare cum vento secundo iuxta desideria sua obtinendo quantum prætendit, & fruendo quantum desiderat; sic enim agit Deus cum inimicis suis. homilia 35. numero 28. vsque 36. Deus ex ità dedit Pharaoni locum ad persequendum populum suum, & aquas intrandum, timenti ne euaderent manus suas. Et in ipsis aquis quas intrauit, sequens vestigia inimicitiæ & rancoris sui contra Hebræos, inuenit mortis suæ supplicium. Et vbi aperuit viam ad satiandum suum persequendi desiderium & populum Dei destruendum, inueniebat rigorosam maiestatis diuinæ punitionem. ibid. num. 32.

VII. *Erant laborantes in remigando.* Ne dimittas remum quando vrget tempestas, quod est animarum debilium & parum fidelium Deo. hom. 30. num. 6. 7. 8. Sanctorum fidelitas se ostendit in eo, quod ob nullum laborem desistunt ab incepto, sed prosequuntur in obedientiâ Dei, & obseruantiâ sanctæ legis eius. ibid. num. 8.

VIII. *Vidit illos laborantes.* Dominus respicit existentes in vigente afflictione; est enim proprium Deo ex proposito conicere oculos in illos, vt dicebat Dauid. *Prospexit de excelso sancto suo. Dominus de cœlo in terram aspexit vt audiret gemitus compeditorum*, &c. Oculi Dei differunt ab hominum oculis: hi enim tantum eos conspiciunt vbi est quies & lucrum; Deus autem vbi est labor, & opus fauore. homil. 10. numero 31. estque particularis discursus. hom. 30. numer. 15. 16. 17.

IX. *Venit ad illos.* Erat certum, quod videns afflictionem, accurreret cum remedio, cum posset dare; videns enim sui fratris necessitatem, & potens ei succurrere, nec faciens, habet cor peruersum, sine charitate, vt dicebat & probabat Euangelista S. Ioannes homil. 16. numer. 11. vsque 16. Videns eum in labore accurit eo: hoc sufficeret vt centum mil-

liaribus fugias ab eis : prout enim homines accurrunt vbi sunt diuitiæ, quieſque, ſic fugiunt à paupere, & in afflictione poſito, qui poſſint ab eis petere. Ita dicit Iob ſibi accidiſſe cum amicis ſuis. homil. 36. numer. 35.36.37.

X. *Venit ad illos.* Erat certum, quod cum intraſſent mare, ſeque lugerent in tempeſtate ad Chriſtum ſequendum, & voluntatem eius faciendam, non permitteret eos perire: Bene monet nos Spiritus Sanctus vt ſentiamus de Deo ad minus ſicut de homine bono, qui ſi te exponat labori, non permittet te perire, ſi poteſt tibi fauere, diſcurſus vtilis ſpei noſtræ. hom. 27. num. 8. vſque 14.

XI. *Venit ad illos ambulans ſupra mare.* Poſiti in medio maris, concuſſi vehementi tempeſtate, videbantur ſibi eſſe totaliter ſine remedio & vbi non vident apertam portam, occurrit Deus miraculoſe. *Ambulans ſupra mare.* Licet inops omnino remediorum terræ, ne diffidas, Deus prouidebit tibi modo quem minus es imaginaturus. Ne diffidas pauper Domicella, inueniens te in tempeſtate, & ſolam, tantum videns aquas; ſuper has enim veniet Dominus, vel per viam quam minus es imaginata. homil. 5. numer. 31. 32. Arma te fiducià in Deum ad dæmonem vincendum, qui prætendit te vincere affligendo te neceſſitate, ad huius enim remedium accurret maieſtas diuina. Mandabat Moyſi eleuare virgam ad intuitum totius populi, quando petebat eſcam in deſerto, vt illam videns excitaretur in eo fiducia quam debebat habere in eius prouidentiâ: quod erat refricare illi memoriam fauorum ſemper ei exhibitorum vt ſic confideret, quod obtineret alios, qui neceſſitati eius mederentur. Patuitque quando magis vrgebantur fame Iſraelitæ nam Deus eis prouidebat de manna ib. d. nu. 31. 32.

XII. *Exiſtimantes phantaſma eſſe conturbati ſunt.* Mira res quod poſt laborem tempeſtatis quæ eos affligit, quando poterant expectare remedium, accurrit eis cum alio labore grauiore, repræſentando ſe taliter, vt plus eum modum timerent quam tempeſtatis laborem, hoc modo tractat Deus amicos ſuos maiores, immittens eis labores ſupra labores, vt taliter det eis ſpem, vt dixit Iſaias. homil 32. numer. 47. vſque 51.

XIII. *Conturbati ſunt & exclamauerunt &c. quia Phantaſma eſt.* Hoc erat eorum remedium: tamen conturbati ſunt credentes eſſe perditionem ſuam, ſæpe tibi hoc accidit vt in labore vel morbo in tui remedium te turbes ac ſi eſſet phantaſma. Hoc eſt Deum in abſcondito venire. hom 38. num. 53.

XIV. *Conturbati ſunt & exclamauerunt.* Eſt ordinarium etiam ſanctis turbari, quando vident ſe cinctos vrgentibus afflictionibus, ſic vt non tam bene confidant in Deo & tam viuè ac iuſtum eſſet. hom. 27. nu. 40. vſque 45 & h. 32. n. 53.

XV. *Dixit eis confidite : ego ſum nolite timere.* Bona ratio ſecuræ confidentiæ, videte quod ego ſum, neque habeatis vobiſcum. Securam poteſt habere fiduciam qui ſecum habet Deum, vt poteſt eſſe ſine illa, & timere quod contra ſe prævalebit aliqua afflictio, qui eſt ſine Deo, hoc proſequimur longis diſcurſibus. hom. 13. num. 5. vſque 25.

XVI. *Confidite ego ſum.* Cognoſcite me eſſe, & ſcitote me non deeſſe in vos curando, cum vos non deeſtis in me ſequendo, & faciendo quod vobis iubeo. Hoc debes credere de Deo, qui ſe habet vt ignominioſè tractatum, quando ſerui eius non fidunt illi, id enim non eſt eum habere talem qualis eſt. hom. 27. num. 9. 10. 11. Nec patitur ſeruos ſuos fidere in alio quàm ſe, qui non tantum dat illis præmium beatitudinis, & bonorum ſuæ gratiæ, ſed etiam ſuccurritveis cum neceſſariis ad conſeruandam vitam, ſignificatis medio palmo addito ſex aliis menſuræ templi ibid numero 9.

XVII. *Confidit ego ſum.* Eſt proprium Dei nomen, *qui eſt*, fidite in me, cuius eſſe tam ſubſiſtens eſt, vt includat in ſe verum eſſe, ne confidatis in hominibus, qui tantum habent eſſe pictum, & in apparentiâ, hom. 10. num. 40.

XVII. *Imperauit ventis.* Licet Chriſtus oſtendiſſet potentiam ſuam miraculo panum, paulo ante facto tamen id facit eleuans oculos ſuos in cælum, gratias agens Patri, cui fatebatur ſe inferiorem ſecundum humanam naturam; ſed in hoc miraculo voluit clarius oſtendere diuinum eſſe ſuum, faciens illud cum imperio, vt Dominus ventorum & maris, proprio modo quo Deus operabatur; ſicque magis nouerunt eum Apoſtoli, & plus mirati ſunt videntes hoc miraculum, quam videntes præcedens quod intimarunt Euangeliſtæ dicentes *mirati ſunt dicentes quis eſt hic quia venti & mare obediunt ei.* homilia 2. numero 39. vſque 50. & homilia 10. numero 43. & homilia 31. numero 72. 73. & homilia 32. numer. 71.

XIX. *Imperauit ventis.* Erat magnum opus refrænare beſtias adeo indomitas vt mare ventique ſunt, ſed maius fuit modus quo fecit; ſcilicet imperando, eſtque quod plum miramur in operibus Dei homilia 30. numero 4.5. Sponſa magnificat opera ſponſi, dicendo, manus eius eſſe plenas hyacinthis, qui ſunt coſoris cæleſtis, quia de magnis rebus dicimus eſſe res cœli ibid. numer. 5. etiam dicit eſſe tornatiles, ad declarandum facilitatem quâ operatur totum quod vult, quia omnia exeunt de manibus Dei ſecundum menſuram intentionis eius, ideoque dicit manus eius aureas : caput ibid. num. 5.

XX. *Quis*

XX. *Quis est hic quia venti & mare obediunt ei?* Omnia obediunt Deo sine replicâ, tantum cor hominis contradicit ei ideoque Ieremias dicebat esse fortissimum creaturarum. homilia. 3. numero. 22. vsque 27. Ideoque solum est quod fatigat Deum operantem in illo. homilia. 25. numero. 28. 29. & 30 Estque maximum opus Dei efficaciter operari in corde. homilia 25 numero. 45 Ideoque vocar se Deus magnum Dominum. homilia. 29. numero. 15. 19 & hom. 41. n. 11. 14. 15. 16.

DOMINICA PRIMA QVADRAGESIMÆ VLTRA HOMIL. V.

I. *DVctus est Iesus in desertum à Spiritu.* Matt. 4. Hac historiâ videtur declaratum ænigma Salomonis, quod apparebat difficile, de, via, colubri super petram, qui repens non reliquit signum vel scissuram, cum infernalis serpens arrepens Christo, tentatione suâ primâ, secundâ, tertiâ, nil effecerit quam pectus suum terere. h. 26. n. 2. 3.

II *Ductus est Iesus, vt tentaretur*, Non exposuit se tentationi, imo fugiebat eam quando aliqua se offerebat, docens te ne vadas vbi tentaberis: vincens enim, sed tantum quando Deus te ducit, tunc enim dabit tibi adiutorium ad vincendum pro eius gloria & vtilitate tuâ. homilia. 4. numero. 29. vsque 36. & numero. 46. Id prosequitur S. Augustinus mirabili doctrina, & probatur exemplis Sanctorum, singulariter Christi, qui siquidem se tentationi exposuerit ductus à Spiritu tamen se subtraxit quando Iudæi volebant eum occidere. h. 36. n. 16. vsque 17.

III. *Vt tentaretur à diabolo* Pater voluit Christum tentari & experiri tentationes in se, pœnasque & infirmitates nostras, vt inde fieret misericors erga nos, secundum S. Paulum. hom. 15. nn. 13.

IV. *Cum ieiunasset quadraginta diebus.* Cum deberet pugnare contra dæmonem elegit arma ieiunij quod est contrarium carni, non propter se, eius enim caro erat sancta, sine inordinato motu, sed ad nos docendum, præcipua arma quibus nos fortitudine debemus contra peccatum & diabolum, esse ieiunium mortificans nostram carnem, principium damnorum nostrorum. homilia. 1. numero. 3. 4. 5. vsque 13.

V. *Cum ieiunasset* Fortificat etiam se ieiunio, quia ad potenter Satanæ resistendum est necessarius fauor gratiæ diuinæ, quæ nos fortificat, & vires Satanæ refrœnat. homilia. numero. 7. 8. Ad illum fauorem obtinendum, gratiam de cœlo, ieiunium est necessarium h. 1. n. 15. 16. 27.

VI. *Esuriit.* Et licet fameret ideo non reliquit ieiunium, ne cogites quod ieiunans non senties famem & debilitatem, opera enim mortificationis tibi causabunt pœnam, nec fuit persona cui maiorem causarunt quam Christo, quia eius corpus sic organizauit Spiritus Sanctus, vt esset aptum ad patiendum & sentiendum pœnam in operibus pœnitentiæ & mortificationis. homilia. 25. numero. 20 & seqq.

VII. *Postea esuriit.* Non accepit nostram naturam, vt aliqui crediderunt, liberam à pœnalitatibus, sed cum illis, quibus ostendit se accepisse veram naturam humanam homilia. 32. numero. 67. & homilia. 36. numero. 2. & sequentibus. Illas etiam accipiebat, vt exiens in campum cum illis contra diabolum, esset victoria Dei glorioſior & maior vtilitas nostra. homilia. 36. numero. 5. & sequentibus. etiam adeo sanctificauit famem, sitim, & mortificationis opera, vt sancti ea habeant pro gloria, quæruntque illa ibid. n. 9.

VIII. *Postea esuriit.* Verum quidem est Christum aliquando fuisse in conuiuiis, sed Vigilantius hæreticus non attendebat. vt ait Hieronymus, quod si vnâ vice comedebat multis vicibus aliis ieiunabat, incipiebatq; ieiunio quadraginta dierum. Erat enim vniuersalis Magister qui dedebat docere edentes & ieiunantes h. 38 n. 12 & sequentibus.

IX. *Accedens tentator.* Euangelista dat Dæmoni malum nomen, quod Deus vult nos scire, vt eius officium sciamus. Dæmonis enim est nos tentare in nostrum damnum & perditionem, ideo declarabat nobis S. Ioannes nomen eius quod est *exterminans*. hom 19. numero. 11. 29 Licet autem verum sit Deum nos tentare, tamen ad nostram id fit vtilitatem h. 27. nu. 32. 33 34 40 41. 42.

X. *Accedens tentator.* Videtur alienum a bonitate & misericordia Dei erga nos, quando Angelos damnauit ob superbiam, & manserunt Dæmones non mississe omnes ad infernum, sed earum innumerabiles reliquisse in mundo qui nos tentent & persequantur. non videtur illa prouidentia pij Patris erga filios suos, nec pastoris erga oues suas: est difficultas quam prosequitur mirabili doctrina. S. Chrysostomus. h. 19. n. 2. vsque. 11.

XI. *Accedens tentator.* Christum tentat & Sanctos, non ad eorum damnum, sed gloriam Dei, & vtilitatem eorum, quos Deus spectat vt spectaculum placeas ei, pro vt patuit in Iob. homilia. 4. num. 29. vsque 33. Huius autem consideratio reddit sanctos ita animosos vt prouocent totum infernum ibid. n. 34. vsque 39.

XII *Si filius Dei es die vt lapides isti* &c. Prima dæmonis tentatio ordinatie est diffidentiæ, persuadendo,

suadendo, si seruias Deo, quod dolebis te sine pane, cum solis lapidibus, quodque Deus non habeat curam sibi seruientium, ordinaria Sataniæ ratio. hom. 27. numer. 2. Habetque Deus vt magnam iniuriam credi de se quod Dæmon dicit ibid. numer. 8. vsque 23. Fuitque magnæ admirationis punitio Ananiæ & Saphyræ etiam Moysi & Aaron. ibid. numero 10.

XIII. *Dic vt lapides isti panes fiant.* Dæmon non fert ei panem ad edendum, tantum inuitat ad panem quem Christus poterat facere, sic vt si habeat vim eum faciendi, edat, si non, careat illo. Dæmon tantum inuitate te ad id quod propriis viribus potes obtinere, & lucrari proprio labore. homila 18. numero 48.

XIV. *Non in solo pane viuit homo sed in omni verbo* &c. Responsio directe oppositæ diffidentiæ: Deus non permittit sibi seruientes fame mori, sed habet potentiam eos sustentandi sine pane eò quod vult, etiam ipsa fame idque ait S. Bernardus Dauidem dixisse: *Oculi Domini super metuentes eum. Vt eruat à morte animas eorum; & alat eos in fame id est per famem.* homil. 27. numer. 9. Hæc est potentia manus Dei, vt det quietem in ipsis laboribus, & in fame satietatem, & sustentaculum. homil. 30. numer. 40. 41. 42. Idque est centuplum quod promittit etiam in hac vita sibi seruientibus. ibidem numero 48. 49. 50.

XV. *Non in solo pane* &c. *verbo* &c. Dominus citabat hæc verba, quæ ipse dixerat per Moysen, ponens certum fundamentum, quod Deus non permittit sibi seruientes mori fame, quodque iustum sit bene sentire de Deo, saltem vt de honesto viro, qui nollet dicere famulo suo: seruias mihi & quæras nutrientem te. homil. 27. numer. 8. vsque 11. Non est vt Diabolis, mundus, & caro qui permittunt perite seruientes eis. ibid. num. 12. vsque 15. habetque pro iniuria sibi facta sentiri de se contrarium ibid. nu. 16. 17. 18. Fiditque bonus de Deo, quod cum pro eo mundum fecerit, sustentetque, non deerit ei ibid. num. 19. vsque 24.

XVI. *Tunc assumpsit eum diabolus in Sanctam ciuitatem.* S. Gregorius ait videtur horrorem piis auribus causare quando audiunt dæmonem assumpsisse Christum manibus suis, & portasse, eumque permisisse à dæmone se ferri quo vellet, sed ne cogites sanctos timere quod dæmon tanget corpora sua, cum hæc aliquando intrant, vt patuit in singularibus exemplis, hoc enim non adimit eis punctum sanctitatis, imo hanc auget aliquando, huius sunt diuinæ historiæ. homil. 19. numer 20. vsque. 25. Deus te custodiat, ne mauum animæ tuæ inficiat, portetque quo vult, nec eam intret, quod damnum timent sancti; quando enim illam dæmon intrat, post eum mors & integer infernus ingreditur. homil. 19. numero 13. vsque 26. Sine comparatione manet Dæmon animam possidere quam corpus, & multo maiorem vim ad hoc infert ibid. num. 25.

XVII. *Assumpsit eum Diabolus in sanctam ciuitatem, & statuit supra pinnaculum templi.* Etiam tulit eum Dæmon ad templum, quia in hoc possunt committi magnæ offensæ quasque Deus magis sentit, sic multos eò fert cum intentionibus lasciuis & malis, grauissimum peccatum in Dei iniuriam. h. 28. num. 14. vsque 18.

XVIII. *Mitte te deorsum.* Dæmon non præcipitabat eum; non enim habet vim ad nos deiiciendos in peccatum. Primo, quia potentia eius est valde limitata, nec potest attingere seram portæ sine particulari licentia & permissione Dei. homilia 19 numero 6. vsque 11. Tantum potest deglutire fœtuum carnis hanc torquendo, vt dicebat Iobo Deus, & tantum potest auferre sanitatem, diuitias, & dignitates, non autem bona animæ; nec Deus tradidit ei nisi corpus Iob vt illud affligeret, sicque permittit ei potestatem in multos ibid. numer. 6. Secundo quia vestrum cor & voluntas tantæ est libertatis, vt nullus possit ei vim inferre, hacque non illata, potest solus Deus eam efficaciter mouere ad id quod vult, ideoque vocatur magnus Dominus. homilia 23. numero 66. vsque 70. & homilia 28 numero 15. 16. Ideoque custodi cor tuum & voluntatem homilia 23. numer. 71. 72. Sic vt Dæmon tantum possit dicere: præcipita te: non autem vim inferre nisi velis. homilia 37. numer. 70. Vnde in peccatis tuis conice præcipuè culpam in te. hom. 29. num. 45.

XIX. *Mitte te deorsum.* Vide qualia miracula Dæmon petat saltus, & mirabilia in aëre, sine aliqua vtilitate. Talia satisfaciunt Sataniæ & aliis eius mundanis; vnde petierunt ea à Christo: sed talia non satisfaciunt Deo, nec Christus talia erat operaturus secundum scripturas sed vtilia tantum. homil. 8. num. 41. vsque 47.

XX. *Mitte te Deorsum.* Attende quam difficilia Dæmon petat fac vt lapides isti panes fiant, & dejice te ex turri deorsum, est que talis cæcitas tua, vt ea libentur facias, cum autem ea quæ Deus petit sint facilia, suauia tibique vtilia, non vis ea facere. homil. 25. numero 63. 64. Cum magna cura & diligentia facis, quæ petit Dæmon & mundus à te, cum sint in damnum tuum: facisque magnas difficultates in iis quæ Deus petit à te, differisque executionem, cum sint ad tuam vtilitatem. Alta consideratio S. Chrysostomi. ibid. num. 64.

XXI. *Mitte te deorsum quia Angelis suis* &c. Ista est ordinaria ratio quâ Diabolus persuadet multi-

tii

tis vt se dijciant, repræsentando eis, quod Angeli Dei accurrerint, id est, misericordiæ eius, multis qui se dejecerunt vt Dauidi & Magdalenæ: magnæ est stultitia facere legem operum gratiæ quibus Deus erga aliquos vsus est. homilia 21. numero 31. vsque 33. Ista opera non relinquunt vestigium vt nec Israe, litæ in mari ibid. numero 33. 34. 35. Ad hoc propositum S. Bernardus diuinè declarabat verba Dauidis *non congregabo conuenticula eorum &c.* homil 44. n 46.

XXII. *Non tentabis Dominum Deum tuum.* Mirabilis lectio: non tentabis Deum; id est, ne quæras miraculum vbi non est necessarium, nec exponas te periculo, fidens quod Deus tibi succurret, quando te exposuisti secundum voluntatem tuam: id enim est Deum tentare. homilia 36. vsque 24. Id confirmant duo Anachoritæ sancti. ibid. numero 26. 27. Et Christus, eo quod iam fecit, nolens se dejicere ex pinnaculo, fidendo quod accurrent Angeli ibid. nu 16.

XXIII. *Iterum assumpsit eum Diabolus in montem excelsum.* Adeo quærit nostrum damnum, vt quamuis semel & bis sit repulsus, non cesset nos aggredi & oppugnare; si non potest rationibus quas proponit conatur saltem continua importunitate nos deiicere ideo vocatur Beelzebub, id est, musca, vt tu discas perpetuo stare vigil; non enim quia semel eum vicisti, liberasti, te a laqueis eius, nec per confessionem & pœnitentiam, putes te securum quia victus ab vna parte veniet per aliam. homilia 19 numero 36. vsque 40.

XXIV. *Iterum assumpsit eum diabolus* Hic videns se victum, & vim Christi, in quem nil efficiebat, tamen non cessat, sed redit vnâ & alia vice, fidens, quod si non faciat primâ & secundâ vice, efficiet tertiâ, cum ex toto isto opere tantum habeat pœnam. Quanto plus debet concionator insistere, tuque in particulari, ad corrigendum peccatorem licet obstinatissimum in peccatis suis particulariter cum licet nil efficias, semper lucreris præmium ac si quid effecisses. h. 21. n. 33 vsque 37.

XXV. *Ostendit ei omnia regna mundi & gloriam eorum.* S. Lucas dicit ostendisse totum illud in momento; & in hoc quod monstrantur omnes illæ celsitudines & gloriæ mundi, patet, quam paruæ essentiæ sint cum in vno momento ostendantur & transeant. Sicque omnes monarchiæ depinguntur in vno momento. homilia 1. numero 46. 47. 49. Ideoque Angelus ostendens S. Ioanni omnia regna & Reges ait quod *regnauerunt vnâ horâ* homilia 7. numero 48. Diuersa sunt regna Dei vt declarabat propheta Isaias homilia 11. numero. 22. vsque 38. Et si conicetes oculos in illa, contemneres, omnia alia Cum enim Christus tantum in visione dedisset eorum exemplar, videbatur Petro quod non erat ei plus desiderandum. h. 11. n. 39. 40.

XXVI. *Ostendit ei &c. & gloriam eorum.* Ostendebat regna mundi non taliter aut qualiter, sed adiciens eis apparentiam gloriæ, id enim facit Dæmon: cum res mundi sint de se viles repræsentat eas vt glorioſas & pulchras: ideo dixit Deus de ipso, quod sit faber ferrarius qui incendit facitque carbones illustres. homilia. 4. numero 17. Ideo quando Dæmon repræsentat similia regna bonaque, sancti denudant ea isto velo, quo diabolus ea tegit facitque apparere: sic vt considerent res non tantum in exteriori apparentiâ, sed scrutantur intimum earum. h. 23 numero 20. 21.

XXVII. *Hæc omnia tibi dabo* O mendax! bene quidem audis eum promitterè regna ei qui eum adorarit seruieritque, sed inuenies eum hoc facienti tantum dare siliquas porcorum, in ijs eos opprimens summâ miseriâ miseros vt fecit prodigo. homilia 18. numero 47.

XXVIII. *Hæc omnia tibi dabo.* Verbum diabolo proprium de futuro, qui trahit promissis & spe se daturum. Sensuali gustus Anaro diuitias sed ipse numquam dabit rem, quod enim obtines, viribus tuis & sumptibus debes, non ipsi. Non enim permittet tibi fruitionem eiusdem quod tu quæsisti instigatione ipsius vt probant Sancti graui doctrinâ homilia 18. nu. 47. 48.

XXIX. *Hæc omnia tibi dabo.* Quam bene præbentur aures Dæmoni qui orditur dicens: *Tibi dabo*, licet mendaciter & comprehendens quidquid dare potest in regnis terræ, cumque Christus promittat cum veritate æterna cœlorum regna, si ei seruias, des Eleemosynam pauperi, frustum panis esurienti, non vis tamen eum auscultare. homilia 3. numero 57. Vnde habebis coniecturam an sis prædestinatus, vel præscitus, videns ad quem curras ad Dæmonem, qui ostendens tibi bona mundi, dicit: *Tibi dabo*, vel ad Christum, qui tibi dicit idem. homilia 37. numero 30. 31. Debes igitur Christum & diabolum imaginari vt duos Reges quorum quisque ostendit regna sua offerens ea ijs qui seruiunt illis. homilia. 20. n 34.

XXX. *Tunc reliquit eum diabolus.* Pro paruo tempore, sed numquam desiuit excitatus esse ad redeundum videns occasionem, sic redit eam videns tempore passionis Christi, ei durum bellum inferens per Iudæos & gentiles. homilia 39 numero 6. & sequentibus.

XXXI. *Tunc reliquit eum Diabolus.* Peiores fuerunt Christo homines, quam Diabolus: hic enim vt astutus videns se victum, cessauit saltem ad tempus,

eumque Christus nil ei concessisset eorum quæ petebat, videns eius fortitudinem secessit. Scribæ autem & Pharisæi numquam cessarunt ab eo tentando licet eis multa miracula concederet. Illorum enim malitia erat stultitiæ iuncta, & procedebat vlteriùs quam Dæmonis: vnde aliquando plus hominum malitia est metuenda quam ipsius Satanæ, vt dicebat St. Theresia. homilia 5. numero 10. & homilia 8. nu. 19. vsque 28.

XXXII. *Tunc reliquit eum Diabolus.* &c. Diabolus mansit victus vt in principio, sed postea reliquit integrè eum victus, itaque fractus vt iam rideant ipsum sancti & puellæ. Vnde iam non minima macula est quod aliquem vincat. homilia 49. numero 11. Christus reliquit eum vinctum & catenatum tamque parum timendum ac canis vinctus non timetur. ibid. n 14. 15.

PRIMO. DIE LVNÆ QVADRAGESIMÆ VLTRA HOMILIAM Sextam.

I. *Cvm venerit filius hominis in maiestate sua.* Hodie sunt retia mittenda ad vtramque manum dexteram & sinistram, quia Dominus nobis edisserit ineffabilem gloriam, quam daturus est bonis in die iudicij, faciens eos Dominos regni sui; & horribiles pœnas ad quas condemnaturus est malos cum Dæmonibus ignibus æternis. Si quælibet retia sunt potentia ad trahendos multos pisces quanto plures vtraque simul. homilia 11 numero 2.

II. *Cum venerit filius hominis.* Indicat nobis quod veniet vt rigorosus Iudex., horrendam denotat castigationem quâ puniet malos: qui hæc nobis prænuntiat non desiderat nos incautos reperire. homilia 13. numero 2. 3. 4. Patet clarè: quando enim debet peccatores punire non tantum minatur eis vt fugiant seque saluent, sed etiam ostendit eis viam per quam debent se saluare & quando ostendit se vt leo, & altius attollit brachium vt rigorosus Iudex, mutat se in misericordem patrem & desistit à punitione, si peccator desistat à sua malitiâ ibid. n. 4.

III. *Cum venerit.* Non dicit nobis diem, quo veniet, nec assignat tempus vt nos reddat sollicitos & semper vigilantes, sicque diligentes simus, ne nos capiat vt in muscipulâ hom. 36 nu. 42. vsque 49.

IV. *Cum venerit.* Videbatur multis aduentu Christi adeo intentatus tardare, ideoque ridebant Apostolos, quando eum prædicabant, sed S. Petrus respondebat, quod si tardabat, esse in bonum nostrum, dando nobis parum temporis ad nos præmonendum? *Non tardat Dominus sed patienter agit propter nos nolens aliquem perire.* Hæc est magna misericordia, non statim obruere peccatores, sed prænunciare illis & modicum temporis elargiri h. 17. n. 44. & h. 35. n. 36. 37.

V. *Cum venerit in maiestate suâ & omnes Angeli eius cum eo.* Quam maiestuosus erit aduentus ille? Primus, quo venit in mundum ad nos redimendo in carne mortali, pauper, humili, fuit cum tantâ gloria vt eo momento, quo intrauit mundum accurrerint Angeli omnes, fueritque introitus Dei, quid faciet quando veniet in maiestate suâ cum omnibus Angelis suis? homilia 41. n. 10.

VI. *Cum venerit filius hominis in maiestate suâ.* Videtur S. Paulus voluisse correspondere illis verbis quando dicebat. *Cum venerit glorificari in sanctis suis & admirabilis fieri in omnibus qui crediderunt.* Quia veniet operari aliquo modo in sanctis suis quod operabatur in se, quando quadrabat ei nomen à propheta datum *admirabilis.* homilia 12. numero 23.

VII. *Sedebit super sedem maiestatis suæ.* Quando fuit in mundo inuenimus eum in variis dispositionibus conformiter operibus, quæ volebat facere & semper plenum misericordiâ, quali egebamus peccatores, semel sedentem ad os putei expectantem mulierem peccatricem, lassum cum magna humilitate vt accederet sine timore. homilia 25. numero 34. vsque 38. Alijs vicibus ambulantem qui expectat peccatores homilia 37. numero 17. 18 Alijs vicibus hæret dubius qualem repræsentabat Thecuites. ibid. numero 22. 23. Totaque vita se nobis repræsentat Crucifixum apertis brachiis ad nos recipiendos, constitutus (vt dixit Isaias) fideli loco. homilia 42. numero 23. Tunc autem veniet vt rigorosus Iudex ad faciendam iustitiam sine misericordia iis qui hanc non fecerunt, vt dicebat S. Iacobus præcinctum habens pectus, symbolum misericordiæ, quâ nos expectabat & sustentabat in hac vita vt eum vidit S. Ioannes in Apocalypsi h. 16. n. 49.

VIII. *Sedebit super sedem maiestatis suæ.* Est iudici proprium sedere, vt ostendat se procedere non præcipitanter, sed sedatè & cum magna consideratione, quod significat sedes iudicis: Talis veniet Christus sedens licet Iudicium fit in momento futurum vt dicebat S. Paulus: non erit præcipitatum, cum toto tempore quo viuis, processum tibi intentarit. homilia 26. nu. 41.

IX. *Sedebit super sedem maiestatis suæ.* In primo aduentu venit vt pauper & exhibuit se mundo in nostra

stra carnẽ mortali & paupere : in fine autem vitæ suæ intrauit Hierusalem sedens super asinum mansuetum : vt Propheta dixerat : *Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus.* Conueniebatque illum tali modo venire vt ostenderet se oneratum peccatis nostris, ideoque figurabat se ipsum Symbolo Cameli. homil.26. numer. 45. Sed aduentus secundus erit ad ineundum computum, quomodo profeceris illis misericordiis, redibitque ad te onerandum peccatis tuis : si ea i si, licet non propria, fuerint tam grauia causarintque adeo mortalem agoniam & ignominiam, quid erunt in te in quem cadent vt in proprium subiectum ? homil.42 num 103.110.

X. *Congregabuntur ante eum omnes gentes & separabit eos ab inuicem sicut pastor oues ab hœdis.* In mundo sunt multi status, Principes & vasalli, Ecclesiastici & seculares, nobiles & plebei &c. Tunc reducetur totum ad duos, qui erunt oues & hœdi, boni, & mali. Illi erunt regnum Dei in quo regnat pro semper ; hi Satanæ. hom.20.numer.3.4 Tibi curandum ad quod istorum regnorum pertineas, & quæ tibi sors obueniat in illa diuisione, quod causauit sanctis perpetuam sollicitudinem an magnus pastor staturus te inter oues suas vel inter hœdos sis reiiciendus. hom. 37.numer.4 vsque 17.

XI. *Separabit eos ab inuicem.* Deus tunc dabit cuiuis propriam sedem suam. Ob secreta eius iudicia, in mundo cuncta sunt inuersa : simque in locis honoratioribus & principalioribus mali, & per hos sæpe administrat mundum & suam Ecclesiam : vultque illos honorari secundum dignitates suas & sedes : boni autem sunt afflicti, pauperes, etiam in carceribus. Tunc ponet quemque proprio loco suo & patebit quis sit ouis & quis hœdus. hom.14.numero 29 30.

XII. *Statuet oues à dextris & hœdos à sinistris.* Quam graue malis tormentum erit videre bonos honoratos, quos ipsi hic contempserunt seque suprema honoratos ignominiâ : & quod illorum bonitate Deus ignominiosè eorum conuincet malitiam. hom.16.numer.47.48.

XIII. *Congregabuntur ante eum omnes gentes.* Deus ibi detegetproducetque omnium peccata : ertque quasi pinnulus qui halitu suo educet ad lucem serpentes maxime absconditos. Si enim digito scribens in terrâ poterat in templo detegere omnia Scribarum & Pharisæorum peccata, poterit gloria & luce maiestatis suæ illuminare obscurissima tenebratum, vt dixit Apostolus S. Paulus. homil.26. numero 47.48.

XIV. *Tunc dicet Rex.* Cum sit daturus sententiam super omnia mundi peccata, vt supremus Rex, manifestabit ea, exponetque oculis omnium vt dictum est eaque taliter detegetvt pateat propria veraque figura eorum : vnde ibi videbitur quid sit peccatum, quem offendisti, contra quem peccasti, & quam ob causam : ita vt sicut dixit Sanctus Basilius, horribiljor futurus sit peccatori aspectus suorum peccatorum pœnalisque pudor ipso inferno ; ibi apparebit horrenda ceti facies quæ plus terrebit quam dæmones ipsi. homilia 26. numero 47. 58. & homilia 38. numero 54. 55. 56. Quod iam non confundaris & in aspectu peccatorum morum moriaris ratio est, quod ea non bene cognoscas. homilia 26. numero 58. vsque 61. licet peccata non essent Christo propria, sed tantum quia se onerauerat illis quando comparebat ante tribunal æterni Patris in horto, tanta tamen fuit verecundia animæ ipsius, vt tam vehementi torqueretur agonia, quæ exprimeret ei sudorem sanguineum : Quid tu facies, quando videbis te oneratum propriis tuis peccatis ? hom. 42.numer.110.

XV. *Tunc dicet Rex.* Christus mutat nomen suum : vocat enim se initio Euangelij, *filium hominis.* Iam autem vocat se Regem : si quidem ad repræsentandum suas misericordias vt conuincantur mali vocat se filium hominis : quia fecit se fratrem nostrum, amicum, patrem nostrum, & nostram carnem & sanguinem. Inibit tamen nobiscum rationes & iudicabit vt Rex extraneus, rigorosus & iustus tantum attendens quod sit Rex. hom.15.num.42.

XVI. *Tunc dicet Rex.* Ibi ostendet se plenè Regem habentemque Dominium & executionem super omnia, vt supremus eorum Rex ; quando namque primò venit in mundum, erat etiam verè Rex, tamen noluit se ostendere talem saltem in administratione & vsu, tantum ostendit se talem in paucis occasionibus quibus ita conueniebat ob particulares circumstantias. hom.26.num.55.

XVII. *Dicet Rex iis, qui à dextris eius erunt.* Primo conuertet se ad bonos, ad pronuntiandum in fauorem eorum æternaque bona eis adiudicanda, quo monstrat desiderium, quod habet mercedes dandi, quas dat inclinatus bonitate sua & natura, punit autem quasi coactus nostris malitiis, quod Propheta dixit esse opus alienum ab eo, vt est punire peccatores. hom.28.num.46. vsque 52.

XVIII. *Venite benedicti patris mei possidete paratum vobis regnum.* Vide bonorum præmium quod est Regnum Dei, id est totum quantum Deus habet ; vnde faciet eos Dominos omnium bonorum Dei, etiam ipsius Dei, qui dabitur eis totus. Istud vult Christus nos indies petere dicendo: *Adueniat regnum tuum.* Huius fecit nos legitimos prætendentes quan-

lo intrauimus Ecclesiam per baptismum. homil. 11. num. 6. vsque 12. Regnum tam abundans diuitiis & bonis vt declarabat Isaias symbolo conuiuij, alludebatque Christus ei dicens: quod assidebunt mensæ suæ. hom. 11. num. 22. & sequentibus. O si illud regnum vidisses quantò faciliora tibi essent misericordiæ pœnitentiæque opera, quam fuerunt Iosepho seruilia sua. homil. 17. numer. 1. vsque 6. & homil. 12. numero 7. vsque 13.

XIX. *Possidete paratum vobis regnum.* Hoc est tam præclaræ magnitudinis, vt non tantum non possit detegi ab intellectu creato etiam supremorum Seraphinorum; sed nec reuelatum efficaciter desiderari à voluntate creatâ, licet esset eorumdem Seraphinorum nisi Deus det particularem vim & supernaturalem virtutem. homil. 12. numer. 15. 16. Ideoque Apostolus faciens mirabilem gradationem dixit, quod nec oculus vidit &. hom. 12. num. 17.

XX. *Possidete &c. regnum.* Hoc est ipse Deus vnus in essentiâ & trinus in personis qui se communicabit dabitque cuiuis animæ in particulari sic vt quæris earum habitura sit totum, quod est supremæ Theologiæ mysterium. homil. 12. numer. 24. vsque 26. & homil. 41. numer. 63. Dicitque quod tunc dabit vt possideant, non quia sancti beati eo non fruantur in præsenti: sed quia tunc erit in publico iudicio in conspectu totius mundi, & quia tunc per sententiam publicam adiudicabitur eis regnum illud ad magnam eorum gloriam, vt res quam merito lucrati sunt, etiam, quia dabitur possessio tam plenè, vt non tantum maneat in anima sed etiam transeat ad corpus cum supremis effectibus. homilia 11. numero 27. vsque 38. & homilia 12. num. 26. vsque 32.

XXI. *Possidete &c. Regnum ab origine mundi.* Ab hac paratit Deus homini regnum, & siquidem aliquo modo abscondita fuerit notitia eius, Christus venit ad illud prædicandum & detegendum, implens quod dixerat per Dauidem: *Eructabo abscondita à constitutione mundi.* Idemque regnum quod prædicabat iam tradit per sententiam publicam, ostendens se fidelem in promissis suis. homil. 41. numer. 80. vsque 84.

XXII. *Esuriui enim & dedisti mihi manducare.* En declaratum mysterium magnum prædestinationis & reprobationis, quodque debes intelligere circa illud, ne te affligas considerando æternos actus Dei, sed inspice opera tua; causa enim tua non remittetur ad diuinos actus illos, dando eos pro ratione sed opera tua. hom. 37. num. 12. & seq.

XXIII. *Esuriui enim & dedisti mihi manducare.* Quod Christus proferet ad singulorum compurgationem; tantum erunt opera propria; ita rum enim erit virginibus tales dici & sponsum expectare, si tantum velint oleo lucere alieno: nam vt S. Augustinus ait, in Dei iudicio tantum dicetur *Ecce homo & opera eius.* hom. 37 num. 12. vsque 45.

XXIV. *Esuriui &c. manducare.* Christus bene ostendit & implebit quod promisit: quæ dederimus in absconditio, reddet in publico, sicque exponet visui totius mundi quidquid ad seruitium eius fecisti, ad honorem tuum & redditus æternæ gloriæ. homil. 2. num. 52. & hom. 38. num. 113.

XXV. *Esuriui &c.* Non dedisti pauperi, sed mihi: fuit enim in paupere, sic vt dante te pauperi, hic non tam recipiat, quam Christus: diuina inuentio ad te obligandum vt sis Eleemosynarius. homilia 16. numero 12. vsque 16. Vnde intelliges quibus fidei oculis debeas pauperem aspicere. homilia 30. numero 24. & sequentibus. Quod Dominus dicebat donum Dei esse tibi pauperem mittere. homilia 25. numero 70. 71. & 72.

XXVI. *Esuriui enim & dedisti mihi.* Non adducit in publicum nec magnificat. quod ipse nobis dedit, cum eius sit totum quod habemus boni, omneque meritum nostrum fundet in donis diuinæ gratiæ. Tantum educit in publicum, quod nos fecimus & quamuis factum sit cum gratia eius, exponit tamen vt opus nostrum, vt det nobis quasi ex iustitiâ, quod omnino penderet ex eius gratiâ, quo probatur esse perfectè liberalis. homilia 25. numero 45 vsque 50. Vnde intelliges rationem cur petat à te, vt des ei quamdiu viuis, tantum enim est vt tibi conformiter ei tribuat quod decisti illi. ibid. numero 43. 50. vsque 60.

XXVII. *Tunc dicent iusti, quando te vidimus &c. & dicet: quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis.* Bene dicit Apostolus illum fore diem reuelationis quo ille se deteget qui iam est tectus in paupere, si modo eum tantum vides oculi fidei, tunc deteget se dicendo: *mihi feciſtis.* homilia 27. numero 46. & homilia 30. numero 24. & sequentibus numero 47. & 63. Hæcque est causa cur maiores sancti & magni Principes seruierint pauperibus propriis manibus idque singulariter fecerunt etiam Apostoli quod est notabile. homilia 27. numero 68. vsque 71. Hincque nascebatur admiratio Sancti Gregorij Nysseni homilia de *pauperum amore* quomodo non inquiramus pauperes. Etiam Sanctus Chrysostomus notauit Gentiles risisse Christianos deque illis dixisse, non esse possibile quod credebant illud quod se credere dicebant, quia videtur impossibile istam doctrinam credere & tam negligentes esse in succurrendo pauperibus. homilia 34. numero 43. vsque 46.

XXVIII.

XXVIII. *Quod vni ex minimis meis feciſtis.* Iam probat quod Dominus dixerat Samaritanæ, Deum ei magnopere fauere ad quem mittebat pauperem, cum ipſe eſſet in eo magis ad dandum illi, quam recipiendum. homilia 25. numero 68. vſque 73.

XXIX. *Quamdiu feciſtis vni ex minimis meis mihi feciſtis.* Deus eſt fidelis mittit ad te pauperem cum ſcedulâ ſignata manu ſua ſe in computum ſuum recipere quod ei dederis. Vides hic accurrentem cum ſolutione oſtendendo ſe recipere eſſeque principalem debitorem quique debet tibi correſpondere, non pauper *mihi feciſtis.* homilia 1. numero 39. 40. vtque at Chryſoſtomus dat cautionem eius quod dabas pauperi ſicque accurrit cum ſolutione ad quam nil poteſt pauper. hom. 27. numer. 67.

XXX. *Tunc dicet his qui à ſiniſtris eius erunt. Diſcedite maledicti.* Prima præcipua & maxima pœna quam dabit per ſententiam malis, eſt ſeparatio à Deo & priuatione, quam Theologi vocant damni, eſſque certum quod eſt ſupremum damnum, eſſe ſine Deo; quia cum in eo ſint omnia bona, cum abeſt, omnia illa deſunt, intrantque omnia mala. homilia 13. numero 5. vſque 25.

XXXI. *Diſcedite maledicti.* Cum ratione reiicit à ſe illos iam, quando vellent eſſe circa illum, cum quando ipſe volebat eſſe circa illos reiecerint illum à ſe illi dicendo ex Iob. *Recede à nobis*: nunquam enim ab illis Deus recederet ſi illi non rejecerint Deum à ſe ignominioſe: per hoc meius damnum ſibi inferentes quàm poſſent omnes creaturæ etiam ipſe Deus. homilia 13 numer. 24. vſque 31.

XXXII. *Diſcedite in ignem æternum.* O quam horrendus ignis ad quem fortiſſimus hic, eſt quaſi pictus illeque nomine includuntur omnes pœnæ quas Deus habet paratas ad terquendum inimicos ſuos homilia 16 numero 40. 41. 44. 45. Ideo vocatur infernus locus tormentorum quia in eo multa ſunt, quæ inferuntur damnatis, ſed ſingulariter vocatur ita: quia in eo habent Deum ſibi inimicum. ibid. numero 41. Dicitur ſeptimus locus in generibus patiendi in inferno, habere Deum in eo vt inimicum, quia numerus ſeptem ſignificat vniuerſitatem & habere Deum inimicum, eſt pati omne genus tormentorum vniuerſaliter. ibid. numero 41. Erant in eo ſubmerſi in omnem partem verſi, ſine aliquo ſubleuamine homilia 11. numer. 32. Figuratur eum Iſaias in valle Topher. homilia 16. numer. 43.

XXXIII. *Diſcedite in ignem æternum.* Dominime mittiſne omnes ad ignem, non faciens diſtinctionem nobilium & ruſticorum, pontificum & monachorum? hic attendunt Iudices reorum qualitates & ſecundum illas diſponunt pœnas: ibi autem tractabitur quiuis ſecundum qualitatem operum ſuorum eritque vt dixit Propheta, *ſicut populus ita & Sacerdos.* homilia 28. numero 52. & ſequentibus. Eritque ille ignis talis qualitatis quod quemuis torquebit ſecundum magnitudinem culparum. Ideoque vocat eum S. Ioannes *ſtagnum ignis ardentis.* homilia 11. numer. 31. 32.

XXXIV. *Qui paratus eſt diabolo & Angelis eius.* Deus non fecit infernum pro hominibus, ſed pro dæmonibus vtque dicebat Sanctus Paulus: *Non poſuit nos Deus in iram, ſed in acquiſitionem ſalutis.* Homines ipſi quæſierunt eum, & conquiſierunt ſibi brachiorum vi per ſua peccata. homilia 13. numero 31. vſque 34. Deus dedit diabolum homini inimicum & homo ipſe voluit ſe diabolo tradere in ſubditum vt fecit prodigus. homilia 18. numero 41. Et aliquando ſe tradit; ita vt ipſe dæmon non eum abigat à ſe, licet baculis. ibid. numero 45. 46. Filij Iſraël in Ægypto occupati operibus ſordidi luti ſic erant eis traditi, vt nec cogitationem haberent exeundi de Ægypto & relinquendi tam durum & impium Dominum, vt erat Pharao; Sunt Sancto Auguſtino & Sancto Bernardo figura inhoneſtorum qui traditi diabolo inhoneſtatis vitio, dat eis officium laborandi circa opera ſordidi & fœtentis luti carnalium operum nec cogitantes de exeundo inde & deſerendaſer. iure Pharaonis infernalis. ibid. numero 45. Cumque Deus creaſſet hominem ad regnandum in eo & dandum ei regnum ſuum, ille ipſe tradit ſe Sathanæ vt regno eius, dans ei libertatem introitum per peccatum: cumque dæmon ſecum ferat ignem inferni, quo Deus eum punit, iuſtum eſt eandem punitionem extendi ad hominem. homilia 19. numero 13. vſque 20.

XXXV. *Eſurui enim & non dediſti mihi manducare.* Non dicit quia me ſpoliaſtis, occidiſtis, vel malum feciſtis, tantum dicit: opia bona non feciſtis. Intelligat dives non ſufficere alienum non rapere, ſed obligatum ſe eſſe ad Eleemoſynam faciendam de proprio, quocque tantum obeius oppoſitionem damnabitur. hom. 16. numer. 27. vſque 15.

XXXVI. *Eſurivi & non dediſtis mihi.* Deus non eſt in culpa damnationis tuæ, ipſe non fecit infernum pro te: ex eius viſceribus tantum naſcitur miſericordia; tu incendisti iram crudelitatibus tuis. homilia 28. numero 46 vſque 52. Hæreque debet eſſe ſollicitudo ad conſiderandum ſi ſis præſcitus non ſcrutando actus diuini intellectus, ſed operum tuorum, certus quod ſi tu notis damnationem tuam voluntariè peccando, non damnabit te. homilia 37. numero 12. vſque 17.

XXXVII. *Ibunt hi in ſupplicium æternum, iuſti autem in vitam æternam.* Chriſtus eleuabit noſtros

ad vitam æternam id est, Deus regnabit cum illis sic vt idem Apostolus dicebat *vt sit eis omnia in omnibus*, Implens quod idem Apostolus dixit *Tradat regnum Deo Patri*. homilia 41. numer. 63. 64. Et quia habebant Deum in se, qui est vita per essentiam fruentur æternâ vitâ implebiturque quod dicebat Isaias *præcipitabit mortem* &c homil. 11. num. 38. & mali ibunt ad infernum quem vocat supplicium, quia proprium eius nomen est *Locus tormentorum*. homil. 16. nu. 40. Eritque æternus, vbi mors perpetuo occidet non occidens. homil. 11. numer. 38.

PRIMO DIE MARTIS QVADRAGESIMÆ VLTRA HOMILIAM SEPTIMAM.

I. *Cvm intrasset Iesus Ierusolymam, commota est vniuersa ciuitas.* Matth. 21. Hoc Euangelium agit de introitu triumphali quem Dominus fecit in Ierusalem Dominicâ palmarum, de commotione quæ fuit in omni genere hominum & de eo quod Dominus fecit in templo, ad quod statim accurrit procedens contra eos qui illud prophanabant. De introitu isto quam fuerit gloriosus vt depingit Dauid, agitur. hom. 41. num. 9. 10. Et quomodo triumphabat Christus de suis inimicis implens prophetiam Iacob. & quod experiebatur sponsa aliaque pertinentia ad illum prosequimur homilia 41. à numer. 11 vsque 23. Et quod dicebat Iob. *Ad silicem extendit manum suam subuertit à radicibus montes*. ibid. numero 31.

II. *Commota est vniuersa ciuitas dicens: quis est hic?* Vocat ciuitatem huius Gubernatores, Principes, sacerdotes &c. Qui exesi inuidiâ dicebant. *Quis est hic?* verba contemptus quibus grauabant Dominum vt primò cum grauarant Nazareni qui licet opera eius prodigiosa viderent, tamen etiam videbant pauperem & videbatur eis filius pauperis fabri. Nec apparebat mundo credibile pauperculum posse tot excellentiis diuinis præcellere, vnde has videntes dicebant. *Quis est hic?* hom. 21. num. 21. vsque 25. S. Ioannes rectè vocauit diuitias substantiam vel fundamentum mundi, quia videtur mundano nullum accidens posse excellentiam habere sine illo fundamento. hom. 16. num. 25. 26. & hom. 39. num. 14. Non obstante quod Ægyptii deti-nuerint Israelitas inermes, vt hic nos Mauros imo magis tamen verificatur quod exierint de Ægypto armati, quia cum diuitiis Ægyptiorum exierunt quas ab his mutuo petierant de mandato Dei: arma enim potentiora & in quibus fundatur potentia & Dominium mundi sunt diuitiæ: excellens declaratio S. Hieronymi ibid. numer. 26.

III. *Quis est hic?* Sunt verba contemptus. Regnabat in illis superbia & inuidia vnde non poterant ferre quod Christus eos superaret, populusque plus ei honoris exhiberet quam illis, vitium eis valde commune vt eis Christus declarauit. homil. 21. numer. 50. vsque 53. Quando Iosue petebat à Moyse vt prohiberet Eldad & Medad prophetisare vocabat eum Spiritus Sanctus puerum, quia ex vitio pueris proprio scilicet inuidia, ægre ferebat illos vel alios se superare ita non poterant illi ferre quæ Christus faciebat ex inuidia ideoque contemnunt eum. ibid numer. 51.

IV. *Commota est vniuersa ciuitas.* Quando Deus intrat animam mouet totam mutatque ex omni parte. hom. 38. num. 111. Idque tibi necessarium est vt totaliter moueris & in alium muteris. hom. 15. num. 44. & hom. 30. num. 58.

V. *Populus autem dicebat hic est Iesus.* Deus conuincit incredulitatem illorum plebis linguâ, vt asinæ Balaam, vtque Ieroboam lapide. homil 16. num. 30. 31.

VI. *Populus autem &c. Iesus.* Valde dolendum plebeios magis illuminatos esse in Dei cognitione, quam sacerdotes, qui erant oculi mundi & quam principes qui erant populo excellentiores. Sæpe plus nouerunt de Deo quam principales & ordinaria gens quam libros & altaria frequentantes: Deus confundit eos vt per Naaman gentilem, quia plus sciebat de Deo Israelis quam Hierosolymitani. homilia 21. numero 58.

VII. *Et intrauit Iesus in templum.* Ad hunc introitum in templum, & quod Christus fecit contra negotiantes qui illud prophanauerunt, potest seruire quod tale prosequimur. homil. 28. Notato quod illa historia est S. Ioannis, contigitque anno primo prædicationis Christi. hæc est S. Matthæi, acciditque vltimo anno Dominica Palmarum, cum Dominus iam morti suæ esset vicinus nam eo finiebat & computum absoluebat cum illis incredulis, sic vt inciperet cum verberibus & cum his finiret: quia erant auari & inuidi quæ vitia sunt desperatorum. hom. 28. num. 36. vsque 42. & hom. 39. num. 13. vsque 18.

VIII. *Et intrauit in templum.* Possent adferri multi discursus circa hunc introitum de reuerentiâ quæ templis debetur, quomodo sint loca & domus Dei, vbi habitat, de respectu qui eis debetur, quam grauiter Deus offendatur peccatis quæ ibi committuntur, quam graue peccatum sit auaritiæ malitia, quæ in illis regnabat: quomodo Dominus eos flagellabat incensus Zælo honoris Patris sui, & quam parum intellexerint flagella, late prosequimur. hom. 28. numer. 14. vsque 63.

IX. *Intrauit in templum* &c. S. Hieronymus credit

dit in ista occasione Dominum ostendisse se adeo cœlestem, vt exierint à facie eius radij lucis tam diuini, vt cum ipsi essent ipsa auaritia, licet tangeret eos in eo quod maxime sentiebant, scilicet pecuniâ, tamen non fuerunt ausi Domino se opponere quamuis viderent eum pauperem. h. 12. num. 4.

X. *Mensas nummulariorum & cathedras vendentium euertit.* Est necessarium deiicere peccatum sed non sufficit, nisi etiam renuntietur rebus illi seruientibus & occasionem dantibus. homil. 10. numer. 45. 46. hom. 30. numer. 21. 29. & hom. 41. num. 64. Oportet fugere occasiones peccati ad confirmationem eius quod exierit de peccato, quamdiu enim illæ durant, regnabit peccatum. S. Ambrosius excusat Dauidem in aliquo propter occasionem quam habuit ad illud. hom. 36. numer. 24. Moyses noluit Ægypto exire nisi Israelitæ extraherent inde sua pecora & bona: quia sibi persuadebat quod illa darent iis occasionem eo redeundi: desere occasiones & vines securus de non redeundo ad Ægyptum peccati. ibid. numer. 25. Ad sacrificandum & seruiendum Deo vt oportet, debet relinqui totum quod inclinat ad peccatum, debentque confessarij de toto præscindere capita filiorum Achab vt Iehu, quæ sunt occasiones, nec fidere promissis pœnitentis in illis ad eum absoluendum. ibid. numero 25. Quantumuis bene valens & fortis, non audebit dormire prope viperam quia rationabiliter debet timere mortem, ita parum fidat quis viribus suis existens in occasione peccati quod est vipera occidens animam optimè valentem, & in virtute proficientem. ibid. num. 27.

XI. *Videntes mirabilia eius indignati sunt.* En quomodo malo omnia cooperentur in malum, etiam illa mirabilia quæ Dominus operabatur in templo ad ipsorum bonum. E ratione iussit Deus prophetæ Isaiæ, vt in maximè prosperis successibus eis condoleret. homilia 32. numer. 41. vsque 45. Nec tantum indignabantur Domino ob id propter quod debebant eum amare, sed ob idem etiam occidebant eum. Rectè Iacob vocauit eos *vasa iniquitatis.* Et Dauid arcum prauum. homilia 39. numer. 8. vsque 13. Ex iis quæ Deus faciebat Pharaoni in beneficium quibus debebat eius cor emolliri & ad Deum reduci, extraxit motiua quo magis induraretur persequendo eius populum, ita sunt illi & rectè vocantur proditoria instrumenta belli, cum ex eodem, quod Deus eis dat vt obliget eos ad sibi seruiendum, opera scilicet quæ fecit Christus ad eis benefaciendum, eliciuerint motiua ad eum persequendum. ibidem, numero 12.

XII. *Videntes mirabilia quæ faciebat indignati sunt.* Recte dixit propheta infirmitatem istorum posse haberi vt desperatam, cum efficaces medicinæ eis conuertantur in venenum. Sicque reliquit eos Osea vt desperatos diciturque quod Deum affligant, qui si non det eis signa indignantur, si det eis, similiter. homil. 8. num. 15. vsque 19. S. Ioannes bene depingit eos vt homines Deum obsidentes ex omni parte. homil. 37. num. 40.

XIII. *Indignati sunt.* Ex hoc probantur peiores Dæmone: hic enim vno signo viso subiecit intellectum vnaque voce audita ex ore eius confessus est eum Dei filium. Illi autem ad maiores clamores sunt surdiores, & ad maiora miracula sunt non tantum cœci sed etiam indignati. homilia 8. numero 19. & sequentibus.

XIV. *Videntes mirabilia indignati sunt.* Probantur præsciti petendo signa à Christo quibus ostendat se Messiam, & petendo vt declaret quis sit: iam enim quando clare illi satisfacit indignantur ei. Ad quid ergo petiistis signa? multi sunt illis similes qui petunt à Confessario vel doctiore, vt dubia sua declaret, & indignantur quando responsum non est secundum eorum appetitum homil. 37. num. 37. 38.

XV. *Indignati sunt videntes pueros clamantes & dicentes Hosanna* &c. Clarissimum miraculum quod fecit Christus ad probationem diuinæ personæ suæ, fuit hæc acclamatio lactentium puerorum. Et illud quod plus in eorum cordibus debebat operari quo illuminarentur, grauioribus repleuit eos tenebris & malitiâ. Fuit hoc magnum miraculum & magna continet mysteria. homilia 41. numero 110. & seqq.

XVI. *Relictis illis abiit foras extra ciuitatem.* Dominus deseruit eos vt desperatos, sicut medicus ægrum qui medicinâ grauius infirmatur, Tales depingit eos Dauid. homil. 8. numer. 1. Iltaque fuit suprema punitio Gentis adeo rebellis, hincque processit eorum perditio, quod Christus eos deseruerit ob eorum rebellionem. Hæsque est maxima punitio vestrorum peccatorum, Deum vos relinquere, vt summa est felicitas eum habere secum. homil. 13. num. 5. vsque 25.

XVII. *Relictis illis* Dominus eos deseruit non ex sua voluntate: ante enim venerat ad eos quando merebantur vt cum exercitu Angelorum veniret eos perditurus Ipsi autem ir recambium tot donorum ab eo receptorum inierunt plenum concilium & mortis reum damnarunt. Tamen venit ad eos mansuetus ad mille beneficia eis conferenda & misericordias vt repræsentat eum Propheta Zacharias: opus dignum magis considerationibus. homilia 41. numero 37. & sequentibus; quibus non obstantibus non tantum eum non recipiunt, sed etiam de nouo, indignantur ei, sic vt impulerint eum vt ipsos de-

sereret. Deus enim numquam deserit peccatorem nisi prius ab eo desertus & coactus ad eum deserendum. homil 13. numer. 25. vsque 31. Deus posuit iridem dedit que hominibus in signum pacti cum eis initi, quod non deleret eos amplius, nec deesset eis, Eo non obstante, quod Deus non possit deesse verbo suo, tamen dat signa firmitatis vt pateat eum numquam deesse ex parte sua quando fœdus iniit, sed homo ex sua parte deest & primus eum expellit. ibidem numero 26.

SECVNDO DIE MERCVRII QVADRAGESIMÆ VLTRA HOMILIAM OCTAVAM.

I. *Tvnc responderunt ei quidam de Scribis, dicentes: Magister volumus* &c. Matth. 12. Historia huius Euangelij videtur declaratum ænigma quod Salomôni videbatur difficile, de via colubri super petram, qui licet sæpius super petram reuoluatur, hæc manet tamen integra & colubet pectore contritus. Tales fuerunt Scribæ & Pharisæi astuti vt colubri, cum repetitis flexibus, quibus super petram Christum repebant. Patetque impletum esse quod Dauid dicebat: *Conculcabis leonem & draconem* Vtâ vice accedebant illi vt dracones astutiâ versipelles, altera vt leones reptæsentantes Principes: tam accedunt vtroque modo vt dracones astutiâ verborum vocando Christum *Magistrum*: vt leones auctoritate, quâ accedunt dicentes: *Volumus: absorpti sunt iuncti petra.* Vt dicebat Dauid. homilia 26. num. 2 3.

II. *Accesserunt Scribæ & Pharisæi dicentes* &c. Et comprehensos in propriis laqueis. hom. 26 nu 47. 48. Et experiuntur quod dicebat Dauid eis, quod si turmatim accederent ad parietem inclinatum, caderet super eos hom 26. num 47.

III. *Magister volumus.* Malum principium petitionis à Deo, quo incipitur cum superbiâ & auctoritate ostendit *volumus* sicut Moyses virgâ ad petram. hom. 9. num 17.18.

IV. *Volumus.* Magna stultitia agentem cum Deo præponere voluntatem suam, volendo eum agere quod tu vis. Ponas primo loco voluntatem Dei, faciens quod ipse vult, tunc que poteris dicere *Volumus* ut Elias: Dauid enim dixit *voluntatem timentium se facies* Vtque tu ages cum Deo, sic ipse tecum aget, vt patuit in Abraham, Dauid & Lot. homil. 25. numer. 50 vsque 62. Deus est speculum, talemque habebit voluntatem suam erga te, qualem tu erga eum, vnde si primo tradas voluntatem tuam ei; ipse postea faciet quod tu voles, ibid. & homilia 37. numer. 15. 16. Isaac orabat pro sterili Rebecca viginti annis petens filios à Deo. Licet enim sciret decretum æternæ prædestinationis manifestatum Abrahæ Patri suo, quod habere filios, tamen orat pro eis, quia Sancti non tam attendunt quid Deus prædestinarit quam quid iusserit eis: sciunt enim quod sicut ipsi agunt cum Deo, Deus aget cum ipsis. hom. 37. numer. 15.

V. *Magister volumus.* Hi parum sciunt de orando & petendo à Deo, nec sciunt quid petendum nec formam, cum non posset ore eorum exire verbum inordinatius illo: *Volumus* vt prosequitur S. Augustinus. homil. 32. numer. 31. vsque 35. Nosque docuit Christus primo verbo, quando dixit vt peteremus, *Fiat voluntas tua.* Deinde duplicando genua cum singuluri mysterio vt notauit S. Hieronymus, & operando: *Non sicut ego volo.* homil. 42. numer. 86. vsque 90.

VI. *Magister volumus.* Isti videntur apes & sunt vespæ & lamiæ, quas dicebat Isaias propheta, accedunt enim cum bonâ apparentiâ & signis subiectionis vocantes Christum Magistrum habentque tantum intentionem perdendi eum hom. 23. num. 9. & hom. 37. numer. 33.

VII. *Volumus à te signum videre.* Rectè Beda: petunt signum ac si nullum vidissent: bene manifestarunt diabolicam malitiam suam: cum enim miracula à Christo facta esset ante oculos eorum tam magna, non videbantur ab eis, nec illorum quinem magnitudo, ideoque contemnebant ea. hom. 29 num. 23. Rectè poterat eis dici quod Moyses Patribus eorum: *Vos vidistis* &c. *& non dedit vobis Dominus cor intelligens* &c. hom. 15. num. 3.

VIII. *Volumus* &c. *videre.* Inordinatissimè procedunt & repugnantia petunt: quia dicendo se velle videre ostendunt se accedere sine fide, estque magna stultitiâ Christum adire sine illâ, petendo miracula ab eo, qui tantum operatur ea iuxta fidei mensuram. hom. 2. num. 27. homil. 27. num. 32. vsque 39. & 40. vsque 49. Christus erat vt fons Siloë, cuius aquas non videbat, nec referebat qui non accedebat cum fide. ho. 30. num 54 55.

IX. *Volumus* &c. *videre.* Rectè ostendunt se cæcos; cum non videant radios tam claræ lucis miraculorum Christi, quæ habebant ante oculos, dixitque Origenes bene eos fuisse illuminatos vt lateres, quibus lux manet in superficie nec penetrat ad intima. homil. 2. num ero 2. 3. Hic impletur illud Abacuc quod diuina lux Christi cælos tenebris inuoluit obscurioribus: hom 7. num. 15.

X. *Volumus à te signum videre.* Stulte in omnibus procedunt, cum accedant male dispositâ voluntate, & certum sit ad Christi miracula videnda & fidem, neces-

necessarium esse voluntatem bene affectam & affectum eius pium vt docent Theologi.hom. 29. nu. 52.& sequentibus.

XI. *Generatio praua & adultera signum quærit.* Licet isti vestiant cum humilitatis chlamyde, tamen detegit eos & aufert cito larvam, cum enim haberent bona verba in ore, tamen habebant cor auersum.homilia.26. nu. 40.

XII. *Generatio praua.* Recte hos dicit generationem inuersam reprobam eum petat videre ad credendum, de eaque è contra fieri. *Si enim non credas non videbis*: circa quod erat blasphemia Hymenæi. homilia 29.numero 59. 60. Ad intelligendum mysteria fidei primo debent ea exerceri, & credi:quia hæc est via ad intelligendum ea.Ideo dixerunt filij Israël quando Deus eis propositit diuinam legem, *Omnia quæ locutus est Dominus faciemus.* homil 29. nu. 59. Non oportet nos ea masticare discursibus nostrorum intellectuum, sed ea bibere & deglutire vt declarabat Propheta Isaias, quando proponebat mysteria Incarnationis Dei. nam secundum lectionem Septuaginta præmisit. *Hoc primum bibe velociter, bibe.* ibid. numero. 59.

XIII. *Generatio praua*:torta & inuersa:quia cum intellectus deberet illuminare voluntatem,hancque ducere, voluntas excæcat intellectum trahitque post se. ho. 29.n.52.& seqq.

XIV. *Generatio praua*:torta & peruersa,quæ cum illuminari debuisset miraculis Christi ad maiora miracula manent cæciores, & quo plura mitacula vident eo minus credunt, & quem deberent ob eadem miracula recipere, reiciunt & persequuntur. Ideoque vocabat eos Iacob *vasa iniquitatis bellantia* & Dauid *arcum pravum.* h. 39.n. 8.vsq; 13. Procedunt quasi obsidentes Deum,cuius non videtur terminus inueniri posse h.37. n.40.41.

XV. *Generatio praua*,& præposttea, non eum conueniunt opera verbis, cum opera quæ faciebant, quando Christus eis miracula dabat, ostendant ea fictè petita. h.40.n.9 Indicium præscitorum qui mendaciis & deceptionibus vtuntur.h.37.n.32.vsque 35.

XVI. *Generatio praua & adultera.* Christus dat eis congruum nomen, vt bene noscens eos, alludens ad id quod olim eis dixit per Ieremiam *pravum est cor hominis*: cum post tot miracula quæ in eorum præsentiâ Dominus fecerat singulariter vltimum recenter factum quo dæmonem sibi subiiciebat qui possederat hominem surdum,cæcum & mutum, ipsi minus subiicerentur,ostendentes duritiem& prauitatem cordis sui.h.n 3.n 25 Ista durities & prauitas erat Christo molesta.h.25. n. 24.vsque 28.Constatq;illi vt Ezechieli multa diligentia,quâ hic ollæ sordidæ impendebat.h 25.n.28.& seqq

XVII. *Signum non dabitur.* Licet Christus sæpe non responderit malitiis istorum,tamen iam respondet aspere,occasione id requirente, implens consilium Sapientis. *Responde stulto iuxta stultitiam suam ne sibi Sapiẽs esse videatur.* h.34.n.36.37.50. Hic patet quod *S.* Ioannes dixit quod tenebræ lucem non comprehenderunt, licet accederent ad eam obscurandum, sed lux super illas reflexit h.30. n. 2. Et Christus ostendit se ignem, cuius lucem non tantum non extinguit stramen, sed etiam consumptum euanescit h.23 n.2 3.

XVIII. *Signum non dabitur ei.* Aliis accedentibus dedit Christus signa his petentibus non vult dare, quia intuebatur corda, nec volebat omnes vnâ medicinâ curare, sciebatque his obfutura, illis profutura; vt eadem de causa vocat vnum qui nec cogitabat de ipso, vt eum sequatur, & alium accedentem & dicentem: *Domine sequar te*: non admisit. homilia 2. numero 23 24. 25. Ideo non dat tibi Deus multa quæ petis, quia scit ea tibi damno futura & maiori tuæ damnationi; Ideoque noluit prædicari Asiæ & Bythiniæ.Et ob eandem causam non dederat miracula Nazarenis Patriotis suis.hom.21.n.9. vsque 13.

XIX. *Signum non dabitur ei*, Non dabat eis signa quæ petebant, quia sciebat quod postea patebat, quod ea, vt conueniebat dantem persequerentur, imo etiam occiderent, cur igitur petebant ea? Sic multis accidit à Confessario vel doctiore petentibus dubia vt respondeant, si dent responsum vt conuenit, & non quod illi volunt secundum placitum suum, persequuntur illos verbis & querelis. Cur ergo petistis? homilia 37. nu 35. vsque 40.

XX. *Signum non dabitur ei.* Isti sunt mala generatio vt maledicta terra arenosa, quæ quantumuis aquæ cadat,non fert fructum & frustra additur aquæ aqua,quia nulla prodest: etiam sunt isti vt argentum reprobatum quod Deus ostendit Ieremiæ. ho.13. n.49.& ho. 37.n. 69.

XXI. *Signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ Prophetæ.* Negans eis miraculum, dat supremum omnium quod fuit eius resurrectio, quam specialiter eis dedit vt irrefragabilem probationem personæ suæ diuinæ. homilia. 28. numero 63. & sequentibus. Figurata in facto Ionæ mirabilibus præclaro prodigiis. homilia. 48.numero 7. vsque 17. Supremum signum inter omnia quæ Dominus est operatus. homilia. 49. numero 6 vsque 11.

XXII. *Viri Niniuitæ surgent.* Deus suam habet causam adeo iustificatam vt eius iudices faciat homines,licet sint adeo barbari & perditi, vt fuerunt Niniuitæ. hom.17 n.56.7.

XXIII. *Viri Niniuitæ* Hos vocat viros quando egerunt pœnitentiam, licet essent etiam mulieres, quia hæ fuerunt viriles, aggressaque sunt pœni-

gentiam virilem, qualis debet esse tua: licet enim minimum quod potest haberi in cibo, sit illum gustare prohibuerunt tamen hoc. *Non gustent quidquam.* Ad argumentum rigorosæ veræque pœnitentiæ. ho. 1. n. 7.

XXIV. *Viri Niniuita surgent &c. & condemnabunt &c.* Magna est Christianis damnatio, verbum Dei in quibusdam perditis & terrenis Gentibus operari, & non illis: & magnus pudor lucem posse terram illuminare, cælis remanentibus obscuris. homilia. 7. numero 15. vsque 19. Rectè conuicta fuit duritiei Ieroboam, & damnarunt eum lapides quod in his operatum sit Dei verbum, non in illo hom. 16. numero 30. 31. Vtque eos condemnarunt Niniuitæ, etiam damnabit te quoque Samaritana. homilia 25. numero. 5.

XXV. *Viri Niniuitæ surgent & Regina Austri surget &c.* Virtute & operibus aliquorum Sanctorum conuincet in iudicio peccatores obstruens eis os, vt dicebat Dauid. & pudore confundens &c. h. 6. n. 35. vsque 38.

XXVI. *Regina Austri surget in iudicio.* Tunc eos damnabit Regina Saba vt olim condemnauit incredulitatem eorundem vidua Sareptæ tempore Eliæ & per Naaman Syrum tempore Elisei h. 21 n. 53. vsque 59.

XXVII. *Cum immundus spiritus exierit ab homine.* Vocat Dæmonem immundum spiritum, vt olim Zacharias ob sordes immundas quibus inuoluitur, & à suis requirit. homilia. 19. numero 38. 39. & particulariter, quia potestatem habet regnatque in sordidis & carnalibus. h. 18. n. 43. 44.

XXVIII. *Fiunt nouissima hominis illius peiora.* Quando aliquis post remissionem redit ad eadem peccata penitus ei accidit vt Ozæ, aliisque, quæ sunt horrenda exempla. h. 10. n. 49. vsque 52.

XXIX. *Fiunt nouissima hominis illius peiora* Perseuerantia & reincidentia in peccata debilitatur liberi arbitrii libertas ne ab illis exeat, quod est pessimum quod potest peccatori accidere. homilia. 13. nu. 50.

XXX. *Ecce mater tua & fratres tui.* Christus non habebat germanos ex Sanctissima matre eius natos vt aliqui hæretici voluerunt, sed vocat fratres consanguine os ex parte matris suæ veræ vel patris putatitij. h. 36. n. 33

XXXI. *Quæ est mater mea & fratres mei.* Non oportet Deo allegare consanguinitatem Sanctorum & Sanctarum sed virtutis tantum. Dives Epulo fuit Consanguineus Ioannis Baptistæ, tamen eum Dæmones abstulerunt. h. 16. n. .

XXXII. *Qui fecerit voluntatem Patris mei, qui in cælis est.* Dicunt ei matrem eius illic esse, non negat sed dicit, se patrem in cælis habere, docens, magnum mysterium duarum nativitatum suarum, quibus habet in terra matrem sine patre, & in cælo patrem sine matre h. 11. n. 18. 19.

SECVNDO DIE IOVIS QVADRAGESIMÆ VLTRA HOMILIAM NONAM.

I. *Egressus Iesus secessit in partes Tyri & Sidonis* Euangelista repræsentat nobis Christum exeuntem indubie ad aliquid magni machinandum; aduentus eius in mundum fuit ad dissoluendum opera damnaque dæmonis, eumque mundo eiiciendum quem sibi subiugauerat, idcoque ordinatiè eius machinationes erant contra dæmonem, hunc eiiciendo corporibus, eò ostendens intentum suum esse eum animabus eiicere. Ideo discurrit, exit, & quidem hodie ad terram gentilium vbi dæmon habebat præcipuam sedem suam. ho. 19. numero. 31. vsque 40.

II. *Egressus Iesus.* Vides hic fluuium Nilum cui supponatur impedimentum in ordinatiò alueo suo Iudaismo, exp[illegible] per arida gentilium non enim stant aquæ, vn[illegible] qui nolint recipere donorum & gratiarum eius, aquas, derivat communicatque illas alijs. h. 25. n 16 vsque 19.

III. *Egressus Iesus,* Exit à Iudæis linquens cæcos eorum sapientissimos, cum quibus cum paulo ante contendisset dicebat: *Sinite illos cæci sunt* &c. Atque ad gentiles illuminandos, implens iudicium, quod dicebat per Isaiam quod faciet iustitiam sapientes excæcans, & cæcos illuminans homilia 30. numero 10. 11.

IV. *Egressus Iesus* Dominus præcl tam dederat doctrinam de illo quod coinquinat hominem, quod est sine manuum lotione edere; quâ & mirabilibus eius tantis illi sapientes inuoluti sunt tenebris quantis dum Euangelista. Exit ab eis, & digreditur ad terram gentilium, vbi mulier ita fuit illuminata, vt penetraret mysteria diuinitatis & humanitatis eius, vt cando eum Dominum, filium Dauid, implens illud Prophetæ Abacuc: *Operuit cælos gloria eius & laudis eius plena est terra.* h. 7. n. 2. 3. 4.

V. *Egressus Iesus secessit* Non ex suâ voluntate, sed quasi coactus hypocrisi & rebellione Pharisæorum, qui ad splendorem eius obscurandum venerunt Ierosolyma, vt conquererentur de discipulis eius, quod non lotis manibus manducarent, quæ rebellio tanta fuit vt coegerint eum ad illos deserendos vt desperatos, vnde dicebat: *Sinite illos* &c. Deus enim non abit à te nisi tu abigas tuis peccatis & rebellionibus h. 13. n. 23. vsque 31.

VI. *Egressus Iesus.* Abeunte Christo rectè potera-

mus

mus de Iudæis dicere quod Ieremias dicebat: *Egressus est à filia Sion omnis decor eius*; cum abeunte Deo omne bonum abeat maneantque apertæ portæ omnibus malis & damnis. homilia 13. numero 5. vsque 24.

VII. *Egressus Iesus secessit in partes Tyri & Sidonis.* En qualiter ita Dominus quærat peccatores, iam in Samaria iam in Phœniciâ, intratque per Tyrum & Sidonem. Secundus Adam quærit cibum suum in sudore vultus sui & fatigatione. homilia 25. numero 19.

VIII. *Et ecce mulier Chananæa.* Res extranea, Euangelistam velle nos oculos conicere in mulierem Gentilem à Chamo descendentem, cuius posteritatem maledixit Noë pater eius. Iustè quidem: quia ista mulier habet excellentissima: primò inuincibilem fortitudinem: mulieri est propria infirmitas & inconstantia, quod etiam nomine suo declarat vt dixit Isidorus, quod *mulier* dicatur *quasi mollis aer.* homilia 38. numero 32. Ista autem est adeo fortis & validâ, vt se non subiiciat, licet non respondeatur ei, licet reiiciatur, licet dicatur canis, aliaque contumeliosa verba ei dicantur sic vt vincat ipsum Deum. Sunt fortes validæque mulieres quarum exempla refert D. Hieronymus. homilia 26. numero 31. 32. Et quando mulier sincerè apprehendit opera virtutis, nullus eam superat vt prosequuntur SS. Basilius & Gregorius Nyssenus. homil. 38. numer. 29. 32. vsque 38. Et si fortitudinis symbolum est columna, mulier ista fuit adeo firma, vt nullus occursus, licet passa sit, fortissimos, eam deiecerit ab incepto bono, processitque vt ouis Dei. hom. 37 num. 73.

IX. *Ecce mulier.* Secundo: multum in ea videndum, quia est sapientissima; mulieri tribuitur ignorantia. Quia parum laborat intellectu sicque disposita est, vt decipiatur, decipia que vt patuit in Eua. homilia 25 numer. 7. vsque 10. Imo & ipse diabolus voluit vt videntes mulierem iudicemus eam stultam. homil. 32. numer. 19. 20. Ecce mulier sapiens in negotiando cum Deo, quæ rectè vocatur Chananæa id est negotiatrix tam sapiens, vt nobis possit esse magistra orationis quâ negotiamur cum Deo, orando cum viuâ fide quâ detegebat aquas fontis Siloë, quas incredulî non vident. homilia 30. numer. 52. vsque 55. Estque notum quod Dominus docebat, sine fide nihil sperandum. hom. 2. num. 27. & hom. 27. num. 32. vsque 39. Etiam orando cum humilitate & perseuerantiâ patetque in ista quod Sancti dicunt, quando mulier se tradit malitiæ, vanitati, lasciuiæ, nihil ea esse peius: etiam quando se consecrat bonitati & sanctitati, nil ea esse melius. hom. 38. num. 21. vsque 38.

X. *Ecce mulier.* Christus singulariter venit ad reparandam honorem mulierum, quæ valde erant infamatæ in omni genere defectuum, facitque hoc, exponens visui vnam, quæ existens de stirpe Chananæa maledicta, excedit multos viros excellentes sciebatque plura quam totus Pharisaismus, & quando illi, qui erant flos scientiæ & bonitatis secundum mundi iudicium, heri erant Christo molesti, hodie ista placet illi. hom. 25. num. 13. 14 15.

XI. *Mulier Chananæa.* Dominus voluit conuincere duritiem Iudæorum, vt probauit in Rege Ieroboam cui dum loqueebatur per suum Prophetam, Rege in contumacia persistente, conuertit se & loquebatur ad petram quæ comminuta est ad Verbum Dei. homil. 16. numer. 30. 31. Magna Iudæorum confusio quod mulier Chananæa tam cito cognoscat Deum, paruis signis visis, sciatque tantum de oratione vno momento ipsis manentibus ita duris tot visis operibus. hom. 7. num. 15. vsque 19.

XII. *Mulier.* Vt olim per viduam Sareptæ pauperem viuentem in terra Gentilium conuincit infidelitatem populi sui, quia mulieris istius fides erat excellens, tantum ad Eliæ aspectum & verbum eius auditum, fueruntque mirabilia opera eius: & etiam per fidem Naaman Gentilis conuincebat incredelitatem populi sui in eo quod fecit Eliseo: ita iam efficacius eos conuincit actibus mulieris istius quæ recognoscit eum, adorat, & inuocat cum extrema fide & perseuerantiâ, cum Iudæi visis innumerabilibus miraculis eum non cognoscant nec recipiant. Ista mulier damnabit eos in iudicio, etiam te, quod nutritus sis inter fideles & tantam habeas doctrinam, fidem tamen ita mortuam, sciasque tam parum de oratione. hom. 21. num. 57. vsque 59.

XIII. *A finibus illis egressa* Iudæi habent eum in domo suâ, hancque eiciunt, ista exit suâ vt eam quærat & inueniat: Dominus voluit eos ad æmulationem prouocare vt dicit Apostolus S. Paulus iis quæ operabatur inter Gentiles, quod eis toties fuerat minatus, cumque id maximè sentirent, non tantum id eis non proderat, sed etiam magis indignabantur. hom 21. num. 59. vsque 62.

XIV. *A finibus illis egressa.* Vt adiret Christum ad petendum ab eo, reliquit idololatriam quâ Deum offenderat exitque de idololatris ad petendum quod volebat. Ista fuit stultitia illorum heri quod non linquentes peccatum quod paulo ante commiserant in Christum sed perseuerantes in eâdem offensâ adeunt eum vt concedat eis quod petunt. hom. 8 num. 9. & sequentibus. prodigia quæ fecit Deus in Ægypto, atque exitus populi, submersio Pharaonis eiusque exercitus in mari, concessio aquarum dulcium euntibus per desertum, mannæ & coturnicum contigerunt tempore triginta dierum post exitum Ægypti & post tot mirabilia, quibus constabat Deum illa esse operatum,

tentarunt enm petendo aquam vt scirent an ipse præcedentia dedisset quam offensam Deus dolenter sensit eamque prosequuntur hesterni qui postquam vidissent tanta Christi opera quæ declarabant eum esse Deum verum, de nouo accedunt ad petendum & tentandum. ibid. num. 9.

XV. *A finibus illis egressa.* Confirmata mulier ad orandum & petendum à Deo, primo exit de peccatis & terminis suis, id est, occasionibus, idque petit à te primo loco. homilia 1. numero 3. 4 & homilia 28. numero 53. 54. Qui eas non fugit, non tantum non est bene dispositus ad Deum adeundum, sed etiam tentat eum vt S. Augustinus declarat. homilia 36. numero 21. vsque 24. Et confirmatur exemplo Sanctonim Anachoritarum. ibid. numero 26 Docebatque Christus recedens à terminis Iudææ. ibid. numer. 36. vsque 19. Non tantum debes exire Sodoma vt Lot, sed etiam terminus eius, vt ei dicebat Angelus. hom. 10. num. 46. vsque 50.

XVI. *A finibus illis egressa.* Ad orandum est bonum de tumultu exire: licet secedenti occurrant cogitationes te distrahentes vt aues quæ inquietabant Abraham. homil. 42. numer. 73. vsque 77. Exeas de negotiis pro tempore vt ores Deum, si non potes omnino: saltem ex parte, sisque, vt pisces alati qui saltus edunt super aquas. hom. 11. numer. 12. 13. Ad orationem & meditationem gloriæ requiritur magnus secessus à rebus mundi. Etiam antiqui Philosophi nouerant necessitatem illius ad considerationem Elementorum & stellarum cæli tantum, & secedebant ob illam, imo Plato secedebat ad hortum Academi ad speculationem Philosophiæ indeque derivatum nomen Academiæ, id est, locus solitarius quia dedicatus est tractandis rebus litterariis. ibid. num. 12.

XVII. *Clamauit dicens ei.* Habens in domo dæmonem qui torquebat filiam eius, currit ad Christum pro remedio & defensione vt enim dixit S. Chrysostomus: vna causarum, ab quas Deus reliquit dæmones in mundo, ea est quâ nos cogat vt recurramus ad eum pro remedio &c. hom. 19 num. 5. vsque 11.

XVIII. *Miserere mei fili Dauid.* Accedit cum viuâ fide & perfectâ confitens eum Deum verum, ideoque ait absolutè Domine: nomen Deo proprium. hom. 2. numer. 31. 32. Etiam confitetur hominem significans impletas esse omnes promissiones factas Dauidi à Deo & populo per Prophetas quod descenderet ex familia Dauid; Secundum hoc bene accedit, quia cum viuâ fide, sine quâ Christus non faciebat miracula, quæque faciebat secundum mensuram fidei faciebat. hom. 27. numer. 32. vsque 39. Ideoque non facit ea in te qui accedis petens cum fide sopitâ. ibid. num. 40. vsque 45.

XIX. *Miserere mei.* Bona petitio quia fundatur non in suis meritis, sed in misericordiâ Dei talisque debet esse tua, vt petens à Domino respicias misericordiam eius non opera tua, si hæc ostendat sæpius plus inueniet quod puniat quam quod remuneret. homil. 32. num. 35.

XX. *Miserere mei, fili Dauid, filia mea male à dæmonio vexatur.* Eu magnam magistram orationis, & pondera in eo quod agit singularem excellentiam, quod misericordiam absolutè petat in ordine ad se sed in ordine ad infirmitatem filiæ suæ nihil determinatum petit, tantum repræsentat infirmitatem, & quod patiur, misericordiam Dei absolutè debes tibi petere, non ab infirmitate liberari & labore quem pateris, sed tantum id repræsentando, vt tibi det quod magis conuenit. homilia 32. numero 22. vsque 26. Fieri potest, infirmitatem & laborem tibi conuenire, essequè ad tuam salutem vt Deus declarabat Sancto Paulo; hicque discipulo suo Timotheo, dicens pro tempore bonam esse leoni febrem. homilia 24. numero 31. 32. idque ita verum est, vt licet aliquando sit damnum corpori à dæmone illud torqueri, tamen multum profit animæ, idque aliqui Sancti petierunt à Deo & obtinuerunt: est mysteriosa doctrina. homilia 19. numero 20. & homilia 20. num. 3. Estque singularis quam refert Sanctus Chrysostomus de Stagyrio monacho. homilia 19. numero 2. 3.

XXI. *Filia mea male à dæmonio vexatur.* Iustè mœsta conqueritur: quia dæmon torquebat filiam eius, non tantum in corpore sed magis in animâ, quam cum dæmon intrat, magnum causat tormentum: quia confert infernum patiturque iam infernum portatilem. homilia 19. numero 13. 14. & homilia 37. numero 53. 54. 57. 58. Secundum flagellum quo Deus puniuit peccatum Pharaonis erat importunæ ranæ, quæ non permittebant eis somnum vel quietem, vel vno instanti, & in quauis parte erant inquieti ob illarum coaxationem, exibantque de fluuio, in quem iusserat proiici pueros Hebræorum: etiam de flumine malæ conscientiæ peccatoris exeunt ranæ importunorum remorsuum, qui quouis loco & tempore torquebunt eum, conferetque infernum qui eum torquebit. homilia 37. numero 54 Quando dæmon tantum corpus torquet non est descendus absolutè malè vexare: imò aliquando bene & ad bonum cruciat. homilia 19. numero 23. vsque 28.

XXII. *Filia &c: vexatur.* Hoc parentes sentire debent & gemere, non infirmitates & mortem quas Deus prolibus immittit corporales, sed spirituales quas dæmon causat. homilia 31. numero 64. vsque 67.

XXIII. *Male à dæmonio vexatur.* Deus permisit & sæpe

& sæpe permittit nobis videre, quomodo dæmon torqueat corpora quæ intrat, vt inde colligamus damna quæ infert animæ in eius potestate existenti vtque iudicemus ex corporali spirituale. homilia 19. numero 10. O quam horrendos operatur effectus. ibid. numero 13. Si Deus aperiret tibi oculos ad cognoscendum quanto terrore percellereris? & si petas quomodo dæmon intret animam ad illos causandum: dico intrare equitem in peccato, quod committis. ibid. num. 15.16.17.

XXIV. *Male à dæmonio vexatur.* Num esset melius dæmonem adire, rogando ne tam crudeliter torqueret? intelligebant doctrinam postea à S. Gregorio datam: voluntatem dæmonis semper esse malam: quia eius est, sed potestas, quam habet est bona quia Dei: vnde ab eo non potest peti, ne nobis noceat quia est obstinatus in malo, nec potest desistere à voluntate nobis malefaciendi, ideoque nobis Deus adeundus qui potestatem eius refrænet. homilia 19. numero 5. vsque 10. Deus tantum dabat dæmoni potestatem in corpus Iobi, sicque dat in multorum corpus, ab ipso autem non est sperandum beneficium, nec alleuamentum malorum, sed Deus adeundus vt eum reuocet, quia ipse totus est ad nos perdendum. hom. 19. num. 6. & 8.

XXV. *Male à dæmonio vexatur.* Hic vides officium dæmonis esse torquere & vexare, nec nouit nec potest aliter facere, vnde Hieronymus vocat eum Quæstionarium Dei: quia vtitur malitiâ & operibus Satanæ, est & Faber Ferrarius igne, fornace & malleo terribilis. homil. 19. numer. 23. vsque 26. Dæmon sunt vt hamus, quo Deus traxit hanc mulierem ad suos pedes subditam: sic consueuit agere. hom. 2. num. 48. 49. 50.

XXVI. *Filia mea male à dæmonio vexatur.* Cum vexata sit eius filia, petit misericordiam pro se, quia sciebat afflictiones sæpe prolibus obuenire ob culpas parentum, quia eas male educant. homilia 23. numero 6. 7. O quam præcisam obligationem habent parentes curandi vt filij eorum sint boni, si non sunt, Deus eos punit in illis & per illos. homilia 35 numero 23.24.

XXVII. *Male à dæmonio vexatur*; Dæmon torquet eos quos inhabitat. Hoc est tuum infortunium, quod dæmone te male tractante & mille tormentis afficiente sequaris eum habeasque tecum, nec des introitum Christo, qui tibi dat misse bona & consolationes. homilia 19. numero 13. 14. Quod valde dolendum. ibid. numero 18.19. Patet ita prodigum tractasse, mactando eum fame. homilia 18. numero 47. vsque 51. Dæmon torquet ac quasi suspendit suos. homilia 37. numer. 47. vsque 51. Iamque participant inferni tormenta. ibid. numero 53. vsque 57. Quos interim Dei gaudent, quas inhabitat per gratiam, & fruuntur principis gaudij vitæ æternæ. ibid. num. 57. vsque 67. Christus est vita & gloria, hæcque dat vbi intrat, sicut dæmon cum sit tormentum & mors, hæc causat vbi intrat. hom. 19 num. 13. vsque 18.

XXVIII. *Filia mea male* &c. Deus aliquando facit vt venatores, qui apprehendendo canulos capiunt parentes, & sicut qui sectantur Elephantes. hom. 31. numer. 65. 66.

XXIX. *Non respondit ei verbum.* Mirandum quod diuino sole cursum suum faciente, & in alis suis sanitatem ferente, sic vt non tantum daret petentibus, sed transiens etiam offerret non petentibus vt Sanctus Petrus dixit: *Sanando omnes oppressos à diabolo:* Modo restringat se, respectu mulieris huius petentis cum humilitate & fide. Valde mirabile non minus quam solem retrocedere, quod excitabat sapientes Babyloniæ eius causam inquirere. homilia 8. numero 2. 3. Est dines in omnes qui inuocant eum, vt dixit Sanctus Paulus & Isaias ait, se affligit quando non est qui ad petendum accedat. *Aporiatus est quia non est qui occurrat.* Quomodo ergo iam inuocatus tacet? ibid. numero 4. 5. 6. Multis ab eo rogantibus pacificè respondit, huic autem nec verbum quidem respondit: medicus etenim est diuinus: & non omnes eodem modo eademque curat medicina. homil. 2. num. 23. 24. 25.

XXX. *Non respondit ei verbum.* Deus aliquando tacet quando ab eo petit, nouit enim tuam conditionem, te esse instar passeris, qui accepto grano sibi adiecto, discedit: eti in Christo oranti in horto non respondetur primâ & secundâ vice nec ideo cessat ab oratione, ti cessas, licet à Deo petenti non respondeatur verbum: orat o enim eget magnâ perseuerantiâ hom. 42. num. 95. vsque 98.

XXXI. *Accedentes discipuli rogabant eum.* Ne putes te solum quando oras, te enim orante in afflictione rogant Sancti pro te vt vidit Sanctus Machabæus Ieremiam pro se orantem quando erat in afflictione magnâ. homilia 24. numero 38. Angeli etiam assistunt tibi quando oras & orationes tuas offerunt Deo, vti iam Apostoli ustus mulieris Christo, dicentes: *Clamat post nos.* Consideratio Sancti Bernardi te prouocantis ad recollectionem habendam in oratione. Tobias orabat nec Deus respondebat. Sed Angelus Raphael accurrit, eius orationem offerens Deo. hom. 42. num. 75.

XXXII. *Accedentes &c. eum*: magna Dei misericordia erga nos quod habeat secum Apostolos & sanctos fratres nostros, quorum oratio magna valet auctoritate apud eum. hom. 42. num. 39.

XXXIII. *Non sum missus nisi ad oues.* Magnum mysterium: cum enim Sanctorum oratio sit efficacis-

ſima ſic vt dicatur Deum vincire, proinde bonum eſt habere aliquos particulares, qui pro te intercedant tempore neceſſitatum tuarum. homilia 24. numero 39. vſque 43. Cumque ſit efficaciot eorum oratio quando ſit ab omnibus illis ſimul. ibid. numero 49. & ſequentibus : tamen videtur non audire omnibus Apoſtolis ſimul orantibus, idque facit ad bonum & honorem huius mulieris vt habet occaſionem detegendi viuam eius fidem, eoſque docendi talem debere fidem eſſe, quæ diſponat ad opus tanti miraculi, nec permittere illam mortificari vt eis accidit quando erat operaturus miraculum panum & quando maris tempeſtate iactabantur. homil. 27. num. 35.

XXXIV. *Non ſum miſſus niſi ad oues.* Notat heri vocaſſe Iudæos generationem prauam & adulteram, quo reuelauit eorum duriem & incredulitatem, iam in eorum abſentiâ honorat eos vocans oues domus Iſrael. Ita faciendum peccatori in præſentiâ detege peccatum eius, & prouoces ad pœnitentiam & in abſentia tege defectus eius dicaſque tantum ad eius honorem conducentia. Non vt falſi prophetæ de quibus conqueritur Deus, quod peccatoribus non detegebant vulnera ſua, ſed eis coram adulabantur. *Non aperiebant tibi iniquitatem tuam, vt te ad pœnitentiam provocarent.* Nec vt tu facis, de quo Hieronymus ait, te factum inuerſum, dicendo in præſentia laudes & in abſentia vituperia. homilia 22. numero 43.

XXXV. *Domine adiuua me.* Animata oratione Apoſtolorum facta pro ea, etiam accurrit rogans pro ſe; non enim debet tibi ſufficere Sacerdotes & miniſtros Dei pro te rogare, te deſiſtente, imò etiam & in peccato tuo manente. Nec ſufficit dicere patres orate pro me, ſed illis orantibus tibi eſt accurrendum & faciendum, vt Dauid, qui ſentiens ſonum excitatum ab Angelis inter pyros accurrit armatus. hom. 10. num. 19.

XXXVI. *Domine adiuua me.* Notat S. Gregorius : petentem te vt eum adiuues, non tibi dicere vt agas totum, nec manum te abſtrahente, ipſe ſuos in ſinu habeat: hoc enim non eſſet iuuare, ſed te totum facere, ſicque declarat quod Apoſtolus dicebat *Dei adiutores ſumus.* libro 17. Moralium capite 26 & quod Dauid de Deo pſallit : *Adiutor in tribulationibus in opportunitate.* Secundum quod quando petis à Deo vt te adiuuet ne comittas ipſi totum ſed adhibe manum tuam diſponens te peccatorum tuorum confeſſione, & accurrens cum eleemoſynis vt ſuadet Spiritus Sanctus homil. 24. numer. 51. Negotium iuſtificationis eſt luſus ſocietatis tecum, & eius manui debet tua copulari hom. 10. num. 33. homil. 24. num. 48. 89.

XXXVII. *Non eſt bonum ſumere panem filiorum & mittere canibus.* Domine quod incredulis & rebellibus, qui heri te adibant fide vacui & malitia pleni, dixeris generatio prava recte & loco ſuo dictum eſt; ſed quomodo vocas canem, vſque illam vt talem à te repellere quæ accedit vt ouis plena fide? hic patet quod dicebat propheta *vt faciat opus ſuum peregrinum opus eius ab eo.* Quodque dixit Sapiens eſſe diuerſiſſimos proceſſus, & introitus Dei, Samaritanæ non petenti offert dulcibus verbis, hanc petentem videtur reiicere tam duro eam impetendo lapide, vocando ſ. e canem. ho. 25. num. 44.

XXXVIII. *Non eſt bonum ſumere panem filiorum* Videtur omnes portas ei claudere. Nam ſi certum ſit Deum nil facere nec poſſe niſi bonum, dicens non eſſe bonum, quod illa mulier petebat, erat dicere quod non eſſet facturus nec poſſet facere. Aliquando ſic abſcondit ſe Deus vt veniens & valens re. medium dare, ſe diſſiguret, vt faciebat Apoſtolis tempeſtate iactatis, quibus ſe repræſentauit vt phantaſma timore in eis accreſcente. homil 4 numer. 42 43. & hom. 36. num. 53.

XL. *Etiam Domine.* O Sapiens negotiatrix quæ non ceſſat ab oratione, licet indignè repellatur, nouerat etenim, quod ponderabat S. Ambroſius, dona ſauoreſque Dei extrahenda de manu diuinâ cum tali perſeuerantiâ quæ videatur violentia. homil. 42. num. 91. vſque 94.

XLI. *Etiam Domine.* Iſta perſeuerantia fuit ſingulare donum Dei quam illa non poterat de ſuo habere, ſi Deus eam non dediſſet : vnde licet initio petitionis non reſponderit ei verbum, tamen facto, dans ei vim & animum ad perſeuerandum, eius fiduciâ creſcente quando videbatur eam acrius ablegare (ita S. Bernardus) bona oratio nunquam manet ſine effectu, & ſi non ſtatim tibi det quod petis, Deus donum largitur conueniens maximè patientiæ & perſeuerantiæ. h. 42. num. 95. vſque 98.

XLII. *Etiam Domine.* O Sapiens negotiatrix quæ intelligebat philoſophiam diuinam, quam S. Hieronymus laudet in S. Paula, quia quo Deus ei maiores mittebat afflictiones eo plus creſcebat eius ſpes, firmatque in eodem quo videbatur amandare. Verùm eſt Domine me canem eſſe & inde miſerabilem pauperem & vilem : ſed illud idem fortificat me ad petendum miſericordiam à te qui es fons illius, miſericordia enim eſt pro miſeriis : hanc philoſophiam non comprehenderat vxor Iobi vnde illam ipſe tractat vt ſtultam. homil. 32. nu. 27. vſque 31.

XLIII. *Etiam Domine.* Deus emittit ſagittas tam fortes vt videatur totam ſpem auferre quales erant quas Iob expertus eſt in ſe. homil. 42. numer. 57. Talis fuit quam immiſit huic mulieri vocans eam canem, reiiciens eam vt talem, dicendo non eſſe bo-

num facere quod petebat: sed bene dixit Propheta eisdem sagittas immissas cum luce. homil. 38 numero 38. Si ex vna parte torquent, ex alterâ illuminant ostendentes isthac aperire viam ad spem obtinendi quod petitur: secundum quod dixit Propheta Deum dedisse vallem Achor quæ plena erat lapidibus, vt aperiret & faceret viam ad spem. homil. 32. numero 23. vsque 27. Et recordare quod Christus iaciendo lutum in oculos cæci, quo videbatur eum omnino excæcaturus, si habuisset aliquid visus, eodem tamen illuminarit: licet enim sit lutum quod iacitur, si exeat de manibus Dei, est ad lucem & consolationem. hom. 30. num. 48. vsque 51.

XLIV. *Etiam Domine.* En mirabilem philosophiam spiritualem ad faciendum panem ex lapidibus, id est, facere de necessitate virtutem, & afflictiones quas Deus nobis immittit nec possimus euitare, facere voluntarias dicendo *Etiam Domine*: quo faciunt se legitimos filios qui non erant: mirabile documentum, hom. 44. num. 27. 28.

XLV. *Etiam Domine.* Vides hic Chananææ humilitatem, quo enim se plus humiliat & fatetur indignam fauore, quem desiderabat eo se faciebat digniorem: hoc est sapientem esse vt serpentem. Hicque patet suprema potestas humilitatis: vade cum ea ad Deum quando ei in afflictione dicens: *Etiam Domine*, plus illo mereor, & iuste me tractas vt canem immittens lapides afflictionum homil. 2. numer. 32. vsque 35.

XLVI. *Etiam Domine, nam & catelli edunt.* Mirabilis ratio ad spem sustentandam. Domine verum est me canem esse, sed magni Domini non tantum habent curam prolium, sed etiam canum, his frusta panis proiicientes. Miranda ratio quæ plus excitabit fiduciam tuam si eam inuertas. Si Domini per suas proles succurrunt canibus quid facient proprius suis? Certum est quod illis succurrent: O si illud cogitares quam viuam hoc excitaret in te spem ad petendum à Deo, qui sustentat tot canes infideles per fideles, qui sunt filii eius. hom. 27. num. 16. 24. Obque defectum huius Deus non succurrit nobis ibid. numer 37. 38 39.

XLVII. *O mulier magna est fides tua.* Nolunt eam infamare vocando canem, sed occasionem dare ad magnam fidem suam detegendam, vt haberet occasionem magnificandi eam honorandique nomine quod ei dabat tam honorifico, vocando eam mulierem magnæ fidei. Non est qui honorer Sanctos suos vt Deus, clamans celebrat eorum virtutes facitque singulares gestus in honorem eorum vt faciebat admirans fidem Centurionis eamque publicando. homil. 2. Dum. 51. 52.

XLVIII. *Fiat tibi sicut vis.* Responsum datum mulieri multum differt à dato petentibus miraculum. Causa est quod hi dicerent: *volumus* præponendo voluntatem suam, volentes vt Deus conformaret suam illorum voluntati. Iungis tu voluntatem tuam Dei, nec velis Deum suam voluntatem tuæ iungere; si tu ei dicas: *Fiat voluntas tua* ipse respondebit, *fiat tibi sicut vis.* Nam dauid dixit *voluntatem timentium se faciet.* hom. 24. n. 39. 40.

SECVNDO DIE VENERIS QVADRAGESIMÆ VLTRA HOMILIAM X.

I. *Erat dies festus Iudæorum & ascendit Iesus Hierosolymam.* Est celeberrimum miraculum quod Dominus fecit sanans paralyticum à paralysi confirmatâ trigintaocto annis: incipiebat secundum prædicationis suæ annum ab hoc miraculo, quibus enim superfuperuixit omnes cœpit ab aliquo fauore, eleemosynaque pauperibus factâ. Tibi quoque sic incipiendi anni vitæ tuæ. hom. 27. num. 81. Tantum prodigium vt de illo Dauid mille annis ante, secundum opinionem Chrysostomi, composuerit psalmum quadragesimum. ho. 38. num. 67.

II. *Ascendit Iesus Hierosolymam:* Christus præcedebat vt sol clariores lucis radios emittens quanto plus procedebat. homil. 31. numer. 4. Vt iam in cursu prædicationis suæ progrediebatur, licet ostendisset se Deum in mirabilibus quæ fuerat operatus, pergit tamen vlterius detegens se manifestius hoc miraculo tantæ lucis, vt eo monstraret se Dominum legis, iubens sanato vt die festo tolleret grabatum suum; Ponebatque hoc miraculum pro fundamento ratiocinationis tam contentiosæ quàm longæ, quàm habebat cum Pharisæis, in quâ clarè declarabat eis, quod erat filius Dei naturalis, idque taliter vt Euangelista dicat, quod ab illo die cœperint illum persequi quia se dicebat filium Dei. Vnde patet magnitudo miraculi cum id voluerit ponere pro fundamento principali nostræ fidei. Itaque sicut incipiebat tertium annum suæ prædicationis miraculo paenum, quod habemus quarta Dominica; vt supra illud fundaret veritatem SS. Sacramenti quod tunc incipiebat reuelare, ita iam fecit initio secundi anni ad fundandam veritatem suæ diuinitatis, quam volebat clare manifestare cui se opponebant Iudæi tam acriter vt calumniarentur hoc miraculum tegerentque vt Palæstini puteos quos aperiebat Isaac. hom. 32. num. 3. Bene ostendebant se cæcos, cum manerent

plus

plus excæcati quando splendidior eis lux affulgebat. hom. 30. num 2.

III. *Est autem Hierosolymis probatica piscina.* Aliqui credunt hanc piscinam fuisse circa templum in quam aquæ tectorum templi cadebant, etiam decurrentes à sacrificiis quæ lauabantur. Dicitque S. Ioannes fuisse hospitale quinque infirmariorum & porticuum infirmorum. Hospitale est optimè circa templum, hoc enim cum sit locus quem intras vt dona à Deo postules, transi primo per pauperes, vt in his Deo des, sperans quod etiam tibi Deus dabit succurretque, fac teipsum mensuram eius quod tibi dabit. homilia 25. numero 50. 51. Idque voluit ostendere in Abrahamo, Dauide & Lot, quod sicut tu ei, sic tibi succurret. ibidem numer. 52. vsque 61.

IV. *Est Hierosolymis probatica piscina.* Istæ aquæ erant mirabiles: magna mysteria declarabat Deus & faciebat in aquis. homilia 25. numer. 61. 62. Eratque supremum opus quod faciebat per has huius piscinæ tam celebris, vt Hierusalem esset famosa per illam idque ex ratione, quia in illa voluit dare symbolum piscinæ pœnitentiæ, cuius lacrymarum aquæ & vera contritio sanat quemuis infirmum, à quauis infirmitate, si se illi iniiciat, quia non est tam graue peccatum quod istis aquis non curetur: quam veritatem voluit Deus ad nostram consolationem tam firmam esse in suâ Ecclesiâ quam nobis conueniebat. homil. 28. num. 8. vsque 14.

V. *Est Hierosolymis probatica piscina.* Hæc est symbolum pœnitentiæ: vera enim est abundans aquis lacrymarum, quæ sunt fideles testes contritionis cordis. homilia 38. numero 62. 63. Vt patuit in Dauid. ibid. numer. 64. 65. Et in Magdalena ibid. numero 70. Idioma lacrymarum non decipit. ibid. numer. 75 76. Sic vt pœnitentia sine lacrymis doloris videatur stagnum sine aquis.

VI. *Est Hierosolymis piscina.* Huius aquæ habent magnam vim ad curandas corporis infirmitates & lacrymarum ad curandas animæ suntque tam pretiosæ ante Deum, vt tantum quia puræ aquæ videntur lacrymæ, illas magnifecerit tempore Samuelis prophetæ in satisfactionem peccatorum homilia 38. numero 74.

VII. *Est piscina.* Huius aquæ sunt mirandæ: in iis enim submerguntur omnes corporis infirmitates, plus autem mirandæ aquæ piscinæ ponitentiæ scilicet lachrymæ, quibus submerguntur peccata & infirmitates animæ consumuntur, omnesque machinæ Diaboli deiiciuntur, de quibus proinde potest dici: *Contribulasti capita Draconum in aquis* homilia 38. numero 77. vsque 80. Reddunt animam à peccatis mundam melius quam aquæ torrentis Cison terram cadaueribus fœdatam. homilia 38. numero 81.

VIII. *Est piscina*: Ex huius aquis non extrahebantur pisces, nec earum vis alteri seruiebat, quam infirmitatibus curandis, aquæ autem piscinæ pœnitentiæ scilicet lacrymæ non habent vim ad mortes damnaque temporalia tollenda. Sed tantum ad curandas animæ infirmitates, & ad hoc tantum sunt bene impensæ, vt docebat Amos Propheta per applicationem: vsumque aquæ vt faciunt Agricolæ. homil. 38. numer. 82. vsque 85. Et S. Esdras vocans lacrymas stultas, quas mulier fundebat ab mortem filij sui ibid. num. 85. 88.

IX. *Quinque porticus habens.* Et omnibus est opus, quia est magna multitudo infirmorum. *Iacebat magna multitudo cæcorum claudorum aridorum.* Quis potest dicere multitudinem cæcorum &c. Quæ in mundo est. Reducit ea ad tres peccatorum species S. Ioannes in honestorum vel carnalium, auarorum & ambitiosorum vel superborum: vnde omnia mala trahunt originem. hom. 41. num. 72.

X. *Cæcorum*: Hos ponit primò: quia sunt in maiori numero significantque inhonestos carnales, quos S. Iob bene depingebat vocans inhonestatem & luxuriam cæcitatem. homil. 26. numer. 29. Carnalis eo cæcus tendit quo passiones eum ferunt, non videns quo: vt Ezechiel, quem particulari mysterio portabant velatis oculis. homil. 18. num. 25. vsque 28. Patuitque in Herode. ibid num 28. Ideoque dicit Spiritus sanctus carnalem clausis oculis ambulare, ibid. num. 30. Et infelix non videt, neque sentit licet radatur ei caput ad nouaculam vt Samsoni. ibid. nu. 32. 33. & hom. 43. num. 56.

XI. *Claudorum.* Hi sunt symbolum ambitiosorum facientium reuerentias ad consequendum quod prætendunt. Magna infirmitas & valde communis ex quâ sequuntur innumerabilia damna Sacrilegia & Simoniæ. hom. 41 num. 72. vsque 75.

XII. *Aridorum.* Hi sunt symbolum auarorum qui habent cor sine succo misericordiæ, vt Diues cuius ariditatem cordis probabant canes qui compatiebantur pauperi Lazaro homil. 16. numer. 30. 31. Ista infirmitas est magna, habet S. Paulus vt desperatos habenter eam radicatam. hom. 28. num. 38. vsque 41. Est mortalis infirmitas cordis, hoc etenim submergit. ibid. num. 42. 43.

XIII. *Angelus autem Domini descendebat secundum tempus.* Vis aquarum istius stagni procedebat ab eo quod haberet Angelum qui descendebat è cælo, & mouebat aquas. Principium valoris pœnitentiæ veræ debet procedere à motu supernaturali, quo Deus mouet cor, ideo dicitur de illo *qui facit Arcturum & Oriona.* homil. 43. numero 57. vsque 60. Num-

quam

quam enim cœpisset Petrus flere efficaciter si Dominus eum prius non respexisset. ibid n. 52.

XIV. *Angelus Domini &c. tempus.* Ne tibi fidas perseverans in peccatis tuis dicens, quod semper quando voles pœnitentiam ages. quia vt sit vera efficaxque, debet necessario Angelus descendere ad te mouendum, hicque non semper descendit, sed secundum voluntatem diuinam tantum. homilia. 13 numero. 43. 50. Vt patuit in eo quod Santus. Petrus dicebat Simoni Mago homilia 43. nu. 60. vsque 63.

XV. *Qui prior descendisset post motionem aquæ.* Magna pars remedij pro infirmo erat diligentia eius, hanc non habens accurrendo quando mouebatur aqua, manebat vt prius infirmus, tales sunt infelices qui habent in ore eras Pharaonis corui infernalis. ho. 38. nu, 41. vsque 45.

XVI. *Qui prior descendisset.* Diligentia est mater felicitatis & boni successus vt hic sit bonus, sis diligens in te immergendo pœnitentiæ stagno. ho 38. n. 41. vsq; 41. Ne expectes horum mortis, quâ remedium erit difficile, disce à formica & confentias aduersario tuo dum es cum eo in via vitæ huius, vt dicebat Christus. hom. 34 nu. 30 vsque 34.

XVII. *Qui prior descendisset.* Diligentiam salutis nostræ confundit diligentia dæmonis quâ ad nostram perditionem tendit celeritime. Ipse enim videns occasionem accurrit statum timens, si iam non facit, quod postea non habebit tempus: maiori cum ratione debes tu diligens esse, & quia non es, capit te quasi muscipulâ vt dicebat Amos Propheta hom. 36. numero. 42. vsque 49.

XVIII. *Qui prior descendisset post motionem aquæ.* Si iam non accurras quando Angelus inspirationis mouet cor tuum, quid scias an postea tedibit aliâ vice Angelus descendens ad mouendum aquas istas, quo enim sæpius venit, minus mereris istum Dei fauorem & minuuntur vires tuæ ad iniiciendum te piscinæ. homil. 13. num. 43. 44. 50. *Qui prior &c.* Hinc seruiunt multi discursus vtiles in eadem hom. 13. vsque ad finem.

XIX. *Sanus fiebat à quacumque detinebatur infirmitate.* Magna vis aquarum procedens ex eo quod Angelus ei dabat, nam infirmum maximè oneratum infirmitatibus & illarum vernm hospitale, in puncto reddebat mundum, sed veræ pœnitentiæ vis est maior vt plene illi se iniiciens in puncto curetur ab omnibus culparum infirmitatibus licet illis plenus sit homilia 38. numero 105. vsque 109. Pharisæus ignorabat vim in casu Magdalenæ. homilia 38. numero. 26. vsque 38. Quæ licet plene iniecisset se huic stagno, lotaque aquis lacrymarum suarum esse affecta adeo munda ac Seraphim, iudicat tamen eam peccatricem dicitque: *Peccatrix est.* ibid. numero 110. vsque 116.

XX. *A quacumque detinebatur infirmitate.* Pondera verbum *detinebatur.* Erant detenti & infirmi, qui habebant infirmitates easque ferebant pedites, sunt alij quos infirmitates tenent in lecto. Primum est malum, sed Deus te liberet à secundo. homilia 24. numero 35. 36. Tu infelix es, quando infirmitas te detinet habetque ita viribus elumbum vt Angelo aquam mouente tu maneas, & Christo vocante teque expectante, inde capias occasionem ad ad te detinendum. homilia. 37. numero 18. 19. Essetque magna inhumanitas & stultitia infirmi quod Angelo mouente aquam se contineret in suâ infirmitate immotum, dicens cum Angelus redibit ad mouendam aquam, tunc me iniiciam piscinæ. ibid. numero 20.

XXI. *A quacumque detinebatur infirmitate.* Mirabilis loquendi modus Euangelistæ, quasi infirmitates essent vt compedes detinentes multos ne vadant vel currant viam peccatorum suorum. Sicque illis bene conueniunt: vnde quando aliqui istorum te rogant vt ores pro eis ad hoc, vt Deus eis auferat infirmitates, respondeillis quod Deus S. Paulo, & hic Timotheo. homilia 24. numero 28. vsque 33. Imo Sanctis ipsis sunt infirmitates compedes eos detinentes ne superbiant. homilia. 15 numero 45. & homil. 24. nu. 27.

XXII. *Erat ibi homo triginta & octo annos habens in infirmitate suâ;* si tot annis fuerit infirmus declaretque Dominus paralysim ei accidisse ob peccata, horum viam tempestiuè cucurrit, sicque fuit magna Dei misericordia ei statim pedicas iniicere, ne vt effrænis pergat currere in suum damnum. Si enim illud initium tantum ei causauit damnum, quid fecisset si vlterius perrexisset, eximia est Dei misericordia quando incipis deuiare si te infirmitate configat & lecto detineat, nec permittat tibi liberè sequi appetitus tuos. ho. 35 n. 33 cum antecedentibus & sequentibus.

XXIII. *Triginta octo annos habens in infirmitate suâ.* Quàm cæcus erat hic pauperculus, qui non cognoscebat causam infirmitatis suæ, quæ erat peccatum coniiciebat autem causam non curationis suæ quod hominem non haberet. Ista non est causa frater mi, sed peccatum hocque existente in suo esse, etiam erit illa, donec istam radicem eiicias ab animâ, malum non exibit de corpore. Quam bene dixit Daniel Nabuchodonosori, quod futurus esset in campo vt bestia vtque talis tractandus ab hominibus ob superbiam suam quodque duraret cor poris pœna quamdiu culpa in animâ: *Donec cognoscas, quia est Altissimus &c.* homilia 28.

numero 91. 62. O pauper! te non tenet hic, quod hominem non habeas, sed tantum Deum cuius vncus est paralysis, quam non auferet à te, donec redeas ad eum à quo fugisti vt mancipium fugitiuum. homilia 2. numero 48. 49. Non aduenit tibi paralysis casu, sed ex ordinatione Dei, vnde donec ad eum redeas deserens peccatum, illa non cessabit. ho. 32. n. 38. vsque 41.

XXIV. *Triginta & octo annos habens.* Ne mireris tam longam infirmitatem, vnum enim peccatum sufficit ad causandum omnes infirmitates animæ & corporis etiam mortem ad vsque æternitatem. ho. 13. n. 31. vsque 34. Peccare non est tantum omnes sibi infirmitates procurare sed etiam ipsam mortem æternam. ho. 13. n. 34. 35. & ho. 17. n. 25. Amos Prophera considerat omnes infirmitates inferni & mortes æternas quas patiuntur infelices qui sunt in illis tristibus lectis, quorum aliqui patiuntur plus quam quinque millibus annorum & patientur plusquam quingentes millibus quia patet eos habere radicem pœnarum suarum in animâ. ho. 37. nu. 57. 58.

XXV. *Hunc cum vidisset Iesus.* Domine rectè ostendis ipso etiam intuitu te Deum esse, cui proprium est conicere oculos in paupertimũ a quo tantò plus suos auertunt hom n s. quantò minus vident quod desiderant suo congruum proposito: mirabilis doctrina ho. 30. n 15. vsque 18.

XXVI. *Hunc cum vidisset Iesus* Primò respexit eum ipso non aduertente: oculi eius sunt viuificantes hosque primo coniicit in animam vt consequatur salutem. homilia 30. numero 18. vsque 21. Numquam in se fuisset reuersus filius prodigus si Pater primò non coniecisset in eum oculos, vidisseque adhuc in regione longinquâ existentem. ho. 18. nu. 52. 53. & ho. 43. num 52. vsque 55.

XXVII. *Hunc cum vidisset Iesus & cognouisset.* Vt aggrediatur huius curationem: dicit, quod eum viderit & quidquid in eo erat, causam infirmitatis, tempus quo eâ laborauerat, vt cum vellet curare Lunaticum, petiit tempus, quo illam infirmitatem passus esset, non petiit pro se. quia iam sciebat. homilia 13. numero 52. Sed ad medicos docendum, quibus cura incumbit sanandi peccatores, vt primò bene inquirant de tota infirmitate, huius causam & quo durauit tempore. ho. 14. nu. 54. 55. Non enim omnibus danda est eadem medicina. particulares enim requirunt infirmitates particulares, estque opus eas cognoscere & cuiuis conuenientem applicare medicinam. homilia 2. numero 23. vsque 26.

XXVIII. *Hunc cum vidisset.* Christus sæpe isthac transierat nec hunc infirmum curauerat, ne quidem cum respexerat, licet tanto tempore passus esset, quia non conueniebat ante, nec' saluti condutebat vsque ad hoc tempus, Deus enim sæpe differt succurrere infirmitatibus nostris: sed est certum quod succurret quando conueniet: recte enim dixit Prophera *Veniens veniet & non tardabit.* hom. 32. num. 48. vsque 52. Ostenditque in S. Paulo: quando detinens remedium afflictionis, quam patiebatur, dicebat, sic conuenire. hom. 42. nu. 96. 97.

XXIX. *Vis sanus fieri?* Petis ne id Domine? quis ægrotus non desiderat sanitatem, vulque sanus esse? multi vt phrenetici non tantum nolunt esse sani sed etiam opponunt se medico, licet autem infimi corpore velint esse sani, sunt multi in anima qui nullo modo vel nt curari. homilia 22. numero 9. 10. Et sunt infirmi quibus ita placet infirmitas sua vt se opponant volenti eam curare, vt se opponebant Paulo & Sylæ quia curarant iuuenculam energumenam. homil. 9. num. 22. Nec otiosa est petitio *Vis sanus fieri?* Sunt enim peccatores quibus ita placent infirmitates suæ, cum in has inciderint addicti seruitio diaboli, nec ipse potest expellere eos licet baculis excipiat. Quod singulari mysterio Dominus notat in parabolâ prodigi. hom. 18 num. 45.

XXX. *Vis sanus fieri?* Vide quam tibi facile sit obtinere bona animæ & sanitatem eius, vt solo pretio voluntatis tibi offerat Deus, estque sane insomnium tuum vt cum bona mundi sint rara & cum mille difficultatibus & laboribus obtineantur, hæc infatigabiliter quæras, non illa, etiam vili oblata pretio concupiscas. hom. 25. numer. 73. vsque 76. Ideoque grauiter fert Deus, quod eum contemnamus & quod nobis offert, nec velimus, licet vili pretio offerat. hom. 28. num. 28.

XXXI. *Vis sanus fieri?* Vnum eorum quod procurabat Deus erat sanitatem nostram ponere in re tam facili, vt est, eam velle. Scit nostram conditionem quod licet vili oblatam, non velimus eam. homil. 28. numer. 27. vsque 30. Ideoque maius remedium nostrorum peccatorum posuit in confessione sacramentali, remedio tam facili ex vnâ parte vt sit in verbis oris nostri. hom. 19. num. 60. vsque 64. Ad remedium peccatorum nostrorum vtque Deus te recipiat in suam gratiam, est te disponere per confessionem. Mysterium figuratum in Iacob, quando præmittebat Iudam ad disponendum Ioseph vt eum benigne reciperet. Iudas significat confessionem estque opus hanc præcedere vt Deus te recipiat in suam amicitiam & gratiam. ibid. numer. 61. In hominum iudiciis quo plus fateris culpam tuam eo plus te oneras pœnâ teque iudex maiori rigore condemnat. In Dei autem iudicio quo plus te culpabilem fateris declarasque peccata tua, eo plus disponis te ad remissionem. ibid. numer. 62. 63. Et ex altera parte, confes-

sio

sio sacramentalis est maioris efficaciæ, quam in dispositione veteris legis : in hac enim licet fuerit tempus quo computus peccatorum fiebant, tamen nec Sacerdotes ab his absoluebant vt legis gratiæ faciunt, nec dispositiones illius operabantur, quod huius est singularis gratia. hom. 1. num. 56. & hom. 19. num. 57. vsque 60.

XXXII. *Vis sanus fieri.* Cur petis voluntatem eius cum sanitas dependeat à solo verbo tuo & gratiâ : quia licet totum bonum quod sit à voluntate Dei pendeat : hic vult etiam poni tuam, pateatque aliquid eius quod penes cum effectu qui fit. hom. 27. num 57. 58. sæpe dictum est in iustificatione lusum socieratis. hom. 24. num. 48. 49

XXXIII. *Domine hominem non habeo.* Iam monuimus hominem ipsum erasse in credendo defectum sanitatis suæ esse non habere hominem : non enim hoc erat, sed habere peccatum in anima : vnde recte dixisset. *Domine peccatum habeo.* Hæc enim est tam mala radix vt diximus. Certum autem erat quod existens pauper omnes eum desererent, nam etiam diuitem, quando fit pauper, omnes deserunt vt delectam arborem quam videbat Nabuchodonosor, à quo animalia fugerunt, & deseruerunt aues quæ sine numero, quæ se collegerant in ramis vmbraque illius. Cum quis vel redolet tantum paupertatem, omnes eum deserunt vertuntque tergum. hom. 36. num. 35. 36.

XXXIV. *Qui mittat me in piscinam.* Bene inuenies qui te ferant in perditionem & qui dimittat in puteum sensualitatis, non autem qui te ferat ad bonum. Ezechiel habebat sufficientes, qui eum ferrent velatis oculis quasi ad præcipitium. Et Amnon filius Dauid habebat paratum Ionadab inuenculum sibi similem à quo deiceretur in puteum stupri cum propriâ sorore. hom. 18. numer. 25. vsque 28. O infelicitas te festinare ad perditionem ! Existis de Ægypto tribulationum, laborum & lachrymarum miseriæ peccatorum vestrorum, vbi non habuistis vel horam quietis vt Israëlitæ in Ægypto, curritisque ad redeundum in eandem terram. Perpendite quid faciatis, quando peccatis quid habeatis & ad quid deuenturis videbitisque totum illud esse regionem mortis, perditionis, & infortunij. hom. 18. num. 26.

XXXV. *Surge, tolle grabatum tuum.* Cum Dominus vellet ostendere se Deum per hoc miraculum hoc operabatur modo Dei proprio, id est, imperando. Ideoque sponsa vocat manus sponsi hyacinthinas quarum color est cælestis quia opera quæ fecit in hoc miraculo supetant omnia naturalia & creata, suntque tam magna & diuina vt possint vocari res cœli. hom. 30. num. 3. vsque 6. & hom. 31. nu. 72. & hom 32. num. 78.

XXXVI. *Tolle grabatum tuum.* Videbatur cuidam Episcopo in concilio Sardicensi durum esse verbum *Grabatum* vnde legebat *tolle lectum tuum* fuitque reprehensus, quia fideles debemus nos conformare etiam in verbis eisque vti quibus maiores nostri. hom. 14. num. 23.

XXXVII. *Tolle grabatum tuum.* Fortassis eius peccatum erat lecti, ideoque agit pœnitentiam cum lecto, vt dixit S. Ephrem de Davide. hom. 38. nu. 65. Nam conuenire debet culpæ pœnitentia. hom. 30. n. 51. Etiam eadem facere, quod seruiebat culpæ. hom. 38 num. 99. vsque 102.

XXXVIII. *Tolle grabatum tuum.* Facio ex parte meâ, quod me tangit offerens tibi virtutem meam, quæ operetur in te. restat id agere pro tua quod te tangit. Quam doctrinam declarabat Apostolus quando agens de passione Christi dicebat : adimpleo quæ desunt passioni Christi in carne meâ. hom. 15. num. 23. 24.

XXXIX. *Tolle grabatum tuum.* Onera te lecto tuo in quo iacebas, nec multum est illud onus tibi imponi in pœnitentiam ad vtilitatem tuam, quia in damnum tuum tulisti peccati lectum, quod sine comparatione erat maius. hom. 25 num 31. vsque 34. Erat onus peccati quod impositum humeris Christi illum deiiciebat in tetram. homil. 42. numer. 13. & numer. 103.

XL. *Tolle grabatum tuum.* Domine attende te imperare contra legem ferendi onus in die festo. Tamen bene facit ideo enim facit miraculum tam clarum euidensque vt probaret se verum Deum esse & Dominum legis in hacque dispensare posse vt supremus legislator, diuitque bene *Dominus est Sabbati filius hominis* hom. 26. num. 55. & hom. 31. num. 67.

XLI. *Tulit homo grabatum suum.* Ostendit se ouem Dei in obediendo simpliciter eius præcepto non inquirens quomodo illud præcipiebat. hom. 37. num. 24. vsque 39.

XLII. *Tulit homo grabatum suum* Statim onerabat se lecto suo & obambulans egrediens per Hierusalem, occurram cuicumque occurrero : ita tibi agenda est pœnitentia, vt egisti peccatum. hom. 38. num. 47. vsque 50.

XLIII. *Quis est ille homo qui dixit tibi tolle lectum tuum.* Pharisæi opposuerunt se Christo maiori cum tumultu quia eum curauerat, quam si eum infirmasset vt in cæco. hom. 30. num. 1. Vide eorum malitiam : non enim petunt quis eum sanarat, sed quis iussisset ei tollere lectum in die festo, quia illud erat laudabile, hoc autem videbatur ipsis reprehensibile. Conditio malorum, qui non ponderant mille virtutes & bona quæ faciunt boni in eorum conspectu sed si videant aliquid quod eis videtur repre-

hensibile illud extollunt : ita feciſſe Phariſæum ponderat Sanctus Bernardus. Quia non aſpiciens tanta tamque viſibilia quæ faciebat Magdalena ad ſeruitium Dei & ſuorum peccatorum remiſſionem, tantum reſpiciebat præteritum, dicens : *Peccatrix eſt.* homil. 38. numer. 112. Reſpice in aliis bona opera vt ea imiteris, & in te tuos defectus, vt eos emendes ſicque æſtimabis alium teque humiliabis. homil. 23. numero 21, 22.

XLIV. *Quis eſt ille homo* &c. *tolle lectum tuum.* Hæc fuit iſtorum malitia, quod in Chriſto tantum reſpicerent quod erat homo, & quod in eo videbant hominis, quo volebant eius diuinitatem obſcurare operaque diuina, cum deberet contrarium eſſe, fuitque hæc conſuetudo Iudæorum & Gentilium inimicorum Chriſti, huius hominis actiones intueri & contemnere, tamen propter humana opera non debebant diuina deſpici, ſed eb hæc debebant humana magnifieri. Ideo commendabat S. Ioannes, vt nullo modo diſſolueretur Chriſtus. hom. 9. num. 23. hom. 28. nu. 64. hom. 32. nu. 67. & hom. 36. nu. 8.

XLV. *Qui me ſanum fecit, ille mihi dixit tolle* &c. Hic homo melius procedit quam illi qui reſpicientes quod iuſſerat, perſonam eius contemnebant & culpabilem iudicabant quia contra legem faceret. Hic è contra habet pro ſancto quod iubet quamuis videntur contra legem, quia conſiderat perſonam eius adeo potentem vt poſſit ſolo verbo ſanare : vnde illis dicentibus : *Quis eſt ille homo qui præcepit tibi : tolle lectum tuum*, reſpondit, *Qui me ſanum fecit ille mihi dixit.* Dans efficaciſſimam rationem quaſi dicat non debeo examina e quod iubetis, qui habet talem poteſtatem vt ſolo verbo operetur quod vult ſed ſimpliciter id exequi, idemque pro honore habere, licet mihi videatur adferre iniuriam & onus. Mirabilis reſponſio danda à fidelibus quando agunt aliqua quæ non videntur bona oculis mundi : ille mihi iuſſit, qui me ſalvum fecit hic eſt himnitus generoſi equi ligati, vt dixit Iob. hom. 3. nu. 38. vſque 40.

XLVI. *Iam ſanus factus es noli amplius peccare.* Rectè dixit Dauid, quod in omnibus Dei operibus ſplendet miſericordia & iuſtitia : quantumuis magna ſit miſericordia quam facit peccatori, remittendo ei peccata, vult aliquid iuſtitiæ adeſſe in agendo pœnitentiam pro præterito, onerando ſe lecto pœnitentiæ & non redeundo ad peccandum. homil. 16. numer. 56.

XLVII. *Noli amplius peccare ne deterius* &c. Quando ſe offerente occaſione redis ad peccatum tibi eſt timendum, ne forte ſanatio præterita non fuerit bona, manſiſſeque peccatum viuum licet coopertum vt accidit in humore febris tertianæ. homil. 35. numer. 6. vſque 10.

XLVIII. *Noli amplius* &c. Hinc colligè quando tibi aduenit afflictio, vel morbus, timendum tibi hunc euenire ob peccata tua, licet non debeas idem iudicium formare de aliis ; vtilis conceptus. hom. 30. numer. 31. vſque 35.

XLIX. *Ecce iam ſanus factus es.* Dominus qui cœpit hunc hominem ſanare, etiam perfecit : ipſe ponit primum lapidem volendi, qui operatur in nobis & vltimum conformiter ei quod dixit Apoſtolus, *ipſe dat velle & perficere.* hom. 30 num. 63. 64.

L. *Ecce iam ſanus factus es noli amplius peccare.* Oſtendit ſe Deum his verbis declarando & detegendo legitimam cauſam eius paralyſis, quæ erant peccata eius. homil. 30. numer. 26. vſque 30. Quodque penetrabat intima cordium. homil. 41. numer. 11. Idque voluit Ioſeph declarare eunuchis incarceratis ſomniantibus & deſiderantibus explicationem ſcire ſomniorum : *Numquid non Dei eſt interpretatio ?* Conceptus S. Chryſoſtomi ibid. numer. 12. Illiſque dedit mirabilem lectionem vt in veſtra peccata coniiciatis afflictiones morboſque vobis ſuperuenientes, licet non debeatis hoc iudicium formare in alienis. ho. 30. num. 31. vſque 35.

LI. *Ecce iam ſanus factus es.* Oſtendit ſe verum Deum curando paralyſim corporis & animæ vi verbi ſui, quod Dauid dixit proprium Deo eſſe. hom. 31. numer. 5. 6.

LII. *Noli amplius peccare.* Si redis ad eadem peccata tua videbitur vana pœnitentia & lachrymæ tuæ riſu dignæ. hom. 40. num. 9. 10. Caue ne tibi contingat quod Niniue & vxori Lot, vt ſtatuæ. homil. 8. numer. 49. Ne ſis vt canis neque vt porcus. homilia 47. numero 67. 68.

LIII. *Noli amplius peccare.* S. Chryſoſtomus ait peccare eſſe hominum, perſeuerare dæmonum. hom. 37. numer. 68. Videtur dicere quod poſtea S. Petrus nonnullis ait : *Sufficiat iam præteritum tempus* &c. hom. 36. num. 41.

SABBATO ET DOMINICA II. QVADRAGESIMÆ VLTRA HOMIL. XI. & XII.

I. *Aſſumpſit Ieſus Petrum Iacobum & Ioannem.* Matth. 17. Chriſtus eſt myſterioſa ſcala Iacob habens duo extrema, vno tangit cœlum, quia eſt Deus, alio ſedet in terra quia eſt homo mortalis. Euangeliſtæ vt Angeli aſcendunt & deſcendunt iam exhibendo ea quæ ſunt infirmitatis humanæ, iam myſteria virtutis diuinæ. Dominicâ præterita repræſentabat eum Euangeliſta vt hominem ieiunantem & eſurientem, tentatum à Satanâ ;

nâ: hodie repræsentat eum nobis vt Deum recognitum à Patre adoratum per Moysen & Eliam &c. homil.36.num.3.

II. *Assumpsit & duxit in montem excelsum.* Dominus fauet sibi seruientibus vtraque manu; dans eis in hac vitâ sustentationem temporalem & in alia æternâ bona spiritualia. Vtriusque voluit dare exemplar in duobus montibus. In Hermon, dans se sequentibus abundanter ad comedendum. In Thabor ostendens quosdam gloriæ splendores, qui cum tantum ostenderentur à longè, videbatur Sancto Petro nihil amplius desiderandum esse. Ideo dixit David istos duos montes esse celebriores. homilia 27. numer.2 3.

III. *Duxit illos in montem excelsum.* Est dux ad montem gloriæ; vnde colligendum non esse aliam viam ad illam quam eam quâ ipse ducebat cui proposito congruè iam dixerat: *Non est seruus maior Domino suo.* hom.15. num 10.11. Illud docebat duos fratres Iacobum & Ioannem. ibid. num. 12.13. Ne intelligamus solum carnem nostrum Christum Dominum nostrum debere ad cœlum ire per labores; in his enim etiam nobis sequendum ad intrandum cœlum, cum omnes faciamus vnum corpus. ibid. numero 12. Est Pastor qui ducit oues suas, hæque debent eum sequi & vestigia eius tenere. homilia 38. numer.50.

IV. *Duxit illos.* Bene potest dici duxisse quia fuit factus dux ad cœlum positque se vt columnam quæ duxit Israëlitas in terram promissionis, vt dæmon posuit deos falsos qui essent antesignani ad infernum. hom 33. numer 42. vsque 46. Via quam Christus cepit, est ascensus in montem, proinde fragosa, est enim ciuitas ostensa Eldræ. ibid. numero 40.41.

V. *Duxit illos & ascendit.* Bene dici potest quòd illos duxerit: & ascenderit, ipse ducit ouem perditam ad ouile & super humeros suos portat nos ad gloriam: quia illam quam speramus ea est quam ipse passione sua meruit, & expensis suis: nam correspondent sibi: *Ecce homo.* quod dixit S.Ioannes de Christo cum: *Ecce mulier*, quæ illi ipsi ostendebatur. homil.38. num.120.122. Et correspondent *Venit tibi.* Et *baiulans sibi crucem.* hom.41.num.31.

VI. *Duxit illos in montem.* Discursus Christi cum eis paulò ante habitus eos perterruerat ostendens eis crucem ab omnibus ferendam, & cum perpetua carnis mortificatione procedendum: quia vero poterant despondere animo in tali labore, proponit eis præmium ad eos animandum: quo enim illud maius eò ad maiora stratagemata prouocat animos: notum enim quod magni constare debet quod multum valet ideoque æstimabat Iob lepram & vermes suos, Thesauros esse. homil.15. numer.14.15. Vnde sequebatur quod quantumcumque patiuntur sancti pro gloria; quando se illa frui lætantur, videatur eis parum, quia vident magnum esse pretium & valorem Thesauri sui. Ideo Sanctus Caprasius despiciebat regna à Maximiano Imperatore oblata præ martyrio: eo quod per hoc obtineret illam. ibid. numero 14.

VII. *Transfiguratus est ante eos.* Hunc actum sibi glorioſum ordinabat ad vtilitatem discipulorum, & faciebat ante illos, glorias enim suas & honores dirigit ad bonum nostrum & vtilitatem, vtque non admisit in corpore suo pœnas ad nostrum nisi bonum, ita nec ostendit se glorioſum nisi ad nostrum bonum. hom.21.num.42.43.

VIII. *Transfiguratus est ante eos.* Volens corpori suo parum quietis dare quod significat Euangelista S. Lucas dicens eum fecisse dum vacaret orationi. *Dum oraret facta est species vultus eius altera.* Orante ipso ante Patrem deriuarunt illi splendores glorioſi vt Solis radij in limum tempore Ieremiæ. homilia 25. num. 91. Si namque velis consolationem iam fatigatus, incumbas orationi: ibi enim Deus communicat radios gloriæ suæ. hom.42. num. 68. vsque 71. Id sunt Sancti experti sentieſque in te si eos imiteris. ibid. num.71.72.

IX. *Resplenduit facies eius sicut Sol, vestimenta eius facta sunt alba, sicut nix.* Id est resplendentia. Phrasi Scripturæ declarabat hoc S. Lucas, dicens: *Vestitus eius albus & refulgens.* hom.29. num.33. Vide Christum, qui totus est lux vsque ad vestes: felix anima quæ recipit eum in se, ex eo enim luce replebitur, quod bene dixit Propheta: *Replebit splendoribus animam tuam.* hom.30.num.14.

X. *Resplenduit facies eius.* Mysterium fuit, quod habuerit animam suam glorioſam ab instanti conceptionis suæ, sed gloriam in illa repressam sine decursu ad corpus: Iam autem leuauit illam cataractam, quod fuit maximum miraculum ad nostram salutem habere corpus passibile cum anima glorioſa, operando majus miraculum quam in Iordane. homilia 41. numero 49 50.

XI. *Resplenduit facies eius.* Permisit fluere & deriuare gloriam animæ ad corpus pro breuissimo tempore: hoc fuit profundissimum mysterium, quod operabatur ad nostram redemptionem; detinere fluxus gloriæ seruando corpus magis possibile, quam quotquot corpora hominum formauit Deus, sicque retinuit istos defluxus consolationis vt inde processerit agonia tam pœnibilis in horto, vt in ea sudarit sanguinem. Mysterium profundæ Theologiæ & excellentissimum amoris opus: sicque voluit pati pro nobis, nolens corpus suum ab omni pœna liberare

per gloriam, quam in se habebat. hom. 42. num. 98. vsque 101.

XII. *Resplenduit facies eius.* Apostolis lassis concedebat aliquod tempus quietis. hom. 27. num. 4. 5. Noluit pro se accipere quam hoc breue tempus transfigurationis suæ, idque fuit: quia conueniebat nobis vt dictum est, sic enim seruiebat propositio patiendi pro nostris peccatis, nam temperamentum quod Spiritus Sanctus dabat Sanctissimo eius corpori, aptum erat ad patiendum: hoc etenim significabat, dicens: *corpus aptasti mihi.* hom. 25. nu. 21. & ho. 42. n. 49. Vnde quies fuit ita breuis ac transfiguratio, sed passus est à conceptionis suæ instanti vsque ad mortem, nihil admittens quod posset dolorem carnis suæ temperare, vt patuit, cum noluerit bibere myrrhatum vinum, bibat tamen acetum. ho. 42. n. 52. vsque 55.

XIII. *Transfiguratus est ante eos.* Hoc actu dedit aliquod specimen gloriæ, quam habituri sunt beati, accidet enim aliquo modo, vt in Christo: nam sicut in eo se vniebat diuinitas animæ eamque reddebat glorioſam, indeque dimanabat gloria in corpus, sic erit in beatitudine, Deus iunget se animæ eo modo quo declarant Theologi, & postea vniendo se corporibus ex gloria animæ in hæc deriuabitur gloria quam quisque possidebit, implebiturque quod dixit Apostolus. *Tunc erit Deus omnia in omnibus.* hom. 41. n. 62. vsque 65.

XIV. *Et ecce apparuerunt Moyses & Elias.* Singulariter apparuerunt hi duo, quibus Dominus communicaret aliquid istius gloriæ: ait enim Euangelista quod fuerint visi in maiestate. Isti fuerunt magni pœnitentes & singulares ieiunatores; Quisque enim eorum ieiunabat quadragesimam quadraginta dierum continuo vt Christus. Pœnitentia autem particulariter disponit animam ad communicationem visionum illustrium cœli eiusque donorum. hom 1. numer. 13. vsque 18. Sciasque si velis Deum tibi dare similes fauores, debere te disponere similibus operibus. hom. 21. num. 39. 40. Deus fecit nos omnes eorum capaces gloriæ suæ, peccato autem facit se quisque indignum & vas iræ. Si autem quos bene dispositi petunt fauores, petant male dispositi, exponunt se periculo quod Deus eos pudore confundet. ibid. num. 39.

XV. *Dicebant excessum eius quem completurus erat in Hierusalem.* Sunt mysteriosa verba: certum est autem significare, quod loquebantur de morte Domini, quam passurus erat in Hierusalem. Vide. hom. 46. S. Chrysostomus autem dicit hunc sermonem fuisse valde ad propositum, vt explanarentur quæ paulo ante discipulis dixerat scilicet hæc duo. Primum in ordine ad se, quod passurus erat atroces pœnas & mortem à Scribis & Pharisæis. *Dicebat, quia oportet filium hominis multa pati & reprobari à senioribus &c. et occidi & tertia die resurgere.* Secundum in ordine ad illos, & omnes saluandos, dicens eis: serui mei debent sequi vestigia mea tollentes sibi crucem & mortificantes vitam eternalem: vtrumque terrebat Apostolos atque vt eorum deiectum spiritum eleuaret promittebat eis dare specimen istius gloriæ ad quam tendebat per mortem suam, & ad quam per crucem peruenirent. Ad hoc elegit tres, qui ordinariè attentiores erant ad verba eius, ducensque illos ad montem ostendit eis specimen promissæ gloriæ, adduxitque Moyses, in quo repræsentabatur tota lex, & Elias in persona omnium prophetarum, introduxitque eandem sermocinationem de conuenientiâ mortis suæ vt figuratam per legem & prædictam per prophetas, vt Apostoli audientes eiusmodi sermocinationes, confirmarentur & firmarentur in mysteriis mortis & passionis eius. Et quæ stupendum, quod omnibus his diligentiis positis Euangelista dicat, quod quando Dominus ibat ad moriendum & hæc eis repetebat, non tamen intelligebant *Et erat verbum absconditum ab oculis eorum & non intelligebant* &c. Cumque ita essent præmoniti, passione Dominica incipiente omnes impegerunt. secundum quod eis dixerat; *Omnes vos scandalum patiemini* &c. Vide celsitudinem mysteriorum passionis Domini: necessaria est particularis lux Spiritus Sanctus ad illa intelligenda, nec sapientes mundi cognouerunt ea: quia Deus reseruauit perfectis cognitionem eorum. Licet autem id voluerit significare, obscuratio solis tempore passionis, tamen non attingit eorum intellectus vis lucis naturalis nostræ cognitionis, sed vis gratiæ & luminis Spiritus sancti. hom. 46. num. 4. 5. & per totam homiliam agitur de passione. Ideoque quando de illis mysteriis Ecclesia tractat præuenit nos ieuniis quadragesimæ vt dicit S. Leo Papa hom. 34. n. 2. Debemusque infinitas Deo gratias, qui nobis lucem dedit ad ea cognoscenda; relinquens tam innumerabiles gentes & nationes sine declaratione illorum. hom. 17. num. 20. 21. & hom. 33. num. 26. & seqq. Noe præuenit Deus septimo animali ex mundis quod illi iubebat vt arcæ includeretur, ad ei sacrificandum in gratiarum actionem quam ei facturus erat, quod ipse totaque familia euasisset aquas diluvii, quando totum mundi reliquum illis submersum interiit quo præcipiebat vt ei gratias ageret etiam antequam fauorem recepisset. Quantæ erunt quas debemus ei agere, qui accepimus tam singulare beneficium, dando lucem nobis ad illud cognoscendum, quod nobis contulit per mortem, per hanc nos liberans à tenebris infidelitatis in quibus tam multi condemnantur. hom. 17. num. 18. Quamque magnas

magnas debeat populus Christianus, cum Christus per passionem suam liberarit eum à tenebris peccati & introduxerit in regnum suum, quod est Ecclesia, curmaiori cum proprietate conueniunt tituli quos Moyses populo dedit antiquo, quem Deus extraxit de captiuitate Pharaonis ibid. num. 19. Ecclesia est mons hereditatis Dei, firma habitatio maiestatis eius facta ab ipso, estque verum Sanctuarium Dei, in quo regnabit in æternum: vide magnitudinem beneficii quod tibi Deus fecit introducens te in illam & quas pro eo debeas illi gratiarum actiones. ibid num. 19.

XVI. *Dicebant excessum eius.* Verbum textus originalis Græci significat duo. Primum vt vertit vulgata *Excessum* quod significat exitum. Secundum gloriam, quasi dicat secundum S. Chrysostomum, *Loquebatur de gloria* vtraque significatio includit mirabilia mysteria, quibus nominatur Christi mors: primo nominat eum exitum eius, quia per illam exiit ex hac vita. Sed vocant eius: quit fuit secundum voluntatem eius. Mortuus enim est quando voluit, tradiditque se voluntarie in mortem, modo quo voluit, implens quod dixerat. *Nemo tollit animam meam à me sed ego pono eam & iterum assumo eam.* homil. 35. numer. 38. vsque 41. & homil 36. num. 29. vsque 33. Idque voluit ex proposito monstrare Dominica palmarum tam voluntario progressu suo, quàm per illud quod agebat in illa ho. 41. num. 20. vsque 27.

XVII. *Dicebant excessum eius.* S. Chrysostomus hom. 62. in Ma th legit. *Loquebantur de gloria quam completurus erat in Hierusalem cruce videlicet & passione.* Darque rationem, quia Christus mortem suam vocabat gloriam & exaltationem suam Dicens: *Oportet exaltari filium hominis.* Et hinc accepit S. Ioannes eundem loquendi modum dicens: *Spiritus non erat datus: quia Iesus nondum erat glorificatus, id est mortuus in cruce.* Mors Christi dicitur gloriosa et videatur summæ ignominiæ ob multas rationes. Primo: quia non potuit esse quidquam maioris gloriæ, quam vt Christus moreretur in cruce, quia mors est tanto gloriosior quanto causa eius. Causæ autem huius mortis erant gloria Dei, reparatio cœlorum, saluatio mundi, destructio Dæmonis, peccati & mortis: mors Regis est gloriosa quando moritur ad liberandum subditos, Ideoque voluit Christus vt ante mortem suam fieret certificatio causæ illius. Notabilis conceptus. hom 34. num. 21. vsque 26 Secundo est gloriosa: quia innumerabilium gloriarum causa. Et si dicatur felix culpa quæ non causabat, sed occasionem talis Redemptoris dabat, quanto gloriosior erit mors, quæ est causa tantarum gloriarum & vtilitatum, quibus satisfiebat misericordiæ & iustitiæ. hom. 39. numer. 38. 39. Et causabantur effectus, qui referuntur. ibid. num. 40. & sequentibus. Tertio fuit via ad gloriam corporis Christi & exaltationem nominis eius. hom. 36 numer. 37. vsque 40.

XVIII. *Dicebant excessum*, Id est mortem Christi, vocantque gloriam quia est medium, vt dicebat Sanctus Paulus, si premæ sapientiæ: *Quam prædestinauit Deus in gloriam nostram* quia in illa morte erat nostra vita; & in eius ignominia nostra gloria. Vnde morituris plorabat, & Propheta à nobis petit vt exultemus, quia in eius lachrymis erat nostra lætitia, & in eius cruce requies nostra. hom. 30. num 43. 44. & hom. 41. num. 30. vsque 34.

XXI. *Excessum quem completurus erat in Hierusalem.* Christi mors habebat tot vacua quot erant figurata à Patriarchis signata à lege, & dicta à Prophetis, quæ omnia debebat implere, moriens in Hierusalem. Quod dicebat Apostolis suis iam morti proximus: *consummabuntur omnia* &c. hom. 13. numer. 19. vsque 23.

XX. *Quem completurus erat in Hierusalem.* Christus vocat se desideratum cunctis gentibus, quia in eo desideria omnium abbreuiata sunt & impleta eius morte in Hierusalem. hom. 41. num. 46. vsque 52.

XXI. *Dicebant excessum quem completurus* &c. Voluit vt omnia quæ passurus erat primo per legem essent figurata & per Prophetas dicta; vtque audientibus Apostolis ea Elias & Moyses tractarent ad claram pr dationem supremi de Christo mysterij. hom. 15. num. 20. 21. Ideoque præcepit Isaiæ vt prophetias suas scriberet in buxo & libro. hom. 41. num. 34. vsque 37. Et illi tantum qui in prophetiis inueniunt testimonium de Christo, consequuntur spiritum prophetiarum. ibid. num. 34.

XXII. *Dicebant excessum* Agebant de ascensu quem tam festinanter facturus erat vt vno cursu transiturus & impleturus esset quod prædictum à quinque millibus annorum erat, & figurarum, ostendens se gigantem cursorem, igne accensum vt electum. Notabilis conceptus. homil. 15. numero 17. vsque 23.

XXIII. *Loquebantur de excessu.* Mors Christi rectè vocatur excessus, quia non tantum debebat esse pro ipso, morente gloriam corporis sui, & exaltationem nominis sui, sed etiam debebat nobis relinquere dilectissimum thesaurum, quo omnes obtineamus infinitas diuitias, quibus nos relinqueret ex parte suâ ram diuites, quam simus pauperes ex parte nostra. hom 42. num. 16. 17. Volutque relinquere, quo nostram spem firmaret, quæ in se est debilis, egregie tanto subsidio, vt gratum esset thymiama magni mysterij. ibid. num. 19. vsque 24.

XXIV.

XXIV. *Loquebatur de excessu.* Si mors illa & redemptio fuit tam copiosa, & cum excessu, pro peccatis meis quid pro illis à me petitur? Si dedit perfectissimam solutionem, quid mihi soluendum? Multum pro tua parte; de suâ, quod erat, cum excessu impleuit, restat vt facias quod est ex tua. ho 15. n. 23. 24.

XXV. *Loquebantur de excessu, quem completurus erat.* Eius mors erat medicina omnium peccatorum, eamque fecit ita compleram, vt voluerit eam esse totam pro peccatis vniuscuiusque in particulari: Sicque tam completè applicabat illam, vt viderit in particulari omnia peccata tua; vt videas, quantas debeat ei gratias. Magnum mysterium. ho. 42. n. 2. vsque 8.

XXVI. *Quem completurus erat.* Perfectè accurrit cum medicinâ; ideoque passus est in omnibus partibus sui corporis naturalis, quia mystici omnes vulneratæ erant. ho. 15. n. 5. vsque 8. Fuit mare, quo submersæ sunt omnes locustæ Ægypti. ho. 42. n 107. vsque 110.

XXVII. *Respondens Petrus dixit: Domine bonum est* &c Quod gaudium debebat illud esse, & quem animum causaret in pectore tuo, si aliquando eleuares oculos ad considerandum gloriæ statum. S. Ambrosius dicit, defectum considerationis esse defectum capillorum Samsonis, his enim deficientibus, vires deficiebant ei. ho. 31. n. 12. Consideretur in potenti manu Dei facilitas, quâ euertit potentes mundi, quique videntur similes Dei; & videbis quid sint diuitiæ, honores, & eorum delectationes, cum in felicissimis quoad hæc mors talem edat stragem. Hacque consideratione acquirentur vires ad agendam veram pœnitentiam. Hoc medio vtitur Ecclesia tempore quo illam aggreditur, scilicet Quadragesimæ, ad cuius ingressum refricat nobis memoriam mortis ibid. nu. 12. Rectè Dauid, *Si dormiatis inter medios cleros*, id est sortes, pennæ columbæ deargentatæ nascentur vobis, quibus volabitis per viam virtutis. Istæ sortes duæ sunt gloria æterna cœli & pœna æterna inferni. Si intuens illas non volas, durior es lapide; inquit Balms. ho. 6. nu. 64.

XXVIII. *Nesciens quid diceret*, ait S. Lucas: S. Petrus nesciebat quid diceret, quia volens excusare mortem, tollebat totum mundi remedium. Videtur hoc verbum *Nesciens* loci huius alludere ad idem, quod Christus duobus germanis Iacobo & Ioanni dixit; quando petebant dextram & sinistram. *Nescitis quid petatis.* ho. 15. n. 12. vsque 17.

SECVNDO DIE LVNÆ QVADRAGESIMÆ VLTRA HOMILIAM XIII.

I. *Dixit eis iterum Iesus: ego vado, & quæretis me* &c. Ioan. 8. Dominus concludit suos computus cum Iudæis, quia peruersi erant, vt quo plus remedij applicaret in eorum bonum, eo plus crescerent eorum malum: & determinat eos deserere, vt agricola terram quæ, quo plus seminata est, & rigata, eo plures fert spinas. Videturque iam non inuenire plus quod agat in illis, vnde dicit se abire & deserere hom. 8. numer. 14. vsque 19. Tam peruicaces, vt Dominus applicatis mediis omnibus, tam videtur suspensus, vt medicus, qui omnibus medicinis applicatis inuenit eas damnosas. hom. 25. n. 24. vsque 30. sicque vadit, cosque deserit. ho. 37. n. 40. 41.

II. *Ego vado.* Signat primo iam, vultque constare se ire ad mortem voluntariè. ho. 31. n. 72. ho 35 n. 3. vsque 41. & ho 36. nu. 29. vsque 33. Idque ostendebat clarè sacrificium vaccæ rufæ, quæ non tulerat iugum. ho. 34. n. 14 15. Ipseque Christus, vadens ipse ad moriendum. ho. 41. n. 20. vsque 27.

III. *Ego vado.* Cur vadis Domine, cum dicas delitias tuas, esse cum filiis hominum, ideoque assumpsisti carnem nostram? Vadit ob multas rationes, quia eorum malitia erat inueterata, peior quam Satanæ, dante enim ipso eis, quæ petebant peiores fiebant, vnde videtur malitia irremediabilis. ho. 8. n. 24. 25. *Ego vado.* Vadit, quia ponunt impedimentum fluxui misericordiarum eius. Est vt flumen Nilus, qui posito impedimento suis aquis, diuertit se ad alias partes. ho. 25. n. 16. vsque 19.

IV. *Ego vado.* Hæc verba sunt protestatio, quam eis Dominus facit, quia abigunt eum duritie peccatorum suorum. Etant duri vt dixit Propheta & eum fatigarunt vt Ezechielem ærugo ollæ. hom. 25. n. 28. vsque 31.

V. *Ego vado.* Dominus ordinariè faciebat protestationes, ipse enim non recedit à peccatore ex suâ voluntate, sed quia peccator eum abigit, nec ipse abigit peccatorem, sed quia vult abire, permittit. ho. 18. num 18. 19

VI. *Ego vado.* Hæc comminatio valde timenda; quia Deus est vnus & solus, à quo dependet omne bonum; eoque abeunte, nullus expectandus qui tibi in anima benefaciat. hom. 31. nu. 55. Si rationabile sit mortem amici vel filij deplorare, rationabilius est seipsum deflere quando quis peccauit, quia verius potest seipsum pro mortuo habere, quam eum, quem vidit

videt efferri ad sepeliendum, quia per peccatum manet anima eius mortua. plus quam corpus, quod morte corporali cecidisse vides ibid n. 55.

VII. *Quaretis me, & non inuenietis.* Quomodo Domine, cum dicas? *Omnis, qui quærit, inuenit?* Verum est omnem quærentem Deum inuenire eum, si quærat vt debet. Quo modo illi non quærebant, quia peccator quærens Deum, debet se omnino auertere à peccato. Quod licet multi videantur facere, non tamen est ita. Patuit in Saule, & Antiocho Historiæ notabiles. ho. 35. n 6. vsque 10. Etiam in Esau, aliisque. ho. 38. n. 46.

VIII. *Quæretis & non inuenietis* Quia non quæritis Deum syncerè, quærentes vestram voluptatem in peccato, nec habetis *spiritum robustorum*, quem Propheta petit a vere pœnitentibus, vt Deum inueniat. ho 38. n 48. 49.

IX. *In peccato vestro moriemini* Hoc poterat bene de illis dici, quia illud committebant sub specie virtutis, dicentes zeli sui esse veritatem inquirere. miraculaque Christi, quia erant oculi populi. Deus vos liberet à peccatis larvatis specie virtutis, quia vix admittunt remedium ho. 7 n. 38. 29.

X. *Quæretis me, & non inuenietis.* Peccatores, vt illi, qui non quærunt Deum in vita, & abire permittunt habentes eum ante se, non inuenient eum in morte, quia ista non est quærendi hora, nec accidentia morbi dant locum quærendi, sed tantum est hora patiendi. ho. 30. n. 28 29

XI. *Quæretis me, & non inuenietis, & in peccato vestro moriemini.* Peccatores, quibus peccatum est de præsenti; & quærere Deum semper est de futuro. *Quæretis me.* Habeas vt derelictos habentes semper in ore eras Pharaonis; eorui reprobati. ho. 38. nu. 41. vsque 45.

XII. *Quæretis me, & non inuenietis, & moriemini* &c. Time in peccato mori, si de præsenti non quæras, & differas quærere vsque ad mortem. Discе à formicâ, & Ruth & præcipuè à Christo Domino nostro ho. 34. n. 32. 33.

XIII. *In peccato vestro moriemini* Peccatum, quale istorum, quod non habet homo, sed hominem habet quod plene occupat animam, time illud & habe pro irremediabili. ho. 24 n. 35. 36. Quid mirum, si dicamus, quod morierur in peccato, hoc habens in anima, quo dedit Satanæ introitum, qui vocatur mors? Quid magnum credere illum mori, qui mortem secũ habet? ho. 19. n. 13. vsque 20.

XIV. *In peccato vestro moriemini.* Iusta comminatio genti facta, qualis est ista, quæ non mollitur promissis, nec refrænatur minis, timeoque posse vobis dici, cũ sitis eiusdem farinæ. h. 37. n. 40.

XV. *In peccato vestro moriemini.* Mala vita certum pronosticum, malæ mortis; & de illa, quam ducis, potes iudicare talem fore mortem tuam: Balaam fuit valde stultus, qui viuens suos sequebatur asperitus, & perpetuò obedierat Satanæ, tamen desiderabat mori vt iusti. Eratque vt alter, qui volebat iumentum cum canda pauonis h. 37. n. 45. & seqq.

XVI. *In peccato vestro moriemini.* Christus est magnus Astrologus, editque indicia certa, non esse bonam mortem expectandam viuenti male. Si dæmon tibi contrarium dicit, hoc est, quia malus Astrologus. est videns solum aliquos influxus non conferens eos cum alijs. homilia 5. numero 36. 37. Et vnum astrum vnum latronem tantum, qui viuens in peccato, mortuus est in gratiâ. Vtque *S.* Bernardus ait, hunc solum inuenies, qui hoc modo saluus factus sit & vna autem hirundo non facit ver. ho 44. nu. 45. 46. Iusti non formant iudicium, nec legem, fundant in operibus gratiæ singularibus sed in iustitiæ. Ideoque singulari consilio non relinquebant Israelitæ vestigium suæ viæ, transeuntes liberè per mare, eaque reliquit Pharao, currusque eius qui submergebantur in eo. h. 21. n. 29. vsque 35.

XVII. *Quò ego vado, vos non potestis venire.* Si Christus hæc verba bene dixerit illis, etiam potest dicere multis ex vobis, quod quò ipse vadit, non poteris ire, quia sunt diuersi termini, ipse vadit ad cælum, et ad infernum. ho. 11, n. 12.

XVIII. *Vos non potestis venire.* Si velis ire, quò Christus vadit, debes relinquere tuum esse, & nouus homo fieri, mutans te à capite vsque ad pedes, vtque Propheta dixit, mutans fortitudinem tuam. homilia 38. numero 48. Implensque quod dixit Apostolus: *Viuo ego, iam non ego.* Quam doctrinam prosequuntur S. Augustinus & *S.* Gregorius. homilia 38 numero 110. 111 Et Christus eam signauit. h. 15. nu. 44.

XIX. *Quò hic iturus est?* &c. *Numquid in dispersionem Gentium?* Hoc nomine vocabant Gentiles, dispersos, vel sparsos per mundum, dicuntque vt rem impossibilem, si fortè Christus iret illis prædicaturus: quia certum erat, si ad illos iuisset, non fuissent eum secuturi: illis enim nil erat infamius, quam tractare cum Gentilibus. Volebantque per hoc alludere ad id quod Dominus aliquando eis dixerat, Deum eos desertuum, & ad Gentiles transiturum. vt eos per hoc terreret, quod maximè sentiebat hom 21. n. 59. 60.

XX. *Nisi credideritis, quia ego sum, moriemini in peccato vestro* Vide magnam Domini misericordiam, licet enim videatur eos omnino deseruisse, ille ipse redit, aperiens eis portam, dicendo sententiam tantum fuisse comminatoriam, quod si non deserant incredulitatis peccatum, in hoc morerentur: modificatque

ficatque minas suas, dicens, quod si ipsi mutent se, etiam iudicium Dei cum illis mutandum, vtque dixit S. Ambrosius: *Nouit Dominus mutare sententiam si tu nueris mutare delictum.* ho. 34. n. 63. Et propheta. *Cum iratus fueris, misericordiæ recordaberis.* ho. 28. nu. 42 43. Ista est profunditas sententiæ Sapientis Theuitis: *Deus retractat, cogitans ne pereat, qui abiectus est.* ho. 37. n. 22. 23. Est de hoc notabilis discursus; quomodo Deus mutet suas resolutiones tam de bono, quando fit malus, quam de malo, quando fit bonus. ho. 37 num. 15 16.

XXI. *Si non credideritis &c. moriemini in peccatis vestris.* Repetit eis has minas secundâ, & tertiâ vice in hoc Euangelio, quantum potest ex parte suâ faciens, vt causa Dei iustificetur, & eorum malitia conuincatur. Nec possunt dicere se non audiuisse, vel non fuisse monitos; sicut eadem de causa repetiit toties terribile iudicium, quod malis est superuenturum. h. 6. n. 7. vsque 12. Ideoque vult Prædicatorem vnâ, & alterâ vice minari damnationem tuam, licet fiat sine effectu. ho. 22 n. 36 37. Vtinam istis aquis minarum finis vitæ tuæ te laues sic, vt eo cures lepram animæ tuæ, non minus, quam Naaman corporis sui, lauans se aquis Iordanis. ho. 6. n. 4. & 5.

SECVNDO DIE MARTIS QVADRAGESIMÆ VLTRA HOMILIAM XIV.

1. *Super cathedram Moysi sederunt Scribæ &c.* Matth. 23. Sapiens ait Deum creasse omnia vt essent, & se conseruarent. *Creauit omnia vt essent.* Et quia non possunt se conseruare res differentes, nisi bono ordine dispositæ; hunc posuit in omnibus. *Omnia disposuit in numero, pondere, & mensurâ.* Vtque præcipua creaturarum est homo, & multitudo sine ordine, est confusio, voluit inter homines ordinem seruari. Vtque est in cœlis, & stellis, ac motibus eorum tantus, vt ideo vocetur exercitus *Militia cœlorum.* Nil enim est quod maiorem requirat ordinem, quam exercitus: sic vult esse in terrâ inter homines. Vtque vbi ordo est, conseruatur mundus; destruiturque vbi deest. Estque certum causam destructionis eius esse, quod quisis nolit seruare locum suum; sed quod subditi velint esse Superiores, & plebeius poni loco nobilium. Vnde venit confusio causans famem, & necessitatem eorum quæ in mundo tolerantur. h. 27. n. 62. vsque 66.

II. *Super Cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi.* Licet in toto mundo sit necessarius ordo Superiorum & inferiorum tamen plus in spirituali Republicâ Ecclesiæ, vbi particularis est Cathedra pro Superioribus, & Sacerdotibus quibus populus debet particularem respectum. ho. 2. nu. 12 vsque 18. In ipsis posuit Deus potestatem absoluendi peccata, præcipiens vt eis se omnes subiiciant, quando sedebunt in istâ Cathedrâ, quam occupat ad vtilitatem nostrâ, cum insigni auctoritate supra Sacerdotes antiquos. ho. 19. n. 54. vsque 59. Ipsi sunt. per quorum manum Christus Dominus nolter distribuit panem doctrinæ, & Sacramentorum inuitatis ad hunc montem Ecclesiæ h. 27. n. 66.

III. *Sederunt Scribæ & Pharisæi.* Qualis gens est ista Domine? Desine dicere illis ipsis in præsentiâ omnis populi, quod sint inimici Dei, hypocritæ sepulchra dealbata, quæ licet habeant bonam apparentiam exteriùs, sunt intus plena putredine, & vermibus. Talem gentem collocas in Cathedrâ tuâ, facisque Superiores, & vis nos eis obedire; Ne hoc cures, tantum intellige hoc conuenire, fierique cum diuina sapientiâ tantâ, vt ad tibi satisfaciendum in hoc, particulariter stabilient diem iudicij. h. 6. n. 29. vsque 35.

IV. *Sederunt Scribæ & Pharisæi.* Domine visne in exaltatâ Cathedrâ tuâ sedere, & throno Pontificatus eos, qui deberent mergi in infernum? Videbis sapientiam Dei, qui diuinus est hortulanus, trahens aquas veræ doctrinæ per luteos canales motos per mulum obuelatum, ad rigandum plantas Ecclesiæ suæ. ho. 39. n. 26. vsque 29. Antiquum Sanctissimæ Trinitatis concilium, in quo fuit decretum, vt Christus moreretur pro salute hominum, fuit significatum in illo ferro submerso in aquæ fundo, extracto per Elisæum Prophetam, ligno manu eius absciso, quo medio restituit illud manibus id desiderantis. Illudque decretum, diuinum, immensum abysso difficultatum, quo modo foret exequendum voluit Deus declarari per Caipham. Deo eius linguam mouente. ibid. n. 26.

V. *Sederunt Scribæ & Pharisæi.* Quomodo Domine ita, honoras Gentem, quæ meretur tantam punitionem, quanta sunt peccata eius? Vult eo iustitiæ suæ satisfacere, soluendo parum boni, quod faciebant isto honore temporali, qui est paruæ substantiæ. Est. ratio S. Chrysostomi, & aliorum Sanctorum. ho. 26. n. 9. vsque 54. Deus dedit gladium in manu Simeonis & Leui, dans eis robur, & vim ad sumendam vindictam de iniuria Dinæ sorori eorum illatâ à Principe Sichem, tradiditque illis spolia & diuitias illius gentis, in præmium eius facti, prodeuntis ex zelo castitatis & abominationis turpitudinis illius Principis, qui permittens se vinci à suo appetitu lasciuo, & sensuali intulit vim virgini, cum offensa Dei, patris & fratrum eius. Noluitque Deus bonum licet exiguum quod in actione illa erat præmio suo priuari. ibid. n. 52.

VI. *Omnia ergo quæcumque dixerint vobis seruate & facite.* Debeone genti tam malæ obedire? Debes, nó ob personas eorum, sed quia sunt in Cathedra, locoque

Dei,

Dei, debeſque illos reuereri, vt repræſentantes ipſum Deum. Vt Alexander Magnus videns ſummum Sacerdotem Iado, ſtatim deſcendit ex equo, proſtrauitque ſe ad pedes eius. Rogatus autem à noſcentibus ſuperbiam eius cur id feciſſet tantus Monarcha vt ipſe, homini ordinario? Reſpondit ſe vidiſſe in eo, & repræſentaſſe ſibi magnum Deum qui præteritis annis ei promiſerat felicitates, quibus fruebatur. Hiſtoria a Ioſepho relata Ob eandem cauſam ſupremus Monarcha Nabuchodonoſor proſtrabat ſe ad pedes Danielis, offerebatque illi incenſum, quia conſiderabat in eo perſonam Dei, quæ in Daniele ei loquebatur. ho. 43. n. 51.

VII. *Omnia ergo quæcumque dixerint vobis &c.* Obedite illis, quia ſedent in Cathedra, debeſque in illis ipſum Deum reſpicere qui in hac vitâ in tribus ſe præbuit abſconditum, Prima & præcipua in SS. Sacramentis. Secunda in pauperibus. Tertia in Prælatis. Cumque ſimus fideles, vult nos ſemper in fide ambulare. Vt videntes paruam quantitatem panis, credamus ibi vere Chriſtum eſſe, & videntes pauperem lacerum in eo reſpiciamus Chriſtum, implentes quod dicebat Dauid, beatus, qui intelligit ſuper egenum videntes hominem nobis in naturâ ſimilem, & aliquando in qualitatibus inferiorem, in Cathedrâ ſedentem, credimus Deum in eo eſſe. ſi non ad bonum eius, quia peccator eſt; ad bonum tuum, quia Prælatus eſt, qui te regat. ho. 26. n. 13. vſque 16, & h. 30. n. 24 25.

VIII. *Omnia ergo quæcumque dixerint vobis, ſeruate.* Fuit magna Dei miſericordia, relinquere nobis Prælatos, qui deciderent noſtra dubia, & reſoluerent quid nobis faciendum in rebus animæ noſtræ, quia nemo eſt bonus Iudex in propria cauſa; ſemperque eſſes dubius, an bene reſolueris, an ſatisfactio tua ſit ſufficiens vel non. Iam cum Deus poſuerit Prælatos & Miniſtros ſuos, qui rebus animæ tuæ, & peccatis auditis, dant ſententiam iuridicam ex parte Dei; ſæpe es ſcrupuloſus an ſit ei ſatisfactum, nec ne; quid eſſet, ſi Deus non poſuiſſet qui ex parte ipſius daret tibi ſcedulam ſubſignatam nomine ſuo, cum vno *Ego te abſoluo?* Eodem modo eſt pœne ordinatium in propria cauſa iudicare leue, quod valde graue, defectus alienos habere pro magnis. licet parui ſint: & proprios, licet graues, habere pro leuibus. h. 23. n. 21. Ad conſolationem, & noſtram exonerationem ponit, qui nomine ſuo nos reddant ſecuros ex parte ſua. ideoque antiquitus optabatur magnum illud miraculum, quod faciebat Sacerdos circa leproſos. h. 26. n. 23. Etiam Deus diſpoſuit vt ad hanc cathedrã tecurreres in dubijs obligationum cuiuſuis. & cuique maneret plenè ſatisfactum ex eo, quod Sacerdos diſponeret. h. 1. n. 10.

IX. *Omnia quæcumque dixerint vobis ſeruate.* Deus vult opera noſtra magni eſſe meriti vt pro illis magnum det nobis præmium, valde autem illa eleuant humilitas, & obedientia, quibus eorum meritum ineffabiliter creſcit, in tantum vt Chriſtus ipſe, ad hoc vt opera eius eſſent magis meritoria, nullum voluit facere, nec verbum dicere, nec miraculum operari, quod non eſſet ab æterno Patre præceptum, ſuperiore ſuo ſecundum hominem idque dixit, quando ait: *Ipſe Pater mandauit mihi, quid dicam, & quid faciam.* Profundum myſterium. Chriſtus voluit nobis ex parte id ordinare ad noſtrum meritum. h. 36. n. 31. 32.

X. *Omnia quæcumque dixerint vobis.* Mirabile, quod cum nil plus alienum à natura ſit hominis ſpectati ex parte corporis, quam ſuperbia. homilia 15. nu 30. vſque 33. non ſit vitium quod plus eum oppugnet ſecundum animam, quia ſecundum hanc videt ſe libero præditum arbitrio, ſimilem Deo. Ad hoc damnum præuemendum, primum quod Deus fecit, erat Adæ præcipere ne comederet non quia arbor erat mala (vt ait S. Auguſtinus) de arbore ſcientiæ boni & mali, ſed vt præcepto Superioris daret ei contra pondus ne euaneſceret, inque caput eius aſcenderet velle Deus eſſe. Dæmon autem accurrens eum perdebat, auferens ei, obedientiam, & erga ſuperiorem ſubiectionem. Chriſtus vult noſtram reparationem, dans nobis æquipondium, ne euaneſcamus ſuperbia. Ideo præcipit nobis, vt ſimus ſubjecti Superioribus. Quod eſt facere quod ait Iob *Fecit ventis pondus* & h. 29. n. 9.

XI. *Omnia quæcumque dixerint vobis.* Hæc bona eſt obedientia ouium Dei, ſyncerè obedire, ſine diſputatione circa id quod Eccleſia præcipit credendum, vel operandum, idque exequi, ac ſi Deus ipſe imperaſſet, cui, obediendum ſine contradictione, vt faciebat ille qui alteri caput percuſſit ho. 37. n. 24. vſque 30. Imo parati ſint omnes leges ſeruare. *Omnia quæcumque dixerint.* Nam vt S. Iacobus dixit. *Qui offenderit in vno, factus eſt omnium reus* ho. 17. n. 25.

XII. *ſeruate, & facite.* Duo ſunt præceptorum genera: Negatiua, quæ ſeruantur cauendo facere, quod prohibent. Et affirmatiua, quæ præcipiunt res faciendas, Vtraque debent ſeruari. Non ſufficit enim, non facere malum, & non furari, ſed debes agere bonum, & eleëmoſynam facere. h. 16. n. 6. 7.

XIII. *Secundum opera eorum nolite facere, dicunt enim, & non faciunt.* Ne reſpicias opera eorum, quæ ſunt mala, ſed auſculta doctrinam eorum, quæ eſt bona, quia Dei eſt. Vides hic Prophetas, per quos locutus eſt Spiritus ſanctus. Integer Propheta habet duo, opera Sancta, & doctrinam bonam & veram. Talis fuit S. Ioannes Baptiſta, qui erat, *lucerna ardens & lucens.* Habebat ardorem charitatis in operibus, & lucem doctrinæ in verbis. Ili autem tantũ

habebant medietatem, solam verborum doctrinam non operum bonitatem. hom.39.n.32.

XIV. *Dicunt enim & non faciunt.* Mali Cathedratici; Boni enim bonis operibus suis declarant bonam doctrinam verborum suorum. Sunt vt lampades, quas vidit Zachar. cap. 4. quæ habebant lucem, quâ lucebant, & simul, quæuis earum habebat duo vasa; quorum vno ex vnâ parte adipem subministrabat, & in alia habebat lucem; vt enim lux doctrinæ conseruetur bene, eget Prædicator oleo Sanctorum operum in ordine ad Deum, & proximum, quibus se faginet. ho.30.n.25. Istis enim deficientibus, lux extinguitur; Sequiturque S. Gregor. *Cuius vita despicitur, restat vt doctrina despiciatur.* Ideo vult Deus Prædicatores suos tales, vt populus non videat defectus eorum. hom.21. nu.16. vsque 50. Nec in eorum operibus aliquid videat contrarium verbis eius & doctrinæ; sed vt primò faciant id omne, quod prædicant. ibid.num.49.

XV. *Alligant onera grauia, & importabilia.* Multum imperant, & nihil faciunt, cumque deberent esse exemplar operibus suis; hi contradicunt verbis suis: toti in hoc positi, vt disponant alios, quid faciendum: ipsis nil facientibus vtile, in beneficium animarum sæarum. Super quos ait S. Bernardus hanc maledictionem cadere. *Maledictus homo, qui facit partem suam deteriorem.* hom.27.n.53.

XVI. *Omnia sua faciunt, vt videantur ab hominibus.* Infelices, cum enim opera eorum sint tam magni pretij, perdunt ea quia vendunt oculis mundi: hic autem cum sit pauper, soluit malè. Ne sic facias tua, sed vt Christus fecit. hom.1. n.25. vsque 26. Abraham illi attendens, noluit solutionem, nec præmium, quod ei Rex Sodomæ offerebat ob triumphum & victoriam, quam obtinuerat de illis quatuor Regibus, sed leuabat ad cœlum manum suam: *Leuabo ad cœlum manum meam.* Vt tantum respiciens Deum, qui integrè soluit bona opera nostra. ho.1.n.25. Fac ea tantum coram Deo, quo valor eorum crescet. ib.n.22.23. Libera ea ab oculis mundi, qui ita corrupti, insciunt quod vident. ib. n.23. Ideo petiit David à Deo. *Auerte oculos meos, ne videant vanitatem.* Id est, gloriam mundi; & pro eâ opera facta non habent vestigium, vel signum virtutis, manentque merito vacua. hom.1. n.23.24.

XVII. *Amant primos recubitus in cœnis.* Mali Doctores, & iniqui Prælati, qui tantum amant dignitatem ob sessionem. Prælaturæ non sunt vt sedeatur, sed vt in pedes stetur ad huic, & alteri succurrendum. Imo summus Pastor Christus, iam in cœlo, licet pro vnâ parte se repræsentet sedentem ad dexteram Patris, ex alterâ vidit eum Stephanus stantem, vt ei faueret. ho.15. num.33. & seqq. Ideo fugiebant Sancti Prælaturas, scientes eas non esse ad sedendum, sed standum, & laborandum. ibid. num. 37. vsque 41.

XVIII. *Amant primos recubitus.* Quod faciunt, implentque, est assidere mensis, vel accumbere, vt assueuerant Iudæi, & perpetuo inter homines versari, acceptando honores, & salutationes. Ostendebant se reprobatos, vt pisces sine alis, qui semper natant sub aquis. ho.11.nu.13. *Salutationes in foro & vocari ab hominibus Rabbi.* Videtur his Isaias minatus dicendo: *Vlulate naues maris.* Quia ferebantur hinc inde vento egrediente ex aliorum ore illos honorantium & salutantium. Magna infelicitas, vt possit de illis dici: *Ephraim pascit ventum.* Caue ne sis vt illi, vento te turbante vel abripiente. ho.4.n.23. vsque 26.

XIX. *Amant primos recubitus.* Parum sciunt de consuetudine domus Dei, praxique eius, quæ est descendere ad ascendendum, humiliare se; vt exalteris. h.2.n.32. vsque 37. Prudentia nostra debet esse vt serpentis, qui descendit, vt eleuet se. Illi non intelligebant hanc doctrinam, vt nec aliqui consanguineorum Christi, qui ad se exaltandum, debebat se humiliare vsque ad mortem. ho.36 n.37. vsque 40.

XX. *Patrem nolite vocare vobis super terram, vnus est enim Pater vester* &c. Non sunt verba, quibus possit explicari donum, quod nobis confert Dominus; non enim contentus dedisse nobis licentiam vocandi ipsum Deum Patrem nostrum, qui est eius, etiam præcipit nobis, vt eum solum pleno ore vocemus Patrem. Hi terreni, si dicantur tales, ideo est, quia participant de illo, vt dixit Apostolus S. Paulus, hique sunt terreni corporis, hospitalis infirmitatum. Ille autem cœli, est animarum factarum ad imaginem & similitudinem eius, quæ per diuinam eius gratiam sunt capaces omnium diuitiarum & regnorum eius. ho.17. num. 11. Estque magna gratia dare nobis vti isto nomine, ad roborandam confidentiam nostram, maguam enim habet filius, quando accedit patrem suum vt petat ab eo. hom.27.nu.20. Ratio magnæ consolationis nobis, quam S. Bernardus cum admirabili spiritu ponderat. hom 42.nu.83.84. Etiam ad eleuandum corda nostra, ne adhæreant patuis rebus terræ indignum enim est filios talis Patris tam abiectas habere cogitationes. ho.11.nu.9 10. Hanc cordis nobilitatem petebat S. Thomas. hom.1.num.26.

XXI. *Patrem nolite vocare.* Hoc obligat nos Dominus, non tantum ad Deum non offendendum cum sit Pater noster, sed etiam ad honorem eius zelandum, conando vitare offensas eius in aliis, respondendo pro eius honore, sentiendo peccata, quæ fiunt contra eum, plus quam propria. Admirabilis doctrina. hom.22.n.14. vsque 21. & hom.28.n.56 vsque 61. Quia nos habet vt filios, habet vt proprias, quæ nobis fiunt iniurias. ho.22.nu.27. & seqq.

XXII. *Omnes vos fratres estis.* Cum præcipuum le-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

gis sit amor, hicque sit particularis fratris ad fratrem, faciens nos omnes fratres, volnit nos obligare ad nos mutuo amandum, & remedium procurandum; non enim minus potens est amor gratiæ, quam naturæ. Ratio efficaciter ponderata. ho.22.n.47. vsque 52.

XXIII. *Omnis qui se exaltat humiliabitur* &c. Hæc est regula, & perpendiculum altitudinum, & graduum domus Dei, tantum enim quis habebit in altitudine, quantum habuit in humilitate, & sui deiectione. Ideo exaltatio Christi fuit altior, quia eius deiectio fuit profundior. hom.2.nu.32. & seqq. Vtque illius nobis daret exemplum, ita profundum exercuit humilitatis actum in cœna. hom 45.nu.27.29.

TERTIO DIE MERCVRII QVADRAGESIMÆ VLTRA HOMIL. XV.

I. *Ascendens Iesus Hierosolymam assumpsit discipulos suos secreto, & ait illis. Ecce ascendimus Hierosolymam* &c. Matth. 20. Euangelium continet ratiocinationem, quam Dominus habuit cum discipulis suis, dans eis rationem mortis, quam erat passurus. Ideo extrahit eos de multitudine, & ad secretum ducit, præueniteque eos, petens attentionem dicendo *Ecce*. Magnum mysterium quod tantum tractat cum illis quibus dixerat. *Vobis datum est nosse mysterium regni Dei*. Et in separatione à tumultu mundi ad gloriam suam ostendendam extrahit illos, ad montem separatum, quia oculi mundi capaces non sunt ad gloriam videndam: sic etiam ad passionem & mortem suam tractandam. Mundus enim non intelligit, quod iustus moriatur pro peccatore, Dominus pro rebelli mancipio, hoc enim totum est viam ingredi contrariam. ho.41.n.20. vsque 27.

II. *Ecce ascendimus Hierosolymam*. Vult aduertas, ipsum esse, qui ascendit Hierusalem ad moriendum, vt intelligatur mors eius voluntaria esse. Est sacrificium ruſæ vaccæ, quæ non tulerat iugum debiti mortis. hom.34.nu.10.15. Ipse est Dominus temporis, & moritur est horâ, quâ voluit se tradere. hom.35. nu. 38. vsque 41. Quedque dicit verbo, ostendit clarè opere, quando intrauit Hierusalem ad moriendum. hom.41.nu.20. vsque 27.

III. *Ecce ascendimus*. It voluntariè ad offerendum se in sacrificium vt in se opus esset magis meritorium, quia eo plus est, quo fit cum maiori voluntate. ho.41.nu.20. vsque 27. Si labores & mortes, quæ tolerantur per vim, sint meritoria si fiant voluntaria, faciendo de necessitate virtutem. ho.9.nu.16. vsque 49. & ho.44 n.27.28. Quanto magis meritoria erit mors, pœnaque toleratæ cum tam plena voluntate, vt ipsemet eat voluntariè ad eas patiendum. Vtque forent magis pœnosæ admittit voluntariè accidentia timoris & tristitiæ, quæ poterant maiorem pœnam causare. Profundum mysterium. hom.42.nu.37. vsque 43. & num.49. vsque 62.

IV. *Ecce ascendimus Hierosolymam*. Ascendebat cum gaudio, amoris effectu, qui eum ferebat, vt Euangelista S. Marcus dicat, eum tam festinanter iuisse, vt Apostoli mirarentur; & timerent. Non enim erat ei hora magis desiderata quam ista. Vnde quando venerat, fecit actionem, ita insolitam cantandi magnum Alleluya. ho.42.n.25. Et damnatus ad mortem, videns crucem paratam, amplexatus est eam vt sponsam semper desideratam. ibid.nu.66.

V. *Ecce ascendimus Hierosolymam*. Domine vocasne illud ascensum? Videtur melius posse ad descensum dici, quia vadis moriturus mortem supremæ abiectionis & humiliationis. *Humiliauit se vsque ad mortem mortem autem crucis*. Tamen bene dicit, quia in hac morte fundabatur ascensus eius, secundum quod dixit Dauid: *Ascendit super occasum*. Mysterium, quod mundus non intelligebat, licet Dominus id declarasset symbolo ænei serpentis. hom.36. nu. 37. vsque 40. Et in hoc descensu, erat totus ascensus noster. ho.38 nu.121.122. Quem declarabat Euangelista S. Ioannes dicens: *Quod factum est in ipso vita erat*. hom.30.num.45 46.

VI. *Ecce ascendimus Hierosolymam*. Hic ascensus valde considerandus. Inde enim noscitur malitia peccati, & detrahitur latus ceto grandi, vt Deus Iobo dicebat. hom.42 nu.11.12. Inde cognosces quam magnum sit debitum, quod contrahitur per peccatum; cum esset necessarium infinitum pretium, vt æquale pro eo solueretur. Et morbi grauitas, qui tam sumptuosam requirebat medicinam ib.n.13. vsque 16.

VII. *Ecce ascendimus*. Prope duobus annorum millibus ante videtur Patriarcha Iacob vidisse hunc ascensum, de quo agens dicit feliciter ascende fili mi, video enim te ad diuitem ascendere prædam. *Ad prædam ascendisti fili mi*. Adam ascendit superbiâ eleuans animam & brachium ad arborem, cum inobedientiâ, cumque essemus in ipso diuites, omnes extremæ addixit paupertati. Iam ascendit Christus, vt lucretur nobis omnes diuitias Dei; manemusque ditiores per merita, quæ nobis est lucratus per istam mortem, quam pauperes eramus per Adæ peccatum. Notabilis discursus. ho.42.n.19. vsque 24.

VIII. *Ecce ascendimus*. Mundus est, vt infrænis equus, quolibet sequente suas passiones, dicit, vt respiciamus ascensum quem facit ad moriendum, eritque nobis frænum potens, & operabitur, quod aloë in vbere ad puerum ablactandum. homil 42. num. 14. 15.

IX. *Ecce ascendimus.* Quo vadis Domine? vadit ad colligendas pœnas nostras, vt eas in se suscipiat, nosque maneamus ab illis liberi. h. 42.n.37.vsque 43. Particulariter ponit ante oculos suos mortem, eiusque timorem vult suscipere tam viuaciter, vt metus esset sufficiens ad ei vitam auferendam. h. 42 n. 55. 56. Quo abstulit illius timorem à nobis vt iam non timeant eam Sancti, sed ament, sitque illis dulcis. Magnum mysterium, vt fuit auferre venenum viperis Melitæ. h.12.n.62.vsque 66. Eoque Deificabat mortem dolores ignominias, etiam crucem ipsam Excellens doctrina, h.36.n.9 vsque 12

X. *Ecce ascendimus.* Ascendit vt det vitam suam pro nostra, ipseque moritur, vt nos viuamus. Vnde S. Augustinus ait nos posse aliquo modo dicere, quod maluit vitam nostram, quam suam, & plus mihi, quam sibi ipsi. h. 9. n. 46. Hinc collige gratitudinem quam debes tanto beneficio. h. 41. n. 23. Quodque Christi passio debeat tibi esse liber memoriæ, efficactor, quam Regum Persiæ h. 42.n.24.

XI. *Consummabuntur omnia.* Deus voluit mortem Christi præfigurare, à ptincipio mundi. per manus Patriarcharum, per opera legis, & Scripturas Prophetarum ad faciendã itrefragabilẽ probationem veritatis mysteriorum nostræ redemptionis. ho. 41, nu. 34. vsque 37. Videatur notatum Dominicâ præcedente supra hoc *Dicebat de egressu, quem completurus erat in Hierusalem.*

XII, *Consummabuntur omnia quæ scripta sunt.* Hoc magnæ est ponderationis inter innumerabilia ponderanda in morte Domini, quod nil sit passius per manus ministrorum, quin fuerit signatum & scriptum. adeo vt ne vel minimus daretur ictus, nec vel vnus euelleretur capillus, non vel vnum sputum effunderetur, quod non fuerit per Prophetas sculptum in diuina ista petra. Nec erat opus in isto tabernaculo dispositum per Moysen, quod est populus Iudaicus, non figuratum in eo, qui se ostendebat in monte, sic vt in ordine diuinæ Sapientiæ, & diuinorum mysteriorum nil interuenerit casuale sed à Deo bene dispositum vt Christus id patereturt h. 39.n.26.vsque 29.

XIII. *Tradent eum Gentibus ad illudendum.* Ipsi Iudæi videbant esse magnum sacrilegium occidere Christum, vtque hoc tegerent, volebant vti manu Gentilium, hanc culpantes feram vt mortis eius teum vt fratres Iosephi, homilia 24 numero 50. Sed Deus non decipitur, quod clarè S. Petrus dixit eis postea. *Quem vos interemistis.* Quod enim facis per alienas manus, ipse facis h.2.n. 10.11. & h.23.n 6

XIV. *Tradetur Gentibus,* Vtitur verbo impersonali, non dicens quis trades, in particulari, quia nos omnes. Fuitque traditus, passus & mortuus, pro quouis in particulari, ac si pro eo solo moretur. Ideoque dicitur de SS. Sacramento, rememoratiuo passionis eius, *Sic totum omnibus, quod totum singulis.* Mysterium profundæ Theologiæ. S. Ambrosij. ho 42.n. 3. 4.7.8.10. & 24. Hinc intelliges cur Dominus sit passus tantas & tam veras pœnas. Si enim ob solum peccatum veniale irrogantur tam graues pœnæ vt patet. h. 10. n 28. Quæ pœnæ debebuntur omnibus mundi peccatis? ho.38. n. 52. 53. Videturque hæc fuisse consideratio, quæ Domino causauit mortalem agoniã vt sudauerit sanguinem. Quia videbat supra se irruentem torrentem omnium peccatorum, vt ait Propheta Isaias. ho.42.n.103.vsque 106. Et hoc modo contritionem habebat ita viuam, quanta est necessaria pro cuncti peccatis. ibid. n. 107. vsque 110 Hincque venit ei pudor, qui sanguineum causabat ei sudorem. ib.n.110. Sic vt te in particulari, & tua peccata, meaque & me, & quemuis in singulari viderit. Taliterque passus est pro quouis, ac si pro eo solo foret. Vnde patet, quem dolorem debeas concipere ex eius morte, & qua gratitudine debeas accentrere, cum singulariter fuerit pro te Debesque intelligere te illum prodere, & per te traditum fuisse inimicis suis ho.42.n 8 9.10.& 24.

XV. *Tradent eum Gentibus,* Dicite proditores. Posuitne Deus ideo filium suum in manibus vestris, vt eum tradatis Gentilibus ad torquendum, & occidendum? Tradit illum vt tibi misericordiæ ipsius prosint, quas vertis contra eum occidens filium eius. Magna Principum malitia, qui bonis sibi datis à Deo, inferunt ei bellum. ho.35.nu 16. vsque 19. Magna Dei offensa, vti eius beneficiis vt armis ad eum offendendum. Tales declarabat Ioseph Dominæ siræ quando eum prouocabat ad offendendum Deum, & solicitabat vt turpi appetitui suo satisfaceret. ho.35.n.17. Multi Christiani sunt qui aliquo modo faciunt idem. quos S. Chrysostomus dicit infelices, quia magna eorum erit punitio. ho.41.n.96.97.

XVI. *Tradent Gentibus.* Magna nequitia Principum, quibus cum Deus posuisset Christum in manibus, vt eum brachiis apertis reciperent; illi ipsi tradunt eum Gentibus. Istos præuenit Deus per legalem suum Prophetam, dicens eos debere exire ad recipiendum, & adorandum Christum. Et ad hoc magnam eius notitiam obtinuerunt per Sanctas Scripturas. Ipsi autem maximè renuerunt eum recipere, & adorare, cum ipsi deberent populum disponere ad eum recipiendum & adorandum. Magna Principis malitia, cui cum Deus posuerit in manibus iustitiam, ipse inferat ei bellum. ho 35 n.13 vsque 16.

XVII. *Tradent Gentibus ad illudendum & flagellandum,* Christus ponderat se debere tradi variis homi-

hominum manibus. Primo Scribarum Principum populi Iudæorum. *Tradetur Principibus Sacerdotum.* Secundo manibus Gentilium. *Tradent eum Gentibus ad illudendum* &c. Christus passurus erat acerbiora tormenta, & crudeliorem passionem, quam aliquis sit passus, vel passurus in mundo, quia, vt dictum, solus debebat pati pœnas quas omnia hominum peccata merebantur. Ideo est traditus non tantum manibus dæmonum, sed etiam hominum, qui sunt crudeliores dæmonibus & primo fatigantur dæmonis, quam hominum manus. ho.9. n.26.27.& præcedentibus.

XVIII. *Et tertiâ die resurget.* Christus non subsistit tantum prædicens mortem crucis, quæ futura erat: sed addit resurrectionem secuturam. Ne sepires vnum opus ab alio, vt faciebant Iudæi, faciuntque Gentiles; tantum respicientes ignominiosam mortem; sed intuere illam cum resurrectione; si enim mortuus sit vt homo, habens naturam mortalem, resurrexit vt habens veram diuinitatem. videturque dicere quod Sophonias. *Expecta me in die resurrectionis meæ.* Opus clarè probans diuinitatem eius. h. 48. n. 4. & h. 149. n. 6. & seqq. Si dissolues vnum opus ab alio, eris Antichristus, vt dixit S. Ioannes. ho. 28.n 64.

XIX. *Tertiâ die resurget.* Hæc est consolatio laborum licet durent vsque ad mortem, scire bonis secuturam resurrectionem gloriosam; quæ oculis obuersando facit, vt nec mortem timeamus. h. 11.n. 4.vsque 12.& ho.12 n.7.vsque 13.& ho. 16 n.56.

XX *Tertia die resurget.* Dominus vult Apostolis suis dare consolationem mortis suæ, repræsentando eis, quod resurget. Quæ ratio est, quam potest dare acrioribus, tam nobis in nostris mœrtibus, quam amicorum nostrorum ho 32. nu. 57. vsque 60. Hac ratione consolabatur Christus Martham. Eadem S Paulus parentes in mœrtibus prolium omnesque fideles h 31. n 60. vsque 63. Ad hanc spem vtonficandam, quæ tantæ consolationis est, fideles sepeliunt defunctos suos, cum particularibus ceremoniis. h. 31.n. 48. vsque 56.

XXI. *Tertia die resurget.* Hæc est bonorum consolatio, quod morte finientur labores eorum & sequetur gloria resurrectionis eorum: vt terror malorum esse debet, quod morte finiuntur eorum delectationes, & temporalem mœrtem sequatur æterna. h. 16 n 35.36. Continget bonis, quod igni abscondito tempore Machabæorum ho. 31.n. 62.

XXII. *Tertia die resurget.* Hoc non tantum vult dicere, sed etiam quod resurrectione vincet mortem, & effectus eius resuscitando gloriosum corpus, supremis præfulgens doribus. Quæ consideratio Sanctis reddidit dulces omnes mortificationes, pœnas & mortes suorum corporum mortalium, quod resurgent vincendo mortem doribus glorioſa. homil. 11. num.33. vsque 39. diciturque de illis, quod resuscitabuntur corpora non facta manibus. hom.12. num.26. vsque 32.

XXIII. *At ipsi nihil horum intellexerunt.* Dicit S.Lucas, referens hanc historiam. Oculis carnis non possunt videre viam ad vitam, esse pœnam, & ad gloriam, crucem; & ad sublime Regnum, humilem mortificationem. Nec postea intellexerunt, quando hora passionis venit. Vnde scandalizabantur, donec postea venit Spiritus sanctus, qui eos illuminabat. Hoc est profundum mysterium, de quo S. Ioannes dixit hæc verba: *Quod factum est, in ipso vita erat.* hom 30. num.43.44. Capillos nigros Sponsi est difficile pene rare, licet sint sicut elatæ palmarum. ho.29. num.34.35. & hom.45. nu.7.8. Vnde non est mirum aliquos Christi consanguineos eum non intellexisse, quibus non fuerat tam clarè locutus. hom.36. nu.37. vsque 40.

XXIV. *Ipsi nihil horum intellexerunt.* Quid mirum eos non intellexisse, cum hoc mysterium necdum esset perfectum, nec Spiritus sanctus suâ luce aduenisset: cum tu etiam postea hoc totum non intelligas, quod in labore sit requies, in paupertate regni cœlorum diuitiæ, vt intellexerunt sancti, qui ideo quærebant labores, & mortificationes. ho 15.n.14.15. Intelligentes esse dotes, quas Deus, amicis suis dat, quibus aperit eis spem ad maiores glorias. h.32 n.23. vsq; 31.

XXV. *Tunc accessit mater filiorum Zebedæi.* Quam apertos habent parentes oculos ad petendum & procurandum filiis suis, habendque pro maximè propriis bona, vel mala proiam. Ideoque maxima punitio, quâ Deus illos punit, est; pœnas infligere filiis eorum. hom 9.nu.19. vsque 21.

XXVI. *Tunc accessit mater.* Esset iustum, quod sicut diligenter curas captare aliquam occasionem mediorum temporalium pro filiis vestris, procurando eis bonum statum in mundo, attenderes vt obtinerent veras diuitias virtutum, & in his excellerent. Vt enim tibi imputatur quando non procuras eis bona temporalia plus tibi adscribetur, si non procures eorum spirituale bonum. hom.23.num.6. vsque 9. & hom.35 num.23 24.

XXVII. *Dic vt sedeant hi duo filij mei.* Vis eos videre sedentes cum quiete & vita? S. Chrysostomus ait procura vt sint boni; quia afflictiones eis morsque temporalis proueniet in tuis oculis ex peccatis, vt contigit Heli. hom.31.num.30.31. Cum præcedenti doctrina discè iuuenes habere mœrtem vicinam ob peccata sua. ibid.num.26.& seqq.

XXVIII. *Nescitis, quid petatis.* Mater petit, & respondet filiis, quia, vt S. Hieronymus ait, sciebat

nos

eos mouisse matrem ad petendum. Nil falsum potest imponi Deo, nec se excusset Iudex; quia non recepit munus, sed amicus eius pro ipso: nec tu qui decipis alium per tertium. ho. 2. n. 10. & h. 23. n. 6.

XXIX. *Nescitis, quid petatis.* Quia in domo Dei, maiores eius amici, non habent vt amicitiæ donum sedere, sed eum habent vt magis promotum, quem Deus tenet stantem, ducens eum per carceres, deserta, ieiunia. homilia 32. numero 21. vsque 31. Vtque dicitur in vita S. Vincentij Martyris? *Tanto felicieres se esse putabant, quanto acriora tyranni supplicia, mira longanimitate sustinerent, pia longanimitate certassent euincere.* homil. 15. numero 15. 16. & homilia 32. numero 23. vsque 31.

XXX. *Nescitis quid petatis.* Valde inconuenienter petuntur absolutè bona temporalia, cum sæpe id quod videtur nobis esse commodo sit damno. Vnde Apostolus dixit *Quid oremus, nescimus.* Est stultitia absolute illa petere. hom. 32. numero 35. vsque 35. debemus nostram voluntatem conformare diuinæ addendo petitioni nostræ vt sit conueniens. *Veruntamen non sicut ego volo.* homilia 42. numero 86. vsque 90.

XXXI. *Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum*, Hæc verba altum continent mysterium, ait enim bibiturum se calicem passionis discipulorum, quia accipiebat eum vt ita proprium, ac si fuisset suus, & ipse biberet eum, vt patet eo quod dixit Saulo. Quid me persequeris. homilia. 22. numero 17. 18. Dicitque se cum populo suo captiuum ho. 27. nu. 46. 47. Seque esse inter spinas quando sui erans, quod nos debet animare in afflictionibus. homilia 32. numero 64.

XXXII. *Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum?* Vides hic viam ad obtinendum sedes cœli, bibere calicem quem Christus bibit, id est non tantum peti, sed vt Christus, ad gloriam patris ad exonerationem peccatorum. Licet enim Mundani bibant calicem, & valde amarum ad temporalia obtinendum, quam multas habent difficultates homilia 25. nu. 74. Tamen non prodest eis ad gloriam, Vt nec labores hypocritarum, qui non sunt conformes calici, quem Christus bibebat, ad gloriam Dei &c. Supra. h. 34 n. 21. vsque 26.

XXXIII. *Potestis bibere calicem* Videamus si velis sedes principales habeasque vires; necessarium est enim ad onus & dignitatem harum examen instituti & particulariter ad aggrediendum animæ tuæ negotium. Ideo dixit tibi Spiritus Sanctus; *fili in vita uenta animam tuam.* homilia 21. numero 31. Fac vt S. Martinianus antequam aggrediatis aliquid difficile, vel periculosum animæ tuæ. hom. 36. num. 27. Antea quam adeas statum matrimonij, exanima vires tuas an sint ad bibendum calicem, quem confert. Ne tibi accidat vt filiis Prophetarum, cum sua olla. hom. 24. num. 43. Estque admirabilis discursus Theophrasti. ibid. num. 9.

XXXIV. *Possumus.* Ambitio est valde arrogans facitque cuiuis videri se posse totum, & posse satisfacere obligationibus omnium officiorum; estque mirum Apostolos in hac materia tam animosos esse, credentes Dominum qui sedem daturus esset etiam daturum vires; fuerintque tam pusillanimes, quando Dominus dicebat, vt darent pauperibus quod ederent; & ab eis peteret, *vnde?* ho. 30 n. 39.

XXXV. *Possumus.* Ordinarium est nos decipere nosipsos, acciditque nobis, quod Sanctus Gregorius dicit: *Sæpe humana mens sibi mentitur.* ho 27. num. 32. Vt accidit Sancto Petro in promissionibus, quas fecit Christo. ho. 43. nu. 23 24 Vnde non potes tibi fidere, superbiæque tuæ; expositus enim occasioni cades vt Dauid & Sanctus Petrus. ibid. num. 12. vsque 21. Ideoque Confessarij, non possunt permittere sibi facile satisfieri per *Possumus* pœnitentiam hom 36. num. 21. vsque 38.

XXXVI. *Possumus.* Infirmitatem suam non nouerant, & quam facile cadat, qui videtur maximè firmus, quia ventus vnus sufficit ad deiiciendum omnes vires nostras, quæ licet videantur columnæ sunt naues. Hoeque excitat in Sanctis anxios timores, nec audent liberè dicere *Possumus.* hom 4 numer. 12. vsque 19.

XXXVII. *Possumus.* Hi Apostoli malè sunt dispositi ex spiritu ambitionis quanto enim sibi videntur fortiores eo se debiliores æstimare debebant: quia in domo Dei tantum est quis potentior quanto se infirmiorem cognoscit. ho. 43. n 28. 29.

XXXVIII. *Possumus.* Facile est hoc dicere, antequam calix veniat, sed cum hic est in conspectu, eiusq; amaritudo, pauci sunt qui non deficiant. Huius notabat S. Hieronymus etiam in Abraham defectum. hom. 27. num 42. 45.

XXXIX. *Possumus.* Non est tam mirum videre hos duos fratres tam animosos ad bibendum calicem cum Dominus dixisset, se illum bibiturum. Hoc enim dat animabus vires ad calicem bibendum, & se Cruce onerandum, quod videant Christum præcedentem. Et si ipse biberit eum pro me, estne multum si bibam eum ad vtilitatem meam? Non videbatur Vriæ difficile apud vigiles dormire, cum Ioab Dux eius dormiret super faciem terræ. Particulariter, cum Christus bibendo calicem, reddiderit dulcem eius amaritudinem, dederitque illi tam diuinam qualitatem, vt esset gustus suauissimi. hom. 36. num. 9 vsque

que 12. Abstulit timorem mortis, hanc acceptando. ho. 42. n. 59. Sicque eam amplectebantur Sancti, eo plus, quo erat asperior; vt S. Andreas, ibid, n. 62. vsque 66.

XL. *Sedere ad dextram meum non est meum dare vobis.* Dona & gratiæ diuinæ non dantur ob consanguinitatem; nec quærendum ius in gradibus gratiæ, illi qui eiusdem sunt naturæ, carnis & sanguinis. In hoc enim casu etiam matri suæ diceret. *Quid mihi & tibi?* Consanguinitas carnalis parum valet apud Christum, & Sanctos, Dives epulo fuit consanguineus Ioanni Baptistæ, & eum abstulerunt diaboli. ho. 16 n. 4.

XLI. *Non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à Patre meo.* Domine quomodo illud dicis, cum ipse dixeris, tuum esse vitam æternam ouibus tuis dare? Ambo sunt vera. Est inferior Patre secundum naturam humanam, recognoscitque superioritatem eius tractatque illum tantâ reuerentiâ, vt nullus vnquam filius tantam habuerit, erga Patrem suum, nec ei tribuerit quælibet excellentissima; vt S. Chrysostomus dicat ideo meritum, vt Pater eum supremè honoraret. ho. 42. n. 80 Secundum diuinam est æqualis Patri adeo vt cum particulari attentione loquens de ipsis duobus, acceperit primum locum dicens: *Ego & Pater vnum sumus.* homilia 34 n. 77. 78.

XLII. *Non est meum dare vobis, sed quibus* &c. Sedes gloriæ tantum dantur eas merentibus coram Patre æterno, & secundum eorum meritum. Vnde non debes scrutari mysteria æternorum actuum Patris æterni, sed operum tuorum, nam secundum mensuram eorum, cum diuina gratia factorum, erit sedes, quam habebis in cœlo. h. 37. n. 7. vsque 17.

XLIII. *Non est meum dare vobis.* S. Augustinus ait, voluisse dicere necessarium esse, vt vos desinatis esse, quod estis, id est superbi, se talibus enim non dare sedes. Id dico tibi peccatori, quia debes relinquere hoc quod nunc es. ho. 38. n. 110. 111.

XLIV. *Indignati sunt decem de duobus fratribus.* Grauis erat infirmitas illorum decem indignari, & scandalizari ob tam leuem defectum, quem videbant in duobus fratribus: Videmus enim in multis, magnisque Sanctis infirmitates, quas permittit Deus, vt eos humiliet. Estque diuinus discursus Spiritus Sancti, ne te scandalizet, videns defectus alienos, quia eos habemus omnes, quisque suos, *Omnes enim in corruptione sumus.* Cumque Sol sit tam pulchra creatura, patitur Eclipses suas ho. 38. n. 104.

XLV. *Non sic erit inter vos, sed qui maior est* &c. Hic vides legem in domo Dei stabilitam. De qua videantur notata homiliâ diei Martis præcedentis *Qui se exaltat* &c.

TERTIO DIE IOVIS QVADRAGESIMÆ VLTRA HOMIL. XVI.

I. *Homo quidam erat dives, & induebatur* &c. Luc. 16. Cum res, quas in hac vitâ habemus in manibus, sint quasi ludicra; quæ ad eius tamen finem contingunt sunt valde seria. Dauid aspiciebat homines in mundo viuentes, vt in theatro personam agentes: *Verumtamen in imagine pertransit homo.* Quia res huius vitæ videntur risus & repræsentationes. Sed coniiciebat oculos in mortem, vbi omnia valde seria sunt, & perpetua. *Intelligam in nouissimis eorum.* Moyses dixerat idem. *Considerabo nouissima eorum.* Imo de ipso Deo dicitur. *Vniuersorum finem ipse considerat.* Quia vt finiuntur res nugatoriæ & quasi per iocum in hac vita succedunt æternæ magni momenti, pœnæ, vel gloriæ, in morte. Euangelista depingit nobis duos repræsentantes diuitem & pauperem, qui quandiu viuebant transierunt, vt comœdi referentes quod cito finitur, Sed vult nos inspicere finem magni ponderis, & cõsiderationis; vnum fuisse sepultum pœnis æternis, vt semper moriatur alterum autem obtinuisse æternam quietem, quòdque hodie fruatur immenso gloriæ pondere, & in æternum perfruetur. Hoc tibi faciendum, inspiciendæ sunt mundi gloriæ vt repræsentatæ, vanæque cum magno dolore, qui tales cum sint, tu illis superbias. ho. 30. n. 10. Quodque totum, quod in mundo cernitur ventus sit, vt Salomon vidit, Dauidque dixit. h. 4. n. 19. vsque 26. Tibique considerandum, quid erit in fine vitæ tuæ. Esseque vt Nabuchodonosor, qui lecto decumbens cogitare cœpit in quid finiret vitæ suæ & quid huic succederet gloriæ quâ tantus fulgebat Monarcha. Hæc erant curæ Dauidis, & aliorum Sanctorum. ho. 37. n. 4.

II. *Homo quidam erat dives* Euangelista repræsentat nobis duos Concionatores, qui concionantur mortui melius, quam multi excellentes inter viuentes. Respiciendo autem diuitem potest dici: *Defunctus adhuc loquitur* Si ad id attendas, quod inter flammas tibi dicit, magnum edet effectum in animâ tuâ. Vide pœnas eius, flammasque & clamores: *Pater Abraham miserere mei.* ho. 31. n. 11. Tamen dico tibi, idem quod Abraham; si non audis Concionatores, & Christum illud tibi repræsentantes, iste Concionator parum in te efficiet. ho. 40. n. 16.

III. *Homo erat dives.* Vide diuitem & pauperem in suprema quiete mundi: Pauperem in suprema paupertate, infirmitate, & afflictione, Tamen condole diuiti, & congratulare pauperi, quia maiora

bona sunt malo ad malum, vt maiora mala sunt bono ad bonum. h.32. n. 43. vsque. 45.

IV. *Homo quidam erat dives.* Erat valde dives, vnconsequenter magnam habebat occasionem vt esset bonus, faceretque bona opera diuitiis suis. Sed Deus liberet te ab eo quando potens est malus, illæ enim sunt materia ad peccata turpissima & nefandissima. Et occurrat quodcumque, illa committit adeo libere vt licet exponatur vita particularis, imo exercitus integer à suo, non desistet proposito; vt patuit in Dauid, qui ob scandalosum adulterium, quod commiserat cum Bethsabee, occidit magnum Ducem suum Vriam, exposuitque euidenti periculo totum exercitum. Talesque vidit Ezechiel sepultos in mediò inferni profundissimo vbi etiam fuit sepultus iste infelix. h.35.n.19. vsque 22.

V. *Homo quidam erat dives.* Hoc est malum nomen oti Dei, qui numquam videtur agere cum diuitibus, quam vt eos pertentet semper de illis loquens cum tali fastidio, & zelo, quali cum voluptate de pauperibus. Estque mirabilis ratio zeli, quem habet Deus erga diuitias, quod videat diuitem eas habere pro Deo. Sicut mouetur zelo sponsus; quando videt suam sponsam aspicere alium cum particulari affectu. Deus est zelosus, nec fert alium loco suo. Discursus excellentis doctrinæ. homil. 29 nu. 32. vsque. 33.

VI. *Erat dives* Dat absolute hoc nomen isti homini quia nil habebat hominis, quam ei dabant diuitiæ. Hæ enim totum eum occupauerant, intellectum eius; voluntatem, cor Sic que repræsentabat eum Dominus, vt captum laqueo Satanæ, secundum S. Paulum. Vnde videtur eum habere vt desperatum. ho.28. n.36. vsqua 42.

VII. *Induebatur purpura & byſſo, & epulabatur quotidie splendide.* Habebat multa bona sed tanta splendebat pompa in vestibus & mensa consequenter supellectile & famulis, vt non videretur ei quidquam superesse ad dandum eleemosynam. Idque credunt multi, vt dixit S. Andreas. ho. 27. numero 50. vsque. 57.

VIII. *Induebatur purpura & byſſo.* Curiosus vestitus, & superfluus offendit Dominum nostrum, quia videtur rideri vestis qua vestiuit hominem quando peccarat. Vt S. Officium haberet pro iniuria si dato Apostatæ pœnitentiæ habitu, dicto *Sambenito*, ipse illo gloriaretur, eum acu pingi juberet, ornare auro, Margaritis &c. Particulariter sunt in hac mulieres reprehensibiles, quibus iam deficiunt nomina, quibus sua exprimant ornamenta; licet aliquando ita Deus vratur ad eas puniendas, vt facit cothurnis. h.32. n. 17. 18.

IX. *Induebatur purpura & byſſo.* Hæc est nostra miseria, quod ad, quod Deus homini dedit ex misericordia ita hic mutet; vt ex eodem faciat instrumentum superbiæ contra ipsum Deum. Cumque Deus dederit vestes mortuorum animalium vt hominem mortificet, hic facit inde instrumentum superbiæ suæ, ho. 7. nu. 33. 34

X. *Induebatur &c. & epulabatur &c.* Magna proditio; cum enim Deus dedisset ei diuitias, vt his ei seruiret ipse fecit eas arma superbiæ suæ in vestitu, gulæ in esu, vique dixit S. Gregorius. ipsis donis Dei contra eum pugnat. h.35.n.16. vsque. 19.

XI. *Induebatur purpura & byſſo.* Possemus de ipso dicere quod Propheta Abacuc. *Ecce iste coopertus est auro & argento, nullus Spiritus est in visceribus eius.* Quod licet de idolis dicat, etiam potest dici de illis qui sunt vt iste, Primo quia expensæ factæ in esu & potu auferebant ei spiritum benignitatis: videbatur enim ei nil restare dandum pauperi. Secundo quia cura ornandi corpus exterius non dat locum curando Spiritui, h. 23. n. 23. 24. S. Chrysostomus ait dolendum quod cum pretiosior sit ornatus Animæ quam corporis, huius tanta sit cura & ornatus eius & pro illius tanta incuria. Cumque non possimus tollere corporis defectus, vt tualam figuram, nigredinem aliasque imperfectiones, quas tantum possumus dissimulare, ad hoc sic inuigilemus: ad ornandum autem animam tanta sit negligentia, & obliuio; cum non tantum possimus tegere defectus, eius sed realiter & verè tollere. Quodque in hac animæ pulchritudine, quæ perpetua est, mediante perseuerantia in Dei gratia tam parum nos impendamus: in corporis autem, quæ fallax decipiens, & deficiens est quando illa est maximè opus; tantum nos impendamus. Res fletu digna ibid n. 24.

XII. *Induebatur purpura & byſſo, & epulabatur &c.* Omni modo saginabat carnem suam, imerius delicatis cibis & vinis pretiosis, exterius autem mollibus vestibus. Hinc collige quot spinas debuerit ferre maledicta carnis terra, ita seminata & rigata; qualesque saltus date equus ita saginatus Sancti carnem mortificant & eam sentiunt rebellem, vt S. Paulus, quid faciet iste carnem istam bene farcinans. Quo certum est, fuisse illum sentinam peccatorum, quia vt Dominus diceret mundum fuisse talem tempore Noë, tantum dicit. *Erant homines comedentes & bibentes.* Quia ex delicato cibo, & potu vult Christus declarare vt ex radice omnia peccata prodiisse. ho. 1.n.11.12. Quor ramos protulit concupiscentiæ radix, de carne ita opipate excepta, quã sancti cingulo ferreo stringunt. ibid. n. 6.

XIII. *Epulabatur quotidie splendide*, Dæmon vtitur cate nostra contra nos, vnde illam bene tracta-

se,

rē, est vires addere ipsis inimicis nostris. Ad quorum machinas deiiciendas proprium remedium est dare carni ieiunium vt Eleazarus elephantem ense transfodere. hom.5.num.19. vsque 22.

XIV. *Induebatur purpura &c. & epulabatur.* Edebat, & vestiebatur vt Rex cum non esset. Vnde clarum, quod in illis tantum expendens non haberet vnde Eleemosynam daret ad altiorem se statum erexerat quam debebat, volebat esse Princeps & non erat. Inde eius nascebatur defectus, quod pauperi dandum. hom.17.num.62. vsque 65.

XV. *Induebatur purpura & byſſo.* Tenerè lauteque seipsum educabat quod significabant, quæ habebat in domo; lecti, apparatus; ornatus. Sic vt in domo eius omnia essent bene composita præterquam in anima ad quam esset redeundum exspuere volenti. In mundo sunt multi similes. hom.23.num.23.24.

XVI. *Induebatur purpura epulabatur* &c. O mensæ diuitum & vestes pretiosæ factæ expensis sanguinis pauperum, quos vel spoliatis vel eorum sanguinem sorbetis, vel quod eis dandum vnde viuant tenetis, secundum regulam S.Ambrosij. *Si non pauisti occidisti.* Similes sunt Achab, & Iezabel quorum deliciæ procedebant ex sanguine Naboth. hom.27.num.30.

XVII. *Epulabatur quotidie.* Si aliquot diebus, posset id tolerari. Licita enim & sancta sunt conuiuia, quæ aliquando fiunt ex occasionibus licitis quæ conciliant charitatem. hom.32. num.12. & seqq. Sed indies epulari, magnum est peccatum, quia est semper curare corpus & animæ obliuiſci cuius debet esse præcipua sollicitudo. Essetque iustum te audire rationem quam dabat Iacob. *Multis annis seruiui tibi, iustum est vt prouideam domui meæ.* hom.21.nu.37.& ho. 36. nu. 41. Quique talis est vt ille, apprehendet eum maledictio, quam ponderat S.Bernardus. *Maledictus, qui partem suam facit deteriorem.* hom.27.num.54.

XVIII. *Erat autem quidam mendicus* &c. Deus succurrit diuiti cum remedio, quod erat, ad portam eius ponere pauperem. Quod est vltimum remedium datum à Daniele Regi Nabuchodonosori in desperatâ occasione, *Peccata tua eleemosynis redime.* hom.27. num. 57. Ne diues cogites Deum ad suum beneficium tibi pauperem misisse, vel quia non habet, quo eum sustentet, qui populum sexcentorum millium virorū pauit in deserto manna de cœlo. Et Eliam per coruum. Sed mittit tibi ad tuum remedium, vultque à te coli; & de manu tuâ in paupere eleemosynam recipere, quam per eum petit, vt tibi gratiam suam largiatur. hom.2.num.57.& hom.25.num. 43. 44 Ideoque vult à te pauperem oculis fidei aspici. hom.30.num.24.25.

XIX. *Erat autem mendicus.* Illi diuiti prouidit Deus de vectore, vt eo deferat eius diuitias, vbi perpetuo iis fruatur. Nam (vt S. Petrus Chrysologus ait) Deus non vult vt perdas tua, sed vt eo mittas, vbi in æternum illis fruaris, ideo mittit tibi pauperes, quos Sanctos ille vocat *Vectores thesaurorum nostrorum in cœlum.* Et S. Augustinus, *Lauarios.* hom. 1. numer.37. vsque 42.

XX. *Erat quidam mendicus, vlceribus plenus.* Quia ille magnus diues erat, mittit ei magnum pauperem, talem tali. Ne multa habens bona putet se satisfaecre parua Eleemosyna sed debet esse proportionata. hom.17.num.37. vsque 42.

XXI. *Vlceribus plenus, qui iacebat ad ianuam diuitis.* Deus eum fert, penitque ante oculos eius: quia sciebat non expectandum, quod diues eum quæreret ad eius miserendum. Rectè vocat hominem *homo erat diues.* Ne timeas respecturum vbi nil colligendum erat, vel prætendendum; licet in eo Christus ostendat suos esse oculos diuinos. hom. 30.num.24.25.

XXII. *Erat quidem mendicus qui iacebat &c.* Cum pauper esset ad portam diuitis sic vt non posset exire, quin obuiaret ei, vel impingeret in eum, ne quidem respicit eum, conditionem vel necessitatem eius. Auaritia id efficit in corde diuitum vt ne quidem respiciant pauperes necessitatem habentes, qui minus habent, quam ipsi; vtque videntes necessitatem, quam alij patiuntur, sint contenti bonis, quæ habent; sed respiciant ditiores; quo incendimur cupiditas æquandi eos, vel excedendi. hom.27 num.24.

XXIII. *Iacebat ad diuitis ianuam.* Diuites sancti hærebant in porta quærentes pauperes, eosque ducebant in domos suas, habebantque beneficium pauperes velle portas suas intrare, idque rationabiliter, quia eos intuebantur oculis fidei, & recipiebant eos vt Deum: sicut Pater fidei Abraham, cuius factum ponderatur, hom.27. num.63. vsque 68. Deque hoc laudat S. Paulus Christianos Macedonienses. Valde contrariè agit hic diues, qui habens iacentem ad portam, ne quidem aspicit eum. hom.1.nu.39.40.

XXIV. *Erat quidam mendicus, qui iacebat* &c. Vides hic causam cur eum non respiceret, quia non considerabat pauperem esse hominem ad imaginem Dei magnumque honorem à Deo sibi exhibitum sed tantum considerabat mendicum esse. Ideoque contemnis pauperes quia tantum intueris, quod habent ex paupertate. hom.30.nu.21, vsque 24.

XXV. *Cupiebat saturari de micis.* Vide quam bene Spiritus Sanctus formet processum diuiti quod ab hoc non nisi rem tam facilem peteret, vt micas, & reliquias mensæ, quæ pereunt. Hocque incendit iræ Dei rigorem, quod tam facilia non facias. Vnde Sanctus Augustinus ostendit fu esse iustissimam Dei sententiam contra hominem, condemnantis eum

ob rem quæ videtur tam parua vt esus pomi. Imo quia res erat tam parua creuit in eo culpa, quod non abstinuerit ab illa. h.25.n.63.64.

XXVI. *Et nemo illi dabat.* Erat certum cum Dominus esset crudelis, famulos etiam fururos. Pro magno miraculo enim posuit Spiritus Sanctus, quod aperiente se terra, absorptus sit Core nec de domo eius ali. *Factum est miraculum grande, vt pereunte Core non perirent filii eius.* Vnde rogandus Deus pro superioribus, hi enim existentes mali totam peruertunt rempublicam. h.39 n.23 & seqq.

XXVII. *Nemo illi dabat.* Domini habent famulos inclinationi suæ conformes, & cum illis scelera sua perficiunt. Vnde quando illi sunt mali etiam sunt famuli perguntque simul eo, vbi possint solemnem introitum facere in inferno cum omnibus famulis suis vt Propheta Ezechiel vidit Assur. h.35. n.22. vsque 25.

XXVIII. *Nemo illi dabat.* Cum famulorum vilitas pendeat à Dominorum satisfactione, non tantum faciunt, quod illi, quodque illis satisfacere videtur, sed etiam quo illis adulantur. Vnde huius diuitis famuli ad vnum verbum Domini sui contra Lazarum dictum multas illi irrogarunt iniurias. Hoc est vestrum infortunium ô diuites, qui habetis famulos, si estis mali faciunt vos peiores, ho. 35. numer 25. vsque 28. Sufficiebat autem Lazarum esse pauperem vt non tantum non curarent eum sed nouis omnes etiam afficerent iniuriis. Quas vt Christus pateretur multiplices, accepit figuram pauperis. homil. 41. numero 75. 76.

XXIX. *Nemo illi dabat.* Quali periculo exposuit Deus hunc seruum suum Lazarum, claudens ei omnes portas, per quas videbatur ei posse aliquod remedium venire, nam statim omnes homines auertunt ab eo faciem, luxitque se canibus: tamen tantâ constans fuit perseuerantia vt nec patientia ei deesset, nec contra Deum irasceretur. Sed tandem concludit dicendo, quod sancti iuuenes in Babylonia: Scio quòd mihi possit mederi, & si non faciat, non debet hoc mihi sic conuenire. ho. 43. n. 33. Vide an te sic gereres; quam miserè deficeres; particulariter accurrente Dæmone & dicente vt Christo: *Die vt lapides isti panes fiant.* h. 5. n. 25. Indubiè accurrit Lazaro dicens quod vxor Iobi. *Benedic Deo & morere.* Sed S. Lazarus intelligebat id quod Iob, dicebatque *Si bona suscepimus.* Dicens bona putredinem suam & vulnera. h.32. nu. 27. Jvsque 31. Et indubie Sanctus iste pauper intelligebat gratiam noui testamenti, hanc maiorem dari ei cui afflictiones, & infirmitates non auferuntur vsque ad mortem. homil. 15. numero. 27.

XXX. *Sed & canes venisbant.* Canes recte pro-

bant crudelitatem illius diuitis, cum vulneribus Lazari compaterentur non ille. Vnde manet condemnatus cum iis qui *Nihil compatiebantur super contritione Ioseph.* ho. 31. n. 57. Tales de quibus Apostolus S. Paulus dixit, quod erant. *Sine affectione, sine fœdere, & sine misericordia.* Gens sine visceribus misericordiæ, quæ se non mouebat ad succurrendum necessitatibus aliorum, nec ad consolationem, eorum quod significat esse sine affectione, secundum doctrinam gloriosi S. Anselmi. ibid. n 56.

XXXI. *Sed & canes venisbant.* Bene probatur quod Deus dixit durissimum creaturarum esse cor hominis, cum durities cordis canum emolliatur, non hominis. ho. 3. n. 22. vsque 27. Hinc videtur Deus suspensus, agens cum humano corde ho. 25. nn. 24. vsque 27. Hæcque durities fatigat eum, cum nil creatum fatiget eum. ibid. n.28. vsque 31.

XXXII. *Factum est vt moreretur mendicus.* Hic modus loquendi. *factum est autem* significat rem valde dispositam cogitatam & præconceptam, talisque fuit mors Lazari, qui quamdiu viuebat in illa sua infirmitate, lepraque, disponebat se ad mortem, expectans eam, vt valde desideratam, ideo enim est tempus vitæ. ho. 30. n. 39. Faciebat vt formica & prudens Ruth h. 34. n. 30. vsque 34.

XXXIII. *Factum est vt moreretur mendicus.* S. Augustinus credit eum sic mortuum, canibus cinctum: mundus indicabit infelicem & tristem mortem, tamen fuit felix valde, quia in gratia Dei. Notabilis discursus S. Augustini. Vnde etiam patet, quam infelix mors diuitis fuerit, licet inter syndones & serica. h. 13. n. 37. vsque 41.

XXXIV. *Vt portaretur ab Angelis in sinum Abraha.* Videte diuites, quanti Deus faciat pauperem mittit eis musicos suos è cœlo, vt eorum exequias celebrent. h. 10. n. 7. 8.

XXXV. *Portaretur ab Angelis.* Diuites æstimate pauperes & videte quod eos, quos vos tam vili facitis vt nec aspicere velitis Deus tanti faciat vt eis Angelos mittat: & quamuis contempti vixerint quando tamen moriuntur, ostendit se illos habere pro filiis, heredibus regnorum, vt declarabat S. Ioannes. ho. 30. nu. 22. 23.

XXXVI. *Portaretur ab Angelis in sinum Abrahæ.* Diuites aperite oculos, & censere magnam felicitatem, quam vobis mittit Deus, commendatque seruire pauperibus propriis manibus: Cum vel inter canes morienti mittat Angelos suos, qui ferentum faciant ex manibus suis, quo portent eum in sinum Abrahæ, etiam voluit magnates aulæ suæ qui erant Apostoli, in deserto seruire iis, propriis manibus. h. 27. n. 66. vsque, 71.

XXXVII. *Mortuus est, & diues.* Hoc loquendi modo

modo significat mortem eius fuisse subitam & impromisam. Non enim loquitur de morbo præcedente, vt quando de Lazaro, nec mortem eius fuisse procuratam, sed quod mortuus sit quodi breui factum est, vt ordinariè talibus contingit illud : vel quia realiter ita est, vel quia illis semper sunt præcipitatæ mortes, quia ipsos à deceptione nemo liberat, nec audent illis morbi periculum indicare. hom. 32. n. 52.

XXXVIII. *Mortuus est diues.* Fuit mors subita in pœnam peccatorum eius, vt aliquibus contigit. hom. 10. num. 50. Deus misit hamum, legit pomum, quod videbatur maximè securum. hom. 31. num. 17. vsque 22. Deus cœpit eum muscipulâ quam dixit Prophera. hom. 36. num. 46. vsque 49. Id patet in historia Pharaonis. Quando enim cum exercitibus suis voluit prosequi sceleris sui propositum persecutor populi Dei ; eumque exterminare, intrant aquas, quas Deus aperuerat in defensionem suorum, clausit eas, & conclusit iis Ægyptios, qui perierunt sine remedio euasionis, quando hanc maximè procurabant. Sic faciet Deus peccatori, qui peccat, confidens fore facile peccato exire, quando enim volet mors eum rapiet in illo & peribit. ibid. num. 47.

XXXIX. *Mortuus est diues.* Hic loquendi modus indicat habuisse cupiditatem diuitiarum & amorem, adeo inuisceratum animæ vt cum eo morerentur, sicut loquens de Antiocho, ait. *Blasphemus mortuus est.* hom. 35. numer. 8. Infelix, qui non bene vtitur tempore vitæ, vt Ioseph in Ægypto. hom 36. num. 46. vsque 47.

XL. *Mortuus est diues, & sepultus est in inferno.* Bone Deus ! Quot ex præsentibus, si vidissent in eo aliquot contritionis actus qui videbantur tales, & inuocasse Deum, dicerent mortuum vt Sanctum esse, quique iam in loco quietis, sinu Abrahæ ; Ipse autem iam erat in inferno, accidente in eius morte, quod de Sisara legimus. hom. 13. num. 55. 56.

XLI. *Mortuus est diues, & sepultus est in inferno.* Infelix, cui quod habebat in vita boni, totum finit in morte, quæ fuit lapillus incidens in pedes statuæ & tota est in pulverem resoluta, manserunt tamen pœnæ. O Diuites, si hoc inspiceretis, quam differentes essent vestræ sollicitudines. Quia continua consideratio finis vitæ nostræ reddit hominem Deo, indeque procedunt sollicitudines à diuitum curis differentes. hom 1. num. 41. vsque 46.

XLII. *Mortuus est diues, & sepultus est* Aliqui faciunt hic punctum ; in sepultura enim finit mundi gloria, vt Dauid dixit relinquuntque mortuum in sepulchro solum, tantum enim comitantur eum opera sua. hom 31. num. 52. 53.

XLIII. *Mortuus est diues, & sepultus est.* Magna adhibetur diligentia in mortuis sepeliendis, ad corrumpenda eorum corpora quòd autem delicatius nutrita, eo citiùs corrumpuntur. Sicque debebat huic euenire ob vitam delicioſam vt ait S. Augustinus de quodam Imperatore Romano. hom. 32. n. 32. 33.

XLIV. *Sepultus est in inferno.* Hæc lectio est magis ordinaria, quâ voluit Euangelista assignare sepulturam illi propriam, & talibus maximè conueniens est sepultura inferni, vt Deus ostendit Ezechieli. ho. 35. num. 19. vsque 21. Faciuntque solemnem introitum in inferno, quem idem repræsentat. ibid. nu. 22. 23.

XLV. *Sepultus est in inferno.* Tantum est difficultas, quod iste diues haberet præstitutam sepulturam, quia id fuit diuitibus commune, vt significabat S. Iob. hom. 31. num 33. Sed propria ei sepultura erat infernus. Sciasque quod licet bonum sit, disponere de sepulturis in Ecclesiis faciendis & in locis sanctis. hom. 31. num. 46. Tamen si sis malus, istæ sepulturæ parum proderunt, sed propria erit infernus. Quod Deus voluit ostendere horrendis miraculis à S. Gregorio relatis. ibid. num. 48. vsque 52.

XLV. *Cum autem esset in tormentis.* Euangelista bene deſingit inferni pœnas, non enim dicit tormenta in ipso fuisse vt dicitur de huius vitæ pœnis, de quibus Iob. *Sagittæ Domini in me sunt.* Sed quod ipse erat in tormentis, in quibus, vt in horum mari bulliebat. hom. 11. nu. 31. vsque 34.

XLVII. *Cum esset in tormentis.* Non vnum sed multa habebat tormenta, quia deliciæ fuerant multæ & peccata, in his enim potens erat ; malitiæque plus erant insigniores. Vnde Ezechiel depingebat talum sepulturam in medio inferni. ho. 35. num. 19. vsque 22.

XLVIII. *Cum esset in tormentis.* Ibi sunt vlua veraque tormenta vide hæc patiens vocat eum tormentorum locum, est enim particulariter factus, vt Deus inimicos suos ibi torqueat ; vt habet locum gloriæ ad seruorum suorum quietem & gaudia. Gradatio, quam fecit Apostolus de magnitudine gaudiorum gloriæ. *Quod nec oculus vidit, nec auris audiuit* &c. Debet fieri de pœnis inferni. hom. 12. numer. 17. vsque 20.

XLIX. *Eleuans oculos suos, dum esset in tormentis.* Non aperiebat suos oculos, donec esset in tormentis : Nam sæpe dicimus diuites, & potentes mundi non videre sua in morte, donec mortui aperiant oculos suos, seque doleant damnatos. homil. 32. numer. 52.

L. *Vidit Lazarum.* Iam eum respicit, quando videt eum in statu in quo videt posse ipsi benefacere. Hæc est conditio malorum quod tantum videant oculis carnis. hom. 30. num. 19. Melius ei fuisset, aspicere illum oculis fidei quando viuebat in mundo. homil. 30. num. 24. vsque 39.

L I. *Pater Abraham miserere mei.* Magna stultitia eum misericordiam postulare, qui eam non fecit, cum fixa sit S. Iacobi sententia. *Iudicium sine misericordia ei, qui non fecit misericordiam.* Licet petat rem tam paruam, vt est gutta aquæ, non concedetur ei. Vide quam iustus rigor quem Deus seruat erga diuitem, cui posuit legem. *Qua mensura* &c. feceris alteri, fiet tibi non vult guttam aquæ dare ei, qui non dedit micam panis. ho. 25. num. 50. Sic visum in Abraham ibid. 52. In Lot, & hoc diuite. num. 56. vsque 61.

LII. *Quia crucior in hac flamma.* Patiebatur multa inferni tormenta singulatiter autem declaratur ignis, qui est tortor singularis, quo Deus vtetur ad punitionem inimicorum suorum. ho. 6 nu. 59. 60. Haberque ignis singulares proprietates. ibid. numer. 62. vsque 64. S. Chrysostomus vocat ignem zelosum, qui procedit contra peccatores, qui patiuntur in eo, vt fidelis filius zelosus honoris Patris sui contra eos, qui eum offenderunt, & exhonorarunt ibid. nu. 62.

LIII. *Crucior in hac flamma.* Infelix, non est multum flammas te torquere, quas ipse incendisti, delicatioribus enim tuis delitiis augebantur vt pice, & resina flamma fornacis Babyloniæ. hom. 28. nu. 49. vsque 52.

LIV. *Mittat extremum digiti sui in aquam.* Petis aquam proditor, bene ostendis peccatum tuum fuisse auaritiæ, cui proprium est habere animam siccam, & sine succo misericordiæ. ho. 10. n. 18.

L V. *Fili recordare, quia recepisti bona in vita tua.* Recordari deliciarum & felicitatum præteritarum est augere pœnam suam, erit enim hoc vnum tormentorum damnatis in inferno consideratio deliciarum, quas habuerunt, & cito transierunt. Sic repræsentat Spiritus Sanctus dicens. *Transierunt omnia illa tanquam vmbra.* Etiam voluit Abraham istis verbis significare, quid futurum ei sit in maiorem pœnam: fili recordare Deum tibi non defuisse, cum posuerit in manibus tuis bona temporalia, quibus posses obtinere æterna quod non tantum non fecisti, sed iisdem mortem æternam tibi procurasti, sicque bona fuerunt tibi ad malum. Attende quantam pœnam hæc consideratio causabit. h. 32. n. 41. & seqq.

L VI. *Recepisti bona in vita tua & Lazarus similiter mala.* His verbis docet S. Abraham magna mysteria: primum diuitem non recepisse delicias cum maiori satisfactione, quam Lazarus mala sua, infirmitates, & pœnas, id est; *Similiter.* Hæc enim conditio virorum est Sanctorum, qui fide illuminati vident in laboribus, infirmitatibus, & pœnis æternam quietem & diuitias cælestes. Sicque eas recipiunt cum maiori gaudio, quam mundani suas delitias, habentes illas vt particulares misericordias Dei & facientes quod dixit Apostolus S. Iacobus. *Omne gaudium existimate fratres cum in varias tentationes incideritis.* hom. 15. num. 14. 15. Habent maiores afflictiones vt dona maioris Dei amoris. hom. 32. num. 23. vsque 26. Et sub illis vident quietem. hom. 15. n. 27. Recipiuntque illas vt talenta pretiosa. ibid. n. 28. vsque 39. Hæcque est gratia noui testamenti meliorata. ho. 15. num. 27.

L VII. *Et Lázarus similiter mala.* Secundum significat Abraham in istis verbis Lazari prudentiam, qui fame existente necessaria, cum non haberet, quod ederet, nec ei daretur eiusque infirmitas esset lepra, quæ venerat nolenti: multum sit per illam lucratus faciens istas afflictiones voluntarias. Licet afflictiones corporis sæpe non cadant sub Dominium voluntatis nostræ, vt sint vtiles illisque fructus extrahatur, debent fieri voluntariæ, admittat eas anima, acceptetque vt rem ab electione sua procedentem, agetque cum illis vt propriis, faciatque vt famem suam, dolores, pestes, & infirmitates vt Lia & Rachel voluerunt facere suos Balæ & Zelphæ filios vt in numero censerentur duodecim Patriarcharum filiorum Iacob. Mirabilis lectio, quam nobis dabat Lazarus & ponderabat S. Hieronymus pro illis, qui patiuntur afflictiones. ho 9. n. 43. 44. Et illam latro iustus implevit. ho. 44 n. 17. vsque 30.

LVIII. *Fili recordare, quia recepisti bona.* Iam serius petis; Deus dat tempus vitæ ad merendum, tibique dedit breue, vt obligaret te ad miseram hanc bene transigendam. hom. 36. nu. 42. 43. Quod tam breue reddit Dæmonem in mundo solicitum, ibid. num. 46. & seqq. S. Bernardus ait miseriam hanc nostram esse, quod pro rebus nostri appetitus, & vtilitatis faciamus vitam breuem & periculosam, & quoduis tempus, quo differtur executio, est valde breue, & timemus, quod deerit. Pro pœnitentia autem peccatorum nostrorum habemus vitam secutam videturque nobis, quod ad illam agendam semper tempus erit. ibid. num. 44. Sed tempus post vitam non iam est, nisi ad fruendum bono quod homo fecit in illa, vel patiendum pro malo. hom. 30. num. 38. 39.

LIX. *Si Moysen & Prophetas non audiunt.* Petebat diues vt Abraham mitteret, qui prædicaret fratribus suis. Deus non vult mortuos venire ex altero mundo ad concionandum, possent enim multæ deceptiones esse. Et Deus prouidit sufficientes Doctores & prælatos in Ecclesia sua. ho. 14. nu. 22. Si non audis istos nec similiter audies mortuos, licet resurgant; vt bene declarauit Cardinalis Caietanus. ho. 40 num. 16.

LX. Compatiendum huic infelici; magis multis diuitibus, quibus facile est cœlum lucrari Eleemosy-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nis ideoque hanc Dominus causam dandi gloriam illam facientibus assignauit: eaque priuandi eos qui non fecerunt. ho. 6. n. 56.

TERTIO DIE VENERIS QVADRAGESIMÆ VLTRA HOMILIAM XVII.

I. *Homo erat pater familias, qui plantauit vineam.* Matth. 21. Paucis diebus ante inierant Principes Iudæorum consilium in quo præside summo Pontifice Caipha, concluserant Christi processum & indicarant mortis reum. Hic voluit eis declarare quam insipienter egissent stultumque fuisset consilium: quodque illius executio esset eorum totalis ruina, & perditio. Id facit astutia diuina, licet enim ex astutia procedere, quando fallax esset, si casus sit reprobatus, non tamen quando est prudens. Hac vtitur Deus ad peccatores trahendos. Estque ita prudens, qua sic vtitur, proponens illis hanc parabolam, vt contra se ipsos dent sententiam. hom. 25. num. 28. Init cum eis computum, licet nihil sit quod illum ad hoc obliget, vt pateat defectum non sibi sed illis imputandum. hom. 21. num. 36.

II. *Homo erat pater familias.* Dicit eis quid fecerint in suo concilio, & intimat punitionem eis superuenturam, si illud exequantur; sic vt illi ipsi fateantur iustam fore. Quo Dominus declarat, quam iniuste eos puniat, cum eis ostendat præcipit um viæ illorum deinde qui tibi significat, non tantum non decipit te, sed præuenit, cautumque facit. homil. 13. numer. 2. vsque 5.

III. *Homo erat pater familias.* Deus luce claritus repræsentat illis bonitatem Dei & hominum malitiam vt in præsto decertantes. Deo procedente cum operibus misericordiæ nec desistente vsque ad supremum quod erat dare filium suum: illis autem non subsistentibus vsque ad supremam malitiam occasionem Dei cogniti. Duo hæc iunxit Propheta Daniel. hom. 39. num. 2.

IV. *Homo erat pater familias, qui plantauit vineam.* Dominus incipit declarare misericordiam Dei in plantatione vineæ quæ facta est ex mera eius bonitate, eiusq; e tradi ione agricolis facta ex pura misericordia. Punitio fuit ob eorum culpam Deo ad hanc compulso ex rebelli eorum processu, facere enim nobis misericordias nascitur ex ipsis Dei visceribus punire vero ex nobis ipsis. Potestque de ipsis dici, quod de diabolo; fuisse principium viarum Do. im. ho. 18. nu. 46. vsque 52. Ad puniendum inimicos suos sacrilegos, ostendit Christus se vti alienis manibus. Vnde quando fuerunt in horto ad eum capiendum dixit Sancto Petro se habere plus quam duodecim legiones Angelorum, qui possent exequi punitionem ministrorum si vellet, nullam faciens mentionem infinitæ potentiæ suæ. hom. 28. num. 47. Quando facit misericordias, ait se facere, non autem quando punit, Vnde non tribuit sibi punitionem. quam facit, sed nostris peccatis, quæ dant ipsi flagellum, ad nos castigandum. ibid. num. 47. Ideo vocat se Patrem misericordiarum, hæ enim nascuntur ex eius visceribus. ibid. num. 48.

V. *Sepem circumdedit ei.* Ad bonum ipsius vineæ, quia vinea non cincta ferarum pastus est & animalium. Hæc sepes est lex quam Deus nobis dedit, vt non transgrediamur eam estque ad nostrum bonum. Videbitur alicui esse valde molestum & melancholicum legi alligari, quodque melius foret, in libertate esse. Sed est ad bonum tuum, quamdiu enim hæ sepes stabunt bene tibi erit. Iis autem dejectis, teque sequente libitum tuum perdes te. Vtque vineam sine sæpe intrabunt feræ quæ te deuorabunt, vt contigit. Prodigio. hom. 18. num. 20. vsque 22. Quando Deus reliquit hominem in sua libertate, dicitur se ab eo separasse. Potesque bene eum deflere, qui relictus à Deo, iam sequitur quod vult, quia tendit ad suam perditionem; vt patuit in Pharaone, qui separans se à Deo & sequens suam libertatem submersus est cum toto exercitu suo. ibid. numer. 20 21. Cuius omnem substantiam comederunt feræ, quæ intrarunt. ibid. n m. 28. vsque 32.

VI. *Ædificauit turrim in ea.* Quam magna prouidentia, prout dere de turri, in qua poterant se tutos reddere esseque sine vlla timoris suspitione. Ista est visibilis cath dra de q a alias ad tantum bonum & quietem n stram, vt ibi securi simus ab erroribus & deceptionibus hom. 14. num. 9. vsque 16.

VII. *Ædificauit turrim in ea.* Communiter per turri n intelliguntr mplum, quod secundum doctum Lyranum erat ædificatum in formam turris. Quantus fauor misericordiæ & ja ernæ prouidentiæ Dei dare nobis templa, vbi nobis singulares conferat fauores, sitque domus refugiorum, vbi inuenias eius misericord as, ad eius honorem, & tuam vtilitatem, vbi habeamus defensionem, & Angelorum societatem. hom. 8. num. 18. vsque 27. Vbi doceamur cœlestia mysteria, Deo assistente singulariter ad operandum n corde nostro. hom. 29 num. 6. vsque 18. Locus vbi infirmi reperiant refocillationem, & debiles fortitudinem. hom. 7. num. 40. 42. Vbi fidelium orationes audiantur, cum effectu particulari. hom. 24. num. 47.

VIII. *Fodit in eo torcular.* Hoc est locus pœnitentiæ quæ vt sit bona, debent in eo calcari peccatorum

vnæ, sic vt exillat mustum lacrymarum; debilis enim est pœnitentia, quæ non extrahit hoc mustum: est namque signum cor non esse satis contritum. ho. 38. n. 62. vsque 71. Istæ lacrymæ sunt potentiores aquis maris rubri, & torrentis Cison. ibid. n. 77. vsque 82. Posuit autem istud torcular in vinea quia integre vtilis pœnitentia tantum est in Ecclesia. ho. 10. n. 15. 16. Pœnitentia in Ecclesia, eiusque Sacramentum, est calidarum aquarum stagnum, quod inuenit Ana, nepos Seir, ad genetalem vtilitatem illius & ad curandum omne genus infirmitatum & peccatorum quia tantum est medicina remissionis peccatorum in Ecclesia. ibid. nu. 14. 17.

IX. *Et locauit eam agricolis.* Non antequam prouidisset ei de omni necessario, sic vt ipsi non haberent amplius quod peterent quia Deus prouidebat omne necessarium, sic vt ex parte sua non deesset in vllo, vt ita non haberent agricolæ excusationem à fructu non reddendo. Prouidit ergo Deus abundanter de omni necessario vt respondeas fructibus bonorum operum, vt possit S. Paulus dicere. *Ita vt nihil vobis desit in vlla gratia.* Vnde non potes culpam defectuum tuorum reijcere in Deum, vt faciebat seruus malus, & piger. ho. 37. n 51. 52. Putipharis vxor coniiciebat culpam offensæ Mariti sui, quam intentarat cum Ioseph in illum ipsum qui reliquerat Ioseph ad suam defensionem, & tutelam, reiiciens culpas suæ infidelitatis in beneficium sibi à marito præstitum. Sic peccatores aliqui non contenti suis malitiis, etiam harum culpas coniiciunt in dona Dei. ibid. n. 51.

X. *Locauit eam agricolis & peregre profectus est.* Hac profectione intimatur, omnimoda, & totalis libertas, quâ relinquit te ita liberum, vt se proponat absentem, ne tibi videatur præsens vim inferre. Deus non vult quidquam per vim, qui tantum intuetur cor tuum, & in tantum sunt ei grata bona opera tua, in quantum facta cum maiori voluntate. Idque est ad magnum bonum nostrum, vt tantum respiciens cor admittat pro fructibus, quos illo das. Qui possunt esse tanto superiores. quanto potest cordis voluntas esse superior operibus manuum, quod est facere manuum inuentionem, quam dixit Sapiens ho. 1. n. 22. & 23. Etiam Christus, vt meritoria opera sua crescerent in se fecit ea pure ex libera voluntate, vtque id melius ostenditur per votum, fecit ex obedientia æterni Patris sui omnia quæ erant ei dicenda, & facienda. homil. 36. numer. 31. 32. Fuitque ea particularis illi cura, vt illud intelligeretur. ho. 41. num. 20. 21.

XI. *Peregre profectus est.* Licet dicatur longè ire, quia nos relinquit liberos; nobis importat, eum semper intueri, vt præsentem, & dicere cum Propheta. *Deus in cuius conspectu sto.* Et facere tam vtilem inuentionem Moysi. Lux bonorum operum Christiani, quorum symbolum est candelabrum, quod Deus iussit Moysi facere, debet nutriri oleo charitatis, quia in omnibus debemus Deum, præ oculis habere facientes ea ex Dei amore. hom. 1. num. 35. vsque 36.

XII. *Vt redderent fructus temporibus suis.* Noluit eos obligare ad particulares diligentias, sed ad id quod erat tam facile, vt dare fructus temporibus suis. Deus non petit à nobis nisi quod possumus facere cum magna facilitate: estque stupendum nos illa non referre, currentes ad dæmonem, qui petit à nobis grauissima, & ponderosissima. hom. 25 nu. 63. 64. Deus vult vt filij Israel erigant altare ad ei sacrificium offerendum. Vtque intelligerent, eum petere semper, quod facilius possumus ei dare, noluit lapides illius esse politos. ibid. num. 63. Quæque à nobis petit, sunt talia vt eadem puniant nostram rebellionem, vt patuit in Prodigo. homil. 18. numer. 50.

XIII. *Vt redderent fructus temporibus suis.* Dicit eis locasse vineam, vt afferrent ei fructus; sed eo ipso concedebat eis edere, & se sustentare iisdem fructibus. Deus enim non vult omnino totum sed primo concedit tibi necessarium sumere tractatque te vt leo Valentiæ enutritus. h. 23. n. 58.

XIV. *Vt redderent* &c. Christus vtitur illo loquendi modo, cum mirabili mysterio, ac si diceremus, illos fructus noluit pro se, sed debebant esse pro ipsis agricolis. Ideoque dicit eum ordinasse, vt traderent ei fructus, quia nullus bonorum operum fructus erit pro te, vel in tuam vtilitatem nisi quem tradideris ei, id est, faciendo pure eius gratia vt dando ei bona opera tua. Hoc modo seruabis ea tibi. Si autem pro hominibus facias illa, habeas vt perdita homil. 1. n. 27. vsque 32.

XV. *Cum tempus fructuum appropinquasset.* Iam fructu maturo eum requisiuit. Deus non vult opera viridia sed matura; non secundum arbitrium nostrum, sed iuxta legem suam diuinam; tunc enim dicuntur perfectè matura. ho. 23. nu. 54. vsque 58. Nec vult viridia, & parum matura, sed legitimo tempore. ho. 36. n. 29. vsque 33.

XVI. *Misit seruos suos*: Vt eius nomine peterent fructus. Hic patet proprium nomen ministrorum Dei, *seruos suos.* Qui quia eius nomine tibi loquuntur, debes eos reuereri, & vocem eorum audire, ac si esset ipsius Dei. Qui tibi hoc intimauit dicendo. *Qui vos audit me audit.* Ideo sunt figurati per columnam, quæ ducebat filios Israel. h. 14 n. 10 11.

XVII. *Agricolæ apprehensis seruis, alium ceciderunt, alium lapidauerunt, alium occiderunt.* Horrenda malitia. Primo, quia hæc iniuria, plus fiebat patri familias,

familias, quam illis. Ita accipit Deus vt propriam iniuriam quam facis prælato, vel prædicatori, vt Dauid, quam fecerunt Ammonitæ Legatis suis, homilia 14. numero 11. vsque 16.

XVIII. *Agricolæ apprehensis seruis.* Secundò fuit horribilis malitia ob prædicta; quod patri familias non peteret fructus pro se, sed pro illis ipsis. Quando enim Deus petit per suos Concionatores, & ministros, totum præcisè est ad tuam vtilitatem. Quod declarabat Deus his verbis adeo efficacibus *Quis mihi dat vt custodiant mandata &c. vt bene sit illis.* Quod est vnum eorum, quæ magis magnificant misericordiam Dei tuamque exaggerant rebellionem. & h. 41. numer. 65.

XIX. *Iterum misit alios seruos plures prioribus.* Vno passu procedunt misericordia, & hominum malitia Dei misericordia. I. cate eis vineam, hominum malitia non correspondere fructibus suæ voluntatis vt debebant. Crescit misericordia missione seruorum, qui eos exhortentur. Malitia crescit eorum mala tractatione, & occisione. Nec ideo cessat misericordia, sed maiori prodit abundantia mittendo plures seruos; malitia enim hominis diuinam non vincit bonitatem. Nec dæmon est magis solicitus ad nostrum malum quam Deus ad nostrum bonum. Dæmon semel reiectus, & reiectis instigationibus eius non cessat, sed redit alia vice multiplicatis sociis potentioribus. Quod indicat Christus quando ait. *Assumit secum alios septem nequiores* se nec vnquam diffidit in mouendo ad malum. Melius agit Deus in bonum nostrum vel vt magis causam suam iustificet h. 22. n. 37. 38.

XX. *Fecerunt illis similiter.* O malitia humana! Quo enim plus crescunt Dei misericordiæ, eo plus crescunt illius rebelliones. Deus nos liberet, quando peccator fit rebellis Deo, nihil eum detinet nec timor refrænat quo minus suo satisfaciat appetitui vt patuit in Hiel de Bethel h. 38. n 48. 49.

XXI *Fecerunt illis similiter.* Impudens obstinatio, quæ ex Dei bonitate sumit audaciam ad plura peccata committenda. Ex longanimitate, quâ exspectatur, trahit vires vt audacius perseueret in suis peccatis hæcque multiplicet. h. 37. n. 17. vsque. 22.

XXII. *Fecerunt illis similiter.* Vide misericordiam Dei tam magnam, vt videantur Sancti de illa conqueri, dicentes, quod quia tantum vnâ vice, vel altera suffert, peccatores audeant suas augere malitias. Sunt querelæ Prophetarum Isaiæ & Ionæ. h. 18. n. 4. vsque 7. & singulariter Prophetæ Eliæ vt zelosi, ibid. numero 58. (9 Hinc procedit (quod S. Chrysostomus ponderat.) quod quando Elias irascebatur ob peccata populi petiit à Deo vt relinqueret eum sibi, daretque virgam in manu sua, quia Deus videbatur ei ita misericors vt suo miserendi modo daret licentiam peccatoribus suas augendi malitias. h. 24. d. 40 41.

XXIII. *Fecerunt illis similiter.* Vt primis ob idem, quia veniebant ob eandem causam ideoque tractarunt eos eodem modo. Veniebant autem vt dicerent eis veritatem, conquerentes publicè de malitiis eorum. Quia Deo non dabant fructus & sicut ideo primos occiderunt etiam quotquot Deus mittebat occiderunt: sic mundus semper egit. Quod autem iam nos non occidunt est quia non audemus punctum tangere vt illi, aliàs nobis facerent idem *Similiter* homil 36. n. 49. vsque 52. Quantum amatur veritas in communi dicta, tantum est odiosa in particulari dicta. homil. 34. numer. 41. Qui ea mundum stringit mactatur ab eo, vt luctator ab vrso. h. 34. n. 53. vsque 56.

XXIV, *Nouissimè misit filium suum.* Vide quæ correspondentia fuerunt tam seditiosis, & horrendis proditionibus Ad primorum seruorum occisionem correspondit mittendo alios seruos. Hisque occisis correspondit mittendo filium suum. Hic benè ostenditur Spiritum Dei non esse vindictæ sed amoris, vt Christus dixit duobus fratribus Iacobo, & Ioanni. h. 41 n. 37. vsque 40 Dauidque benè petit ab anima sua: *Noli odisse omnes retributiones eius.* De quibus potest dici quod S. Bernardus. *Esse contra ius ordinem* h 42. n. 41.

XXV. *Nouissimè misit filium suum.* Modo nostro loquendi, quæ tunc cogitauit Deus? Destruamne gentem istam, quæ tantas in me committit malitias, vel pergam benefacere: Sed vt dixit sapiens Thecuitis, cogitationes misericordiæ vincunt eamque tantam ostendit vt loco supremæ punitionis supremam muter misericordiam, id est filium suum. h. 37. n. 22. 23.

XXVI. *Nouissimè misit filium suum.* Magnam habet vim hoc aduerbium *Nouissimè* quo vult dicere pro vltima misericordia vel gratia, iam enim non habet plus, quod det. Dato enim filio suo vnigenito, non restabat Patri æterno quod daret. Id fuit extremum amoris. *Sic Deus dilexit mundum* &c. Ideo dicit per Isaiam: *requiescet super eum spiritus Domini* est amor, qui est datiuus & huic donationi non potest aliquid addi. h. 35. n. 44. Vsque Isaias dixit de filio, quod dans seipsum non habebat ipsius quod daret & hac donatione anima eius requieuerit, sic potest dici de patre, quod dans nobis filium suum non haberet quia cum eo dedit nobis diuinitatem suam, diuitias & gloriam suam: *Quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit.* h. 45. n. 21. vsque 24.

XXVII. *Nouissimè misit filium suum.* Fecit vltimum potentiæ. Non enim potest dare quidquam filio suo pretiosius. Quod tale est beneficium vt nec homines, nec Seraphini, nec tota natura creata possent illud desiderare ita superans intellectus vt etiam homines, qui beneficium illud acceperant, multis annis non crediderint. vt gentiles. eriam nunsunt multi non credentes. Fuit enim mysterium maximè difficile mundo persuadendum :quod repræsentans Isaias ait: *Cum feceris mirabilia non sustinebimus.* ho.45. nu.23.

XXVIII. *Verebuntur filium meum.* Videntes præsentem & noscentes me illum mittere, pudebit eos, & timebunt, cum præuenerim eos per Moysen. Si autem non seruent ei humanitatem, & debitam reuerentiam nec auscultent ad illa quæ ex parte mea dicet eis puniam eos, vt moriantur. h.39.n.38. sque 42.& h.41 n°93. vsque 96

XXIX. *Verebuntur filium meum.* Vt oportet. Vides hic cur Christus Dominus noster exercuerit se in hoc actu profundissimæ humilitatis, lauandi pedes discipulorum suorum,ad pudefaciendam superbiam nostram, sui'que ie vnijs confundit delicatiora quærentes. Videntur colles pudere altos esse se, videntes arcam infra se h.45.n.9.10. 11. & 27.

XXX. *Agricolæ videntes filium dixerunt intra se hic est heres, venite occidamus eum, & nostra erit hereditas.* En quomodo misericordiâ Dei ad summum veniente, dando eis filium suum, eodem passu pergat malitia ad summum, cum resoluto consilio determinent occidere notum Dei filium. Vt S. Hieronymus colligit ex verbis ab eis dictis *Hic est heres.* Et vide quàm diu ne pingat eos Dominus in concilio, quod paulo ante celebrârant. Primò dicit. *Agricolæ videntes filium.* De facto in veritate cognouerunt eum, per miraculum quod fecerat Lazarum resuscitando, & insignes circumstantias quas illud miraculũ habebat h.32.n.80 81

XXXI. *Dixerunt intra se.* Vide quid hic dicat S. Ioannes, quod viso miraculo de Lazaro, inierint consilium ipsi soli ibique confessi sint eum esse verum Messiam *Dixerunt intra se hic est heres* Licet enim foris dicerent eum esse deceptorem, ibi tamen plane confessi sunt quod. *Multa signa facit.* Sufficientia vt totus Mundus credat in eum. Sed ex hoc ipso elicuerunt resolutionem occidendi eum. *Venite occidamus eum.* Quod resoluerant in suo concilio; quia enim talia opera faciebat. & se filium Dei probabat: *Expedit vt moriatur.* En quam erroneum consilium. Vnde resoluendum, erat, recipiendum esse cum honore, quia nouerant esse heredem; concludunt contrarium scilicet occidendum. Resolutio igitur concilij eorum erat quia præclara facit opera, vita ei est auferenda. Consiliarij mali quos ideo eorum vocat Pater Iacob. *Vasa iniquitatis bellantia.* & Dauid. Aream pravum h 39.n.8.vsque 12.

XXXII. *Dixerunt hic est heres* &c. Diuina sapientia ordinabat, vt antequam illud exequerentur in morte Christi, ineuntes concilium confiterentur aperto ore Christum esse filium Dei eiusque ope a esse. sancta; occiderunt autem eum ex Diabolica concupiscentia. *Occidamus eum & nostra erit hereditas.* Deus voluit ante mortem vnigeniti filij vitificâri eum non habere peccatum,nec mori ob peccata sua, implens figuram vaccæ rufæ quam Sacerdotes debebant recognoscere an haberet defectum ante sacrificium h. 34. n. 14. vsque 17.

XXXIII. *Dixerunt hic est heres.* Diuinæ ordo Sapientiæ, vt antequam reprobarent lapidem prius approbarent eum in pleno concilio fassi quis esset. Vnde licet ex vnâ parte esset lapis reprobatus ab ædificantibus, primò deberet esse approbatus, Patre implente quod dixit per Isaiam. *Ponam in Syon lapidem probatum* ho.34 numer. 17. vsque 21.

XXXIV. *Venite occidamus eum.* O proditorium consilium qui eius consiliarii erant à Deo positi ad Christum recipiendum,& conandum vt alii eum pro-Messia reciperent,eum condemnant. Vides hic rursum Draconem rabioso incensum desiderio quo diglutat filium. ho.3 . n 11.12.

XXXV. *Venite occidamus eum.* Gens absque prudentia non attendes quem occidas? Ipso enim existente heredemors eius debet esse vestra perditio. Iniqui Iudices tam immitem sententiam dantes,nec damnæ secutura attendentes. Dant ictum vt tauri Basan ho. 7 n.19. vsque 22.

XXXVI. *Et nostra erit hereditas.* Vide quos consultores habuerint in suo concilio, concupiscentiam bonorum, inuidiam quod sit heres,& ambitionem ho. 39.nu.13 vsque 16. O mali Iudices qui assumunt consultores,& assessores auaritiam & ambitionem. ho 35. numero 16. 17.

XXXVII. *Et apprehensum &c occiderunt.* Vt cogitarunt, fecerunt. Attende an plus ascendere possit malitia, quam ad captiuandum Deum, extra Ciuitatem eiiciendum & in monte crucifigendum,h. 39 nu 14 Illi fuerunt Dæmone peiores, & ex parte audacior eorum malitia. Si Dæmon ausus sit dicere *Si filius Dei es mitte dcor sum* non audebat ei manum inicere, sed id tentare. Illi noscentes eum, *apprehensum &c. occiderunt.* Deus te liberet à malitia cæcorum hominum quos passio dirigit,quia ex parte peior est quam Dæmonum.h.8.n.19 vsque.28.

XXXVIII. *Quid faciet pater familiæ agricolis illis? Respondent: Malos male perdet* En profundum mysterium sapientiæ diuinæ facientis vt concessos ipsos veram & iustam dent sententiam, tem-

pore

pore suo exequendam. Vides hic eorum punitionem, quod Deus eos male perdet, ob tantam proditionem. Imo Iacob deflebat eos vt perditos. hom. 7. num. 22. vsque 25.

XXXIX. *Et vineam suam locabit aliis* &c. Vides hic iustum Dei iudicium, quod per medium, quo putabant hereditatem accipere, per idem perdiderint, & quo putabant sua bona, Ciuitatem, templum & locum confirmare, ea pro semper perdiderunt. hom. 39 num. 18. vsque 21. Ista sententia fuit ignis, qui Ierusalem exussit, quod cum magno Mysterio dixit Ezechiel. ibid. num. 21.

XL. *Ideo dico vobis, auferetur à vobis regnum Dei.* Ex eadem ratione, quâ vos iudicastis contra illos agricolas; ego eandem contra vos pronuntio sententiam. Deum vos eiecturum vineâ suâ, Regnéque quod est Ecclesia, atque in malam crucem expellemini. Et dabitur hoc regnum & vinea meliores referentibus fructus quam vos. Illud est impletum admissione Gentilium in illam & faciendo communicationem tot vicibus commutatam, cæci viderent, & videntes cæci fierent. hom. 33 num. 33. vsque 36.

XLI. *Ideo dico vobis, auferetur à vobis regnum Dei.* Perditio vobis aduenit ob vestra peccata, & rebellem malitiam. Non te inquietes de actibus Dei æternis, ante prædestinarit, vel reprobarit; quia certum est, quod te puniet tantum secundum opera tua. hom. 37 num. 12. vsque 17.

XLII. *Et dabitur genti facienti fructus eius.* Quia illos de sua eiciet vinea, non ideo manebit deserta: non enim deerunt seruientes Deo, licet tu deseras eum. Nec Nilus desinet currere, licet oppositio fit, sed inundabit campos terrasque ex quibus maior vtilitas elicitur. hom. 23 num. 16. vsque 19.

XLIII. *Dabitur genti.* Non poterat eos vinaciori ratione mordere quam dicendo Deum illos eiecturum, & Gentiles admissurum. Illud enim non poterant perferre quando hoc illis Prophetæ insinuabant. hom. 21 num. 19. & seqq.

XLIV. *Dabitur genti facienti fructus eius.* Hic vides, cur Deus tibi tantum fauorem fecerit ponendi te in Ecclesia suâ, vt fructus feras. Si enim illos perdiderit, quia non corresponderunt; tua sors non erit melior. Vnde illorum punitio, sit tibi monitio. Ideo enim reliquit eos in mundo per quem tremuli vagantur vt Cain. hom. 16 num. 5.

TERTIO DIE SABBATI QVADRAGESIMÆ VLTRA HOMIL. XVIII.

I. *Homo quidam habebat duos filios.* Luc. 5. Heri vidimus Deum patrem familias facientem misericordias adeo rebellibus peccatoribus, vt eum compulerint eiicere illos de domo sua. Hodie videmus Patrem duorum filiorum vtique facientem misericordias & valde singulares, iuniorem, qui exierat de domo sua & bona sua dissiparat recipit ad illam redeuntem, cum mille benignus amplexibus, non tantum ei condonans offensas commissas, sed etiam pretiosis donis ditauit ob solam eius peccatorum confessionem, & remissionis eorum petitionem. Quo magnam suam erga peccatores misericordiam ostendit, eisque declarat, quam facile sit remedium, cum hoc ponat in solis verbis ex corde prodeuntibus, quibus peccata sua confitentur. hom. 19. num. 60. vsque 64.

II. *Homo quidam habuit duos filios.* Deus paratus filios suos in duo genera, iustorum & peccatorum; vtque ait S. Chrysostomus significans conspicuam misericordiam suam, quod licet sis peccator, & recedas à domo, nolit te priuare nomine filij, nec auferre ori tuo nomen Patris erga eum, per hoc tuam volens vtilitatem. Primo ne desperes sed confidenter eum adeas petens remedium dicendo. *Pater noster* &c. Quam rationem ponderat S. Bernardus. hom. 42. num. 83. vsque 86. Secundò vt obliget te ad exeundum de sordibus peccatorum, & subiectione Domini tam vilis, nempe dæmonis: Considerans enim cuius sis filius, ne des te sordibus nec te facias mancipium tam vilis Domini, qui te faciat subulcum. hom. 11. num. 10. Et infamem censeas maculam, te filium Dei subiicere te illi qui non habet esse, & pilosis vt Isaias dixit. ho. 41. num. 55. vsque 59.

III. *Homo quidam habuit duos filios.* Magna misericordia licet sis peccator, videre quod te vocet filium, ad excitandam tuam confidentiam in illum, & ne dæmon te deiiciat, persuadens tibi, quod Deus te occidet fame, vt ordinariè facit. hom. 27. nu. 2. Nullus enim pater permittit filios suos mori fame, si possit eis succurrere. hom. 42 num. 83. 84.

IV. *Homo quidam habuit duos filios.* Vult eo iustos intelligere etiam peccatores esse suos fratres, nec eis posse hoc nomen negare, cum Deus eis nomen non auferat filiorum, & consequenter desiderandum eis bonum & procurandum, vt vnus frater, alteri procurat bonum; sollicitosque pro eis esse iustos oportere, vt monet Sanctus Paulus non enim minus efficax esse

debet amor gratiæ quam naturæ. hom.22.numer.47. vsque 52.

V. *Adolescentior ex eis dixit patri suo.* Inuerecundus erat iunior: proprium enim est iuuentuti, inquit Basilius esse audacem seu indomitam & ignorantem. ho. 31.num.29. Deus non vocat adolescentem, qui tantum est ætate, sed qui moribus. Vt enim S. Bernardus ait, est qui in ætate cana habet caput vanum, & maturior ætate est vegetior in modo agendi, secundum quem dat Deus nomen, vt ait Chrysostomus. hom 37.num.43.44.

VI. *Pater da mihi portionem substantiæ quæ me contingit.* Dominus voluit hic ostendere excellentiam naturæ, & donum supremum quod dat homini, libertatis arbitrij tantæ excellentiæ, vt nec omnes Angeli, nec omnes dæmones, nec omnia creata, licet simul iuncta possint ei vim inferre. Quia vero id res est tam excellens, Dominum Dei principale constituit in eo, quod sit Dominus liberi cordis, ideoque vocatur: *Magnus Dominus.* Interim nunquam infert ei vim, etiam quando id mouet efficaciter. hom. 29.num.15. & hom.41.num.13. vsque 17.

VII. *Pater da mihi portionem substantiæ.* Patet hic cur Deus se vocet Patrem hominis, scilicet ob substantiam liberi arbitrij, quod ei dedit. Tam excellens donum, vt ob illud dicatur factus ad imaginem, & similitudinem Dei vt filius est generatus similis patri. Vide autem impudentiam huius iuuenis, qui vtitur digniori fauore quem Deus contulit eius naturæ scilicet libero arbitrio in quo fecit eum Dominum suarum actionum vt impudenter agat contra Deum ipsum & eum offendat. Deus dedit nobis illud donum, vt ei grata faciamus obsequia quæ talia non sunt, quando non procedunt ex libera voluntate & spontanea. hom.41.num.20. Eodemque vtitur ad offendendum Deum: hominum hæc est conditio; pretiosis Dei donis, ad bene merendum concessis vti ad augenda peccata, vtpote pretiosum donum temporis, ad faciendam pœnitentiam datum sumimus ad peccandum & peccata multiplicanda. hom. 36 nu. 41. Datque ideo parum vt te temporis reddat sollicitum in seruitio suo. Idem quoque facit te incurium Dei, tantum attendentem mundo. ibid. numer.42. vsque 49. Eoque modo abutimur omnibus bonis & donis Dei. hom.7. numer.32.

VIII. *Pater da mihi portionem.* Præcipuo dono Dei offendit eum & impudenter pugnat contra eum donis eius, vt dixit S.Gregorius ho.35.n.16.17.

IX. *Collectis omnibus peregrè profectus est.* Conglobauit totum quod habebat, & exinde festinabat. Videbatur enim id perdere, quidquid in domo patris relinquebat. Ipse abiit patrem quoque deseruit, nunquam defecit Deus peccatorem, nec dimittit eum, nec se ab illo expedit, si peccator primo non abeat, & Deum dimittat, vel ab eo se expediat, eo sibi plus damni inferens, quam totus infernus posset, imo Deus ipse. hom.13 num.28. vsque 31.

X. *Peregrè profectus est in regionem longinquam.* Vnum eorum, quæ Sancti faciunt hoc est, semper esse in præsentia Dei vt circumspecte agant. Sicut famulus se videns in præsentia Domini sui. Sicque fecerunt Moyses & Dauid. hom.1. num.13. Peccator autem vt liberius peccet, abit longè, vbi sibi persuadet à Deo se non videri quia nullo modo confidet præsentem; quod ei dat audaciam procedendi in omnibus peccatis, secundum Dauidis dictum. *Non est Deus in conspectu eius, inquinatæ sunt viæ illius in omni tempore.* Et sicut Angelus de inhonestis dixit Tobiæ: *Deum à tua mente excludunt.* hom. 25. num.21. vsque 24.

XI. *Peregrè profectus est.* Infelix adolescens, qui quo longius eo magis contentus ibat, quia videbatur ei, quod plus libertatis haberet: nec aduertebat se illam minuere; licet enim in hac vita nunquam omnino perdatur, tamen debilitatur, vt accidit peccatoribus, quod ponderat S.Bernardus. ho.13.nu.50.51.

XII. *Profectus est in regionem longinquam.* Adolescens vade secundo itinere sed aduerte, quod quo plus te elongas, plus damni tibi inferas. Cum enim in Deo sint omnia bona amplissima inuentum habebunt in te omnia mala. Cumque Deus sit vita, liberius intrabunt opera mortis, eumque copiosiora, & sine termino damnatua. hom. 13. numer.7. vsque 25.

XIII. *Peregre profectus est.* Quo vadis? nescio, nec mirum: ipse enim non scit. Ducitur enim vt Ezechiel, velatis oculis. hom.31.num.69.70.

XIV. *Peregrè profectus est.* Quo it? Non it sed fertur. Ipse enim non it quia non discursu vanæ rationis, qui sunt hominis pedes: sed permittit se ferri suarum impiarum passionum, quæ ferunt eum huc & illuc, vt furiosus ventus arundinem. hom.32.n.31.

XV. *Peregre profectus est in regionem longinquam.* Videbatur ei magna sors & felicitas, quod nec pater eum detinuerit domi, nec inueniretur, qui eum turbaret in sequela sui appetitus, ideoque fuit maius infortunium eius. Licet enim peccatori videantur omnia prospere succedere, quod nullus eum impediat ire quo vult, eoque peruenire, quo prætendebat: tamen hæc est summa infelicitas & magna Dei punitio homilia 13.numero 16.17.& homil.25. numero 25. & seqq.

XVI. *Dissipauit substantiam suam.* Primo vide dicere expendisse omnem pecuniam, quæ vocatur substantia mundi qua, finita consumuntur accidentia. Sicque factum vt expensis bonis finiatur æstimatio.

æstimatio, nobilitas, discretio, & pulchritudo, ob quæ omnia æstimabatur adolescens, quando erat dives ho. 16. numero 25.26.

XVII. *Dissipauit substantiam suam viuendo luxuriosè.* Licet propriè velit dicere, bona sua expendisse in deliciis, quæ communiter vocantur luxuria: tamen singulariter loquitur de inhonesto peccato, quod consumit omnia bona, etiam rerum substantiam, quarum successionem abstulit Deus Principibus ob illud peccatum h.26.n. 21.

XVIII. *Dissipauit substantiam suam viuendo luxuriosè.* Dedit se omni delitiarum generi esus, potus & nocturnis discursibus. Hinc vides iuuenis, quo probem te moriturum citiorem, quam sentias. Primo quia ordinariè tantum venit mors per accidentia quæ sunt ordinariè in iuuenibus ob eorum modum in edendo, bibendo &c. Sine modo. Secundo quia aperta via ad mortem est peccatum, iuuenes autem liberius illam ingrediuntur. Notabilis discursus & vtilis. ho. 31. n.28. vsque 33.

XIX. *Dissipauit &c. luxuriosè.* Hæc est effrænatio peccatoris, quod illum non detineat videre bonorum perditionem, suæ salutis vitæque dispendium. Liberet te Deus a temeritate peccatore, qui Deo vertit dorsum videbit enim propria damna, & perditiones, tamen perget vt Hiel de Bethel. h.38.n.4.

XX. *Consumptis omnibus facta est fames valida.* Enquam paucæ substantiæ sunt mundi fercula: non enim tantum non satiant sed etiam famem generant caninam. Idque accidit peccatoribus quo enim plus se dant suo appetitui, maiorem excitant famem. quia illi crescit ipsa concupiscentia quæ non est nisi fames animæ. h 11 n 27.28. & h 25. n.76 vsque 79 Sunt serpentes quibus quo plus vescitur cervus, maiorem siti provocat sitim h. 38. c.95.

XXI. *Facta est fames valida.* Accidit illi, contingetque talibus. quod dixit Iob. Dæmonem eos comprehensurum vt in muscipula & statim famem execrandam canicam & sitim rabiosam h.24.n. 35.36.

XXII. *Et adhæsit vni ciuium* Hic patet, ad quid deueniat peccator, traditus concupiscentiis suis, vt deperiens fame, desideransque illi satisfacere, se tradat dæmoni, & deceptori tradentium se illi; qui non habet quod det, vt dixit 3. Esther. Estque prosus secundum Isaiam.h 41.n. 55. vsque 59.

XXIII. *Adhæsit vni ciuium* En quem eligat cui se tradat in mancipium, Dæmonem qui cum mors sit, & deferat secum infernum vide quid daturus sit vbi intrabit? homil. 19. nu. 13. & seqq. Nomen eius est *Exitem nans*, quod omnia extra at de loco suo. ibid. n. 28. vsque 31.

XXIV. *Adhæsit vni ciuium.* Infelix, quod tali Domino te tradideris euenient enim tibi mala a tali expectanda scilicet mors: sicut iusti sunt felices, in quibus regnat Christus, qui est vita, & salus. h. 19. n. 18. & h. 20 n.2. 3.

XXV. *Misit eum in villam vt pasceret porcos.* Hæc est Dæmonis gloria, quod licet tam malè tractet seruientes sibi, tamen firmi sunt in eius seruitio, quod significat. *Adhæsit vni ciuium.* Ideoque ille ipse rideret infelices, se illi tradentes h.41. n.56.

XXVI. *Misit in villam, vt pasceret porcos,* Cogita, si existenti in domo patris, hic illi iuberet, vt esset subulcus, quas non querelas redderet dicendo, quod eum ignominiâ afficeret, & se ipsum; nec esse ferendem filium tam honorabilis viri, subulcum fieri. Illud autem præcipiente tam infelice Domino libenter facit, sortemque censet bonam. Id contingit indies, quod Deo nobis iubente tantum suauia, ad nostrũ honorem, & gloriam, videatur nos afficere ignominiâ nec hominem in mundo posse talia ferre, facitque libenter quæ iubet Dæmon licet horrenda, infamia & laboriosa. homilia 3. numero 10. vsque 14. & homil. 25. numer. 63.64.

XXVII. *Vt pasceret porcos.* Hic patet, quid ordinariè faciat dæmon seruientibus ei, eiicere illos subulcos, ad pascendum porcos, quia eius nomen proprium est Spiritus immundus estque amicus sordium & turpitudinum. Vnde vbi habet plenum Dominium vt inter idolatras introducit horrendas immunditias h.33. n. 7. & homil. 38. numer. 67.

XXVIII. *Cupiebat implere ventrem de siliquis.* Etat certum quod seruieus Dæmoni, stomachum non haberet satiatum. Animam enim non possunt satiare porcorum siliquæ id est temporalia bona. h 11. n. 27. 28. & h. 27 n. 71. vsque. 74.

XXIX. *Cupiebat implere ventrem de siliquis, quas porci manducabant,* Dominus diuine depingit bona mundi, sunt enim vt siliquæ comunes hominibus & bestiis quas edunt simul, quasi ex præsepi. h. 25. n. 76 Vnde patet, quod Dominus dixit Samaritanæ aquas suas non esse communes hominibus & bestiis quæ satiabant, & sitim sedabant bid n.82. vsque 85.

XXX. *Et nemo illi dabat.* Nullus eum adibat, vel respiciebat, quia iam pauperem videbant. Licet enim sit Monarcha tam potens quam Nabuchodonosor, quando decidit, ab eo fugient animalia, & aues. h. 10. n. 39. 40

XXXI *Nemo illi dabat.* Quis Dominus adeo tyrannus, qui seruienti non det quod edat vt diabolus dicens suis: seruì mihi, & quæ te nutrienteminin veritate enim non dat seruienti. aliud, quam quod in dies quærit. Hinc que patet malitia eius. qui tentat seruos Dei volens eis persuadere, si Deo seruiant, quod

permittit eos fame mori, ac si Deus esset conditionis ipsius. ho. 5. n. 31.

XXXII. *Et nemo illi dabat.* Dæmon est Dominus, qui seruientem relinquit fame perire. hom. 4. n. 48. Deus autem hoc non facit, nec posset, sed potius securos reddit seruientes, quod non permittet eos fame deficere. ho. 29. n. 8. vsque 11. Quodque succurret suis honore & vtilitate non vt dæmon ignominia & fame, postquam enim fecerit subulcum, non dat, quo vescatur. ibid. n. 12. vsque 18.

XXXIII. *Et nemo illi dabat.* Infelix vide cui dederis bona tua, & quæcunque habuisti, qui te videns in extrema necessitate non det tibi vel siliquam. Bene potes quantum habes in seruitio Dæmonis consumere, quando enim peruenieris ad vitæ finem ne speres quod tibi succurret nisi cum vrgente fame repræsentando defectum tuorum meritorum, vt diffidas de misericordia Dei ne quidem vna gutta aquæ succurrit diuiti epuloni qui seruitio eius insumpserat totum, quod habebat. Magnus Dominus Deus, qui tibi dabit quantum ei dederis, ideoque ante petit ate, desiderans habere, quod tibi det h. 25. n 43. & seqq. vsque 61.

XXIV. *Nemo illi dabat.* S. Augustinus ait dæmonem esse mulierem pauperem, quæ promittens multos panes, non potest vel micam dare nec habet vnam pro se. h. 5. n. 39.

XXXV. *In se reuersus.* Felix fames & afflictiones quibus compulsus in se reuertitur & felices dolores onagræ qui retinent eam in cursu suo. ho 9. n. 11. 12. felix anima, quam Deus detinet, cum ad perditionem tendit, refrænatque afflictionibus quo facit eam reuerti in se. h. 35. n. 33. vsque 36.

XXXVI. *In se reuersus* Exierat à se videbaturque iudicium perdidisse & intellectum. Tales enim videntur peccatores ex delitiis quæ committunt, & sordibus quibus se immergunt. ho. 25. n. 89. Deerant ei capitis capilli vt Samsoni qui sunt considerationis symbolum; sicque quasi cæcus in circuitu ambulat vt in mola, manetque donec creuerint capilli illi. *In se reuersus.* ho. 31. n 12.

XXXVII. *In se reuersus.* Licet omnia peccata videantur hominem aliquo modo rapere extra se, tamen particulariter id facit luxuria vnde luxuriosi vocantur cæci. ho. 10. n. 18. Et S. Iob singulariter vocabat adulterium, cordis cæcitatem. h 26. n. 19.

XXXVIII. *In se reuersus.* Quid mirum si cum se tradidisset dæmoni fuerit cæcus vt extra se. Illum enim effectum particulariter in illis procurat dæmon, in quibus habet potestatem. ho 19. n. 40.

XXXIX. *In se reuersus.* Deus aperuit ei oculos supernæ lucis suæ, tam misericordi, quam parum meritâ: quis potest dicere qualem se inuenerit quam confusum quam pudefactum? vt Magdalena quando diuinus Sol iniiciebat ei sagittas lucis suæ. ho 38. n. 39. 40. Nam vere sentiebat onus infirmitatis liberà lethargo, quo pressus languebat qui licet sit magnus tamen peccatores eum non sentiunt, donec eos Deus illuminet. h. 25. n. 32. 33.

XL. *Quanti mercenarii in domo patris mei.* Conuertit oculos ad domum patris sui, hanc primò possumus intelligere cælum. Si tu peccator, quantumuis magnus aliquando eleuares oculos considerationis, videns quæ bona Deus habeat, parata seruientibus sibi, eaq; perdas ob bona quæ sequeris, deceptoria; mirabilem, hoc in te operaretur effectum. hom. 11 num. 40. O si considerares, quod quamdiu es in misero statu isto, quidquid facis non prosit tibi ad meritum gloriæ, quodque tantum sit infortunium tuum, vt malo quod facis lucreris æternam mortem tormentaque inferni? Deoque nolente mortem tuam brachiorum tuorum vi lucraris illam tibi. ho. 13 n. 31. vsque 36. Bonis autem tuis operibus: licet optima tibi videantur non lucraris gloriam, cum enim sis longe à Deo, qui est vita, non potest facere opera vitæ. ho. 13. n 7. 8.

XLI. *Quanti mercenarii.* Alius est sensus vt conijcias oculos in iustos, & bones in hac vjuentes vita; quos Iob vocat mercenarios, considerans gaudium, iucunditatem & consolationem, quibus transigunt vitam, conferuntque ex bona conscientia lætitiam cordis, qua cum incipiunt frui splendoribus gloriæ deferuntque cœlum portatile. homil. 37. numer. 57. vsque 67. Peccator autem pro delitiis quibus fruitur mille patitur tormenta: quibus torquetur, & quasi suspenditur. ibid. numer. 47. & seqq Participaque ex nunc inferni tormenta. ibid. numer. 53. vsque 57.

XLII. *Quanti mercenarii in domo patris mei* O si considerasses gaudia & iucunditates, quibus iusti fruuntur in hac vita, etiam in tormentis suis materiebus: tanta enim ibi panum fruuntur abundantia vt expetiantur centuplum quod Christus promisit in hac vita h 30. n 48. vsque 51.

XLIII. *Quanti mercenarii in domo patris mei.* Quanta percellel atur confusione videns se in statu tam abiecto, vilique & deinde tam extrema nec sitate & paupertate arctatum, videns famulos domus patris sui ita honoratos, & nutritos, se ingemiscebat quasi in Basan quæ est confusio, ibique conuertit eum Deus. *Opus dextera excelsi*, vt dixit Dauid. hom. 38. numer. 69.

XLIV. *Ego autem hic fame pereo.* Quam clarè ipsa experientia nouit omnia mundi bona, delectationes, & iucunditates fuisse merum ventum: accidisseque quod Salomoni qui vertens se ad ea quæ ante videbantur ei magna finaliter reperit, quod dicit. *Vidi in omnibus vanitatem & afflictionem Spiritus.* &c. ho 4 num.

n. 20. 21. Novit ad tactum manus, quod dixit Isaias, Omnia mundi esse bullam. Hoc est quod eum turbat & movet. ibid. n. 23. vsque 26.

XLV. *Ego autem hic fame pereo.* O si Deus aperuisset tibi oculos, & considerasses te esse in fine vitæ, quodque ex operibus tuis non habeas plus quam adolescens iste, qualem effectum haberet hoc in te. ho. 26. num. 54.

XLVI. *Surgam & ibo ad patrem meum.* Quam insipienter ibat adolescens iste, discedens à domo patris sui, cæcus passione sua. tam sapienter procedebat, quando Deo aperiente oculos eius, statim resoluit surgere à porcorum societate non in crastinum expectans. Id enim tibi importat, accurrere statim vt audis sonum pyrorum, vt Dauid ho. 10 num. 19. vsque 22. Non erat vt cornus Pharao, qui habebat in ore *Cras* ho 38. n. 41. & seqq.

XLVII. *Surgam & ibo.* Non est ex illusoribus contra quos loquitur Isaias qui in longum differunt pœnitentiam ac si haberent pactum cum morte & inferno h. 13. n. 58. vsque 64.

XLVIII. *Surgam & ibo.* Bona resolutio, inde discedere. Difficulter enim linquitur peccatum à manente in eadem hara, cum illdem porcis; exi & ne subsistas in tota regione Sodomæ. ho. 10. n. 45. 46. & ho. 43. n. 63.

XLIX. *Surgam & ibo.* Statim est executus suum propositum. Concipientes enim si non habeant virtutem ad patiendum, iudicent se perditos. hom. 10. num. 17. 18.

L. *Surgam & ibo.* Bona est resolutio, aggredi reditum ad patris domum eodem animo, quo exitum & elongationem ab ea fuerat meditatus, vtque tunc nil eum retinebat quo minus exiret non dolor patris, nec luctus fratris, nec cura consanguineorum nec ignominia quæ se, illosque afficiebat, ita iam nil eum detineat, non timor quod eum ridebunt videntes adeo lacerum, nec quod frater torvam ei faciem ostenderet, hic est Spiritus robustorum. hom. 38. num. 47. vsque 56.

LI. *Surgam & ibo.* Hæc est vera pœnitentia quæ respondet culpæ, Duo mala fecerat, vertere dorsum patri suo, & versus regionem longinquam sordesque eius: his respondet desertio regionis longinquæ ad quam profectus erat & sordium eius, redituque ad patrem. h. 43 n. 63.

LII. *Dicam ei: Pater peccavi.* Cum à te commissa, tantæ sint offensæ ignominiæque contra patrem tuum quomodo audes eius præsentiam adire confidens quod te recipiet ob verba confessionis culparum tuarum tantum? Hæc est eius misericordia quod nostrum remedium posuerit in re tam facili facili vt sunt confessionis verba. ho. 19. n. 60. vsque 62. Volutique dispo-

nere istam confessionem ad tuam vtilitatem ibid. n. 51. vsque 59. mulier clamando dum fuit violata, obtinet remissionem. ibid n 49. 50.

LIII. *Dicam ei: Pater peccavi.* Confitebor sine larua cum verecundia peccati & non confessionis eiusdem. ibid. n. 64. vsque 69.

LIV. *Pater iam non sum dignus.* Securus est introitus, noscere quam sit peccator indignus. ho. 2. n. 32. vsque 35.

LV. *Et vidit eum pater à longe.* Hoc filio existente adhuc longe, videbat eum pater spiritualibus oculis recordatus eius, aliter is non poterat aperire suos ad eos conicciendos in domum patris sui, eamque adeundam: Petri enim oculi nunquam habuerunt vires donec Dominus respexit eum. ho. 43. n. 52. vsque 55. nu. 57. & seqq.

LVI. *Vt vidit eum, misericordia motus est, & accurrens.* Vide viscera misericordiæ Dei. Sufficeret tibi videre illum pauperem & lacerum quodque nouis expensis faciendis te exponeret ad fugiendum ab eo, tunc autem ad eum curreres si videres venientem diuitis opulentum ad succurrendum domus tuæ miseriis. Non sic Dominus non sic. ho. 30. n. 15. vsque. 18.

LVII. *Adducite vitulum saginatum, epulemur gaudeamus. Gaudium est Angelis Dei, super vno peccatore pœnitentiam agente* & impletur quod Deus dixit Iobo *Numquid nosti ordinem cœli, & pones rationem eius in terra?* h. 38. n. 122.

LVIII. *Venit filius eius senior.* Frater natu maior, vidensque festinitatem, & ratione illius audita iratus vertit dorsum abiturus, exitque pater eum rogaturus. Magna hic sunt mysteria. Primò in vtroque filio reperies defectum. In adolescentiore bullientem sanguinem libertatem, inuerecundiam & vani animi. In seniore impatientiam, summam asperitatem. In omnibus enim Dei filiis est defectus; vnde bene dixit Apostolus. S. Iacobus. *In multis offendimus omnes.* Sed his omnibus adest pater iste diuinus & omnibus vult satisfacere, recipiendo vnum, regando alterum. Finaliter ne te scandalizes videns aliquos defectus in seruis Dei: illos enim permittit in eis pater cælestis, ob diuinas rationes. ho. 15. n. 45.

LIX. *Frater eius senior.* Dæmon tentat omnes, variens qualitatibus, quas in quouis nouit. Adolescentem lubricum mouebat vt sequeretur appetitus suos: alium filium solitarium, quem melancholicum sentiebat tentabat ad impatientiam, & inuidiam, hæc est illius astutia. ho. 5. n. 30.

LX. *Frater eius senior.* Communis declaratio est, quod Dominus loquens Scribis, & Pharisæis, se ipsos iudicantibus sanctos & de Christo conquerentibus ob fauorem quem peccatoribus exhibebat, ad se venientes apertis excipiens brachiis, intelligat ipsos pec-

per filium maiorem, arguens eos de charitatis defectu, quod iudicantes peccatores, suum non agnoscerent defectum valde magnum, cum eis deesset amor erga fratres, quem debebant habere. Erantque adeo mali, vt cum perditos quærere deberent, quia fratres sunt, etiam redeuntes nollent recipere, qui defectus non erat modicus. ho. 22. n. 47. vsque 51.

LXI. *Postquam filius tuus hic, qui deuorauit substantiam suam cum meretricibus.* Nota bene defectum quem illi habebant, non tantum in contemnendo peccatores, sed etiam digito monstrando *filius tuus hic*; vt adulteram *hæc mulier*. Respicientes aliorum defectus, non suos, reddunt se culpabiles, sequiturque contra alios indignatio vt ait S. Gregorius. ho. 26 n. 42. vsque 45.

LXII. *Epulari, & gaudere oportebat.* Quid hoc est Domine? Excipiunturne sic subulci in domo tua? Nec sufficiebat adolescentem hunc recipere in angulo illius? sed dandus ei locus in mensa tua? videris domum tuam infamare. Non infamat eam sed honorat, ostendens magnitudinem potentiæ suæ, quæ tanta est, vt admittens homines etiam peccatores, qui redeunt ad eum per pœnitentiam, faciat eos dignos suâ mensa conuiuas; vtque S. Augustinus ait hæc est eius magnitudo, quæ honorat ipso latrone paradisum, ho. 44. n. 45. Et quantumuis sordida animalia, facit puriora stellis, vt repræsentata S. Petro in linteo quod descendebat è cœlo, ostendens quod ibi posita, iam essent munda, nec deberet illa fastidire. ho 43. n. 10. Finaliter Ecclesia eius constat fidelibus innocentibus, & peccatoribus, eratque necessarium dare exemplaria vtrisque: justis quomodo debeant se conseruare in sanctitate; & peccatoribus, quomodo debeant ad Deum redire, & pœnitentiam facere impleturque illud Danidis. *Dice diei eructat verbum.* ho. 38. n. 5. vsque 8.

TERTIA DOMINICA QVADRAGESIMÆ VLTRA HOM. XIX.

I. *Erat Iesus eiiciens dæmonium.* Luc. 11. Duo possessorum genera repræsentat nobis Euangelista vnum corpore, & multos in anima. De illo dicit, quod habebat dæmonem, de his dicit Dominus multos & potentes *Qui ingressi habitant ibi.* Illum habebat, effectus faciens visibles in eius corpore. Hos autem ipse habet eos in anima ita excæcans, vt ad maiorem lucem minus videant, tam surdos, vt verbum Dei non intret in corda eorum, sed non reddit eos mutos, imo tam loquaces, vt horrendas euomant blasphemias contra Christum Dominum nostrum, ideoque minatur eis, dicens, quod non inuenient misericordiam Dei, *neque in hoc sæculo neque in futuro.* Cumque dæmon sit ita Præpostcrus, vt ex maioribus bonis conetur maiora trahere mala, id facit in his; vt ex tanto miraculo, quod Christus fecit curans possessum, eduxerint blasphemiam. *In Beelzebub eiicit dæmonia.* Bene vocauit eos Dauid Art. eum prauum h. 39. nu 9.

II. *Erat Iesus eijciens Dæmonium.* Filius Dei venit in mundum, vt Dæmonem vinceret qui eum sibi subiecerat vt vinceret eum & destrueret, eumque nobis relinqueret ita subjectum, vt eum facile nos possimus vincere, pedemque ceruici eius imponere. Ideoque in nostro conspectu, oppositus est illi, eijciens eum de corporibus, sic, vt eius victoria prodesset nobis. Christus, & nos sumus vnum corpus mysticum, quod est eius, est nostrum: sicut, quod nostrum, est eius Prodit hodie victor Satanæ, & laureatur coronam suæ victoriæ, ideoque totum eius corpus eam habet, corona enim quæ capiti imponitur toti prodest corpori & sicut eum deiecerat iam nobis est facile illum vincere. Dignus conceptus S. Augusti, ni calamo, estque iam magna nobis ignominia si eum non conculcemus, nosque ab eo vinci permittamus h. 5. n. 8. 10. & h. 49 n. 11. vsque 14. Cum d.. mon, antiquus serpens, insidiaretur calcaneo mulieris, scilicet humanitati Christi, ipsa contriuit caput eius, cumque caput contrito, corpore toto serpens contritus manserit, tam valde facile est hominibus obtinere victoriam de quouis eorum in tentationibus eorum, magnumque homini opprobrium ab eo superari ibid n. 13.

III. *Erat Iesus eijciens Dæmonium.* Non potest esse maius infortunium animæ quam Dæmonem habere potestatem in eam, quia vt est mors, causat multas mortes in ea, & singulariter quando eam intrat, occidit in ea vitæ opera, nec permittit ei vllum facere quod tale sit integre. h. 13. n. 7. 8. Quando peccatum cadit in animam, hancque dæmon intrat per illud, destruit, & consumit pulchritudinem virtutum eius, operaque meritoria, vt quando in campum triticeo plenum, aut vineam fructu plenam irruit cicada, bruchus, vel nebula. ibid. n. 10. Angelus exiuit de manibus Dei, plenus lapidibus virtutum pretiosis, hosque omnes consumpsit in illo peccatum ibid. n. 13. Opera in peccato mortali facta semper manent perdita, vt semper captiuæ proles generatæ ex matrimonio in captiuitate contracto. Hanc seruitutem introducit dæmon animæ per peccatum, & omnia eius opera, quasi proles eius, manent ei subiecta, nec vllum recipit meriti fructum, quia manent perditi quantum ad esse Deo accepta, & quantum ad gloriam per illa promerendam: meritoria autem ante peccatum facta, manent mortificata, donec animâ per pœnitentiam de seruitute liberata, recuperent meriti vitam. ibi nunc.

numer. 9. vsque. 12. Tantum est talis animæ infortunium, manetque adeo omnis impos iudicij vt quantò plures infert ei dæmon mortes & damna tantò plus contenta sit & rideat vt dicebat S. Esther, declarabatque Isaias symbolo piloforum. h. 13. n. 19. h. 41. numer. vsque 59.

IV. *Erat Iesus eijciens Dæmonium.* Duo sunt animarum genera; Vnum in quo regnat Deus, de quodixit *mansionem apud eum faciemus.* Vtque Deus est omne bonum operatur in illis omne bonũ, & abigit omne malũ ideoque ex nunc principium habent vitæ beatæ, vnde S. Paulus aiebat *Gratia Dei vita æterna.* Alterum in quæ Satan regnat, qui vt in se habet omnia mala hæc operatur in anima, dicituque iam habere principium inferni. homil. 37. numer. 57. 58. Vtque illi in quibus regnat Deus fruuntur lætitiâ bonæ conscientiæ; Ita in quibus dæmon habitat perpetuum habent secum tormentum. ibid. numero 61. vsque 97. Hic ergo conuenient discursus, probantes magnam felicitatem animarum, quæ habent Deum, & non habentium infelicitatem. homilia 13. numero 5. vsque 17. Et non habere Deum contingit quia admittunt Dæmonem, quo à se Deum expellunt, ibid nu 28. vsque 47.

V. *Erat Iesus eijciens Dæmonium.* Licet quouis peccato mortali dæmon intret in animam, tamen particulariter habet potestatem in animam, per infidelitatem & luxuriam, quod, vt Deus offenderet, permisit vt visibiliter possideret eorum corpora. h 18. n. 42. vsque 45. Quando dæmon intrat animam per peccatum luxuriæ, & particulariter eam possidet, non est malum, quod luxuriosus non habeat vt de Herode declarauit Euangelistæ: nam duobus ex illis dicentibus S. Ioannem eum reprehendisse vt incestuosum Lucas declarabat. reprehensionem eius eo tendisse quâ cuncta eius peccata corriperet *Cum corriperetur à Ioanne de Herodiade, & de omnibus malis.* ibid. nu. 42.

VI. *Et illud erat mutum.* Dæmon *non operatur in omnibus eundem effectum, sed contrarios, secundum quod videt se posse plus damni inferre; incitatq; aliquos ad læta, aliquos ad tristia, vtens qualitatibus, quas in quouis nouit ad eum melius euertendum. h. 5. n. 29. vsque 32. & n. 40. Recte nominat eum S. Ioannes *Exterminans* cuncta etenim suis euellit cardinibus nam loquuturus peccatori, corrigendo eum, & honorem eius apud alios seruando, contraria procedit viâ; illi namque nullum dicit verbum nisi adulatorium & apud alios detegit eius peccata h. 22. n. 43.

VII. *Et illud erat mutum.* Euangelista repræsentat nobis vt quid singulare, hunc energumenum, quem dæmon faciebat mutum, agens de multis Dæmonibus, qui multos homines reddebant loquaces sic vt cogerent Christum quatenus eis imponeret silentium, ira etiam S. Paulus. h. 9. n. 22. Quia Dæmoni parum est lucri à tacentibus, facitque maxima pertinguam lucra, quam S. Iacobus rectè vocat malum inquietum, venenum mortiferum, ignem inferni, & Sapiens laqueum malum. Vtilis discursus. ho. 23. nu. 25. vsque. 35.

VIII. *Et cum eiecisset Dæmonium locutus est mutus.* Ablatâ causâ scilicet Dæmone, tollitur infirmitas ab eo procedens; Infirmitates enim sæpe peccatum aduenient, per quæ intrat dæmon. ho. 30. nu. 29. 30. Et donec auferas peccatum, non tolletur infirmitas. Illud voluit Dominus Paralyticum docere, essetque bonum te hoc intelligere h. 10. n 25 Radix amaritudinum afflictionum & morborum est peccatum: aufer hanc radicem, & cessabunt omnes, Quod nos voluit Eliseus docere quando ad curandam amaritudinem aquarum Iericho iniecit salem fonti vnde omnes profluebant sicque fuerunt curatæ ibid. n. 25, Ægyptij voluerunt puteos fodere ad extrahendas aquas claras, cum has conuerteret Moyses in sanguinem nec attendunt hunc esse effectum virgæ diuinæ potestatis. Quod sæpe contingit peccatori: non enim aduertit afflictionem & infirmitatem, quam patitur, ictum esse virgæ Dei ob peccatum. Tolle peccatum, & proijce in mare vetæ pœnitentiæ & cessabit tempestas afflictionis, ac recuperabis sanitatem ibid. numero 25. Quod æternis premet infirmitatibus damnatos in inferno, hoc erit quod habeant perpetuò in se radicem illarum, quæ est peccatum. ho. 37 n. 57. 58. Hocque erit pondus dictum ab Isaia, quod perpetuo detinebit eos deiectos, nec se poterunt lauare h. 25. n. 31. Hoc erat pondus, quod adeo fatigauit Christum. Si enim solum pondus infirmæ carnis, quam assumpsit filius Dei, erat ei grauissimum; quanto grauius erat Christo, superaddere pondus peccatorum omnium hominũ quo se onerauit, quod fuit tantum, vt fatigarit filium Dei, quid mirum si idem detineat in inferno damnatos, ibid. n. 31.

XI. *Locutus est mutus, & admirata, sunt turbæ.* Hæ lætabantur & particulariter amici, & consanguinei istius hominis qui duxerunt eum ad Dominum, vt eiiceret ab eo dæmonem, vt significant Euangelistæ bonam habebant intentionem non vt illi ciuitatis Philippensis, qui indignati sunt S. Paulo, quia eiecerat de corpore puellæ dæmonium. h 9 n. 22.

Quidam ex ipsis dixerunt in Beelzebub &c Domino fuit facilis cura obsessi in corpore, sed tam difficilis obsessorum in animâ, vt Dominus eos habeat vt desperatos, vocans eos generationem prauam, & declarans eos esse Præscitos & inferno destinatos, vt declaratum est h. 8. n. 2. & seqq.

XI. *In Beelzebub principe &c.* In hos habebant pŏteſtatem peiores dæmones, inuidiæ ſcilicet, quæ vocatur malum dæmonium, quia particulatiter torquet, h. 7. n. 12. Cumque tot eſſent dæmones, & tam potentes, quos habebant in ſe acriter torquebant eos oſtendebantque clare eſſe ſpiritum inuidiæ, quæ cum ſit vitium abſconditum in cordis intimo, noſcitur ex duobus. Primo, quod inquietet animam, edatq; vt rabies. Secundo, quod moueat linguam ad loquendum, alterius deſtruens excellentias. Iſtos effectus operabatur in iſtis infelicibus quibus cor eruciatibus angebatur, de quibus Euangeliſta *Cogitationes eorum*, Edebant ſe præ rabie, videntes Chriſti gloriam, & ex altera parte, monet eis linguam vt loquantur ad euertenda opera eius. ho. 7. nu. 8. vſque. 11. & ho. 39. n. 13. vſque 17. Ardebant igne malitiæ ſuæ contra Chriſtum, vt Pharao inuidia contra Iſraelitas ardens impetat Obſtetricibus Hebræarum, vt harum maſculos ſuffocarent: Quos vt conſeruarent: aliter actum eſt, vnde plus multiplicabantur, quo ipſe maiore inuidia ſaccendebatur quâ percitus illis imperabat vt fluuio recenter natos inijcerent, & ſubmergerent. Idem videmus in Phariſæis contra Chriſtum, in ipſis ignem malitiæ ſuccenſum excitantem in ſtramine ceremoniarum, flammas perſecutionis contra eum; quo autem ignis iſte eteſcebat altius eo plus augebatur Chriſti gloria. Vnde finaliter decreuerunt non credere operibus eius, ſed ea ſubmergere in flumine mortis, quam ei ſtruebant. quos effectus operabatur in eis dæmon, vt poſſeſſor cordium ipſorum. ibid. n. 16.

XII. *In Beelzebub eicit dæmonia.* En diabolicam inuidiam Regis Saul, nam Dauide muſicam linguâ ſuâ formante, quâ fugat dæmonem contra eum inſurgunt vibrantque lanceam blaſphemam ſuarum linguarum corrodentes corda ſua præ rabie ob gloriam Chriſti. h. 7. n. 12. 13

XIII. *In Beelzebub eiicit &c.* Maledicti illi renouant malitiam Palæſtinorum contra Iſaac cuius exercitium erat aperire puteos, limpidas educens aquas. illi autem obſtruebant eos lapidibus & humo. h 32. n. 3.

XIV. *In Beelzebub &c.* Infelices infirmi, quibus medicinæ magis efficaces vertuntui in venenum, ſuntque ita obſtinati, & inflexibiles in ſuâ malitiâ vt cæca hyena. h. 8. n. 41. vſque 47 Propheta Oſeas deſerit eos vt deſperatos. ibid, n. 43. vſque 19.

XV. *Et ſignum de cælo quærebant ab eo.* Calumniatores miraculi quod Dominus fecerat & tanta ſacrilegi blaſphemiâ, vt attribuerent virtuti Beelzebub, & dicant ei ſe velle ſigna videre præſtantiora de cœlo, Hinc manna deſcendere vt Moyſi tempore, tonare, vt Samuel fecerat, vtque Elias ignem de cœlo deſcendere. Infelices, & ſine capite, petentes ſigna, quæ tantum cauſant admirationem nec quibus ea ſatisfaciunt, quæ ad vtilitatem erant infirmorum. h. 8. n 41. vſque 47. Ad hunc diſcurſum proſequendum conducit tota. h, 8.

XVI. *Ieſus videns cogitationes eorum.* Quo monſtrabat ſe verum Deum eſſe, cuius eſt epitherum proprium *Scrutans corda & renes* vt proſequitur S. Hieronymus. h. 41, n. 12. Diuinus eſt Lynceus cui non abſconduntur profundiſſima cordis ſecreta dixit Iob. h. 26. n. 40. Eſtque ceruus quem ſponſa dixit, extrahere maxime abſconditas viperas de cauernis ſuis. ibid. numer. 47. Habet oculos lynceos Lynce penetrantiores h. 15 n. 30. Eoque melius probat ſe Deum quam Poeta Menander Solem. h. 33. n. 36. vſque. 39.

XVII. *Vidit cogitationes eorum.* Sapientior eſt, quam Salomon, de quo dicitur, non tantum nouiſſe herbas, ſed etiam maximè abſconditas radices. h. 15. nu. 30.

XVIII. *Cogitationes eorum.* Fumo tam obſcuro exeunte de fornace cordium eorum quæ rabioſa accendit inuidia, quis poſſet dicere quid fecerint contra Chriſtum? nam vt dixit Euangeliſta S. Marcus, aliqui reſoluerunt eum occidendum, alij exauctoriſandum. alij accuſandum Quales enim herbæ tales ſunt vapores aſcendentes de ſublimatorio. vtilis conceptus. ho. 40. n. 4. 5.

XIX. *Vidit cogitationes eorum.* Peiores erant, quam rabidi canes, contra quos eircit lapidem miraculi, vtque tales opponunt ſe illi conati illud deſtruere, dicendo, eſſe opus parui momenti & factum per Beelzebub. h 40 n. 3.

XX. *Reſpondens Ieſus dixit.* Licet Chriſtus toleraſſet multas, & magnas iniurias, quas euomuerant, tamen ad hanc eorum blaſphemiam, qua opera ſua tribuebant dæmoni, dicentes eum Deo contrarium eſſe, ſemper reſpondit, oſtendens ſe Deo valde vnitum & dæmoni contrarium. Ratione cuius reſpondit latè, quando calumniabantur miraculum piſcinæ, vbi multa attulit argumenta in illius probationem. Idem quando eius doctrinam attribuebant dæmoni. h. 29. n. 3. Eodem vſus miraculo in reſuſcitatione Lazari. h. 32 n. 79. Idem modo facit valde ad propoſitum. Si enim bonum ſit aliquando non reſpondere calumniantibus, alias eſt neceſſarium. h. 34. n. 16. 17. 39

XXI. *Omne regnum in ſe ipſo diuiſum deſolabitur.* Oſtendit opus ſuum non poſſe factum eſſe dæmonis virtute, quia directe erat contra illum, & nullus Rex agit contra ſe ipſum, niſi velit regnum ſuum deſtrui, quod non poteſt dici de diabolo, nam ad conſeruationem regni ſui, omnes conſpirant. vt eos vidit Dauid, dicens. *Qui cuſtodiebant animam meam conſilium fecerunt in vnum dicentes, Deus &c. perſequi-*

mini

mini, & comprehendite eum, Ideoque multæ conuenerunt regiones in vnum; & quia videbant Christum regno suo esse contrarium, omnes se vnierunt contra ipsum. *Sicut arena, quæ est in littore maris*, hom.19.num.7.

XXII. *Omne regnum in se ipso diuisum desolabitur.* Non est Rex qui machinetur desolationem regni sui, prouocans vnam partem ad destruendam aliam. Nec quidquam plus conatur, quam non tantum non perdere pedem regni sui, sed de nouo plures lucrari, quo augeatur. Estque hæc perpetua Satanæ cura satagere ne perdat vllam animam, semel lucrifactam. Vnde quando eam intrat, conatur ei auferre omnia media remedij eius, vt fecit huic pauperi, quem possedit cæcum, mutum & surdum, cum maiori sollicitudine, quam aranea quæ venatur muscam, festinat adstringendum eius alas, pedesque, quibus posset vim facere, ne eam inferat. Hinc processerunt illa dicta contra Christum, conquerentium, quod eos ex locis in quibus erant expelleret & vnus exiens de puero, facit id vi tantâ, vt reliquerit eum semimortuum. Clarum argumentum dæmonem non venire ad liberandum, quem possidet. Eodem modo inuenies, Deum agere ne vel vna anima, in quâ regnat perdatur, tradaturque Satanæ, sed potius vult omnes, qui se dicunt seruos eius, agere de animabus lucrandis ei. ho.22. n.2. Nec est Rex, qui adeo æstimat regnum, vt Deus animam; nec qui tantam mercedem det duci, qui conquisiuit ei regnum, vt Deus animam lucrari. Vtilis discursus. ho.22.nu 55. vsque 58.

XXIII. *Porro si in digito Dei eiicio dæmonia, filij vestri in quo eiiciunt.* Est argumentum *ad hominem*. Vidistis meos Apostolos, filios & fratres vestros indies eicere dæmones, nec vos malum iudicastis, imo magni æstimastis opus eorum, cur ergo meum calumniamini? Mali iudices, nam malitia voluntatis excæcat vobis intellectum, cumque hic deberet voluntatem ducere, contrarium fit. hom.29. num.53. 54. Iniqui iudices, qui habetis diuersa pondera, quibus ponderatis vestra, & vestrorum opera, & eorum, qui non placent vobis quod Deus abominatur. hom. 23.num.15.16.

XXIV. *Cum immundus Spiritus exierit ab homine.* Dominus ostendit perditionem illius gentis, declarans dæmonem habere in illos potestatem. Deus eiecit ab illis dæmonem, quando eos elegit in populum suum, per sanctos Patriarchas, extrahensque illos de seruitute Ægypti, dedit eis terram promissionis, legem, sacerdotes, sacrificia &c. Sed euerterunt se, facti vt domus execrabilis tantum attendentes munditiem corporalem, conantes satisfacere oculis hominum. Existentibus illis in ista dispositione, dæmon qui exierat, redit cum cohorte dæmonum malioris malitiæ & fortitudinis, quod significant *Septem dæmonia*. Numerus determinatus pro indeterminato. Vel vult dicere, omne genus dæmonum, qui eos ad omne genus peccati inducerent, vt Dominus de Magdalenâ dixit. hom.38.numer.27. Per quod ad vltimam lapsi sunt perditionem. Si mali fuerint ab initio, facti sunt peiores, cum peruenerint vsque ad occisionem Dei. Sic vt, velit dicere dæmonem imo multos potestatem in eos accepisse factosque cauernam pilosorum vt ait Isaias. hom.38.num.40.& hom. 41.num.55. vsque 59.

XXV. *Fiunt posteriora peiora prioribus.* Time si dæmon exit non vinas incurius, redibit enim ad te multò maiora inferens damna. hom.10.num.49.50.

XXVI. *Fiunt posteriora, peiora prioribus.* Reincidentiâ plus prouocatur ira Dei eiusque dona perduntur, & amplius minuuntur liberi vires arbitrij, quo dæmon nos plenius possidet, estque peior status, & maius periculum. hom.18.n.50.51. Declaratque id S. Augustinus in Iuda. hom.45.n.31.32.

XXVII. *Cum immundus Spiritus.* Ita vocat dæmonem ob particularem potestatem, quam habet in peccatores immundos, & carnales, quod declarabat Angelus Tobiæ, & hoc Deus nobis particularibus confirmauit historiis, dans facultatem dæmoni contra tales. hom.18.num.43.44.

XXVIII. *Fiunt no[illegible]ra.* Ne sis incurius deuicto semel dæm[illegible]nim statim maiori vi armatus, vt fecit co[illegible]rob. hom.5.num.34.39.

XXIX. *Extollens vocem quadam mulier.* Hic videsimpletam prophetiam Abacuc. *Operuit cælos gloria eius, & laudis eius plena est terra.* Qualis confusio Principibus & sapientibus. hom.7.n.2.15.27.

XXX. *Extollens &c.* Deus commouit mulierculâ incredulitatem & rebellionem Principum. Patetque quod dixit Sapiens. *Melior est canis viuus leone mortuo*, hom.9.n.42.& seqq. Quando autem desunt viri Deus excitat Spiritum mulierum ad suam gloriam. h.9.n.2. Si dæmonis vtitur ad peruertendum viros, Deus ad horum peruicaciam confundendam vtitur illis. hom. 25.num.6. vsque 16.

TERTIO DIE LVNÆ QVADRAGESIMÆ VLTRA HOMIL. XXI.

I. *VTique dicetis mihi &c. Quanta audiuimus facta in Capharnaum.* Luc.4. Ciues Nazareth Patriæ Christi conqueruntur quod ibi non faciat miracula, vt in Capharnaum fecerat. Videturque querela fundata, cum Capharnaum esset ei terra aliena, ibique, vt intrauit, in omni genere gentis faciebat

miracula, in ſerpo Centurionis, ſihâ Principis Iayri, ſocru S. Petri, & ſinaliter fuit eis vt fons ſanitatis, innumeros enim infirmos accurrentes ſanauit. Intrans autem Nazareth ibiq́ue exiſtens, & concionans nullum fecerat miraculum. Erat autem hæc eorum culpa, quia eis deerat neceſſaria diſpoſitio, ſine quâ nullum agens operatur: Chriſtus autem faciebat miracula ſecundum menſuram fidei hæcq́ue cum in illis non eſſet, Euangeliſta dicit nullum ibi potuiſſe facere miraculum, *Propter incredulitatem eorum*. Ideo etiam tam parum operatur in te permittitq́ue te perire non ſuccurrens tuis neceſſitatibus. hom. 27. nu. 32. vſque 39. Ideoq́ue Deus conqueritur de nobis, vt de Rege Aza. ibid. num. 40. vſque 44.

II. *Quanta audiuimus.* Iſti valde male procedunt cum Chriſto, vtq́ue aſſueuerunt præſciti, qui reiiciunt culpam in Deum (quod eos teneat ſuſpenſos non ſuccurrens, vt rogant) etiam ſuarum malitiarum; vt malus ſeruus; illi autem incredulitatis ſuæ illi culpam adſcribunt. hom. 37. num. 51. 52. Dauid ægrè ferebat iſtam Dei offenſam, quæ obligabat eum, vt iuſtitiam peteret contra committentes eam, prædicitq́ue illis horrendas punitiones ſuperuenturas: quia ſua conſilia formant, conuiciendo in Deum culpam ſcelerum ſuorum, eoq́ue modo volunt ſe excuſare à peccatis ſuis. Id ſignificat, *Declinauerunt in te mala &c* ibid. num. 51.

III. *Quanta audiuimus fac & hic.* Magna ſtultitia, Chriſtus eſt medicus, non debet omnes eadem medicinâ curare, ſed hic ſuccurrit farinâ, ibi ſale, vt Eliſeus. hom. 2 num. 20. & ſeqq.

IV. *Fac & hic.* Magna ſtultitia, in opere miraculorum cogitare, quod quia actum ibi, debeat hic fieri, vtq́ue S. Bernardus ait, hæc eſt tua ſtultitia, prætendere quod Deus ibi fecit latroni, debeat hic facere tibi. ibid. hom. 44. num. 46.

V. *Fac & hic.* Iniqua petitio, vt hic in Nazareth faciat, quod in Capharnaum fecit. Hic enim ibant rectâ viâ & qui videbant opera Dei hominem hunc reuerebantur. Illi è contra, quia videbant hominem inter illos educatum parui faciunt, ridentq́ue eius eſſe Diuinum. Bene enim procedere eſt fidelium, qui aſpiciebant opera diuina, vt magnificarent humana. Iudæi & gentiles proceſſerunt contrariâ viâ, intuentes enim humana deſpexerunt diuina nec voluerunt ea credere. Vnde Dauid dixit eos arcum prauum, & Iacob pater eorum vocat eos *vaſa iniquitatis bellantia*, vel inſtrumenta belli proditoria: cum enim ex diuino, quod in Chriſto videbant, humanum deberent venerari, ex humano quod videbant, deſpexerunt diuinum. hom. 38 num. 8. vſque 13.

VI. *Fac & hic in patria tuâ.* Vſque ad trigeſimum ætatis ſuæ annum erat Dominus inter ſuos compatriotas Nazareth, nec æſtimabant eum donec audirent eum miracula facere, ideo monſtrant ſe illum magnificare petentes ab eo zelum & dirigentes prætenſiones ad ſuas vtilitates: Ita mundus aſſueuit: quo namq́ue tempore te videt iacentem non erat te. Si te videat honoratum ſtatim conueniunt, aliqui vt conſanguinei, alij vt compatriotæ. homil. 36. numer. 35. 37.

VII. *Fac &c.* Iſti prætendebant vt Chriſtus miracula faceret, vt ſis ciuitas eorum magnificret, & lucrum faceret, & ita diuitias accumularet accurrentibus multis ad illam, vt Simon Magus prætendebat ab Apoſtolis gratiam dandi Spiritum Sanctum cui vellet. hom. 43. num. 6. Magna peruerſitas prætextu Dei & miraculorum eius prætendere vtilitatem ſuam, & ſatisfacere cupiditatibus ſuis. hom. 7. num. 38. vſque 40.

VIII. *Fac &c.* Putabant ſufficere ad Dominum obligandum, repræſentare illi quod erant eius compatriotæ & conſanguinei; quod vt ait Chryſoſtomus, magnam ſapit ſtultitiam: parum enim profuit diuti Epuloni, quod eſſet conſanguineus S. Ioannis Baptiſtæ, & parentum eius. hom. 16. num. 4.

IX. *Amen dico vobis non eſt Propheta ſine honore, niſi in patriâ ſuâ.* Intimat eis magnam culpam, eis communem: naturales non honorare Propheras, quos eis Deus mittebat quos tamen debebant honorare, quia Dei Legati erant, ſibiq́ue hoc honori ducere. Tamen deſpiciebant eos, quia habebant eundem cum illis locum Natiuitatis communem. Deus valde per hoc offenditur: vultq́ue Prælatos & Prædicatores honorari, habetq́ue vt proprios eorum deſpectus, vt Dauid Ammonitarum erga Legatos ſuos, & confudit eos; qui deſpexerant Moyſen & Aaron quia patriotæ. hom 14. num. 31. vſque 34. Ideo diſpoſuit Deus, vt coram miniſtris ſuis alij ſtarent ſubq́ue excellens factum S. Leontij Epiſcopi. hom. 14. num. 27. 28. Prælatorum eſt ſedere, quod eſt ſymbolum auctoritatis, quam habent à Deo; & fidelium ſtare coram illis, in ſignum obedientiæ, & humilitatis, quibus obediunt & eos venerantur S. Ioannes Baptiſta dicendo quod ſtabat vt amicus Sponſi Eccleſiæ, declarabat auctoritatem Chriſti eſſe Meſſiæ, ſeqq́ue tantum eſſe diſcipulum, qui debeat audire, & obedire. ibid. num. 27. Illi Doctoreſq́ue Eccleſiæ debent ſedere, quia habent in ea auctoritatem docendi myſteria fidei, & declarandi veram intelligentiam Sacramentorum eius, non plebei, vt blaſphemat Lutherus. ibid. num. 27.

X. *Multæ viduæ erant in Iſrael in diebus Eliæ.* Exemple Gentilium confundit & conuincit incredulitatem illorum; ideoq́ue relinquens eos ſibi, illis tuet, radios cuibrans in longam magis elongatam, vt

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

sol in horologio Achaz. hom.7.num 15.16. & hom.9. nu.8.9. Hæcque erit tua confusio; Te confundit per Gentiles in multis actibus sicut per Centurionem Doctores Capharnaum. hom.2.num.53.

XI. *Multi leprosi erant in Israel.* Tempore Eliseï, & tantum curabat vnum vementem ex Syriâ, quia veniebat bene dispositus, faciebatque ad amussim, quod ei iniungebatur. Multi leprosi sunt in Ecclesiâ, & pauci curantur ob defectum dispositionis, quod non obediant Confessariis qui sunt vt Prophetæ Dei quos accedunt malo corde de remedio acturi animarum suarum. hom.37.num.36 37.

XII. *Multa vidua.* Est miraculum, nosque confundit Dominus viduâ Sareptæ gentilis, cui non ademit animum videre famis augmentum, & consequenter prolium debere curam gerere sed id ipsum fecit eam magis Eleemosynariam, quia vnam fidem habebat, nostram turbat dæmon, vrgente etenim fame nisque obligationibus, agit de tollendâ, vel vt minus domus tuæ Eleemosyna minuenda, cum ideo crescere deberet. hom.27.num.50. vsque 57.

XIII. *In Sareptâ ad viduam.* In hac patet exemplum excellentis fidei, non enim habens necessaria prose, & filio suo, totum erogabat in Eleemosynam. Tales vt ista insigniora edunt miracula cum crescant facultates eis. hom.27.num.59.61.

XIV. *Missus est in Sarepta* Deus misit Eliam ad ciuitatem Sareptæ in Sidoniam, Gentilium terram; vbi erat vidua, magna Dei famula: tales enim aliquando habet, vbi minus expectantur: extremam patiebatur famem volebat ei prouidere. Securus est enim qui seruit Deo, non permittet eum fame mori, sed cum minus cogitat, mittet ei auxilium. ho.27.n.8. vsque 24. Ideo misit eò Prophetam Eliam non vt illa nutriret eum, sed è contra ipse illam. Ad hoc disponit vt Elias petat; hæc enim est consuetudo Dei, petere ab eo, cui vult dare, vt patet longissimis, & mysteriosis discursibus. hom.25.num.53 vsque 61.

XV. *Repleti sunt zelo & indignatione hæc audientes.* En causas, quia quod eos mouere debebat ad cognoscendam veritatem quam Christus eis dicebat, excitauit in eis dæmoniacam indignationem contra ipsum, vt pateat, quod Isaias Propheta dicebat, quod malo omnia fiunt in malum. Si non faciat miracula conqueruntur de ipso, & contemnunt vt malum compatriotam, si velens ea facere dispenat eos, petens necessariam fidem indignanter contra eum; Ita contingit malis. hom.32. n.41.42. Ideo Propheta Oleas habet eos vt desperatos, & repræsentat Deum vt suspensum & perplexum eorum intuitu. hom.8.num.17.

XVI. *Duxerunt illum vsque ad supercilium montis.* Vide illorum malitiam, quæ dæmonis superauit, hic enim ferens Christum vsque ad pinnaculum templi, non fuit ausus cogitare de eo præcipitando, illi autem audent. Vnde aliquando hominum malitia excedit dæmonum. hom.8.n.19. vsque 35.

XVII. *Duxerunt &c.* Iniiciunt ei manus, gregatim ducunt eum ad supercilium montis, vt præcipitarent eum Christus vrgebat eos ratione, & clarâ veritate, quem volebant occidere, ostendentes se vrsos esse, & struthiones, quos dixit Propheta Isaias. ho.34. num.53. vsque 56.

XVIII. *Duxerunt &c.* Certum erat, quod contra dicentem veritatem commouerentur, quia nil minus recipitur, nullusque permittit sibi eam in faciem dici, vel domum suam intrare. hom34 num.41.42. & hom.36.num.49. vsque 52.

XIX. *Repleti sunt indignatione.* Quia reprehendebat eos indignabantur ei: indignatio enim, & odium filij: sunt qui peccatori nascuntur cui dicis veritatem. De quo S. Hieronymus gratum scripsit discursum. hom.22.num.28. vsque 51.

XX. *Iesus autem transiens per medium illorum ibat.* Dominus dedit locum iræ illorum, quâ obcæcabantur. Idem tibi faciendum dando locum iræ, vt dixit S. Paulus. hom.36.num.14.15. Nec poterant Domino multum nocere, licet permitteret se deiici, si vellet diuinâ suâ potentiâ vti: tamen periculo se subtrahit ollato; vt discas pericula fugere, ad quod teneris, si potes, & non facisens, diceris Deum tentare. hom.36.num.16. vsque 29.

XXI. *Iesus autem transiens.* Punit eos pœnâ maximæ calamitatis abeundo, & deserendo illos, nulla enim potest esse maior pœna animæ quam Deum eam deserere. hom.13.n.5. vsque 27.

XXII. *Iesus autem transiens.* Magna voluptate venerat Iesus Nazareth. hæsisset ibi, fecisseque magna miracula; abit autem, non quia vult, sed quia volebant eum præcipitare. Deus enim non abit ab homine, nisi homo eum primò abigat. hom.13.num. 25. vsque 31.

TERTIO DIE MARTIS QVADRAGESIMÆ VLTRA HOMIL. XXII.

I. *Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum.* Matth.18. Maior Regis ea cura est recuperare perdita Regna, nisque tyrannos eiicere, qui ea conquisierant iniustè. Animæ sunt Regnum Dei, in quibus reguat, operando in illis diuinos effectus ad earum salutem vt profundâ sapientia declarabat Apostolus. ho.41. n.62. vsque 65. Non est vt Reges terræ, qui regnant in suis Regnis, accipientes abillis, quantum eis opus est ad debitam maiestatis sue-

conſeruationem. ibid. num. 59. vſque 62. Dæmon occupauit aliqua imo multa ex illis Regnis proditorie, & tyrannice. Vnde præcipua Dei cura erat ea recuperare. Ideo venit è Cælo, & accepit nomen Ieſus id eſt Saluator. Vnde vult omnes, qui ſe ſeruos illius eſſe gloriantur iuuare ad illud ſtratagema, & quemuis conari fratrem ſuum corripere hocque Regnum Deo lucrari, quod intimat: *lucratus eris fratrem tuum.* ho. 19. n. 30. vſque 33.

II. *Si peccauerit in te.* Chriſto Domini noſtro fuit proprium inſtituere Rempublicam tantum vt homines eſſent ſancti vnde vult ad illam pertinentes procedant eâ intentione conati, vt omnes ſint tales. hom. 34. nu. 34. 35. Ideoque loquitur in particulari dicens; *Si peccauerit in te frater tuus, corripe.* hom. 31. nu. 72. vſque 75.

III. *Si peccauerit in te frater tuus corripe.* Hoc eſt vnum ex difficillimis præceptis totius Euangelii, quia nil eſt, quod plus exponat hominem periculo, quam alium corripere, dicendo ei veritatem; & amplius ſi hac vrgeas illum; verteretur enim in vſum, vt Herodes erga S. Ioannem & aſperget te ſordibus vt vuæ quas exprimis ho. 34. n. 53. vſque 56. & conuertat tibi in Eryeium ſpinoſum. vt dixit Iſaias, & declarauit Iob Deus ſub ſymbolo Leuiathan ibid num. 56. 57. & hom. 36. num. 49. 50. Quibus non obſtantibus officium Prædicatoris eſt illud reddere facile, ponderando verba Domini, & monendo non poſſe abrogari conſuetudine in contrarium, quia eſt lex diuina, contra quam non poteſt eſſe præſcriptio. ho. 5. num. 2. 3. 8.

IV. *Si peccauerit in frater tuus.* Primo, facile reddit tibi hoc præceptum, intelligere peccatum proximi eſſe contra te; quia peccato vnius prouocatur ira Dei, punitque multos, particulariter ſuperiores, & parentes ob peccata filiorum, vt patuit in Heli. ho. 23. n. 6. vſque 9. & ho. 35. n. 22. vſque 25.

V. *Si peccauerit in te.* Secundo peccatum alterius dicitur contrare, quia eſt contra Deum, qui tuus Pater eſt. Nec eſt quidquam facilius filio. patrem diligenti quam Zelare honorem eius, & conariſe opponere omnibus eum offendentibus. ho. 28. n. 56. vſque 60. Quem honoris Dei Zelum debetent habere præcipue Principes, Iudices, Magiſtratus, Præſides ſi velint conſeruare Regna ſua, ſtatus & thronos. ho. 23. n. 8. vſque 14. & n. 58.

VI. *Frater tuus.* Tertio mouet ad peccatorem corripiendum, deſiderando eius bonum, attendere fratrem tuum eſſe. Malus autem frater eſt, non procurans bonum fratris ſui. Eademque de cauſa non debes ei indignari, videns eum cecidiſſe, ſed cum adire compaſſionis ſpiritu qui eſt oleum, quod Deus offerri volebat in oblatione ſimilæ, non autem perſequaris cum vel reprehendas cum aſperitate, ac ſi fores Deus, vt dixit. Iob. ho. 26. nu. 43. vſque 45. & cum ſingulari diſcurſu ho. 58. n 104.

VII. *Vade & corripe.* Tam citò ac potes habeſque occaſionem accurrere, ne tardes; ſi enim perſeueret in peccato, radices figet & illaqueabit peccatorem, ſic vt hæreat peccato ſuo confixus ſecundum Dauidem hom. 13. num. 53. 54. Nodi plus innodantur, vt poſtea non poſſint diſſolui. ibid. num. 58. vſque 61. Quo quis diutius perſeuerat in peccato, eo magis non meretur Dei beneficia, minuitque libertatem arbitrij ſui: ibid. n. 50. 51. Denique ſi non ſtatim tollitur peccatum trahet poſt ſe aliud, tuncque eſt difficilius eius negotium cum ſint futuri plures adverſarij ho 40. n. 6. vſque 9.

VIII. *Vade, corripe.* Eo ipſo quo iubet tibi ire & hoc opus incipere, declarat te debere diſpoſitum eſſe, ne alteri ictum infligens repellaris ab eo tamquam ab Echo, ipſo te reprehendente de maioribus defectibus, ho. 23. num. 41. 42. Sic confundebat Chriſtus Phariſæos reprehendentes adulteram arguens eos de grauioribus in facie ſceleribus vt Dauid dixit. hom. 26. n. 46. vſque 50. Peccatum eſt talentum plumbi os obſtruens ho. 34 n. 15. 16.

IX. *Inter te, & ipſum ſolum.* Vult fieri minori qua poteſt pœna correptio. Vtque Chirurgus antequam aperit venam, ligat brachium & dulciter delinit. ita vult in particulari vt ſic corripias culpam. vt ſerves famam, vt eum reprehendens occulte, bene loquaris de illo publice: hunc ordinem conatur Satan inuertere, & procurare, vt exiſtens cum peccatore loquaris ei bene, & in eius abſentiâ male; teuelans eius peccatum. ho. 19. num. 45. 46.

X. *Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum.* Dominus addit hæc verba vt te animet ad illud opus; dicens, ſe tanti æſtimare lucrari animam, quanti conquiſitionem Regni. ho. 20. nu. 2. 3. Licet ſit pauperculi, eam tanti vel maioris facit aliquando, quam ſi foret Magni Principis. ho. 21. n. 22. 23.

XI. *Lucratus eris fratrem tuum.* Magnum erit lucrum ſi animam lucretis. vna etenim ſola maioris ſit à Deo, quam omnes cæli cum Sole. Lunâ, ſtellis, totaque terrâ cum mineralibus auri, argenti, fontibus, & Mari. ho. 30. n. 22. 23.

XII. *Lucratus eris fratrem tuum.* Ne cogites eſſe quid paruum, cum lucro vnius animæ lætifices totum cœlum. *Quia gaudium eſt* &c. Vnde implebitur, quod Deus Iobo dixit, Ob id, quod fiet in terra erunt ſinoulares in cælo feſtiuitates h. 19. n. 12. 13. & h 37. n. 16.

XIII. *Amen dico vobis, quæcumque ſoluueritis ſuper terram.* Magna eſt poteſtas, quam Deus dat miniſtris ſuis, vt quantum ipſi ſoluerint in terra ſit ſolutum in cælo. ho. 14. n. 34. 35. vt compleatur quod Deus ſignificabat

ficabat petens à Iob *Nunquid nostri ordinem cæli & pones rationem eius in terra* hom. 18. n. 13. Sed pondera verbum *Solueritis* Deum potestatem dedisse ad dissoluendum, non ad abscindendum, licet communiter dicatur idem significare & profundum video Mysterium. ho. 13. n. 58. vsque 62.

XIV. *Iterum dico vobis, si duo ex vobis consenserint.* En quam excellens promissio facta orationi quæ fit in communi. Vnde S. Chrysostomus trahit eius excellentiam, tibique procurandum vt Ecclesiæ Ministri rogent pro re in communi. & ipse S. Paulus petiit, & multum licet valeat oratio vnius Sancti, tamen multorum simul est singularis efficaciæ licet non sint tam sancti. ho. 24. n. 37. vsque 41.

XV. *Si duo ex vobis consenserint.* Ex his verbis trahebat S. Cyprianus paruum effectum orationum communium; quia licet in illis multi intercedant vniti corpore, non tamen voluntate & amore, habent enim diuersas prætensiones, nec dicuntur consentire, & vnum cor habere. ho. 24. n. 47.

XVI. *Domine quoties peccabit in me frater meus & dimittam ei, vsque septies?* S. Petrus videbatur sibi valde extendisse remissionem peccatori faciendam vsque septies. Hominum corda sunt angusta, quibus non tantum videtur multum septies condonare, sed etiam nec Deum pluries debere remittere; sicque aliquando videntur Deum reprehendere toties condonantem quoties peccator eum offendit, quantum est ex suâ parte. ho 18. n. 45 58. vsque 61.

XVII. *Non dico tibi septies, sed vsque septuagies septies.* En cor Dei latissimum ad tibi condonandum, toties, quoties eum offenderis etiam vsque ad septingenta millionum vices & sine termino, quod significat *septuagies septies* id est quoties peccabis. Vnde quantumvis multiplicentur tua peccata, ne desinas accurrere pro remedio: licet enim sint multa & sine termino, nunquam adæquabunt Misericordiam Dei vt prosequitur S. Chrysostomus ho 18. n. 8 vsque 14 & h. 43. n. 5. 6. 7. & 70.

XVIII. *Non dico tibi vsque septies.* Vna rationum ob quas Dominus permittebat S. Petrum cadere, paruo tempore pluries Christum negando, ad interrogationem ancillarum, quod graue fuit peccatum ho. 43. nu. 43. vsque. 48. Quo valde Christum contristabat ibid. 49 ea fuit vt dilararet cor eius & blandum efficeret erga peccatores, ne fatigaretur in condonando illis, quantumuis multa fuissent peccata. Quod vtilibus probatur discursibus ho 43. n. 5. vsque 13.

XIX. *Non dico tibi vsque septies.* Discant confessarij non facere difficultatem peccatoribus venientibus ad petendam remissionem peccatorum, sed eos benignè excipere, & suauiter tractare; Nec feram turbent Attendant quid Christus fecerit. Samaritanæ. h. 25. n. 89. 90. Magdalenæ. ho. 38. n. 103. & seq. discantque quod S. Paulus docebat. *Huiusmodi suscipite in spiritu lenitatis*: intelligentes peccatores esse suos fratres & se Confessarios non esse impeccabiles. h. 22. n. 47. vsque 55.

QVARTO DIE MERCVRII QVADRAGESIMÆ VLTRA HOM. XXIII.

I. *Accesserunt ad eum de Hierosolymis, Quare discipuli tui transgrediuntur &c.* Matth. 15. Veniunt Pharisæi ad Christum ad conquerendum de discipulis eius, ex vnâ parte vtentes draconum astutiâ, & ex altera leonum auctoritate. Christus eos vicit vt Dauid dixit, & detegitur ænigma columbi, quo repente super petram pectus illi teritur & dilaceratur apertum, petra vero nitida remanet, potestque dici illud Dauidis: *Absorpti sunt iuncti petra* ho. 26. num. 2. 3.

II. *Accesserunt ad Iesum* parentes ei laqueum, in quo cepit eos, probans eis, quod si Discipuli sui sunt reprehensibiles vt eis videbatur transgredientes eorum traditiones, plus conuincuntur esse ipsi transgrediendo mandata Dei. Gregatim venerunt murum deiecturi inclinatum, ceciditque super eos. ho. 26. n. 47. 48.

III. *Quare discipuli tui.* Diximus in Dominicâ, si fuerit vnus dæmoniacus in corpore, ipsos in animâ esse tales & si ille dæmon reddebat eum mutum; hic faciebat eos loquaces ad notandos defectus & scholam Christi infamandam prætenduntque ei adimere auctoritatem, tam paruo nixi fundamento Isti loquaces dæmones magnum inferunt damnum hom. 19. n. 45. vsque 48.

IV. *Quare discipuli tui transgrediuntur.* Isti habebant dæmones in animâ vt diximus Dominicâ, eosque malos, inuidiam excitantes: Vnde videmus in illis effectus duos isti vitio proprios: comedunt enim sibi cor videntes Christi gloriam, & ita sunt inquieti, vt aggrediantur multorum iter milliarium. Ex alterâ autem parte habent verba in ore, quibus maxime possint exauctorare, & auferre alterius gloriam: istis Christum notantes, dicunt eum habere discipulos male morigeratos, qui pro more habent seniorum transgredi traditiones. h 7 n. 6 vsque. 19.

V. *Quare &c.* Fecerunt Christo, quod ordinarie Deo & hominibus, cum enim illi ipsi sint reprehensione digni præoccupant, faciuntque se reprehensores, vt possit eis dici, Latro tuque maior. ho. 21. n. 2. Deus autem est scientiarum Dominus, vt dicebat

S. Anna-

S. Anna. Vineuntur iisdem instrumentis, quibus aggrediuntur, Deusque vtitur iisdem cogitationibus eorum, ad frangendam eorum superbiam ho.30.n.59. & ho 44 n.2. Vnde videns istos Christum accedentes, considera Christum dicentem *Ducam cæcus per viam, quam nescium.* vt lanam conquirentes ipsi detondeantur. ho. 37 n.43. & ho.39 n.30.

VI. *Quare discipuli tui transgrediuntur &c non enim lauant manus.* Istorum oculi cæci sunt, cum videntes tam paruos defectus in aliis suos non videant turpiores: Mendaces in stateris, cum enim peccata eorum essent magni ponderis faciunt ita leuia vt non videant ea. In aliorum autem peccatis, tale pondus non habentibus, magno stateram strepitu ad ima deprimunt ho.17. n.5. & seqq.

VII. *Non lauant manus.* Magni stultitia scandalizari de paruis in Dei seruis, quæ cum particulari prouidentiâ Deus permittit in eorum bonum, vt eos in humilitate conseruet. hom. 15. num. 45. & ho. 24. num. 27.

VIII. *Non lauant manus* Non te perterreant tonitrua non radios vel scintillas euibrantia ardentes Illi enim veniunt Hierosolymis vt tonantes nubes, horrenda euibrantes tonitrua, quocumque transibant, contra Christum, eiusque discipulos, dicentess se proficisci ad defectus eorum componendos; sed ignem non spargebant vel scintillam ardentem, cum totum euanescceret in aëra. ho 34 n 56 37.59.

IX. *Quare & vos transgredimini* Certò, quod ipsis tollentibus festucam ab oculis alienis, si in suis habebant illi trabem, eis dicendum, vt primò eiiciant trabem de oculo suo. Id expertus est Patriarcha Iudas. ho. 22. n. 51. Eodem modo confudit eos Dominus, quando veniebant reprehendentes adulteram. ho. 26 num. 51.

X. *Quare & vos?* Dominus magno vsus est artificio, conuertens eorum oculos ad seipsos, & proprias eorum conscientias. Id enim non est ferendum, quod aliorum respicias defectus, non proprios, sicque alterius peccatum reprehendas; ac si esses impeccabilis. Vnde, quia sic amici Iobum tractabant, ait: *Quare persequimini me sicus Deus* hom. 26. numer. 42. 43. Deus puniuit Phacee filium Romeliæ, quia si benè præceptum eius est executus in puniendo Regem Achaz, destruendo eius exercitum, & captiuos ducendo pueros, mulieres & senes, ducentaque millia de populo, tamen non compatiebatur illi, vt suo fratri, sed in eadem punitione, aggrauabat peccatum Achaz, ac si ipse fuisset sine culpâ merente pœnam. Ita declarabat ei Propheta Oh d. ibid num. 42. sicut Gentiles Dauidem attendebant vt peccatorem, quatenus eum contemnerent, considerarent illum vt pœnitentem, & antequam illum condemnent, seipsos inspiciant: etenim se inuenient multò nefandiores. ibid. numer. 41. Talentum plumbi oppilabit eos. hom. 34. num. 26. vsque 30. notabilis conceptus.

XI. *Quare & vos?* Vides hic id quod ait Dauid, venerunt Iudices ad petram & absorpti sunt, & inuolati confusione. ho.26. n.4.

XII. *Quare & vos transgredimini?* Apostoli tacent vt sancti tolerantes multas ignominias & calumnias sine ratione. ho. 38. num. 116. Sed potest securè dormire, qui sub alis Dei latet. Vt enim Dauid dixit, habet eius curam. Hoc enim est, *Ego dormiui, & soporatus sum, quoniam Dominus suscepit me.* Sic aggreditur Dominus pro illis respondere, eosque defendere, ostendens. *Qui tangit vos* (in vno crine) *tangit pupillam oculi mei.* & alas cordis, hom. 14 num. 31. vsque 34.

XIII. *Quare & vos.* Dixerat. *qui tangit,* &c. vnde ac si sua esset iniuria prodit ad defensionem. ho. 38. num. 118.

XIV. *Quare & vos?* Deus videtur vt muga proprias capere iniurias factas suis plusquam sibi & aliquando grauiùs punit iniurias factas suis quam sibi, magnâ dignum consideratione. hom 22. num. 19. 20. Dominus magna facilitate remisit seruo decem millia talentorum, quæ secundum computus debebat: quia proprium ipsi debitum. Crudelitatem autem, quâ idem vsus est erga conseruum suum noluit condonare, sed rigorosè castigauit, quia erat offensa serui sui. ibid. num. 19. S. Paulus dicit, vt vir supportet mulierem infidelem, non adulteram, quam Christus repudiari iussit: plus enim punit adulterium, quia est peccatum contra maritum; quam infidelitatem, quæ immediate diuinam offendit maiestatem, vnde facilius hoc condonauit, quam illud ibid. num. 19. Taliter accepit iniuriam factam Abrahæ à Rege Abimelich. hom 26. num. 20. & seqq. Quia est patri cui propeium est opponere se filios suos lædentibus. Iustum erit recambium si tu, qui filium te æstimas Dei, offensas eius capias, vt proprias, & pro eo defensor respondeas. ho. 22. nu. 14. vsque 21. & ho. 21. dum. 56. & 59.

XV. *Quare & vos?* Videbat eorum cor, vt in Dominicâ dictum, quodque eorum intentio non esset corripere, sed infamare. Quod ordinarium mundo, non indicare defectus eos habenti, sed alteri sic infamiam causando. Est discursus S. Hieron hom. 22. nu. 43. & seqq.

XVI. *Deus dixit, honorâ patrem tuum.* Inter præcepta proximum tangentia grauius est proles debete parentes honorare, succurrendo illis non tantum veneratione verborum, sed etiam operum, debentque fili

benque filij hunc respectum, vtque id sciretur, Deus permisit effectum maledictionis datæ filiis à parentibus ho. 9. nu. 19. vsque 23.

XVII. *Honora patrem tuum.* Filij valdè obligantur seruire parentibus cum horum omnis cura sit erga proles, ita vt illis fit in præiudicium illa inordinata solicitudo ho. 15. nu. 29. 30.

XVIII. *Vos dicitis, munus quod est ex me.* Habebant inter suas traditiones hanc doctrinam, melius esse opus filiorum offerentium sacrificium, quam succurrentium, necessitatibus parentum suorum: latrones sacrilegi quos Amos vocat vncinos. homil. 7. n. 35. vsque 38. Qui altari tegebant impia facta sua & crudelitates in parentes, vt Sacerdotes Bel ibi n. 38. 39.

XIX. *Bene dixit de vobis Isaias. Populus hic labiis me honorat*, &c. Vult dicere hyenas reprobatas esse, boni oris & mali cordis. h. 8. n. 30. vsque 39.

XX. *Populus hic labis, &c.* Christus ostendit se verum Deum, penetrans corda; proprium enim Dei epitherum: *Scrutans renes & corda*, ho. 41. n. 12. Qui est ita acuti visus, vt secundum Ioh. penetret profunda maris. ho. 26. n. 40. Est cæruulus qui extrahit viperas, cauernis absconditas. ibid n. 47. Penè acie visus, plus quam lynx, noscitque melius radices nostrorum actuum, quam herbarum Salomon ho. 15. nu. 10. Si autem Sol fuerit habitus pro Deo principa. Iuxta id conspectui oculorum eius, id est, radiorum; nil est absconditum, vt voluit Menander, per hoc multò melius noscetur Christum esse Deum. ho. 33. n. 36. vsque 39.

XXI. *Cor autem eorum longè est à me.* Tantum dant mihi oris verba. non autem cor, sine quo, quidquid agant nullius æstimationis est in oculis meis. ho. 1. nu. 22 & seqq. Ordinaria propositio Spiritus sancti loquentis de Deo hæc est: *Posuit oculos suos super corda illorum.* ho. 1. n. 20. In recognitionem quod homo fatetur Deum esse Dominum suum, Deus præcepit, vt sibi cor suum offerat & voluntatem. ho 1. n. 19. 20. & ho. 25. n. 31.

XXII. *Cor autem &c.* Ita Deus de populo illo conquerebatur & magna adhibita diligentia, vt cor eorum sibi acquireret videbat semper illud longè à se distitum, ideoque se repræsentat, vt suspensum cor consideratis humanum. homilia 25 numero 24. vsque 27. hæcque rebellio fatigat eum. ibid nu. 28. vsque 31.

XXIII. *Sine causa colunt me, docentes doctrinas & mandata hominum.* Frustra mihi sunt oris verba, si cor ardenti flagretaua stitia, ex qua in causa sunt cur magnum illud Dei de diligendis parentibus mandatum infringatur. Sunt multi tales, habentes in ore verba, quæ possunt dici de Deo optima, cor autem longè ab eo. Potestque dici quod taliter existentibus in cassum sint bona verba. Sic contigit Ant ocho. ho. 35. n. 8. vsque 11. multisque accidit in hora mortis, Deum habentibus in ore tantum quorum cor longè est ab eo. ho. 13. n. 55. 56.

XXIV. *Sine causa colunt me.* Corde corrupto non est fidendum exterioribus oris ostentationibus, cum intra se seruet radicem mali. vt parum fidendum est bono pulsui, quem exterius ostendit quartana vel tertiana laborans cui statim cedit febris, quia malignum humorem seruabat interius. Vnde potes elicere regulam ad coniecturandum, an tuo iudicio habeas bona verba, cum Deo habens cor quale debes. h. 35. n. 6. & seqq.

XXV. *Audis, quod scandalizati sunt.* Confusi sunt, diuersas proferentes facies, quas dissoluit intuens corda eorum & illorum foras eduecus malitiam; implensque prophetiam Abacuc. *Aspexit & dissoluit gentes & contriti sunt montes saculi.* ho. 35. n. 5.

XXVI. *Scandalizati sunt.* Eos adeo confudit vt non haberent quid replicarent. Eodem modo confudit eos, accusantes adulteram. homilia 26. nu. 47. 48.

XXVII. *Quod intrat in os in ventrem vadit & quod exit de ore, procedit de corde.* Hic vides radicem boni vel mali moralis esse cor, quale hoc est, sunt & tales cogitationes & curæ cuiusuis. De illo exeunt actus humani, hinc que erunt, secundum quod cor fuerit, omnesque cogitationes. h. 40. n. 4 & seqq.

XXVIII. *De corde exeunt.* &c. Ne æstimet inordinatos motus, quos sentis in te peccata esse, si non exeunt de corde tuo. Erunt enim tales in quantum procedunt ex corde suntque voluntarii. ho. 4. n. 8. vsque 11.

QVARTO DIE IOVIS QVADRAGESIMÆ VLTRA. HOMIL. XXIV.

1. *Vrgens Iesus de Synagoga introiuit in domum Simonis.* Lucæ 4. Christus per os Sapientis dixit decursum suum esse veniendo de cælo, seque mundo renelando instar riuuli. *Ego quasi aquæductus exiui de paradiso.* Procediteque vt flumen Nilus, cui si ex vna parte ponatur impedimentum fluxui donorum, & gratiarum, diuertit deriuans se per campos, intratum illi concedentes. ho. 25. nu. 16. vsque 19.

II. *Introiuit in domum Simonis.* Dominus non dedignabatur intrare tam pauperem domum, vt erat Simonis Petri, imo libenter eam intrauit, quia non est indignus eo alius locus quam peccati. homilia 2. num.

n.30, 31. Vnde cauet intrare domos, & palatia multorum nobilium, qui totam domum colentes pulchram & nitidam, animam tantum habent malè dispositam. h.23.n.23.24.

III. *Introiuit*, &c. Petrus in naui, quâ Christus vehebatur, iudicabat se ipso indignum & quem in illâ secum haberet, vnde rogabat vt exiret ab eâ. *Exi à me Domine.* Iam autem ducit eum in domum suam, & introduxit in illam. Bene autem egit in vtraque occasione; in vnâ recognoscens suam indignitatem, in alia suam necessitatem. homilia 2. numer. 45.

IV. *Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus* Petri domus erat amicorum, eratque socrus eius mulier sancta. Eoque intrant infirmitates, nam & illa febres patitur vehementes. Non enim ex auersione Deus dat afflictiones & morbos. De quo recte S. Gregorius dicit quod amat & cruciat. h.9. n.46.

V. *Tenebatur magnis febribus.* Certum erat, cum domus Petri magnorum esset amicorum, ibi futuras febres & morbos grauiores. Vt enim afflictiones & infirmitates sunt dona Dei pro amicis; pro maioribus sunt maiores afflictiones, &c. h.32.n.21 vsque 31.

VI. *Introiuit in domum Simonis* Ante intrauerat latens sub infirmitate, vt daret occasionem arguendi, iam intrat manifestius ad dandam sanitatem & ostendendum quanti faciat amicos suos. homil. 36. numer. 53. Videbatur morbus ad malum esse, sed tantum erat ad bonum, vt Dominus ostenderet, quam syncerè succurrat suis in afflictionibus constitutis. homil. 32. nu. 41. & seqq.

VII. *Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus* Nota verbum *Tenebatur*. Sæpè enim Deus detinet aliquem in lecto, ad eius salutem, vt antisaber aurum ignis ad purificandum. Etiam detinet suos ne in superbiam erigantur suam videntes infirmitatem, & quod patiuntur ho.4.n.6 & 23.

VIII. *Tenebatur magnis febribus* Socrus S. Petri mulier erat sancta tamen febr s patiebatur molestas; licet enim esset sancta non erat sine peccatis venialibus. Peccatum autem tantum est malum, vt vnum veniale sufficiat, quo Deus graues morbos immittat. Discursus magnæ considerationis. homil 10. num. 28. vsque 31.

IX. *Tenebatur &c.* Ne cogites tantas immisisse febres isti mulieri, quia malè volebat ei vel præcise ad eam torquendam, sed ad magna bona inde elicienda multaque ad suam gloriam, ostendendo suam potentiam, & ad honorem Apostoli S. Petri, aliorumque & vt pateat quanti Deus faciat Sanctos suos, & orationes eorum ho.24.n.38. vsque 40. declarabat hoc Propheta Elias verbis profundissimis, quæ ponderauit S. Augustinus. ibidem 32.41. vsque 45.

X. *Tenebatur magnis febribus.* Has dedit Dominus huic vetulæ ad suam gloriam vt virtus eius innotesceret, sic vt tota ciuitas Capharnaum eo confluueret: vtiter enim Deus bonis amicorum suorum ad gloriam suam secundum legem bonæ amicitiæ vt etiam Iobi. ibid. n. 45. vsque 48.

XI. *Socrus autem Simonis.* Magnus erat fauor à Domino exhibitus huic bonæ viduæ, dum perigit ipse in persona eam visitatutus, ostendens quam magnificiat veras viduas, honoretque particularibus beneficiis. ho.31 n.57. vsque 60.

XII. *Rogauerunt illum pro ea.* vt febrem ei auferret, quia sciebant eam nec de se venisse, sed missam particulari decreto diuinæ sapientiæ nec abituram nisi hac imperante, h.2.n.47. vsque 50. & h. 9.n 24.

XIII. *Imperauit febri* Ostendit se verum Deum, opera faciendo sua solo in perio. h 31.n.72 73.

XIV. *Imperauit febri* Hoc est diuinæ potentiæ imperare non habenti sensum, nec intellectum, vt febri. Deo enim habent auditum creaturæ etiam insensibiles ho.32. n.74.

XV. *Continuo surgens ministrabat eis.* Sanitas bene impensa, seruienti ei, qui eam dederat; non vt tu, datam enim tibi ex misericordiâ eius impendis offensæ cudisque ex eius donis arma ad eum expugnandum. ho 35. numer. 16 vsque 19. Hæc est enim malorum conditio, donis Dei eum offendere, quibus debebant ei seruire h. 8 n.15.

XVI. *Continuo surgens ministrabat eis* Dominus sciens Scribarum & Pharisæorum animum calumniandi eius miracula proferebat argumentum irrefragabile in illis, sicque disponebat vt breui probaret salutem imperans paralitico sanato, vt tolleret lectū suum. h. 10. n. 43. Filiæ Principis resuscitatæ vt ederet. Lazaro vt in conspectu omnium deambularet. h. 32. n 75. vsque 80.

XVII. *Surgens ministrabat illis.* Hoc probabat sanitatem suam esse firmam & veram; faciens omnia contraria iis, quæ faciebat ægrota; tunc enim iacebat nequiens manum vel pedem mouere, minus seruire, nam seruitio egebat alieno. Iam totum est contrarium. Inde nosces an post confessionem sis curatus, si adeo sis bonis occupatus operibus, vt videaris non esse, qui eras. Vera enim pœnitentia est hominis mutatio, & mors præteritæ vitæ contrariæque initium. h 15.n.44. & h.38, n. 110. 111.

XVII. *Omnes qui habebant infirmos ducebant eos ad Iesum & singulis manus imponens curabat eos.* Diuinus medicus qui particulariter imponit, cuius manum, omnes enim infirmi non sunt eodem modo curandi, eademque medicina: aliqui enim egent manu grauiori; quam alij homilia 2. numero 23;

XIX. *Singulis manus imponens.* Ponebatur manus super caput animalis sacrificandi pro peccatis, quasi in signum, peccatori esse subsistendum, nec vlterius pergendum. Idque faciendum ad veram curationem, manus ponenda in signum quod peccatum cessabit & occasionibus se offerentibus renuntiabit, quæ sunt quasi ferentes Ezechielem, singulare nota mysterium, Confessarius imponat manum faciens prænotionem Principis Iehu. hom.31.n.69.70.

XX. *Exibant dæmonia clamantia: Tu es filius Dei, & increpans non sinebat ea loqui.* Mirum, quod dæmone idem cum S. Petro confitente, & idem dicente Dominus laudet S. Petrum, promittatque illi supremam in Regno Ecclesiæ suæ dignitatem: dæmonem autem reprehendat. Sed intuebatur corda. Totum autem quod dæmon dicebat, ad malum tendebat; dicitque aliquando decem vera, vt vnum mendacium persuadeat. Vnde similiter debemus eum habere vt inimicum: totum enim quòd agit, dicit, prætendique est ad nos decipiendum. De illo enim ait Propheta Dauid, *dolet tota die meditabatur* ho.5.n.25.

XXI. *Increpans non sinebat ea loqui.* Duobus personarum generibus prohibebat Dominus prædicare veritatem diuinæ personæ suæ, dæmonibus & mulieribus, ob singulares rationes. hom.25.num.7. Licet autem aliquando voluerit vti mulieribus, vt Samaritanâ, quam fecit Archiapostolam & aliis ad ostendendam potentiam suam, eisque honorandas, quia efficiebat illas sanctas & soles in Ecclesiâ suâ, vt ostenderet patientiam suam plus posse, quam dæmonis malitiam. hom.25.n.10 vsque 16. Tamen numquam voluit, vti dæmonibus, quia sunt obstinati in malo, nec possunt desistere à volendo nostram damnationem. hom.19.num.5. Ideoque Apostolus S. Paulus similiter non permisit dæmonem laudum suarum tibicinem. hom.23.num.45.

XXII. *Increpans &c.* Mirandum, dæmones obedisse præcepto eius tacendi, non aliquos cæcos quos illuminarat, quod S. Gregorius ponderat. ho.1.nu.28. Deus relinquit homines liberiores ad faciendum, quod volunt quam dæmones. ho.18 n.20.21. Minusque obediunt homines Deo, quam dæmon. ho.3.n.23. vsque 27. Tamen illo casu non fuerunt homines illi reprehensibiles, quia si Christus faciebat, quòd erat in se iubens eis tacere, docens quid nobis faciendum in operum exercitio bonorum; illi fecerunt, quòd erat in se, ostendentes se gratos. Deus enim vult nos adesse cum tali gratitudine, secundum hoc Dauidis. *Etuam te, & honorificabis me.* ho.1.n.28.

XXIII. *Volebant eum detinere.* Mirabilia eius facta, prodigiaque adeò nota erant ciuitati Capharnaum, vt prostrati ad eius pedes rogarint vt maneret in ea; qui enim transiens tam magna contulerat eis beneficia, plura infinities facturum sperabant, si maneret. O si considerares bona, quæ Deus operatur etiam transeundo, quam sincerè conareris ipsum retinere. Est lux diuina, & si adeò illuminat transiens, quid faciet diu remanens. ho.30.n.13.14.39.

XXIV. *Volebant eum detinere.* Hic tuam videbis insipientiam, vbi enim Dominus transibat, volebant eum retinere ob bonum, quòd illis faciebat: Deo autem volente apud te manere, abigis eum à te per peccatum mortale. ho.13 n.25. vsque 31.

XXV. *Volebant eum detinere.* Intuebantur propriam vtilitatem, ideoque volebant apud se Christum retinere. Christus & dæmon sunt contrarij causatique effectus contrarios, dæmon mortis, Christus vitæ, dæmon inferni, Christus cæli. Tanta tamen est hominis dementia, vt Christum abigat, qui confert omnia bona cælestia; detque introitum dæmoni, qui secum totum confert infernum. ho.19.n.13. vsque 26. Si autem petas quomodo des introitum dæmoni; respondeo quòd peccato, in quo intrat eques, vt dixit S. Ioannes. ibid.n.15. vsque 25.

XXVI. *Quibus dixit, quia aliis ciuitatibus, &c. Quia ideo missus sum.* Christus erat Sol mundi, qui non erat lucem suam conclusurus, vel collecturus in vnâ tantum ciuitate. h.33.n.5. vsque 14. Vnde exiens de Capharnaum perrexit in patriam suam Nazareth, vbi tam malam inuenit dispositionem, vt in eâ nullum fecerit miraculum. Vnde procedebat illa querela, aliaque de quibus. hom.21.

QVARTO DIE VENRIS QVADRAGESIMÆ VLTRA HOMIL. XXV.

I. *Venit Iesus in ciuitatem Samariæ, quæ dicitur Sichar.* Ioan 4. Euangelista S. Ioannes refert, quòd cum Christus cœpisset se manifestare talibus mirabilibus, quibus Nicodemus se conuictum fatebatur & pergens in illis regionibus Iordanis illuminandis, vbi ob S. Ioannem Baptistam concurrerat innumerabilis multitudo: Principes, Scribæ & Pharisæi cœperunt alterari, & murmurare contra eum, rabidâ moti inuidiâ; ob quam Dominus eos relinquens, abiit in Samariam, Gentilium idolatrarum Prouinciam, vbi eum receperunt, & in ciuitatem suam Sichar introduxerunt omnibus in eum credentibus & Messiam esse confitentibus. Vnde aduerte primò, quòd deserens Iudæos, his dederit occasionem quâ eum persequerentur ex inuidiâ, qui non meliores, sed peiores fiebant ipsa eadem medicinâ. Deus non abit, nisi quia eum abigunt quasi baculis, duriora sunt enim ei peccata.

hom.13. num. 25. vsque 31. Secundò conuincitur eorum rebellio effectu, quem causat in Gentilibus idololatris, quòd idem fuit ad duritiem Ierobbam conuincere molliendo petram, & cæcitatem Balaam visu asinæ. hom.16.num.10.

II. *Venit Iesus in ciuitatem Samariæ.* S. August. ait, vide hic magnum Eliam cui à populo suo reprobato ministrant corui. hom.9 num.8.

III. *Venit &c.* Retrocedit vt Sol in horologio Ezechiæ Regis cum enim veniſſet pro Iudaismo, & per hunc discurrisset, vt dixit Chananææ, retrocedit ad multas lineas,& notat in vltimâ mulierem idololatriam, sordidam, inhonestam, quærentem aquam,sicque Sol diuinus in ea residet, vt faciat eam quasi lunam plenam ad gentem illam illuminandam, nocte infidelitatis obscuram. hom.3.num.2.3.

IV. *Venit in ciuitatem Samariæ.* Hic diuinus Sol illos deserit, & alios illuminat, transiliens colles, vt ait Sponsa.ho.10.n.31.32. Erat cælestis Sol perficiens cursum suum, aliquos transiliens, & apud alios residens, hos illuminans, & alios in tenebris relinquens. Differt ab hoc materiali Sole, & intelligitur de ipso, quòd Dauid ait: *Sol cognouit occasum suum.* Materialis enim Sol non habet iudicium; nec voluntatem quo disponat ortum suum & occasum, vt Christus habet. hom.30.n.9.& seqq.

V. *Venit &c.* S.Hieronymus dixit, quòd Samaria sit idem quod *Adamas.* S. Ioannes dixerat Christum esse Solem illuminantem omnes mundi horizontes. Quod Origenes declarabat dicens. Ità esse sed quod aliquos illuminabat vt lateres., alios vt adamantes. Illuminarat in Iudæâ Principes vt lateres, iam tendit versus Samariam ad illuminandam mulierem, vt adamantem efficiens eam vt Solem, ad alios illuminandos. hom.2.num.2.

VI. *Oportebat transire per Samariam.* Euangelista notat singulariter causam transitus Domini per Samariam,quia erat in via eunti ex Iudæa in Galilæam. Primò ad vitandum scandalum, quod aliquibus poterat obuenire, quia Dominus ad terram pergebat Gentilium quod ipse prohibuerat Apostolis dicens: *In terram gentium ne abieritis.* Secundò ad rebellionem Iudæorum conuincendam, quod gentiles eum reciperent & honorarent transeuntem paulatim illuminati per miracula eius, Iudæi autem cum haberent eum commorantem iisdem excæcati sint quo impleta est prophetia Abacuc *Operuit cœlos gloria eius.* hom. 7.numero 2.

VII. *Oportebat eum transire per Samariam.* Erat inter Iudæos prohibitum tractare cum Gentilibus ita Deo disponente, ne ab his peruerterentur. Facilius enim est malo peruertere bonum, quam bono conuertere malum. Christus autem non erat huic periculo subiectus, ideoque, & quia Dominus legis libere poterat eo proficisci. Erat enim certum, quòd non tantum non peruerteretur, sed alios ipse conuerteret. hom.31. numer.87. & hom. 38. num. 103. Tamen voluit S.Ioannes auferre occasionem scandali aitque quod necessario istlhac transire deberet, vt discas quod licet opus tuum sit bonum, si ex eo possit aliquod scandalum sequi te obligari ad illud relinquendum. hom.14 num.2.

VIII. *Iesus autem fatigatus ex itinere.* S. Ioannes vt damnus Angelus ascendit, & descendit per supremam scalam Christum iam nobis offendens esse Deum per diuina eius opera, modo esse verum hominem per pœnas, & humanam infirmitatem. hom.36.num.2.3. Ideo enim assumpsit lassitudines, & pœnas, vt ostenderet veritatem naturæ suæ humanæ, etiam ad gloriam suam, & nostrum honorem. ibid. num.5. vsque 8. Vnde pœnas, famem, sitim & alias afflictiones, adeo deificauit, & diuinas reddidit vt Sancti iam habeant lassitudinem pro quiete, famem pro saturitate, imo mortem pro vitâ. ibidem num.9. vsque 12.

IX. *Fatigatus ex itinere.* Vide illum hic verum Patrem nostrum. Nullus enim parer ita filios suos diligit vt tantâ sollicitudine & anxietate lucretur ea bona, & diuitias: cum autem acquisierit ea, per labores, lassitudines, pœnas, & sollicitudines, hæc assumpsit ità sine mensurâ vt illis delectaretur & inhiaret hom.42.num.50. vsque 57.

X. *Fatigatus ex itinere* Assumebat nostras anxietates, curas, & lassitudines, vt ab iis nos liberaret, ideo et am admisit metum mortis, eiusq; e pœnas. ho. 42 num.,9. vsque 96.

XI. *Fatigatus &c.* Vt venerat ad nos redimendos per labores & pœnas, licet haberet in se eandem gloriam, quam hodie habet sanctissima eius anima retinebat tamen eam in superiore parte, vt inferior carnis, & corporis viuaciter pateretur sentiendo lassitudines &c. operans manus miraculum, quam illud Iordanis. hom. 42. num. 50.51. Talique modo tractabat se permittens fatigari, patique suum corpus sanctissimum, cui aliquando tam arcte claudebat omnes consolationum portas vt non potuerint descendere ex superiore parte, faciens quod dixit Iob, *Stellas claudit, quasi sub signaculo.* Sic vt esset necessarium ei deforis venire confortationem. Profundæ Theologiæ Mysterium. hom.42. num.98. vsque 101.

XII. *Fatigatus &c.* Erat diuinus camelus, qui se onerabat omnibus nostris peccatis, quorum minus sufficit quo gigantes premantur fortissimi. Iom. 26.num.45. & hom 42.num.103. vsque 107. Ponebat tam immensum, vt secundum S.Hilarium, cum Crea-

Domi-

Domini imponeretur terræ, totam tremore concusserit. hom. 42. num. 14.

XIII. *Fatigatus &c.* Festinanter incedit: festinat animad beneficium peccatoris. hom. 18. num. 51. Estque illi proprium primus exspectare in loco. Vnde vt eum securius Iudas inueniret ad capiendum, festinat ad hortum, vt ibi ante illum esset. hom. 42. nu. 35. Tandem certum est si Deus non curat, primusque sit in nostræ salutationis negotio effectum non prosequuturum alicuius meriti. hom. 18. num. 52.

XIV. *Fatigatus &c.* Fieri me potest Cœli Domine, te ad lucrandum rem ita vilem vt mulier est aquaria, infidelis, inhonesta, sordida; actualiter habens in domo procum perficere tantum iter, adeoque festinanter, vt omnino lassus sederes super os putei, sic, vt omnis cura tua videretur eo tendere? ha videbis quanti faciat Deus vnam animam cum prælla ita fatigetur. Filius Maior conquerebatur de Patre suo, quia fratrem suum (qui consumpserat omem substantiam viuendo luxuriosè) recipiebat aperis brachiis, & festum in domo sua celebrabat. Videbatur enim ei patre suo indignum, recipere illum, licet filius suus esset. Quid faceret, si videret bonum patrem sum pro ciscentem, currentem tam festinanter in ardore Solis, vt toto corpore sudaret tousque lassus iaceret super os putei? Quanto verius conquereretur, diceretque de illo, quod faceret opera personæ suæ valde indecentia. Quanto plus si quæreret mulierem extraneam, perditam, prophanam, vilem. Id facit Christus, hic bene cadit admiratio Sanctorum. hom. 18. num. 4. vsque 8.

XV. *Sedebat sic supra fontem.* S. Euangelista quale *Sic* est hoc? Videtur nobis eum repræsentare vt olim alius Propheta, qui nostro loquendi modo, proponit nobis Deum vt fatigatum, & rogatus vnde, respondit, ex multo nimis nimere quæretis vnam gustum no sapidam nec inuenerat, sed tantum immanuas, quibus os & dentes obstupescant. Ideoque conquerebatur, dicens. *Va mihi, quia factus sum sicut qui colligit in Autumno racemos, non est botrus ad comedendum* Videturque quod compatiens æternus Pater, miserit ei de terrâ promissionis vuam, id est Gentilitatem, magis mirandam, quam allatam ab exploratoribus ex terrâ promissionis, quod Christus declarare voluit quando Apostolis cibum ei ferentibus dixit, Patrem suum sibi iam prouidisse de quâ palato suo gratissima. hom. 9. numer. 49. & hom. 17. numero 47.

XVI. *Sedebat sic supra fontem.* Dominus eo venit lassus, voluntque eum æternus Pater recreare, præparans ei conuiuium eius appetitu pergratum scilicet animarum: quo satiabatur, quando accubuit in domo Pharisæi, vbi non satisfaciebant ei cibi apositi sed misse ei à Patre Mulier peccatrix. Hoc erit conuiuium animæ eius quod ei poteris facere iucundissimum ad allepiandam lassitudinem, qua Euangelista eum describit idque expectat à te. hom. 38. numero 17. vsque 21.

XVII. *Sedebat &c.* Videtur Propheta Isaias eum intueri & considerare dispositionem eius dignam aspectu dicens, *Expectat vos Dominus Deus vester, vt misereatur vestri.* Etiam connincit impudentem nostram malitiam qui aburentes Misericordiâ eius, quâ nos expectat, eo ipso illum diutius in illa detinemus. hom. 37. num. 17. vsque 21.

XVIII. *Sedebat sic.* Situs ille ita mirabilis est, vt ei diuina conueniant districha aptè quidem ad declarandum, quid Dominus faceret lassus, sedens meditabundus *Retractat cogitans, ne pereat, qui abiectus est.* Dictum mirabilia includens mysteria. homil. 37. numero 22. 23.

XIX. *Sedebat sic.* Dominus serio valde arripit ea quæ nostræ sunt salutis quando nos ea quæ Dei concernunt honorem perfunctorie obimus, & nostræ salutis propriæ curas incurij, homil. 37. numero 15. 16.

XX. *Venit ergo mulier de Samaria.* Pondera illud *ergo*, est enim conclusionis nota quasi quis dicat. Si aues ferte conclusionem ad quam ordinantur omnia principia ista, exitus Christi ex Iudæâ, festinæ profectionis ad multa milliaria in magno calore feruentis regionis illius, & fatigationis tantæ; vt caderet super marginem putei: illorum omnium conclusio fuit, eo venturam mulierem Samaritanam. Vide igitur conclusionem tam mirabilium præmissarum. *Venit ergo mulier de Samaria haurire aquam.* Si foret Regina Saba, quæ magnifico comitatu adiret Salomonem. Si fuisset Rebecca, quam expectans Isaac exiit obuiam ei in campo, sed mulier Samaritana, vilis, tam pauper, vt non habeat puellam, quæ deferat ei hydriam aquæ. Vnde patet Deum non æstimare animam, quia Regis est, vel alicuius Principissæ Magnæ, nec ob exteriora, quo fulget sed ob nobilitatem quam ei dedit in se, & infinitam capacitatem, & hanc æque habet pastoris, & rustici anima ac maioris Monarchæ totius Mundi. Vnde nullus putet qualitates, quæ faciunt in Mundo excellentes, esse alicuius momenti apud Deum. hom 21. num. 22. 23.

XXI. *Venit mulier de Samaria.* Hic videbis, quid expectabat; Mulierem de Samaria. Si autem, vt dictum, Samaria, si idem, quod Adamas, ideo expectabat mulierem adeo induratam, vt nec guttam aquæ daret petenti, tamen expectat eam, quia est adamas, qui claros recipiat radios ab eo, qui Sol est diuinus; quo adeo resplenderet vt posset S. Paulo

prior dicere. *Deus qui dixit de tenebris lumen splendescere, ipsi illuxit in cordibus nostris ad illuminationem &c.* h. 44.n.25. O quanti faciebat Deus istam mulierem, per quam erat acquisiturus tot regna, quot erant inhabitantes illam ciuitatem Sichar: Regna enim Dei sunt animæ. h.20. n. 2.3.

XXII. *Venit mulier &c.* Huius aduentum desiderabat Dominus viuo affectu, ob id quod operaturus erat per illam. Dauid desiderabat valde acquirere turrim Sion, occupatam à Philisthæis cæcis, claudis &c. sciebat enim quod illa conquisitâ facile occuparet, fieretque Dominus ciuitatis Hierusalem. Verus Dauid aggreditur istam turrim, plenam omni genere peccatorum vt per eam redigeret in suam potestatem, totam ciuitatem, vnde tanti facit eam, vt lassus expectet. hom. 22.n. 55.

XXIII. *Venit Mulier haurire aquam.* Fierine potest, quod post tot annos malæ vitæ fuerit tam pauper, vt non haberet inuenem vel puellam quæ afferret ei aquam? è contra plus dico, fuisse mirum, quod ipsa inhonestam vitam sequente, manserit ei clauus in pariete: quia illud vitium consumit totum, eique adhærentes degenerant in porcarios. hom.18. num.28. vsque 37.

XXIV. *Venit haurire aquam.* Felix aquæ defectus cum fuerit initium tanti boni, extraxit enim eam de domo sua, coegitque eo ire, vbi Christus erat. Id operatur defectus aquarum terræ, scilicet sanitatis, bonorum. lassitudinis, quia enim hæc desunt, homines ad Christum accurrunt tuque experiris; vix enim cogitas eum adire, nisi quando similem pateris defectum aquarum. hom. 9 num. 10. vsque 14 ille disponet te vt Deus tecum agat, quamuis enim Deus omni tempore sit paratus vt agas cum eo, tu tamen semper non es paratus, vt agat tecum, ideoque facit aquas deesse, teque corripit sitis, vel morbus; quo te venetur, sicut Onagram. hom. 9. num. 12 13. & hom.36. num.10.41.

XXV. *Venit haurire aquam.* Fierine potest, quod fornicator in domo existens, videns eam exire ad aquam tempore ita calido hoc permiserit non prouidens de aliquo, qui ferret ei amphoram aquæ? Quoties putas ei promisisse, quod eam delicatè nutriret, de omnibus prouideret, & tandem nec de situla aquæ prouidet ei, sed debet eam ipsa quærere. hæc est infelicitas mulierum, quod viri eis millia promittant, quas statim deserunt, omni eas labore prægrauantes vt Adamus Euam. h.26. n.33.

XXVI. *Mulier da mihi bibere.* En petitio qualis rei ita facilis vt mulieri non possit esse facilior quæ naturaliter est compatiens: quam prope fontem existens, petenti parum aquæ, non daret, hoc est Dei conditio, de quo S. Ioannes dixit, quod ea quæ petit sint suauia. *Mandata eius grauia non sunt* Quæ autem dæmon petit grauia sunt & laboriosa. ho. 3.n 10. & seqq.

XXVII. *Mulier &c.* Hic vides suauitatem Dei qui à te peccatore petit rem ita facilem, vt est aqua de puteo Quid potest esse facilius, quam quod à te in inferno existente ob tua scelata petat vt extrahas de puteo cordis tui aquam ita facilem ad hauriendam, vt verba tuæ sunt confessionis, quæ petebat Propheta, dicens: *Tollite vobiscum verba*: ho.19a. 60.vsque 64.

XXVIII. *Mulier da mihi bibere* Nescio quid habeant aquæ, de quibus bene dixit Tertullianus. *Numquam Iesus sine aquis.* His incepit primum miraculum conuertens eas in vinum. His finiuit; quia cum iam expirasset affluxerunt de eius latere illæ mysteriosæ. Quo monstratur, remedii pretiosissimum esse lacrymas de puteo cordis extractas ob peccata. Sunt enim potentes ad conterenda capita omnia Draconis Infernalis, & ad animam mundandam melius quam torrentis Cisou h.58.n.77. vsque 82. Tantum quia aquæ sunt figura lacrymarum tanti fiunt apud Deum, vt eas videns placari videatur. Profundum mysterium. h. 58 n 74.

XXIX. *Mulier &c.* Vnum ex iis, quæ Deus fert ægerrime, est, quod pro eo tantum desunt aquæ putei cordis, cum lachrymarum tam abundanter rogeantur quo pluribus in mundo satisfiat. ad succurrendum rebus multis mundi, sic vt ob puerilia terræ sint abundantes, desint autem lacrymæ pro nostris peccatis, quas Deus petit vt ingrediatur animam nostram. Propheta Amos rectè nos docet cui & vbi debeamus illis succurrere ho. 38. nu. 82. Possumus quoque multas dicere stultas, ob earum lacrymas, vt quandam vocabat Esdras. ibid. nu. 85.vsque 88. Multis etiam possumus dicere, quod Dominus viduæ *Nolisse* h.31.n.60.

XXX. *Quomodo tu Iudæus cum sis* Et quam hæc sit scrupulosa, solicitaque pro alterius animâ in re tam friuola, & nauci facit duxisse totam vitam in luxuriis, quodque actualiter haberet concubinarium in domo. Quodque notandum est, scrupulus eius non erat ex parte sua sed vero illius: Gentiles enim poterant loqui Iudæis Iudæi non poterant tractare cum Gentilibus. Sic vt alium reprehendat, quia petit aquam, non se ipsam, quia concubinaria. Valde ordinarium est videre minimos defectus in aliis, & condemnare quod nihil est, magnos autem in se non videre, nec agere de sua emendatione homil. 23. numer. 15. vsque 18. Vt Absalon. ibid. numer. 22. Attende Domina decere quidem te scrupulosam esse non autem stultam, vt hæc mulier h.22.n. 20.

XXXI.

XXXI. *O mulier si scires donum Dei, & quis est, qui dicit tibi, da mihi bibere tu forsitan petisses ab eo.* Idem possum tibi, O Diues, dicere quando te pauperculus adit, petens à te si scires fauorem, quo Deus te dignatur, & videres quis sit qui à te petit; quod primo tibi intelligendum; non enim est præcipuè pauper, qui à te petit, sed Deus, qui se posuit in eo, vt à te petat. ho 16. n. 13. vsque 16. Sicque debes pauperem oculis fidei aspicere ho 30. nu 24 Hincque intellige ad bonum tuum esse, quod in paupere Deus petat à te, cum possit ei multis modis prouidere. Nam qui dat Eleemosynam pauperi, benefacit sibi, & animæ suæ. *Benefacit anima sua vir Misericors.* hom. 1. n. 38. Sic intellexerunt Sancti maxime illuminati. ho. 27. n 67. 68. Ideo etiam Apostoli fuerunt in eo adeo solliciti. ibid. n 68. vsque 71. Sic iudicabat vidua. Sareptana. ho 21. num. 56 5. Inde sibi honori verterunt quando Deus mittebat eis pauperes, imo quærebant eos vt Abraham. ho. 26. & singulariter de Christianis Macedoniæ dixit S. Paulus. h. 1. n. 39. 40.

XXXII. *Tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi.* Deus non petit Eleemosynam in paupere ad minuendum bona tua, sed augendum ea, tibique dandum. S. Chrysostomus ideo vocat eam maximi lucri artem. hom. 27. num 76. Et quia eam Dominus nos docuit, maiorem meretur laudem quam Stercutius inter Gentiles, quia docuit eos artem seminandi. hom. 27. numer. 74. 75.

XXXIII. *Domine puteus altus est, &c. Vnde ergo habes aquam viuam?* Nimis tempestiuum est vt aquas illa videas, non inuenies eas, donec vitam habeas fidem, quia est fons Siloe, cuius aquas tantum inueniebant cum tali fide adeuntes, vt dixit S. Epiphanius. ho 3. n. 53.

XXXIV. *Domine, neque in quo haurias habes &c. Vnde ergo habes aquam?* Hic vides iudicium mundanorum, qui iudicant *secundum visionem oculorum*, vt dixit Isaias, Hisque tantum videntes labores, mortificationes, pœnas, & pœnitentias, iudicant ibi non posse aquas haberi: vnde vitam Euangelicam iudicant infelicem & melancholicam. Nec intelligunt hoc Iobi dictum quod *Dat carmina in nocte, id est, lætitiam in tribulatione* vt exponit S Gregorius. Vbi enim omnia videntur arida, sunt aquæ dulciores, quas Deus de iisdem elicit amaritudinibus, & pœnitentiis melius quam olim ex petra de qua videbantur non profilturæ, nisi scintillæ; idque est centuplum, quod S. Bernardus valde vtiliter declarabat. hom 30. num. 48. Solus Deus nouit, & potest delectare dolotibus, & lætificare afflictionibus, eoque quod contrarium est appetitui, illi gratum infundere. Vtque dixit Eliu amicus Iobi nouit dare cantica, versusque lætitiæ in nocte afflictionis; quia in medio persecutionis, alleuiat fauoribus suis, quibus delinit & recreat eas patientem. Et quando instus videt se vehementius vrgeri & in maiorum periculo afflictionum, tunc fruitur delitijs quas Deus in illis communicat. Vtilis discursu S. Gregorij. ibid. num. 48. Et mundo iudicantes S. Paulum torqueri vt suspensum, hic iudicabat illud de mundo. hom. 37. num. 63.

XXXV. *Domine puteus altus est.* Hac ratione conatur dæmon abstrahere te à seruitio Dei, persuadens tibi, si in eo pergas, quod non habebis vel diem voluptatis, quod tibi deerunt edulia, & alimentum. Alteri repræsentat si malam vitam deserat, quod non erit qui ei calicem aquæ hauriat, & quousque deerunt hydriæ siti torquebitur, id voluit ipsi Christo dicere. hom. 27. num. 1. Vt autem te redderet de illo certiorem respondit Dominum, Deum non tantum nouisse aquam extrahere, sed etiam panem vbi videtur impossibile, vt patuit in Manna. hom. 5. num. 31. 32. Vtque augeret fiduciam, quam in eo populus suus per desertum proficiscens deberet habere, imperauit Moysi, vt leuaret virgam in conspectu omnium, quando tam importunè petebant edulia. Illa enim refricabat memoriam magnorum beneficiorum à Deo ipsis factorum illa virga, quam Moyses leuabat. Et modo ipsi fidant, affirmabat, quod non deesset eis in maioribus necessitatibus quodque his, etiam ipsa in fame nouissent illarum remedium educere, & saturitatem, qua illis satisfaceret, cum viderent in manu Moysi eandem virgam, quæ operata erat tot mirabilia in eorum beneficium. ibid. n 31.

XXXVI. *Domine puteus altus est &c. Vnde ergo.* Non est mirum hanc mulierem replicasse, vnde posset dare aquas, non videns vnde & quomodo posset eas haurire, cum etiam Apostoli in eius schola educati turbati fuerint Domino eos rogante *Vnde ememus panes?* Vt etiam Moyses, ad prouidendum populo de carnibus in deserto petebat abeodem Deo. *Vnde oues &c.* Hæc enim nostra est infirmitas quod statim desi nobis spes non videntibus situlam & cordam, nec cessariaque ad aquam hauriendam. hom. 27. num. 40. vsque 45.

XXXVII. *Domine neque in quo haurias habes &c* Sareptana commendatur, quod Eliâ petente, illâque paruam possibilitatem suam repræsentante: Hoc replicante ex parte Dei, quod ei prouideret de omni necessario, quamdiu fames duraret; Non petierit vnde ei prouideret homo tam pauper vt ipse erat, sed statim succurrerit illi Eleemosyna: Hoc facit vera fides, quando est viua. h. 27. n. 51. Deoque valde difficeret te replicare, & examinare *vnde* quando alius [illegible] te petit. h. 37. n. 28.

XXXVIII. *Omnis qui biberit ex hac [illegible]*

iterum Supremus Magister incipit declarare excellentiam aquarum, quas dat terrenis digniores, quod has bibens semel, iterum sitiat, vnde non sedant integre sitim, sed potius eam accendunt & augent. Id habent bona terræ, & delectationes, quod non satiant, sed quo plus ex illis bibitur, eo maiorem prouocant sitim, vt patet in prodigo, vtili discursu. h. 18. n. 37 38. Ex fluentibus de carnis fluuio, qui sunt appetitus eius, vnde putat satiari peccator bibendo ex eius aquis, prodeunt ranæ coaxantes nouorum appetituum: & nouarum inquietudinum, quæ non permittunt ei quiescere nec vno instanti, vt egredientes de aquis Ægypti inquietabant ranæ Pharaonem ibid n. 37. Etiam habent singularem proprietatem, quod illas aquas plenius bibant bruta, quam homines, vt S Bernardus declarauit mysterioſe. ibid n. 48.

XXXIX. *Omnis qui biberit ex hac aqua, sitiet iterum.* Licet vnus biberet omnes mundi aquas, adhuc sitiret, quia illæ omnes sunt finitæ nec possunt satiare nostri appetitus sitim, quæ est infinita hom. 11. num. 27. 28. & ob eandem rationem solus Deus potest satiare, quia est infinitum bonum. ho. 12. num. 24. 25. & h. 38. num. 95.

XL. *Sitiet iterum.* Dominus declarat, quod dixit Propheta; Aquas mundi esse infideles, & in meliori deficiunt. sed aquas Dei esse fideles. h 38. n. 34.

XLI. *Qui autem biberit ex aqua, quam ego ei dabo. non sitiet &c.* Aquæ quas Christus dat, sunt diuinæ gratiæ eius, & si recipiantur vt debent, sedant omnino sitim, quia quod per illam datur, est ipse Deus, qui habitat in animâ, vtque supremus fons rigat totam: ideoque dixit S. Paulus *Gratia Dei vita æterna* quia idem bonum, & eundem Deum habet iustus in se in hac vitâ, quem Sancti in gloriâ, cum sola differentia modi eum habendi, ideoque iam fruuntur in hac vitâ, principio vitæ æternæ. h. 37. n. 57. 58.

XLII. *Non sitiet &c. Sed fiet in eo fons &c. Vsque in vitam æternam* Gratia est aqua, quam Christus promittit, quæ in corde sita fons sit saliens vsque in vitam æternam, qua de illâ prodeunt actus spei, qui secundum S. Paulum *pertingunt vsque ad interiora velaminis.* Quo tanta est eorum consolatio, vt contemnant omnes aquas terræ. Pater in muliere ista, cui cum Dominus diuinas has aquas suas dedisset, ita fuit satiata, vt putei despexerit aquas & *reliquit hydriam mulier.* Vtilis conceptus. h. 37. n. 59. 60.

XLIII. *Domine da mihi hanc aquam.* Certum erat, quod propositis excellentiis istarum aquarum, eas desideraret, ideoque tu eas non desideras; quia non proponis eas animæ tuæ viua perpendens considerâtione. ho. 11. n. 39. 40. Vt eas desideres, Deus dat tibi sæpe afflictionem aloe, ne bona terræ trahant voluntatem tuam ad ea desiderandum, vt patuit in Israelitis quos in Ægypto magnis atriuit afflictionibus, ne illecti, abundantia terræ obliuiscerentur terræ promissionis, sed desiderarent exire, lugentes in illa se adeo afflictos, suspirarentque ad hanc promissionis. ibid. numer. 39.

XLIV. *Domine da &c.* Non agitur hic de emendo, vel mutuando, sed tantum de dando; quia hæc Dei magna est misericordia, & liberalitas, quod has aquas suas det volentibus, solo pretio veræ voluntatis, velitque publicari, quod S. Ioannes audiuit in Apocalypsi suâ *Qui vult veniat. & accipiat aquam vitæ gratis.* Quibus omnibus non obstantibus tanta, & impudens est nostra malitia vt tali modo datas ne quidem syncerè eas velimus. ho 10. nu. 37. 38. Idque est vnum eorum, quæ maxime Deus exhortet videre contemptum istarum aquarum diuinarum, vt eas oblatas non desideremus, nec dicamus. *Domine da mihi hanc aquam.* ho. 28. n. 27. vsque 30.

XLV. *Vade voca virum tuum.* Domine nescisne eam non habere maritum sed concubinarium? Cur dicis ei, vt vocet maritum suum. Dominus vtitur illo tegendi modo vt nos prodamus, quod in corde habemus. quod licet ipse sciat, illi conuenit quòd operatus est cum discipulis in Emaus *Finxit se longius ire,* vt ostenderent charitatem cordis sui. eum detinendo. hic iam, quia necessarium est ad peccatoris remedium vt ipsemet confiteatur peccata sua, vtitur hoc stratagemate vt ista mulier incipiat fateri peccata sua. ho 19. num. 51. 52.

XLVI. *Vade voca virum tuum.* Sapiens dixit Deum fuisse vsum astutiis, quibus conuenit, vt haberet introitum ad peccatorem. Illis vtebatur per Nathan apud Dauidem, cui propositâ parabola, cum Dauid sententiam contra hominem, sibi à Prophetâ præsentatum dedisset, dixit ei, quod bene iudicasset, sed quod seipsum condemnasset. Sic agit Dominus cum ista muliere, proponens ei, petensque præsentiam mariti eius, ipsa respondente se non habere virum, hinc incipit ei dicere. *bene dixisti non habeo virum; quinque enim viros habuisti, & quem nunc habes non est tuus;* sed concubinarius. Et arrepta hinc occasione dixit ei, quæ tota fecerat vita, vt ipsa dixit Samaritis. *Dixit mihi quæcunque feci &c.* Facit generalem confessionem huic summo Pontifici, qui docet Confessarios benignitatem erga pœnitentes, & sanctam astutiam ad eos inducendum ad omnium peccatorum suorum confessionem, claram & distinctam, ideo dicit labia eorum debere esse lilia. h. 22. n. 52.

XLVII. *Bene dixisti &c. Quinque viros &c.* Deus liberet se à vitio luxuriæ, non enim satiatur quoque, nec quinquaginta, nam non inueniens licitum, addit illicitum, lugebitque se enim prodigo fame languentem. h. 18. n 37. vsque 41.

XLVIII.

XLVIII. *Bene dixisti &c.* Dominus incipit ostendere se verum esse Deum, cum haberet oculum penetrantem cordis intimum; meliori argumento, quam Poëta Menander conabatur persuadere Solem esse Deum, & Deorum præcipuum; quia illuminat omnia, & in eius præsentia, omnia sunt manifesta. ho. 33. n. 36. 37.

XLIX. *Scio quia Messias venit &c.* Ex dispositam ob desideria suæ salutationis, & obuiandi Messiæ. Si hoc desideras mulier, scias eum statim se exhibere præsentem desideranti. *Præoccupat qui se concupiscunt*: Statim ac Sponsa eum desiderabat, dicens *Osculetur me osculo oris sui*. Statim habuit adeo præsentem, vt ei loqueretur, addens, *Quia meliora sunt vbera tua &c.* Cum ergo eum desideres ecce hic quia præsentem habes, dicit enim *Ego sum qui loquor tecum*. Quæ verba Dominus dicens, illucem immisit animæ illius clarissimam vt in initio, *Deus qui dixit de tenebris lucem splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris*. Quo vidit, cognouitque mysterium Incarnationis, personam Christi, rationem lassitudinis; etiam agnoscebat magnitudinem peccatorum suorum Quis posset dicere, quali eorum pudore confunderetur cognoscens Deum, quem offenderat, videnseque in eius se præsentia constitutam. Quem non puderet ibi peccatorem comparere, quando Deus ei viuaciter repræsentat suarum turpitudinem culparum, vt patuit in Cain. h. 6. n. 45. 46. & h. 38. n. 57.

L. *Ego sum qui loquor tecum.* Habeo pro certo quod operatus sit in ea, quod in Magdalenâ quacum agebat syncerè vt venator, quem finxerunt Gentiles de Apolline, vel Phœbo. h. 38. n. 39. 40.

LI. *Reliquit ergo Hydriam.* Flagrauit accensa amore Christi, vnde licet appeteret cum eo manere, tamen sciens eius desidetium lucrandi animas, non hæret, neque proiicit se ad eius pedes, ad iisfruendum, vt Magdalena: sed opus erat eam monere dicereque vt non in eo hæreat, sed occurrat ad maioris momenti negotium & adeat Apostolos ad eorum fidem confirmandam. Imo ipsa relinquit, quod appetebat, vt quod Christus desiderabat, faceret. Qui eam eligebat, vt præcurreret eum in ciuitatem Sichar, mittebatque illam ante se, vt S. Ioannem Baptistam ad mundum. Potestque dici mulierem istam fuisse verbum Christi, & ob illam, possit dicere Prophera; *Ante faciem eius ibit verbum*. h. 2. n. 10.

LII. *Reliquit ergo hydriam.* Pondera illud ergo, quod est nota conclusionis. Hic videtur, quod Christus prætendebat vere conuersionem istius mulieris, tibique in eâ dare symbolum veræ conuersionis, & pœnitentiæ, quam non censebis vt veram quamdiu non relinqueris hydriam, in quâ habebas, & quâ hauriebas aquas tuæ voluptatis. *Si reliquisti mulierem, restituisti bona faciq;* vt Niniuitæ ait Chrysostomus. Qui *Conuersi sunt à via sua mala*. Quodque dixit Isaias *Cum non fiabunt luci, & delubra*, Nec idola, nec syluæ in quibus conseruantur. h. 38. n. 99.

QVARTO DIE SABBATI QVADRAGESIMÆ VLTRA

HOM. XXVI.

I. *Perrexit Iesus in montem Oliueti, & diluculo iterum venit in templum.* Hodie ostendit se Christus verum Deum, proprio sibi actu qui est deo tegere corda, horum intimum penetrare, & in publicum producere quantum conuenit: Illud patuit cum immediatè post illum actum confundens hypocritas illos quia in eorum oculis reproducit secretiora eorum peccata, absoluitque adulteram, statim addit, dicens. *Ego sum lux mundi* Inter omnes deos quos vana creauit gentilitas, præcipuus fuit Sol, adoratus vt talis non tantum à gentilibus sed etiam valde ordinarie à Iudæis idololatris. h. 33. n. 28. vsque 33. Ratio ad id credendum quam dabat Poëta Menander, erat Primo, quod eius oculis id est, radiis sit nil absconditum. Secundo, quod res purificet, sordesque consumat & sterquilinia. sed, vt Sanctus ait eadem ratione probatur Solem non esse Deum, si enim luce suâ illuminet omnia, sunt tantum corpora, nec detegit intimum animarum, & si purificat, sunt immunditiæ corporales, nec peruenit ad spirituales quæ sunt maiores. Quo eodem probatur Christum esse verum Deum, Solem diuinum cuius oculis non tantum exterius est manifestum, sed etiam cordium intimum supra modum absconditorum, vt erant Phariæorum, & abstergit omnino sordes talis cloacæ immundæ vt est adultera. h. 33. n. 37. vsque 39. & h. 38. n. 103.

II. *Perrexit Iesus in montem Oliueti, & diluculo venit in templum* Fuerat in monte Oliueti, tota nocte orans, & valde mane venit ad templum ad prædicandum. Eo docens Concionatores vt secundum Spiritus Sancti consilium præmittant orationem petentes à Deo, vt ipsis concionantibus, & verba auditui corporis dantibus, dignetur concurrere loquendo ad cor, vtque procedant simul Deus & ipsi. h. 29. n. 11. vsq; 18

III. *Perrexit &c. in Templum.* Necessarium Concionatori, à Deo petere orando feruenter, vt Deus concurrat cum eo, vt dicatur *Domino cooperante*. Vnde S. Thomas declarat duas propositiones S. Ioannis Euangel. stæ. Prima c. 3. Quod Christus venerit in Iudæam in eaque manserit cum suis discipulis, & baptizârit. *Ille demorabatur cum discipulis suis, & baptizabat*. Secunda, in 10 c. 4. Vbi dicit *Iesus non baptizabat*

ſed diſcipuli eius. Vtraque eſt vera, quia diſcipuli baptizabant exterius, fundentes aquam ſuper corpus ita non baptizabat Chriſtus, ſed interius operans in animabus, vt cauſa principalis, quando diſcipuli vt cauſæ ſecundæ baptizabant corpus. Ideoque rectè dixit Dauid, vt ponderabat S. Auguſtinus. *Niſi Dominus ædificauerit domum.* h.43.n.16.

IV. *Diluculo venit in Templum.* Ad concionandum. Ordinarius enim prædicationis eius locus hic erat, & Synagogæ; loca ad hoc dedicata, vt dicebat Annæ. *Ego ſemper docui in Synagoga, & in Templo.* Quæ ſunt propria academia doctrinæ fidei. ho 29.n. 6 vſque 16. Licet aliquando conueniat Concionatores per plateas concionari. ibid.n.17.

V. *Diluculo venit &c.* Inde, ex monte, & loco orationis exit ad conclonandum. Vt enim Concionator aliquid efficiat, valde bonum eſſet, eum venire ex oratorio ad pulpitum, non autem ex conuerſatione, & communi confabulatione cum ſæcularibus. h. 21. nu. 48. 49. Quia ad fructum faciendum in populo ſua prædicatione, debet ab eis admodum eſſe abſtractus. Ordinariè enim ex frequeti conuerſatione trahunt motiua ad minorem eius æſtimationem, ex hac perſonæ eius vilipenſione procedit deſpectus doctrinæ illius. Nec eſt quod magis derineat populum, quam receſſus. Ideo ſuaſit Ioſeph fratribus ſuis, vt quando eſſent apud Pharaonem, peterent in habitationem terram Geſſen, quæ ſeparata erat ab Ægyptiis ne cum his conuerſantes contemnerentur ab eis ibid. nu. 49.

VI. *Diluculo &c.* Valde mane vt negotium quod Chriſto erat primo loco, ſalutionis ſcilicet noſtræ, ad illud accurrit diluculo, non anteponens vllam aliam occupationem. Idem tibi faciendum, primo ad Deum currendum; & omnibus terræ occupationibus, præponenda ſeruitii diuini negotia. Deberetque prima actio tua ea eſſe, currere ad templum, id eſt te commendare Deo & firmum facere propoſitum non deficiendi in eo, quod eius concernit famulatum. h.7.nu. 29. Sed dolendum Dei negotia eſſe apud te poſtremo loco, eis anteponendo, quæ tangunt voluptatem tuam vel bona, ideoque dixit nos ei tantum labruſcas dare. h.9.n.49.& 17.n.47.

VII. *Adduxerunt ei mulierem in adulterio deprehenſam, dicentes magiſtre, hæc mulier modo &c.* Vide fictos, qui habentes exterius os bonum, cor habent malitia plenum. Primo videntur bene Chriſtum adire, cum eum vocent Magiſtrum, videnturque vt talem adire, cum difficultate, quæ ſe offerebat circa factum huius mulieris, & eius legis Moſaicæ. Secundo, videbantur mulieri ex animo compati, & pro parte ſua deſiderare eam liberare, ſi non viderent ſe conſtringi rigore legis. Quod proprium eſt boni Iudicis, & ſuperioris, compati reis ſed ſunt proditores, de quibus dixit Dauid, licet verba eorum videantur blanda vt oleum, eſſe tamen ſagittas acutas ad Chriſti cor penetrandum, eaſque emittunt, *Vt ſagittent in obſcuro rectum corde* Probant ſe Hyenas eſſe, de quibus dixit Ieremia. h 8.n.35. vſque 39.

VIII. *Adduxerunt eo mulierem.* Veniebant clamoroſi, tendentes retia, videbatur enim eis impoſſibile Chriſtum inſidias euadere. Infelices, recte vocauit vos S. Ioannes Baptiſta ſtramina, ferimini enim vento malitiæ veſtræ & rabidæ paſſionis Deumque ſcitote eſſe ignem: adite eum, vos accendemini vt ſtramina & ipſe euadet illuſtrior, & maiori gloria ſplendidior. h. 23.n.2. 3. Implebitur illud Dauidis: *Dum ſuperbit impius incenditur pauper.* ibid.n.n.36.

IX. *Adduxerunt &c.* Hic poteſt dici illud Iſaiæ, quod ducat cæcos, & feſtinanter incedunt, neſcientes quid faciant, & putantes ſe contra Deum agere, contra ſe ipſos agunt. *Ducam cæcos per viam, quam neſciunt* Videntur eos hic malitia cæcos, qua, Deo permittente, ducuntur ideo dicit, *Ducam cæcos* & infelices neſciunt, quid faciant, euntes per planum intricantur, eiſque accidet, quod illis duobus Regibus profectis contra Ieruſalem, quos Deus vocat titiones fumigantes. h.13 n.35. vſque 44. Totum quod contra iuſtum agit peccator, eſt in proprium damnum, idque voluit Dauid dicere illis verbis, quæ ad iſtam intentionem declarat S. Ambroſius: *Dixit iniuſtus vt delinquat ſibi.* Notabilis conceptus. ibid. n.38.

X. *Hæc mulier modo deprehenſa eſt in adulterio.* pondera verbum *deprehenſa eſt*, quod eſt paſſiuum, ſignificans perſonam, quæ patitur, & fuit inuenta; non declarans perſonam agentem, & inuenientem; nec Euangeliſta declarat, quia fuerunt multæ perſonæ agentes, vt aduertimus ex verbo *tradetur*, quo Chriſtus eſt vſus loquens de ſua paſſione. h.13.n.25.

XI. *Deprehenſa eſt.* Si velis ſcire, quæ fuerit perſona agens, illam in flagranti delicto inueniens; dico, primum fuiſſe Deum in punitionem peccati eius, cum enim ipſa diſponeret ſe ad peccandum & Deum inhonorandum, debebat Deus eodem modo accurrere, Certum enim eſt quod quemadmodum tu ages cum Deo, Deus aget tecum, & ſi tu inhonores Deum, Deus inhonorabit te. h.24.n.39.&.ho.35.nu.50.& ſqq.

XII. *Deprehenſa eſt.* Etiam dico Deū fuiſſe primam perſonā quę inuenit eam in flagrāti delicto miſericorditer cū illa agens. Videtur tibi fuiſſe infelix hęc parcula, quod tali modo fuerit inuenta, & forte fuerit primæ vices, cū eſſent aliq quę tota vita fuerāt cōcubinariæ, nec inuentæ. Tamen non fuit infelix, ſed felix, quia vna hęc miſericordia Dei eſt primaria quod ipſa ingrediēte viam perditionis iniicerit ei manū, & detinuerit, nō tantū ne vlterius progrederetur, ſed vt retrogrederetur, quod eſt, *deprehēſa eſt.* Quā eſt ille cōfectus

quod

quod ingrediens viâ appetitus, & perditionis, non retineatur à Deo, sed ei permittat progredi quantum vult, & quomodo vult; vt permisit Iudam in suâ progredi auaritiâ, Iudęosque vsque ad impletionem desiderij sui Christum occidendi; quo Deus ostendit se illis summè iratum vt ait S. Paulus. h. 18. n. 20. vsque 23. Valde deplorandus est, cui Deus permittit ingredi viam libertatis suæ huius sęquendo inclinationem, quia ad suam festinat perditionem. Illâ ductus Pharao contra Dei populum cum exercitu aquis suffocatus interiit quas liberè, & diligenter ingrediebatur, vt omnibus Israelitis vitam adimeret. ibid. num. 21. & hom. 35. num. 29. vsque 36.

XIII. *Deprehensa est.* Deus iniecit ei manum, detinuitque, configens eam acutâ valde pudoris spinâ, implens in eâ, quod dixit cuidam animæ suas sequenti libidines: *Sepiam vias tuas spinis.* h. 9. n. 10 & seqq.

XIV. *Deprehensa est.* Secunda persona, per quam fuit in adulterio inuenta, fuerunt Scribæ, & Pharisæi, crudeles; qui ad satisfaciendum furori suo contra Christum, quærebant mulumque sudabant ad eam deprehendendam: & licet possent præuenire perditionem eius, aliquo eorum qui aduigilabant, eam monente, omnes tamen aduigabant, & diligenter laborabant, quod significat verbum *Deprehensa est.* Cumque deberet defectum eius tegere, quantum possent, mediis vtuntur potentissimis ad eam omnium oculis exponendam, valde contrarium illi quod Deus inserat, tegendum sanguinem passeris comprehensi in depicula. hom. 23. num. 41.

XV. *Deprehensa est.* Dico tertio, illo verbo significari magnum mysterium, quòd non dicatur, quis illam deprehenderit, quia est difficile, id bene declarare, dicoque Deum, & Pharisæos eam deprehendisse, eo modo, quod hi malignis inuentionibus, laqueos Christo struxerint ex huius mulieris adulterio; Deus autem disponebat de cogitationibus illorum ad suam gloriam, ad hanc illis vtendo; sic vt Deus, & illi in hoc facto vnà incederent; illi machinando quomodo perderent eum in medio; Ille disponendo quomodo illo medio glorificaretur, eiusque diuinitas cognosceretur implens, quod dixit S. Anna: *Deus scientiarum Dominus est, & ipsi præparantur cogitationes.* hom. 23. n. 35. vsque 41. & ho. 30. n. 59. ho. 49. n. 3.

XVI. *Statuerunt eam in medio.* Dominus prædicabat in templo vtque ait Euangelista, omnis populus eò accurrerat. Etiam Scribæ, & Pharisæi venerunt eò, magno prementes tumultu, non sistentes donec essent in medio, vt casus esset publicus in omnium oculis. Certum est, si mulier ista sciuisset, ita publicum futurum peccatum suum tamque populoso theatro exponendum aspectuique totius mundi, potius se occidi permisisset, quam illud committere. Tuque attende, quid iudicares de illa an illud peccatum commisisset, si talem hoc successum putasset habiturum. Et inde transi ad iudicandum tuam infamiam, vel fidem modicam; quod sine cessatione committas peccata, credens ea exponenda visui totius mundi, in die iudicij; quodque Deus ea deteget in illo vniuersali loco ita distinctè, vt malles super te montes cadere, ideoque vocatur *dies horribilis*, & *dies reuelationis.* Manifestum stultitiæ tuæ argumentum. h. 6. n. 44. vsque 47.

XVII. *Huiusmodi mandauit Moyses lapidare.* Grauem pœnam statuerat lex huic peccato, sed iustam ob eius grauitatem, quæ intelligetur ex doctrina, quam Angelus Raphaël dedit Tobiæ, dicens ei, dæmonem habere potestatem in contrahentes matrimonium cum solâ intentione satisfaciendi appetitui suo carnali, sic vt licet matrimonium sit sanctum, tamen quando suscipitur ea passione, *Sicut equus, & mulus.* Tantam meretur punitionem, vt Deus tales tradat Satanæ. Quanto plus id merebitur actus adulterij directè fidelitati contrarius S. Matrimonij. Notabilis discursus. hom. 18 num. 44.

XVIII. *Huiusmodi mandauit* &c. O proditores vt iam satisfaciatis rabidæ inuidiæ vestræ contra Christum, vtimini eo, quod Deus mandauit per Moysen; nec curastis eandem legem, ob vestram vtilitatem. Cum enim Deus mandasset per Moysen, proles debere fauere parentibus, vos illud non curastis ob vestram vtilitatem, & auaritiam vt possit vobis dici. *Quare & vos transgredimini mandatum Dei propter traditiones vestras.* hom. 23. n. 42. 47.

XIX. *Hoc autem dicebant tentantes eum.* Hinc patet, cur Christus eis dixerit *Generatio prauа, & adultera.* Quia hoc erat eorum exercitium, & fuerat patrum, semper tentare Deum, nec vnquam ei fidere, hinc accurrendo, & nisi occurreret, illhac redeundo. h. 8. n 9. Sic vt tenerent Deum, quasi suspensum. ibid. n. 17. 18. & h. 25. n. 24. vsque 28.

XX. *Tentantes eum.* Proprium dæmonis nomen est tentator. ho. 5. n. 14. Hoc aggrediuntur illi, & feruentiùs prosequuntur, quam ipse dæmon. h. 8. n. 19. vsque 28. Sunt iudices, vt isti, qui interrogant Concionatorem, & Confessarium, non desiderio sciendi iustitiam, sed tentandi, an dicet quod volunt ad satisfaciendum auaritiæ suæ. Non petunt sincerè vt oues Dei. ho. 37. nu. 35. 36. Iudices autem, & Principes deberent cum rectissimâ intentione interrogare. ibid. n. 38.

XXI. *Tentantes eum.* Tentare est proprium cæcorum, hique erant eo cæciores quò longiùs pergebant, qui à luce ipsa excæcabantur & secundum mensuram quâ crescebat, magis excæcabantur, sicque ad maiora eius opera. Magis cæci, acriùs eum tentabant, implebantque in illis prophetia Isaiæ quodque hic dixerat de illis in symbolo Ariel. h. 40. n 18. 19.

XXII. *Inclinans se Iesus digito scribebat in terra.* Christus Dominus noster voluit eos prudentissimè monere, vt parum quiescerent, nec in causis grauibus sententiam præcipitarent, particulariter in criminalibus, in quibus debet Iudex procedere magnis interstitiis & multis verificationibus, debetque procedere vt vnicornis. ho.7.n.19. vsque 22.

XXIII. *Inclinans se &c.* Posuit in terra digitum, vt intuentes, sicut illi, qui scribebat, viderent se ipsos in eius symbolo, nomen enim hominis proprium non venit à chalybe, vel lapide, sed ab humo, vel molli terrâ, quam digitus elaborat. O si te ipsum inspiceres & tuam infirmitatem, quando vides alterius defectum, quam te temperares in eo condemnando. Procedis enim contra debilem, ac si tu esses chalybs, & contra eum, qui calcat terram, ac si tu esses tu cœlo. Mirabilis discursus Sapientis. ho.38 n.104.

XXIV. *Instabant.* Cum Dominus hæreret, scribens in terrâ ad eos pacificandos, credebant eum id facere, quia iam captus erat laqueo ab eis parato, ideoque instabant, quasi vim inferentes vt responderet. O infelices, quibus videtur instantiam hanc esse contra Christum, sed verius est contra vos ipsos, nam quantò citiùs se elevarit, eò citiùs confundemini, & condemnabimini. Vide vestra patet stultitia, quod Deo vestram retardante punitionem, vos ipsi eum simuletis, vt perditi peccatores tempore Noë, Deo enim eis dante centum viginti annos expectationis, illi adeo instabant suis peccatis, vt Deum compulerint ad abbreuiandum tempus, eosque perdendos. Ieque valde ordinariè facis, vt Deo tibi dante longum vitæ tempus, tu ipse instes, & quasi aculeus Deum pungas ad tuam ipsius perditionem. Vtilis conceptus. hom. 31. num 29. vsque 33

XXV. *Qui sine peccato est vestrum primus in illam &c.* Dominus eleuat se, datque sententiam legi Dei datæ per Moysen valde conformem. Qua lege præcipiunt eum capere, eaque vt ense guttur ei præscindere, eadem capit eos, decollatque, dicens se legem Moysi recipere, quam contra Moysen proponunt, sed vt eiusdem Moysi ipsi recipiant, vt vnus latro non flagellet alium, nec vnus homicida puniat alium; sicque ait non contradico legi præcipienti, vt adultera lapidetur, sed dico, vt fiat secundum legis dispositionem, ne occidatur manibus adulterorum & malorum quales vos estis, quibus dico: *Generatio prava & adultera.* Iustum est, quod postea dixit Apostolus: *Qui sine lege peccauerunt, sine lege iudicabuntur, qui in legem peccauerunt, secundum legem iudicabuntur.* Sic vt iisdem armis Dominus eos vincat. hom.35.n.2.3. Eorumque lanceâ eos configat, vt Banaias Ægyptum. hom.44 n.9.

XXVI. *Qui sine peccato est vestrum &c.* Hæc verba dicens, *iterum inclinauit* se scribens in terrâ, hacque vice adeo diuinam exarauit scripturam, vt quisque videret distinctè peccata sua omnia ita oleo depicta, sicut quando Deus vult ea ponere ante oculos peccatoris ad eum confundendum. Hoc volens, vt videntes peccatum in adultera ad eam condemnandam, primo aspicerent sua, quæ hodie viderunt turpiora, quam adulteræ, ita vt iis confunderentur, sicut Ægyptij per formatione Echo.h.23.n.35.& 39.vsque 45. Cecidit talentum plumbi super os eorum. h.34.n.26.vsque 35.

XXVII. *Qui sine peccato est vestrum.* Videte Iudices, quam vobis det lectionem supremus hic Iudex. Si est lex vt qui lapidabit reum sit sine peccato, conuertite oculos ad scripturam cordi vestro inscriptam ita clarè signantem vestra, videteque quam iustè condemnabimini in diuino eius iudicio cum sitis vt illi infelices, & Beniamitæ, qui magnâ superbiâ abominabantur peccatum in vrbe quadam commissum cum intendebant punitionem habentes in suâ conscientia alia non minora. hom.23. n.43.

XXVIII. *Qui sine &c.* Hinc vestram Iudices capite obligationem, sitque talis vita vestra, si vobis ita lex est seruanda. In hoc positi estis, vt peccatores castigetis, lapidesque manu gestetis, hoc est vestrum officium, si velitis status vestros, thronosque conseruari. ho.28.n.8. vsque 14. Id seriò imperat vobis Deus. ibid.nu.58. Et si ad lapidandum debetis esse sine peccato, videte ad quid vos obligastis eâ die, quâ officium acceptastis, & cogitare vos desponsatos cum iustitia. Consideratio Iudicibus propria. ho.35.n.25.

XXIX. *Qui sine &c.* En supremus Iudex dat sententiam secundum omnem Iustitiæ rigorem, is qui tantum petunt Iustitiam sine misericordia. Nam bene dixit Apostolus S. Iacobus, *Iudicium sine misericordia ei, qui non fecit misericordiam.* Putasne crudelis intonire misericordiam in iudicio Dei, nisi illâ fuerit armatus. hom.25.num.58.

XXX. *Iterum inclinans se, digito scribebat.* Tam distinctè eorum peccata, vt dicat Euangelista, quod videntes ea, non potuerint ibi manere sicque, *Exibant vnus post alium.* In rei veritate, nil potest maiorem causare peccatori confusionem, & pudorem, quam Deum ei ostendere ad viuum peccata sua. Quando Deus ostendit Dauidi suum, adeo eum perterruit, vt manserit quasi stupidus. h.38.n.54.vsque 60. Vnumque maiorum tormentorum, quæ damnati patientur in inferno, erit, quod Deus perpetuo ponat eis ante oculos peccata eorum *vt videant semper* prout dixit Angelus Danieli. hom.6.n.45.

XXXI. *Exibant vnus post alium.* Demissis capitibus, non audentes mutuo loqui, implentes quod Deus per Prophetam dixit *Confunderis vt non sit tibi aperire os.* ho.26.nu.48. Estque hic pudor tam magnus, vt licet Christus non habuerit proprium peccatum, tamen

tum quia alienis se onerauerat ; existens, in horto in æterni Patris iudicio, tali fuerit pudore confusus vt causam illam agoniam ex qua sudauit sanguinem. ho.42.nu.110. Fuitque mirum illos non desperasse vt Cain, vel non expirasse vt Ananias. Notabilis conceptus. hom.38.num.14.15.

XXXII. *Remansit Iesus solus & mulier.* Non vult dicere, omnes discessisse relinquentes Christum solum: sed loquitur de causa criminali ; proposita coram omni populo, cuius Christus D. N. erat Iudex, mulier rea & Pharisæi actores, hi omnes abierunt ; sicque mansit Dominus solus cum muliere, licet in præsentia totius populi. O felix mulier, quod tua causa tractetur in templo & ante Deum, & sine accusatore, habeo te vt liberam, quia quod manet est in fauorem tuum. Templum est omnibus misericordiæ locus, illucque singulariter instituit Deus vt illam exhiberet hominibus. hom.7. num.40.41. Idecque vocatur Domus orationis. hom.28 num.21. & seqq. Est adeo misericordiæ locus vt Principes sæculares nolint iustitiam fieri de refugientibus ad illud. ibid.n 24.vsque 27 Ex altera parte Deus est ipsamet miser cordia, ideoque proprie dicitur habitare in templo. ibid. n.18. 19. Cum autem Deus sit ipsamet misericordia, & in domo misericordiæ quid exspectandum, quam misericordia ab eo in cuius præsentia non sunt peccata irremissibilia, quæ quantumuis magna sint & enormia tamen infinite excedit ea Dei misericordia. hom.18. num.8. & seqq. & ho.42.n.16.

XXXIII. *Vbi sunt qui te accusabant ? Nemo te condemnauit ? Nec ego te condemnabo.* Vides hic sententiam puræ misericordiæ. Ne timeas quod te condemnabit, nisi ex parte tua quis instet contra te. Nec creauit hominem vt eum damnet nisi ipse sibi mortem procuret. hom.13 nu.31. vsque 37.

XXXIV. *Vbi sunt* &c. Dominus hoc facto docet diligentia faciendam Confessario, antequam absoluat peccatorem scilicet examinando an aliquis eum accuset, an pauperes contra eum conferentur, quia vsurpauit eorum bona, an crudelitas erga illos accuset eum, lasciua condemnet ; oportet nullum accusare illum, nec os aperire, faciatque verificationem, & accipiat securitatem Principis Iehu ; à multum ei offerentibus. hom.31.num.70.

XXXV. *Vade & amplius noli peccare.* Magnus medicus, non tantum curans infirmitatem, sed etiam dans præseruatiuam. Itaque importat tibi, ad peccatum non redire, quod est sapientem facere pœnitentiam. Ne tibi accidat, quod Niniuitis, & vxori Lot, ad cuius stultitiam declarandam conuersa est in statuam salis. hom.8. nu.48.49. Caue ne tibi contingat, quod Ozæ, altisque. hom.10.n.46. vsque 51.

XXXVI. *Nemo te condemnauit? Nec ego te condemnabo.* Est clarum non esse actus, ita petentes alicuius condemnationem, vt peccatum damnationem exigit peccatoris, idque significat diuina Scriptura dicens, peccata nostra contra nos ipsos clamare, petentia iustitiam. ho.2. n.37.38. Et committente aliquo vnum mortale peccatum, ad huius instantiam datur contra eum sententia. h.13.n.41.42. Caue igitur ne aliquod peccatum te accuset vnum enim solum sufficit non tantum vt Deus te non absoluat, sed etiam damnet. Vnus Amalecites, quem Saul reliquit, ei vitam abstulit. Mirabile mysterium. ho.13.n.66.

XXXVII. *Nemo te* &c. Caue ne propria conscientia te damnet. Ista enim vocatur à D. Chrysost. *Accusatrix perpetua.* h.37.n.64. Notatque Spiritus S. quod in iis quæ agis, nihil te puriori tractet veritate, quam propria conscientia tua, quam S. Chrysostomus iudicem dicit incorruptum. Quando enim de aliquo consultas, desiderans tibi ad libidinem responderi licet talis sit responsio, ipsa conscientia tua te accusabit, & ad portam animæ tuæ pulsabit, vt Deus Caino dixit. Vtilis doctrina. ho.37.n.54 & 64.vsque 67.

XXXVIII. *Noli amplius peccare.* Sit tuum remedium stabile ne lachrymæ tuæ sint vt stultorum Ægyptiorum, ridiculæ. h.40.n.10.11. Ne sis vt canis, & rangens mortuum. ho.43 n 67.vsque 70.

DOMINICA QVARTA QVADRAGESIMÆ VLTRA

HOMIL. XXVII.

I. *Abiit Iesus trans mare Galilææ quod est Tyberiadis.* Ioan 6. Hodie miraculum colimus inter alia præclarum à Domino patratum, quo copiosum ministrat victum & alimentum quinque panibus hominum ex quinque panibus hordaceis & duobus piscibus sicut in opere creationis, siquidem omnes creaturæ æqualiter demonstrent Dei omnipotentiam, quia tanta requiritur potestas ad vnius muscæ creationem, quanta ad productionem vnius Seraphim. ho.2.n 39 & h.25. n.28 Nihilominus illas inter se conferendo, quædam sunt graniores aliis valde notabiliter : ita in opere reparationis mundi per Christum impleto, omnia opera sunt æqualia si diuinam spectes potentiam, modumque operandi propria virtute : attamen inter se collata quædam aliis præcellunt, sicut in cœlo stellato, quamuis omnes stellæ opera sint diuina, sunt tamen aliæ aliis maiores, quæ clariori fulgent luce & dicuntur stellæ maioris magnitudinis : ita dicendum in miraculis Christi inter primaria locum habet signum hodiernum, miraculum plenum in substantia, in modo, in loco, in populo, in abundantia, ita vt tota multitudo quæ tanta con-

fluxerat propter illud Christum agnouerit & confessa fuerit Messiam & Prophetam à mundo desideratum. h. 32. n. 1. 2.

II. *Abijt Iesus trans mare Galilææ.* Secessit Dominus noster de Iudæa, mortem intelligens quâ Rex Herodes Baptistam virum insignem affecerat, de quo etiam sibi renuntiatum audierat quod necem suam machinaretur. *Herodes vult te occidere.* Subduxit se non quasi vecors animi qui totam in se diuinam continebat omnipotentiam, sed tamquam magister noster qui sibi tutus nostra timet pericula, quo nos doceat licitum esse Christiano tempore persecutionis latebras quærere. ho. 36. n. 14 15. Et ipse pericula formidans & fugiens, cogit nos illa formidare illaque fugere, de quibus eleganter D. August. ibid n. 16. vsque 29. Quod si ille qui de se securus est, timear, tu time in periculis, licet animum in te sentias D. Petri. ho. 43. n. 12. vsque 21. & n. 25. vsque 30.

III. *Sequebatur eum multitudo magna quia videbant signa quæ faciebat* &c. Non multum erat quod eum tanta nunc turba sequeretur, nec miramur quod gratias illi referrent quando tanta suis asseclis conferebat beneficia, curans languores eorum, famique succurrens, pluris fuisset illum sequi captiuum, flagellis cæsum sputisque deturpatum. hoc discipulis indicauit D. Ioan. vt notat D. Gregor. cum enim coram illis præclara fecisset miracula, subiungit *Beatus qui non fuerit scandalizatus in me.* q. d. non erat adeo multum illum magnificare, & in illum credere miracula facientem sed beatus ille foret qui in scandalo crucis nullum pateretur scandalum atque feruente passione eius fidelis illi adhæreret. hom. 31. num. 5. Signum perfectæ non est fidelitatis Deo seruire, illumque sequi quando in te opera perficit tibi in beneficium, si ad potum aquæ amaræ deficias, sicut in sacrificio zelotypiæ. hom. 30. num. 6. vsque 9. Fidelitas Sanctorum declaratur & confirmatur in eo quod nulla possit illos aduersitas remorari, ne Deum sequantur ne illi seruiant Sanctamque eius legem obseruent & sicut huius doctrinæ magister se ipsum vobis Paulus proponit aquas bibentem tribulationum amari limas nec ob illas deferuentem, quatenus illum nos imitemur, ibid. num. 8.

IV. *Sequebatur eum multitudo magna quia videbant signa* &c. *super his qui infirmabantur.* Modo illum sequuntur dum facit quod illis bene placet, & mirabilia in ipsorum vtilitatem, sed confestim post hoc miraculum, ad tantillam difficultatem quam perceperunt in doctrina quam publicabat fundatam in hoc miraculo, agens de cibo spirituali, quem deberent optare, potissimum autem Sanctissimum Sacramentum à se instituendum, ita turmatim omnes illi terga verterunt vt illum plane destituerint, imo nonnulli qui iam eius numerabantur discipuli, vt solus cum Apostolis suis remanserit, quos ita quoque vidit commotos vt illos interrogauerit. *Numquid, & vos vultis abire?* Etenim ordinarium est in facilibus Deum sequi, & quamdiu nulla turbat difficultas quâ percepta familiare est illum deserere, atque ex illorum esse numero de quibus Saluator. *Ad tempus credunt & in tempore tentationis recedunt.* Qui vero constantes permanent nullam vertit difficultatem, illos Dominus magni facit illisque promittit sedere ad mensam suam *Vos estis, qui permansistis mecum tentationibus meis, & ego dispono vobis* &c. *vt edatis* &c. Pauci sunt isti, & illud in te ipso considera: idcirco tanti fecit latronem vt beneficium conferret illi adeo singulare quale cunctis conspicuum est. h. 44. nu. 39. vsque 47. Quia singularis viuaque fuit eius in Christum fides eo quidem tempore quo minora faciebat signa quam viuens fecerat. ibid. numer. 30. vsque 34.

V. *Subijt in montem Iesus* &c. *Et cum subleuasset oculos vidit quia multitudo magna* &c. Populum conspexit aduenientem ex hac & altera parte, omnesque fame & penuriâ laborantes: hoc etenim est quod iustos demulcet illum sequentes, quod penuriam pallos, famem & persecutiones, illos fixis oculis intuentur. Per hoc primo spem eorum fouet, quasi filius fideret aduersitate pressus scieus quod à Patre, qui potest illi subuenire, attentius conspiciatur. Illos considerat gauderque non modice, quod ex fame non deficiant, sed in eius sequela perseuerent: hoc enim diuinis oculis spectaculum est acceptissimum ho. 4. n. 29. vsque 33. Et hoc etiam robur ingerit & alas de quibus sponsa. ibid. num. 34 vsque 37. statuit nos in mundo Deus velut in arena ad dimicandum. debetque nos animare consideratio quâ scimus quod Deus nos aspiciat, quod sponsa declarauit iam præcincta ad prœlium. *Quæ est ista* &c. *terribilis vt castrorum acies ordinata?* Vt autem veram obtineret fortitudinem à sponso hoc efflagitat quamdiu pugnat in stadio oculos ab illa diuertat. *Auerte oculos tuos à me:* Legit autem D. Gregorius Nyssenus: *Auerte oculos tuos ab aliis propter me, quia ipsi me euolare fecerunt.* ibid. n. 33. 34.

VI. *Cum subleuasset ergo oculos Iesus, & vidisset quia multitudo magna,* &c. Hiccine Domine oculos tuos coniicis in hanc pauperum multitudinem, qui omnes à te petituri conuolarunt? Sufficeret vt aliquis ex illa multitudine, si sciret quod ad ipsum venirent, centum leucis longius aufugeret: quid plura? hoc est discrimen inter oculos Dei & hominum, vt hi eo se non dirigant, nisi vbi sit aliquid ex quo lucrum reportent & recipiant; oculi vero Dei, vbi paupertas est & penuria, cui subueniat h. 30. n. 15. & seqq.

VII. *Cum subleuasset oculos,* &c. Quo tempore possint reuelari pauperes oculos suos aperit, vt illos intue-

intueatur, atque in illos defigat: hoc enim Deo proprium est, sicut tuis valde familiare, illos auertere vbi possunt pauperes manifestari: nam idcircò canit Propheta Regnis Deo: *Tibi derelictus est pauper.* ho. 10. numer. 31.

VIII. *Misereor super turbam.* Totam illam intuitus est multitudinem, nec visus eius exteriora tantum eorum inspexit, sed ad intima vsque cordis penetrauit: quo famem agnouit, quâ premebantur, & inopia quam patiebantur, & hæc cor eius vulnerauit. Arbitrati sunt Stoici, imperfectionem esse, & animæ infirmitatem, compassione moueri & dolore ex alienis calamitatibus: portò docuit Christus, potius attribuendum imperfectioni illa non moueri, & cor habere obduratum, quod non mœrore moueatur ex conspectu aliorum infirmitatum. hom. 31. nu. 56. & ho. 42. num. 40.

IX. *Misereor super turbam.* Lancinabant cor eius turbæ illius extremæ necessitates: sicut in alia occasione dicit Euangelista, quod intuitus pauperum inopiam, languores & calamitates: *Misertus est videns eos sicut oues sine Pastore.* Nam absque dubio peruadunt animam eius nostræ tribulationes, non quod illas nunc sentiat: sed quia in suis viscera habet misericordiæ, quæ taliter illum exstimulat, vt hæc ad lacrymas illum in morte Lazari commoueat ho. 32. n. 65. & 67.

X. *Cum sublevassit oculos & vidisset, &c. Misereor super turbam.* Bonum benignitatis argumentum, quam corde seruabat: nam quod oculis concernens aliorum miserias, non moueatur, indicium est nullam esse in corde misericordiam vt probat D. Ioan. ho. 16. n. 11. & sequentibus.

XI. *Dixit ad Philippum: vnde ememus panes?* Prudentissimus agendi modus, quo pauperibus subueniatur, fiatque eleemosynæ, vtros consulere misericordes, nam vt latè confirmat Spiritus Sanctus consilia magna petenda sunt sapientia, sed ab iis qui hoc dare possunt in materia quam proponis. hom. 37. num. 37. Infortunium diuitis, de quo Christus, hoc fuit quod in concilium ingressus consiliarios, aduocauerit propriam suam auaritiam & libidinem. Casus natatu cignus, ho. 39 n. 16.

XII. *Vnde ememus panes?* Domine an hoc quæris? Attende quod te periculo exponas quo de tua quis dubitet sapientia. Ne miteris, monet D Ambrosius hoc enim agit vt toti mundo sua patefiat misericordia, & solicitudo qua studet subuenire sibi seruientibus: nec hoc illi refert, vtrum ignorans dubitet de sua sapientia, modo nullus de sua dubitet misericordi. h 18. n. 56. Ita fecit in morte Lazari, licet præsciret, nonnullos ex hisce lacrymis credituros illi potestatem deesse quâ Lazarum ad vitam reuocaret. Paucæ de pauperibus percunctationes, & qua ratione possit illis subueniri, & puella adiuuari, modicam tuam charitatem arguunt & misericordiam. ho. 32. n. 69.

XIII. *Vt manducent hi.* Optima ratio: curam habent illi de me, suamque in sequendo testantur voluntatem ratio suadet, & eorum ego curam suscipiam: non enim illi mei gratia debent plura facere, quam ego ipsorum intuitu. Hoc de Deo opinare, quod ea mensura quâ de eo fueris solicitus ipse de te erit solicitus, quod est solicitudinem tuam efficere mensuram illius. ho. 25. nu. 50. 51. Et clarè probauit in Dauid, Lot & aliis. ibid n. 56. An æquum est vt dum tu Dei non recordaris, velis vt ipse tui Deus recordetur: & dum ne quidem ad passum progrederiis in eius obsequio & sequela, cupias vt pluribus festinet ad tui commodum: speculum est, talisque tibi futurus qualis illi tu. ibid.

XIV. *Vt manducent hi.* Hæc proprio est misericordiæ solicitudo, quæ de præsentibus anxia est indigentibus, & miseriis quæ oculis conspicit. Nonnulli de pauperibus tantum soliciti sunt futuris erigendo hospitalia, fundando eleemosynas, pauperibus in futurum & quamuis illud vt bonum approbemus, porrò si necessitates vrgeant præsentes, & te misericordia non moueat, vt illis succurras, falleris si credideris eam esse quæ te mouet vt illis subuenias: etenim hic congiuit D. Ioannis argumentum: qui pauperis non miseretur, quem oculis suis cernit præsentem, quomodo miserebitur eius quem non videt, & qui post centum victurus est annos? Vnde timeo ne tales sæpius non moueat misericordia sed auaritia, qua cupiunt pecuniis frui & facultatibus quamdiu vita superstes fuerit. ho. 16. n. 3. vsque 18.

XV. *Hoc autem dicebat tentans eum.* Tentat frequenter Deus vt homines nosipsos cognoscamus nec nobis fidamus: sæpè etenim quando nobis videmur fortiores sumus infirmiores, & casui viciniores, vt videmus in D. Petro. ho. 43. n 25. & sequentibus. Et numquam eris securior quam dum minus tibi tuæque confidis virtuti: cape experientiam in D. Philippo. ibid. n. 28. 29.

XVI. *Tentans eum.* Quæstionem hanc Dominus proposuit tentans, vt ex responsione, quam daturus esset & hic & alter Apostolus, euidenter constaret, nullum adesse panem, nec vnde comparari posset, quatenus per hoc pateat, quod panis qui ministratur virtute diuina multiplicati. h. 10. n. 31 ho. 32. n. 75.

XVII. *Tentans eum.* Vt video tentat illum Christus eadem tentatione, quâ & ipse à diabolo tentabatur, dicendo: *Si filius Dei es*, quod aliud nihil fuit quam illi proponere considerandum, quam malè Deus illi subueniret: cum illi seruiendo, ad finem quadraginta dierum, nec quidem fructum haberet panis, nisi durissimos lapides: atque idcirco voluit Dominus tentari

tentari vt ori tuo responsum ingereret : *Non in solo pane*, &c, etenim ordinaria tentatio dæmonis est, qua Dei famulos sic interrogat. *Vnde emamus panes.* ho. 5. num 28. 29.

XVIII. *Dixit ad Philippum : vnde emamus panes?* Deficiente pauperibus alimento Dominus primo ab Apostolis quærit, vnde sit illis prospiciendum : sunt etenim illi potissimum obstricti, vt curent, & inquirant de pauperum alimonia, sicut Apostoli faciebant : nam idcirco Dominus in Ecclesia sua decreuit, vt Sacerdotes sint cœlibes, nec alios præter pauperes habeant filios qui in ipsis nidificent, vt dixit Dauid. hom. 24. num. 13. 14.

XIX. *Ducentorum denariorum panes*, &c. Supponit primo panem non esse, & secundo quamuis ducenti parati essent denarii, non sufficerent, declarans impossibilem esse de alimonia prouisionem. Dicit quidam Euangelista, quando Apostoli cum Christo nauem ascenderunt, obliti sunt panem sumere : ita namque repleti fuerant & attoniti ex doctrina Christi vt non recordarentur de panibus sibi prospicere. ho. 23. n. 13. Valde frequens est iustis temporalium obliuisci quia spiritualibus curandis toti incumbunt : contrario modo faciunt mundani. ibid. n. 23. 24

XX. *Ducentorum denariorum panes* Quam turbatus fuit D. Philippus, computum suum faciendo de ducentis denariis ex quibus panis possit comparari, pauperes autem numero essent quinque millia : & tu similiter turbaberis si rationem incundo tantum habeo, tanti sumus, tantum huic requiritur, tantum isti, & non inuenies quod sufficiat quo pauperi succurratur, Vtinam tibi tantum proponeres Dei promissum : si subuenias egeno, non tantum tibi non deerit aliquid, imò multum supererit : vtinam cum Dauide sic loqueteris : *Non cognouili litteraturam, introibo in potentias Domini.* Quod alii legunt : *Non cognoui numerationem* ho. 30. nu. 34. Vidua Sareptana siquidem in principio computum hunc fecerit : fames valida, & modica farina, & qui alendi sunt multos habeo, quando tamen Elias illi proposuit quod Deus hoc illi dicebat, totam quam habebat farinam illi erogabat, quo factum est vt numquam indigeret. h. 21. nu. 56.

XXI. *Est puer unus hic.* Proponit D. Andreas puerum qui quinque panes & duos contulerat pisces quos Dominus ad se iubet adferri. An ergo Domine miraculum non fuisset multò præclarius, si cuncta de manibus tuis erogasses? perpende beneficium nobis præstitum : vult etenim vt adsimus cum eò quod habemus ad miraculi patrationem, nosque vult habere socios vt cum illo pariter operemur, idque ad honorem nostrum, vt dicere possit Apostolus : *Dei adiutores sumus.* Imo per hoc probatur solum Deum perfectè esse liberalem : doctrina hæc prodit ex D. Chrysost. hom. 25. num 45. vsque 50.

XXII. *Facite homines discumbere.* Ecce quam sedulo consulere & excipere studeat eos qui ipsum sequuntur : etenim vt delicias ostendat quibus in cœlo suos excipiet seruos eodem vtitur termino : *Facite eos discumbere.* Quid Domine, panes illis daturus hordeaceos iubes vt discumbant, & illæ sunt deliciæ? Ne cogitaueris quod Deus male suos excipiat, imò potius illos manu recreat ita plena vt omnium terrenarum obliuiscantur deliciarum sicut patet in Samaritana. hom. 25. num. 92. & Arnulphi Monachi factum declarat, qui in pane tribulationum hordeaceo tantas expertus est delicias vt planè obstupesceret. hom. 30. n. 48. vsque 51.

XXIII. *Distribuit discumbentibus quantum volebant.* Hoc de Deo tantum testari licet : quamuis enim tota conueniat creata natura, & quidquid mundus comprehendit, totumque tibi tribuatur, non dabitur tibi quidquid tua concupiscit voluntas : etenim capacitas eius est infinita, & quidquid creatum est & Deus creare potest, finitum est : vnde solus Deus largiri potest quidquid voluntas potest concupiscere. hom. 11. n. 27. h. 12. n 25.

XXIV. *Quantum volebant* An ergo pane hordeaceo aspero & insipido satisfit illi quod voluntas potest desiderare? Vtique : hæc enim ea est diuinæ suæ manus efficacia, quâ in ipsis tribulationibus tribuit quietem : hoc etenim promisit : *In hac vita centuplum cum tribulationibus.* hom. 30. num. 48. & seqq. Panis autem ille hordeaceus transiens per Christi manus, tantam contraxit dulcedinem, vt nulla creatura posset habere suauiorem. Hoc habeo ex D. Domasceno : cum enim Christus, manibus suis sumpsit tribulationes molestias & crucem, saporem illis indidit Deificum, quo electis sunt suauissimæ. hom. 36. num. 9. vsque 12.

XXV. *Post quam impleti sunt.* Liquidò constat cibos esse à Deo exhibitos, nam satisfaciunt & replent : etenim mundi fercula nullam habent substantiam & merus sunt ventus quæ implent quidem, sed nec alunt nec satisfacinnt vt patet in Salomone & Naaman. h. num. 19. vsque 25.

XXVI. *Impleti sunt*, Hoc dici non potest de mundi carnisque deliciis, vt expertus est prodigus : quantumuis enim comedebat numquam satiabatur, quin imò semper : *Cupiebat implere ventrem de siliquis.* Stultitia erat illa satis magna : nam si siliquæ porcorum poterant ventrem implere non tamen hominis, qui est anima eius voluntas. ho. 18. n. 37. & seqq. hæc fercula, sunt aquæ illæ quas dixit Christus communes hominibus & iumentis, & si homini satisfaciunt secundum quod animal est, non tamen secundum quod homo. ho. 41. num. 76 vsque 88.

XXVII. *Colligite qua superauerunt fragmenta.* Ecce qualiter ex eleëmolyna non minuatur facultas; sed quantò fuerit hæc effusior, tantò plura superabunt: idcirco tam pauca domi tuæ supersunt. quia tam pauca pauperibus erogantur. homilia. 21. numer. 57. Donum Dei magnum est pauper tibi missus vt bona tua accrescant. homil. 25. numero 70. vsque 77. huc retrue conceptum.

XXVIII. *Collegerunt duodecim cophinos fragmentorum* Habes hic quis effectus oriatur quod Deus huic interueniat actioni, petens quinque panes huius pueri quos tantâ redditabundantia, quanta testatur abundantia: adhoc enim petit Deus vt tibi eroget abundanter, ho. 25. n 43. vsque 60.

XXIX. *Vt viderunt, quod fecerat Iesus signum, dicebant: quia hic est vere Propheta.* doctior erat turba hæc in SS. litteris quam Scribæ & Pharisæi, quandoquidem cognouerint quod signa quæ Christus faciebat in subsidium pauperum & laborantium: nam illa erant quæ Prophetæ expresserant: porro Scribæ & Pharisæi signa petebant in aere quæ non commodum, sed parerent admirationem & idcirco illa Christus dare recusauit ho 8. numer. 19. vsque 47. fuerunt illi Christo nequiores quam Saul Dauidi. homilia 39. numero 11. quos congruè vocat Dauid: *Arcum praunum.* ibidem numero 9

XXX. *Vt cognouit, &c. facerent eum Regem, fugit, &c* Mirabilem nobis Christus præscribit lectionem ad finem continuij docens prælaturas, dignitates & maioratus non esse bonos sed fugiendos. homil. 15. nu. 37 vsque 43.

QVARTO DIE LVNÆ QVADRAGESIMÆ VLTRA HOMIL. XXVIII.

I. *Prope erat Pascha Iudæorum, & ascendit Iesus Hierosolymam, & inuenit in templo vendentes boues, &c.* Ioan 2. Hæc historia contigit primo anno prædicationis Christi: nam ascendens in templum illudque cernens profanatum flagris eiecit omnes eius violatores. Simili actu alio suam complebit prædicationem; Dominicâ Palmarum: etenim solemni illa supplicatione qua receptus fuit, procedens ad templum illudque pollutum inueniens, idem fecit quod primus primo die Martis Quadragesimæ Itaque flagris suam orditur prædicationem eique finem imponet Mirandum est, sed ita fieri oportebat: etenim sæpè notat Spiritus sanctus seruum nonnisi flagris lorisque tractandum: vt enim cor habet Domino suo refractarium, quælibet noxet illi benignitas: tales sunt multi: non enim Deo conueniunt ac seruiunt nisi manibus flagrum præferenti: sunt enim impudentes si delitiose nutriantur. Quid expostulas quod nonnisi flagra domi tuæ experiaris, An non inchoas, prosequeris, & finis nunc fame, nunc pauperrate, nunc pressus infirmitate, atque ad minimam benignitatem qua te Deus recreat, nulla sunt tuæ frœna libidinis, illam etenim toto prosequeris appetitu: igitur vt cum onagra tecum est agendum. ho. 9. n. 10. vsque 14.

II. *Propè erat Pascha Iudæorum, & ascendit Iesus* Nunc ascendit Dominus anticipatiuè ad Pascha: aliàs nobis idem Euangelista refert quod ascenderit: *Iam die festo medio,* Dixit Dauid de Christo: Arbor est diuina quæ fructum suum dabit in tempore suo: nunc ascendit anticipatiuè, & præuenit Pascha vt templum à sordibus expurget, quatenus celebretur, vt ratio suadet docens ad rite celebrandum festum requiri vt præueniamus & nos præparemus, templum animæ nostræ emundando quatenus id quod in illo festa acturi sumus, Deo sit acceptum: Dolendum enim est, te perdere merita tua, quæ possent opera tua bona promereri, quia anima tua sordibus est polluta peccati mortalis, quod quamdiu in ea residet, nullum potest opus fieri Deo gratum nec cœli meritorium, vt figuratum est in Ichaboth nepote Heli. ho. 13. n. 7. 8. ex alia parte al às se cohibet. quando rationes occurrunt particulares conuenientiæ, quo documenta tibi prælegit insignia. ho. 29. n. 45.

III. *Propè erat Pascha Iudæorum & ascendit Iesus Hierosolymam, &c.* Mos erat nonnullis piis personis testeD. Ioan imminente iam Paschate quibusdam diebus ante ascenderent Hierusalem, continuo permanentes in templo, seque præparantes piis quibusdam exercitiis ad Paschæ celebrationem. Hoc tibi faciendum incumberet & maiorem referres fructum quam nunc; Sed dolendum est te non solum hoc non agere. sed aduenient Paschate totus occuparis in cultu corporis, expediens autem foret te facere quod Angelus præcepit Esdræ faciendum. h. 34. n. 3. 4.

IV. *Inuenit in templo vendentes oues & boues & columbas.* Totum hoc auaritiam redolebat mercatorum imo & quorumdam Sacerdotum qui cum illis conspirabant & inibant societatem: etenim scientes festum adesse Paschatis in quo plurima erat multitudo vaccarum, ouium & columbarum quæ immolabantur, non paruum iudicabant illi fore lucrum si hæc animalia parata haberent circa templum imò in templo suis lucris agendis: vnde agendo de Paschate hanc lucris suis præmittebant animalium adductionem. Quis non miretur quam apertos habeant homines oculos suos ad lucrum, & quantâ studeant huic diligentia: etenim illi soli intendunt, & oculos suos in illud dirigunt, vt declarauit Angelus Zachariæ in amphora illa

quam vidit dicens quod in illam omnium mortalium oculi essent collimati per vniuersam terram h.30.n.16 Multum differunt ab his oculi Dei : etenim vt dixit Zacharias solum attendunt hominem eiusque vtilitatem & sicut homines à mille lencis conspiciunt & præueniunt id quod ad proprium spectat lucrum, ita Deus id quod hominem concernit eiusque saluationẽ. ho. 4 n. 37. & 38.

V. *Inuenit in templo vendentes boues & oues*, &c. Quam solliciti sunt vt suis studeant lucris, dum tempus ad hoc vident opportunum, eò quod multi confluant mercatores, quod si hanc negligant occasionem, iudicant se manibus vacuis recessuros. Pari decoret te cura præuenire cœli festum, quandoquidem scias quod nisi plures attuleris merces manibus mansurus sis vacuis : faxit Deus vt ea diligentia quâ lucrum sectaris quatuor assium temporalium, lucrum intenderes æternorum Optimè dixit Spiritus S. hoc tibi confirmans: *Si quæseris eum quasi pecunias.* &c Hoc tibi maximi referret si eam præmitteres diligentiam quam Ioseph tempore fertilitatis in tempus sterilitatis. ho.36.n.44. saltem age quod Iacob vt ex tanta diligentia quâ diuitiis intendis corporis, aliquam adhibeas animæ, quæ pluris tibi refert ho.21 n. 36 ho.36. numero 41.

VI. *Inuenit in templo vendentes boues & oues*, &c. Ecce quam pius populus & quibus occupent templum Nullus loetus ita quietem ac templum exoptat : est etenim locus orationis, hæc autem requirit ab iis secessum quæ pariunt distractiones, sciens autem Dominus populum hunc pueros imitari moribus, quos qui libet passerculos distrahit, templum suum ita voluit omnibus vacuum, vt nec imagines in eo permitteret, & si quæ erant iussit velo contegi, & nec quidam illas Deo permittente, tantas ipsi introducunt mouentes distractionem, vt templum mutent in forum boarium. Ne quæras in templo quæ te distrahant tenim de illis te subducens ad maximè intima cor tuũ inuenies te quasi in medio fori eamque patieris, quam Abraham in suo sacrificio, difficultatem. ho 42. n. 73. vsque 77.

VII. *Inuenit in templo bouis & oues.* Considera quam appositè populus hic a Domino vocetur. *Generatio prauа*, vt enim recto cuncta agantur ordine particularia sunt singulis loca constituta : forum publicum negotiis sæcularibus quæ homines inter se tractant: templa rebus dicata spiritualibus, in quibus agitur cum Deo per orationem: sed hæc omnia transmutant illi : etenim orationes & negotia spiritualia in sotis agunt maximè publicis: *Orant in angulis platearum* &c. & negocia stipulationes ac venditionis contractus in templo perficiunt: quo patet quod diabolus regnet in illis cui nomen est: *Exterminans*, qui cuncta suis euellit cardinibus : Christus autem suo statuit ordine sæcularia templo exturbans homilia 19. numero 28. 29.

VIII. *Inuenit in templo.* Miserrimus ille populus cui omnia vertuntur in damnum : etenim opera bona orationis faciendo in templo producunt ad angulos platearum vbi illa spectantium oculi corrumpant homil. 1. nu.39. & sequentibus. Infelices filij mulierum Hebræarum, qui conspectui patebant oculorum Pharaonis: in illis etenim lex illa rigorosa executionis mandabatur & in fluuium demersi præfocabantur : illi tantum felices quos natos illorum oculis eripiebant: vita quippè filij Hebræorum non diutiùs durabat, quam ab ortu suo latebat absconditus : nec minus infelicetit operis boni filius quem pepereris, si producens ad lucem illum oculis exponas mundi, opus bonum faciendo quo suffragium plausumque mundi aucuperis : præfocabitur enim & omni meritorum vita priuabitur, quod in tantum meritorium erit & vtile, in quantum illud feceris vt soli Deo placeas, abscondens illud oculis placendi hominibus. Conceptus hic tribuitur D. Gregor Nyssen. ibid.n 29. Dauid à Deo postulat : *Auerte oculos meos, ne videant vanitatem*, vanitas quippè est mundi gloria, quæ solam habet apparentiam non verò substantiam, & forent opera vana atque ab omni fructu vacua, si ea fierent in oratione : vt autem illa Dauidis talia non essent petit à Deo : *Auerte oculos meos*, &c. ibid. numer. 32. Dum autem sæcularia agun ur in templo, redduntur illi sacrilegi, ita vt fora & templa illis omnia malè cedant vt Saüli de quo dicitur : *Quocumque se verteбat male agebat* ho.32.nu.41 vsque 45.

IX. *Inuenit in templo vendentes oues* Quamuis hæc animalium circa templum addictio, bonum habeat principium, illud tamen illicò verterunt in sacrilegum hoc proprium est hominibus h.7.n 32.

X *Vendentes boues & oues* Pessima fuit hæc illorum iniquitas qui sub nomine benefaciendi sacrificantes illos deprædabantur: quocirca D. Cypr. illos appellat fures honorarios, & Amos latrones vncinorum. ho.7. numer.36. & seqq.

XI. *Vendentes boues & oues.* Horrendum profecto crimen bysso virtutis vestire sacrilegium: petores sunt Sacerdotibus Bel qui alteris titulo sua furta palliabant. ho 7.n.38.39.

XII. *Et cum feciſſet quasi flagellum.* Iustè Dominus indignatur flagrum arripit, videns templum erectum in sedem locumque gloriæ Dei immundis repletum animalibus, redactum in forum omnigenis repertum mercibus. Hinc tuam collige culpam: cum enim anima tua templum sit principale Dei, quam ideirco condidit vt in ea moraretur, eamque gloriæ suæ Domum efficeret, tanto eminentiorem, quanto

rò prævalet temporali spirituale : illam tamen habes vt sentiam abominationum vbi sedem habent omnia immunda animalia quæ dixit Isaias, nominatim autem pilosi & quos Esther vocat irrisores. hom. 41. num.55. vsque 59.

XIII. *Cum fecisset quasi flagellum.* Merito stomachatur contra te Dominus, & manibus flagellum arripit, eo quòd legitimum eius violes templum. Sumpserat hoc Dominus contra violatores templi Hierusalem & mirabus est Ezechiel quod Deum videat officio fungentem ita alieno à sua misericordia, quale est flagro cædere & agere carnificem. Aperit illi Deus oculos, tantasque cernit abominationes vt censeat ita iustum hoc flagellum, vt maximè seuerum supplicium iudicet misericordiam. Vtinam tibi Deus aperiat oculos, quibus videas immunditias quæ in animæ tuæ templo detines vt de te illud verificetur Isaiæ : *Cubile draconum, pascua struthionum, ibi cubauit lamia, &c.* Hæc verba sæpius expendit D. Gregorius, h.38. n.27. & h.39. n.25. hoc Deum impellit flagrum arripere quo te puniat : tibi namque imperat : *Auferte ista hinc.* Nam idcircò te percutit infirmitate & paupertate vt illis te purificet. ho.10. n.30. & seqq. scito hæc casu non contingere quæ pateris : ideò enim vocantur à Propheta sagittæ lucidæ. hom.32.num.39 40 idcirco te formari iubet vt argentum Hieremiæ. ho. 13 num.41. & hom.37.num.69. & ollam Ezechielis: placeat Deo non iisdem maneas infectus immunditiis hom 20.num.30.

XIV *Fecit quasi flagellum.* Erat huius vitæ supplicium vnde non erat pertectè flagellum, sed tantum figura : tales etenim sunt huius vitæ tribulationes, tantum apparenter. Deus te præseruet à futuræ vitæ calamitatibus, hic est enim ignis vitus & vermis. ho. 6. num.59. vsque 64 ibi namque vera sunt tormenta eaque talia vt de illis dici possit illud quod de gloriæ cœlestis gaudio dicitur · *Nec oculus vidit, &c.* ho.16. num.40.41. illa describit Isaias in valle Tophet. ibid. num.43. & flagra sunt quæ si consideres sufficient vt patienter perferas quidquid in mundo cogeris tolerare. ibid.num.44.45.

XV. *Mensas nummulariorum.* Non satis erat Domino pecuniam spargere per terram, sed etiam mensas euertit in quibus erant, & subuertebantur : non enim sufficit vitare peccatum, nisi etiam occasiones fugias quæ illud sustentant vt fecit Isaias. hom.10. num.46. 47. & complendum illud eiusdem Prophetæ : *Non stabunt luci & delubra.* hom.28.num.99.

XVI. *Fecit flagellum de funiculis.* Ex ipsis funibus quos adduxerant parauit flagellum quo puniret illos : ne timeas à Deo te castigandum si tu funes non componas, qui sunt peccata tua. Tu ipse tibi per peccatum noces, eoque tibi comparas supplicium : non enim Deus propria ductus voluntate hominem occidit : ipse namque sibi mortem accersit per peccatum, sibi grauius inferens damnum quam omnes creaturæ & ipse Deus possent inferre. hom.13. n.28. vsque 36. vt hoc Dominus indicaret, in morte Lazari lachrymatus est. hom 32.n.67.

XVII. *Cum fecisset quasi flagellum de funiculis.* Tuis Deus te flagellat peccatis, quandoquidem videas quòd illis inhærendo, ex ipsis tibi promanent infirmitates, inopia, dedecora, sicut filio prodigo, & hoc Deus implet : *Malitia tua corripiet te.* hom. 18. num.49.50.

XVIII. *Recordati sunt discipuli, quia scriptum est : Zelus domus tuæ, &c.* Feruebat Christus : zelo honoris Patris sui contra eiusdem violatores. Optimus filius qui si talis sit primo fiduciam ingerit & securitatem vt semper ad Patrem valeat accurrere, ad ea quæ desiderat. Secundò mouetur vt honoris paterni curam habeat. Hoc agit Christus : primo namque ita Patri suo fidit vt dicat : *Pater scio quia semper me audis*, & secundo honorem tuetur Patris zelo feruens ardentiori. Magnum à Christo beneficium accepimus, dum nobis indulsit vt Deum toto pectore Patrem inclamemus. Primò vt nostram excitet fiduciam, quando ora nostra illi proponamus. hom.42. numer.83. vsque 86. Secundò vt acriùs nos moueat ad tuendum eius honorem, & ea quæ eius spectant obsequium quasi propria habeamus, sicut filius ea quæ Patris sui sunt : nam quia Pater noster est, nostra sua reputat. hom.22. num 14. vsque 21. non se filium ostendit Dei legitimum qui non vt proprias sentit offensas Deo illatas Patri suo, & quemlibet impellit Christianum ita illas sentire, videre creaturas insensibiles, & omnis cognitionis expertes, quantum senserint offensam Christo in morte sua illatam, vt faciem quasi auerterint quasi tantum non possent ferre dedecus suo iustum creatori : quantò magis debet sentire Christianus & ferre grauiter : qui Dei filius est, videre ipso spectante Dei honorem offendi. ibid. num.16. hinc collige quam paucos habeat Deus veros filios, cum tam pauci sint inter nos qui graviter ferant commissa contra Deum etiam grauissima crimina : atque de hoc ipso teste Isaia Deus conqueritur de nobis. ibid.num.15.

XIX. *Quod signum ostendis nobis?* Sicut illud erat ex primis operibus Christi, nam nondum se manifestauerat, turbat it admodum infelices illos, & nihilominus quamuis viderent illum esse pauperem & abiectum, non illi audebant grauiter exprobrare : radios enim de se ita claros emittebat vt eos perterreret, nec hoc adeò multum te charitate accendens flammas zeli adeò feruidas, talem illæ de se lucem

XX. *Quod signum ostendis nobis?* Liquidò constat illos non esse ex quibus Dei, quandoquidem illæ cum ipso non contendant nec rationem exquirant, sed simpliciter obediant, dictis fidem adhibendo & præceptis obediendo. h.37.n.24.vsque 27.& n.28.29. Vir iustus semper dum Dei sentit flagellum, tacet vt Dauid: *Non aperui os meum*, quia sibi semper persuadet quod sufficientes dederit per peccata sua rationes. ho. 30. n.31. & nouit quod omnes tribulationes ex diuina descendant dispositione ad gloriam suam nostrumque commodum. hom.32.n.38.& seqq.

XXI. *Soluite templum hoc.* Habes hoc supremum & principale signum quod illis dedit suæ resurrectionis. Quod etiam illis dedit petentibus ab illo signum: *Volumus à te signum videre*, vt autem mortem suam significaret vtitur verbo *soluite* quod cum aliis mysteriis tractatur. hom.48.& 49.

XXII. *Iesus autem non se credebat eis: ipse enim sciebat quid esset in homine.* Fuerunt hæc verba Saluatoris adeò efficacia vt omnes viderentur esse conuicti & superati: verumtamen non se talibus Dominus confidebat: perspecta namque illi erat hominis inconstantia: nec enim est in mundo nauis quam tam facilè ventus hic in illam agitet partem, & alius in alteram. h.4.n.13.& seqq. & quamuis Apostolus quis sit, mundi ventus vnicumque verbum illum timore concutiet. ibid. nu.12.13. atque idcircò sanctior magis timet. ibid. num.15. vsque 19. nec ipsi sancti sibi fidunt quamuis sibi videantur fortes, & ideò oc asiones fugiunt, in quibus nec ipse Petrus tot licet audax promissis, stetit immobilis. h.43.n.12.vsque 21.& ita ipsi sibimet non fidunt. ibid. n.23. & hoc illis compertum est quod quantò quis suam claritis infirmitatem agnoscit, tanto se magis disponat per gratiam & fortitudinem. ibid. num.28.29.

XXIII. *Iesus non se credebat illis.* Patres confessarij ad vos hæc dirigitur superscriptio: si namque Christus non fidit iis quæ homines illi promittent & addicunt, cognoscens quod data occasione sint lapsuri sicut realiter lapsi sunt, non vos fidatis quantumlibet multa vobis verba pœnitentes proferant si eædem vigeant occasiones: nam datis illis, etiam sanctissimi labuntur, vt patet in præclaris exemplis. ho.36.n.21. vsque 29. certo tibi prospice cum Principe Iehu: *tollite capita.* hom.31.num.70.

QVARTO DIE MARTIS QVADRAGESIMÆ VLTRA HOMIL. XXIX.

I. *Iam die festo mediante, ascendit Iesus in templum.* Videtur quod Dominus ex frigescat; etenim heri prævenichat festum, & ante illud templum ascendebat, hodie cum etiam sit festum Paschatis ascendit non solum quando iam incipit ac primis diebus, sed mediante festo: nihilominus semper agit prudentissimè, & singularibus motus rationibus, ascendit heri ad Pascha anticipatiuè templum purgaturus, vt illiceſcente Paschate templum ab omnibus sacrilegorum illorum sordibus emundaretur: hodie seriùs ascendit: quia sciens vt sciebat quod bile nimia in illorum erat desceſcerent, noluit illos ad primum ingressum acriùs irritare, sed vt eius absentia, & primis Paschæ gaudiis paululum cholera deferuesceret, illud implens vatis Abacuc: *Apparebit in bonum.* h.8.n.42. Omnes eius actiones nostris oculis manifestæ nobis erant in bonum: quodam tempore ieiunium celebrat adeò rigorosum vt eo superatus esset diabolum, quo nos arma doceat quibus illum superemus. hom.5.nu.16.vsque 22. alias pergit ad conuiuia ad bonum animarum, nempè ad domum Pharisæi, nos instruens qualiter sint acceptanda conuiuia. hom.38. numer.10.11. paritet imbuat peccatores quænam grata sint sibi conuiuia. ibid. num.12.& seqq.

II. *Iam die festo mediante, ascendit Iesus.* Quamuis Dominus ascenderit Hierusalem statim in principio Paschatis, latuit tamen absconditus & incognitus vsque ad medium festi: tunc etenim ascendit in templum iuxta illud à D. Paulo postmodum datum consilium: *Date locum iræ*: & idem dederat Salomon: *Ne succendas carbones.* homil 36.num.14.15. sed postmodum ascendit, tam vt officio suo prædicandi satisfaceret, quam ad vtilitatem eorum qui bonam habebant intentionem, atque ex eius doctrina lucrum referrent: talia namque conuenit esse opera tua bona, eo modo ad quorumdam vtilitatem vt non fiant ad aliorum detrimentum: quia nec sacrificia quæ sibi offeruntur, acceptat, si sint in præiudicium tertij. homil.23.num.53.& seqq.

III. *Iam die festo mediante.* Congruè describitur Christus per animal illud mysticum Ezechielis, quod licet videretur quadruplex, erat tamen simplex oculis vndequaque plenum, & ita vidit illum D. Ioannes in throno sub figurâ agni, & Ezechiel in lapide pleno oculis declarans quod de sapientia diuina dixit Spiritus sanctus: *Omnia prospiciens.* Hos & illos intuebatur, atque ex eo quòd expediebat non interesse huius festi principio latuit absconditus, atque propter eos quibus doctrina sua erat profutura, accessit mediante festo. Talis oportet vt sis, & vestem induat quam Deus decreuit oculatam. hom.28.num.26. quo prudenter attendas vt tali modo opera tua huic conueniant, vt alteri non desis: nam idcircò reprehenduntur Pharisæi qui docebant filios vt offerentes sacrificia oculos suos in Deum dirigerèt & à parentibus

suis eorumque auerterent necessitatibus, hom. 23. numer. 44. & seqq.

IV. *Quomodo hic litteras scit?* Inuidiâ tabescebant, & Domini doctrinam diabolo conabantur adscribere, sicut etiam eiectionem dæmonis, quo declarabant se à dæmonio possessos primo liuoris inuentore. hom. 7. num. 8.

V. *Quomodo hic litteras scit?* Inuidia malum est latens, & ex effectibus cognoscitur nempe turbatione in corde, & commotione in lingua: *Quomodo hic?* Argumentum hoc est D. Cyprian. Et hic appositè producitur. hom. 7. num. 10. vsque 15.

VI. *Quomodo hic litteras scit?* Per hoc declarando vt quamuis videretur in illis extincta inuidia, viua tamen adhuc ardebat: quia teste D. Ioanne primo Christum persecuti sunt ita vt Christus eorum cedens malitiæ secesserit in Galilæam vbi aliquamdiu latuit quo furor eorum quieuit & iam videbatur extinctus: *Et nemo de eo iam palam loquebatur.* Porrò vt illum viderunt eiusque doctrinam audierunt, quâ creuit ipsi auctoritas, cor eorum inuidiâ stimulatum turbabatur non modicè, & doctrinæ eius derogare conabantur: indicium sanè quod viua adhuc flagrabat inuidia: etenim bene probatur carbonem fuisse succensum licet cineribus opertum, si superiniecta illi medica aqua fumum emittat, atque in hoc tibi patebit vtrum verè peccatum in te deletum sit, quando tibi videtur quod eius nullam habeas memoriam. hom. 35. num. 6. vsque 11.

VII. *Quomodo hic litteras scit?* Est inuidia peplum adeo spissum vt oculis clarissimis superpositum illos excæcet. hom. 21. n. 52. *Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me Patris.* Legitimus filius qui sicut non attendit nisi ad gloriam Patris sui, quidquid agit ad illum refert illique attribuit, atque ideirco Pater tantum illum honore dignatur, vt illum reuereatur, vt dixit D. Chrysostom. hom. 42. n. 80. 81.

VIII. *Mea doctrina non est mea.* Deo adscribe quidquid boni feceris, & hoc tibi persuade, totum esse diuinæ manus suæ opus: ipse namque est qui *dat velle & perficere pro bona voluntate sua.* Sic Apostolus. homil. 30. n. 63.

IX. *Si quis voluerit voluntatem eius facere, cognoscet de doctrina mea.* Operatur doctrina, quæ te docet, illa etenim ipsa tibi veritatem suam ostendet & bonitatem vt appositè dixit Daniel præposito Eunuchorum vt experientiam caperet ieiunio, quodque ex illo cognosceret, nullum ex illo oriri damnum, nec vires debilitari. Malitiam cognosces peccati illud operando sicut prodigus, nam ipsum paulò pòst veritatem te docet quantum adferat damni. Etenim te fugebus opibus inopem & sine honore inhonoratum, vt expertus est ille prodigus. hom. 18. n. 47. vsque 50. Et si Deo seruias hoc ipsum tibi patefaciet quàm prudenter factum sit te huic impendere ob quietudinem conscientiæ, & principium quoddam vitæ æternæ quòiam potitur, atque ex cœlo portatili quod in seipso cognoscit. h. 37. n. 57. vsque 67. Quinimò ipsis peccatoribus peccatum proponit agnoscendum, quantum malum sit ex malæ conscientiæ tormento. ibid. nu 47. vsque 50 & num. 53. vsque 57.

X. *Qui à semetipso loquitur, gloriam propriam quærit.* Probat Christus, se ambitiosum non esse, sibi doctrinæ suæ imputando sublimitatem, quandoquidem tam euidenter fateatur eam esse Patris sui doctrinam, eiusque gloriam sectetur, non propriam: si namque contrarium faceret, de illo quodlibet possent malum suspicari sicut de viro laudis ardelione credere possumus quod gloriæ suæ satisfacturus appetitui, quodlibet sit malum aggressurus. Hic agnosco D. August. hom. 41. num. 73.

XI. *Qui autem quærit gloriam eius qui misit eum, hic verax est & iniustitia in illo non est.* Hic considera quantum referat vt in te nulla sit iniustitia, si Dei gloriam intendas nec eius te facias latronem tibi gloriam attribuens bonorum tuorum: grauis enim in hoc committitur iniustitia, quandoquidem Dei gloriam furetur: omnis enim laus quæ de bonis procedit operibus, Dei est: nam nobis reliquens bonorum operum fructum, tantum sibi sumit eorum gloriam: vnde vt illa facias, cor tuum mentemque rectifica. hom. 1. num. 22. vsque 37.

QVINTO DIE MERCVRII QVADRAGESIMÆ VLTRA HOMII. XXX.

I. *ET prætereiens Iesus vidit hominem cæcum à natiuitate.* Ioan. 9. Celebramus hodie eminentissimum Christi miraculum, vnum ex stellis maioris magnitudinis cæli stellati vitæ illius. hom. 34. num. 1. & 2. Miraculum est hoc quod totam stupefecit Hierusalem, de quo multa habita sunt generalia concilia, & quamuis tota conata sit inferni malitia tenebras illi offundere, nedum hoc non potuit imò potiùs splendore illustrauit maiori, & quamuis Phatiæi puteum hunc aquarum limpidarum obcœcare studuerint sicut Palæstini puteos quos foderat Isaac, terrâ illos replentes, absit vt hoc potuerint, imò potiùs eius aquæ in oculis totius mundi chrystallinæ apparuerunt. hom. 32. num. 3. 4.

II. *Et prætereiens Iesus.* Fluit cœlestis hic riuus gratiarum suarum effundens aquas: porrò si obicem illis in templo faciant, lapidibus illum armati perterrentes, fluxum suum alio conuertet, atque aliis partibus

aquas suas effundet. hom. 25. num. 16. & sequentibus.

III. *Et prætereins Iesus, vidit hominem cœcum.* Attende quid dicat D. Ioannes Christum esse lucem illuminantem omnem hominem, alios licet vt lateres alios vt adamantes: lucem suam emisit in templum, & omnes illuminantur Pharisæi, sed sicut lapides: non enim cor eorum penetrauit, imo potius in illum insurrexerunt conatique sunt lapidare. Foras prodit & occurrit adamanti, illum illuminat & instar solis illustrat, vt oculos sapientum illorum excæcet, quos mundus vt tales habebat, luce multò splendidiori quam ea quæ de facie Moysi rutilabat, idque eo modò vt eius sint luce conuicti, quandoquidem euidenter eorum arguerit impietatem. h. 2. n. 2, 3.

IV. *Prætereins Iesus vidit hominem cœcum.* Abstulit ab illo populo oculos qui censebatur totius Hierusalem primarius, tenebris illum reliquit immersum & de industria illos in pauperculo collocauit illi lucem communicans adeò claram, vt ipse plura intelligat, quam omnes de concilio Hierusalem: gratia fuit hæc Saluatoris quam præstat cui bene placuerit, & qua ratione liberæ suæ sederit voluntati. ho 10 num. 32 hoc est quod dixit Dominus *Spiritus vbi vult spirat*, hom. 5. num. 13.

V. *Prætereins vidit hominem cœcum* Quod Dominus illis oculos abstulerit, abierit eosque tenebris inuolutos deseruerit, actus fuit iustitiæ: illi namque eum impulerunt vt abiret ob lapides quos manibus arripiebant in illum: non enim discedit ab anima Deus, nisi illum lapidibus à se expellat. h 13. n. 25. vsque 31. Portò quod oculos coniecerit in cœcum hunc ab aliis derelictum opus fuit diuinæ gratiæ ipsius, factum pro merà voluntate: hanc enim facit cui vult, vnde non fundat legem iustitiæ, vt existens cœcus possis prætendere & illuminationem nisi pro hac solicitus sis; potes timere, quod tibi vertet dorsum & relinquet in obscutis, si manu acceperis lapides cont. a eum, vt facis indies. h. 21. n. 29. vsque 38.

VI. *Prætereins, vidit hominem cœcum* Exiens de templo. secedensque à malitia Pharisæorum, qui contra eum lapides acceperant, inuenit ad portam cœcum. Est enim valde antiqua Dei dispositio, vt pauperes sint ad portas templorum, vt te disponant ad orationem, in illis faciendam; vt enim dederis eleemosynam Deo in paupere, etiam Deus dabit tibi hom. 10. n. 10. vsque 15. Est magna Dei misericordia quod in potestate tuâ relinquat mensuram eius, quod vis eum tibi dare. homil 25. numer. 50. Nec petit in paupere, nisi vt idem tibi det. ibid. numer. 41. In quo monstrat se liberalem. ibid. num. 45. Pro resolutione, sicut tu facies pauperi, etiam Deus tibi faciet. ibid. num. 56. vsque 61.

VII. *Prætereins, &c.* Ille pauper cœcus, erat ad portam templi, petens eleëmosynam: *Sedebat, & mendicabat.* Videatur tibi molestum pauperem esse ad portam templi, etiam ad tuam, petentem, & clamantem, nec intelligis esse Dei misericordiam. Cum enim sit remedium tibi fauere pauperi, videtur tibi vim inferre vt eo vtatis. Deus enim sæpè agit ita, vt videatur remedium dare, etiam inuito peccatori. Singularis est doctrina sancti Hieronymi tractantis, quomodo Deus egerit cum Ezechiele. hom. 35. num. 34. 35. Ideò magnis peccatoribus mittit pauperes ad portas, licet aliquando sint eis molesti, volens illis in eis ponere scalam ad cœlum vt fecit diuiti auaro. hom 16. nu. 32. & hom. 27. num. 53. 54. Voleus vt suas diuitias seruent mittit eis vectores, quibuscum mittant eas ad cœlum ibique recondant suos thesauros Sic vt misericordia Dei prouideat tibi tam abundanter, vt videatur tibi nimius & molestus. hom. 1. num. 39. 40. Hoc est donum Dei, quod dixit Samaritanæ. homil 15. numer. 70.

VIII. *Et prætereins, vidit hominem cœcum.* Licet videatur hæc obuiatio casualis, fueritque hominibus, non tamen Domino, qui ante disposuerat eius cœcitatem ad suam gloriam, voluitque illo loco poni, vt exiens de templo, vbi rebellio Pharisæorum obstruxerat fluxum misericordiæ eius, haberet in quem deriuaret. Vt mulier cui obstruuntur vbera lactis abundantis nolente prole ea fugere, prouidet sibi de extraneo, licet pauperculo. h. 25. n. 16.

IX. *Prætereins vidit, &c.* Hæc obuiatio fuit casualis hominum oculis, non Dei, qui eam prævenerat ad particulares effectus. hom. 31. num. 6. 7. & hom. 32. numer. 38. vsque 41 Particulariter ad conuincendam rebellionem Pharisæorum, quibuscum ex proposito cum tractasset, non tantum, non manserunt illuminati, sed valde obscurati; & tantum prætereins illuminauit hunc cœcum, cuius cœcitas erat desperata. Vt conuicit Hieroboami duritiem, effectu, quem reliquis in lapide. hom. 16. n. 30.

X. *Vidit hominem cœcum à natiuitate.* Multi erant ibi, in quos poterat Dominus oculos coniceret, tantumin hunc coniecit, quia eius oculi non intendunt, nisi vbi possunt benefacere, vnde peneirant pauperes, & necessitatem habentes, vt subiecta, in quæ potest abundantius fluere. h. 10 n. 31. 32.

XI. *Vidit hominem cœcum* Etiam considerauit eum cum singulari affectu ad operandum prodigiosum miraculum in eo. Videtur mirabile, quod dignioris nominis hominibus petentibus ab eo miracula, etiam ciuibus patriæ suæ Nazaret noluerit ea concedere; & cœcum hunc non petentem respiciat ex proposito, vt operetur in eo tam singulare, vti fecit. Si petas ab aliquo, licet ex proposito, vt faciat opus, quod non est officij eius, non faciet, quantumuis petat.

Licet

Licet autem non petas facier, si est officij sui. Officium Christi est, quod nomen eius significat, Iesus, id est, Saluator animarum, & corporum. Ideoque fecit miraculosa opera, in beneficium, & saluationem animarum, & corporum; vnde illa fecit etiam non petentibus, opera vero inutilia, vt dæmon petebat, faciendi ex lapidibus panem, deijciendi se ex pinnaculo templi, faciendique signa in aere; licet quater petissent, noluit ea facere. Quantumuis ergo petieris res aeris, vt sanitatem corporalem, diuitias, &c. Ne speres quod Deus te exaudiet, nisi conueniat saluationi tuæ; offert sæpè tibi hæc non petenti, pulsatque ad ostium tuum, quando minus cogitas. h. 8. n 39. vsque 47.

XII. *Interrogauerunt eum discipuli; Rabbi, quis peccauit, &c.* Petitio illa non fuit extra propositum, quia ordinariè adueniant infirmitates ob peccata, etiam ob leuia graues infirmitates. Cuius sunt mirabiles casus hom. 18. n. 30. & sequentibus. Notatque Spiritus sanctus, quod eo momento quo resolueris peccatum committere, possis pro Medico mittere hom. 30. nu. 29. nec tantum causat infirmitates, sed etiam mortes. hom. 31. nu. 29. vsque 33. Et finaliter peccatum committere, vel animæ imponere, est in ea ponere omnium malorum semen, vt Amos Propheta significat. ho. 37. n. 57.

XIII. *Quis peccauit, hic, an parentes eius?* Etiam hæc interrogatio non est extra propositum, quia sæpè punit Deus peccata parentum in filiis. hom. 9. num. 19. vsque 23. Et particulariter fit illud, quando parentum incuria non pununtur filij. hom 35. numero 25. 24.

XIV. *Neque hic peccauit, neque parentes eius; sed vt manifestentur opera Dei in illo.* Ne putes afflictiones, pœnasque aliquibus in hoc mundo aduenire casu. Nam vt Christus Dominus noster dixit, nec pluma quidem cadit ex passere, sine cœlestis Patris dispositione. Quotquot sunt, habent suum quare; sunt enim ad Dei gloriam, vel ad hanc manifestandam, vel ad vtilitatem nostram. ho 21. n 42 vsque 45. & ho. 32. num. 41. Vnaque causarum, cur erit finale iudicium, est, vt Deus mundo satisfaciat, detóque omnium rationem: *Tunc omnia quærentur*, ait Sapiens hom. 6. numer. 29. vsque 35. Et particulariter immittet aliquibus cœcitatem ad eorum saluationem, claudens eis oculos, qui sunt feneſtræ mortis. ho. 27. n. 7. Idem est de lingua, vt declarabat miraculo S. Vincentius Ferrariensis. ho. 24. n. 34.

XV. *Neque hic peccauit, &c. sed vt manifestentur.* Deus non dat omnes afflictiones & pœnas hominibus quia sint inimici, & peccatores, sed etiam sæpè quia sunt amici eius, quia talis Abraham erat, tanta cum anxietate pressit vt peteret filium eius in sacrificium, vtutique bonis eius, quia amicus. hom. 32. num. 41. vsque 48.

XVI. *Vt manifestentur opera Dei in illo.* Hæc sunt facere misericordias & fauores. Dat enim afflictiones, infirmitates & pœnas suis, vt eos disponat ad altiora & superiora opera in eis operandum. Vnde maioribus amicis dat maiores afflictiones, vt talenta maioris valoris, quibus augeat eorum spem maiorum misericordiarum, & præmiorum. ho. 32. num 23. vsque 31.

XVII. *Vt manifestentur, &c.* Hic vides, quod Deus tibi dat afflictiones, quibus te bene disponat, vt possit in te operari. Vt peccator filum auri, & serici in cognitione & amicitiâ Dei, est necessarium, vt vi ictuum pœnitentiæ emolliatur: vt laminæ auri fiant filum auri, possintque torqueri, eisque superhumerale sarciti; fuit necessarium eas multo verbere contundere, & vi disponere. Ideo immittit tibi Deus multas afflictiones, vt ictibus earum te disponas vt Deus in te operetur, datque tibi dolores vt te capiat, sicut Onagram. ho. 9. n 11. vsque 14.

XVIII. *Vt manifestentur, &c.* Hæc differentia est inter Deum, & nos, quod nos semper possumus operari in pectore Dei, quia semper nobis est paratus, nos autem non semper sumus parati, vt Deus operetur in nobis: ideoque vtitur afflictionibus & morbis, vt nos disponat sibi. Tunc enim es optimè dispositus ad Deum audiendum, vtque Deus in te operetur; quando febri torqueris æstuantiori. ho 24 num. 32. Hincque declaratur illud Christi: *Tempus meum nondum aduenit, &c.* ho. 36. n 40.

XIX. *Me oportet operari opera eius, qui misit me, donec dies est.* Vide quam bonus filius & quam obediens, qui dicit sibi conuenire operari, quæ suus ei Pater æternus commendauerat. Admiratione digna est perfecta Christi obedientia erga Patrem æternum. Fuit etenim tam extrema, vt non tantum non fecerit opus aliquod, nisi præcisè iniunctum à Patre suo, sed nec dixerit verbum conuertendo, vel prædicando, quam ab æterno Patre suo dispositum. Sic vt quotquot faciebat miracula, & quotquot loquebatur verba, omnia fuerint executiora obedientiæ Patris sui æterni, cum particularibus mysteriis, quæ prosequimur. hom. 36. num. 31. 32.

XX. *Me oportet operari opera eius.* Hic vides, cur noluerit facere miracula, quæ Pharisæi ab ipso petebant: *Signum de cœlo*: nec quæ dæmon, nec quæ cines Nazareth ab eo petebant: Quia missus ab æterno Patre suo ad mundum redimendum, non oportebat eum facere miracula vel opera quæ non essent ad vtilitatem mundi & eius redemptionem. hom. 8. num. 41. vsque 47.

XXI. *Venit nox, quando nemo poterit operari.* Si bene considerentur hæc verba, sunt honoranda. Vocat horam mortis noctem, ob mirabiles rationes, particulariter

ticulatiter ob incertitudinem, quam Dominus significabat in parabolâ de Virginibus. Vtilis discursus, ne dæmon te capiat in muscipulâ, vt Amos dixit. ho.56. num.47.48.

XXII. *Veniet nox, &c.* Rectè monuit Isaias ne occuperis fortificando nodos tuorum peccatorum, qui de nocte, & in obscuris difficulter soluuntur, vocatque te desuforem, si vsque tunc differas soluere cœcos illos nodos. h.13 n.59.vsque 61.

XXIII. *Me oportet operari, dum dies est.* Si Christus, quia omnia poterat quouis tempore facere, dicat, sibi conuenire opera sua & quod ei erat iniunctum, facere, quando viuebat: quia mortis nocte adueniente nemo potest operari: vide quanto plus tu obligeris tempore vitæ te disponere, faciendo ad seruitium Dei, & tuorum peccatorum remissionem opera tui muneris, vt formica. h.34. num.30.

XXIV. *Veniet nox, quando nemo poteris operari.* Procrastinatio eius quod debebat facere, fuit perditio Pharaonis. hom.13 n.61.62. Multo securior fuit diligentia Noe, ad intrandum in arcam. hom. 38. nu. 41. vsque 45.

XXV. *Me oportet operari dum dies est, veniet nox, &c.* Ob hanc Domini doctrinam, fiunt multi discursus, quibus probatur ei, qui se non disponit quando viuit, & præuenitur tempore mortis, *Quando nemo potest operari*, posse damnationem suam prognosticari. hom. 13. num. 43. vsque ad finem. Est magna stultitia velle corpus iumenti habere, & caudam pauonis, id est viuere vt iumentum, & mori velle vt sanctum. ho.37. n.45.46.

XXVI. *Me oportet operari, &c.* Domine, conuenitne tibi ista opera facere? Ego dicerem homini conuenire, cum omnia sint in eius vtilitatem. Ita est, sed Deus tanti facit nostram vtilitatem, vt quod pro ea fit, æstimet vt propriam, etiam suam gloriam, quod conducit ad nostram. h. 21. n 42.43.

XXVII. *Me oportet operari.* Quod nobis præcisè conuenit, sibi conuenire dicit. Quod præcisè est ad nostram salutem, habet vtrem propriam. Quamuis fructus vineæ essent pro ipsis operariis, hos lucrari tamen conatur, ac si essent vitæ suæ necessarii. ho.17. num.34.35.

XXVIII. *Me oportet operari.* Hic vides quid faciat vera Dei charitas, & proximi, vt quod conuenit honori Dei, debeas agere vt rem tibi conuenientem. Sicque debes esse solicitus de peccatorum remedio, ad honorem Dei, ac si esset ad tuam vtilitatem. sicut quod est ad honorem Patris, habet filius, vt proprium. ho. 21. n.14. vsque 21.

XXIX. *Me oportet operari.* Etiam te conuenit facere, quod est ad vtilitatem proximi, quia Deus id tibi commendauit, vt quia Pater æternus Christo commendauit operari nostram salutem, quod pro hac facit, sibi conuenire dicit. Imò quando non accurrit remedium alterius correctione, vel opere salutem eius tangente, Deus te puniet. h. 22. n. 9. vsque 14.

XXX. *Me oportet operari.* Quæ Pater mihi iniunxit. Licet enim vtilitas sit alterius, ego satisfacio obligationi obediendi æterno Patri meo, conformiter obedientiæ voto ipsi facto. h.36. n.30. vsque 33.

XXXI. *Me oportet operari.* Hæc verba sunt ministris Dei valde propria. Licet enim vtilitas laborum, administrationum Sacramentorum, prædicationum sit aliorum, tamen ipsi obligantur ad opere implendum suum ministerium, sic vt quinis eorum possit dicere cum sancto Paulo: *Va mihi, si non Euangelizauero.* Tibi conuenit facere opera ministerii tui, reliquum tangit ipsum Deum. Vtilis discursus. h.49. n.28.29.

XXXII. *Me oportet operari.* Qui es Dei minister, fac quod tibi Deus imperat: hoc enim conuenit tibi, & obligatus es ad illud. Quo causam Dei iustificatur ostendes, & lucraberis quod tibi est vtile, recipiesque secundum laborem tuum, licet non profis alteri. h.51. n.35. & 55.

XXXIII. *Expuit in terram, & fecit lutum.* Vide symbolum remedij naturæ nostræ ex Dei ordinatione. Saliua significat verbum æternum, quod procedit a Patre, vt saliua ex capite. Puluis significat nostram naturam, cui Deus ipse dedit nomen *puluis es* iungendo tibus se in vnum, persona Verbi æterni & nostra immanitate; manfit lutum, quod dixit sanctus Ioannes: *Verbum caro.* Hoc erat necessario ad remedium infirmitatis nostræ, & aliud non sufficiebat. ho.32. n.45. Ne separes vnum ab alio inquit S. Ioannes, vel perbis irremediabiliter. hom 9. num. 23. & hom. 36. n 2. vsque 9.

XXXIV. *Fecit lutum ex sputo.* Necessaria est hæc vnio diuinitatis Dei, & humanitatis nostræ, vnde resultabat mediator à Iob desideratus. hom. 2. numer. 5. & hom. 39. num. 37. & num. 39. vsque 41. sequuntur diuersæ considerationes conuenientiæ illius vnionis.

XXXV. *Fecit lutum.* Vt visum infunderet. Quomodo Domine hoc efficiet lutum super oculos positum? Est lutum factum de sputo Dei; qui iungendo terram salinæ, dedit illi vim diuinam. Id est, quod operabatur per nostram naturam, plenam infirmitatibus, miseriis, & pœnis, nam ipsis dedit virtutem in vnione cum illa facta, ad fortificandum, glorificandum, & ditandum. hom 36. n 5. vsque 8. Eoque Deificabat, & sanctificabat nostros pulueres, pœnasque sic vt operentur æternum gloriæ pondus, vt dicebat Apostolus, & declarabat S. Damascenus vtili conceptu. ibidem. 9. vsque 12. Alios cœcos curabat solo verbo sine. Ad hunc curat dum fecit lutum. Omnes enim cæ-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

non debent eodem modo curari, nec idem recipe debet esse pro omnibus infirmitatibus. ho.2.n.23. vsque 26. & ho.24.n.53.vsque 56.

XXXVI. *Fecit lutum.* Ad dandum huic cœco visum, *liniuit oculos eius*, quòd sufficeret ad tollendum ei visum, si haberet, Vide opera Dei & quam differentia habeat principia ad operandum in aliquibus, quam in aliis. Sæpè enim videmus quod dixit Propheta: *Vt faciat opus suum peregrinum opus eius ab eo.* Vt vidimus, quod volens dare Samaritanæ, petit ab ea quod tam alienum est à dando. homil.25. numer. 44. vsque 47. & numer. 50. & seqq.

XXXVII. *Fecit lutum ex sputo.* Videtur Domini saliua sufficisse ad dandum visum; sed id non tantum fuisset opus, nec adeo in honorem eius, quia sputum habet in se claritatem, sed conueniebat ad eius gloriam, & operis magnitudinem, obscurare saliuam luto, ficque ponere, vt videretur potius cæcaturum, quam lumen daturum. Quo significabat magnum mysterium, quo operatus est nostram redemptionem ho.36. n.5. & seqq.

XXXVIII. *Liniuit oculos eius.* Bonus Medicus, qui applicat medicinam vbi est infirmitas, ibique ponit manum suam; ita faciendum Confessario ad bene curandum cœcos & infirmos. ho.24 n.53 & seqq. Tunc erit medicina pœnitentiæ rectè applicata, quando eidem apponetur, in quo erat culpa. Vt patuit in Magdalena quæ singulariter egit pœnitentiam iisdem rebus, quibus peccauerat. ho.38. n.99. vsque 102.

XXXIX. *Vade, laua in natatoria Siloë.* Ego posui manus meas super oculos tuos, luto liniens eos, pone & tu tuas lauans eos. Curatio enim animæ exigit etiã manus tuas, quia est quasi societatis lusus. ho.10. nu. 31. vsque 36. Et quia manum tuam non apponis, non sanaris. ibid.n.35.36. & ho.24 nu.48.49.

XL. *Vade laua.* Ego imposui lutum, vt accipias visum tu etiam appone aliquid id adiuuans vt oculos lauare, licet affectus non procedet à tuis manibus sed meis. Adde aliquid ad tuum remedium, quod videatur conducere ad intentum nisi feceris, cæcus manebis. ho. 27 n.56. vsque 59.

XLI. *Vade, laua.* Feci quod meum erat possumque tibi dicere quod Elias Elizeo: *Quod meum erat, feci tibi.* Accutre tu faciens quod tuum est, ho. 15. numer.23. 24.

XLII. *Vade, laua.* Tertullianus ait mirum est, Christum ita esse apud aquas, vt sine his non inueniatur & in iis maiora mirabilia sua faciat. ho. 25. n. 61. 62. Deus videtur de aquis extraxisse mundum & hæc omnia. Aliquorum lachrymæ transcendunt Cherubinos, quos vidit Ezech. In aquis pœnitentiæ confingit Deus capita Draconum peccatorum nostrorum Nescio tamen quid habeant aquæ, quo adeo placeant, quam quod sint lachrymis similes, illas enim Deus tanti facit, vt etiam aquas, quia illis similes sunt, tanti faciat. Vt patuit in actu Propheræ Samuelis, quo tantum effundente aquas in conspectu Dei, hunc placauit. ho.38.n.74. de vi aquarum lachrymarum agitur. ibid.n.72. & seqq.

XLIII. *Vade, laua.* Quam facilem rem petit Christus ab hoc cœco, vt ei concedat tam magnam, qualis est visus, scilicet vt vadat se lauaturus in fonte claro & frigido, quod absolutè poterat ei recreatio esse & plus existenti lutoso. Quæ namque facilia sunt & suauia Deus requirit à nobis ad nostrum remedium, vt adeas fontem pœnitentiæ, dicasque tua peccata cum dolore cordis. Quid facilius vulnerato, quam suspiria declarare Medico pœnam, quam patitur. ho. 19 nu.60. vsque 64 Rectè dixit Moyses, quod S. Paulus ponderat. *Prope est verbum in ore tuo, & in corde tuo.* homil. 10. numer.38. & homil.25. numer. 80 81. & ho. 44 nu.41.

XLIV. *Vade, laua.* Deus petit à nobis res faciles, vt det visum cœlestem, & dona suæ gratiæ, scilicet tantum voluntatem recipiendi illa. ho. 10. numer. 37. 38. Tam faciles, vt nos illis inuiter. ho.25. nnmer.79. vsq; 82. & homil. 28. numer. 28.39. Cum autem sint tam faciles, non facimus illas; licet ad eas, quas dæmon petit atrocia, & difficilia accuramus, easque ei offeramus ho. 25. n. 63. 64.

XLV. *Abiit, & & venit videns.* Pondera promptam obedientiam istius cœci, credentis quod Christus ei dicit, & facientis quod ei iubet, cum sint res, quæ paterent multis replicis, particulariter cœco, qui poterat de omnibus dubitare; sed in hoc erat remedium eius, eritque vestrum in credendo, & faciendo sine replica, quod Deus imperat. homil. 37. numer. 24. vsque 31.

XLVI. *Vicini ergo, & qui vidérant eum prius.* Eo momento, quo visum accepit, totus ei se mundus opposuit. Aliqui eum deserunt, alij arguunt, alij cum eo disputant, totus Pharaismus est ei contrarius, sic vt etiam proprij eius parentes non auderent pro eo respondere. Eo puncto, quo Deus te illuminabit diuinâ gratiâ sua, & incipies sequi vexillum eius, totus infernus opponet tibi, & Satan oppugnabit, videns te gratiis diuinis ditatum. ho. 5. n. 2. vsque 8. S. Hieronymus adeertit illud accidisse Paulæ, Eustochio, & Melaniæ ho. 8. n. 44. 45.

XLVII. *Adducunt eum ad Pharisæos.* Qui videbant hunc iuuenem videntem, & publicantem, Christum ei visum dedisse cucurrerunt ad Pharisæos, vt eos contra Christum commouerent & illum dicentes, eum facere contra eorum præceptum continens vt nemo confiteretur Christum. Idem contigit, quando Dominus resuscitarat Lazarum, quod *multi abierunt*

ad Pharisæos dicentes eis, isti homini resistendum, vnde statim inierunt concilium contra eum. Sæpè mali famuli, ministri, & subditi, inuant ad augendum Dominorum suorum malitiam. Quod valde Dominum nostrum offendit. ho. 35. n. 25 & seqq.

XLVIII. *Quid tibi fecit? quomodo videt? Ille homo, qui dicitur Iesus, lutum fecit.* A cœco in consistorium ducto inquirunt, quomodo accepisset visum, statimque vt audiunt Christum fecisse lutum ex sputo suo, eoque liniisse oculos, dixerunt: *Non est hic homo à Deo, qui Sabbatum non custodit* En quam dibolica malitia, videtur eis Christus magnus peccator, quia in festo spuit Rectè dixit Spiritus sanctus: *Odium suscitat rixas.* Quod ex muscis facit camelos, & elephantes: valde visitatum in mundo. homil. 23. n. 11. vsque *16.*

XLIX. *Non est hic homo à Deo.* Eo, quo Christum damnant, magis eum clarificant, quia contra eum dæmoniaca rabie, furentes & infernali, si haberent, quod ei opponerent, facerent ad dicendum: *Non est hic homo à Deo.* Inspectâque totâ eius vitâ, non inueniunt quod eis videatur reprehensibile, quam quod die festo spuerit in terram. Hic est impletum hoc Dauidis: *Dum superbit impius incenditur pauper*, homil. 23. numer. 35. vsque 36.

L. *Non est hic homo à Deo.* O Proditores, duo auditis, vnum supremæ altitudinis, quod est visum dare cœco, alterum spuisse in terram die festo. Vt hoc accipitis ad illud obscutandum, cur non è contra illo iustificatis hoc? Vt notat S. Bernardus, hæc est Pharisæi conditio, qui non inspiciens ea, quæ Magdalena faciebat in præsenti, ad iustificandum præterita, hæc tantum respicit ad condemnandum præsentia. hom. 38. numer. 112. Tu attende bonum, quod est in alio, eoque iustifica, quod tibi videtur defectus, non è contra, ho. 23. n. 21. 22.

LI. *Non est hic homo à Deo* Vides hic impletam Prophetiam Abacuc, quod Dominus eadem luce, quâ illuminabat terram, inuoluerit cælos, & obscuros teddiderit Eadem enim luce, qua hunc pauperem iuuenem illuminabat, habitum vt frustum terræ, manserunt Principes illi, & Sacerdotes obscurati. ho. 7. n. 2.

LII. *Non crediderunt, &c.* Licet tam euidens esset, quod eis dicebat, tamen non credebant, quia difficulter creditur, quod odio habetur, & quod contra tuam est voluntatem, licet intellectum sæpè detineat; imò idipsum quod videtur, non creditur. Necessaria est in voluntate bona dispositio, ad res fidei credendum. ho. 29. n. 52. vsque 55. Sicque Spiritus sanctus illuminat intellectum, purificando voluntatem: vtilis doctrina. ibid. numer. 56. vsque 59.

LIII. *Non est hic homo à Deo.* Vide quam insipiens iudicium, quia spuit in terram ad illuminationem quem cœci, iudicant eum esse inimicum Dei. Rectè Pater eorum Iacob vocat eos instrumenta iniquitatis, & Dauid arcus prauos, eum idem quod eis seruire debebat, vt initium ad cognoscendum Christum, seruiat eis ad eum despiciendum & deferendum vt peccatorem. h. 39. n. 8. vsque 13.

LIV. *Non est hic homo à Deo*, Iudicium, quod hi formant, & conclusio, quam inferunt ex præmissis, quas audierunt; probat malitiam cordis eorum, vt ous aspidis, de quibus ait Isaias. ho 19. n 69. 70.

LV. *Tu quid dicis, &c Quia Propheta est.* Nomen Propheta absolutè prolatum, significabat Messiam, voluitque hic cœcus, plus in anima, quam corpore illuminatus, refricare eius memoriam, quod Deus eis promiserat Prophetam, qui loqueretur eis ex parte sua: quem si non reciperent, eos rigorosè puniret. Secundum quod, voluit Deus eos monere per os illius cæci, vt aduerterent quid sibi esset faciendum cum homine isto, qui erat Propheta promissus Idem intimauit eisdem Deus, per os populi dicentis: *Hic est Iesus Propheta* homil. 7. nu. 25 26. Ipseque Christus. h. 29. n. 38. 39.

LVI. *Vocauerunt parentes eius.* Eia agite proditores & scitote quod Dominus scientiarum Dominus est, & per eum disponuntur omnes cogitationes. & per has, quæ tam directè militant contra eum, manebit probata & verificata miraculi veritas, & implebitur hoc Isaiæ: *Ducam cæcos, per viam, quam nescierunt.* ho. 23. numer. 35. Omnes diligentiæ vestræ sunt stramina & Deus est ignis, quo illa comburuntur & flammæ lucis Domini redduntur clariores. ho. 23. n. 2.

LVII. *Vocauerunt parentes eius* Serpentes infernales ite, repite supra Petram, hæc manebit tanto limpidior, & lacerabuntur pectora vestra. hom. 26. numer. 2. vsque 5. Inferne vi ad dejiciendum parietem & sub eo vos collider vt dixit Dauid. ibid. numer. 47. Eleuate laneeam ad confodiendum, vt Balaas eadem vos confodiet. non permittens vt eam moueatis contra illum. Ira contigit illis infelicibus, vocantibus cœcum & parentes eius, conantibus horum dictis Christum confodere. ho. 44 n. 9. 10. Et in fine vobis præcidet guttur proprio ense vestro; nam ex dictis eorum quos aduocatis, vestra confundetur malitia & miraculum probabitur euidenter ibid. n. 2.

LVIII. *Vocauerunt rursus cœcum.* Quid non efficiunt vocando hinc inde, & aliquos interrogando hic, & alios alibi, ad eum diuertendum, & retro pellendum sed in vanum, quia est illuminatus à Deo, potestque de ipso dici, quod Dominus de S. Ioanne dicebat, non esse arundinem vento agitatam, vt vos estis. homil. 38. numer. 31. Et si ex vnâ parte est nauis, quâ ventus malitiæ fert huc, illucq; ex alterâ tamen parte, rupes est, tam immobilis in suâ cõfessione

vt columna. hom.37. num.70. Videturque esse Iob, quem licet Deus relinquat in manibus peiorum, quam dæmones, ait: *Innocentiam, quam cœpi tenere non deseram.* Argumentum excellentis virtutis eius, vt vestræ infirmitatis, in retrocedendo à bono proposito. ibid. num.74-75.

LIX. *Tu discipulus eius sis, nos Moysi discipuli simus.* O proditores, quam bene ostenditis, vos nil habere proprium in quo glorienimini, quam tantum in eo, quod estis discipuli Moysi, oleo alieno lucentes, vt virgines fatuæ. Idem erit ad maiorem vestram damnationem, vt fuit Nabal Carmelo esse consanguineum Davidis, eo enim augetur vestra malitia. hom. 37.num 42. vsque 45.

LX. *A sæculo non est auditum, quod aperuerit quis, &c.* Cæcus formæ magnum argumentum in fauorem Christi, conuincens Iudæos. Dicite mihi an fuerint excellentes homines in mundo? est clarum quod ita. Videte igitur an illos approbando, benefaciatis hunc reprobando. Dicite quid videritis in vitulo, ad ipsum adorandum vt Deum; an fecerit, quæ hic homo facit? Est S.Cyprian i discursus. hom.19.n.71.

LXI. *Nos Moysi discipuli sumus.* Dicto suo dant sententiam contra seipsos, cum enim essent Moysi discipuli, debebant exequi quod eis dixerat eorum Magister ex parte Dei, quod eis mitteret Prophetam similem sibi quodque ipsum reiicientes punirentur à Deo. Iamque illis intimat cœcus, ipsum Prophetam esse Christum, quando ab eis interrogatus, quid de ipso sentiret, respondit: *Quia Propheta est.* ho.7. n.25.26. & hom.29.num 38.39.

LXII. *Eiecerunt eum extra Synagogam, &c. Postea inuenit eum Iesus in templo.* Deus succurrit suis, hosque vacuos replet, quos hominum crudelitas deserit, sicque siccorrit cornorum pullis à parentibus desertis, succurritque huic. hom.10.n.31.

LXIII. *Credis in filium Dei? Quis est vt credam in eum? & vidisti eum, & ipse est, qui loquitur tecum.* Magnum ei contulit donum primo dans ei visum corporis, quo aspiceret materialem Solem, sed omnimode excedit, quod iam facit dando ei visum animæ, quo videt spiritualem solem. Tantus fauor, vt quasi supremum, posuerit vt donum excellentissimi amoris, dicens: *Diligam eum, & manifestabo ei meipsum gratia* desiderata ab omnibus Patriarchis, Prophetis, & Regibus à principio mundi. hom.25.n.90.

LXIV. *Ipse est, qui loquitur tecum.* Quam cito soluit ei seruitium exhibitum. Sic assuetuit Deus quando seruitia magna sunt. Vt fecit Abrahæ quando vicerat quatuor Reges, feceratque actus excellentes ad gloriam Dei, statim manifestauit se illi, dicens: *Ego protector tuus, & merces tua magna nimis.* Licet merces non fuerit tanta, quantam fecit huic, sed tam magnam voluit huic facere, quia tam magnum seruitium ei præstiterat. Quando enim tota mundi potentia erat contra eum congregata in Concilio, respondit intrepidè pro Dei honore. Fuitque vt Tobias, cum ad Regi adulandum, omnes currerent ad idola eius adoranda, ipse erat firmior, in Dei seruitio. Ideò fuit tam excellens, & singularis gratia, quam fecit Latroni etiam Apostolorum superans, quia tempore, quo omnes recedebant, & fidem deserebant, facit hic confessionem adeo excellentem in oculis, & auribus mundi totius. h.44.n.30.vsque 35.& 36. Ideoque præposuit mulieres in gloria suæ resurrectionis, quia fuerant firmæ, quando Apostoli deficiebant. h.48.n.18. Licet enim sit bonum Deo seruire quando non sunt difficultates: tamen vera, & viua fidelitas probatur, quando sunt contradictiones & lapides in contrarium. h.30.n.6.vsque 9.

QVINTO DIE IOVIS QVADRAGESIMÆ VLTRA HOMIL. XXXI.

I. *Ibat Iesus in ciuitatem, quæ vocatur Naim.* Luc.7. Habemus vnum ex magnis miraculis, quæ Christus fecit, suam ostendens potentiam in defuncto adolescente, quem potens lecta mors ceperat, & ad suam cauernam ferebat, scilicet sepulturam. Christus ostendit hic vires suas, implens illud Davidis: *Deus in fortibus eius cognoscetur.* Cum mors, sit res fortissima. hom.10.num.2.

II. *Ibat Iesus in ciuitatem Naim, & ecce defunctus efferebatur.* Christo ciuitate intrante, efferebant defunctum. Videtur hæc obuiatio casualis, tamen non fuit, sed à Christo bene disposita, qui numerabat passus, voluitque ad suum introitum in ciuitatem, hunc defunctum efferri. Hoc enim modo habet Deus compositos gressus suos, ad nostras necessitates. hom.32. numer.50.51.

III. *Ecce defunctus efferebatur.* S.Lucas, vt Medicus præscribit in omnibus Recipe salutis, etiam his verbis, quibus à nobis petit, vt inspiciamus illum defunctum, quem efferebant: vt in eo nos videamus, vt in speculo, nihil enim verius est, ad nobis ostendendum quid simus, quam defunctus in pheretro positus: Considera te in eo; hoc enim te liberabis ab aquis diluuij peccatorum, vt Noë in arca, quæ fabricata erat vt leculus. hom.1 n.47. vsque 50. Idque consulebat Papæ Eugenio S.Bernardus, vt se consideraret sic Summum Pontificem, vt non auerteret oculos ab eo, quod erat per naturam, id est, quod erat homo mortalis, & corruptibilis. hom.1.num.49. Et quantumuis homines se transfigurent dignitatibus, diuitiis, & prosperitatibus, vt Regina, vxor Ieroboam cognoscentur mortales ex

tumultu pedum, id est, extremo vitæ, apertione sepulchri, campanarum sonitu, descriptione mundi, &c. hom. 1. num. 50.

IV. *Ecce defunctus efferebatur; filius vnicus matris suæ.* Deus videtur res inconcinnè disponere, cum tollat filium iuuenem, qui debebat conseruare statum & esse domus, & relinquit matrem viduam, senem; cui non manebat spes posteritatis; tamen ne credas Deum verberare vt cœcum, sed disponere sic, quia conueniebat gloriæ suæ, & vtilitati nostræ. ho. 32. n. 38. vsque 41. Vtque ostendat regimen sum fuisse summæ sapientiæ, erit iudicium vniuersale, vbi videbitur ratio earum rerum, quæ eam videntur non habere. hom. 6. num. 29. vsque 35.

V. *Hæc vidua erat.* Vocare eam absolutè viduam, est significare fuisse sanctam in suis consuetudinibus, quia est nomen honoris ante Deum, nec datur absolutè, nisi viuentibus conformiter statui suo. Deus affligebat eam viduitate, iamque auget sollicitudine, auferens ei filium, quem ad cõsolationem dederat ei. Videtur nos posse dicere, quod Elias: *Domine, etiam viduam afflixisti?* Magna Dei misericordia fuit addere ei afflictionem super afflictionem sicque Paula intellexit, de qua S. Hieronymus ait, quod in similibus afflictionibus repetebat verba Isaiæ: *Ablactati à lacte, tribulationem super tribulationem expectate*, quia simul crescunt afflictiones, & præmij spes. hom. 32. n. 27. 28. Hic conuenit conceptus fertilitatis terræ Ægypti, quæ procedebat ex inundatione Nili. De quo al. bi.

VI. *Hæc vidua erat.* Fortè Deus ex misericordia, abstulit ei filium ittum, si nimis eum diligebat. Deus enim est zelator cordis nostri, vidensque nos illo nimis alteri affici, hoc aufert, vt zelosus maritus videns vxorem suam nimis affici famulo honorario. hom. 28. num. 34 35. Ideoque sem nauit tot spinas in mundo, ne huic cor nostrum affiganus. Ita ostendit se sponsum zelosum, nicens: *Sepiam vias tuas spinis.* hom. 24. num. 25. 26.

VII. *Hæc vidua erat.* Fortè attendens se viduam & cum hoc tantum filio, dissimulasset in eo inordinata aliqua sic vt posset vocari filius viduæ. Punitque Deus parentes, qui nimium libertatis concedunt filiis, vt Heli. hom. 23. nu. 6. vsque 9. Idque significauit Deus, imperans taurum teneri ligatum. hom 35. num. 23. 24. Etiam quia malè educant proles sibi datas à Deo, eas occidit, auferque successionem domus. Doctrina magnæ considerationis ad hoc propositum. hom. 37. numer. 15.

VIII. *Turba ciuitatis multa cum illa.* Sanctum est opus, & misericordiæ, afflictis condolere, & in pœnis comitari. Deus autem mouens eos ad hoc opus misericordiæ prætendebat habere innumerabiles testes miraculi, quod erat facturus. Eodem vtebatur modo in resuscitatione Lazari, mouendo honestiores Hierosolymæ ad consolandum sorores eius. Ita disponit faciens sua opera, vltra quam cogitamus. ho. 32. numer. 61. ostendens quod *Deus scientiarum Dominus est, & ipsi præparantur cogitationes.* hom. 23. num. 35. hom. 30. num. 59 & hom. 32. num. 18.

IX. *Quam quod vidisset Dominus.* Benedictus es Domine, cuius oculi vergunt ad maiores necessitates; differunt ab hominum oculis, qui tantum figuntur vbi est bonorum abundantia. hom. 30. n. 15. vsque 18.

X. *Quam cum vidisset Dominus.* Tantum eam videns, resoluebat ei concedere quod desiderabat, ea nec petente, nec loquente. Licet alij venirent cum magna auctoritate petentes signa, quæ volebant, non tantum non faciebat ea, sed etiam reiiciebat eos, dicens: *Generatio prauа, &c.* Ratio est, quia Christus habet, officium Saluatoris, adeoque faciebat opera salutis, etiam non petentibus. Non vtilia vero, nec conducentia ad salutem animæ, nec corporis, ne quidem petentibus cõcedebat. Vt si ab eo, qui habet officium, petas opera illud non concernentia, non faciet ea, faciet autem ea, quæ sunt officij sui, antequam petatur, etiam ad ea inuitans. hom. 8 num. 39. vsque 47.

XI. *Quam cum vidisset Dominus.* Vidua flebat, & lachrymæ eius mouebant Dominum ad compassionem, non enim habet cor lapideum vt tu. Licet videas mille pauperum viduarum, & necessitatem patientium lachrymas, non plus mouentur tua viscera, quam si essent lapidea. Signum est te esse sine charitate Dei, vt probabat S. Ioannes Euangelista, patuitque in diuite auaro. hom. 16. num. 11. 12. Eodem modo videt lachrymas sororum Lazari, flebat cum eis, mirabili mysterio. hom. 32. num. 68. 69.

XII. *Quam cum vidisset Dominus, misericordia motus.* Stoici credebant virum omnino sapientem, & perfectum, non debere moueri affectibus misericordiæ & compassionis, dicentes esse infirmitatem animæ. Sed est error, particulariter in Christo, qui voluntariè excitabat in se similes affectus, ad ostendendum se afflictionibus nostris non delectari, quodque accurret ad iis medendum, qui illos patitur. hom. 42. num. 40. 41. Estque hæc magna eius bonitas, quod videns suos flentes, videatur dolere, ac si eadem tribulatione torqueretur. Vnde Dauid dixit, fuisse cum tuum, cum suo populo captiuo. hom. 27. num. 46 47.

XIII. *Quam cum vidisset, &c.* Erat certum, quod lachrymæ in eius præsentia fusæ, operarentur in eius corde, Deus enim non videtur habere vires ad illa resistendum; vt nec pater videns eas in filio suo, non dare illi, quod petit. Ideò Christus, postquam dixisset nos debere vires exerere ad cœlum obtinendum, addidit nos debere vt paruulos esse. Magnæ considerationis discursus. hom. 38. n. 62. vsque 65. num. 75. 76.

XIV.

XIV. *Noli flere.* Hæc vidua habebat cor dolore plenum, licet enim non diceret verbum, fundebat lachrymas, quæ sunt testes, non decipientes ; cum verba sæpè sint ficta. Cum autem tu habeas tot, possumus iudicare, te habere cor sine dolore , licet mortua sit anima tua. ho. 38. nu. 62. vsque 65. & numer. 75, 76. Est S. Cypriani.

XV. *Noli flere.* Videtur magnum Christo dolorem causasse, tam pretiosas aquas lachrymarum fundi sine vtilitate. Infinita enim est ex illis procedens , quando cadunt, vel impenduntur legitimè , scilicet peccatis. Sunt enim aquæ, in quibus Pharao est submersus. ho. 38. numer. 77. Potentiores , quam aquæ torrentis Cison. ibid. n. 80.

XVI. *Noli flere.* Quam malè impenduntur lachrymæ ob mortem filij , quem non possunt resuscitare , nec sunt alicuius vtilitatis. Vt dixit Dauid. ho. 38. numer. 82. vsque 84. Si Esdras vidisset istam mulierem, vt alteri dixisset: *O stulta.* Possumque id multis dicere. ho. 38 n. 85. vsque 88 Hinc que patet, quanto pluris facias filios, & bona temporalia , quam animam, & bona spiritualia cum horum perditionem non sentiens; illorum desleas vehementer. ho. 38. n. 63.

XVII. *Noli flere* Illud non dixit Magdalenæ , licet eius lachrymæ non essent minores , sed abundantiores, quia erant vt sanguis , quo pedes eius lauabantur, quoque lingua canum eius acuebatur. hom. 38. numer. 70. 71.

XVIII. *Accessit Iesus , & tetigit loculum* Christus D. N. multa miracula est operatus reali contactu sanctissimæ carnis suæ, ad eius vim & virtutem ostendendam, quam accipiebat à diuinitate, cui erat vnita. Sic enim ad ostendendam sanctitatem Elisei, huius corpus defunctum , statim resuscitauit tactu corpus mortui; multò plus debebat id operari caro Christi Deificata. Vnde debes colligere , quid in te operabitur , quando communicas , si fueris dispositus , prætendit enim in mysterio SS. Sacramenti facere opus fermenti in massa. Acutus conceptus S. Cyrilli. ho. 41. n. 68. vsque 71.

XIX. *Et qui portabant , fleterunt.* S. Ambrosius ait Portitores hunc adolescentem tulisse , eo non vidente, quo ferebatur, quia erat mortuus, ferebant autem eum ad sepulchrum, vbi vermes eum eroderent, Quantum huius defuncti infortunium ! nec minus est tuum , quem etiam viuum ferunt tuæ passiones , te non vidente quo , vt portentum Ezechielis, iumenta , quæ dixit Isaias, & vas Zachariæ , ad sepulturam perditionis tuæ , & inferni. ho. 18. n. 15. vsque 18. & ho. 38 numer. 31.

XX. *Qui portabant , fleterunt.* Ferebant eum ad sepulchrum , vbi consumeretur omnis eius substantia, & manerent mera ossa. Sic te mortuum in animâ, ferunt passiones tuæ, & amici ad domum alterius vbi consumerjs. hom. 18 n. 28. vsque 37. Ita Magdalenam ferebant duæ mulieres illæ, quas depingebat Zacharias. hom. 38 num. 31.

XXI. *Qui portabant, fleterunt.* Hæc lectio est pro Confessariis, qui antequam dicant : *Tibi dico surge* vel *Ego te absoluo,* faciant stare portitores, scilicet occasiones, quæ ferunt ad peccata, non fidentes promissionibus, quæ vt facile fiunt, difficiles sunt ad implendum. hom. 36. numer. 21. vsque 24. Quas rectè timuerunt Sancti Anachoritæ. ibid. n. 26. vsque 29. Finaliter nemo videtur securiores facere promissiones duplicatas & triplicatas, quam S. Petrus, & tamen statim deficiebat. hom. 43. num. 23. 24. Faciant, quod exigebat Isaias : *Non stabunt lusi, neque delubra.* hom. 38. nu. 99 Quodque faciebat Rex Iosias ad templum bene purificandum. hom. 10. num. 47.

XXII. *Adolescens, tibi dico surge.* Vocat adolescentem, non tam quia erat ætate, sed quia moribus. Ore Dei datur cuique rei nomen conforme operibus eius. hom. 37. num. 43. Secundum hoc, quot annosis possumus dicere : *Adolescens, tibi dico surge.* Seni annis, iuueni sensu , qui es mortuus in pheretro tuæ luxuriæ : *Tibi dico, surge.* hom. 18. num. 15.

XXIII. *Tibi dico.* Multum valet loqui in particulari, vt mortuus resuscitetur ; dicere que vt Nathan Dauidi : *Tu es homo ille.* Donec enim hucusque ille processerat, hic non resuscitabatur. Hoc est cuiuis in particulari manum imponere. hom. 24. n. 54. 55.

XXIV. *Tibi dico surge.* Parum prodest doctrina in generali, si non applices tibi in particulari. Hicque est defectus auditorum, quod cum gustu acceptam veritatis doctrinam , in communi dictam nemo sibi applicet in particulari ; sed vt Isaias dixit : eam de ere runt in medio fori iacentem, vt in Gabaa Leuitæ vxorem hom. 34 nu. 41. 42. Nec quaquam plus oderunt peccatores mortui, quam quod ad eos descendatur in particulari, dicaturque : *Tibi dico surge.* Vt S. Ioannes Herodi ibid. n. 53. vsque 56 & ho. 36. n. 49 vsque 52. Quousque non recipias pro te in particulari , parum tibi proderit.

XXV. *Et surrexit, qui erat mortuus.* Christus ostendit se verum Deum operando, vt ipse Deus, imperio verbi sui ; probans quod dicit Apostolus : *Portat omnia verbo virtutis suæ* Magnorum verba mysteriorum. hom. 2. num. 39. 40 & num. 44. 45. & ho. 10. numer. 43.

XXVI. *Resedit, qui erat mortuus.* Licet opus mirabile esset resuscitare mortuum, qui portabatur ad sepulchrum, tamen mirabilior fuit modus, quo fecit, scilicet imperando ; vt particulari discursu prosequitur S. Chrysostomus. hom 30. n. 3. vsque 6.

XXVII. *Dedit illum matri suæ.* Vt bonum , vel

malum filiorum plus parentes lætificat vel contristat, quam illos ipsos ; hunc adolescentem resuscitatum dat matri vt eam exhilaret. Vt aliis vicibus ad puniendum, vel contristandum parentes auferat vitam filiis, vel morbos eis imittit. h.9. n.19. vsque 23.

XXVIII. *Accepit omnes timor, & magnificabant Deum.* Vides hic effectum miraculorum Christi, reuerentialem metum, satisfactio e n, & spirituale gaudium, quo laudant Deum ; quia miracula, quæ faciebat, tendebant ad vtilitatem ex vnâ parte illuminantia intellectum, & ex alterâ voluntatem allicientia. Si essent, qualia petebant Pharisæi, potius fugerent ab eo, secederentque ; vt patuit in obsesso, à quo expellens dæmones, permisit eis porcos intrare. hom. 8. num. 41. vsque 44.

XXIX. *Propheta magnus surrexit in nobis.* Hoc nomen Propheta significat absolutè Messiam. Eoque implentur duæ Moysi Propheriæ, cuius ore promiserat Deus Prophetam mittendum & altera Ioseph qui proximus morti, dicebat : *Iosi mortem meam visitabit vos Dominus.* ho 7. n.25.26. & h.29. n.38.39.

QVINTO DIE VENERIS QVADRAGESIMÆ, VLTRA HOM. XXXII.

I. *Erat quidam languens â Bethania.* Ioan. 10. Spectaculum nobis proponit D. Ioa. rerum adeo singularium, vt vnaquæq; nobis oculos possit sibi tollere, eosque illustrare. Insigne prouocant particularia spectacula gaudium siue fit arundinũ siue torneamentorum, in quibus nobiles nonnulli decertant inter se, siue tautorum, in quo vir illustris feram aggreditur seu cum alia luctatur : sed multò præclarius erit illud in quo omnes hi singulares conueniuut ; hic etenim nobilis aliquis taurum impetit, inde prodeunt armatæ puellæ, vt libri referunt fabularum certantque cum draconibus ; quæ nunc impetum faciunt, nunc se subducunt, modo se videntur submittere & arma proiicere, modo vires animosque fortiores resumunt. Alibi Princeps serpentem ex hac parte impugnat, ex altera cum leone congreditur : iam impetum facit, iam retrocedit, iam ingreditur, iam sistit, iam ictum excipit, iam plorat, iam fremitus edit tota spectante populi corona. Quis ignorat insigne tota varietate gratum cunctis fore spectaculum ? Tale nobis proponit in Euangelio D. Ioan. Ex vna parte describit nobilem Lazarum cum periculosa decertantem infirmitate à qua vélut tauro impugnatur, quæ cum iam in lectum prosternit, iam mortuum superat, iam sepulchro recondit, à vermibus erodendum. Ex alia parte duas producit puellas illustrissimas eius sorores ad eius properantes auxilium quæ oratione & fiducia armatæ & animosæ decertant orando. Christique fidunt misericordiis : iam dixeris eas in fide deficere, si namque ex vna parte dicant. *Domine, si fuisso hic* : ex altera quando fratris offertur resurrectio, testantur eam futuram : *In nouissimo die.* Modo dicit hæc quod credat Christus esse Filium Dei, modo retrocedere videtur in hoc quod impedire conetur Dominum iubentem aperiri sepulchrum. Modo in actu principalioni totius spectaculi producit nobis Principem æternitatis prodeuntem in arenam contra mortem, sed potissimum contra pertinacem Iudæorum obstinationem. Cursum incipit à multis leucis vbi erat, iam sistit, iam progreditur, iam accedit, iam moras nectit, in loco consistens vbi defunctus quiescebat, ex vna parte mortem considerans, grauem in se contra illam indignationem excitat, & mortuum perpendens molestam in se concitat compassionem. Lachrymas intuitus dilectarum sibi discipularum in fletus compungitur : cernens præsentium incredulitatem, & præuidens quod ob illud opus, quo nunc Lazarum ad vitam erat reuocaturus, nedum in illum non crederent sed insuper illum occiderent, fremitus edit, & diuersas induit figuras, modo tristis ingemiscit, & plorat, modo leonem induit rugientem.

Post hæc illum repræsentat ex oppositio mortis, illi præcipientem vt faciem suam discooperiat, & aperiri iubentem sepulchrum, vt illam aggrediatur : primo brachium fortitudinis suæ attollit, linguæ suæ vibrat lanceam, declarans hanc adeo potentem, vt quidquid voluerit & petierit, æternus Pater perficiat, depingit qualiter lanceam in mortem detorqueat vnico *Lazare veni foras*, quotquot enim verba protulit, tot illi ictus impegit : describit nobis victorem & turbam spectaculo præsentem innumeram. Nos pios inter spectatores statuamus : intelliges quam fidelis amicus sit Deus, qua ratione suis subueniat : modum addisces vincendi, orandi, sperandi, fidendi, petendi. Duritiem cordium illorum obstupesces quæ lapides superat, atque ex eorum obstinatione tuam quoque cognosces. Miraberis Dei potestatem, qui solo verbo operatur & dat vitam vt Apostolo dicere licuerit : *Portat omnia verbo virtutis suæ.* hom. 2. n. 36. hom. 10 num. 43. & secundum hoc eius potentem sperare gratiam, si sincerè illam expetieris. Censemus nos ad hoc inuitatos spectaculum : etenim nos Deus inuitat eadem animi sinceritate quâ suos Angelos, quando spectaculum de Iob proposuit. hom. 4. num. 30 31.32.

II. *Erat quidam languens.* Miraculum quod præmanibus habemus ceteris eminet quæ Christus fecit in diuinitatis suæ testimonium, vt expresse probat D. August. hom. 31. numer. 2. 3. Modò sicut Sol accessit ad

ad lucis suæ meridiem: nam deinceps actum fuit de morte eius. ho. 31. nu. 4. & videtur hic illud Dauidis impleri: *Deus in fortibus eius cognoscetur, cum suscipiet eam*: quia omnium fortissimum quod vincit omnia mors est, equus qui reliquos omnes cursu anteruertit. hom. 31. num. 29 cumque sit mors adeò fortis & potens in sua residens domo nempe sepulchro Lazarum possidens, vt videatur esse velut *fortis armatus qui custodit atrium suum*, tamen Christus hic suam exerit potentiam ita euidenter vt eius inimici conuicti fuerint & perterriti, ira vt aduersus eum coëgerint concilium, iuxta illud Psalmi: *Ecce Reges terræ congregati sunt, conuenerunt in unum, &c. Ibi dolores vt parturientis.* Verba hæc eleganter angustias exprimunt, quibus in concilio suo torquebantur, dum dicerent: *Quid facimus?* &c. hom. 40. num. 2. 3.

III. *Erat quidam languens Lazarus.* Incipit Euangelista nobis describere in hoc spectaculo tres germanos Lazarum, Mariam & Martham, qui suam inchoant luctam, Lazarus infirmitate pressus: sorores eius solicitæ & anxiæ, quæ vt optimæ sorores, fratris sui calamitatem vt propriam censent, teque instruunt, non minori tibi studio laborandum, quando frater tuus per peccatum infirmatur, sicut ille qui dicebat: *Quis infirmatur & ego non infirmor? quis scandalizatur, &c.* deinde tibi incumbendum vt ores, & corripias: hoc etenim fraternitas exigit, & cum simus omnes eiusdem corporis membra. hom. 22. num. 3. 4. Nec minus es reprehensibilis, hoc omittens; quam fuissent illæ germanæ, si morbo ingraescente & fratre tendente ad extrema, eius sedulò non inuigilassent instaurationi. ibid. num. 5. 6

IV. *Erat quidam languens Lazarus de castello Mariæ & Marthæ.* Singulari consilio recenset Euangelista horum trium nomina, significans omnes fuisse Dei amicos; hoc enim est amoris signum omnibus suis: quod *vocat illas nominatim*, suntque velut cœli sydera, nam *omnium eu nomina vocat*. Et hoc declarat locutus Moysi, cuiungens hæc: ad quem esse amicum suum, & vocare eum nomine suo *Noui te ex nomine: & inuenisti gratiam coram me*. ho. 16 n. 17.

V. *Maria erat, quæ vnxit.* Introducitur huic spectaculo singulariter Maria quæ tantoperè præcellebat ex præclaris operibus, quæ in domo fecerat Pharisæi conuersa, vbi pedes vnxit Domini: hi namque veri sunt amici, qui talium operum exhibent, qui eius pedes lauent, & vngunt: & hoc declarat te talem non esse: quod talia non præstes opera, pedes vngendo, pauperes intelligo, in quo D. Ioan. rationem fundat, vt nequaquam te nomines amicum, nisi talia exhibeas opera hom. 16. n. 11. vsque 16.

VI. *Maria erat quæ vnxit.* Iam ab aliquot hoc diebus egerat Maria, sed ne timueris, quod Deus obsequij tui obliuiscatur: nam aliud simile huic, licet nonnulli hoc flocci fecerint, dixit tanti faciendum, vt quotempore mundus duraret, omnium hoc foret ore linguaque celebrandum, singulariter expendit hoc D. Chrysost. ho. 38. n. 67. quatenus tibi persuadeas, omnem te posse bonorum tuorum operum memoriam abdicare: non enim deperibunt, licet eorum tu non recorderis, & his conformiter videbis, quod quidquid mulier hæc egit in Dei obsequium, licet videretur illud non attendere, singillatim tamen expendit. hom. 38. numer. 113.

XVII. *Maria erat quæ vnxit.* Ne prædicatorem inquiras operum tuorum elegantiorem, ipse educet ea in publicum hic & ibi, & occasionem captabit quâ possit illa diuulgare, licet non ad rem venire videantur, sicut in præsenti opere facit: insuper & malus timeat: quantumuis enim eius peccata lateant, ea producet ad medium. ho. 26. n. 17. 18. 19.

VIII. *Maria erat quæ vnxit.* Repetit bonum opus ab hac muliere præstitum ad eius gloriam, nec mentionem facit eius qui principalis huius erat auctor: nam ille fuit qui illam conuertit & ad illud instigauit: totum opus refertur ad honorem eius: nec enim tantummodo vult, bonorum operum metamus vtilitatem, sed etiam vt ex illis honorem referamus, ac si perfectè & integrè nostra essent, in quo testatur se liberalem h. 2. n. 15. vsque 49.

IX. *Erat quidam languens Lazarus.* Cum iam Euangelista tres illos germanos statuit, primum incipit indicare bellum Lazari cum infirmitate, monetque vt attendamus & miremur, quod cum esset hæc domus amicorum Dei, tamen illos adeo periculoso premat morbo, vt ex illo Lazarus moriatur, & sorores grauiter affligantur potiò potius quia sunt amici, vt Deo perpetuum seruient amorem, nec rebus afficiantur mundi, idcirco sentiat illum spinis, ne perfectè figant in eo pedem, & semper cum Davide suspitent: *Heu mihi, quia incolatus meus, &c.* h. 24. n. 25 26.

X. *Erat quidam languens.* Mundus Ægyptus est, nec domus est à lacrymis libera, quia nulla est à calamitatibus immunis: hom. 24. num. 25. Et si peccatores illis affligit vt illos in via peccatorum suorum cohibeat, illas amicis immittit, vt in eis seruet humilitatem, ne vento superbiæ inaniter rapiantur. ibid. n. 26. vsque 33.

XI. *Erat quidam languens.* Non est amicitiæ signum, quod Deus amicos suos nullis visitet morbis aut aduersitatibus: nam peccatoribus inimicis suis soluit per bona temporalia opera bona quæ faciunt vel fecerunt, differens in alteram vitam malorum supplicium. Amicos pro leuioribus punit culpis in hac vita, vt illis præmium in altera largiatur. homil. 16. nu. 51. & seqq. nec te moueant supplicia quamcúque esse

esse grauiora quæ immittit : quia sufficiunt culpæ veniales ad pœnas grauiores. homil. 10. numero. 28. vsque 31.

XII. *Erat quidam languens.* Tribulationes non sunt indicia odij sed singularis beneficij, sicut erat Regum Persiæ, virga percutere eos quibus gratiam exhibebant particularem. De peccatoribus dixit : *Nan est virga Dei super illos.* ho. 9. n. 41. 42.

XIII. *Erat quidam languens.* Erant amici noui testamenti, vnde singularem illis confert gratiam propriam Sanctis noui Testamenti, quæ est languorem immittere quo ad funera rapiantur, ho. 15. n. 27.

XIV. *Erat quidam languens.* Oculos coniice in virum nobilem in hoc spectaculo prodeuntem, & inuenies eum iuuenem, diuitem, in deliciis enutritum, quem nihilominus languor prosternit, & moritur vt hinc addiscas solicitè viuere, licet te gaudeas his conditionibus florentem, quibus diabolus multos miserè decipit. Sunt hæc maturè consideranda. ho. 31 numero. 12. 13. 14. 15.

XV. *Erat quidam languens.* Ecce quid in illo possis nobili considerare: heri sanus est, hodie mortuus, & quamuis in ætate & robore videatur columna, nam dicitur à D. Epiphan triginta annorum adolescens, est verius nauis, ad cuius subuersionem flatus sufficit venti. homil. 31. n. 12. vsque 28. vbi tractatur quod morti ita vicinus sit inuenis ac senex, imò probatur, proximior esse iuuenis, & notandum, quod tres illi mortui, quos Christus resuscitauit, testibus Euangelistis, fuerint iuniores ho 31 n 28. vsque 33.

XVI. *Erat quidam languens.* Incurij viuebant hac adolescentis incolumitate, porrò confestim eis de manibus elabitur, & quidem ignoranter, cum illi quoddam animi deliquium obuenerit, quo vires illi confestim eneruantur, & hoc verbo indicatur : *Languens.* Itaque cum securiorem illi vitam pollicebantur, subitò mors irrepsit: quæ idcircò nocti comparatur Caue ne te vt murem in muscipula comprehendat. homil. 5. n. 26. hom 24. n. 35. 36. quid plura ? nulla nauis ita secura est, quin cum aquæ fluidæ immitatur, periculo instantaneæ subiiciatur subuersionis ad turbinem venti minime præuisum. homil. 4. numer. 26. 27. 28.

XVII. *Erat quidam languens* Non hoc te moueat quod adeo repentè vires huic defecerint nobili, robusto, diuiti, adolescenti: quamuis enim statua sit ex metallis composita pretiosis, pedes habet luteos: quos lapillus possit in puluerem comminuere. homil 1. n. 44.

XVIII. *Erat quidam languens.* Omnes illius familiæ erant amici, & ideo Deus immisit illis mortem & infirmitatem: etenim eius amicorum domus sunt velut horti floribus herbisque venustiores: quorum odor non percipitur, nisi flores ventis agitentur. homil. 9. nu. 36. vsque 38.

XIX. *Erat quidam languens.* Eo ipso quo erant amici, Deus illos aduersitatibus examinauit: hoc etenim modo cum illis agit, inquit D. Gregor. nam *Cruciat & amat*: hoc autem ipsi agunt, vt tribulationem necessariam faciant voluntariam, quo magnoperè crescat eorum meritum. homil. 9: numer. 46. vsque 49. ho. 44. numer. 27. 28.

XX. *Miserunt sorores eius ad eum.* Decertabat in hoc spectaculo Lazarus cum infirmitate: pariter ingrediuntur & hæ puellæ ad certamen: censebant etenim eum ad extrema deduci, & rationi congruum esse, vt sorores ad fratris sui properarent auxilium: quia gratia non destruit naturam, & teneris potissimum fratribus tuis ac cognatis laboribus, pressis subuenire: nam etiam ipsi sancti in altera vita particulariter amicis auxiliantur. hom. 24. nu. 38.

XXI. *Miserunt sorores* Exprimit Euangelista sorores fuisse Lozari: quia ex eo quod tales essent, ad hoc singulare mouebantur studium: sicut matrem filiorum Zebedæi exc tabat quod mater erat, quam idcirco proprio nomine recenset Euangelista: *Accessit mater.* ho. 15. nu. 29. & faxit Deus vt vos offenderetis esse fratres peccatoris, eiusque solliciti essetis quando languescit: hoc etenim incumbit fratribus, & digni sunt reprehensione & supplicio hoc negligentes, qualiter fuerunt Idumæi. ho. 22. nu. 47. 48. & aptè loquitur D. Ambros. *Maior est fraternitas Christi, quam sanguinis.* ibid. nu. 49.

XII. *Miserunt sorores eius.* Optimè armatæ prodeunt in scenam hæ binæ sorores Primo cognitione valde necessaria, quod infirmitas casui non sit adscribenda, sed singulari diuinæ dispositioni, & quando se aliquid ex ordinatione superioris, ad illum recurre, si intelligas ex eius hoc descendere dispositione; non sicut tu, nam irruente morbo ad hunc vel alium pro remedio confugis, eius causam imputans modo huic, modo alteri, vt cœcus manu tentans. homil. 30. numer. 26. 27. 28.

XXIII. *Miserunt ad eum.* Prudentes domicellæ Quando Gubernator mittit apparitorem vt aliquem apprehendat, apparitorem non interrogas, ipse quippè mandatum simpliciter exequitur; sed recurris ad Gubernatorem illi proponens quod possit eum à proposito dimouere: sic domicellæ faciunt. etenim cum Centurione intelligunt, infirmitates esse Dei apparitores, quibus iustitiam mandat executioni, & quidem valde necessarios homil. 2. numer. 47. vsque 50. & homil. 3. numer. 23. 24.

XXIV. *Miserunt ad eum.* En tibi arma, quibus hæ matronæ se singulariter præmuniunt : oratio qua ad Deum recurrunt. Mirare spectaculum, quo doctris vti talibus in omnibus tribulationum occasionibus quod etiam Dominus in suis decuit actionibus erat

ad

ad noſtram effecit inſtructionem. Diſcurſus hic cuilibet proderit. ho. 26. n. 8. vſque 14.

XXV. *Miſerunt ad eum.* Conſpice illas triſtes & afflictas ex fratris ſui languore. Ad debellandam & vincendam triſtitiam, quâ præfocantur, ad orationem confugiunt: hæc etenim arma ſunt efficacia ad prœliandum contra deſolationes triſtitias & melancholias: vt patet in Dauit Iob & aliis. Argumentum hoc propoſito valde conuenit. ho. 42. n. 70. vſque 73.

XXVI. *Miſerunt ad eum.* Fiducialiter recurunt ad Dominum, grata cui ſeruitia exhibuerunt: etenim certum eſt quod ſibi ſeruientibus ſuccurrit non minori illis dona conferens ſolicitudine, ac illi ſtuduerunt ei famulari: quamobrem ſancti tanta refugiunt confidentia, vt dicatur quod Deum ligent, vt vidimus in Elia. ho 24. n. 36 40. 41.

XXVII. *Miſerunt ad eum.* Qui tanta Deo præſtitit obſequia, magnâ poteſt fiducia ſuam ad ipſum mittere ſupplicationem orationis: etenim coram illo oblata, prodeunt opera bona, factaque obſequia, fauſtum deprecare reſponſum: ſicut è contrario peccatorum ſupplicationibus Deo exhibitis eorum refraganter peccata: ho 2. n. 37. 38.

XXVIII. *Miſerunt ad eum.* Dei naturam cognoſcunt, quod ſpeculum ſit, agatque nobiſcum eo modò quo nos cum illo, & brachium ad nos extendit eâ menſura qua noſtrum ad illum nos extenderimus, nobiſque ipſos ſtatuit menſuram eius quod ipſe nobis eſt ſeruaturus: quocirca qui longius extendit ad eum brachium ſuum, fide ſecurus ſit, quod & ipſe brachium ſuum ad eum longius ſit excenſurus. ho. 25. n. 50. & 56. vſque 61 & ho. 37 n 15-16.

XXIX. *Domine, ecce quem amas, infirmatur.* Primus paſſus quo quis accedere debet ad Deum ex Apoſtoli ſententia, eſt credere diuinam eius eſſentiam h. 21. n. 42. 43. tamque neceſſaria eſt fides, vt Deus quidquam non operetur, n. ſi pro eiuſdem menſura h. 27. n. 32. vſque 40. Adſunt hæ ſorores, primò credendo diuinum eſſe in Chriſto, quod declarant, vocantes eum Dominum abſolutum & illimitatum: *Domine*, nomen eſt hoc æterni Dei ho. 2 n. 28.

XXX. *Ecce quem amas.* Notandum: *Ecce*, meo namque iudicio indicant illi fratris ſui morbum, vt. que in eum oculos ſuos coniiciat. Dominæ, an cogitaris, quod morbum non videat? Inſigne myſterium! Adſunt ſpectaculo, & luctantur cum infirmitate fratris ſui, timore perculſæ, cura & auxietate: Norunt quod oculis Dei nihil ſit gratius, quam talia videre ſpectacula, & qualiter his expoſiti Sancti prœlientur: videturque hinc accipere lenimen, imò & ipſas hoc demulcet & ſolatur, & alas addit ſponſæ: proinde quaſi rogant vt gaudeat & delectetur hoc ſpectaculo, quodque ipſæ in hoc ſolentur quod intelligant ab ipſo ſe conſpici. ho. 4. n. 29. vſque 39.

XXXI. *Domine; Ecce quem amas.* Ecce quid illis ſpem ingerat domicellis, noſſe ſcilicet, quod apertis Chriſtus oculis earum videat tribulationes. q. d. Domine iam vides amicum tuum aduerſa corporis valetudine laborantem, nec dicimus quid ampliùs, nec petimus, hoc ſolum noſtram fouet fiduciam, quod nos de hac mortis tribulatione ſis ereptutus, qua frater noſter opprimitur: iam enim ceciit Dauid: *Ecce oculi Domini ſuper metuentes eum, vt erant à morte animas eorum.* Securus eſſe poteſt Dei amicus: quandoquidem enim Dei ſuper eum oculi defigantur, eiuſqua attendat afflictiones, non eum perire patietur. ho. 27. numer. 8. vſque 23. Vt autem intelligat quam ſecurè, poſſit illi fidere, non ſuffert vtille qui ipſi ſeruit, alium exſpectet, neceſſitati ſuæ ſubuenientem, ſed vt in ipſum omnem ſpei ſuæ coniiciat anchoram quando affligitur: ad illum etenim ſpectat illi ſuccurrere, non bonis tantum beatitudinis & gratiæ ſuæ, ſed iis etiam quibus ad vitæ ſuæ indiget alimentum: nec non eius ſe committens protectioni, confidat Dei ſeruus, quod ſibi non ſit defuturus; vt diſcimus ex D. Petro: nam in grauiori famis neceſſitate, quam in Ioppe patiebatur, quando ad Deum in oratione confugit in parte ſuperiori domus Simônis Coriarij, cœlos illi aperuit, vt cibum illi mitteret manducandum, & præuenit eum dans illi cibum, antequam alij illum præparaſſent ho. 27. n. 9.

XXXII. *Domine ecce quem amas.* Prudentes matronæ, quæ nudam exponunt neceſſitatem, ſeruando reuerentiam Deo debitam, non illi dicendo quid agere ipſum oporteat, ſed fidendo hoc facturum; quod maximè conuenerit: ita facit Centurio, in quo fidem ſuam oſtendit fide Sacerdotum inſigniorem; hi quippè rem determinatam à Domino poſtulârunt eius inuertendo commiſſionem. ho. 2. n. 26.

XXXIII. *Domine, ecce quem amas.* Optima petitio non ſtatuere vt fundamentum quod in Domini obſequium fecerant, nec ſua merita, ſed tantum Dei amorem, quo nobis afficitur, & præſtat miſericordiam: vnde non dicunt: Domine ecce tibi ſedulo miniſtrauimus te lautiùs excipimus; ſed tuam attende miſericordiam, quâ nos diligis: oratio tanto prudentior quanto eſt Pelagij imprudentior. ho. 9. n. 17. 18.

XXXIV. *Infirmitas hæc non eſt ad mortem, ſed pro gloria Dei, vt glorificetur filius Dei per eam.* Optima & plena conſolatione reſponſio: *Infirmitas hæc non eſt ad mortem &c.* Declarat Dominus quod dixmus: morbum hunc ſpectaculum fuiſſe ad gloriam Dei: Deus etenim glorificatur cum nos aduerſitatibus exercet, vt patet in Iob. Conceptus vtiliſſimus. homil. 4. nu. 29 vſque 38.

XXXV. *Pro gloria Dei, vt glorificetur filius Dei,*

per eam. Quid ais ô Domine languorem tibi cedere ad gloriam, cum potiùs tibi cedet ad mortem, quod etenim ſtateram ad ima depreſſit, vt ad mortem condemnareris, ipſa fuit Lazari reſuſcitatio? Sic ait: Primò quia hoc opus fuit cuius gratia tanta receptus fuit pompa, quanta nouimus in die Palmarum, quando in rei veritate confeſſi ſunt illum & glorificarunt, vt verum Regem, & Meſſiam promiſſum, & filium Dei naturalem. ho. 41. n. 15 & 99.

XXXVI. *Vt glorificetur filius Dei*, Secundò: dicit opus illud ad ſui nominis fore glorificationem: quamuis enim ſibi ad mortem ceſſerit, fuit hæc tamen principium glorificationis eius atque exaltationis fundamentum. Myſterium hoc eius fratres & cognati non intellexerunt. ho. 36 n. 37. 38. 39. Et ea de cauſa vocari etiam poteſt moris tua & cruciatus, tua glorificatio: quia in eo quòd pro Deo pateris, & iuxta quod pateris, erit gloria tua: nam idcirco Iob vermes ſuos, ſuas reputauit diuitias, & Sancti pœnas & iniurias iudicant eſſe gloriam. ho. 15. n. 15.

XXXVII. *Tunc manſit duobus diebus.* Iam cœlorum Princeps prodit ad ſpectaculum & hoc primum agit, quod prouocatus adſit in amicorum ſuorum auxilium: pedem figit, hæret, & moram trahit magna cœleſtis arte triumphator: qui non ſemper aduolat licet aduocatus: quia necdum hora eſt ſanandi opportuna: nec enim eo momento quo febricitans potum poſtulat, hunc illi medicus concedit, nec emplaſtrum tollit quod appoſuit, licet illi moleſtum videatur, nec iſticò de forna ce ducit aurum: ſic etenim cum Apoſtolo præclarum hoc myſterium expendit D. Chryſoſt. etenim eius petitioni reſpondit, nondum aduenisse tempus, quamuis non leuem illi conſolationem infunderet; dicendo: *Sufficit tibi gratia mea* hoc ſolamen his etiam indulſit ſororibus, dicens: *Infirmitas hæc non eſt ad mortem, ſed pro gloria Dei.* homil. 42. n. 95. vſque 98.

XXXVIII. *Eamus in Iudæam iterum.* Secceſſerat Chriſtus de Iudæa, quia volebant eum Iudæi lapidare, & dicenti nunc Apoſtolis ſe reditum cogitare in Iudæam, reſpondent illi: Rabbi, nunc volebant te Iudæi lapidare, &c. Bonum proponit nobis ingreſſum D. Ioan. in hoc ſpectaculum: illum cogitat, ſed à diſcipulis cohibetur; ſed ex illo quod dixerat, reſpondet, ſic expedire gloriæ Dei: *Pro gloria Dei.* vbi vero eius agitur negotium, nulli debent lapides auertere, eum præſertim qui filius eſt Moyſe multo fidelior. ho. 30. n. 6, 7. 8.

XXXIX. *Nonne duodecim ſunt horæ diei?* Declarat illuſtriſſimus hic Princeps potentiam ſuam, quâ prodit in ſcenam, quæ tanta eſt, vt quamuis in vnum omnes ſui conſpirent inimici, eum nequeant occidere, niſi tempus impleatur vitæ ſuæ conſtitutum, ſicut nec totus poterit mundus conueniens vel punctum auferre ex duodecim horis quas ſol cutſu ſuo complecti. tur. h. 35. n. 38. & ſequentibus.

XL. *Nonne duodecim ſunt horæ, &c.* Oſtendit ſe poteſtatem habere ſuper mortem: quia vita fluit, ſecundum ſolis diſcurſum, ſicut vmbra, & ille ſolis vmbram poteſt vel retinere vel extendere, qui ſolem detinendi habet poteſtatem, qualis fuit Ioſue, qui Chriſtum figuratiuè præcucurrit: proinde ipſe ſolus perfecto gaudet ſuper mortem dominio h 31 n. 71.

XLI. *Qui ambulat in luce, non offendit.* Indicat ſibi omnia eſſe præſentia, quocirca nihil timendum quod ipſe offendat, vel cadat, ſicut tu ſi videris quâ pergas, non ita facilè prolaberis: quinimò hinc eſt quod ſoties corruas, quia non attendis qua quove vadas, tuæque te paſſiones ducunt oculis obuelatum, ſicut Ezechiel trahebatur in portentum. ho. 18. n. 25. vſque 28. & ho. 31. n. 69. 70.

XLII. *Dixit eis iterum: Lazarus amicus noſter dormit, ſed vado vt à ſomno excitem eum.* Omnia verba Chriſti ſua continent myſteria. Dormit Lazarus, & neceſſe eſt, vt pergat Dominus eum ſuſcitaturus. Apoſtolis viſum eſt hic nullam ſubeſſe rationem: imò potiùs ſomnum eſſe ſanitatis indicium: ſed expoſuit ſecluſa ſua poteſtate Lazarum non poſſe ſuſcitari; quia ſermo erat de dormitione mortis, ex qua ſola poteſt Dei omnipotentia ſuſcitare, atque per hoc ſuam Chriſtus teſtatus eſt diuinitatem, quod ſomno mortis dormiens, ſeipſum potuerit à morte ſuſcitare, quod ore Dauidico prædixerat: *Ego dormiui & ſomnum cepi.* p. 49. n. 8. 9. 10.

XLIII. *Vado vt à ſomno excitem eum.* Nota verbum *Vado*; nam Lazarus mortuus cum ſymbolum ſit peccatoris, qui per peccatum obdormiuit, non ibit ipſe ad te, vt illum excites, ac proinde conuenit, vt ad illum tu accedas: & ni fallor *Vado*, quod dicit Dominus de ſeipſo in hac occaſione, correſpondet illi *Vade*, quod dixit locutus de fraterna correptione. ho. 22. numer. 7, vſque 11.

XLIV. *Venit Ieſus & inuenit eum quatuor dies habentem in monumento.* Acceſſit Chriſtus Bethaniam, cum iam quatriduo Lazarus eſſet ſepultus. Quid hoc ergo Domine, hæccine eſt amicitia tanto differre tempore ſuppetias ferre amico tuo? Ecce quem ſero prodeat in ſpectaculum, & licet ita ſit, attamen tales ſunt paſſus eius, quibus debet progredi, qui in omnibus prudenter procedit, & oſtendit illud quod dixit Propheta: *Si moram fecerit, &c. non tardabit.* Quamuis enim pro tuo deſiderio moras nectat, venit tamen quando gloriæ Dei maximè eſt opportunum, & vtilitati noſtræ conueniens: non enim ſic

sta glorificatus fuisset, nec virtus eius ita innotuisset, nec charissimæ illi tanto recreatæ solamine, nec discipuli ita confirmati, nec mundus sic illuminatus, si quando eum vocarunt, accurrisset, & non permisisset vt mors in eum quidquid poterat, effecisset, & proinde non nisi nunc accedit: dicebat enim, quod aliàs dixerat: *Nondum venit hora mea.* hom.27.n.28.29.

XLV. *Domine, si fuisses hic.* Prodit Martha & pedibus eius aduoluta, sic ait: Domine mi, vtinam fuisses hic. Perperam agis ô Martha in hoc spectaculo; quamuis enim laudabiliter ingressa fueris, illum vocans *Domine*, vires tamen manifestas exiguas, dicendo: *Si fuisses hic*: si namque fortes fuissent fidei tuæ vires, cognouisses quod vbique Dominus esset, atque ita potuisset illam Dominus reprehendere, sicut Regulum, qui corporalem exigebat Domini præsentiam, vt filio suo salutem impertiret. Innotescit in hoc spectaculo humana infirmitas, quæ deficit, & diffidit dum nonnulla premitur aduersitate: cum enim Apostoli ita instructi essent in potentia Christi, statim immediatè vim eos fœua torquet tempestas, dicit Euangelista: obcæcatum est cor eorum, vt ea vti non potuerint cognitione, quam habebant de Christo, nec illi fidere, vt par erat. hom.44 n.46. hom 27.n.40. & seqq.

XLVI. *Domine, si fuisses hic.* Malè loqueris ô Martha, cum eo ipso quo Domino famularis, & angustias pateris, intelligere deberes illud Dauidici: *Cum ipso sum in tribulatione*: etenim cum Ioseph est tanto veriùs, quantò is tribulatur acerbiùs, catenisque fortiùs stringitur: & cum Daniele leonibus confidente. hom. 4.num 49. & populo suo captiuo concaptiuus dicitur. hom.27.num.46.

XLVII. *Domine, si fuisses hic.* O Martha sanctissima, quam inuersè argumentaris, & quam exiguam inis rationem beneficiorum spiritualium, quæ Dominus vobis præstitit: sororem tuam in instanti ex peccatrice conuertit in Seraphim, te verò à profluuio cruoris sanguinis: in domo tua moras traxit diuturnas, beneficia conferens adeò præclara, vt ea videaris fratri tuæ inuidisse, & modò indicas quod cum præsens huic non adfuerit infirmitati actum sit de fratre tuo; congruenter eadem te possent arguere reprehensione, qua Propheta Hanani Regem corripuit Asa: cum enim Deus eum beneficiis cumulasset insignioribus, diffidit in minoribus. Peruersa hæc est hominum conditio: qui cum dona Dei receperunt grandiora in iis quæ minoris sunt momenti, spei anchoram abiiciunt. hom.27.num.43 44.

XLVIII. *Domine, si fuisses hic.* Modò rationem percipies cur tam lentè prodeat in spectaculum hic Princeps. Videris ô Domine, non satisfacere legibus amicitiæ, aliorum etenim necessitatibus solo verbo subuenisti: cœco visum peremti & leproso munditiem solo verbo concessisti: imò nonnumquam plura fecisti quam facere rogabaris, sicut Centurioni, cui proponenti tantum serui sui paralysim, respondisti: *Ego veniam & curabo eum*, cum tale quid non peteret: & Principe Synagogæ Iayro pro filia sua te deprecante domum eius accessisti: nunc autem præmonitus à duabus his sororibus tibi addictis tam lento procedis gressu vt data operâ quatriduum itineri impendas. Ne mireris: Princeps etenim hic progreditur ad mensuram fidei manum suam implorantium; Marthæ verò fides modica erat valde, quinimò idcircò tardè tibi succurrit, quia fidem habes ita somnolentam. hom.2. num.27. hom.27 num.37. vsque 40.

XLIX. *Domine, si fuisses hic.* Heu Martha, quam parua te præparas dispositione ad miraculum mox præstandum: est etenim omnium supremum, vnde & fidem exigit eminentissimam. hom.27. n.32. Verum valde familiare est Sanctis magnæ fidei viris, fidem in illis langueſcere dum grauioribus exercentur aduersitatibus: vnde dixit D. Hieron. quod eo tempore quo circumcingimur in illis: *Etiam in his qui bene credunt, difficile inuenitur.* hom.27 n.42. & seqq.

L. *Resurget frater tuus.* Adest Dominus illam consolaturus illa ratione quæ in similibus euentibus consolationem adferre potest maximam, nempe: *Resurget frater tuus.* Hoc est quod efficacissimè nos solari potest in morte parentum vel amicorum nostrorum, quod si moriantur, non illos omninò perdamus, nec illi in æternum moriantur quia & nos resurgemus, & lætabuntur: & hæc est ratio D. Pauli: *Nolumus vos ignorare de dormientibus.* hom.31. num.61.62. & hæc eadem nos monet ne fidelium cadauera coruis exponamus deuoranda, sed ea particularibus sepeliamus ceremoniis. ibid. nu.38. & hac diligentiâ SS. Patriarchæ defunctos terræ mandabant, hac spe seipsos recreantes. ibid num 43.44.45.

LI. *Scio quia resurget in resurrectione in nouissimo die.* Ecce quare Christus hæc ei verba dixerit, vt per illa daret illi occasionem quâ modicam fidem suam proderet: sic: idcircò à Philippo requisiuit: *Vnde ememus panes?* dicit enim Euangelista, quod *tentans eum*, vt ostenderet fidem suam valde exiguam & languidam de Christo fiduciam. hom.27.nu.32. Et hinc nostra reuelatur pusillanimitas; & quod nostri compotes non sumus quando, nos vrget occasio; nos etenim ab illa vincimur, & nobisipsis mentimur, dum vires nobis adscribimus eximias. hom.43 num 23 24. Precare Deum vt te liberet ab occasionibus: nam non sine periculo eris in illis, & tuam agnosce inconstantiam: tantò quippe eris constantior quantò eam magis cognoscens, te Deo Domino diligentius commendauens. ibid. num.28.29.

LII. *Ego sum Resurrectio & vita.* Quam fortiter

instat Christus vt Marthæ fidem viuificet, eiusque spem fundet; & quid illi poterat amplius dare, quam seipsum manifestare quis esset, dicendo: *Ego sum Resurrectio & vita.* O quantum hoc beneficium! cortinas attrahendo seipsum reuelare: gratiam hanc nec Abrahæ, nec Dauidi concessit. ho.25.n.91. Et non ait: Ego sum qui resuscitat, & viuificat, sed ego sum ipsa resurrectio & vita: Modus hic loquendi, secundum bonam Metaphysicam declarat, quod in se concludat, quidquid pertinet ad resurrectionem & vitam; & sicut ex hac ratione resurgent per eius virtutem in die iudicij & viuent omnes mortui, poterit hoc ipsum facere quotiescumque & vbicumque libuerit, & istis nominibus se declarare, sicut diabolus per contraria: nam nomen eius mors est & vinorum homicida: animam enim occidit quam per peccatum ingreditur, & vitæ priuat operibus, ac meritis quibus præfulgebat. hom.13. num.7.8. Porrò Christus vita est & resurrectio, quia vitam largitur animabus, & opera resuscitat mortificata. hom.19.num.13.14.

LIII. *Ego sum resurrectio & vita* Verba sunt hæc præclaræ consolationis. Quid Martha times? ne te mors fratris tui molestius affligat: adsum enim in quo vitam habes & resurrectionem adeo potentem, vt eam cunctis possim mortuis infundere. Optima leniminis ratio, ne iusti timeant mortem, morbos cunctaque mala: cum secum Deum habeant, qui est omne bonum, salus & gloria: & iuxta hoc. sicut suprema ea est desolatio animam Deo priuari, ita Deum habere comitem omnigena continet verę consolationis lenimenta. hom.13.n.15.vsque 23 & ho.23. multi & notatu digni habentur discursus, quantum sit bonum habere secum Deum, & quantum hoc damnum illo priuari. num.5. vsque 25.

LIV. *Magister adest & vocat te.* Continuò vocauit Martha Mariam, & licet occupata visitationibus primatum Hierusalem, vt tamen audiuit Dominum aduenisse, à quo vocabatur & exspectabatur, omnibus quæ mundi concernebant officia, nuntium remisit, & festina vt ouis aduolauit, cuius primum hoc signum Dominus esse asserit, vocem suam promptius audire. hom.37. n.30. Et hoc illam promouit, vt ex pullo inferni in cœlestem mutaretur Seraphim. homil.38. num.41. vsque 45.

LV. *Magister adest & vocat te.* Illicò accurrit vt Rex Dauid ad fontium pyrorum. ho.10.nu.19.20.21. se legitimam ostendit Dei filiam festine accurrens ad vocem eius, sicut ad vocem Patris sui legitimi. Mysterium hoc exponit Hieremias figura perdicum. ho.37. num.30.31.

LVI. *Maria procidens ad pedes Iesu, &c. Iesus vt vidit eam plorantem, &c lachrymatus est.* Ostendit Christus se habere cor verè humanum, quod visis proximi calamitatibus compatitur: illas etenim qui siccis intuetur oculis, cor habet lapideum, quale diues ille habebat epulo, & tu quoque qui siccis oculis tantas pertransis pauperum necessitates. ho.16.n.11.& ho.31.n. 56.57. Talia qualia Christo erant, viscera desiderabat D.Ambros. hom.22.n.54.55.

LVII. *Lachrymatus est Iesus.* Ecce quam efficaces sint orationes & lachrymæ multorum, vt ipsas immutus Deus ipse lachrymetur: vt pateat quam efficaces sint lachrymæ & communes orationes, quibus cor Dei moueatur. hom.24.num 46.47.

LVIII. *Lachrymatus est Iesus.* Tres lachrymarum species effudit Christus, omnes mysticas, & particulariter fuerunt illæ quas modo effudit. hom.10. n.41.

LIX. *Lachrymatus est Iesus.* Domine, perpende lachrymas indicare pusillanimitatem: nam & ipse D. Augustin. verecundabatur si quis eum plorantem videret. hom.42. num.42. Optimè dixit D. Ambros. quod Deus nonnulla facit, vel dicit, quæ maiestate sua videntur indigna, modo intelligatur illud quod maximè desiderat à nobis videri, sua nempe misericordia, & viscerum benignitas, quâ nobis afficitur. hom.18.num.56.

LX. *Lachrymatus est Iesus.* Domine, esto memor quod de te murmurabunt, sicut reipsa murmurarunt, ex his lachrymis tuam arguentes impotentiam. Non idcirco Dominus desistit à monstranda sua misericordia: nam modo cognoscatur quod eam Lazaro impendat mortuo, & filiis prodigis permittit, patitur & non commouetur, quamuis ipsi obloquantur, etiam amici. hom.18.n.45.58.59.60.

LXI. *Quidam dixerunt: Non poterat hic qui aperuit oculos cœci nati, &c.* Persistunt semper in sua illa seditiosi contumacia, quâ perpetim Deum irritauerunt, eius potentiæ limites statuendo, dicentes: quod si hoc fecerit, non poterit istud; & quorum debebant corda per hæc opera illuminari, quæ Christus faciebat, magis obcæcantur, cum illa considerarent quæ non faciebat; quocirca illos Osee censet desperatos, similes sunt vesti leprosæ. hom.8.n.14.vsque 19.

LXII. *Iesus turbauit semetipsum, & infremuit.* Hos affectus habuit Christus diuersimodè à nostris: qui in nobis iudicium præueniunt rationis, & excitantur magis vel minus contra nostram voluntatem: porrò Christus illos voluntariè suscepit, iuxta occasionem exigentiam. hom.42.numer.40. vsque 43. Et in præsenti voluit eos ita extraordinarios ostendere, turbando seipsum, infremendo, & dolorem designando, quo ex cordium illorum contumacia mouebatur: cum enim eius agnoscere debuissent potentiam, ex miraculo quod patrauit in cœco, ex eo ipso volunt illam enervare designando, quod non posset, quæ vellet, & alias euomendo blasphemias, quas Christo in fa-

cem

ciem exprobrarunt, vt diè quodam gestus tales ederet, vt indicarent illum factum rationis impotem. homil.8. num.9. Quod Deus populum eduxerit de Ægypto, in signis & prodigiis admiraudis : quod Pharaonem eiusque exercitum maris fluctibus absorbuerit; quod aquas concesserit oleo dulciores populo siti per deserta laboranti : quod manna & coturnices de cœlo ministrauerit, omnia hæc infra triginta duos dies post egressum de Ægypto facta sunt. Et cum talia tantaque sint hæc prodigia breuissimo concessa tempore, quæ testabantur in operante tutissimam diuinitatis tesseram, quodque Deus eorum auctor esset principalis : tanta nihilominus fuit populi peruicacia, vt illum tentarint postulantes aquam, vt scirent an talis esset, & hoc in Raphidim Deus tulit ægerrimè; quod autem Christum in ciuibus Hierusalem offendit, hoc erat, videre, quod præstitis tot signis, ab eo factis, tam profunda proposita illis doctrina; quæ ipsum Deum esse testabatur, illi hoc in dubium verterent, illum tentarent, petentes signa, talesque contra eum blasphemias euomerent, ob quas infremeret, & affectus in eos turbationis ostenderet quam maximos. ibid. num.9.

LXIII. *Vbi posuistis eum?* Quam lento passu procedit Princeps hic ad hoc spectaculum! quot diuersos edit actus! quot mouet interrogationes! quasi nihil horum sciret! quot fundit lachrymas, quasi potestas illi deficeret! verumtamen, his actibus plures conciliat sibi testes, & omnium dilatat oculos, vt tantò fiat miraculum euidentius. hom.31.num.6.

LXIV. *Vbi posuistis eum?* An ergo hoc te Domine latet? Non latet, sed ostendere vult, quod ipse nec partem, nec artem habeat in morte & hominis sepultura, quod nec mortem fecerit, nec in nostra delectetur perditione, nec ducat ad sepulchrum peccati, nec in illo collocet, nosipsi hæc cuncta facimus hom.13. nu.31. vsque 36. Deus mortem non fecit, nec eam in mundum introduxit, sed peccata hominum : per peccatum enim primus homo illam appetiit voluitque mortem, sicut suam Israëlitæ, Regem postulantes: imò & peior est serpente & vipera peccator: cum hæc seipsam proprio nequaquam interimat veneno, vt ille, qui per peccatum seipsum occidit. ibid.n.34.

LXV. *Vbi posuistis eum?* Ne Deo mortis tuæ culpam imputes, nec quod sepulchro detineatis peccati, vt fecit malus ille seruus; pariter & Iudæi : tu quippe totum facis.h 37 n.51.52. & bene David professus est : *iniquitatem meam ego cognouio.* hom.29.n.45.

LXVI. *Vbi posuistis eum?* Frequentiùs adscribunt homines culpam diabolo, dicendo : ille me sepulchro condidit peccati : sed multò veriùs ipse te sepulchro conclusisti : quia diabolus nec setam quidem porci potest attingere, Deo non permittente. hom.19. n.6. vsque 11. nec efficaciter tuam potest mouere voluntatem, nisi ipse consentias. hom.23.num.66 vsque 70. Hoc quippe Deo reseruatur, quâ de causa dicitur *magnus Dominus.* hom. 29. nu.15.16 Et si tu ipse te non deiicias, vt te calcet diabolus, non potest hoc facere vt Iob indicauit. hom.37.n.71.72.

LXVII. *Tollite lapidem.* Quamuis solus Christus Lazarum erat suscitaturus vult tamen vt aliquam illi diligentiam adhibeant, sicut videtur referre, vt Lazarus de sepulchro prodeat, quod lapis auferatur, quo te doceat, ne miraculum speres resurrectionis animæ tuæ, si tu aliquid non effeceris : quod conuenire videatur illi quod agendum est. hom.27. n.57.58. Et intendit vt manus tuæ iungantur diuinæ suæ omnipotentiæ : etenim resuscitatio à peccato lusus non est singularis. hom.10.n.33.34. & h.24.n.49.

LXVIII. *Tollite lapidem.* Quam singulares huic actioni concurrunt circumstantiæ : nam Christus turbatur, infremit, plorat, tolli iubet lapidem, exclamat ostendens quam operosum sit tales reuocare Lazaros in peccato putrefactos, pedibus, manibusque colligatos. hom.13.numer.51.vsque 53. & numer.58. vsque 64.

LXIX. *Domine, iam fœtet.* Miranda miseria, quod vir nobilis, primarius, vegetus à paucis diebus mortuus ita fœteat, vt propria illi soror ferre nequeat graueolentiam: perpende quæ corpora sagines: quantò namque hoc facis diligentiùs, tantò corrupta fœtent horribilius hom.31.num.33.34.

LXX. *Dominus iam fœtet.* Attolle vel parum intellectum, & vide quod pro tam modico tempore, quo corpus anima deseruit illud ita horridum euaserit, ac putredine vermibus & fœtore execrabile : talis etiam anima deueniet Deo ab illa recedente : quandoquidem teste D Augustino quod est anima a corpori, Deus hoc est anima. h.13.n.7.& 8. & hoc optimè nouerat Magdalena : cum accedens ad Christi pedes à peccatis suis emundanda, edorifera contulerit vnguenta, eorum fœtorem agnoscens : hoc tu ea præstiteris arte, quam te docet D.Chrysost. hom.38.n.97.

LXXI. *Clamauit voce magna : Lazare veni foras.* Vocem extulit, non quod crederet, vt multi Iudæorum, quod mortuis iam corporibus aliquot diebus anima longiùs ab illis discesserat, sed vt ostenderet quantum peccator distet à Deo, vt necesse sit altiùs inclamare vt illum audiat. hom.18.n.24.

LXXII. *Clamauit : Lazare veni foras.* Erant Christi verba viua, nam in se, & de se virtutem habebant operandi quod volebant, quo se Deum testatur.hom. 30.nu.71. Legatur illud Apostoli : *Portat omnia verbo virtutis suæ.* hom.2. num. 39. & hom.10. num.43. & hoc quod expendit D. Chrysostom. quod quamuis opera Christi in se essent mirabilia, multo tamen

erant mirabiliora ex facilitate quâ illa efficiebat, solo nempè suæ vocis imperio. h. 30. n. 3. 4. 5. De manibus sponsi, sic sponsa: manus eius plenæ hyacinthis, aureæ, & tornatiles, quibis verbis declarat diuinitatem & omnipotentiam, Christi veri Dei, quæ se manifestabat in ea facilitate quâ opera faciebat ita prodigiosa, qualia fuerunt eius miracula, atque idcircò dixit: manus eius, vt caput, esse aureas. ibid. n 5.

LXXIII. *Lazare veni foras,* Nomine proprio illcompellat, atque ad eum in singulari verbi sui dirigit efficaciam: etenim horum Lazarorum resuscitario postulat singulis in particulari remedium applicati. hom. 24. num. 54. 55.

LXXIV. *Soluite & sinite abire.* Voluit Dominus vt omnibus constaret veram esse resurrectionem: & Lazarum vere esse resuscitatum, idcirco iubet vt vincula dissoluantur, & liber absoluatur vt cum solus incedit, & per se, vita pateat vera quam recepit. Ne te iudices vt bene resuscitatum, si statim à vinculis absolutus, & audito. *Ego te absoluo*, nec passum valeas incedere; nisi statim offendas & denuo corruas: tunc etenim D. Petrus gauisus est se à catenis liberum, quando ab Angelo his absolutus ambulare potuit absque vllo offendiculo. h. 10. n. 43. vsque 46.

QVINTO DIE SABBATI QVADRAGESIMÆ, VLTRA HOM. XXXIII.

I. *Iterum* dixit eis Iesus: *Ego sum lux mundi.* Ioan. 8. Non desistit Christus ab officio suo docendo, & prædicando, & quamuis aliquando nullum referat fructum, redit iterum, est enim diabolo contrarius: sicut autem hic numquam cessat à nocendo nobis, & semel reiectus, alià redit, qua de causa dicitur Beelzebub: ita hic semel & frequenter reuertitur nobis ad salutem. ho. 19. n. 36. vsque 40.

II. *Iterum dixit eis.* Docet prædicatorem ne ab officio suo deferueat, & si semel irrito conatu & fructu concionatus sit, redeat iterum: quando namque nullam in audientibus profert vtilitatem Dei causa iustificatur, ipse vero mercede sua & merito non priuabitur: & hoc idem vnicuique agendum est in proximi sui correptione. h. 22. n. 33. vsque 38.

III. *Ego sum lux mundi.* Præclara contendit industria Iudæorum arguere peruicaciam. Paulo ante produxerant illi iudicandam adulteram, vt eum illaquearent, & occiderent vtpotè hominem legi Moysi aduersarium, sed prolatô suo iudicio omnes pudore confudit, ipse vero euasit gloriosior: conaturque illis ostendere vanam eorum machinationem, quâ nec eius poterant obfuscare gloriam, nec pro peruersa sua occidere voluntate: sol etenim est luce sua cuncta collustrans, & quamuis in eum insurgant omnes mundi machinæ, nec eum poterunt obscurare, nec extinguere: hoc autem lego apud D. Ioan. *Lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt,* hom. 30. numer. 2.

IV. *Ego sum lux mundi.* Domine, si lux sis mundi, vnde tot cœci? Primo: quia diuersimodè illuminat, quosdam vt lapides, alios vt adamantes & specula. ho. 2. n. 2. Secundo: quia oculi animæ pendent à voluntate, & illa corrupta ad lucem splendidiorem cœcitas sequitur obscurior h. 29. n. 52. vsque 55. vnde Spiritus S. vt illuminet intellectum, purificat primo voluntatem. ibid. 56. 57. 58.

V. *Ego sum lux mundi.* Quia sol est mundi lux, quantum in se est omnes illuminat: sed sunt nonnulli oculi lippientes, quibus quanto clarius sol radios suos immittit, tanto magis obcæcantur: vnde contingit illis vt quanto feruentius studet illos Christus suis illuminare verbis, tanto contra illum lapidibus insurgunt atrocius vt vespertiliones hom. 37. nu. 35. 36. Et quanto fecit opera præclariora, tanto aduersus eum se crudeliores opposuerunt aduersarios, vitæ eius insidiatores: quamobrem illos pater Iacob vasa vocat iniquitatis, quæ spissam oculis lippitudinem offundebat. ho. 39. n. 8. 9. Et ideò vobis idem contingit: quanto namque clariorem vobis lucem prædicator & Confessarius ostendit, tanto deuenitis cæciores: quia passionum vestrarum & appetituum lippitudinem voluntate retinetis, vt non intelligatis nisi vobis dixerit quæ desideratis · voluntatem adducite nulla passione peruersam, vt à prædicatore & confessario plenius instruamini hom. 37. numer. 35. vsque 37. Et hoc potissimum incumbit Principibus vt illuminentur. ibid. num. 38. 39.

VI. *Ego sum lux mundi.* Domine si lux sis mundi, continuo totum illum tibi senties aduersarium: nihil etenim sic odit ac lucem, sicut fur de nocte domum inuadens vt rapiat: & hæc erit tuæ mortis occasio: & quando te Pilatus interrogat, quid fecisti, quare tibi necem intentant, respondere potes: mundum illuminaui testimonium perhibens veritati. hom. 40. n. 12. vsque 16. mundo valde antiquum est lucem execrari. hom. 22. num. 28. hoc vitam abstulit Baptistæ. ho. 34. n. 53. vsque 56. quinimo idcirco multos non occidunt prædicatores, quia officium suum non explent, vt sint lux mundi ho. 36. num. 49. vsque 52. hom. 40. num 12. vsque 16.

VI. *Ego sum lux mundi* Christus diabolo opponitur: & sicut huius effectus pricipalis est excæcare, sic Christi est illuminare. ho 19. n. 40. vsqne 43.

VIII. *Ego sum lux mundi.* Christus columna est illuminans Israelitas, & excæcans Pharaonem & Ægyptios

gyptios ob eorum iniquitates : nam diuersos operatur effectus, vt Eliseus : qui mundans à lepra Naaman, illa respersit puniuitque Giezi. ho. 30. n. 10 11. 12.

IX. *Ego sum lux mundi.* Declarat Dominus per hoc illibatam suam puritatem : nam inter omnia visibilia, nihil ita mundum purificat vt lux, quocumque enim pergit, & quæcumque pertransit immunda, nullam contrahit fuliginem, sed manet purissima. ho. 34. nu. 13. Et ita tangendo mortuum & leprosum, immunditiem non contrahebat. homil. 31. numer. 67. Stultus Pharisæus qui credidit, Christum redditum immundum : quia retigerat peccatricem. h. 38. num. 103.

X. *Ego sum lux mundi.* In operibus Christi etiam prodigiosis, maximè stupeo modum eius agendi. ho. 30. num. 4. 5. quocirca licet insigne sit opus Christi, esse lucem mundi, eamque illuminare, tamen magis admiror modum quo illam illuminauit, non minus mirabilem, quam luto cæcum illuminare. homil. 30. num. 45. 46.

XI. *Qui sequitur me, non ambulat in tenebris.* Heri dicebat Christus felicitatem eius qui cum lucem habeat, ambulat, ne forsan offendat; quia viam cernit quam ingreditur, vbi pedem figit, & hoc bono fruitur, qui Christum sequitur; qui vt lux præcedit; quia vero illum non sequeris, in tenebris ambulas, & per consequens nec cernis vbi pedem figas, nec scis quo vadas, prodigo comparandus, qui incessit quasi oculis obuelatis, & idem multi faciunt, ambulantes in tenebris, quorum portentum fuit Ezechiel hom. 18 nu. 25. vsque 28. & ho. 31. nu. 69 & te rapiunt vt amphoram quam vidit Zacharias, non scientem quo deducaris. h. 38. num. 30. 31.

XII. *Qui sequitur me.* Omnes inuitat, & viam sternit apertam, vt cum sequi valeas; in Christo namque nulla personarum arguitur acceptio, & illi potest appropinquare etiam paupertimus, imo quandoque magis quam diues. ho. 21. nu. 22. 23. 24. Et hoc voluit vt ministri sui obseruarent, & non anteponerent his alios, ex intuitu mundano nobilitatis aut diuitiarum, vt egit Eliseus. h. 2. nu. 20. 21. 22.

XIII. *Qui sequitur me.* Statum non denotat singularem, sed loquitur omnigenis statibus; hæc etenim fuit eius tanta misericordia, vt in quolibet statu eum quis sequi possit, & huius omissionis non est culpa statui imputanda, more hominum; nam etiam in statu militari, potest quis esse sanctus. hom. 2. nu. 4. vsque 10. & potissimum in statu coniugali. hom. 24. n. 17. vsque 21 & ho. 26. n. 26. vsque 31.

XIV. *Qui sequitur me non ambulat in tenebris.* Quàm securus ambulat qui sequitur Christum, & quam liber ab omni potest esse sollicitudine; cum se sequentibus ambabus subueniat copiosè manibus; hoc est bonis spiritualibus & temporalibus. hom. 27. nu. 2. & sibi factam censet iniuriam, si qui eius inhæret sequelæ metu coarctetur vtrum in languores & paupertatem sit præcipitandus, quibus pereat & submergatur. hom. 27. nu. 8. vsque 24.

XV. *Qui sequitur me.* Hæc hominem miseria supra modum angebat, dum nesciret & quo, & qua tenderet. Hoc torquebat Iob, & sponsam : vnde summa fuit misericordia, quod Deus ipse venerit, factus dux noster visibilis, hunc enim sequendo securi ambulamus. hom. 9. num. 7. 8. 9. Rectiùs nos ducit quam columna Israelitas, & multo securius. ibid. num. 10. & sequentibus.

XVI. *Qui sequitur me.* Si recta studeas ambulare via, illam sequere quam inambulat, nec alia tibi incedendum est, nec meliore esse debet Domino seruus. h. 15. num. 16. 11. Idcirco à recta via aberrantes Iacobum & Ioannem ad veram reuocauit & sui sequelam. ibid. num. 12. 13.

DOMINICA PASSIONIS VLTRA

HOMILIAM. XXXIV.

I. *Dicebat Iesus, &c. Quis ex vobis arguet me de peccato?* Ioan. 8. Ab hac Dominica incipit Ecclesia nobis particulariter Domini proponere Passionem: & quamuis tot præcurrant dies, vsque ad diem Parasceues, hoc tamen agit, vt cordibus nostris memoriam huius Sacrosanctæ Passionis tanto tenacius infigat, cum adeò vtilis sit, sicut sponsa declarat, ex illa colligens sibi fasciculum, quem inter vbera collocauit. hom. 15. n. 2. & ho. 42. num. 14. Fel est piscis Calionymi cæcos illuminans oculos. ibid. num. 8. Per illam malitiæ peccati cognoscimus grauitatem : est etenim cetus laruâ contectus ho. 42. n. 11. 12. patet etiam grauitas eiusdem peccati, ac pondus. ibid. n. 13. 14. Per hanc nostra roboratur fiducia, ex meritorum diuitiis, quas Christus nobis lucratus est ibid. nu. 16. Thymiama est, quo Patris pectus temperetur. ibid. n. 19 vsque 23 Conatur Ecclesia Passionis sponsi memoriam nostris animabus infigere, vt sit velut memoriale perpetuum, & compendiosum effectuum eius præclarissimorum, quo Reges Petræ frequenter vtebantur. ho. 42. n. 24. Et etiam in nobis dolorem prouocet acriorem, quam fuerit ille quo lugebant filiam Iephte. ibid. n. 9. & merito quidem, cum opus hoc infinitis præcurrat alterum prærogatiuis. Discursus hic est D. Ambrosij h. 41. n. 25. 26.

II. *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Hæc erat grauissima & nefandissima blasphemia quâ Iudei Christum calumniabantur: quod nondum Deus non esset, sed

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nec eum Deo amicitiæ vinculo sociaretur : *Hic homo non est à Deo* ; quinimo diabolo esset confœderatus , quodque eius virtute mirabilia, quæ videbantur, operaretur. Christus cum eis tribunal ingressus , hanc refutat blasphemiam , euidenter ostendens eis se nullius peccati reum : etenim Deum nihil ab anima expellit, nisi peccatum, quo nihil est indignum , nisi in quo est peccatum. ho.2. nu.30.31. magna quoque fuit amentia Nazarenorum credentium , quod Deus ab aliquo se monstraret alienum , eò quòd pauper esset, vel necessitatibus obrutus ; itaque nullus à Deo elongatur, nisi peccato obnoxius : hoc autem, inquit Christus , in me nemo reperiet. h.21. n. 19.

III. *Quis ex vobis arguet me* ? Conatur Dominus hanc illorum efficaciter conuincere contumaciam: eoque fine primo confirmationem instituit vitæ suæ sanctæ & impollutæ : indecenter enim sordidus de sordidis alterum redarguit. hom.14. n.36.h 22. n.51.

IV. *Quis ex vobis arguet me* ? Suam Christus asserit à peccato munditiem, vt eorum confundat peruersitatem , ne sibi cum illis contingat , quod illis cum ipso, dum eum de discipulis suis aduolant reprehensuri : illis etenim Echo formaui , multo terribiliorem , quam fuerit Echo Ægypti. ho. 23. n.42.43. & illud de Adultera. ho.26. n.46. vsque 52.

V. *Si veritatem dico vobis quare non creditis mihi* ? Domine, hæc interrogatio suum secum defert responsum , quod eo ipso tibi non credant , quia veritatem illis proponis: nihil etenim sic homines execrantur, & negant ac veritatem. h.22.n.28. h. 34 n.46. h.40.n.12.

VI. *Si veritatem dico quare non creditis mihi* ? Mirum est , quod audientes verba Domini , eiusque doctrinam , quamuis eam admirarentur, non tamen vt par erat , illi fidem adhiberent : & ita describit illos D. Ioan. admirabundos quantum ad intellectum , attamen nec credentes , nec conuersos ex peruicacia voluntatis. Et idem multis contingit : quod audientes Prædicatorem, admirentur quidem , sed non vt oportet, credant : quia fides pendet à voluntate, quam nonnulli malitiosè captiuam detinent : alij vero accurrunt audituri, intellectum adferentes, quidem, sed omittentes voluntatem. h.29. n.21. vsque 25. ideireo, vt crederet intellectus , emundauit priùs Spiritus S. voluntatem. ibid. num.52. vsque 59.

VII. *Qui ex Deo est , verba Dei audit.* Notanda sunt cum D. Greg. hæc verba : illaque confer illis, quæ in te peraguntur. Perpende qualiter Dei vel diaboli verba intelligas, & hinc conclude, vtrum ex Dei sis vel diabolo : primum etenim signum , quo Deus suas imbuit oues, hoc fuit, quod simpliciter vocem eius audiant. ho.37. n.24 vsque 31. & per hoc ostendit Magdalena se ouem esse Dei : quia vocem eius audiuit promptissimè. ho 38. n.38. vsque 45.

VIII. *Qui ex Deo est, verba Dei audit.* Hinc examina, vtrum ex Deo sis an ex diabolo, ex modo agendi perdicum , vt ait Hierem : Philosophia latet admirabilis. hom.37. n 30.31.

IX. *Qui ex Deo est , verba Dei audit.* Valde tibi timendum, vt ait D. Gregor. ne fortè ex Deo non sis, quando verbum eius non percipis: audire illud est obseruare. h.37. n.28. Magnum est tuæ perditionis indicium , quando Dei verbum audiendo , viuum adeò & efficax, illud in te nihil operatur , cum tamen in ipso mortuis habeat effectum, imo & dæmonibus. ho. 31. nu.72 & seqq. h.35. num.42

X. *Propterea vos non auditis : quia ex Deo non estis.* Profundum continent hæc verba mysterium, quod D. Augustinus annotauit : etenim aliquando nonnulli ad tantam deuoluuntur iniquitatis abyssum, vt Deus manum suam subtrahat, illis gratiam non concedens, qui verbum Dei percipiant , vel illi obediant : atque in hunc statum delapsi erant miseri illi Iudæi : fuit eorum iustum Dei supplicium , quo lucem illis non infudit audiendi verba Christi : quâ de causa dicitur quod illos excæcauerit, & eorum aures aggrauauerit. h.15.n.5.

XI. *Propterea vos non auditis , quia ex Deo non estis.* Esse aliquem ex Deo , non intelligitur quantum ad naturam : eo namque modo omnes ex Deo sunt, sed secundum voluntatem : quæ si mala sit , trahit secum intellectum , nec eum patitur fidem adhibere veritati. Vtilem mirare discursum. h 29 n.52. vsque 59.

XII. *Nonne bene dicimus nos : quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes* ? Clare manifestant quam firmiter pectora sua malitia possideat , cum ex radice adeò sancta qualis erat doctrina Christi , venenum exsugant adeò diabolicum , vt dicant : dæmonium habes. Ecce ex quam sanctis præmissis conclusionem eliciant adeò contumeliosam, quos Deus sub aspidum figura descripsit. h.19. num.69. 70.

XIII. *Nonne bene dicimus nos ?* Quemadmodum ex subitis horum actibus excellentia probatur operum Dei, ita ex seriò multumque deliberatis rebellio conuincitur, & contumax cordis eorum arguitur peruersitas. ho 21. nu.19. Reproba malitia, nedum horrendam adeò euomere blasphemiam, qualem hi depromunt, sed ei firmiter inhærere, & vt bene dictam confirmare: quamuis enim dum quis peccat , male agat , quando tamen hoc bonum esse iudicat , illum habe vt omnes expertem salutis : vt peccatorem illum de quo psallit Dauid , quia Deum exacerbat : *Laudatur peccator in desideriis animæ suæ, & iniquus benedicitur : Exacerbauit Dominum peccator.* h.13. n.16.

XIV. *Samaritanus es tu.* Hæc erat apud Iudæos grauissima calumnia vt quis diceretur Samaritanus quia Samaritanos habebant vt populum maximè perditum , mundoque contemptibilem hom.25. n.6. vsque

vsque 16. Et nihilominùs esse non negat Dominus, imò potiùs se Samaritano comparat, qui vulnerato succurrit descendenti ab Hierusalem in Hiericho ad hunc enim eius pertingit misericordia: etenim hoc decori ducit, quod mũdus dedecori, & illi vt iniuriam impingit: vt patet in mysterio crucis, quo crucem hanc & ignominias sic honorauit: vt iam se credant honore affectos in mundo per illas, maximè honorati hom. 36. nu. 9. 10. 11. & illis delectentur vt cruce D. Andreas. hom. 42. num. 59. vsque 66.

XV. *Samaritanus es tu.* Quia vel semel Christus fuit in Samaria, & cum muliere locutus est Samaritana, atque in eius Prouinciæ Metropoli biduo moram traxit, iam illi nomen imposuerunt Samaritani: nec aduertunt quam discreparent eius & illorum mores: hac etenim consuetudine mundus laborat, vt si de aliquo vel vnum concipiat defectum, hunc illi semper obiciat hom. 38. num. 1. 2.

XVI. *Nonne bene dicimus nos?* &c. Iam videbatur in aliis extinctum esse odium quo contra Christum feruebant; sed viuum apparet, quandoquidem ex tam leui occasione seipsum denuò prodat; & hinc aliquando iudicare potes, vtrum in te extinctum sit odium contra inimicum tuum, imò & peccatum tuum, quod iam deletum omninò videtur. ho. 35. nu. 6. & seqq.

XVII. *Ego dæmonium non habeo.* Hic congruit argumentum D. Cypriani contra Iudæos & Gentiles; Dicite proditores, quæ opera notastis in Christo, vt censuram feratis adeò contumeliosam? Numquid in viuilo aduertistis, quod in Christo, & eum nihilominùs vt Deum adoraltis. hom. 19. num. 71.

XVIII. *Ego dæmonium non habeo.* Quando similes enomuerunt blasphemias, & virtuti diabolicæ miraculum adscripserunt, quo dæmoniacum, surdum, mutumque liberauit, respondit illis Dominus, eos euidenter de mendacio conuincens hom. 19. n. 26. 72. Modo sufficit illi vnicum responsum humile & benignum; consilium secuto Spiritus sancti; *Ne succendas carbones hominu peccatoru;* dum enim iguescit carbo, si in illum sufflaueris, vehementius effendes; absit vt extinguas: & iam præmonuit nos Salomon: quod *Sermo mollis frangit iram*, & quocumque feratur impetu tormenta bellici glans, si in saccum lanâ plenum impingat, enertatur. hom. 36. num. 15.

XIX. *Ego gloriam meam non quæro, sed honorifico Patrem meum.* Ratio hæc est optima, quâ probetur, quod dæmonium non habeat: quia hoc primum agit diabolus, amorem generat proprium omnis peccati Principium. hom. 41. num. 71. & seqq. Christus autem amore proprio non feruebat, sed Patris sui, quidquid enim fuit, & egit, totum in gloriam Patris sui direxit. hom. 35 num. 44.

XX. *Ego dæmonium non habeo, & vos inhonorasti me.*

q. d. Ego dœmonium non habeo, sed vos hic etenim vos in me concitat. Tangit vt opinor historiam Saülis à dæmone possessi, qui ad musicam Dauidis suauem, tantum abest vt illi gratias referret, vel ipse temperaretur, vt tanto furrexerit in illum immitior, hastam in illum euibrans qui cytharam pulsabat: q. d. Verùm de radice iudicium fertur ex fructibus, vos ipsi iudicacis quæ sit radix vestra: sunt enim odij & rancoriis opera: & illa quæ ego facio, considerate: sunt etenim amoris & charitatis omnia. hom. 37. num. 42. 43.

XXI. *Ego gloriam meam non quæro.* Ecce tibi fidelissimum legatum, qui totus incumbit eius honori consulendo à quo mittitur. hom. 28. num. 19. Et sicut legatus in nullo contrarius est illi à quo mittitur, sed pari passu procedunt: ita Pater & ego; quocirca non mihi diabolus est confœderatus. ibid. num. 36.

XXII. *Ego gloriam meam non quæro est qui quærat, & iudicet.* Reuocat illis in memoriam fœdus cum illis per Moysen initum, qui multis vtrimque interiectis, promisit illis à se mittendum Propheram, qui illis ex parte sua loqueretur, sibi verò cauerent, ne debitam illi negarent reuerentiam: quia eorum omnium, quæ in eius agerent contemptum, ipse vltor existeret: de hoc illos ore populi præmonuit. hom. 7. num. 25. 26. & hoc illis alia occasione, hanc præcedente demonstrauit, & idem hodie studet significate. hom. 29. num. 38. Idcircò dixit Pater quod eum in se tuendum susciperet: *Suscipiam eum.* homil. 35. numero 44.

XXIII. *Ego dæmonium non habeo.* Quàm mansuete pro se respondet, sine tumultu & clamore, comples illud Prophetæ: *Non clamabit:* & nihilominùs ad nostrum commodum, audiuimus eum sæpè vociferantem: nam tacens in sui excusatione, ad nostram clamat altius vtilitatem. hom. 35. num. 45. 46.

XXIV. *Amen dico vobis, antequam Abraham fieret, ego sum.* Dicito an possit ipsis loqui clariùs, aut certinam amplius dilatare. Per hoc æternam suam aperuit generationem, secundum quam originem non traxit ab Abraham, sed ab æterno suo Patre, antequam Abraham hoc vel semel sibi imaginaretur: nam idcircò, cum D. Chrysostom. quater scripsir D. Ioan. Verbum *erat.* hom. 19. num. 37.

XXV. *Tulerunt ergo lapides, vt iacerent in eum.* In caput vestrum ô proditores vestra redundet iniquitas: continua hæc vestra fuit querela, quod vobis euidenter non loqueretur, vnde semper postulastis. *Die nobis palam*, & modò, dum vobis respondet, lapides in eum an colligitis? Cur ergo illum interrogastis? cur ab illo rogastis vt vobis clarè denuntiaret? populi reprobi certum indicium. homil. 37. num. 35. & sequentibus.

XXVI. *Tulerunt lapides.* Optimè proponit D. Ioan.

hos maledictos, qui Christum circũdederant, vt quacumque conaretur parte euadere, occurreret impedimento. Si perspicuè illis non loquatur, dicunt: idcircò tibi nequaquam credimus: si verò distinctè differat, lapides præparãt. Aptè dixit Christus, quod peruersam hanc non ferret vltro generationem. h. 40. n. 18. 19. Idcircò Osee illos censet derelictos, & Isaias populum, qui Deo exhibet agoniam. h. 8. n. 17. 18.

XXVII. *Iesus autem abscondit se.* Quomodo hoc factum sit, exponitur. ho. 10. n. 18. & ho. 21. n. 61. 62.

XXVIII. *Abscondit se & exiuit de templo.* Suã prodit sapientiam & prudentiam, iræ cedens & furori: magnæ etenim prudentiæ consilium est, quod dedit postmodum D. Paulus: *Non vos defendentes, sed date locum iræ.* hom. 36. num. 15.

XXIX. *Abscondit se & exiuit de templo.* Nullum Christus periculum incurreret, si prodere suam voluisset omnipotentiam: verum vt homines doceret, sæpè operabatur secundum humanam naturam. hom. 1. num. 28. & potissimum nos voluit instruere, timere pericula, eaque fugere. h. 36. n. 16. qui id namque dum potest, non facit, tentat hic Deum. ibid. n. 32. vsque 35. & admirandis confirmatur exemplis ib. n. 26. 27.

XXX. *Exiuit de templo.* O mole fortunatum templum: nam sicut tibi congratulatus est Propheta, quia ad te venturus esset Deus, tibi condoleo, tuamq; prænuntio ruinam, cum Christus à te recedat: Iam tuam luxit Iacob calamitatem, eamque vidit Ezechiel in egressu vnius Cherubim. ho. 13. nu. 21. vsque 24. & hic prosequi licet animæ calamitatem: nam quia lapides contra Deum colligis, ab illa discedit: de quo multa notatu digna, & vtiliter lege. ibid. num. 5. vsque 21.

XXXI. *Exiuit de templo.* Non recedit propria ductus voluntate, sed quia lapidibus inde expellitur: quinimò tœdet illum egressus de templo: est etenim locus quietis suæ vbi singulariter moratur & habitat. ho. 28. n. 18. vsque 27. Maiori veritate dicere hoc possumus de anima creata in templum Dei, in qua requiescit, suasque captat delicias: non enim volens ab illa discedit, nec propria monetur ad egressum voluntate, sed quia lapidibus exturbatur. Vtilis hic est discursus. hom. 3. num. 25. vsque 31.

QVINTO DIE LVNÆ QVADRAGESIMÆ VLTRA HOM. XXXV.

I. *Miserunt Principes & Pharisæi ministros, vt apprehenderent Iesum.* Ioan. 7. semper vincit sapientia malitiã. Sabbato præterito illam oppugnauit malitia Pharisæorum pallio & astutia contecta draconum: laqueum illi struendo, quem diximus adeò solui difficilem, vt sola Dei sapientia se posset extricare. Hodie illum aggrediuntur vt leones potestate sua præualentes & auctoritate, conuocando ministros, satellites, & apparitores, vt captiuum illum adducant: sed ille qui versutam vicit draconum malitiam, illam etiam hodie superat, quæ leoninam præfert ferocitatem. hom. 26. n. 2. 3. Absorpti sunt iudices iuncti petræ. ibid. n. 4. & qui parietem conantur euertere inclinatum, sub eodem conterruntur, vt psallit Dauid. ibid. num. 47.

II. *Miserunt Principes & Pharisæi ministros.* Heu miseri: aduertite vos omnes paleam esse ex solis exterioribus cæremoniis: Deum autem ignem esse cui si proprius accedatis comburemini, eius, gloria dilescet tantò lucidiùs. hom. 23. nu. 2. 3. Implebitur hic Danidis oraculum. *Dum superbit impius incenditur pauper*, suamque proferet potestatem quâ gloriosè sublimabitur, vos autem rubore confundemini. ibid. num. 35. vsque 41.

III. *Miserunt Principes.* Videntes Christi mirabilia, qui conuenire debuerant vt eam qualis erat, agnoscerent, intellectum ducentes ad voluntatem, male agunt inuerso: nam malitiam voluntatis trahunt ad intellectum, & concludunt eum apprehendere, & carceri mancipare, vt amplius non compareat. Deus vos ô Iudices, illuminet, appendite quam necesse sit vt vos Deo commendetis eiusque postuletis gratiam, vt effectus voluntatis iniquorum non sint causa iudiciorum. hom. 26. num. 12. vsque 14.

IV. *Miserunt Principes ministros.* Refert D. Ioan. dum populus tanta in Christo prodigia miraretur, quod Principes liuore tabescentes & odio in Christum, conuenerint & nullis aliis meliorib⁹ vtibus adhibitis consiliariis, quam odio & inuidia, nihil aliud perpendentes, statutum decreuerint eam capiendi. Nequam Iudices, qui sepositis aliis in causa Christi meritis sola ducti procedunt passione, similes tauris de Basan, qui vt natis esse deberent corporis, vel vnicornis. ho. 7. num. 19.

V. *Miserunt Principes.* Merito fieri pro eis preces postulat instanter Apostolus: si namque tales vt decet, non sint, per ipsos ruinam incurrit Respublica, & prouisiones quas faciunt dignitatum seu officiorum, modum non sunt commodo, sed maximo incommodo. hom. 39. nu. 23. & seqq. Decretum eorum attende, quo Christi capturam concludunt: nam illo de medio sublato secutura erat totalis illius Reipublicæ perditio. hom. 7. num. 22. 23.

VI. *Miserunt Principes & Pharisæi ministros.* Præsidebant peruersi illi nequam, quod si Christum apprehenderent populus hoc grauatim acciperet, & in periculo exponerent, ne tota contra ipsos turba moueretur: idcircò ministrorum vtuntur operâ, quasi pro felis quo castaneam ignibus eruant, nihil curãtes ipse illi vsuletur: ita sæpè contigit in magnatibus: quod ministro-

ministrorum opēra sibi valeant ad stratagemata difficiliora, flocci facientes, vtrum illos diabolus sibi prædam abripiat, modo ipsi sibi prospiciant. h.21.n.54.

VII. *Miserunt ministros.* Ministros assumunt, vt aliquam ipsi proferant excusationem, si quid sinistri accideret, ipsis culpam imputando, & seipsos periculo eripient, sed optime Christus eorum mentem intellexit: cum videns ministros, verba sua magis ad Principes direxerit, à quo mittebantur, quam ad ipsos qui aderiebant: Deus etenim falli non potest, & quod agis recipiendo, vel lucrum per tertium negotiando vel alia similia, ea omnia tu facis. h.2.n.10. Omnia conspicit, licet longo distet interuallo. h.15. n.30.

VIII. *Adhuc modicum tempus vobiscum sum.* Diuinam suam Christus potentiam voluit ostendere: quandoquidem accedentibus satellitibus & leonina rabie furentibus, non sibi Angelicum associauerit exercitū, nec draconum legiones, sicut contra Chananæos, nec leonum numerum, sicut contra Samaritanos, sed simplex suum produxerit verbum: nam eo solo eiusq; imperio quælibet operatur: ideirco à Salomone dicitur: *Omnipotens sermo*, & per hoc, vt credo D. Chrys. Christus diuinitatis suæ veritatem confirmauit. h.30. n.45. Hoc intellexit Centurio, tu nota discussum. h.2. n 39. & 47 & patuit dum viduæ filium resuscitauit. h.31. n. 72. Item & in Lazari resuscitatione. h.32. n.79.

IX. *Adhuc modicum tempus, &c.* Hic Christus potentiam suam manifestat, quo efficaciter in cordibus horum operatur, & illa omnino transmutat, magis quam in creatione mundi & Angelorum. h.25. n.4.

X. *Adhuc modicum tempus.* Se magnum ostendit Christus Dominum, dum in horum ministrorum cordibus efficaciter operatur, illos conuertens eo modo quo illos conuertit, nam vt ipsi protestantur, dum illum sequuntur capti ejus amore capti sunt. Opus hoc est propriū diuinę soli omnipotentiæ. h.29. n.15.16

XI. *Adhuc modicum tempus.* Compleuit hic Dominus oraculum Iacob: *Manus tua in ceruicibus inimicorum tuorum*: & hoc ex Iob: *Ad silicem extendit manum suam*: etenim ad corda ministrorum manum extendens, montium, id est Pharisæorum machinationes euertit. hom 41. num.13. vsque 17.

XII. *Adhuc modicum tempus vobiscum sum.* Grandem Dei perpende misericordiam: cum enim proditorum peruersa mereretur contumacia, vt eos desereret & abiret, imo ex integro consumeret, ait illis: vobis etiam inuitis adhuc modicum tempus vobiscum sum, paratus vos recipere; complens hoc vatis mei vaticinium: *Exspectat vos Dominus.* h.37.n.17. agensque quod ait Thecuitis. *Retractat cogitans.* Ibid.n.22.

XIII. *Quæretis me & non inuenietis.* Qua veritate hoc dicis Domine: cum hoc statueris firmum principium: *Omnis qui quærit inuenit?* Verum est, quod omnes qui Deum quærunt illum inueniunt, si vero & sincero corde quærant illum, & tu illum inuenires si ea illum diligentia quæreres, qua tuas sectaris voluptates, lucraque iniusta: sed spiritum non habes robustorum quem vates ab eis exigebat, qui vere Deum quærunt. hom.38. num.48. 49. Ideirco Esau illum minime inuenit, quamuis cum lacrymis illum quæsierit, sed nec Antiochus. Ibid.46.

XIV. *In magno autem festiuitatis die, stabat Iesus in templo & clamabat: si quis sitit, veniat ad me.* Hic insignem suam Dominus prodit misericordiam, patentque eius retributiones, quas tantopere Dauid expendebat: qui ad grauiores offensas & obdurationes, præclariores producit misericordias: dumque illis diligentius student obicem opponere: torrentes aperit tanto copiosiores exclamando: *Si quis sitit.* Vt coniicio, procedit *contra juris ordinem*, & gressu retrogrado. hom.41. num.41.42.

XV. *Si quis sitit, veniat ad me.* Nihil in mundo grauius hominem affligit, quam sitis. imo & in illa omnes comprehenduntur angustiæ: hoc enim indicat D. Ioan. quidquid enim est in mundo, sitis est? *Omne quod est in mundo, concupiscentia est.* Quidā siti laborant diuitiarum, alii voluptatum, honorum ac dignitatum alii: & ita Spir.S. hoc maxime deplorat in iis qui per mundum discurrunt; quod nimirum siti exarescant: *Hei qui sititis* (ita legunt Septuaginta illud: *Omnes sitientes venite ad aquas.*) Ecce Christum fontem factum vniuersalem omnium siti extinguendæ. h.25.n.77.

XVI. *Si quis sitit, veniat ad me.* Fontes mundi vidit D. Ioan. & aquas eius aduertit esse ipsam sitim, & per consequens, illam nedum non auferunt sed potius accendunt. hom. 25. num.76. vsque 79. Quam ad luxum votumque ex illis bibit Prodigus, & nedum satur gaudiis est, sed acrioni siti exæstuans ingemuit. hom.18. num.37.

XVII. *Si quis sitit, veniat ad me.* Multos inuenias qui tibi extinguendæ siti aquas propinant, diabolus, caro, mundus: sed præterquam quod aquæ eorum sint hausfu difficiles, acriori te siti torquebunt. Ira vidit Iob ex his fontibus haurientibus contigisse. h.25.n.78. Tandem patet, quod sitim non sedabit ad quod merus est ventus, licet parum refrigerare videatur: & quidquid in mundo est, meras est ventus, vnde fatetur Salomon, quantumuis ex his aquis biberit, quod in fine siti perierit. h.4. n.19. vsque 23.

XVIII. *Si quis sitit.* O nos beatos, quibus fons talis offertur, quem Dauid appetebat *vitæ fontem*, in fonte Siloe designatum. h.30. n.52. vsque 56. Illæ vere aquæ satiant. h.25. n.84. de quibus dicitur: *fluunt cum silentio.* ho.41. n.95. *Si quis sitit, veniat ad me*: hæ veræ sunt aquæ, quæ perfecte & integre satiant. h.11.n.27. 28. & h.25. n.84. vsque 88.

XIX. *Veniat ad me & bibat.* Insuper & aliud continent huius fontis aquæ : quanto nanque sunt aquæ mundi habitu difficiliores, tanto sunt hæ faciliores, vt exposuit vir nobilis de quo refert D. August. hom. 25. num. 74. 75. & ita gratis dantur, sicut aquæ de petra, quæ homines consequebantur. Ibid. n. 78. & seqq.

XX. *Si quis sitit veniat.* Attende, quam faciles aquæ quæ dantur solo pretio voluntatis, qua velis accedere easque haurire, & illas non bibis, quia non vis. O si tales fuissent aquæ mundi, & quam flexo poplite prior te prosterneres, quam milites Gedeonis. hom. 10. n. 33. vsque 39. Bene Moyses hoc declarauit verbis à D. Paulo perpensis : *Ne dixeris in corde tuo, &c. Propè est verbum in ore tuo, & in corde tuo.* Ibid. n. 38. & h. 25. n. 64. 80. & h. 44. n. 41.

XXI. *Veniat ad me & bibat.* Stans inquit, clamabat Iesus : *Stabat Iesus.* Ne timueris, quod illi crura fatigentur te exspectando : nam idcirco sponsa crura ejus dicit columnas: & ea de causa clamat Isaias, vt accurras, quia te præstolatur. h. 37. n. 17. 18. Verum sicut in exspectando probatur eius misericordia, sic tua contumitur in eum detinendo pertinacia. Ibid. n. 19. 20. 21

XXII. *Si quis sitit, veniat ad me.* Videtur illum contemplari Isaias in templo stantem vt fontem plane cœlestem, qui suatum agnoscens aquarum dignitatem, videat eas ab hominibus despectas, omnesque ad stagna lacusque currentes vermibus scatentes vt bibant: etenim hoc significat, dum ait: *Malum apparuit in oculis Domini, & aperiatur est, quia non est qui occurrat.* h. 25. n. 27. & h. 28. n. 28.

XXIII. *Si quis sitit.* Vides hic fontem de quo Zacharias : *Fons patens*, omnibus, qui suas nemini aquas denegat, nec profluit cum acceptione personarum; sit diues, sit pauper, nobilis vel plebeius: minori non pollet jure aut ingressu hic quam alter. h. 21. n. 21. 22. 23. Et hoc modo fontes instituit Sacramentorum suorum in Eccl sia: docens nullam esse personarum in ea acceptionem, nec præferatur pauperi diues, quod factum Eliseo declarauit. h. 2. n. 20. 21. 22.

XXIV. *Si quis sitit.* Non omnes conuocat, sed tantum sitientes: & hæc tua foret beatissima sors has aquas sitire, & beatam valde hanc arbitrare sortem, quando in te earum excitatur desiderium : vt cum Dauide possis dicere: *Concupiuit anima mea desiderare*: sed nec hoc teneris desiderio, & tua est hæc calamitas. hom. 25. num. 88.

XXV. *Hoc dicebat de spiritu, quem acceptur erant, &c.* Declarat Euangelista quænam fuerunt istæ aquæ sunt enim gratiæ Spiritus S. Illæ vere sitim extinguunt, quia perfecte sedem figunt in ipsis visceribus, vbi sitis locum habet. h. 25. n. 86. Quam perfecte satiantur his aquis animæ quia in rei veritate intra se continent eundem fontem nempe Spiritum S. imo & totam SS. Trinitatem, ita vt jam intra se habeant id omne quod ipsi beati in gloria complectuntur. h. 37. n. 56.

XXVI. *Hoc autem dixit de spiritu.* Illæ sunt aquæ quas Dauid appellat: *Aquas refectionis*: quod alii legunt *Aquas quietis & consolationis*. h. 25. n. 87. & potest hoc dilatari argumentis quæ fiunt, declarando, qualiter mundani has mundi aquas bibentes, nedum non satientur, sed crudelius torqueantur ex propriæ conscientiæ perturbatione. hom. 37. n. 53. 54. 64. & ex propriæ animæ inordinatione. Ibid. n. 55. 56. Et liquet quieto, satietas & tranquillitas quibus animæ perfruuntur his aquis satiatæ. quia in se continent Spiritum S. Ibid. num. 57. 58. Ex gaudio deinde quod cordibus eorum adferunt. Ibid. num. 59. 60. Atque ex spe bonæ conscientiæ. Ibid. num. 61. 62. 63. 65.

QVINTO DIE MARTIS QVADRAGESIMÆ, VLTRA HOMILIAM XXXVI.

Ambulabat Iesus in Galilæam &c. quia quærebant eum Iudæi interficere. Ioan. 7. Proponit Euangelista Christum de Iudæa & Hierusalem excedentem: nobisque declarat quod propria motus voluntate ab eis non recesserit sed potius delectabat eum ibi esse: eo quod templum ibi esset: attamen discedit, quia illum expellunt, persequuntur, quæruntque occidere: non enim Deus ex sua voluntate ab homine discedit, imo delectat eum cum ipso morari : abiit, quia illum persequitur, atque à se peccatis suis foras exturbat hom. 13. n. 25. 26. 27. Quo sibi maius infert damnum, quam omnes possent inferre creaturæ, imo & ipse Deus. Ibid. n. 28. vsque 31.

II. *Quærebant eum Iudæi interficere* Miseris miseriores, qui dum media quærunt illum occidendi, sibi maximum quærunt detrimentum : quia Christum occidere, nihil erat aliud quam propriam vitam salutemque interimere: qua de causa illos Iacob Pater depinxit. hom. 7. num. 23. 24. 25.

III. *Quærebant eum Iudæi interficere.* Huic toti studuerunt, conatumque impenderunt: hoc etenim significat: *Quærebant.* Faciebant hoc sibi persuadentes quod Christum occidendo à Romanorum subiectione pro que liberarentur, facultatibus, bonis suis, paceque gauderent, & per hoc totum amiserunt. h. 39. n. 18. 19. 20. Et ipsa diligentia qua Christi mortem intenderunt, ignis fuit qui illos absumpsit, vt declarauit Ezechiel. Ibid. num. 21. 22.

IV. *Quærebant eum Iudæi interficere.* Graue fuit hoc illorum scelus, sed est & tuum, nam operante Domino in te tanta tibi ad salutem, illum tamen persequeris: etenim eo ipso quo peccatum velis, illum in anima tua

tua desideras occidere. Heu te miserum, attende quid agas, te sicut taurus ictu cœco ferias, sed sicut vnicornis, nec duci te patiaris vt bos, quemadmodum aduertit Spiritus S. h. 7. n. 19. 21. h. 36. n. 19. 20. Ne prodigum imiteris, impotem animi, non considerando quo tenderet, nec damna calcem suam prementia, qui solo suo se duci sinebat appetitu. h. 18. n. 21. vsque 25.

V. *Ambulabat Iesus in Galilæam, &c.* Quid hoc Domine, tune times, tu Dux, nec metum expellis. An in manu tua Dei non est Omnipotentia? Est vtique, inquit D. Greg. sed humanam assumpsit infirmitatem, & secundum illam, vere procedit, qua nostram imbueret. h. 1. n. 28. Et per hoc docet nos occasionum & periculorum fugam: quod si ipse, qui cum verus sit Deus, tutus est, in illis timeat, permittens humanæ infirmitati suas partes: tu qui nihil habes aliud quam ipsam infirmitatem, quanto magis debes tibi formidare? Ne propositis tuis fidas, nam irruente periculo, tua probatur infirmitas: & sæpe nobis ipsis mentimur: & satis sæpe dici potest pœnitenti, qui promissa sibi statuit fortiora quod illico corruet exposi us occasioni, vt vidimus in D. Petro. h. 43. n. 23. Et hoc noueris tanto te fore securiorem, quanto de tua plus timebis infirmitate, illam cognoscens. Ibid. 28. 29.

VI. *Dixerunt ad eum fratres eius vade in Iudæam, vt & discipuli tui videant opera quæ facis.* Erant hi patentes Domini secundum carnem, quamuis enim in eum non crederent, nec eum magni facerent, & vt mundani honori tantū mundi studebant, quem sibi lucrari posse autumabant, si Christus eorum cognatus ascenderet Hierusalem prodigia operaturus. Conditio hæc est mortalium, qui suis tantum inhiant commodis, & tanti solummodo faciunt cognatos & amicos, in quantum sibi confidunt inde prouenturū emolumentum, vel proprū lucrū: hoc etenim vas est, in quod omniū mortaliū oculi diriguntur, quod ostendit Angelus Zach. h. 30. n. 16.

VII. *Vade in Iudæam, vt & discipuli tui videant &c.* Quam liquido constat id quod D. Ioan. dicit, quod parentes & fratres Christi non crederent in illum, nec doctrinam eius admitterent: quia huic quod postulant, directe contrarium est quod ipse docet: quia hoc ipse ceteris documentis proponit maximi momenti, vt operatua bona faciasnon vt ea videant homines, sed in abscondito: quia eo instanti quo feceris illa, vt homines ea videant, reputa ea quasi deperdita. Illis autē non videbantur lucro cessisse, nisi in quantum ea homines conspicerent: cōditio hæc est mundanorū. h. 1. n. 27. 28

VIII. *Vt discipuli tui videant opera.* O quam parum tibi cognitæ sunt peruersæ oculorum mundi qualitates, nam illis exposita fascinantur, & consumuntur, vt nulli seruiant vtilitati. h. 1. n. 32. 33.

IX. *Manifesta te ipsum mundo.* Vere tales esse se produnt mundani isti postulantes vt Christus Hierusalem ascenderet miracula patraturus, quibus illustre sibi nomen in mundo compararet; sicut etiam illa ipsi petierunt, qui quater ab ipso signa videre voluerunt, quæ admirationem mouerent, suamque potestatem in aere, cœlo & igne declararet. hom. 8. num. 39. Sed erat insulsa petitio: non enim Christus miracula facit tantum ad plausum mundi, & ad inanem nominis sui celebrationem, sed illa solum quæ commodum adferre possent & salutem, conformiter officio suo, scilicet Saluatoris. ibid. nu. 40. vsq 46. Pl ne ignorabant Domini conditionem, qui hoc tantum conducere dicebat honori & nominis sui dignitati quod in nostram vergit vtilitatem. h 21. nu. 42.

X. *Si hæc facis, manifesta teipsum mundo, neque enim, &c.* q. d. si vera sunt opera quæ de te circumferuntur illa mundo spectanda propone: nullus etenim industrius artifex sua in angulo facta abscondit. Vah quam insulsa cœcitas, prauumque consilium vt opera sua eminentiora mundo proponeret conspicienda. Peruersum illi præbes consilium: cum eo ipso quo opera illius præclara sunt, mundo non sunt exhibenda: non illis etenim potest iustam rependere mercedem: quia hæc maxima illius est merces illa conspicere, & laudare, & pretium foret adamantis infimum vt alius illum intueretur & extolleret. Vtilis hic est conceptus. hom. 1. numero 24. 25. 26.

XI. *Si hæc facis, manifesta teipsum mundo.* Quam parum illi norunt præmium bonorum operum, cum illis sufficiat vt mundus ea videat & extollat. Prudentius fuit hoc Christi consilium vt illa faciendo abscondas ab oculis mundi, & Patri cœlesti manifestes, & hoc tibi conuenit, vt inuentionem facias oculorum de qua Salomon, etenim mundus soluit illis, quadam laudum vanitate, mundanæque gloriæ inanitate; bona autem opera pretio valent digniori, nec illa rite compensantur. h. 1. n. 23. 24. h. 7. n. 21. 22. 23. Et formanda thronum Dei vt Moyses. ib n. 32. & hom. 26. num. 14.

XII. *Non potest mundus odisse vos, &c. me autem odit quia testimonium perhibeo de illo quia opera eius mala sunt.* Habes hic cur me mundus execretur: quia planam illi aperio veritatem: quod idem est ac lucernam latroni proferre deprœdanti: quomodo hoc precor, acciperet? ho. 40. numero 12. 13.

XIII. *Me odit, quia testimonium perhibeo.* Certum erat, quod dicentem veritatem, ipsum odio haberet: etenim nihil sic abominatur, ac veritatē vnicuiq; declaratam: quia in quantum illam laudant spectatā in ordine ad alios, in tantū illā exhorrescunt intellectam in ordine ad se, quocirca corruit in mundo. ut dicere potuerit Propheta: *Corruit veritas in plateis.* h. 34. n. 41. 42.

XIV. *Me odit: quia testimonium perhibeo.* Audis cur mundus Christum persequatur, imo cur illum occiderit quia nudam prædicauit veritatem & testimonium

perhibuit de malis eius operibus, idcirco illum vt vrsi compresserunt, quem inimici ad Pilati traxerunt tribunal, & accusarunt: Iudex autem nullã in eo causam inuenit, & multis vltro citroque interiectis, à Christo percunctatur, dicito mihi, *quid feceſti?* Hoc feci, respondit Christus, prædicaui veritatem, & ad hoc veni: *Vt testimonium perhibeam veritati.* Hoc ne fecisti? Non est alia vltra requirenda causa; de cœlo venisse debuit, qui illam dicat: in mundo namque non est, qui tale quid audeat: etenim de paradiso scripsit Elias literas ad Ioram Regem: & cum per illum dicta sit qui de cœlo descendit, idcirco illum interfecerunt. Ne facile conceptum hunc prætereas. h. 34 nu. 53. 54. 55.

XV. *Vos ascendite ad diem festum hunc, ego autem non ascendam: quia tempus meum &c.* q. d. non est modo tempus ascendendi, quia Principum odium ad uersus eum iam feruentius excandescebat; & ratio suadebat, ut parumper sineretur furor ille defervescere primorum dierum Paschatis festiua iucunditate; quo postmodum circa medium festi se potuit manifestare, & ascendit in templum, *die festo mediante.* Mirabilis est illa dispositio, qua & quorundam euitat damna, & aliorum consulit vtilitati. ho. 26. num. 4. 5. Ostendit se agnum multioculum, qui his & illis prospiciat. homil. 28. numero 26.

XVI. *Vos ascendite ad diem festum istum, ego autem non ascendam, &c.* Ponderatione digna est Christi Domini præcautio, qua ad templum festumque non ascendit quando videntes illum in eo, scandalum paterentur & offenderentur Principes & Sacerdotes, quo vos instruit, qualiter teneamini, caute considerare, qua ratione ad templum festumque accedatis, vt hoc eo modo nequaquam fiat, quo scandalizetur infirmus. Et quid esset si ea intentione templum frequentares vt ibidem tuos perficeres contractus, & sumeres illud quod locus est salutis in tuæ nequitiæ tegumentum? pallium componens de Ecclesia locoque sacro ad hoc quod in domo tua vereris efficere: hæc tanta est malitia, vt vix dari possit grauior, & quam Deus ferat ægerrime. Hoc argumentum vtilissimum est. ho. 28. num. 14. vsque 18. Et rei seruire potest, quòd ibidem explicatur de honore deferendo templis, & qua reuerentia tibi sit in eo consistendum: locus est in quo sedem sibi Deus collocauit, & assistunt Angeli. ibid. numero 18. vsque 27.

SEXTO DIE MERCVRII QVADRAGESIMÆ VLTRA HOMIL. XXXVII.

I. *Facta sunt Encænia in Hierosolymis & hyems erat,* Ioan. 10. Repræsentat Euangelista Christum Dominum ambulantem in porticu templi: etenim a. moris ignis omnem illi tollebat quietem: vt electro Ezechielis. hom. 15. nu. 22. & ho. 41. nu. 24. Ex altera parte proponit Pharisæos, quorum corda durissimo gelu obdurauerant malitiæ suæ igne in lapides conuersa: nam idcirco notatur temporis circumstantia; *Hyems erat.* Hoc concesso mea sententia contentio hæc patet inter solem ardentissimum, & glaciem obstinatam, quam expendit Salomon, & meretur a nobis considerari. & eleganter nobis describit D. Ioan. Christum amore succensum, Iudæos autem malitia congelatos. homil 25. numero 34.

II. *Facta sunt Encænia.* Erant festa & solemnia Paschata ex præcepto diuino præscripta ad gratias Deo soluendas pro beneficiis populo suo concessis in diebus Iudæ Machabæi; cum enim Gentiles templum occupassent, & prophanassent, ipsum Iudas Machabæus recuperauit, expurgauit: & denuo Deo consecrauit. Censebatur hoc eminens esse beneficium; sic enim est, quo Deus nouis templa concedit domus salutis. ho. 7. nu. 40. 41. In illis habemus Deum qui singulari modo in nostrum operatur commodum. ho 21. n. 18. 19. Vbi particulatiter assistunt Angeli. ib. nu 20. 21. Si hæc consideratio, quod vicinus te videat, te cohibeat ne agas, quod ageres quia scis quod te conspiciat, & multo magis si te iudex intueatur te condemnaturus, & Princeps: quanto magis te refrænare debet ne in templo quamlibet facias actionem indecentem, si perpendas Deum adesse, iudicem tuum, oculos suos in te confirmantem, & Principes cœlestes sanctos inquam Angelos. ibid. n. 20. Et quando scires quod non te videant Angeli, nec Christus, vel sit te videant tecum conniuerent, eo quod Christus te diligat, & Angeli eius tuos excusent defectus; adueret tamen te diabolum habere spectatorem, qui te ad templum agitat, vt in eo præsumas agere, quod extra non auderes: & omne hoc eius est studium & intentio, qua te perdat & habeat vnde te coram Deo reum accuset: & eo instanti quo te peccantem aspicit, ad Deum festinus currit, & contra te clamat aduersarius. Hoc vtile documentum nobis reliquit D. Ambrosius. ib. nu. 20. Templa loca sunt propria fundendis precibus & recipiendis Dei misericordiis. ib. nu. 21. vsque 23. Instituta ad honorem Dei nostramque vtilitatem. ib. num. 24. vsque 27. Vnde recte colligas quam molestè ferat illa peccata Deus, quæ in templo committuntur, quod idem censemus esse ac si quis in aquarum fontes venenum iniiciat. Nota discursum hunc vtilem. ibidem numero 14. 18.

III. *Facta sunt Encænia.* Ex accepto a Deo hoc beneficio, institutum est illud Paschæ, seu solemnitas præsertim vt illi gratiæ agerentur, ob illud beneficium: quanto namque Deus effusior est in nobis benefacto-

faciendo, tanto ſtrictior eſt in exigenda pro eis ſolutione: quod vero maxime illi ſatisfacit, eſt gratiarum actio. Quia in hoc Adam defecit, hinc eius perditio. hom.17.n.21. Erit quoque & tua ſi receptis inſignibus a Deo beneficiis, illa minime recognoſcas, & Phiſophos imiteris, de quibus *D.* Paul. ibid.

IV. *Facta ſunt Encænia &c.* Iuſta dignaque Deo celebritas, in memoriam Purificationis Templi, & inſtum quidem foret, vt & tu celebrares, quando vere purificatur templum Dei, id eſt anima tua, dum conſideras beneficium tibi a Deo præſtitum, quo tibi largitur tempus, cognitionem, & locum, vt de peccato pœnitens aſſurgas, nec te in flagranti delicto volverit comprehendere, te nonnumquam quaſi per vim cohibens, ſicut populum ſuum cohibuit tempore Ezechielis. hom.35. numero 33. vſque 38.

V. *Facta ſunt Encænia.* Quotannis memoria celebrabatur prophanationis templi illius per nequiſſimi Antiochi malitiam, qui in eo horrendam ſtatuit abominationem tam opere Deo contrariſam, quod maxime melior illa populi pars lamentabatur: cui præclaram Deus hanc conceſſit miſericordiam vt reuerti poſſet illud expurgaturus, & in Dei gloriæ ſedem iterum erecturus: dum enim Deus miſericordiam tibi facit, vt templum illud animæ tuæ per execrandas prophanatum immunditias, denuo mundetur, fiatque gloriæ ſuæ templum: non hoc ſtatim obliuioni tradendum, ſed grata memoria tibi celebrandæ ſunt Dei miſericordiæ, tua infirmitas, & obligatio qua teneris pro peccatis tuis illi benefacere: etenim illis digna debet reſpondere pœnitentia: vt diſcimus ex animalibus Ezechielis, & Apoſtolo Paulo; & arma quondam iniquitatis fiant modo virtutum inſtrumenta. h. 38. n. 99. & ſeq. Exemplo tibi ſit Dauid. ib. n. 65. 66. Et Apoſtolus Petrus perpetua memoria recolens galli cantum qui illi fuit quod Romanis anſeres. h. 43. n. 63. vſ. 70.

VI. *Ambulabat Ieſus in porticu Salomonis.* Congrue conſideramus eum in perpetuo motu hinc inde diſcurrentem, vt electrum ſicut in principio diximus. In hac porticu ex vna ad alteram partem obambulabat, quaſi ſuſpenſus animo, & mente multa verſans: etenim in rei veritate ſuſpendit eum cor hominis quod bene Hieremias dixit, prauum, id eſt quod tot ſinibus intricatum eſt & ambagibus, vt non facilis detur ex eo egreſſus, & rale Iudæorum cor arguitur, cuius gratia Dominus conſiderabat: quod ſi taceret, obiicerent: quod non loqueretur, & non crederent, ſi loqueretur, ſed eum lapidarent: ſic ſæpe Deum animo ſuſpendimus. Spirat conceptus hic pietatem. h. 25. n. 24. vſ. 28.

VII. *Ambulabat in porticu.* Nonnulla ſunt officia, quæ per ſe non poſſunt exerceri, qualia ſunt Aduocati, qui ſi non ſint aliqui litigantes, obambulat, ſic & medicus ſi nulli morbis decumbant, & Magiſter, ſi nulli ſint diſcipuli. Alia ſunt officia quæ per ſe ſolum quis poteſt exercere, quale dicimus fabri lignarii, vel ſutoris; quamuis enim nemo accedat opera ſua perficiunt, vſque dum aduenerint, & illa faciunt pro beneplacito ſuo, & nullo licet accedente illa diſponunt. In rerum creatione Deus fuit operarius ſolus per ſe, vnde creauit illas pro vt voluit, ſed in animæ noſtræ iuſtificatione, operarius eſt ſocialis, qui comitem requirat; ſi namque tu non acceſſeris, conſenſeris & rogaueris, nihil operatur ſicut nunc, etenim quia nemo Dominum conuenit, in porticu ambulabat. Hunc nota conceptum. h. 10. n. 33. vſ. 39. & h. 24. nu. 48.

VIII. *Ambulabat*, Præſtolabatur, hominum redarguens negligentiam, cum enim ad eorum veniſſet ſalutem, & publico conſiſteret loco, vt omnibus dona ſua communicaret, non erat qui accurreret, & talis hæret qualem eum proponit Iſaias; *Aporiatus eſt, quia non eſt qui occurrat.* h. 25. nu. 24. h. 28. nu. 28.

IX. *Circumdederunt eum Iudæi.* Ecce glaciem coram ardentiſſimis Phœbi radiis, & eue. tum admirare profundiſſimum: quanto namque vehementior eſt ardor, & diuini ſolis ignis, tanto glacies illa induratur amplius: ita vt malitiam videamus Aquilonis qui corda ſic perflat, vt ad ignis præſentiam ardentioris, fortius obſtringantur: vt pene dixerim hic renouari miraculum, quod Deus operatus eſt in Ægypto. homil. 45. numero 30. 31.

X. *Circumdederunt eum Iudæi.* Egregre delineat eos D. Ioan. vt populum Deum obſidentem, & dicere idcirco potuit Iſaias, quod illum ad extremas compelleret anguſtias, illudque ſibi Suſannæ vſurpare valeret: *Anguſtiæ mihi ſunt vndique, & quid eligam ignoro*: quidquid enim populo huic faciebat ad eorum non leue commodum, in malam capiebatur partem, dare illis & negare miracula, blande eos & aſpere excipere: qua de cauſa illos Oſee vt reprobos expellit. hom. 8. num. 17. 18. Et horum multus eſt numerus: vt Deum quaſi ligatum & obſeſſum detineant: omnia namque illis ſiniſtre eueniunt, & in malum ſicut e contra bonis, omnia cedunt in bonum. homil. 32. numero 41. vſque 45.

XI. *Quouſque animam noſtram tollis?* Illi ipſi moleſtiam quam patiuntur exponunt, eamque non minorem, quam ſi ſuſpenſi hærerent. Per quodcumque peccatum mortale, quo diabolus intrat in animam, illam grauiter affligit; etenim eques eſt, quem vidit D. Ioa. poſt ſe trahens infernum, & vbicumque ille intrauerit infernus eum ſubſequitur. hom. 19. num. 13. vſque 20. Porro peccatum diabolo proprium, illique grauius, eſt inuidia, cuius fornax propria pectus eſt ipſius diaboli: quamobrem illam D. Ioan. non vidit inter, alia mundi peccata. Notatu dignum eſt hoc argumentum. hom. 7. num. 8. 9. In zizaniis quæ diabolus ſuper-

perſeminauit in medio tritici ,; D. Petr. Chryſol. intelligit peccatum inuidiæ: facit enim malum, nullo inde collecto fructu ib.nu.9. Et hoc peccatum : eſt quo potiſſimum nunc hos exercuciat: hic illi proprius effectus adſcribitur, ibid. numero 10. vſq.15. Spiritus eſt corrodens vt ait Iſaias, qui viſcera eorum exedébat homil.39.numero 13.14.

XII. *Quousque animam noſtram tollis?* Quandoque Chriſtum aggrediuntur vt dracones aſtutia, ſicut vidimus Sabbato præterito ; quandoque vt leones,vt die Lunæ præterito, nunc vtroque modo : nam primo adſunt vt dracones, bonum præferentes deſiderium , & ilico ſe produnt vt leones , colligendo lapides , quaſi ad illos Dei zelari honorem ſpectaret, porro vtroque modo ſuperat illos Dominus. homil. 26. numero 3.

XIII. *Si tu es Chriſtus dic nobis palam.* Qualem proferunt pietatis laruam, oſtendentes quaſi perpetuo veritatis deſiderio flagrarent . atque hanc eius verbo confiderent. Apes eſſe dixeris, quaſi rorem veniant collecturi , & dulcem fidei fauum compoſituti ſed intentione conſumendi conuolabant, & perdendi, nam eo vſque accedit malitia , vt titulum capiat virtutis quando grauiorem intendit nequitiam : verum adeſte proditores: ſi namque vulpes ſitis, ſapientia & potentia ſuperat Chriſtus Samſonem , qui trecentas ex illis cepit, eaſque in ignem iniecit.h.23.n.40

XIV. *Si tu es Chriſtus dic nobis palam.* Quam arctum parant hi Chriſto laqueum : nam idcirco circumdederunt eum,ne poſſet illos euadere: quia ſi non reſpondeat propoſitis.dicent,quomodo credent huic quod non vult manifeſtare: ſi reſpondeat illis ſe Chriſtum eſſe, hoc eſt, Regem quem ſperabant , ſibi perſuadent quod iam habeant illum poteſtati traditum Romanorum : ſimiles ſunt Rechab & Bäana ſed ſuſtulit Chriſtus Balænæ laruam. ho.26.nu.46.vſ. 50.

XV. *Si tu es Chriſtus dic nobis palam.* O perfidos quam probe vos nouit ille qui vos hyenas appellauit: ſuauibus tanto verbis , corde quanto crudeli , comparandi eſtis lapidibus altaris quod Moyſes erexit. hom.8.numero 35. vſque 39.

XVI. *Loquor vobis & non creditis : opera quæ ego facio teſtimonium perhibent de me.* q:d. Non in eo res conſiſtu,quod clare non loquar , ſatis enim frequenter hoc egi ſemperque facio: hoc ſignificat *Loquor*: ſemper enim hoc repetebat , iam operibus ſuis ; iam verbis,idque adeo clamoroſe, vt raucedinem contraxerit. vt ait apud Dauidem ; quocirca dum in Paſſione ſua interrogatur, ſemper obmuteſcit. Filii Belial,ne Chriſto culpam adſcribatis, vobis enim palam loquitur,ſed veſtræ contumaciæ : nam idcirco dixit per Iſaiam , quod in vanum loqueretur, ſeque fatigaret. hom. 29. numero 25.

XVII. *Opera quæ ego facio in nomine Patris mei &c.* Nulla verba ſunt , quæ verius dicant quænam ſit arbor iſta, quam fructus eius. Argumentum eſt quod nullam admittit calumniam,& hoc eſt quod Chriſtus profert , ad opera ſua appellans, dicant illa quis ſit, quamuis enim Ioannes venerat teſtimonium de eo perhibiturus, quod tamem omnino conuincit , hoc eſt: vnde ſic ait : *Ego teſtimonium habeo maius Ioanne , opera quæ ego facio,&c.* h. 40.nu.12.13.

XVIII. *Opera quæ ego facio illa teſtimonium,&c.* Non ſatis eſt D. Iacobo vt dicas,quod verbo ſis fidelis ſed vt opera tua hoc confirment : *Oſtende fidem tuam ex operibus.* Appoſite perpendit D.Chryſoſt..quod Gentiles non crederent : nam aliqui, qui verbo dicebant ſe fideles eſſe, realiter non erant : quia manuum opera verbis oris eorum repugnabant ; & vere res eſt quam admiremur talia videra opera cum tali fide , & credendo id quod creditur, eo modo viuere,quo viuimus. hom.34 numero 43.vſque 47.

XIX. *Vos non creditis : quia non eſtis ex ouibus meis.* Redarguit illos Chriſtus ,generationem prauam : cui reſpondent , ſe filios eſſe Abraham. Loquitur illis aperte, & ait:vos ex patre diabolo eſtis, idque confirmat;quia Patris ſui cogitationes exequentur : *Vos ex patre diabolo eſtis, & deſideria Patris veſtri vultis facere.* Et huic conformiter argumento ſubiungit,quod modo tractamus , idem adſtruens, quia illis veritas non conuenit ſed placet mendacium , quod in illis velut proprio centro requieſcit. Ex his te examina , vtrum filius ſis Dei , vel diaboli : perpende qualiter tibi placeat veritas , & qualiter mendacium. homil.34. numero 47. vſque 52.

XX. *Non creditis quia non eſtis ex ouibus meis.* Cauſam aſſignat Dominus cur non crederit,hoc quod dixit , quod ſcilicet filii ſint diaboli , & non ex ouibus ſuis : quia ſicut diabolus, quamuis inſigni polleat intellectu, rebus tamen diuinis non adhæret , ob malitiam qua in voluntate contra Deum efferueſcit ; ſic erant & illi:voluntatem namque peruerſam habebant odio, malitia, & inuidia: fides autem pium requirit in voluntate affectum.ho,29.n.52.vſque 59.

XXI. *Oues meæ vocem meam audiunt.* Confirmat Dominus quod dixerat:quod nõ eſſent ex ouibus ſuis, quæ namque tales ſunt,audiunt ſimpliciter & ſine dilatione : hoc eſt *Audiunt* in præſenti : & in hoc aſſeritur Magdalena eſſe ex ouibus Dei : atque in hoc cognoſces vtrum & tu ſis , ſi prompte voci Paſtoris obedias.h.38.n.38. vſque 45.

XXII. *Vocem meam audiunt, & ſequuntur me.* Omnia dicuntur in præſenti , audire & ſequi : nihil etenim ſic te poteſt certum reddere , quod non ſis ouis Dei, quam quod procraſtines dum Deus te vocat, & reſpondes cum Pharaone *Cras*, circa hoc fuſe & vſ-

tet agimus. hom.13. nu.47. vsque 66. Ne differas vsque in hyemem, id est horam mortis, & infirmitatis angustias, fugam peccatorum tantum per veram pœnitentiam, quia tunc sol cognitionis obnubilatur, & propè est lucis eius occasus: stellæ sensuum obtenebrantur, & pluuiæ dolorum & accidentium, torrentes efficiunt: quibus ratio deficitur, & tempus locum que tibi non concedent, vt illud ad salutem tuam efficias: nec non difficile erit se ad Deum conuertere, verumque excitare dolorem. Conceptus hic vtilis D. Ambrosio tribuitur, ibid. num.63.

XXIII. *Sequuntur me.* Hic constabit verum possis conijcere, te esse ouem Dei, si nimirum illum sequaris? Venit te ad cœlum deducturus, vt dux securus, mundum illuminans, dissipans quod diabolus introduxerat pro Diis proponens adorandos homines peruersos, qui cunctos ad tartara raperent. h.33.n.42.vsque 46. Per hoc impleuit, quod sponsa rogauerat, vt dux illi fieret, ne aberraret, alios secuta Pastores. ho.15.n.7.& 8. Attende verum eius vestigia sequaris, & eum iuuetere præcedentem, ac dicentem: *hæc est via*, &c. nec enim alia patet ad cœlum via, nisi illa quam ipse demonstrat. ho.15.n.10. 11. ad hanc enim viam reuocauit Iacobum & Ioannem qui per aliam declinabant. ibid.nu.12.13. idcircò nobis illum Deus promisit, per Michæam, vt Pastorem, qui præcederet. h.58.n.50,51.

XXIV. *Ego & Pater vnum sumus.* Respondet directè blasphemæ calumniæ, quam obiiciebant, quod Deo esset aduersarius, & diabolo confœderatus: exponit ipsis quod multoties dixerat; quod opera sua faceret in nomine Patris sui, & pari cum illo pede progrederetur: quod etiam probat, quia dicit: *Ego & Pater vnum sumus*, quantum ad essentiam, & sicut opera procedunt ab essentia per potentias, illi qui vnum sunt in essentia debent etiam esse in operibus: idcirco resuscitaturus Lazarum hoc præsupposuit conuersus ad Patrem. hom.32. num.78.

XXV. *Tulerunt ergo lapides, vt lapidarent eum.* Furor vester in vos, ô proditores vertatur: ad quid quæsistis ab eo si respondente illo vobis, eum velletis obtinere lapidibus. Congruè vocatur à Propheta plaga vestra insanabilis: & ipse vos prosecutus sit, generationem malam & adulteram, vos vt infirmos extra spem salutis reiiciens, quandoquidem adhibita vobis ab ipso medicina, in venenum conuertatur. h.8.n.16.17.18.

XXVI. *Tulerunt lapides Iudæi.* Opera quæ in his considera vobis manifestabunt id quod in corde eorum non videres. Malitia dissimulata erat, sed quam primum illam tetigerunt, vt eiicerent, & mentem illuminarunt, lapidibus armata exanduit: hinc etiam colliges, an nequitia in te sit ficta vel mortua. Conceptus hic non est inutilis. ho.35.n.6.vsque 11.

XXVII. *Tulerunt ergo lapides.* Ad bolidem cadit super illos nomen quo nouauit illos Pater eorum Iacob in duobus filiis suis Simeon & Leui, ex quibus descendebant: *vasa iniquitatis bellantia:* & dixit hoc quia cum duo illi fratres à Principe Sichimorum postulassent, quod si certum aliquid facerent, ipsi submitterent, atque Princeps hoc impleuisset nedũ non se submiserunt sed & sumptis gladiis eos trucidârunt. ho.39.n.8.vsque 11. Sic hi.

XXVIII. *Multa bona opera ostendi vobis ex Patre meo.* Magni sunt hæc verba ponderis: q.d. Ego quod meum erat feci, & cum vos quod vestrum erat facere debuissetis, lapides mihi obrulistis, computum ineamus, propter quod opus eorum quæ feci me lapidatis? Antequam lapides proiiciatis, attendite quid faciatis: & hanc rationem vobis quoque dicit, vt antequam illum lapidibus pet pèccatum obruatis, attendatis quid faciatis, nec ictum libretis vt taurus cœco furens impetu. ho.7.nu.19.& seqq.

XXIX. *Multa bona opera.* Præclaras illis exhibet misericordias, dum eos cohibet manibus lapides gestantes, ne facinus exequantur hoc sacrilegum, ad quod eos propria mouebat iniquitas, furorque passionis: etenim hoc vnum inter alia, cum D. Augustus statuimus diuini furoris indicium, si quem patiatur praua sua complere desideria & stratagemata. hom.35.num.28. vsque 32.

XXX. *Multa bona opera.* Donum fuit singulare, eos detinere, sicut & fuit dum Patres eorum cohibuit, etiam inuitos, ne facerent, quod intendebant in Babylonia. Discursus certè notatu dignus. hom.35.num.35. vsque 38.

XXXI. *De bono opere non lapidamus te, &c. Tu homo cum sis, facis te ipsum Deum.* Merito vocat illos Dauid inimicos defensores: quia sub titulo defendendi Dei honorem, bellum inferunt illi crudelissimum ho.7.numero 44. Benè ruinam eorum exposuit Isaias, dicens quod Ariel foret Deo Ariel Stupeo mysterium homil.40. numero 19.

XXXII. *Tu homo cum sis, facis teipsum Deum.* O sacrilegos, quam aperte demonstratis, quod edocti estis facere Deos ipsos etiam vitulos: sic enim dixistis Aaroni Fac nobis Deos, qui nos præcedant. hom.7. numero 17. homil 13.nume. 17. Iniquitas est hæc de pectore prodiens diaboli. voluit enim vt homo existens homo, se vellet facere Deum. Clare patet quod diabolus sit in vobis, & ore vestro loquatur. hom.34. numero 51.

XXXIII. *Si illos dixit Deos, ad quos Dei sermo factus est, quem Pater sanctificauit, &c.* Nemo non admiratur responsum. Tanta pollet virtute Dei verbum, vt Deos efficiat participatione, & illi dicuntur dii, in quibus illud seminatur & committitur, si hoc efficiat Deos per participationem ergo illud est Deus

per essentiam, quia nemo potestatem habet dandi per participationem diuinam essentiam, nisi qui illam habet sibi propriam, hinc confirmat D. Ioann Christum esse verum Deum per essentiam, quia per ipsum homines facti sunt dij participatione. Perpende efficaciam verbi Dei, & hinc collige, quod si in te non operetur, tibi graui hoc esse detrimento. h. 35. n. 41. 42.

SEXTO DIE IOVIS QVADRAGESIMÆ VLTRA HOM. XXXVIII.

I. *Rogabat Iesum quidam Pharisæus.* Luc. 7. Decantatis Dauid Christi triumphos, eiusque eminentiora opera, celebrat vt si premũ, mortuos de peteſtate mortis eruere, vitamque eis largiri. Hoc Christus perfectè impleuit in duobus germanis Lazaro & Magdalena: ille mortuus erat corporaliter, hæc spiritualiter vtrique vitam intulit. Obstupescunt omnes opus illud resuscitationis Lazari quoad corpus, sed admirabilius est vitam concessisse animæ Magdalenæ tanto quantum præcellit anima corpus, hoc nunc considera. hom. 32. num. 5. 6.

II. *Rogabat Iesum quidam Pharisæus.* Proponit nobis Euangelista mulierem, & vult vt in illam oculos coniiciamus, dicens: *Ecce mulier*, quia multa sunt in ea consideranda, ad Dei gloriam profectumque nostrum. Primò demonstratur eximia Dei erga peccatores misericordia: quæ tanta est, vt aliquando Sancti de illa conqueri & murmurare videantur: vt Isaias, Ionas & Elias. hom. 18. num. 4. 5. ita vt iam non miremur si de illa murmuret Pharisæus, quam mulieri Christus exhibuit. hom. 18. num. 45. & 58. 59. quando populus idolatra vitulum erixit in Deum, quem adorârunt contra illos Deus exarduit vehementer, atque in fig um supplicij ait Moysi: non gradiar vobiscum, sed Angelus: quia populus es duræ cervicis. Et hoc ipsum Moyses Deo proponit, ne eos deserat, & vt gradiatur cum eis: quia tanta erat criminum populi grauitas, tantaque mentis obstinatio, vt nulla creatura, ne quidem supremus Seraphinorum tantam illis exhiberet misericordiam, quæ non à populi & criminum eiusdem obduratione vinceretur, quodque ea tantum perferre posset Dei misericordia, eiusque requireretur infinita bonitas, vt tantum tantæ nequitiæ pondus sustineret: *Ascende nobiscum: Populus enim duræ cervicis est.* q. d. Deo Moyses: tam enormia nostra sunt scelera, tantique ponderis, vt illa perferre, & sustinere infinitæ Dei misericordiæ reseruetur. Subtilitatem huius rationis adscribimus Card. nostro Caietano. hom. 18. num. 7. Et eo modo demonstrat illam erga peccatorem, dum grauiora eius remittit peccata, agitque cum eo quasi numquam illum offendisset. Hoc dulcis panis clementiæ Dei & misericordiæ fragmentum est, quod ex mente D. Bernardi magnæ facere debet peccator. ib. n. 58. hanc ostendit in Magdalena, non solum, illam in gratiam suam recipiens, & vultu suo pleno benigno, quando pedibus eius contrita prosternitur, sed etiam chirurgans Pharisæum, qui in corde suo illi detrahebat, & iudicabat ac dedignabatur vt peccatricem: quid faceret, si exterius illam calumnijs grauaret: ibid. numero 56. Quinimo in parabola de filio prodigo fusius hoc declaratur dum detrahitur Patris misericordiæ: qua filium susceptit peccatorem, quam ille primogenitus obiecit, contra illam expostulans: nam meo quidem iudicio Sancti de magna Dei murmuram misericordia, quam ostendit, peccatoribus; quia nimium facilis Deus illis videtur in ignoscendo. ibid. num. 59. Proponit Euangelista hanc mulierem omnium oculis spectandam qui sunt ingressuri Ecclesiam: vt quasi sit vna ex illis columnis quas Salomon erexit: vt in grauissimis peccatis fiduciam excitaret indulgentiæ h. 43. n. 5. vsque 8.

III. Vt singularem pœnitentiæ Magistram exhibet illam Euangelista Christi proponens potentiam. Primo, in efficaci operatione in corde perdito quod operi præcedit mundi creationem. h. 25. n. 4. 5. Secundo, vt de Satana triumpher, nam eam ipsam assumit, quam diabolus ipsi perat ad multorum perditionem & ruinam: ad quod ordinarie sibi diabolus mulieres associat vt eius opera ipsius peccatores & conuerteret, & instrueret. ibidem num. 6. vsque 12.

IV. Magnum est hoc opus quod Christus agit cum hac muliere, per illam redintegrans honorem mulierum, qui tantopere in mundo vilueratur, & ipsorum Apostolorum creat Apostolãt & cum ipsa esset diadema Satanæ, illam igne purificans amoris, sibi statuit in coronam, melius quam Dauid coronam idoli Melchom. hom. 25. num. 10. 13. 14. 15.

V. Iubet Euangelista vt oculos in hanc mulierem coniiciamus, & videamus qua ratione per illam confringatur caput diaboli, qui contra hoc fuerat vt omnes mulieres haberentur fatuæ, forte timens tertium Dei, quo prædixerat illi caput a muliere conterendum, quod & factum est per purissimam Virginem Mariam: sed etiam hoc fit per hanc mulierem, per quam de illo triumphum ducit ipsamque creatrem: pœnitentiæ magistram. hom. 32. num. 19. 20.

VI. Habemus certe quod in hac muliere perpendimus cum enim lutum esset, puteo demersum immunditiæ, educta solisque radiis exposita, se ipsa redditur adeo fulgens, vt undum illuminet, sicut contigit diebus Nehemiæ. Ipsa primo ignis fuit, quia a parentibus optimis erat educata moribus, at postmodum in puteum delapsa luxuriæ, in lutum conuersa est humi. 25. numero 91.

VII. Fi-

VI. *Rogabat Iesum quidam Pharisæus, vt manducaret cum illo.* Denotat Euangelista continuationem qua Pharisæus Christum instanter premebat, vt conuiuium acceptaret, porro non huic consentit nisi data hac occasione, in qua posset hanc huic mulieri ad sui conuersionem præbere occasionem. licet enim hi euentus videantur fortuiti & nobis sint tales, ipsi tamen non sunt, qui cunctos disponit rerum euentus, vt magis expediunt, vnde respectu Christi non fuit casualis. h.31.n.6. & patuit quod dixit calliſſima Iudith: Illa post illa cogitasti. hom.32.n.39. & tandem tanquam temporis moderator, res quæ in illo fiunt, sic disponit, vt magis censet expedire. h.35.n.38. vsque 41.

VIII. *Ingressus domum Pharisæi discubuit* Non est peccatum ex se instruere conuiuia, & iisdem assisteres quinimo res pia est ob particulares occasiones, quæ Dei gloriam concernunt, vel lucrum animarum h.16. num.23.24.

IX. *Ingressus domum Pharisæi discubuit.* Actio hæc satis est à Domini consuetudine aliena: sed optime dixit Salomon, quod varij sint illius ad opera sua, ingressus: cui vates addit dicens: vt ea faciat quæ sunt sibi propria, facit ea quæ videntur ab eo aliena. hom. 25.num.44.

X. *Ecce mulier quæ erat in ciuitate peccatrix* Studet Euangelista declarare damnum, quod diabolus per hanc inferebat mulieribus: etenim terminum non habet quod media facit mulieres, quæ venusta est, diues, & nobilis, si viam incurrat perditionis: & earum opera nectum peccata intro iuxit communia, sed hæreses, quocirca Deus officium illis interdixit docendi, sicut & diabolo. h.25. n.7. & sequentibus.

XI. *Ecce mulier.* Non eam vocat Euangelista mulierem, vt eius excuset infirmitatem, sed vt culpam aggrauet: mulier etenim si velit, adeo fortis est vt multos præcurrat viros robustos, & eo sine ex osse formata legitur. h.26.n.31.32.

XII. *Ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix.* Hæc laborant mulieres calamitate, vt si quædam labatur, vel peccatrix sit, accusetur & condemnetur per totam vrbem, cum ita sit quod sint nonnulli viri, qui vitam ducunt multo turpiorem, nec an eo hoc in eis peccatum esse redarguitur Consuetudo est hæc mundi contra rationem à D.Aug & D.Hier. ex industria refutatam. Nemo conceptum hunc parui faciat. hom.26. num.34.vsque 38.

XIII. *Vt cognouit quod Iesus accubuisset, &c.* Cognoscens vbinam Dominus ad mensam recumberet, illo accurrit. Hæc cognitio supponit aliam, quam nobis Euangelista insinuat, quod oculos aperuit ad lucem diuinam, quam illi Dominus communicauit, qua statum criminum suorum miserandum agnoscere, cui peccatrix inhærebat. Quasi extra se rapiebatur, vt ruinam suam spiritualem non attenderet, sed nec temporalem: tales etenim sunt perditi peccatores, vt illis intellectus periisse videatur, juxta deliras quas excitant, ineptias h.25.n.88. Defuerunt illi capilli considerationis, vt Samsoni: illes etenim propria illi resedit concupiscentia, vnde molam traxit asinariam peccatorum hom.31.num.12.

XIV. *Vt cognouit.* Illam diabolus occupauerat: etenim singulariter inuadit animas & corpora per vitium impudicitiæ. Conceptus hic est vtilissimus. hom.18.n.43. Quid hoc tantum, quod illam quasi obcœcauerit: hæ etenim primus est effectus, quem in anima producit in qua sedem figere & morari desiderat. hom.19. num.40.41.42.

XV. *Vt cognouit.* Omnia licet peccata visum obnubilent, hoc tamen proprium est luxuriæ: quocirca libidinosi dicuntur cœci.h.10.n.18.vnde ineptiora quam stulti, committunt. h.18.n.51. & animos illud vitium reddit ita letargicos ac fuit anima Dauid. homilia 22.num.10.

XVI. *Vt cognouit.* Ambulauerat quasi occlusis oculis, vt nec videret, nec attenderet qua tenderet, libertatem se gaudet, & hac vsus vti libertate, sed in sui ruinam. h.18.n.21.22. Secessit in regionem longinquam. Ibid.n.23.24. Cœca progrediebatur suas sectata voluptates, vt significauit Ezechiel. Ibid.num.25.vsque 30. sed oculos aperuit, quia suos Dominus in illam respexit. Ibid. n.52.53.

XVII. *Vt cognouit.* Peccatrix erat bonæ indolis, etenim Domino lucem illi infundente, & ipsa sentiente pulsum ad cor suum, econtinuo respondit. hom.8. n.16. Non fuit in generatione peruersa, vt argentum reprobum Hieremiæ, & vos. hom.13.num.49. & hom.37. num.69

XVIII. *Vt cognouit.* In hoc summa stetit eius salutis quod statim aduenerit, vt Dominus illi lucem immisit, vnde prodit de peccatis suis victrix, sicut Dauid de suis inimicis: nam confestim aduolauit vt audiuit sonitum pyrorum h.10.n.19.& seqq.

XIX. *Vt cognouit.* Huius peccatricis diligentia tuam condemnat: accedam in procrastinando quo minus ad Deum recurras, quam primum ab illo vocaris? & timendum tibi est, ne te negligente, cum te nunc illuminat, forte postmodum id non faciat. h.13.n.44.44. 50.51. & his opposita multa tractantur vtiliter. Ibid. num.47. vsque 66.

XX. *Vt cognouit.* Hæc ergo bona pœnitens est, quæ perficit bonum efficaciter desiderium, nec est de præcognitis illis quas dixit Ezechias. h.10. n.37.38. est velut sagittæ acutæ potentis quas dixit Dauid. hom. 18.num 54.

XXI. *Vt cognouit.* Admirot, quod dum aliquis quodlibet malum sentit in corpore, confestim conuolet ad

 medicum,

medicum, & grauissimas ac mortales in anima patiens infirmitates, ita deses hæreat ad salutis suæ remedium. hom.10 n.24. & hoc habe tuæ damnationis indicium, cruciatum non sentire, quem peccatum producit in anima. h.37.n.55.56.

XXII. *Vt cognouit.* Vtinam tibi Deus aperiat oculos quibus damnum cognoscas, quod in anima tua causat peccatum, quam serio ad Christum recurreres? Describit hoc D.Chrysost. h.19. n.11.12. & sufficiat tibi intelligere, quod intrante peccato in animam, intret in illo eques diabolus, quem totus sequitur infernus vt vidit D.Ioan.Ibid.n.13. vsque 19.Imo peius est,intrare diabolum in animam per peccatum, quam in corpus. Ibid.n.20.21.22. Et si videre desideras hujus monstri malitiam: intuere illud detectum per mortem Christi, qua laruam huic ceto detraxit. Argumentum habes consideratione dignum. hom.42. num.11. vsque 16.

XXIII. *Vt cognouit.* Ecce ouis Dei, cuius signum, asserente Christo, erat audire vocem eius quod exponitur figura perdicum apud Hieremiam.h.37.n.30.31.

XXIV. *Vt cognouit.* Quod Dominus recubuisset intellexit,magis illum resedisse vt eam expectaret,quam vt comederet,& sibi quasi dicentem audiebat Isaiam *Exspectat vos Dominus.*h.37.n.17.18. nec esse vult tam impudens vt nos, qui detinemus eum expectantem. Ibid.num.19.vsque 22.

XXV. *Stans retro.*Primo declaratur hic magna verecundia qua de scelcribus suis erubescebat,consistens coram Deo: nihil enim tantam parit in anima confusionem, quam si Deus illi ad vnum proponat scelerum suorum enormitatem: hæc enim erit grauissima pœna, qua reprobi in die judicii torquebuntur. h.6.n.45. Quinomo idcirco dæmones diem hunc reformidant ob confusionem quam patientur. Ibid.num.46. Et patuit dum ageremus de adultera: nam dum peccata eorum reuelauit nullus coram eo valuit remanere. h.26. n.47. Præclaram continet doctrinam quod circa hoc narrat de se D Mater Theresia de Iesu. h.6.n.28.

XXVI. *Stans retro.* Bona pœnitens quæ de peccatis suis erubescit:etenim peccatores qui nedum de his erubescunt, sed etiam sibi complacent, vt reprobos existima. hom.34.num.57.

XXVII. *Stans retro.* Primus passus ad remedium peccatoris est se indignum reputare qui coram Deo oculos suos attollat, quo Publicanus promeruit indulgentiam h.2.n.32. & seqq. & eo ipso: quo se reputat indignum,incipitse dignã efficere. Ibid.n.35.36.

XXVIII. *Stans retro.*Prudens pœnitens.Iam criminum suorum sentit grauitatem,quæ tanta est,vt ipsum Dei filium fatiget.h.25.n.31.32.33.ex quo rationem reddit D.Hilar. terræ motus, dum Christi crux in ea figeretur,h.42.n.14.Et ita recurrit ad humeros Christi, qui camelus erat, super quem omnia nostra peccata erant imponenda.h.26.n.45.

XXIX. *Lacrymis cœpit rigare.* Nouerat pœnitens, quod cum Deum offendisset,non statim accurrendum esset, ad petendum ea quæ desiderabat, sed quod lacrymas præmittere deberet vt mediatrices, vt etiam aduertit D.Ambros. de D.Petro: etenim impudens est,qui post grauia in Deum commissa scelera,accedat ab eo poltulans nec pro illis lacrymas interponit, vt illi fecerunt qui accesserunt Christum tentantes. h.8. n.9. vsque 14.& h.43 n.65.

XXX. *Lacrymis cœpit rigare.* Hæ lacrymæ, inquit D.Gregor. tibi manifestant, quod Deus sit in cordeeius,& ipse earum est auctor; & illas non videri in oculis quando venis ad confessionem, signum est, quod Deus in corde tuo non resideat.hom.43.n.62. Etenim Deus est, qui creat Arcturum & Oriona, stellas pluuiarum productrices Ibid.n.57.vsque 62.

XXXI. *Lacrymis cœpit rigare.* An lacrymis incipit cum Deo agere? jam ex nunc tibi secretam facio Dei benedictionem,sicut Iacob,illas etenim Deum,etc. hom.13.num 20.21.

XXXII. *Cœpit rigare.* Notandum verbum cœpit; non enim dicit,fleuit,sed cœpit: quia licet modo fuerint lacrymæ eius copiosæ, non tamen nisi quodam fuit principium: nam illas nunc incipiens, tota vita sua prosequebatur: sic notant SS.Patres de S.Petro de illo dictum: *Cœpit flere*: nam lacrymæ eius comparantur Iordani in ordine ad Naaman.hom.43.n.4. vsque 70.Pœnitentiam sibi sumpsit in sponsam,vt David Abisag. vide per totum vitæ spatium deriuat. num.21.vsque 23.

XXXIII. *Lacrymis cœpit.*Sed non continuo desiuerunt enim ridiculæ multorum lacrymæ, quæ statim absterguntur,sicut fletus Ægyptiorum.h.40 n.10.

XXXIV. *Videns Pharisæus, qui vocauerat eum.*Quo tempore mulier hæc vitam agebat deperditam,omnes eam currere permiserant, sed dum de peccato cogitat egressum, & Dei meditatur obsequium, insurgit eam diabolus, bellum illi vndequaque mouens: tam sapienter monet nos Salomon: *Fili accedens ad seruitutem Dei, prepara animam tuam ad tentationem.* h.3. n.2.potissimum in Magdalenam surrexit.Ibid.n.6.

XXXV. *Videns Pharisæus.* Ausim affirmare, quod si Pharisæus vidisset illam vnguentum effundentem in aliquam mundi luxuriem, illam laudasset, & hoc admicellis judicasset conuenire: & idem si crines in eam spargeret;sed cum illos diuino manciput seruitio,obstupuerit,& quasi jacturam censet vt notat D.Hieron. de Paula,Melania & Eustochio h.8.n.44.45.

XXXVI. *Videns Pharisæus,&c.Hic si esset Propheta.* Quam parum sciebat ille, quænam essent Dei visiones quodq; Christus in Osee præfiguretur, qui ex diuersa præsertim

præscriptio amasium agit, mulcetque mulierem adulteram, nec desistit, donec eam sibi despondeat. h. 25 n. 2.

XXXVII. *Hic si esset Propheta.* Exiguam de Christo habebat hic cognitionem, nec intellexerat quod de seipso dixerat: *Ego sum lux mundi*: nihil etenim ita luci convenit, quam inter sordes versari, nec tamen ab illis inquinari. h. 34 n. 13. & ita tangens leprosum, non efficiebatur immundus. h. 31. n. 66. 67. 68.

XXXVIII. *Simon vidis hanc mulierem?* Respondet Christus Pharisæi cogitationibus, ostendens se verum Deum, cui nec huius mulieris ignotæ erant conditiones, quandoquidem oculi illius intima cogitationum cordis illius perrimarentur: lynceum se demonstrans divinum, & quod ait Apostolus: *Nihil est invisibile in conspectu eius.* h. 41 n. 12.

XXXIX. *Vides hanc mulierem?* Illam intuere, & teipsum illi compara, nec ad interiora, quæ sunt abscondita, progrediamur, sed ad ea quæ conspicis, nam in hoc ipso invenies quod ipsa longe te præcurrat: non enim pedibus meis lauandis aquam effudisti, illa vero lacrymis eos abluit: oleo caput meum non vnxisti, hæc autem vnguento vnxit pedes meos, &c. Vtinam antequam alium condemnes, teipsum attente consideares, & defectus quos in ordine ad Deum committis! Vtinam vos iudices antequam in alium feratis sententiam in vestros reflecteretis lumina defectus, illos singillatim attendentes, quibus Deum offenditis, quam diversa forent & alia vestra iudicia, & quanta peccatores misericordia tractaretis. h. 26 n. 41. & 51.

XL. *Vides hanc mulierem?* Illam digito monstrat huic Pharisæo Christus: qui vitio laborat omnibus communi digito notandi peccatores, quodque ita in corde suo hanc denotet mulierem: dicendo: *Hæc mulier quæ tangit eum*: & idcirco hanc illi Dominus digito monstrat: *Vides hanc mulierem?* q. d. Licet tibi persuadeas quod eam tam distincte noueris, vt illam possis digito monstrare, noueris, quod illam minime cognoscas, nec bene conspexeris: quia te longius præuertit per illa quæ mihi in anima sua præstat, quam actionibus exterioribus, quæ corporis oculis conspiciuntur quæ tuis sunt enim entiores. h. 26. n. 42. 43.

XLI. *Vides hanc mulierem?* Mulieris huius errata ponderas, in o in hoc ipso quod patet oculis, tua sunt graviora: cum mihi non feceris quod ipsa, quocirca statera Chanaan dolosa. h. 23. n. 15. 16.

XLII. *Vides hanc mulierem? Intrauit in domum tuam, &c.* Attende quam grauiter singillatim omnia huius mulieris appendat opera, illaque magnificet, licet illa non videretur aduertere: Securus esto: quamuis enim te Deus non videatur intueri dantem eleemosynam eius amore, & ieiunantem, quo carnem tuam mortifices: hæc tamen omnia conspicit, nec inferiorem illo habebis operum tuorum prædicatorem. h. 2. n. 52. & h. 26. n. 17. 18. & eo fine tantum diem instituit, in quo ipse ore suo tua bona opera præco magnificabit. illud implens Dauidici: *Educet quasi lumen iustitiam tuam, &c.* hom. 6. num. 45. 46.

XLIII. *Intrauit in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti.* Habes hic non leue pro nobis peccatoribus solamen, dum consideras quam benigno vultu recipiat obsequia sibi ab eis præstita, ad illam se conuertendo; quantique faciat lacrymas eius, vt nec capillos prætereat. Timere poteras dicendo: quomodo coram tanta puritate aliquid offeram, quod diuinis eius dignum placeat oculis, cum sim abyssus immunditiarum? Ecce quam placide recipiat obsequia talis mulieris, quam Pharisæus ita judicabat immundam vt solo contactu sanctum inquinaret. Spirat ingentem conceptus hic deuotionem h. 25. n. 38. vsque 43.

XLIV. *Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum.* Supremi Spiritus dicuntur Seraphim, quia feruentissime Deum diligunt: vnde dicit mulierem hanc esse Seraphim. Obstupesce quam diue. sa judicia: Pharisæus eam ad infimum detrudit iniquitatis ac immunditiæ: & Christus de illa judicat, quod Seraphim sit: vnde patet quam parum fidendum sit hominum judiciis, quamque turpiter in illis hallucinentur. hom. 19. num. 69.

XLV. *Dilexit multum.* Optima conclusio à posteriori, ex operibus formata: si namque amor ad opera compellit: multa eaque præstantia, amorem inferunt multum eumque præstantem: imo hinc concludetur, quam tepido erga Deum amore ferueas: cum tam exigua tua sint opera diuino conseerata famulatui. & quã liquido probare potest diabolus tuum erga se amorem, si spectes opera ad eius facta obsequium. h. 25. n. 63. 64 hom. 42. n. 36.

XLVI. *Vade in pace.* Voluit Christus Euangelii sui signare spiritum: idcirco nonnulla fecit opera gratiæ adeo singularis in principio, sicut ad ostendendum legem antiquam esse timoris, opera fecit in principio rigorem spirantia. h. 26. n. 56.

XLVII. *Vade in pace.* Spiritum suum benignum Dominus testari voluit, & quam longe abesset ab eo quod credebat Pharisæus, quod non veniret ad terrendum aut castigandum peccatores, sed ad illos absoluendum, illisque veniam & gratiam indulgendum, & vt opinor illi dicit, quod duobus fratribus Iacobo & Ioanni: *Nescitis cuius spiritus estis.* h. 41. n. 39.

SEXTO DIE VENERIS QVADRAGESIMÆ VLTRA HOMIL. XXXIX.

I. *Collegerunt ergo Pontifices & Pharisæi consilium aduersus Iesum.* Ioan. 11. Describit nobis D. Ioan. concilium plenum in quo præsidebat Summus Pontifex cum Principibus Sacerdotum & doctioribus quos mundus admirabatur, & iis qui censebantur in eo pietate præstare, & multis vltro citroque consultis concludunt vniformiter malitiam adeo grauem vt a mundo per Deum creato talis commissa non fuerit, nec vsque ad mundi occasum committetur: quia propria passi sunt se duci passione, & propria luce se obcæcarunt, & decreuerunt facinus non minus horrendum, quam Deicidium. Illi qui in mundo ceteris strictius tenentur diuinam implorare gratiam sunt iudices si namque hæc illis deficiat: causa erunt ruinæ Reipublicæ. h. 26. n. 12. vsque 14.

II. *Collegerunt ergo Pontifices.* Deus Dominus est cogitationum, tamque potens vt ipsis machinationibus & adinuentionibus, quas homines aduersus eum moliuntur vtatur ad diuinatum suarum intentionum executionem h. 30. n 59, 60. h. 35. n. 2, 3. & h. 44. n. 2.

III. *Collegerunt concilium.* Licet in hoc concilio tota conueniat malitia inferni, ex illa Deus colligit quod ipse decreuerat de lapide angulari, quem lapicidæ reprobarent, etenim disponit, vt primo illum approbent & in pleno cœtu Christi comprobent sanctitatem eiusque opera vt per hoc impleantur Scripturæ Prophetarum h. 24. num. 18, 19. Et completur hic quod dixit apud Isaiam: *Ducam cœcos in viam quam nesciunt*, hom. 23 numero 35, 36.

IV. *Collegerunt Pontifices & Pharisæi* In medio totius malitiæ tartareæ operatur Dei sapientia, & disponit, vt antequam Christus condemnetur illi per sectas instituatur processus, atque in pleno consessu discutiatur, & causa dicatur ob quam condemnetur & occidatur quod non est propter peccata sua, sed propter opera sua bona, ab illis reiectibus eum condemnantibus confirmata, implendo illud quod ipse Christus postulauerat: *Iudica me Deus & discerne causam meam.* Hunc discursum veneror vt insignem h. 34. num. 21. vsque 26. Et per hoc implebatur præceptum Dei de vacca rufa, quam antequam immolaretur inspicere debebant omnes Sacerdotes. ib. n. 19. vsq. 21.

V. *Collegerunt Pontifices.* Principes sunt illi, qui dum se vitiis tradunt, grauissima committunt scelera: quia diuitiis & auctoritate fulti sunt audaciores & potentiores. Vir vulgaris audet sibi similem de medio tollere, sed Principes in ipsum Deum audent manus iniicere, & determinato eo nolilio eum occidere: idcirco vidit illos Ezechiel in medio inferni h. 35. numero 19. & seq.

VI. *Collegerunt Principes & Sacerdotes.* Execrandum est hoc eorum facinus: cum enim Christum recipere debuissent & efficere vt omnis eum populus recipere, è contra in eorum eius conspirant dicentes, hoc populi saluti expedire ho. 35. nu. 13. 14. hoc est quorundam Principum peccatum, vt qui defendere debebant iustitiam, eam ipsi studeant euertere. ib. num. 15. Et se proditores ostendunt dum eandem potestatem illa a Deo concessam, ad eius detorquent, iniuriam. ibid. numero 16. 17. 18.

VII. *Collegerunt Principes concilium.* Impletur hic quod dixit Iob, quod Deus traditurus esset terram in manus impii, & velum superinjecturus esset oculis iudicum. homil. 30. numero 34.

VIII. *Collegerunt ergo.* Notandum illud Ergo quod est illatiuum, quod supponit principia & indicare vult Euangelista, quod paulatim agere cœperint contra Christum, & locum dantes primis inuidiæ suæ processibus, ad vltimum accesserunt iniquitatis: eorum qui principiis non obstat tentationis diaboli, pedetentim ad totalem corruit perditionem. Nemo conceptum hunc præterea h. 5. n. 32. Sicut virtus vna disponit ad aliam, sic & peccatum, si principio non obsteturi ad vltimum perueniet conclusionem h. 40. n 6.

IX. *Collegerunt Pontifices concilium contra Iesum.* Non solum horum peruersitas eo peruenit vt Christum occiderent, sed factum hoc est determinato consilio, & matura resolutione, sicut fecerunt coloni vineæ vt filium Patrisfamilias occiderent non enim peccatum fuit ex bonitate quadam commissum, sed ceteris atrocius quæ committunt homines, præuia meturaque deliberatione: patratum necsufficit illis esse malos, sed etiam in malo contumaces persistere. hom il 34 numero 47.

X. *Dicebant quid facimus?* Primo sumum declarant affectum, & consilium capiunt, vt illud determinata & praua concludant voluntate contra Christum: valde peruersus est hic modus captandi petendique consilium, cum voluntatem tuam firmaueris in eo quod iusta illam facere decreuisti: & ita plures accedunt pertuti consilium, animo plane peruerso. Frequens est hoc vsurariis, & suis addictis voluptatibus acquirendi homil 37. numero 35. 36. 37.

XI. *Quid facimus?* Illos considera in concilio coadunatos, & si desideres scire quinam sint aduocati quos consulunt illos declarat Euangelista. Primus est inuidia est hoc vitium malum absconditum, ex duobus tamen cognoscitur effectibus Primus est cordis furor: secundus, verba contemptus in ore. ho 7. num. 10. hos illi manifestant: etenim rabiem cordis ostendunt, cum

nequeunt requiescere, vnde sic aiunt: *Quid facimus?* Et verba depromunt despectus contra Christum: idcirco vocatur ab illis, *hic homo*: similes Sauli hoc vitio laboranti ib. nu. 6. & 12. vsque 15.

XII. *Si dimittimus eum sic.* Vlterius progreditur, proponens quod si Christus viuat, eius gloria illorum gloriæ tenebras offundet: hæ namque rationes, vt credo D. Petr. Chrysol. propriæ sunt inuidiæ. h. 21. nu. 52.

XIII. *Hic homo multa signa facit.* Audi rationem hic inuidiæ: quod enim virum efficit amore dignum, hoc ipsum inuidioso reddit execrabilem: nam ideirco virtutem hoc diabolo proprium adscribitur. h. 7. n. 8. 11. & seq.

XIV. *Venient Romani & tollent nostrum locum.* Secundus aduocatus, qui concilium hoc instruit, est auaritia, qua timent opum suarum iacturam & quod nisi Christi viam aggrediantur, Romani in illos exurgant, titulo quod seditiones mouerint nouumque Regem creârint. Ostendunt illi, quod in laqueum inciderint diaboli, qui est auaritia & cupiditas; illa namque qui in illum incidunt. D. Paulus vt omnis spes salutis ultimat priuatos: est etenim auaritia radix omnium malorum, & cor Apostoli inuadens illum compulit vt Deum ipsum venderet. Proh quale documentum. h. 28. num. 36. vsque 42.

XV. *Et gentem.* Nostras nobis auferent dignitates, & subditos quibus imperamus. Tertius adest aduocatus, ambitio: hic etenim hoc contra Christum obiecit consilium Efficaces sunt huius aduocati rationes quæ persuadent vt quis necem Christi concludat, ne dignitate sua priuetur, quem obtinet, vel ne non assequatur eam, quam prætendit. ho. 41. num. 72. 73. & exemplo discimus in Menelao. h. 36. num. 27.

XVI. *Quid facimus quia hic homo multa signa facit?* Nota: in mundo totus conspirans, Christum vellem albam referre Sanctorum, an posset illi processus institui solemnior quam ille, qui in hoc consessu inimicorum eius instituitur; nam ad rutinam discussa vita Saluatoris, cum desiderio aliquid inueniendi quod in ipso condemnent: nedum illud non fruetum, sed potius omnia eius opera tantam spirare sanctitatem, & excellentiam vt valeant totum mundum ad eius allicere sequelam, & efficere vt eum habeat vt Deum: hoc enim significat: *Omnes credent in eum* sicut ex doctrina D. Aug. declarat D. Thomas dicendo quid sit *credere in Deum*: itaque competunt illi coronam Christo, de qua dicitur in Canticis. hom. 29. nu. 28. 29. Notum est nullum esse argumentum efficacius ad alicuius præconium, quam inimicorum eius testimonium. hom. 34. nu. 17.

XVII. *Omnes credent in eum.* Mirare hic Dei sapientum, quæ confessionem ab illis expiauit, miracula Christi esse diuina: vnde & illi sunt vt Balaam de quo scribitur: quod cæcus apertos habuit oculos: etenim clare conspicientes Christi sanctitatem, & præcipitarunt in abyssum iniquitatum illum proiicientes. hom. 30. numero 29. Illi ipsi eum approbant quem condemnant, & illum condemnant ob ipsum quod ipsi approbant operibus eius conuicti. hom. 29. numero 2. 3.

XVIII. *Quid facimus?* Altius non potuit horum ascendere malitia Palæsthini licet conarentur obcæcare puteos quos Isaac fodiebat, attamen magnitudinem vnius attendentes, quem vltimo effodit, & talem vt eum obcæcare non valerent, virtutem in hoc diuinam agnoscentes se submiserunt. Hi autem quamuis obcæcare Christi signa studuerint, attamen non potuerunt, sed nec vel minima apparentia vltimum obfuscare rempe Lazari resuscitationem, vnde virtutem eius agnouerunt: porro nedum illum non receperunt, sed ob illud ipsum necem eius concluserunt. hom. 32. numero 3. 4.

XIX. *Hic homo multa signa facit: quid facimus?* Quid agendum vobis est, nisi vt illum tanquam Messiam accipiatis, ex eo ipso quod fatemini, nam per opera sua ostendit se Messiam esse; sed liquido constat vos prauos esse & peruersos quandoquidem ob idipsum ob quod recipere illum deberetis, eundem occidere statuatis. ho. 31. numero 11. 12.

XX. *Quid facimus?* Ecce quam eleganter eos describit D. Ioan. suspensos inter veritatem intellectus qui operibus, quæ conspicit, conuictus, eum cognoscit Messiam, & malitiam voluntatis quæ illum execratur, & detinet eos angustiis pressos tales inimicias plures peccatorias. Nota. h. m. 37 nu. 47 vsque 51.

XXI. *Quid facimus? hic homo multa signa facit.* Iste quereiatur Deus, quod illum hi detinebant angustiis coarctatum & agonia. Male cedebat, si signa monstrabat, male itetum, si negabat. Si non dederit obiciunt, quod rationem non habeant in eum credendi: si dederit, ob ea illum cecidunt. Infirmi spe salutis priuati. ho. 8. num. 17. Hæc peruersa cordis humani dispositio Deum detinet vt suspensum: nam ideirco dicitur a Hieremia prauum. hom. 25. numero 24. vsque 28. Christum que hæc durities fatigat sicut olim Ezechielem. ibid. numero 28. vsque 31. Gens reprobra, quæ Deum circumcingit, vt nec hac, nec illac valeat effugere. hom. 37. num. 40. 41.

XXII. *Omnes credent in eum.* Hic innotescit prodiores dum quater ab eo signa postulastis in aere & in æsc. hom. 8. num. 39. eius vos non intendisse gloriam, sed populum auertere re crederet in eum: si namque talis signa faceret, potius illum ase repelleret vt vidimus in legione dæmoniorum, cui facultatem dedit in porcos. ho. 8. num. 41. 42. 43.

XXIII. *Vos nescitis quidquam, &c. Expedit vt vnus moriatur.* Audi Summi Pontificis definitionem, iniquitati

quitati suæ valde conformem. Ad sententiæ tollendam difficultatem, supponit Christum virum esse vulgarem & nullius nominis, quodque eius interemptio, grauior non sit iactura, quam vnius hominis ordinarii: hoc significat *Vnus moriatur ho-o* hom 7 numero 13. Non tolerandum facinus: minimus enim homo res adeo pretiosa est, vt pro minimo omnium suam Deus vitam expenderit. ho. 30. num. 21. 22.

XXIV. *Expedit vt vnus, &c.* Grauior esse non potest iniustitia, quam accipere vt medium expediens ipsam iniustitiam & peccatum: hoc etenim nullo modo potest esse conueniens, nec certum medium ad cuiuslibet finis consecutionem. ho. 17. nu. 45.

XXV. *Expedit vt vnus.* Habes hic legem status condemnatam, cuius auctor videtur fuisse Caiphas, qui credit, quod ad conseruationem Reipublicæ, conueniat aliqua facere, licet iustitiæ repugnent, imo & ipsi Deo, & offensas in eum permittere. Ne tibi persuaseris per hoc conseruari Rempub imo hinc in ruinam cadet. Conceptus est hic vtilis. homilia 28. num. 8. 9. 10. Confirmatur exemplis Iosiæ, & Moysi ibid. numero 11. 12. 13.

XXVI. *Expedit.* Insipiens consilium: nam eo ipso per quod intendit tam obstruere Romanorum aduentui portas illis aperiet latissimas, liberumque dabit ingressum; hoc nos Christiani consideremus, ne nobis idem contingat. h. 17. n. 22. 23. & 49. & 52. 53.

XXVII. *Expedit vt vnus moriatur.* Hoc idem quod sumpserunt vt expediens ad sui conseruationem, templi & domorum, medium fuit, quo totum perdiderunt, quia Deum expellentes, eique vitamque admentes omnes ipsi perderentur, ac nedum Romanis subiicerentur, sed despectui haberentur a vilissimis mundi nationibus; idcirco deplanxit eos pater eorum Iacob. hom 13. numero 21. & eorum prædixit Isaias desolationem. ibid. numero 23.

XVIII. *Expedit.* Non potest anima in turpiorem ruere amentiam quam si iudicet expediens Deum in se per peccatum occidere: & huic seruiunt rationes quæ damna proponunt animæ, quando Deum amittit: nec enim tantum non expedit vt sine Deo sit, sed nec vllum potest ei grauius accidere detrimentum. hom. 13. numero 5 vsque 28.

XXIX. *Expedit.* Iudica quomodo possit esse conueniens eum occidere qui est ipsa vita & salus. homil. 7 numero 22. vsque 25.

XXX. *Expedit vt moriatur, ne tota gens pereat.* Hæc pessima est malitia, vitio pallium imicere virtutis, & particularem iniustiam titulo honestare boni communis; hi nequissimi sunt peccatores. hom. 23. nume. 10. Ministri Satanæ, peccatores sceleratiores vitium assumunt illique pallium assuunt pietatis. Hoc de diabolo dixit Iob: nam illos qui caro sunt fundat super ossa: scilicet quod peccatores, quibus diabolus ad sua desideria magis fidit, designati per carnem ob infirmitatem & vitia, sint illi, quos fundat super ossa. q. d. super virtutum solidi tatem, quæ sunt vt ossa propter constantiam. Et declarare intendit, quod peccatores ceteris nequiores ita opera sua praua perficiant, vt speciem formamque accipiant virtutis; nam sub nomine pietatis vitiorum suorum explent peruersitatem. hom. 23 num. 10. Et hoc eo modo facere Pharisæi nouerant, vt ipsum Deum pallium caperent illum ipsum offensuri. h. 7. n. 35. 36. 37.

XXXI. *Expedit vt vnus.* Nomine conseruationis templi & domus Dei definitur, vt ipse Deus moriatur: & hoc erat signum, quod dederat apud Isaiam ruinæ huius populi, quando huc vsque peruenisset. Prophetia lectu digna hom. 40. num. 19.

XXXII. *Vos nescitis quidquam. Expedit.* Supremum hunc attende iudicem, qui ad sententiæ pronuntiationem primo supponit suæ vtilitati consulendum & conseruationi: non curans quodcumque tandem obstinarit: nam in hoc differunt illi qui spectant ad ciuitatem Hierusalem ab illis qui sunt in Babylonia: quod hi seipsos & proprium lucrum habent vt vltimum finem, quodcumque occurrerit, licet ipse Deus: illi vero Deum vt vltimum sibi præfigunt scopum: & hic seruandus est quodcumq. occurrerit, propria licet etiam vita; atque idcirco peccatores dicuntur tauri de Basan qui cæco feriunt impetu, licet ipsum configant Deum. ho. 7, n. 19. 20. 21. & propriam videant ruinam, sicut Hiel de Bethel. h. 38. nu. 48.

XXXIII. *Expedit vt vnus moriatur.* Illos nunc cerne timore mundi perculsos: qui namque illo comprehenditur, se perditum arbitretur: nec apud esse diuino famulatui, nec bello spirituali. Via tenenda impauida iuuentum Babyloniæ, vitæ licet impendio. homilia 43. numero 33.

XXXIV. *Ne tota gens pereat.* Hinc tua ruinam patietur dignitas, opes & gens, & dicere poteris cum Lamech: *Occidi virum in vulnus meum.* h. 7. num. 23.

XXXV. *Ab illo ergo die.* Decreta hac concessere per Summum Pontificem, omnes illam laudarunt, eoque suffragio confirmarunt illam ut sapientem deliberantes. hoc etenim proprium habent Principes quando in concilio suam exponunt voluntatem, quod illis omnes suffragentur, vt discimus in Assuero. homil. 37. numero 38.

XXXVI. *Hoc autem a semetipso non dixit.* Egregie procedit Euangelista: nos etenim conspicit attonitos dum videmus quod Summus Ecclesiæ Pontifex sedens in tribunali, plenoque consessu sententiam proferret adeo excerebrosam, & idcirco dicta repetit, noscque monet, quod quantumuis solidissima illa fuerit secundum quod a viro procederet mortalium sa-

gaci-

gitiosissimo, in quo regnabat iniquitas, tamen sapientissima fuerit secũdum quod quia erat Pontifex, Deus in illo loquebatur. Vnde nobis occasionem adimit scandali sicut ille deberet tollere; qui cisternam aperiret hom. 14. num. 2.

XXXVII. *Hoc autem à semetipso, &c.* Insigne fuit illud Dauidis facinus, coronam assumẽtis idoli Melchom, vel diaboli, & per ignem purificatam sibi imponentis: porro præclatior est illa, quam componit Euangelista: sumit etenim illam Caiphæ sententiã quæ totius fuit corona malitiæ, quâ videbatur se coronare diabolus & amore Dei purificatam, illam diuinæ imponit sapientiæ, nempè Christo: hoc etenim est illi diadema gloriæ, mortem oppetere: *Ne tota gens pereat.* ho. 25. nu. 15. & ho. 29. nu. 28.

XXXVIII. *Cum esset Pontifex prophetauit.* Ecce quàm seriò velit Deus vt intelligas tutas esse Summi Pontifices definitiones: nam cũ ea esset Caiphæ qualem diximus: dicit tamen fuisse verbũ Dei, & summæ veritatis dictum secundum quod erat Pontifex. ho. 14. n. 16. Doctrina hæc conceptus exhibet vtiles de infallibili eius virtute qui præsidet in Cathedra Ecclesiæ: quod latè disputatur. ho. 14. n. 7. & seqq.

XXXIX. *Cum esset Pontifex.* Mali licet sint Prælati, diuina tamen pollent auctoritate, & vera iurisdictione: & quamuis illi sint terreni & infernales, per illos tamen Deus cœlestia moderatur. hom. 14. num. 29. 30. Non enim annexa est veritas bonitati Superioris sed Cathedræ. ibid num. 31.

XL. *A semetipso non dixit.* Sententia fuit, quamuis enim eius intentio fuerit Caiphæ, verba tamen non fuerunt eius, sed Spiritus S. qui illa eius ori imposuit, vnde omnia infallibilem continent veritatem, & præclara Sacramenta. Primò dicit: *Expedit* significans quod non fuerit absolutè necessaria, sed valde conueniens mors Christi ad nostram salutem: quamuis enim illam poterat Deus multis aliis operari modis, hic tamen fuit ad gloriam eius, nostrumque commodum congruentior. ho. 36. nu. 5. vsque 9.

XLI. *Hoc à semetipso non dixit, &c.* Exponit Euangelista difficultatem, quam vt grauem proposuit Simon Magus D. Petro; quare Deus cum sapientissimus sit Gubernator tanta permittat scelera, quanta videmus in mundo. Iam respondit Dominus similitudine zizaniorum quæ Paterfamilias permisit crescere ad vtilitatem tritici, ne fortè eradicando zizania, simul eradicetur & triticum. Hanc impletam ostendit Euangelista nobis declarans quod permiserit Deus hoc zizaniorum concilium ad tritici beneficium, id est electorum: si namque tollas huius concilij conclusionem: oportet & tollas mundi redemptionem, electorumque salutionem. ho. 27. nu. 21. 22 ho. 43. nu. 2. 3. 4.

XLII. *Expedit.* Rationes conuenientiæ mortis Christi sunt innumeræ. Prima; ad declarandum peccati debita, & infirmitatis grauitatem ac pondus. ho. 42. num. 9. vsque 14. 15. 16.

XLIII. *Expedit.* Secunda, ad fiduciæ nostræ confirmationem, dando nobis tam infinita merita: qualia per mortem suam consecutus est. homil. 42. num. 16. 17. 18.

XLIV. *Expedit.* Tertia: vt nobis thymiama conficeret ad Patris pectus mitigandum efficacissimum. ho. 42. nu. 19. vsque 24.

XLV. *Expedit.* Quartò: vt librum nobis conscriberet memoratiuum, maioris momenti quam ille fuerit Regum Persiæ. hom. 42. num. 24.

XLVI. *Expedit.* Quinta: vt Christus pœnas nostras assumens & mortem, nos ab illis liberaret. hom. 42. num 17.

XLVII. *Expedit.* Sexta: quo nobis timorem auferret mortis & tristitiam: dum se ostendit vnicornem, de quo Dauid ho. 42. nu. 59. idcircò iam mortem Sancti non exhorrent, vt patuit in D. Andrea. Hunc tibi sume conceptum. ibid nu. 62. vsque 66.

XLVIII. *Expedit.* Septima: quia omnia in se susciperet nostra peccata: nam idcircò venerat vt camelus. ho. 26. nu. 45. ho. 42. nu. 103.

XLIX. *Expedit.* Octaua: vt de sanguine suo mare conflaret, in quo cuncta nostra scelera mergerentur sicut locustæ Ægypti hom. 42. num 107. atque vt lauacrum pararet mundum: hoc enim requirebatur vt nos mundaret, ac idcircò sanguinem noluit Isaac sed arietis Conceptus hic non est de minoribus. hom. 34. num. 8. vsque 12.

L. *Expedit.* Nona: vt pœnas, ignominias, persecutiones & aduersitates Deificaret & sanctificaret: erant etenim hæc media nostræ saluti maximè conuenientia. Hanc rationem expendit D. Damascen. hom. 36. num. 10. 11.

LI. *Expedit.* Decima: vt oculos nostros melius quam fel piscis Tobiæ illuminaret. homilia 15. numero 9.

LIII. *Expedit.* Vndecima: vt frænum nostræ carnis iniiceret appetitibus, & ebrietatem qui nostri pectoris affectus moderaretur. hom. 15. num. 2. 3. hom. 42. num. 14. 15.

LIII. *Moriatur homo.* Admiror mysterium: nam quia non potest mori secundum quod vnus est, id est secundum quod Deus est, moriatur secundum quod homo, & dicatur: *Mortuus est ex infirmitate*, quo lucem ministrat vt mysterium capiamus resurrectionis; etenim moriendo secundũ quod homo, brachium illi remanebat integrum vt resurgeret secundum quod Deus. hom. 43. num. 70. hom. 49. num. 6. 7.

LIV. *Ne tota gens pereat.* Mors vna erat necessaria, quę totius gẽtis vitę proficeret & illa, nisi Christi, alia

esse non poterat, qui idcirco omnigenas pertulit pœnas: quia pro tanto insi gebatur rum ero peccatorum. Cœl ste venerare mysterium. hom.15.n.4.vsque 9.

LV. *Ne tota gens pereat.* Fuit mors Christi pro tota gente, mysterio adeò solẽni, vt illam passus sit pro singulis in particulari. Tu i dica an non perfectè passus sit: *Ne tota gens pereat.* O mysterium! homil. 42.n.2.3.4.& illud exposuit D. Ambros. per mortem vituli saginati in reductione filij prodigi. ibid. n.7.8.

LVI. *Ne tota gens pereat.* Tu noueris quantam mereatur beneficium tale gratitudinem; & assume tibi ex eius morte tristitiam multo digniorem quam ex morte filiæ Iephte & Iosiæ. hom.42. num.8.vsque 11. & num. 24.

LVII. *Ab illo ergo die Iesus non ambulabat, sed abiit in regionem Ephrem.* Secessit, non ex animi socordia, sed vt sapiens Magister quo doceat nos vitare pericula. hom.36.nu.14. vsque 27.& pariter ostendat qualiter facienda sint opera nostra bona in Dei famulatu, scilicet, illa disponendo, iuxta illius de his ordinationem; & nondum venerat hora eius, quam mortiChristi præterminârat. ho.36.nu.29.

LVIII. *Abiit in regionem Ephrem.* Secessit, vt ostenderet, quod si mortem vellet euitare, in sua esset potestate: & vt manifestaret perfectè, quod ipse esset qui se in mortem traderet, ipse primo secessit, vt ipse motu proprio veniret vt agnus ad lanienam, sicut de facto reuersus est Dominica Palmarum, testatus quod mera ac spontanea sua voluntate adesset seipsum in mortem traditurus. Hæc ratio amplificatur. h.41.n.13.vsque 22. & hoc nos summoperè constringit ad eximium eius amorem, vt exponitur in morte filiæ Iepthe. hom.42. num.22.vsque 26.

SEXTO DIE SABBATI QVADRAGESIMÆ, VLTRA HOM. XL.

I. *Cogitauerunt Principes, vt & Lazarum interficerent.* Ioan. 12. Describit nobis D. Ioann. Iudæorum perfidiam: qui luce coniecti obcœcantur. Palæstini licet exercrarentur Isaac & puteos obstruere conarentur, quos ille effodiebat, vt viderunt quod aliquem aperiret adeò latum, vt illum non valerent obstruere, cognouerunt quod Deus esset cum illo, illique se humiles submiserunt: hi verò quamuis obfuscare studuerint miracula Christi, tam insigne tamen fuit Lazari resuscitatio, vt illi nec pulisculum iniicere potuerint, quo illud obscurarent: vnde cognouerant, quod nedum Deus esset cum eo, sed quod Messias esset à Deo missus: fuitque talis eorum malitia, vt nedum illi se non submitterent, sed insuper & necem eius machinati sint, & vlteriùs grogressi, vt puteum de radice tollerent, Lazarum occidendo. hom.32.num 3.4.

II. *Cogitauerunt vt & Lazarum interficerent.* Optimè vocat illos Pater Iacob: *vasa iniquitatis bellatoria*, in Simeone & Leui figuratos: qui cum fœdera sanciissent cum Principe Sichimorum, ipso Principe petita illis concedente, nempè circumcisionem: et hoc ipso bellum illi intulerunt & occiderunt: hoc modo agunt hi cum Christo: quos Dauid meritò reprehendit arcum prauum. ho.39.nu.8. vsque 13.

III. *Cogitauerunt vt & Lazarum interficerent.* Considera illos ipsis dæmonis peiores: diabolus etenim, si Christus illi concederet aliquod miraculum ex iis quæ postulat, in eũ vltra nihil ualeret cogitascens omnia sibi in grauius cessura detrimentum: hi verò tot sibi pœnitis miraculis, vlteriùs intentant, vt nedum in Christi mortem conspirent, sed etiam Lazari: quia illum à tumulo reuocauerat. Nonnunquam malitia hominum superat diaboli malitiam. homil. num. 19. vsque 28.

IV. *Vt & Lazarum interficerent.* Sedem sibi fixerat in eorum cordibus passio cupiditatis, inuidiæ & ambitionis, vt præcedenti feria dictum est. Idcirco in tantam lapsi sunt cœcitatem, vt illos Dauid appellet Tauros Basan, qui cœco adeò feriunt impetu, vt quoscumque lancinent occurrentes. homil.7 num.15. Saluet te Deus, ne tales eorum occupent consilia: simil a nanque committeres data occasione, scelera. Notata vide Feriæ præcedentis ad rem de sobrocatis, quos ill. consiliarij habuerunt, & etiam hom.39. num.13. vsque 18.

V. *Cogitauerunt vt & Lazarum interficerent.* Attende compitudè quòd in his regnet inuidia: cum eti intendant ad destructionem eius quod esse possit honori, & dignitati proximi. hom.21 num.42. Quia verò Lazarus resuscitatus testis erat viuus & perpetuus potentiæ Christi, quærunt illum interficere per hoc sibi persuadentes gloriam auferre alienam, quã nimis torquebantur. Ita Cain voluit Abelem interficere. hom.7. num. 2.13.14.

VI. *Cogitauerunt Principes.* Quis credat hominẽ hoc posse incidere tantum meditari peruersitatem, Christi scilicet necẽ, vnius fœmæ ex operibus suis præclaris adeò celebris? Imò hæc sunt crimina propria Principibus grauia scilicet, quæ vulgaris facere non præsumeret. hom.35. num.1. num.22.

VII. *Cogitauerunt Principes.* Habes hic capita draconis cum intentione deuorandi filium illũ quem Christus genuerat per resurrectionem Lazari: vel si aptius loquamur cum cogitatione Christum ipsum eiusque memoriam deuorandi quam sibi persuadebant in resurrectione Lazari conseruandam. Hæc sunt proditoria illorum iniquitas. ho.35.nu.13.14. Populos qui

difficilius

difficilius crederet à Deo promissa per Moysen nec Dei repromissiones capiebat, nec mirabilia quæ per Moysen operabatur, per Seniores plenius instruebatur, qui Primates erant, & notitiam habebant S. Scripturæ clariorem, eorumque quæ de tot mirabilibus audierunt, quæ concurrerunt in fide Moysi. Fuitque tanta eorum pertinacia, vt de illis Moyses dixerit, quod ad credendum sibi ab illo ex parte Dei propositis, essent multo pernicaciores. Fuit autem execrabile Deo inusitum opprobrium: cum enim illi essent qui populum inducere debuissent ad fidem Moysi præstandam, qui loquebatur illi ex parte Dei, illi ipsi ceteris infideliores extiterunt. & hæc est Principum Hierusalem iniquitas: cum enim ipsorum muneris esset plebem ad receptionem Christi disponere, illi ipsi huic se seueriores ostenderunt aduersarios. Ibid. num. 13. Et hoc crimen multis imponitur Principibus: quorum cum sit officium vitam tueri iustitiæ, contra illam ipsi moliuntur dolos & insidias. Ibid. num. 15.

VIII. *In crastinum autem.* Die sequenti, id est Dominica Palmarum, ingressus est Dominus solemni pompa Hierusalem, ostendens se Dominum absolutum omnium cordium: quædam etenim mouit ad deuotionem qua susciperent illum vt Regem & Messiam & hos crudeles suos inimicos reddidit vt elumbos & deiectos manum suam omnipotentem extendens in ceruices eorum, vt dixit Iacob: vult itaque D. Ioan. vt intelligamus quod quo Iudæi dolos & machinas Christo Domino moliuntur atrociores, eo Christus ipse fiebat Dominus gloriosior, faciens quod sibi beneplacebat. Considerandus est hic conceptus. ho. 41. num. 13. vsque 17.

IX. *In crastinum autem.* Mirare Dei bonitatem. Quis crederet quod dum Iudæi corda gerunt in Christum odio flagrantia, & eius, ac Lazari amici cogitant mortem, vt per hoc gloriæ illius offundant tenebras: in ipso sequenti luce illis veniat, & portas ciuitatis ingrediatur læta cuncta annuntians, quia ad eorum veniebat salutem, vt dixerat Zacharias, cuius Prophetiam refert Euangelista. Liquido patefacit spiritum suum non spirare vindictam vt dixit duobus fratribus Iacobo & Ioanni. hom. 41. num. 37. vsque 41. & manifestat retributiones Dei, quæ videntur *contra iuris ordinem*, gressus statuens retrogrados, vt Sem & Iaphet. Ibid. num. 41. 42.

X. *In crastinum autem.* Prosequitur Euangelista introitum Christi Dominica Palmarum, de qua agitur. hom. 41.

DOMINICA PALMARVM

VLTRA HOM. XLI.

I. *CVm appropinquasset Iesus Hierosolymis & venisset Bethphage* Matth. 21. Tanta sunt Christi miracula, vt singulis consideratis, vnumquodque excellentius videatur & sit, omnia enim virtute facta sunt infinita: vnde quidquid dicitur, eorum singula perpendendo, potes eis fidem adhibere, sicut quidquid dicatur de iustitia & misericordia Dei. h. 18. n. 5. sed absolute loquendo censet D. Hieron. hodiernum ceteris eminere; cui videtur hic impletum illud oraculum: *Operuit cœlos gloria eius, & laudis eius plena est terra.* hom. 7. num. 2. 3. 4.

II. *Cum appropinquasset.* Fuit hoc maximum Christi miraculum, quod consistebat in operando efficaciter in cordibus omnium. Ante suam prodierat potestatem, operando in corporibus toto spectante mundo nunc eodem spectatore operatur in cordibus: in quibus amorem producit, vt prodeant illum recepturi, & lucem qua cognoscant illum vt Messiam & verum Deum: in aliis autem timorem, quo Principes & eos qui in populo præualebant auctoritate cohibeat quietos, & vt agnos compescat, furente licet corde ipsorum: nam idcirco Deus dicitur Magnus Dominus: etenim in hoc potissimum præcipuum eius consistit dominium, & ita se ipsum hodie cognominat absolute Dominum. Conceptum hic redolet Theologiam. h. 29. num. 15. 16. 17.

III. *Cum appropinquasset Hierosolymis.* Venit Christus moriturus, & à seipso venit, gressus suos dinumerauit, tanta volens gloria recipi, & tam illustri ingrediens triumpho. Domine, numquid his diebus fugatibi consuluisti numquid intelligens in tuum eos conspirasse caput, ad terram secessisti Ephrem? Quid igitur nunc tanta ciuitatem pompa triumphator ingrederis? Scala Christus est mystica, quod si terram tangat vt homo, & timeat, ad cœli tamen verticem attingit vt Deus, & triumphat: & per hanc ascendunt & descendunt Sancti h. 30. n. 2. 3. 4.

IV. *Cum appropinquasset.* Fugit de Hierusalem, vt homo infirmus, ad illam reuertitur vt triumphator: est ille Cherubim duabus instructus alis quem vidit Ezechiel. hom. 5 n. 28 29. Quo Satanam excæcauit, & suos illuminauit, vt columna, quæ ex vna parte tenebras offundebat Ægyptiis, & ex altera illuminabat Israelitas. hom. 30 num. 11.

V. *Cum appropinquasset* Prius Christus de Hierusalem se subduxit, quando illum occidere decreuerunt quia nondum venerat hora illi ab æterno Patre præfini-

tuta, sed modo cum venit, ipse vltro accedit votum implens obedientiæ à se factum, quod Dauidicè innuit: *Ecce venio*. Itaque confirmatur illud Christi: *Ecce venio*, cum illo Euangelistæ: *Cum venisset* h.36.n.29.vsque 38 Theologice votum examinatur obedientiæ Christi.

VI. *Cum venisset*. Omnibus Christus satisfacit: est enim Cherubim plenus oculis, & sicut Sacerdos tunica se vestit oculata. h.28.n.26. Quocirca si spectando naturæ infirmitatem se suffuratur & latet, mortem reformidans, nos docens timere persecutiones, & reddens in periculis timidos. h.36.n.14.vsque 20. Nunc considerata vtilitate ex morte sua secutura, etiam tempus aduenisse, carpit iter versus Hierusalem, complens illud de sapientia pronuntiatum: *Omnia prospiciens* h.29 n.4. nos instruens, vt dum tempus est patiendi, foras omnem expellamus timorem, etiamsi vitæ jacturam pro Dei honore patiamur. h.43.n.33.

VII. *Cum venisset*. Voluit Christus vt collocaretur tamquam primus lapis mortis suæ, quod voluntaria esset, idcirco ipse venit, dum vult juxta voluntatem Patris sui, quia Dominus est temporis, & omnia quæ tempus spectant pro sua disponit voluntate, & quæcumque Iudæi fecerunt, non illum occiderunt quando voluerunt, sed ille se tradere dignatus est. h.35.n.39.40.

VIII. *Cum venisset Bethphage*. Miror quod Christus veniens moriturus recipi velit tanta festiuitate, lætitia pompaque solemni. An ergo moriturus introitum paras adeo celebrem? Gaudium præfert & alacritatem, qua venit pro nobis moriturus: etenim ea hora est, quam dixit se tantopere desiderare, fuit dies hic sponsalium eius jucundissimus, de quo sponsa dixit hom.42. num.66. & ad huius confirmationem, jam ad hortum secedens actionem illam fecit adeo inusitatam qua cecinit magnum Alleluiâ hom.41.num.26.27. Et suauiori cantu principium suæ dedit passioni, in signum lætitiæ qua tendebat ad mortem. Hæc consideratio excitat in Sanctis mysterium de quo D. Bern. Ibid. n.28. vsque 31.

IX. *Cum venisset*. Non trahitur ad mortem, sed ipse venit, motus amoris igne, vt electrum Ezechielis, & idcirco hanc arripiens viam, celeriter incedebat ad stuporem Apostolorum. h.15.n.17.18. & modico tempore impleuit quod quinque millibus annorum fuerat præfiguratum. Ibid.n.19.vsque 23.

X. *Ad montem Oliueti*. Etenim certum erat, quod moriturus, nobisque sanguinem suum, vitamque traditurus, iter suum caperet ad montem Oliueti, symbolum hic est misericordiæ: nullus etenim titulus justitiæ hic erat vt tale nobis conferret beneficium, nos suo sic dispendio saluandi, sed plures ex justitia nos condemnandi, & tanti quanta erant nostra peccata, vt dicere liceat: *Per viscera misericordiæ Dei nostri*. ho.39 n.39 Fecerat se Deus fratrem nostrum, & postulabat misericordia, vt qui vidit fratrem suum necessitatem habere facultatibus suis illi subueniat: in hoc apparuit charitas Dei, quam dixit D. Paul. *Commendat autem charitatem suam Deus in nobis*. Sicut per hoc detegit D. Ioan. cordis tui duritiam sine misericordia, quod fratri tuo indigenti non succurras. h.16.n.11.12.

XI. *Misit duos de discipulis suis*. Binos misit coniunctos: nec enim patitur in Ecclesia sua diuisionem, nec in ministris suis, sed vnitatem in doctrina. h.14.n.16.17. In cathedra visibili. Ibid. num.18.20. In fide. Ibid. num.20. in idiomate. Ibid. num.23. & in Sacramento. Ibid. num.25.

XII. *Ite in castellum, &c. Inuenietis asinam & pullum, & c. soluite, &c. Dominus his opus habet*. Grande mysterium hæc verba complectuntur. Vult se Dominum ostendere absolutũ, sibiipsi pleno ore nomen Deo proprium imponens, quod est Dominus absolutus: nomen quod diuinam eius indicat potestatem. ho.2.nu 28.29.

XIII. *Dominus his opus habet*. Ostendere vult Dominium suum absolutum, & declarare quod habeat in nos. a multo potentius ac liberius quam nos ipsi, impletque illud Prophetæ quod venturus esset: *Cum dominatione*, & talem petit Isaias: *Dominatorem terræ*. hom.26. num.55.

XIV. *Dominus his opus habet*. Non tantum se Dominum ostendit iumentorum, sed etiam Dominetur illorum eorumque cordium, dicendo quod euenit, quia se Christo magis subditos illi ostenderunt, quam ipsa iumenta, & Dominium eius agnoscentes absolutum, non contradixerunt; in quo vt diximus se Dominum ostendit magnum. h.29.n.15.16.

XV. *Et confestim dimittent eos*. Sed ex alia ratione se verum declarauit Deum, ostendens quod corda nostra omnium, & quid vellent & responderent Domini pomentorum, quod Deo proprie conuenit: *Scrutans renes & corda*, vt prosequitur D. Hieron. h.41.n.12 abillrata maxime penetrat maris cauernas, vt dixit Iob. hom.41. num 40 Sapientior est Salomone, qui nouiam habet non tantum herbarum, sed etiam radicum abscondiarum, & oculos lynce acutiores. h.15.n.30.

XVI. *Inuenietis asinam*. Quid Domine, tam illustri & solemni ingressui jumenta paras tibi adeo abiecta grande mysterium. Per jumenta significat peccatores: hoc enim vt proprio nomine coram Deo censentur. ho.37.nu 43. & vult se peccatoribus honorari, regnum suum, & domum juxta illud Dauidis: *Fac virtutem & c. & species domus diuidere spolia*. h.38.n.101 Mulier se coronat Samaritana, dignius quam Dauid corona idoli Melchom. h.25.n.15.

XVII. *Soluite, & adducite mihi*. Domine tam vilia tibi pecora, adduci depoſcis quibus insideas, & intersterium phator? vtique. Hic enim triumphus est Christi primarius, animas lucrari, quas diabolus tyrannica torquebat,

torquebat,vt eas gloriæ suæ statuat sedes,regnetque in illis;hæc enim sunt regna Dei sublimiora,sicut peccatores regnum sunt diaboli h.20 n.2.3.

XVIII. *Soluit & adducite mihi.* Opus hic inter alia consideres in quo illi possis gratificari, nimirum si peccatorem soluas atque ad eum adducas,vt in illo regnet: dignus enim retribuit præmium hoc facienti, quam Rex illi qui lucratur ciuitatem. h.22.n.55.

XIX. *Soluite & adducite.* Nota verbum quo vtitur. Non dixit,vt funes rescindantur,sed vt soluantur,suos instruens ministros, vt quamuis communiter dicatur idem valet rescindere ac soluere, nihilominus non est hoc idem in peccatis: non enim datur Confessario potestas rescindendi,sed soluendi, vngues diligenter impendendo in dissoluendis nodis tripliceris & operosis: ex quibus stultitia intelligetur eorum qui tota vita sua illos innectunt, spe allecti quod in hora mortis sint dissoluendi.h.18.n.61.62.& h.24 n 54.55.

XX. *Si quis vobis dixerit,&c. dicite: Dominus his opus habet.* Ratio sufficiens vt omnibus os obstruatur quærentibus,cur hoc facitis,re pondere:Dominus hoc præcipit:nam ex eo ipso quod Dominus sit,illi est sine replica obtemperandum. hom 8. num 34. Hæc ea est eorum eius conditio, nec vult vt aliquid obijcias, vt ostendit in Propheta, qui ab altero rogauit vt illi caput obtunderet. h.37.n.28.29.

XXI. *Et confestim dimittent.* Hoc vobis omnem soluet difficultatem quæ se tibi offeret in præcepto inimicos diligendi, carnemque tuam mortificandi, si consideres quod ille qui hoc mandat. Dominus sit,vt nulla superbit obiectio. Hunc lege conceptum nec pœnitebit.h.3 n.16.vsque 22. hic etiam cordis humani seprodit obstinatio: cum enim omnes obtemperent creaturæ ad hæc verba:*Dominus his opus habet*: tantum cor hominis obstipum refragatur, vt expositum fuit Hierem. Ibid.num.22.vsque 27.

XXII. *Confestim dimittent.* Laudauit Deus filios Ionadab,quod ad vnicum Patris præceptum ne biberent vinum,non bibentes, atque ex hoc nostram confundit pertinaciam: non audientes quod ipse Deus vt Dominus nobis aliquid præcipit, faciendum, id non faciamus.h.33.n.62.

XXIII. *Dominus his opus habet.* Videntur hæc verba sibi repugnare: cum enim Dominus sit absolutus qui de omnibus & in omnibus potest facere pro beneplacito, hoc illi quis dixerit repugnare, quod opera indigeat alterius. sed latet hic mysterium. cum enim iumenta significent peccatores, illis indiget: quia non iustificabit te sine te, lusus hic agitur societatis. h.10. n.37,38.& iubet vt manus tuas,manibus suis adiungas. h.14.n.48.49.

XXIV. *Dominus his opus habet.* Non vult Deus in re opera efficere præclatiora, nisi quidquam ex te conferas. nam etiam in primis miraculis, solet addi quid ab illis accipere, in quibus erant illa peragenda hom.27.numero 57. & sequentibus.

XXV. *Dominus his opus habet.* Ecce quod ait Prophera,vt agat quod sibi proprium est, agit quod a se est alienum,atque ad hoc te rogat & agit vt opus habeat, quod illi des, vt tibi ipse largiatur; hoc enim pro more habet.ho.25.nu.43. Et per hoc te honorat, ostendens quod ille sis, qui bona lucraris, per hoc se probans perfecte liberalem ib.nu.45.vsque 50.

XXVI. *Hoc totum factum est, vt impleretur quod dictum est per Prophetam.* Veniebat Christus fiscella inclusus viminea,similis Moysi;quæ S. designat Scriptura vt autem illum reuelarent, iuncos extrahunt & dissoluunt Prophetiarum.h.21.n.16.17.

XXVII. *Vt impleretur quod dictum est.* Fuit hoc principale argumentum, quo Christus se verum probauit Messiam omnium complementum Prophetiarum nullam etenim omisit non impletam: & cum tanta ab eo essent perficienda,tantopere festinauit, vt dicere potuerit:*Consummatum est*. Discursus hic fidem nostram valde adiuuat.h.15.num.19 vsque 22.

XXVIII. *Exulta satis filia Sion: Ecce Rex tuus.* Mirum est quod Euangelista Lucas referat Christum in hac processione fleuisse,nos tamen Propheta ad lætitiam adhortetur. Ratio est,quod sicut in morte eius nostra latebat vita,sic in eius lacrymis nostra erat lætitia,atque ideirco Abraham in Spiritu Christum cernens in cruce suspensum,gauisus est.h.34 n. 11.

XXIX. *Exulta satis.* Cum veniat,vt vitam perdat & crucifigatur,an ergo mihi lætandum? quod potest adferre gaudium mors adeo lamentabilis, plenaque opprobriis?Sublime la et his mysterium quod D.Ioan. his verbis indicat: *Quod factum est in ipso vita erat.* Conceptus hic attribuitur D.Amb,h.30 n.43.44.

XXX. *Rex tuus venit tibi.* An ergo ingressus hic non est ad gloriam eius & celeberrimum triumphum? Est vtique:porro hanc eius mirare misericordiam, quod quidquid est operatus ad sui nominis dignitatem,voluit vt nostræ quoque seruiret vtilitati, vsque ad ipsam resurrectionem: etenim illa fuit *propter iustificationem nostram*.h.49.n.11.vsque 17.& nu.26. nec omitto eius Ascensionem vt scilicet nobis pararet locum, & iam per spem ibi essemus, vt dixit Apostolus:*Consedere nos fecit*,hom.21.numero 42,43.

XXXI. *Venit tibi.* Adeo ad tuum venit commodum, vt sæpius rogatus vt signa daret de cœlo ad sui nominis gloriam,responderit se ad hæc nulla valere potestate, sed ad illa tantum quæ cederent in temporale vel spirituale hominis emolumentum.h.8 n.44.&seq.

XXXII. *Venit tibi.* Etenim certũ erat,quod veniens tanquam Rex legitimus venturus esset in Reipublicæ

commodum: eo namque fine Reges, Iudices & Præfides inſtituuntur, vt Deus Dauidi declarauit. Vtilis eſt hic conceptus.ho.15.num.33. & ſeq. Et ſi hoc attente conſideraretur, magis quis vitaret quam ambiret dignitates.ibid num.37.& ſeqq.

XXXIII. *Venit tibi.* Miniſtrat tibi Chriſtus materiam conſiderandi myſterij aduentus ſui in mundum, potiſſimum vero Paſſionis ſuæ ac mortis quæ perfecit, vt ipſe tu perpendas, quod ea ſic in tui gratiam operatus ſit, ac ſi pro te ſolo nulloque alio peracta fuiſſent, & tibi nominatim hoc dicatur: *Venit tibi.* Argumentum hoc egregium proſequitur D.Thom. ho.42. num.2.vſque 5. & declarat D.Ambr. ex morte vituli ſuſginati ib.num.7.& 8. Atque hoc te ad ſingularem compellit monetque gratitudinem.ib n.8 & ſeqq.

XXXIV. *Qui præcedebant & ſequebantur, &c hoſanna filio Dauid: Benedictus, &c.* Adeſt moriturus, & expedit vt primo decernatur quiſnam ſit: eſt etenim vetus Meſſias & Deus, & qui ob propria non moritur peccata ſed aliena. Ad hoc ſtatuit vt primo cunctis diuinitatem eius fateantur, quod Rex ſit, Meſſias & Dei filius: nam hæc omnia proclamarunt explicite in illa ſolemni confeſſione, vt priuſquam lapidem reprobent, eum approbent: diuina hic implentur oracula. homil.34. numero 17. & ſeqq.

XXXV. *Benedictus qui venit.* Ecce ſol hic aſcendit ad meridiem, id eſt ad ſummum gloriæ faſtigium, & altiſſimam cognitionem, & honorem eminentiſſimum quo mundus eum extulit: nunc in eo quod reliquum eſt, incipit declinare, nec ſiſtet donec ſub terræ viſceribus abſcondatur.h.31.n.4. Et his conformiter nota quod Eccleſia finita huius proceſſionis ſolemnitate puſillum incipiat amictum induere & officium paulatim ita diſponit vt nobis ob oculos proponatur Paſſio Domini noſtri Ieſu Chriſti. Congruenter igitur nos Zacharias hodie monet vt exultemus, & ploremus. homil.14. numero 11.

XXXVI. *Benedictus qui venit.* Quam cito hæc omnia mutata ſunt & de vno extremo ad aliud tranſierunt ſi namque ſupremo hodie honore Chriſtus excipiatur; hac eadem hebdomada contumeliis & opprobriis affligent cum tolerandis: quo nobis innoteſcit, quam infirmi ſint omnes noſtri in virtute progreſſus, & quam cito retrogradiamur, illis merito comparandi; quod ſi Deo inſtigante illi decantarunt: *Benedictus qui venit*, excitati a Phariſæis vociferantur: *Tolle, tolle.* Eleganter dixit D. Ioan. quod Chriſtus dum illi ab hominibus honor deferretur & reuerentia, illis nequaquam fideret: & aptum in D. Petro habemus exemplum.ho.43.num.23.24 Quo docentur Confeſſarii non illis fidere qui verbis multa promittunt: quia eo eſtim prima oblata occaſione mutabuntur: ab eis cum Iehu require: *Tollite capita.*ho.31. num.70.

XXXVII. *Benedictus qui venit.* Quam ſunt in ſua confeſſione conſtantes: quamuis enim Phariſæi eos conarentur impedire, aliquo tamen tempore perſeuerarunt: ſed omnis noſtra fortitudo, Deo manum ſuſpendente, eſt infirmitas: & firmiſſima columna, nauis eſt vento mobilis, vt probat ſepulchrum Machabæorum. homil.3. numero 13.

XXXVIII. *Benedictus qui venit,* Clarius enitet mundum eſſe mare, atque in eo gloriam modico durare tempore, & probatur exemplo Cyri. hom.4.n. 26. & hom. 11, numero 29.30.

FERIA SECVNDA HEBDOMADÆ SANCTÆ VLTRA HOMILIA. XLII.

I. *Ante ſex dies Paſche venit Ieſus Bethaniam, &c.* Ioa. 12 Iam Chriſtus verſus Hieruſalem tendit moriturus, & vtitur ſemper Euangeliſta eo termino *venit*], vt heri D. Matthæus quo pateat quod ipſe proprio voluntatis motu veniat moriturus, cui ſeruiunt quæ heri in Dominica diximus.

II. *Fecerunt ei cœnam.* Ita iucundus erat Chriſti Spiritus quia iam mortis ſuæ acceſſerat hora vt communi velit admittere recreationem & vnctionem, quæ ſit ei in Bethania, cui conueniunt quæ heri de gaudio retulimus quo morti proximus exultauit.

III. *Fecerunt ei cœnam.* Norunt hæ ſorores agere cum Deo, ſe gratas pro receptis beneficiis oſtendentes, eum quo poſſunt modo lautius excipientes qui tanta illis contulerat beneficia: quanto namque Deus eſt ad largiendum liberalior, tanto eſt in repetenda gratitudine ſeuerior. h.17.num.20.21.

IV. *Fecerunt ei cœnam.* Licita ſunt conuiuia exiſta cauſa inſtituta.hom.16.num.23.24 Quamuis ita Chriſtus admitteret raro, & non niſi importune rogatus, ſuos docens miniſtros non admittere delicias & epulas ad quas inuitantur, vrgente niſi preſſos occaſione.ad aliq. od Dei miniſterium.ho. 38.n.10. 11.

V. *Fecerunt ei cœnam.* Ratio ſuadet ex tua parte Deo te miniſtris ſeruire, & eos lautius excipere: quibus non minus teneris eſſe gratus quam Tobias Angelo. homil 38. numero 8.9.

VI. *Fecerunt ei cœnam.* Bona cœna quam nunc acceptat Dominus ad animarum ſalutem, confirmans factum in Lazari reſuſcitatione miraculum, vtque domi Magdalenam impleat ſingularibus, nam in aliis occaſionibus & communiter ieiunabat Dominus. Argumentum hoc proſequitur D. Hieronym contra Iouinianum.hom.38,numero 12. & ſeqq.

VII. *Et Lazarus vnus erat ex diſcumbentibus.* Veram per hoc confirmat Lazari reſurrectionem: vitam

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nempe non fuisse phantasticam, quam illi tribuerat, quæ statim in auras euanesceret sed firmam: atque in hoc patebit, vtrum vera fuerit tua resurrectio per pœnitentiam, si vitæ operibus constanter inhæreas. ho. 30. numero 43. vsq. 46. similiter in hoc discces vtrum peccatum quod diabolus in te est operatus vitam habeat, si oblata occasione eius signum ostendas sicut modo Lazarus eius quam a Christo recepit. cœnando & conedendo. ho. 35. num. 6. & seqq.

VIII. *Maria accepit libram vnguenti pistici pretiosi.* Notat D. Ioan. qualitatem vnguenti compositi ex purissima spica nardi, puri, & impermixti, hoc etenim significat: *Pistici*, id est *fidelis*: hoc etenim delicium est quod Deo sapit, vnguenti puriores, & mundioris, id est operum quæ pure siunt ex eius amore, & non mundi vel terræ intuitu: Opera quæ sunt vt lapides Dauid quos Spiritus S. asserit fuisse limpidissimos. *Elegit quinque limpidissimos lapides*: vnguentum etenim mixtura pollutum non admittit Deus, sicut nec D. Hilarion cereum panem ab altero sibi oblatum in altari hom. 1. numero 20. 21.

IX. *Accepit libram nardi*, quo Domini pedes inungat, impermixtum fuit hoc vnguentum: etenim pedes Christi pauperes designant, & illis subueniendum est, eleemosyna illos vngendo puriori, id est facta Dei solius gratia, qui sub paupere delitescit. h. 16. n. 13. & ita tibi Christus est in paupere considerandus actibus fidei. ho. 30. n. 24. 25. & eo modo considerabant illum multi Sancti, qui sibi applaudebant dum illis possent deseruire. hom. 27. num. 67. 68.

X. *Accepit libram vnguenti.* Semper inuenies Magdalenam cum vnguentis. In exordio conuersionis suæ, nunc in hac cœna, & in vltimo vitæ Christi, semper illum vngit: & merito, quia magistra est pœnitentiæ, vt autem illa fiat, sicut par est, vnguentum componendum est ex contritione, vt illud describit D. Chrysost. hom. 8. num. 96 vsque 99.

XI. *Vnxit pedes Iesu.* A pedibus incœpit, & inde ascendit ad caput: etenim pedes habet Christus quibus per mundum incedit nempe pauperes. Si velis illum vngere qui caput est, primo pedes illi inunge: hoc enim ad illud disponit, iuxta illud Propheræ: *Frange esurienti panem, &c. & gloria Domini colliget te* hom. 10. num. 11. vsque 15.

XII. *Extersit capillis suis.* Optime conueniunt hi crines, qui vexilla fuerant diabolo, pedibus Saluatoris, vt triumphatoris cœlestis: hæc etenim illa est victoria quam celebrat Dauid in Psalmo triumphorum Christi *Verticem capilli, &c.* hom. 38. num. 90. vsque 94.

XIII. *Et extersit capillis suis*: congruenter vnguentum quod Magdalena pedibus applicabat Christi, ipsa totum capillis suis complectebatur, quo plena succinum spirabat odoriferum: nec enim tibi persuaseris eius tepati iacturam quod pauperibus (qui pedes sunt Christi) distribuis: tibi namque totum cedit ad emolumentum: quia pauperes non nisi vectores sunt tui. h. 1. n. 38. 39. 40. Quod illis erogas, tibi thesaurizas. h. 17. n. 14. Nec aris vlla est præstantioris tibi lucri, quam eleemosyna. Ibid. n. 76. & seqq. & adeo bona præstant pedes illi qualitate vt lacera segmina domus tuæ in pretiosos conuertant adamantes. Ibid. num. 74. vsque 79.

XIV. *Domus impleta est ex odore vnguenti.* Ex vnguento adeo puro super pedes Domini profuso, quid aliud sequi poterat quam odor quidam gratissimus? Ecce fundamentum ex quo probatur solos bonos honorem habere, malos non nisi ignominiam quia honor odor est, ex actionibus euaporatus quas aliquis perficit: atque de herbis malis gratus non potest odor elici hic etenim tantum præcedit ex vnguento confecto de rebus odoriferis & pretiosis: Nota conceptum. hom. 3. num. 22. vsque 31.

XV. *Iudas fremebat in eam.* Tollere vult dubium D. Ioan. quo deriri poterat ex eo quod alii scripserunt Euangelistæ, dicentes in plurali: *Discipuli indignati sunt*: exponit D. Ioa. solum fuisse Iudam: etenim frequens est in SS. litteris numerum pluralem poni pro singulari. hom. 44. num. 10.

XVI. *Iudas fremebat.* Si Magdalena hoc vnguentum imo multo plura vasis impendiret voluptatibus mundique ludibriis, nemo de illa quereretur, nec inutiliter expensum argueret, nam hoc est mundi iudicium, vt ea censeat de perdita, quæ diuinis impenduntur obsequiis, & Christi pedibus, pauperibus inquam. Mouit hoc tam opere D. Hieron. vt nonnullas Romanas matronas acriter de hoc propugnarit. h. 8. n. 45. 46. vellet munus in aere mirabilia, quæ nullo fructu & inaniter fiunt, vt nec vitæ præsenti proficiant nec futuræ: & hoc proprie dicimus dilapidare: atque de his licet expostulare: *Vt quid perditio est?* Ea etenim quæ diuino consecrantur obsequio, & pauperum eius impenduntur necessitatibus, tibi deputes ad lucrum, quodque illa solum recum hinc deferes. ho. 1. n. 18. & seqq.

XVII. *Quare vnguentum istud:* Cognoscebat diabolus affectum Iudæ & inclinationes scilicet auaritiæ proinde ad quædam illum excitabat furta: hic laqueum illi tetendit, & hac via ingressus est: quod Euangelista signanter adiunxit: *Fur erat, & loculos habebat.* est etenim versipellis Satanas & singulorum sibi assumit inclinationes, vt illos teneat, & illaqueet: quocirca magno tibi studio tuis est inuigilandum inclinationibus. hom. 5. num. 30.

XVIII. *Potuit vnguentum istud.* Proposuit diabolus hoc illi vnguentum tanti valoris, vt si eum haberet ad manum, se iudicaret esse ditissimum; hac enim vtitur arte, id implens quod dixit Dominus ad Iob: *Halitus eius prunas ardere facit* Hunc retine conceptum. h. 4. n. 17. 18.

XIX. Po-

XIX. *Potuit unguentum istud.* O te perditum! quod diabolo tentationem iniiciente, malamque cogitationem, non statim illam repueleris: hoc erit principium ex quo totum tibi cor occupabit, plenumque tui capiet Dominium. hom. 5. num. 32. 33.

XX. *Potuit venumdari, & dari pauperibus* Conditio hæc est auarorum, latronum honorabilium, quos notat D. Cyprian. qui auaritiam suam pallio contegunt beneficii in pauperes, vncino vsi de quo Amos hom. 7. numero 35. vsque 38. malitiam suam suffulciunt byssо cand. do virtutis ibid. nu. 38. 39.

XXI. *Sinite illam.* Non retrocedit Magdalena perculsa murmurationibus & furiis Iudæ est etenim ouis Dei, constans vt firmissima columna. h. 37. num. 73.

XXII. *Sinite illam.* Hic suam Magdalena probat fidelitatem: nec enim propter insurgentes in eam officio suo tarda deerit, quod incæpit Christo seruiendi, illumque vngendi: quia per hoc fidelitas asseritur animarum si eas non deterreat ab eo quod Christo debent vlla vel tribulatio vel aduersitas ho. 3. n. 6. 7. 8.

XXIII. *Sinite illam.* Prodit Dominus eius defensor etenim secute pedem figat, qui ad eius vmbram confugit, in illo quippe protectionem inueniet: & qui suorum tangit vel capitis capillum tangit pupillam oculorum eius. Hic ille fauor est quem dixit Isaias fuisse supra omnem gloriam. hom. 38. nu. 118. vsque 121. *Sinite illam*: potest quidem latrare Iudas, vt canis ad lunam: nec enim eam a cursu suo retardabit. homil. 38. numero 116.

XXIV. *Sinite illam: Præuenit vngere corpus meum.* Videbatur illam Christus minime intueri eiusque nullam habere curam: & ecce prodit ea omnia quæ faciebat laudaturus, & adeo contrariam profert a Iuda sententiam: vt id quod Iudas opus censet perditum & incassum, ipse iudicet tanti lucri vt fieri non posset maioris. h. 38. num. 112. & sicut illam defendit in domo Pharisæi reputantis eam peccatricem, quam ipse Seraphinis annumerabat. ita modo facit. ib. n. 114. 115.

XXV. *Præuenit vngere corpus meum.* Ita conuenienter extremam Christus admittit vnctionem: vt quamuis ea non fuerit, quam Ecclesia colligit ut Sacramentum, magnum tamen complectitur mysterium, declarabat enim corpus suum esse mortale & fore sepeliendum. Instruit te vt tempestiue morti tuæ necessaria suspicias Sacramenta, & te reputes quasi iam mortuum ab ea hora qua te vnxerunt in Baptismo vt dixit D. Iustinus Martyr. hom. 31. num. 26. Ad hanc te præmum, ne te capiat incuriosum: non enim deses est diabolus quo tuam procuret damnationem ex eo ipso quo te cernit mortalem. h. 36. num. 42 vsque 46 Caue tibi ne te vt murem apprehendat, muscipula de qua Vates Amos ibid. n. 47 & seqq.

XXVI. *Vbicunque prædicatum fuerit Euangelium hoc.* Doctiorem non quæras bonorum operum tuorum encomiasten quam Deum; ipse namque ea magis exaggerabit quam omnes mundi prædicatores, actus eo fine perficiens singulares h. 2. n. 50 vsq. 53.

—XXVII. *Vbicunque prædicatum fuerit.* Ecce quam differenter loquatur Christus de hoc opere, quam Iudas: hic etenim illud vt perditum aspernatur, Christus autem eius assert memoriam cum mundo duraturam quod ita verum experimur, vt D. Chryso. (orat. 2 contra Iudæos Tom. 5.) hoc statuit argumentum quod Christus verus sit Deus ex verborum eius veritate quam in duobus experimur: Primo in fide D. Petri, in quo suam fundauit Ecclesiam, semper duraturam. sic vt eam nec tota potuerit potentia inferni subuertere. Secundo in opere bono Magdalenæ peractum. Illum vi ctionis: quia completa cernimus verba Christi ita vt de memoria deletis Monarcharum Regumque præclarissimis facinoribus, hoc perpetua viuaque floreat memoria, ad huius mulieris encomium. h. 38. n. 67

IN COENA DOMINI VLTRA HOMILIAM XLV.

I, *Ante diem Festum Paschæ sciens Iesus, quia venit hora eius* Ioan. 13 Hodie triumpharamor, cum triumphum non agat de terræ Monarchis, sed de ipsa cœli fortitudine, dicique potest illud D. Bernardi: *Triumphat de Deo amor.* Singularis est hic discursus. hom. 25. num. 34. 35. 36. & patet, quandoquidem non possit de illo celebrius triumphare, quam illum ad pedes deiiciens pauperum piscatorum, discurrentem per cœnaculum formam accipiendo serui vt inter omnia discurrat curatque tonsura, & manus inimicorum, etenim amor illum trahit vt captiuum cuius symbolum est electrum Ezechielis signe circumfusum h. 15. n 22. h 41. n. 24. 25. 26.

II. *Ante diem festum Paschæ.* Fræna laxat æternus Pater diuino suo amori, liberum illi permittens egressum, nobis supremum quod poterat tribuens, filium nempe vnigenitum. ho. 15. um. 35. Modo filius habenas soluit eidem amori, elargitus quod poterat omnium eminentissimum corpus suum, animam & seipsum. Primo hæc omnia pedibus substernens hominum, illos quasi horum constituens Dominos: & secundo, seipsum tradens sub speciebus Sacramentalibus; & sicut de Patre dictum est, *Dedi Spiritum meum super eum*: ita de filio dicitur: *Requiescet manus Dominus in monte isto.* homil. 45. numero 52.

III. *Sciens Iesus quia venit hora eius.* Vides hic filium vere obedientem: qui sicut se subtraxit quando nondum hora venerat a Patre decreta, ita nunc dum adest ipse venit hom. 36. num 29. Votum implet obedientiæ a se factum. h. 36. num. 31. 32.

IV. Sum

IV. *Sciens Iesus quia venit hora eius.* Bene dicit horam suam quia ipse illam disposuerat, & mortuus est, non quando voluerunt inimici, sed iuxta suum beneplacitum vt Dominus temporis verumque se testatus est ipsum in i ntre suoque cursu Præclarum discursum. hom.35. num.38. vsque 41.

V. *Sciens Iesus quia venit hora eius.* Non illũ mors inuasit inopinato: nouerat enim horam suam: nec illum apprehendit ignorantem & obcæcatum: etenim oculis cernebat illam lucidissimis.: nam ideo dixit: *Qui ambulat in tenebris non offendit.* Et præter præcautionem quam ad mortem fecerat, modo iterùm se disponit, quid tibi faciendũ horam mortis tuæ ignoranti? Caue, ne te velut in muscipula comprehendat, teque mediæ noctis silentio vox perterreat, & contingat quod fatuis virginibus. ho.36. nu.46.47.48.

VI. *Sciens Iesus, quia venit hora eius.* Cantor vocem suam non attollit, donec venerit hora eius signata per musices directorem. Quinque millibus annorum delinearunt homines à Deo inspirari, id quod Christus esset operaturus ad nostram redemptionem, & donec illud esset perfectum, nondum venerat hora eius illud implendi: modò nunc aduenit, & cum impetu prosilit: nam torrens ad implendas fossas, quas Elisæus fodi iusserat, tantumque spatium percurrendum, amore rapitur, est enim in omnibus suis operibus diligentissimus. Prodiit vt dixit Prophera: *Sicut fluuius violentus quem spiritus Dominus cogit.* Argumentum hoc seruit intentioni. ho.15. nu.17 vsque 20. Quocirca breui tempore omnia Prophetarum impleuit oracula. ibid. num.20.21.

VII. *Sciens Iesus quia venit hora eius.* Imminente horâ mortis suæ suum condit testamentum, de quo vates Zacharias. Testamentum æternum tantò veteri dignius, quantò digniori sanguine confirmatum. hom.41.nu.77.78.79. Fuit autem sanguis in quo fundatum fuit testamentum, vt nobis vitam largiretur sempiternam per illam visione fruendo Dei beatifica: quinimò hanc habuit virtutem figura huius sanguinis, sanguis scilicet vituli, nã illo perfusus populus, Moyses & Aaron, montem potuerunt ascendere Deumque contemplari magnifico residentem solio, circumstiparum Angelis ablato omni mortis formidine, quâ Manue ex Dei conspectu perterrebatur, vt enim dixit Rupert sanguis ille, figuram referens sanguinis Christi, declarabat quod illi super quos effusus fuisset, ad diuinam essent ritè dispositi visionem, vt iam mortem non timerent. ibid. nu.77. hic itaque testamentum est Deo proprium factum, teste Apostolo de hereditate legatisque præcellentibus: cum omnia Dei bona regnaque complectatur. ibidem numero 80. & sequentibus.

VIII. *Vt transeat ex hoc mundo ad Patrem.* Non ait: Venit hotâ eius quâ moriatur & perdatur, sed quã transeat ex hoc mundo ad Patrem, definitionem mortis suæ assignans, quæ nihil fuit aliud quam quidam transitus ex hoc mundo ad Patrem eoque modo tuam considera mortem, vt scias qualiter tibi ea sit acceptanda, non in illa sistendo, sed in eò quod per illam agitur, nimirum transire ex hac vita calamitosa ad æternam, & ita Christus semper, dum egit de morte sua, suam adiungit resurrectionem. ho.15.nu.27.

IX. *Vt transeat ex hoc mundo.* Sibi persuadebant Iudæi, quod Christum occidentes, illum perderent: etenim idem de illo ac terrenis hominibus sentiebant: nam illis mortuis pereunt omnes cogitationes eorum, vt cecinit David: sed è conuerso res accipit: cum potiùs per hanc mortem nomen eius & opera tradita sint æternitati mysterium hoc est quod nec eius cognati fratresque cognouerunt. ho.36.nu.37. vsque 40. ho.39. nu.35.

X. *Vt transeat ex hoc mundo ad Patrem.* Quæstio fuit: hæc non leuis, quam explicauit D. Ambros. Vtrum mors censenda sit inter cetera bona vel mala Gentiles illam malis annumerabant, vt eorum supremum: quia malum est priuatio boni, & nihil ipsa morte pluribus priuat bonis: fideles autem inter bona reputant: quia potius terminus est malorum mundi, & paternis bonis fruendi principium. Solatur hic conceptus plurimus. ho.32 nu.70. vsque 74.

XI. *Vt transeat ex hoc mundo.* Si mortem attendas, vt egressam de manu diaboli, eius auctoris, mala erat, sicut vita, quantum prodiit ex manibus Dei, bona erat: porro sicut vita manibus imposita diaboli, mala est reddita, sic mors assumpta per Christum, bona effecta est: iam etenim aliud non est nisi transitus ad Patrem: proinde absoluit illi quidquid illa complectitur horribile, dulceque reddidit, vt vidimus in Apostolo D. Andrea. ho.42. nu.62. vsque 66.

XII. *Cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos.* Erat amor in Christo velut proprio subiecto, proinde tanto erat vehemetior, quanto magis procedebat: quia nullam sibi concupiscentiam sentiebat oppositam, prout in vobis patitur, & sicut amor concupiscẽtiæ, quo nos amamus, amori Dei repugnat: quanto magis crescit ille, tanto decrescit alter, & secundum quod amorem fouemus proprium, opera diuini deseruescunt amoris: vnde colliges quam necessario tenearis amorẽ refrœnare proprium. h.41.n 71.73.

XIII. *In finem dilexit eos.* Amor datiuus est & liberalis, & tunc ad vltimũ accedit, quando dat quidquid potest. Eo vsque hodie amor Dei peruenit: hoc enim est: *Diligere in finem*: amore quantum possibile est: eum dederit, quidquid dari poterat, vt nec proprio pepercerit sanguini, vitæ & personæ: vt dicere liceat: *Nobis datus, nobis natus.* h.41.n.62.63. & hoc eo modo, vt

quod de nobis sumpsit nobis illud melioratum ac perfectius retribuat in SS. Sacramento, componens de se diuinum fermentum. Conceptus hic propriè convenit SS. Sacramento, quod hodie instituit. ibid. nu. 68. vsque 71..

XIV. *In finem dilexit eos.* Ascendit amor ad vltimum ad quod potuit, & sicut Dei potentia non tantum se ostendit in eo quod operatur, quàrum in modo, quem declarat D. Chrysost. h. 30. n. 3. 4. 5. ita amor non tantum patet in dono, quantũ in forma, & quamuis amor Christi poterat ex munere cognosci, cũ hoc valoris fuerit infiniti, semetipso tradito hominibus, & omni quod habebat: multò tamen patet euidentiùs in modo quo nos ditare voluit, scilicet crudelissima patiendo tormenta morteméque quâ nullus, atrociorem. Argumentum hoc amoris vim exponit. hom. 25. num. 25. 26. 27.

XV. *In finem dilexit eos.* Qui traxit illum in mundum, amor fuit: idcircò dicitur conceptus de Spiritu S. & quia pœnis suis morteque mundum erat reparaturus, formauit illi Spiritus S. corpus ad patiendum aptissimum, vt tale nullum Dei manus vnquam efformauerit: eo fine miraculum hoc effectum est, vt gloria in parte superiori suspenderetur, multò præstantiùs quàm illud de aquis Iordanis. hom. 42. n. 50. Quia amor non tantum se patefacit in agendo propter dilectum, quantum in patiendo pro illo: modo venit horâ perfectè & integrè patiendi, in omnibus sui corporis partibus, in omnibus sensibus & potentiis animæ: modo expoliri necesse erat lapidem in omnibus suis partibus. h. 15. n. 4. vsq; 8. Ad hoc operatur amor, agens vt pateretur quidquid erat toleratu possibile.

XVI. *In finem dilexit eos.* Duo Christus subiuit officia Magistri & Redemptoris, & quamuis vtraque in vita morteque sua exercuerit, potissimum tamen Magistrum egit in vita, operando, & Redemptorem in morte, patiendo: quia verò amor eum ad tolerandum excitabat, nunc dum tempus est patiendi, dicitur ad summum amor accessisse. ho. 30. num. 36 37. 38. Ad duo præcipua capita reduxit D. Ioan. cuncta quæ Christus habuit ad plenitudinem scilicet gratiæ, & plenitudinem sapientiæ ac veritatis. Illa militabat officio Redemptoris: qui namque totius mundi futurus erat Redemptor, requirebatur vt ab omni esset peccato immunis, Deoque per gratiam acceptissimus: Hæc verò sapientiæ & veritatis, expediebat officio Magistri: si quippè vt talis nos omnem docere tenebatur veritatem, necesse erat vt tota veritatis & sapientiæ insignioris plenitudine emineret. ibid. nu. 37. Ad muneris magistri exercitium, dedit illi æternus Pater potestatem vt opera patraret prodigiosa, mirifica, veritatis, quam docebat confirmatiua; atque ad officium Redemptoris decreuit vt mortẽ subiret adeò probrosam qualis censebatur esse mors Crucis, cum omnibus quas in illa notamus circumstãtiis. Quâ de causa vocauit horam suam, mortis suæ horam: quia sic ab æterno erat Patre suo præstituta. ibid. n. 37.

XVII. *In finem dilexit eos.* Hic amoris sui probat inuentiones, sicut certo probabatur vxoris erga virum fidelitas dum quo sæpius amaras potabat aquas, eo fauor esset proleque fœcundior. hom. 30. num. 6. 7. 8. Ita fidelis erat Christi amor vt in hac occasione actum illum ediderit huic adeò dissonum, quo cantauit magnum Alleluia. ho. 42. nu. 25. fuitque illi dies ille, testamẽ sponsa, dies desponsationis. ibid. nu. 40. Præclara hic operatur in Sanctis illum animo perpendentibus, vt notat D. Bern. ibid. n. 28 29.

XVIII. *In finem dilexit eos.* Opus est amoris prosternere se & humiliare, quod maiestas renuit & auctoritas. Perpende Christum quem amor sic prostrauit, quantum est possibile, nedum illum ad pedes quorumdam deificiens piscatorum, sed etiam ad infimam probrosæ crucis abiectionem. ho. 25. n. 37.

XIX. *In finem dilexit eos.* Facit amor omnia communia, & eo Christi peruenit amor, vt omnia sua redderet communia quæcumque possidebat: homini cuncta concedens quæ possent illi esse vtil. 2. Tu videris quali tu amore amori respondeas. ho 32. num. 45. vsque 48.

XX. *Cum diabolus iam misisset in cor vt traderet eum Iudas.* Iniecit illi diabolus tentationem per oculos auaritiæ, quando vidit Magdalenam effundentem vnguentum: non illum reiecit, sed inhæsit illi; vnde ad abysum deuenit: persuadendi illi Christi venditionem. Necessarium est à se procul abigere diabolo tentationem sicut ostrea lapillum cancri. ho. 5. n. 3. 13.

XXI. *Cum diabolus iam misisset in cor.* Væ nobis, quando venatore rete expandente, illo eum comprehendit: actum est de illa Laqueus diaboli est auaritia, expandit illum & cor Iudæ illaqueauit, idcircò ne mireris, quòd in adeò grauem eum traxerit ruinam: sic enim diabolus auaros excipit. ho. 28 nu. 36 vsque 40.

XXII. *Cum diabolus iam misisset in cor.* Mirabilicio humana non sufficiebat huic malitia, si suum diabolus misero illi cordi non infudisset, in quod tartareus ille serpens omne suum effudit venenum. hom. 39. num. 6.

XXIII. *Cum diabolus iam misisset in cor.* Conuenerunt in vnum aduersus Christum diabolus & homo. Apposuit diabolus malitiam & stultam homo cupiditatem: ex his surrexit effectus maximè horrendæ nequitiæ: & Iudæ peruersitas ex parte diaboli superauit malitiam; peiora namque contra Christum ausus, quam ipse diabolus: etenim aliquando homines à diabolo instigati peiora præsumunt quam ipse diabolus. hom. 8. num 19. vsque 28.

XXIV.

XXIV. *Cum diabolus.* Ita perfecte diabolus cor possedit Iudæ vt Christus eum appellauerit diabolum & vere offendit hoc dum Christum prodidit: nam tot receptis ab ipso beneficijs eum prodere, quid aliud erat quam se prodere diabolum esse? h. 17 n. 32.

XXV. *Surgit à cœna & deponit vestimenta sua.* Singulari prudentia procedit Euangelista statuens velut antecedens quoddam proditionem Iudæ, & huic consequens, quod Dominus surrexit à cœna pedes ei abluturus, & Sacram Synaxim porrecturus: ita vt ex odio Iudæ flammas amor sumpserit, & pessimam Iudæ proditionem optima compenset beneuolentia vt vere Danidis illud impleatur: *Dum superbit impius incenditur pauper.* h. 35 n. 2.

XXVI. *Surgit à cœna.* Mirare hic Dei retributiones quem vere dixeris procedere contra omnem juris ordinem, retrogradiendo, beneficijs accurrendo, quando Iudas offensis eum irritat grauissimis, & mundus acerbissime persequitur: hoc etenim expendit D. Paulus: *In qua nocte tradebatur*, ad hoc alludens: *Vt traderet eum Iudæ*, hom. 41. num 41. 42. Quam apposite hic si quis eum rogaret, vt Iudam euerteret, responderet quod ante Iacobo & Ioanni: *N. scitis cuius spiritus estis* h. 41. num. 38. 39. 40

XXVII. *Surgit à cœna.* Eo tempore quo homines tot delicti beneficijs eius meditantur mortem, ipse in tantorum scelerum recambrum, præparat illis vitæ conuiuium exporrigere Cla. e conflat homines esse peruersos. h. 35. n. 11. 12.

XXVIII. *Deponit vestimenta sua, & linteo præcinxit se & cœpit lauare.* Nota verbum *Cœpit*: grande continetur hic mysterium: etenim modo lotione inchoat per aquam, sed non hic stetit vt baptismus D. Ioannis, sed consummauit in sanguine: *Venit per aquam & sanguinem* (inquit D. Ioan.) & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo: vt enim lauacrum perficeret peccatorum vnum erat necessarium ex puro mundoque sanguine: nam nec quidem in figura sanguinem Hæc acceptauit. Insigne mysterium. homilia 34. numero. 10. 11.

XXIX. *Cœpit lauare.* Aliud hoc verbo designat mysterium: cœpit enim Christus lauare, non tamen absolut: qua quotidie & quamdiu mundus durabit, sanguine suo & morte lauabit. Singulare mysterium quod expositit D. Ambros. ex morte vituli in receptione Prodigi. h. 42. n. 7. 8. Promè consideranda non debes effusionem Christi sanguinis vt præteritam, sed vt modo præsentem, ac si semper actualiter illum effunderet. Ibid. n 3. vsque 7.

XXX. *Cœpit lauare.* Cœpit lotione pedum: amor etenim illum ad supremum mouebat opus, institutionem sc. SS. Sacramenti: & quod primo supponendum est, & esse debet principium quando de hoc agitur, munditiæ est pedum animæ: intellectus & voluntatis: quæ singulariter requiritur in Apostolis & Sacerdotibus, qua tenentur præcellere: nota precor discursum. h. 24 n. 4. 5. 6.

XXXI. *Misit aquam in peluim & cœpit lauare.* Sæpius hoc ex Tertulliano notamus quod præclari quid lateat in aquis, cum semper occurramus Christo circa aquas operanti mirabilia. In ipsis primum edidit signum ad nuptias: illis vitæ finem imposuit illas cum sanguine effundens. ipsis lauat: etenim illæ sunt, quæ communiter mirabiles producunt effectus aquæ lacrymarum: nam etiam quia aliæ aquæ quandam habent cum lacrymis similitudinem, illas Deus magni facit vt vidimus in diebus Samuelis h. 38 n. 74. Illæ lauant efficacius quam fluenta torrentis Gison. Ibid. n. 81.

XXXII. *Misit aquam in peluim.* Tres species aquarum refert D. August. à Christo profusas, & omnes ex singulari mysterio. h. 10. n. 48.

XXXII. *Domine tu mihi lauas pedes?* En Angelum ascendentem per scalam & descendentem, qui Christi celsitudinem attendit, & propriam vilitatem. h. 36. n. 5.

XXXIV. *Quod ego facio tu nescis modo.* Admirati sunt Apostoli, considerantes quam festiue Christus progrederetur, & timuerunt, vt dixerat Isaias: quia Christum cernebant procedentem vt flumen violentum & rapidissimum. Non est quod miremur Petrum stupefieri ac timere h. 15. n. 17. & 18.

XXXV. *Quod ego facio tu nescis modo.* Adeo profunda sunt hæc opera, vt si ipse eorum auctor non ea nobis exponeret, nullæ nostris intellectibus vires sufficerent quibus illa capiamus: ita dixit Isaias: *Oculus non vidit Deus absque te.* Luce opus est cœlesti, ho. 33. n. 20. vsque 24.

XXXVI. *Scitis quid fecerim vobis.* Hæc Iudæorum fuit ruina, eorumque prædecessorum, quod tanta opera Deique prodigia coram spectantes, non illa considerarint, vnde dicebat illis Moyses! Vos vidistis vniuersa &c. Et non dedit vobis Dominus cor intelligens, & oculos videntes. Non vult vt tales sui sint Apostoli, sed vt ruminent & attendant quid in nobis & pro nobis effecerit. h 15. n. 3. Faxit Deus vt tam curiosi sitis, quales fuerunt Reges Persiæ, talium beneficiorum memoriam continuo recolentes h. 42 n. 24.

XXXVII. *Scitis quid fecerim vobis?* Heu quam parum attendis & appendis quid Deus in te & pro te fecerit: quod si reuolueres audires te dicentem cum Ioseph. *Quomodo possum hoc malum facere.* h. 17. n. 32. hom. 41. num. 33.

XXXVIII. *Scitis quid fecerim vobis?* Meo quidem judicio hæret Christus vt suspensus q. d. Videte, vtrum quid amplius vobis possim facere, vtrum quid vlterius rogare possetis aut desiderare, postquam vobis fecerim quod egi, pedes vobis lauando, meque ipsum

vobis in cibum exhibendo, & sanguinem ad potum propinando. Scribe Domine mi, illud & merito: *Non plus vltra*: valde dissimiliter à nobis. ho. 17. n. 29 30. 31.

XXXIX. *Scitis quid fecerim vobis?* Ni fallar se statuit quasi animo suspensum coram Iuda, q. d. Attende num aliquid inueneris quod tibi præter hæc quæ feci, præstare possim: & nihilominus Iudas hæret obstinatus. Peruersitas hæc est humani cordis, quod à Hieremia prauum dicitur. h. 25 n. 24. vsque 28.

XL. *Scitis quid fecerim vobis?* Vt coniicio exhibet se Christus velut fatigatum, videns ex his quæ Iudæ præstitit, tamen cor eius adhuc diabolica plenum malitia, quo magis lassatur, quam cum olla sua vates Ezechiel. h. 25. n. 30. & cum argento suo Hieremias. h 13 n. 49. & h. 37. n. 69.

XLI. *Ego Dominus & magister vester.* Audis hic duo nomina Christo propria: *Dominus & Magister*: Magister ad intellectum: nec enim absque eius luce potest quis cœlestia capere mysteria. ho. 33. n. 20. vsque 24. Dominus ad voluntatem: ipse quippe solus pleno in ipsam gaudet Dominio, qua de causa dicitur magnus Dominus. h. 29. n. 15. 16.

XLII. *Si ego Dominus & Magister.* Quam efficacia sunt verba hæc: prodeant modo decreta Monomachiæ & dicant ignominiosum esse remittere injuriam, & audiant Christum, postquam talia Iudæ exhibuerat dicentem illi. *Si ego Dominus & Magister*: nec enim tibi persuaseris Christum honorem suum vilifacere: idem dicito in materia mortificationis, atque eleemosynæ, si consideres quid pro pauperibus egerit, ipse Dominus & magister. h. 3. n. 41. & seqq.

XLIII. *Exemplum enim dedi vobis.* Olim homines proposuerat in exemplum & prototypon virtutis, & hoc sufficiebat vt obstruerentur ora peccatoribus, eos ex operibus conuincere iustorũ, quos Iob vocat Deiseles: quanto magis exemplo Christi confundentur: qui eo fine particulatiter venit vt nos præiret exemplo viamque virtutis applanaret. h 6. n. 35. vsque 38.

XLIV. *Exemplum dedi vobis.* Diabolus exempla proposuerat falsos Deos cloacas omnium vitiorum, cum quibus passim omnes ad tartara rapiebantur. Habes hic prototypon vitæ secus ssimum hom. 33. n. 42. vsque 46.

XLV. *Exemplum dedi vobis.* Obturat Christus os iis qui per delicias cœli cogitant ingressum, vt vero nos ab hoc reuocet errore se ipsum statuit exemplum cuius sequamur vestigia: nam idcirco vocatur Dominus & magister, declarans seruum non debere meliorem sectari fortunam, nec altiora petere discipulum. h. 15. n. 10 11. eoque modo ad semitam reduxit Iacobum & Ioannem. Ibid. n 12. 13.

XLVI. *Exemplum dedi vobis.* Habes hic rationem cur Christus omnigena voluerit perferre tormenta; quatenus ea per hoc ita Deificarentur vt illa Sanctissimam reputent gloriam. h. 36. n. 9. vsque 12.

XLVII. *Exemplum dedi vobis.* Potissimum loquitur de actu humilitatis quo lauit eorum pedes: nam ea attentione singulariter descendit, vt nobis eam virtutem inculcaret: tam nobis vtpote necessariam eo quod superbia peruersæ nostræ naturæ ita sit irradicata, vt cum vitium sit ita homini repugnans, vt alæ campanæ. h. 15. n. 31. 32. non tamen sit aliquid quod ita nobis imperet: ita vt Salomon eam judicet omnis peccati principium. h. 39. n. 15. vnde fit ait: *Discite a me quia mitis sum*: desiderans vt potissimum oculos conjicimus in actus suæ humilitatis: & eo animo mori voluit in cruce: *Ad dandum humano generi humilitatis exemplum*, vt cantat Ecclesia. O virtutem eminentissimam. h. 2. n. 32. 33. 34. Propter ipsam & pro eius mensura, fuit Christi exaltatio, eritque tua. hom. 15. n. 10. h. 30. n. 37. vsque 40.

XLVIII. *Exemplum dedi vobis.* Quam foret expediens, vt animo perpenderes qualiter hanc Christi imiteris humilitatem: circumum componens ad exemplum S. Rodesindi. h. 15. n. 24.

IN DIE PARASCEVES

VLTRA HOM. LXVI.

I. *Egressus est Iesus trans torrentem Cedron.* Celebramus hodie mysterium quo nullum profundius sapientiæ Dei, nempe mortem Christi Domini, ita cunctos excedens creaturarum intellectus, vt nisi ipse nobis oculos lucemque tribuat ad supernaturalem eius intelligentiam, frustra tentemus: vt dixit Isaias & qui illud habent præ oculis, minus illud præcipuum, sicut significatum est in eo quod Moyses contegere habuerit oculos Deo coram ipso transeunte. h. 33. n. 20 vsque 24. Opus est lucem hanc impetrare à Spir. S.

II. D. Paulus præsens mysterium vocat abscondetam Dei sapientiam, ad quam nullus intellectus mundi sapientium potuit pertingere, & maxima vix potuit difficultate mundo persuaderi. h. 44. n. 30 Petenda sunt nobis à Deo oculi ad videndum, & cor ad sapiendum, ne nobis contingat quod illis quibus sic Moyses: *Vos vidistis vniuersa quæ fecit Dominus coram vobis, &c. & non dedit vobis cor intelligens, & oculos videntes.* Satis grauis foret illa calamitas, si Pharaoni similes essemus, de quo sic scribitur, quod visis tot prodigiis: *Non apposuit cor.* h. 15. n. 3.

III. Diuersimode celebranda est mors & Passio Saluatoris, quam SS. Martyrum natalitia: hæc enim cum gaudio mentisque colimus hilaritate: illa vero cum lacrymis cordisque recolenda est amaritudine: quia Martyrum passio vt jam transacta celebratur,

Christi

Christi vero quasi nunc præsens: & hoc non solum imaginatio quædam est, sed Summæ Theologiæ Sacramentum, quod expendit D. Leo Papa. h.42.n.5. & declarat D. Ambros. per mortem vituli saginati dum Prodigus in gratiam recipitur: etenim in omnibus peccatorum justificationibus interuenit mors Christi quasi in fieri. Ibid. n.7.8.

IV. Hæc mors in nobis excitare debet dolorem multo acerbiorem, quam legimus excitasse mortem filiæ Iephtæ & Iosiæ: cum præterquam quod sit multo crudelior extra omnem comparationem: tota vobis in singulari est expensa & oblata: & hæc est consideratio huic dei propria, si contempleris totam hanc Christi Passionem, ac si solus fuisset passus pro quo passus fuit. h.42.n.8. vsque 11. nam illo modo, teste D. Chrysostomo D. Paul. considerabat vtilissimo discursu. Ibid. n.2.3.4.

V. Hodie stupemus supremam mortalium tam junctam summæ misericordiæ ambæ namque ad summum quo possunt, ascendunt verticem, ex quibus nostra, vt decimat Dauid, perfecta est ortaque redemptio. h.39.n.2.

VI. Duo sunt in corde nostro his diebus affectus excitandi, illis similes quos Christus in se promouit Lazarum resuscitaturus; vnus est compassionis cum Christo mortuo: alter indignationis aduersus eius interfectores: sicut dum amicum tuum cernis pugionibus transfossum, hinc illi ex animo compateris, fundisque lacrymas, & inde ac indignatione consurgis aduersus interemptores. Talis oportet vt sit hodie tuus affectus: primus Christum aspiciat cui ex corde condoleas, & ab illo percunctaris: *Quid sunt plagæ istæ?* per omnes singillatim plagas discurrens: hoc enim est quod Dauid horratur: *Distribuite domos eius.* O quam amaro luctu affligi deberes Christum cernens in cruce suspensum: *Cum clamore valido & lacrymis.* h.42.n.9. Secundus dirigatur in homicidas: quamuis enim Iudæi ipsum occiderint multo tamen vehementius vestra ipsũ peccata crucifixerunt: tua superbia spinis illum coronat tua auaritia manus perfodit, denique nulla in corpore eius naturæ pars à vulnere sana conspicitur, quia nulla sunt in mystico. h.15.n.5.6.7.

VII. Primaria commonio excitari debet contra peccata tua: quæ sunt huius mortis causa principalis. Sic eam ruminabat. D. August. h.41. n.11. Templum hoc metire & considera, circumnum apponens & dele ad ipsum transpone, vt inimicus exardescas contra peccata tua ferociissimus, quæ tale facinus commiserunt. h.42.n.14.15.16.

VIII. Iustum est deflere mortem tanti benefactoris, qualis Christus extollitur: sed hoc ipse prætendit, vt illæ lacrymæ non in ipso sistant, sed in tenam causa tibi horum imputatur: hoc etenim indicauit his verbis Dominus: interprete D. Bern. *Nolite flere super me, sed super vos* h.38.n.87.

IX. Inuitat nos hodie Dauid: *Venite, exultemus, & ploremus coram Domino.* Videntur hæc opposita, sed mystica sunt valde: duo quippe habemus hodie præ oculis Christum illis contemplati. Primum id quod patitur: nam licet quis esset inimicus qui patitur, compassionem excitaret non minimam. h.42.n.9. Secundum id quod per mortem suam operatur nobis in beneficium, nostram scilicet justificationem, gratiam, & gloriam. Et sicut nullus ita serenus illuxerit captiuo dies, ac ille quo suam gaudet adesse redemptionem, nec exuli ac ille quo se postlimino reducem lætatur in patriam: ita, &c. hoc ita recreauit Abraham, vt præ gaudio subsiliret, quando proponebatur illi Christus in cruce suspensus. h.34.n.31.

X. Pari pede progrediuntur hodie lætitia, quæ jubilos excitat, & tristitia quæ lacrymas inductumque prouocat: quia hic oritur ex consideratione pœnarum, dolorum vulnerumque Christi: & cum hæc tanta fuerint, vt nullus ea possit Arithmeticus numerare; nam idcirco Christus ea Patri suo numeranda commisit: *Tu scis improperium meum.* h.15.n.25. ita sicut nullus est creatus intellectus qui possit appendere, nec mare illud peruadere misericordiarum, ac vtilitatum, quas ex hac Christi morte conquirimus, sic quoque oportet vt sit exultatio & gratiarum actio his conformis; quia hinc oritur quidquid est in mundo boni ab eius exordio; cuncta namque in Christi morte fundantur; fides Patriarcharum, spes Prophetarum, charitas Apostolorum, fortitudo Martyrum, &c. hæc enim omnia promanarunt eduxitque Deus ex morte adeo inhumana, qua Iudæi Christum affecerunt. h.39.n.28. & 35.36. Bonũ vitæ vniuersale, & æterna hominum salus, quæ superabundanter omnia complet desideria, trahunt originẽ suam ex vulneribus morteque Saluatoris, eo modo, quo de petra percussa in deserto per Moysen aditante seniorum corona torrentes aquarum profluxerunt, quæ vitam populo siti pereunti ministrarunt. Ibid. numero 35. Et siquidem Iudæi prætenderint vt Christum occidendo finem tandem eius gloriæ regnique fundationi imponerent, quod illis prædicabat, in hac tamen morte fundauit Deus omnem nominis Christi gloriam, eius exaltationem, & Ecclesiæ stabilimentum; est enim scientiarum Dominus & hominum cogitationes sibi assumit, vt suos consequatur fines: vt vidimus in Ioseph: eo namque ipso quo conati sunt intuidentes ei fratres obicem opponere ne Rex eis imperaret, neve illum subditi venerarentur, Deus ita negotium direxit vt ita factum fuerit, illique vel ignoranter illum proni adorarent. Ibid. n.36. Hoc de Christo prædixit Isaias, quod ab eo pendeat omnis domus paternæ gloriæ. h.42.n.22.

XI. Vtilitates quas ex morte Christi colligimus, consideratu dignæ referuntur. h.39.n.37. vsque 43.

XII. Alia etiam beneficia recensentur, quæ nobis Christus operatus est morte sua & Passione: antis nos diuitiis cumulauit, quanta eramus indigentia paupetes, vt verum dixerit Apost. *Diuites facti estis in illo*, & ditauit nos Deo multo melius quam Berzellai filium suum Dauidi h. 42. n. 16. 17. Per mortem Christi, illi nostra iungendo opera habemus ius ex iustitia ad cœlestis gloriæ præmium, & dicere possumus cum Apostolo: *In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ*: nam per se considerata opera nostra, non sunt illo condigna, sed vnita Christo per mortem eius, fiunt quasi opera Christi: quia illius sunt operatio nostra bona quantum ad valorem qui in illis procedit ex morte Redemptoris. Sublimem hic suspicio Theologiam, quam Apostolus his verbis mysticis comprehendit: *Vt inueniar in illo non habens meam iustitiam, quæ ex lege est, sed quæ ex fide est Christi.* ib. n. 18.

XIII. Est hæc passio Thymiama illud quod Dominus singulari confecit industria: vt haberemus quo Paternum pectus nobis inimicum placaremus. hom. 42. numero 19. vsque 24.

XIV. Per hanc mortem grauitas agnoscitur peccati, eius ponderis immensitas, & infirmitatis acerbitas. h. 42. n. 11. vsque 16.

XV. Assumens Christus in hac passione pœnas nostras, tristitiam & dolorem, nostras inde reparauit. h. 42. n. 58. Potissimum autem assumpsit mortis timorem ita efficacem, vt ille solus illi vitam adimeret, nisi naturam suam roborauerit: fuitque non minima ex ceteris illi molestia quam toleravit. h. 42. n. 55. 56. vt illum nobis auferret ibid. n. 59. vsque 66.

XVI. Mors Christi sustinuit adeo puras & omni dulcedine impermixtas, vt nemo tales pertulerit, nec omnes quotquot in mundo passi sunt, similes pertulerint. In hunc finem portas occlusit consolationi quam pars super or infundere poterat inferiori. Mysterium hic videovalde Theologicum homil 42. numero 98. vsque 101. Vnde præclarus hic attenditur interuenisse miraculum, cum super sio fuerit aquarum Iordanis. ib. numero 49 & seqq.

XVII. Aggressus est Christus passionem suam tanto flagrans ardore pro nobis patiendi, vt licet hoc ita disponere potuerit, vt nullos sentiret cruciatus, noluerit tamen: imo potius decreuit eo modo torumenta suscipere, quo sibi forent molestiora: eaque de causa vinum non hausit myrrhatum, bibit tamen acetum. hom. 42. numero 52. vsque 55.

XVIII. Solus voluit pati Christus atque ideirco, ministris præcepit ne quemquam de sepulorum suorum attingerent, vt dicere posset: *Torcular calcaui solus*, & hoc teste D. Gregorio, significatum fuit in illo quod mandauit Deus diabolo, dum potestatem eius Iob tradidit. *Animam illius serua.* h. 38. n. 118. & ideo noluit Deus vt nec qui lem in figura sanguis Isaac effunderetur h. 24. n. 10. 11.

XIX. Pro lexit Pilatus Iesum foras coram tota Synagoga Iudæorum exclamans. *Ecce homo.* Non tantum eum horum exposuit oculis, quantum æterno Patri, nobisque: quatenus oculos nostros in illam dirigamus mulierem, quam vidit in cœlo D. Ioannes. *Ecce mulier*: vt conferamus bona hominis, & damna, defectus mulieris: & inuenit gaudia: quod mulier participat ex gloria, quod hoc habeat ex homine: & quidquid homo cruciatuum sustinet, hæc habeat et mulier; magnum hic impletum Sacramentum quod dixit Apostolus. hom. 42. num. 65. & illa comparatio tractatur. ibid. numero 10. 11.

XX. Innumera alia de Christi passione declarantur in his homiliis, nominatim h. 42. de Oratione in horto. Ex aliquibus his considerationibus potest fieri introductio ad concionem de Passione Domini: quæ discursus in particularibus articulis formari possunt ex R. P. F. Lud Granatensi L. de oratione & meditatione atque ex homil. 46.

DE PLANCTV PVRISSIMÆ VIRGINIS MARIÆ.

I. *Stabat iuxta crucem Iesu mater eius.* Ioa. 19. Quis non dixerit angustiam nimis fuisse Christi gratiam in ordine ad virginem Mariam etenim illa quæ inter ceteras eminet, donum est Martyrii, de quo dixit D. Cyprian. *Et Dei dignatione descendit.* h. 15. n. 14. & confirmauit actus ille D. Antonii Paduani. ho. 13. n. 29. & videmus hanc gratiam ita præcellentem negatam fuisse Virgini castissimæ, cum viram sub gladio Martyrii non amiserit. Porro extra controuersiam est quod qui illam in ceteris donis prærogatiua quadam oppignorauit, etiam & hoc modo quodam cumulatiori emineret: fuit etenim eius martyrium, multo dignius, fortius ac molestius reliquis Martyrum omnibus: si namque gladius materialis corpus eius non pertransierit, spiritualis mœstitiæ animam illius pertransiit acerbissime: fuitque valde simile eius martyrium principali martyrio Christi, quale non fuit illud quod passus est in corpore in cruce moriens, sed vita illa repræsentatiua tormentorum in anima sua; quæ sufficiebat vt illi sanguinem de venis vbertim extraheret quo & terram irrigaret. Tale fuit & virginis Martyrium: passa etenim est in anima, portis omnibus cuilibet obseratis consolationi. hom. 42. n. 98. Quinimo Christo Patri æternus Angelum mittit confortantem & realiter illum confortauit, vt declaratur. ib. numero 101. 102. nec ipsi Virgini concessum est hoc subsidium.

mẽ, cuius loco ſubſtituitur illi a filio D. Ioannes in filium. Hoc martyrium nobis exponit D. Ioan. Euang. & declaratur. h.47.

II. *Stabat iuxta crucem Ieſu mater eius.* Primo ſtatuit D. Ioan. iuxta fontem. Quando gloriosus apparuit in Transfiguratione, adſtitit Pater a quo diuinitatem habet & gloriam, quam reuelabat iuxta illud D. Petri: *Accipiens à Deo Patre honorem & gloriam &c. à magnifica gloria.* Modo dum patitur in cruce humanam oſtendens infirmitatem, collocat D. Ioan. matrem illi vicinam, ex qua illa profluit infirmitas. homil. 11. numero 19.

III. *Stabat iuxta crucem.* Maxime proxima cruci Chriſti Domini fuit virgo mater, non idcirco quia copioſiori recipiebat abundantia eiuſdem fructus, ſed quia nullus martyr tantum participauit ex pœnis & doloribus Chriſti, ſicut illa, & ſicut ita vicina, mater facta eſt dolorum, in quam omnes pœnarum riui deſluebant, quæ de Chriſto diman bant; itaque ſi dolorem hæ prouocent in Sanctis, in illa tanto produxerunt abundantius quanto magis differt pelagus à fluminibus, quod expendit D. Bernardinus Seneuſ. dum ait tantam fuiſſe Virginis mœſtitiam iuxta crucem vt ſi dolor ille per omnes diuideretur creaturas, quæ paſſi poſſunt ſub to ext nguerentur. h. 48. n. 20.

IV. *Stabat iuxta crucem* Voluit Deus vt Virgo immaculata martyr eſſet martyrio quodam ſingulari, & fuit eodem crucis martyrio quo Chriſtus: gratiæ fuit hoc donum illi tantum, Magdalenæ & D. Ioanni commune: cum quo reſpondetur admirationi cur D. Ioa. & Magdalena tantopere à Chriſto dilecti gratiam non obtinuerunt martyrii particularem: & ratio eſt, quod martyres fuerint eodem crucis martyrio quo Chriſtus cuius fuerunt ſanguine conſperſi, grauiori abſque vlla comparatione per hoc illis dolorem illato quam ſi proprium effudiſſent: itaque in cruce in qua Chriſtus corporaliter pependit, illi confixi fuerunt & pependerunt in anima ac proinde declarari poteſt de Virgene illibata ac Magdalena illud vatis Abacuc dicentis: Sol & Luna ſteterunt conſtantes in ordine ſuo, quando Dominus prœliabatur, & diſcrimen quod eſt inter ſolem & lunam, idem eſt martyrii quod ad crucis pedem tolerauit Maria, & illud quod perpeſſa eſt Magdalena. h. 38. n. 117.

V. *Stabat iuxta crucem mater eius.* Diuina plane prudentia ſcripſit Euangeliſta nomen matris. Primo: quo confunderet hæreticos dicturos quandoquidem eam Chriſtus iisdem vocauerit mulierem, & non matrem, veram non fuiſſe matrem. Secundo, & principaliter quo dicat nobis quod vere in pectore eius virginali ſuum haberent effectum acerbiſſimi Chriſti dolores, cum eſſet eius vera mater: & ſi quid intelligo ſacrificium ſpectat Abrahæ: quod enim cor eius gladio traſuerberabatur luctus acutiori, hoc erat quod ſe patrem recordaretur, cui Deus præcipiebat: *Tolle filium tuum vnigenitum,* Abrahæ intuere ſacrificium quod D. Gregor. Nyſſen. nec quidem depictum niſi illacrymans videre potuit. Perpende quantum interſit inter Patrem illum, & hanc matrem: erat etenim Iſaac filius medius Abrahæ patri, & Sarræ matri: Virgo autem mater erat integra, cum illum de ſubſtantia genuerit ſuum nulla virili opera. Conſidera diſcrimen inter filium & filium, inter amorem & amorem, & attende quod mors Iſaac tantum fuerit in præparatione animi, Chriſti vero realiter & effectu, tormentis adeo ſæuis vt nulla quis vnquam tanta viderit: & Virginem iuxta crucem meditare offerentem in ſacrificium filium ſuum æterno Patri ſanguine eius cernens effuſum. Hinc eius colliges animi triſtitiam. Argumentum notatu dignum: quod ſic concludet quod ſi tanti fecerit Deus ſacrificium Abrahæ nedum executioni mandatum, vt inuenire quidquam non videatur cui illud comparet & in his verbis comprehendatur: *Quia feciſti rem hanc.* Quantum erat huius ſanctiſſimæ Virginis ſacrificium meritum? homil. 25. numero 52. 53. 54.

VI. *Stabat iuxta crucem.* Acriter mouit Chriſti pectus viduæ cuiuſdam planctus quæ mortem filii ſui lugebat, quia vnicus erat illi, atque in eo tota poſteritatis ſpes terminabatur: quam in nobis compaſſionem exercere debent lacrymæ luctuſque Virginis filium ſuum plangentis vnigenitum, in quo quidquid ſperare poterat in cœlo & interra comprehendebatur; lacrymæ erant & ſingultus irremediabiles, erat etenim illi Chriſtus filius, amicus, frater, ſponſuſque ſanctiſſimus. Et ſicut quia maritus vxori eſt id quod caput corpori ita deficiente illi marito, remanet vt ſine capite corpus: Vidua digna erat lamentis. Euidenter conſtat quod Virgo ſe ſolam conſiderans, & Chriſto viduam, illi talis futurus eſſet hic viduitatis ſtatus, vt eius merito deſolationem continuis teſtaretur lacrymis quam ex illa ſolicitudine concipiebat. h. 31. n. 53. & 57.

VII. *Stabat iuxta crucem.* O Virgo illuſtriſſima, mulierum exemplar. Nemo dubitat plurimas eſſe conſtantes, & forte, cuius fortitudo ſit inſuperabilis, vt patet ex teſtimonio D. Hier. h. 26. n. 31. 32. & alias. h. 38. n. 29. & attendunt D. Baſil. & D. Gregor Nyſſen. valde eleganter. ib. n. 33. Porro omnium ſimul fortitudo, non accedit aut adæquat huius Virginis robur inuictiſſimum, de qua præconium illud circumfertur: *Multæ filiæ congregauerunt ſibi diuitias, tu vero ſupergreſſa es &c.*

VIII. *Stabat iuxta crucem.* Gratia noui teſtamenti ea eſt, qua Deus electis ſuis labores permittit & calamitates. Quis maiorem in hac gratia partem habuit quam Virgo virginum exemplar; quocirca & maiorem erat partem in cruce Chriſti habitura ea de cauſa ſcribit

ſcribit

scribitur cruci vicinior.ho.15.n.27. Et hinc est quod reuelauit SS. Virgo, quod dempta prima gratia quam in illibata sua recepit Conceptione; cæteras omnes quas illi Deus communicauit, multis aduersitatibus, orationibus, lacrymis & gemitibus impetrauit. Nota rationem.hom.21.n.40.

IX. *Stabat iuxta crucem.* In domo Dei beneficia præclariora,sunt grauiores pœnæ atque aduersitates. h.32,n.21. proinde amicis maxime familiaribus tribulationes impertit atrociores ib.n.23.vsque 27. Tritico meliori flabellum applicatur grauius vt ait Isaias h,9.n.38. Et hæc sunt talenta digniora, quæ distribuit ad æternas conquirendum diuitias: nam talia dare oportebat illi supra ceteras dilectæ, & volebat,vt ipsa supra electos omnes sacra reportaret ditissima. Illi concessit tormenta pati, qualia Martyrum nemo pertulit,diris simæ,&hoc innuitur dum scribitur cruci adstitisse quam proxima, non tantum corpore,sed etiam anima:& hic gladius ille fuit, quem Simeon prædixit illam ad crucem vsque pertransurum.ibid. numero 27. vsque 31.

X. *Stabat iuxta crucem.* Ecce nauis institoris illius magni, quam licet vndequaque venti dolorum impugnent quatiantque turbines tormentorum,atque in diuersa rapiant tempestates, stat tamen illa constans & immobilis vt columna, vt nec in fide sua,aut amore mutationem vllam defectumque patiatur. Naues Apostolorum discesserunt fugam capientes,noti eius stabant à longe,illa vero cum Nauis esset, pariter etiam est columna, similis illi erectæ in Mausoleo Machabæorum.hom.17.num 73.

XI. *Stabat iuxta crucem.* Non tam significat hoc verbum *Stabat*, fortitudinem corporis, quam animi: denotat enim quod fortitudine staret inuincibili, in anima cuncta recipiens verbera quæ filius in corpore: speculum oppositum speculo-quidquid enim filius patiebatur matri proponebatur eamque torquebat & quidquid mater tolerabat, filio repræsentabatur eumque discruciabat.h.38.n.47.

XII. *Stabat iuxta crucem.* Notanda sunt verba D. Ambros,& animaduertendum non scribi ab Euangelista B Virginem ploraſſe: vnde dicit, *Stantem* illam lego:flentem non lego. Nec cogitaueris, ait illi S. eo quod non dicat quod fleuerit, minorem per hoc indicasse virginis tristitiam sed potius grauiorem:quando namque lacrymæ effunduntur, illis cordis mœstitia delinitur:ideo Deus oculos creauit,vt anthlam in naui qua aquæ nauim demersuræ exhauriantur. ho.31. n.60.62. Itaque lacrymæ, eius sententia dolorem mitigant & quasi in lenimen pœnæ assumuntur: sed nec illud Virgo solamen obtinuit. Conceptus merito notandus.h.32.n.72.73.

XIII. *Mulier ecce filius tuus.* Vt quid eam mulierem,non autem matrem appellat? In nuptiis vocauit eam mulierem ex ratione particulari quam perpendimus hom.21.n.28. Et hoc auget dubium in hac occasione. Porro eam non vocauit matrem: non quia talis non esset,sed ad doloris diminutionem: etenim vt perpendunt Sancti PP. quod dolorem excit. ut in Abraham amariorem, hoc fuit; quod cum ex Dei præcepto iam pergeret Isaac immolatutus, hic Patrem interrogaret: *Pater mi.* Subtiliter hoc tractat D. Chrysost.h.25.n,53.& ho.42.n.85.

XIV. *Ecce filius tuus.* Vt verbum Christi efficax erat,& eius operatorium quod dicebat,realiter his verbis effecit D. Ioannem verum filium B. Mariæ, eo modo quo declaratur, h.2,n.41,& seqq.

DOMINICA PASCHATIS RESVRRECTIONIS DOMINI VLTRA HOMILIA. XLVIII.

I. *Maria Magdalene, & Maria Iacobi & Salome.* Marc.16 Hodie supremum & excellentissimum celebramus Christi triumphum. Maximum miraculum quod edidit viuus fuit resuscitato Lazari: nam ad ostensionem potentiæ permisit vt mors efficeret quidquid poterat:& ad eiusdem potentiæ manifestationem in seipso, passus est Iudæos in eum exercere quidquid peruersa eorum & voluit voluntas, & potuit potestas, eo vsque vt illi vitam adimerent,& sepulchro reconderent.ho.32.num 48 49. Potestatem concessit Philistæis vt alter Samson, qui possent illum ligare & religare, imo & sepulchro reconderе, ingenti lapide concluso & signato, sic vt nihil vltra eis superesset quod agerent: qui tamen vitæ eo suæ potestatis impetu triumphum de illis egit illustrissimum.h.49.nu.19.

II. Opere præclaro suæ resurrectionis confirmauit,posuitque sigillum quo doctrinæ suæ diuinæ scripturam auctoritatiue approbauit;& clauis structuram ædificii concluſit,quo cuncta sua opera confirmauit: vt illud hodie ex Zacharia liceat vsurpare: *Educet lapidem primarium.* Lapis hic erat, adeo glorioſus, vt omnes illi fausta acclamarent:lapis valde æquata potestati gratiæ fuæ hoc enim adiunxit Propheta: *Et exæquauit gratiam gratiæ eius.* Et opus hoc dedit Dominus vt supremum omnium signum. homil. 61. numero 63.& seqq.

III. Festum hodiernum & Christi est & nostrum: quia gloria & corona capitis, etiam corpus adornatur.hom.29.num.28. Hodie resurgit immortalis, & glorioſus, qui caput est nostrum: quocirca nostram certo speremus resurrectionem,dicamusque cum Apo-

stolo: *Si Christus resurrexit, & nos resurgemus*. ho. 49. num. 27. Etenim de morte sua agens triumphum, nostram ipse confregit. ibid. num. 16.

IV. Sicut Christus vita viuens mortali corporis sui carnisque mortificatione, nos docuit mortificare nostram: & baculans sibi crucem, nobis explat præiuit, quo nostram tollamus; ita corpus suum carnemque resuscitans ad gloriam vitamque immortalem, Symbolum nobis præmisit futuræ nostræ resurrectionis etiam gloriosæ; nam fiet illud quod dixit Apostolus; *Reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ*. hom. 11. num. 22. & hom. 12. nu. 26. & sequentibus.

V. Dies hodiernus illuxit gloriæ Christi & nostræ faustissimus; vt enim ille vixit, vitamque finiuit mortalem, atque per hoc vincula dissoluit nostræ mortalitatis cum anima, sed postmodum de vita surrexit mortali nouam creans animæ & corporis, anima per dotes gloriæ cunctos corporis defectus deserente. ho. 11. nu. 32. & seq. & sicut surrexit non amplius morituros: sic erit & in nobis. ibid. nu. 36.

VI. Hodie Christi recolimus opus eminentissimum, suipsius resuscitationem. ho. 49. nu. 2 vsque 5. Eleganter hoc cecinit Dauid. ibid. nu. 5. Eius magnitudo declaratur. ibid. nu. 6. 7. Illud Iacob descripsit in Leone. ibid. nu. 8. vsque 11.

VII. Hodie Christus insigni pompa de diabolo triumphauit: ita vt illum exposuerit ostentui. ho. 49. nu. 11. vsque 16. Gloriosè de Iudæis, eorumque machinis triumphauit. ibid. nu. 17. vsque 22.

VIII. In hoc mysterio supremum Isaiæ completur oraculum, quod Deus daturus esset diuitem pro Christi morte, & impios pro sepulchro. ho. 49. n. 22. & sequentibus.

IX. *Maria Magdalena, & Maria Iacobi.* Suum Christus inchoat triumphum à mulierum excellentia, quarum operâ diabolus prius vsus fuerat vt sapientes irretiret, quocirca dicebantur serpentes fallaces. h. 25. num. 6. vsque 10. Atque in exordio triumphi sui illas Christus assumpsit, vt viros docerent veritatem mysterij sui sublimioris, nempè Resurrectionis; etenim multas earum diuinâ instruxit sapientia, vt plura quam viri etiam sanctiores, & doctiores, intelligerent: vt possint illos dirigere, sanumque his dare consilium, vt legimus de Sara, quæ viro suo Abrahæ cõsuluit, vt Agar & filium eius Ismaelitaribus exturbaret, quod Deus suo calculo confirmauit: nec non in Rebecca: nam Iacob consilium dedit quo paternam obtineret benedictionem. ib. nu. 10. Hodie in exordio sui triumphi illas assumit, & primarias creat huius mysterij prædicatrices, quod ceteris fidei suæ & Euangelij caput alijs attollit, quo Satanæ caput illiditur eadem arundine quâ quondam viri caput colliserat. h. 25 n. 10. 11. 12. Tantumque eas extulit vt statuat Archiapostolas, & eorundem Apostolorum prædicatrices, vt illud Iudith liceat repetere: *Dominus conterens bella, Dominus nomen est illi*. ibid. num. 13. 14.

X. *Maria Magdalene, & Maria Iacobi, &c.* Pro more habet Deus, deficientibus viris, spiritum excitare seminarum: tam ad potentiæ suæ demonstrationem, quàm ad virorum confusionem: & ita hodie reipsa ostendit: nam deficientibus etiam Apostolis suis, & fuga retractis, has introducit feminas. h. 9. n. 2.

XI. *Emerunt aromata vt venientes, &c.* Optimus hic est Sanctarum & fidelium seminarum affectus: quæ non obliuiscuntur nec despiciunt corpus mortuũ, tot vulneribus saucium, per hoc fidem protestatæ resurrectionis: nec rationi conueniens esse vt cadauera fidelium defunctorum despiciantur aut malis auibus laceranda proiciantur, quorum membra fuerunt organa Spiritus S. quantò minùs obliuiscerentur vel negligerent corpus Christi. in quo plenitudo diuinitatis habitare conspiciebatur. h. 31. n. 38. vsque 46. Bonum hominl maximè proprium, post animam, est corpus suũ, & huius inuitu filij honorabiles semper studuerunt parentibus exequias persoluere: quia pluris æstimantur magis propria. Quod si iudicetur dignum, vt hoc reliquis fiat corporibus, quantò magis corpori Saluatoris, quod in se honorum omnium cumulum complectitur, ex plenitudine diuinitatis, quæ semper in illo inhabitat. ibid. num. 38.

XII. *Emerunt aromata vt venientes.* Quotquot eas vidissent homines carnales, credidissent quod in cassum & pessimè species illas aromaticas & vnguentum effunderent, cum illud corpori iam sepulto impenderent. & prudentissimè factum censuissent, si vanis impendissent ornatibus: sed errorem hunc arguo pessimum: hoc etenim solum honori dicitur quod Christi consecratur obsequio: nam ex eo quòd Magdalena vel semel Christum inunxit, tantã est adepta gloriam, vt futura sit, mundo cœna; obliuione deletis & sepultis operibus Principum Regumque mundi sacinoribus illustrissimis. ho. 38. n. 67. Imò tunc perditæ haberentur illæ expensæ, si fuissent mundi pompis velut in aëre dedicatæ. hom. 8. num. 44. vsque 47.

XIII. *Vt venientes vngerent Iesum.* An ergo non sufficit quod eum Magdalena viuentem vnxerit? Vt quid modo corpus illius mortuum, quòd nullo viget sensu vngi necesse est? Primò: ob rationem dictã, scilicet in protestationem fidei resurrectionis. Secundò: quia licet Christus mortuus sit, & in cœlũ ascenderit, hic tamen corpus suum reliquit vulneratũ & nudũ in pauperibus ad tuam consolationem. ho. 16. n. 13. vsque 16. Posses obiicere (inquit S. Aug. *Serm. 26. de verbis Domini*) vtinam illo vixissem tempore: quòpotuissem Dominum in domũ meam recipere, cũ Martha eumque;

vngere eum Magdalena, si non viuentem, saltē mortuum: *Nōli dolere* (respondet D. Aug.) *Non tibi abstulit quam dignationem: cum vni, inquit, ex minimis meis feceris, mihi feceris.* Pauperes oculo fidei considerabo. 30. nu. 24. 25. Hoc modo sibi persuadebant Sancti Christi se corpus vngere, fouendo & vnguendo eorum minimum. ho. 27. nu. 67. 68.

XIV. *Et valde mane veniunt.* Illæ ipsæ emunt vngenta & aromata: illæ ipsæ propriis corpus manibus vnctiuræ festinant quāuis enim bona sit vnctio quam operā exercet famulorū tuorum, porrò multò dignior est, quam propriis impendis manibus. hom. 27. num. 67. 68. Idcirco ipsi Apostoli semper sibi hanc vnctionem facere reseruarunt. ibid. 69. vsque 71.

XV. *Et valde mane veniunt ad monumentum.* Modo non miror, quod valde mane, & primò omnium illis appareat Christus, primitias illis gaudij tribuens suæ resurrectionis, Apostolis illas differens vsque in vesperam: quia prout tu cum Deo egeris, ita & ipse tecum est acturus. hom. 25. num. 50. Sic egit cum Abraham. ibid. nu. 52. Cum Dauid & Lot. ibid. nu. 56. Deus speculum est, & eandem tibi, quam tu illi, faciem repræsentabit. ho. 37. nu. 15. 16.

XVI. *Valde mane.* Amor diligens est: idcirco namque alatus depingitur, & non simpliciter, sed igneus, & hoc quod vulgata lectio habet: *Lampades eius, lampades ignis* legit D. Ambrosius. *Ale eius, ale ignis.* Et eo modo se per opera manifestat: & per illa, atque sedulam diligentiam, patet harum sanctarum mulierum amoris excellentia, & per ea quæ tibi desunt, conflat amoris fernor exiguus. ho. 16. nu. 11. ho. 38. nu. 27. ho. 42. num. 111.

XVII. *Valde mane.* Mirare fœminarum fortitudinem: quas nec tenebræ perterrent, nec militum retropellit cohors, nec mortui cadaueris contactus, ex quo patet, quod dum mulier pietatis arripit exercitium, virago sit ipsosque excedat viros: vt probatur exemplo ris lato à D. Hieron. hom. 26. nu. 31. 32. Et sicut quando se vitio tradit captiuam in peccata labitur nefandissima: ita similiter quando fortitudinis exercet actus, viros pudore confundit, robustissimos. hom. 38. n. 53. Et oppositè illam, quæ talis est, nominat Spiritus S. Gratiam super omnem gratiam. ibid. nu. 29. 30.

XVIII. *Valde mane veniunt ad monumentum.* Mulieres animosæ, quas nullus retardat metus, quæ merito viri nominentur, nam tales ita vocat Spiritus S. sicut etiam mulieres appellat viros sed languidos. hom. 8. nu. 48. & ho. 10. nu. 41. Nam in Dei vocabulario nomina imponuntur conformiter cuiusque operibus. ho. 18 nu. 15. & ho. 37. nu. 43. 44.

XIX. *Valde mane veniunt ad monumentum.* Hæ sunt, ita hæ sunt mulieres viragines, quas vani non terrent timores in iis quæ diuinū spectant obsequium, nec sunt tibi similes: quem in iis quæ mundum spectant, nulla retrahit formido, sed vel musica quoad virtutis exercitium, metus percellit. ho. 1. nu. 17.

XX. *Valde mane veniunt ad monumentum.* Tales animas requirit Deus suo famulatui, in quibus regnat amor: hic etenim foras expellit timorem, vt D. Ioanni credimus: & amor adeo feruens, qui illæ flagrabant, omnem illis ademit formidinem obscuritatis noctis, militum, Pharisæorum, & Pilati: nam tales postulat Deus milites: vecors enim animi ab eius demittitur exercitu. ho. 43. nu. 33.

XXI. *Valde mane veniunt ad monumentum.* Quid hoc rei, Dominæ, cur sic matutinæ proditis de domibus, nedum per ciuitatem, sed etiam foras? Quis dicet, qui tali vos hora viderit egredientes? Decet vt mulieres honestiores domi resideant, & quatenus illis tam quadraret solicitudo cōpedes illis Deus iniecit in sandaliis. Idcirco S. Pagina dum loquitur de domo viri dignioris eam vocat domū vxoris eius. Et quando Rebecca recepit ab Eliezer monilia sibi oblata, dixit quod subitò festinaret in domū matris suæ, hæc quæ annuerat parentibus suis nuntiatura. Dixit domum esse matris suæ, vt notat D. Augug. quia in ædibus primum habebant mulieres intus secessum quendam solitarum & hinc dicebant domum suam: quia in illo morabatur cum filiabus suis, nec inde egredirebantur. ho. 32. nu. 16. sed non est indecens vt prodeant ad opera pietatis insignioria ho. 32. nu. 14. vsque 19.

XXII. *Veniunt ad monumentū, orto iam sole.* Quomodo dicitur ad ortū solis, cū D. Ioan. dicat ad noctis tenebras exiisse? D. Petr. Chryso. opinatur illo die solem tribus horis solito citius illuxisse: quia nox & dies maximè sibi correspōdent, vt dixit Dauid: *Dies diei eructat verbum*, &c. Die Veneris elapso concessit nox diei tres horas, quibus tenebris suis Christi contegeret in cruce mortē: *Tenebræ factæ sūt ab hora sexta, vsque ad horam nonam.* Hodie ad declarationem gloriæ Resurrectionis Christi reddidit dies noctis tres alias horas lucis & splēdoris: vnde eo fine tribus horis festinior oriebatur. Alij dicunt, quod sol, de quo testatur Euangelista, quod ortus fuerit: *Orto iam sole*, Christus hic intelligatur, cuius progressus comparatur cursui solis: vt enim sol luminaris mundum, sub terra occidens se abscondit, ita deinceps clarus exoritur, ita & Christus. ho. 31. nu. 7.

XXIII. *Orto iam sole.* Aliorum est sententia quod iter suum inceperint valde mane, prauenientes aurorā, versus sepulchrum, sed prissimæ Mariæ gratia fixerunt visitando, illaque loca percurrendo, per quæ Christus tractus fuerat ad montem Caluariæ, & qualibet statione vel modico tempore hærebant, lugentes & lacrymantes iuxta illud Dauidis: *Dispersit domus eius.* Olfaciebant fasciculum myrrhæ qui super pectus inter vbera confortabat. ho. 15. nu. 2.

XXIII.

XXIV. *Dicebant ad invicem. Quis revolvet nobis lapidem?* Dominæ, cum de prudentia vos laudem qua ratione pergitis huius rei tantopere necessariæ omissa cura, quis vobis sit revoluturus lapidem: etenim indubitatum est, vobis huic vires non sufficere; & nisi tollatur, defunctum vngere non poteritis? Hæc est seruorũ Dei laudanda condicio, quod nullum eos remoretur obstaculum, sed sæpe bonum aggrediuntur opus, nihil de cetero solliciti diuinæ fidentes per omnia misericordiæ: Vere namque prouerbium loquitur: qui volet omnia considerare, numquam arabit, vnde si sic apud te argumentaris: quis faciet hoc? Et quis huic prouidebit? Et talia perpendere, cum D. Andrea, numquam inuenies quo des eleemosynam: ne precor hæc attendas, sed jacta cogitatum tuum in Dei potentiam vt David *Non cognoui litteraturam, introibo in potentias Domini.* h. 27. n. 50. usque 57.

XXV. *Quis revolvet nobis lapidem?* Ne tibi continuo difficultates ad virtutem bonumque obijcias. Confide in Deo: ubi etenim in necessariis subuenerit, quamuis enim Iudith gladium secum non tulisset quo Holofernem jugularet, ibidem illi Deus ipsius Holofernis gladium præparauit: Deus etenim pijs nusquam deest inuentionibus. O puella quæ Deo seruire cogitas, sed paupertate premeris: non hoc tibi remoram injiciat: *Quis revolvet lapidem?* Quis mea soluet debita? quis mihi famescenti ministrabit? hæc etenim prima est diaboli tentatio. hom. 5. num. 40 41. Ægerrime ferr hoc Deus quod opus aliquod pium ad eius honorem acturus, vel Satanæ munquerunt aturus perem deris: *Quis revolvet lapidem?* I i fide: tibi namque Angelum vt Danieli destinabit, & vt feeni bus mulieribus, sic & tibi faciet: nam *Inuenerunt revolutum lapidem.* Conceptum hunc attende, quem fuse prosequimur. h. 27. num. 3. & seqq.

XXVI. *Quis revolvet nobis lapidem?* Quoties nullas inuenimus difficultates, in iis quæ nostram spectant libidinem, cum tamen multæ sint, & oblatas vincimus sperando fidendoque Deo qui profundus adest necessitatibus, nos illæ detinent quæ in iis sese offerunt, quæ diuinum spectant seruitium, vt illi rem non committamus: & alia quæ continuax visceribus suis perseverat fides, quod si infirmetur Deus illi subueniet, graues tamen objcit sibi difficultates si pie vixerit, solicita semper & anxia inquirens: *Quis revolvet lapidem?* h. 27. num. 45. usque 50.

XXVII. *Iesum quæritis &c. surrexit.* Notatu digna sunt hæc verba, quibus discrimen inter Christum & ceteros exponitur. Honor vinorum durat vsque ad mortem, & sepulchro recondita finem accipit quidquid eorum gratia potest fieri. in Christo omnia opposite: nam in sepulchro terminatur eius opprobrium & abiectio, & ibi honor eius oritur & exaltatio. h. 31. n. 52. 53.

XXVIII. *Surrexit non est hic.* Declarat quod Christus dixerat: quod Pater cœlestis in se susceperat tuendam filii sui dignitatem: cum homines ignominiis vsque ad sepulchrum depressissent, Patri incumbebat filii sui honorem defendere per gloriam Resurrectionis juxta illud Isaiæ: *Ecce puer meus suscipiam eum.* ho. 35. n. 43. 44.

XXIX. *Ite, dicite discipulis eius.* Quid hoc Domine an mulieribus commitis vt Apostolis tuis prædicent? Et quidem mysterium adeo sublime, vt ipsum viri prædicantes innumeras sint experturi difficultates? Iuste equidem; fuerunt enim feminæ illæ viragines, & viri illi mulieres, dixitque D. Paulus, *in Christo Iesu non est masculus, neque femina*; hic etenim majorem ac meliorem habebit in Christo partem, qui se diguioribus præparauerit operibus. h. 21. n. 22. 23. Omnibus æqualis est debita ad se accedentibus dispositione; tam hunc arbor vitæ præfiguravit in medio paradisi à Deo constitutæ. *Et* sicut illud quod est in medio æqualiter distat ab extremis, vt exponatur quod Christus nobis ad bonum quantum est ex parte sua, tam vicinus sit pauperi, quam diviti, infimo ac sano, vulgari ac nobili, dicitur arbor esse in medio paradiso situata. Mitto hanc Philosophiam quam tractat D. Ambrosius. h. 21. n. 22.

XXX. *Et Petro.* Nominatim mittuntur ad Petrum. Veneror Dei misericordiam; illi namque qui turpius lapsus est, præstantiorem per mulieres mittit consolationem. Peccatum eius illius fuit speciei, quod D. Chrysost. dicit, non habuisse æquale. h. 43. n. 45. Huic qui Christum grauius offenderat gratia præstatur abundantior: vnde cum David cantare poterat Dei retributiones, quæ videntur *esse, vt æquitatis ordinem* hom. 41. num. 41.

XXXI. *Et Petro.* Tres illas devotas mittit potissimum Petro feminas; & ni fallor, respondent tribus illis ancillis Pontificis, per quarum os illum terrebat diabolus, hunc ne facile conceptum pateretur. h. 43. n. 15.

XXXII. *Et Petro.* Ecce quo Christus animo prodeat è sepulchro discipulos, scilicet ignoscendi peccatoribus, licet eum ingarint & abiurarint, si peccata sua defleant: hoc modo suam incipit immensam pandere misericordiam, cuius vexillum erigi vult in Ecclesia sua perpetuo, nedum verbis assertum, sed firmatum exemplis, hodierno præsertim: hic enim articulus nostræ consolationi est aptissimus. h. 18. n. 8. usque 14.

XXXIII. *Et Petro.* Domine quid te tam vehementer angit Petri solicitudo? Ad Ecclesiæ suæ solamen in qua constituit Petrum sui Vicarium, protestatur mutuum peccata remittendi, eratque tantus illi zelus & ardor, vt nisi per lapsum moderaretur, atque ex remisso peccato se reminisceretur, idque venia tanta à Domino facilitate obtenta, quis ad eum peccator accedere præsumeret? h. 43. n. 5. usque 10. Voluit illum docere Dominus: vt

qua mensura actum cum illo fuisset, eadem ipse cum aliis ageret mensura. Ibid.n.10.11.

FERIA SECVNDA PASCHATIS

VLTRA HOMIL. XLIX.

I. *Duo ex discipulis Iesu ibant ipsa die in castellum,&c* Luc.24 Fuit Christus verus sol, & sicut hic materialis oriens mundo crescit vsque ad meridiem, & deinde vergit ad occasum, subque terra mergitur, qui deinde resurgens lucem suam reuelat,& ascendit altius iterum vsque ad meridiem,ita Christus natus est vt Sol in Bethleem,& seipsum manifestauit, crescente eius lumine miraculorum & mirabilium, vsque ad meridiem,id est vsque ad resurrectionem Lazari. h.31. n.4. nam ex illo tempore se retraxit vsque dum sub terra reconderetur:porro resurrexit & denuo ortus est per resurrectionem, quæ fuit quasi noua quædam natiuitas, & seipsum cœpit variis manifestare apparitionibus semper in claritate accrescens: quanto namque sæpius se manifestabat, tanto lucem spargebat splendidiorem Primo tribus apparet Mariis deinde discipulis in particulari, postmodum decem, tandem vndecim simul congregatis, eoque modo erexit vsque ad meridiem: quando scilicet in monte Galilææ apparuit plusquam quingentis hominibus in vnu congregatis, argumentum hoc erat luce meridiana splendidius. h.48.n.17.18.

II. *Duo ex discipulis I su.* Mane rediuiuus apparuit mulieribus primitias illis concedens tanti mysterii præ sillas Apostolis quia viragines fuerunt. hom.48. n.18 Deinde illis apparuit fidelem se verumque ostendens. Vidit D Ioan.cœlum aperiri, equitemque prodire equo insidentem albo,id est splendido, cuius nomen scriptum in fronte gebatur: *Fidelis & verax.* Hodie prodit Christus de sepulchro, quod dici potest cœlum,cum esset in illo Deus,in equo candido corporis sui gloriosi:& hoc nomine hodie gloriatur: fidelis & verax: illud implens quod promissum fuerat Apostolis quibus dixerat:*iterum videbo vos,* & Iudæis signum exhibens in quo comprehenderet præcipuam p rsonæ suæ confirmationem. homilia 48. numero,2. vsque 7.

III. *Et ipsi loquebantur de iis quæ facta fuerant.* Pia de Magistro suo differebant atque de passione illius: talia oporteret vt essent vestra colloquia, & non ita vana & inutilia, quæ, vt jacturam temporis taceam, sunt otiosa si non sint perniciosa Considerat hæc vtiliter D.Be n. h.23.n.32. Serio perpende quæ misces colloquia, quando cum amicis tuis familiariter conuersaris:est etenim lingua venenum mortiferum. Ibid. n.25.vsque 3 . & laqueus malus:etenim in illum facilis est lapsus,sed difficilis exitus.Ibid.n.33.34.

IV. *Et Iesus appropinquans ibat cum illis.* Non vincit malitia Satanæ Dei bonitatem:illa cito accurrit quando te cernit vel loquentem vel tractantem quod tibi potest esse incommodo. hom.5.n.26.Semper attendens quem illi tribuas ingressum vel per verbum aliquod vel affectum;vel motum: qua de causa oportet te esse solertem. Non minori sedulitate Deus accurrit illo qui de ipso loquuntur,& iis quæ eius concentum obsequium. Ibid.n.28.vsque 31.

V. *Iesus appropinquans ibat.* Paulatim Christus ad illos accedebat, quia progreditur ad mensuram fidei, eorumque fides gressu procedebat lentiori,ac proinde & ipse passu tardiori ad vos accedit,quia talis est fides vestræ incessus;nam idcirco ad resuscitandum Lazarum pedetentim incedebat. h 21.n.27.h.27.n.37.

VI. *Iesus appropinquans &c. oculi eorum tenebantur.* Accessit Christus habitu peregrino ad illos, talem se præferens oculis corporis eorum, inquit D.Greg. qualis erat intus eis in anima: nam ex vna parte diligebant illum, & ex altera dubitabant, qui amabant, illos accessit, & quia dubitabant vt peregrinum se exhibuit. *Talem se eis exhibuit in corpore qualis apud erat in mente:* talis enim futurus est tibi Deus,qualem Deo fueris:ideirco dicitur speculum. h.37. n.15.16.& fusius.h.25.n.50.vsque 61.

VII. *Oculi eorum tenebantur.* Quomodo hoc factum fuerit,& Dominus operatus sit in oculis eorum explicatur h.10 n.18.h.21.n.62.

VIII. *Oculi eorum tenebantur.* Euenit illis quod multis, quibus in vrgente occasione diffidentia fidem obnubilat,etiam si adnodum sancti sint: habeo hunc conceptum vt vtilem.h.27.n.37.vsque 40. & de multis conqueritur Deus vt de Rege Asa. Ibid. n. 40. vsque 43 cum oppositum esse oporteret: nam ardor fidei Deo excitare deberet fiduciam,qua in justum sit habenda in Deo qui de illo credit quod fides docet, & qui tamen facit, inferri sibi credit iniuriam. ho.17.n.8 vsque 24.

IX. *Oculi eorum tenebantur.* Hoc sæpius cum electis suis agit Deus:quando namque videbatur quod in eis esset manifestandus, magis e contra abscondit accrescentibus angustiis, vt contigit Apostolis tempestate iactatis: etenim oculi eorum tanto obcecabantur amplius, quanto Christus accedebat propius, & quia incognitus accedebat, & velut phantasma. ho.4 n.42,vsque 46.

X. *Oculi eorum tenebantur.* Sæpe præsentem habemus Deum, & quanto nobis vicinior est, tanto oculi nostri strictius detinentur,ne illum agnoscamus: in Marthæ contigit:etenim numquam vicinior erat Christus, quam quando moriebatur frater eius: nam qua

gustus

jussus tribulationibus exercẽtur acerbioribus,eo adest illi Deus proximior:& tamen dicebat: *Domine si fuisses hic.*h.32.n.53. & h.36 n.53.

XI. *Qui sunt hi sermones ?* Domine, vt quid illos interrogas cum non ignores? vt manifestum fiat,totusque mundus videat fidei defectum quo laborabant discipuli,& hinc inferatur qualis fuerit eius mors, quam ignominiosa,vt fidem illorum turbare potuerit,qui in illa ita constantes videbantur,& te in illa confirmare quatenus intelligas huic mysterio fidem non fuisse adhibitam,nisi præuia multa confirmatione.h.27.n.32.& 40. Bonus est hic confessarius, qui multas præmittit interrogationes vt occasionem det qua ipsi cordis sui dubium proponant: & confiteantur, hoc modo serpens eruendus est tortuosus. h 25.n.89 90.

XII. *Tu solus peregrinus es,& non cognouisti?* Quam multi ex vobis hic existentibus hoc idem opponi potest,quibus verba Moysi conueniunt.*Vos vidistis quid fecit Dominus coram vobis.& non dedit vobis cor intelligens & oculos videntes.* Veneror hunc conceptum. hom 15.num.3.

XIII. *Quæ ?* Iam Domine non recordaris eorum quæ passus es nudiustertius manus tua interroga perforatas,&c.hic impletur quod Dominus de se dixerat sub symbolo mulieris parientis, quod cum pepent filium, jam non meminit pressuræ propter gaudium. Hic enim status est gloriæ nullus recordari molestiæ nisi in quantum potest huius memoria parere tristitiam; cum enim peccatum sit illud quod Sanctos illa potest efficere; quo illa sæpius reuocabunt ad memoriam,quatenus Dei misericordiam agnoscant,eo magis eorum obliuiscentur quoad pœnam. h 6.n.47.48.

XIV. *Quæ?*Optime recordabatur eius quod passus erat,sed vult vt ipse hoc referas, tuo hoc ore enarres, quo recepta ab eo recolas beneficia, quibus ad gratitudinem prouoceris: & illud ipsum de quo te ore jactas, te constringat vt nequaquam tantum offendas benefactorem: vt Iob dixit de hinnitu equi. h.3.n.40. & dicas cum Ioseph. *Quomodo possum hoc malum facere.*h.27.n.32. & h.41.n.33.

XV. *Quid?* Vult Christus vt illi ipsi referas, quod sui gratia tolerauit, ad tuam vtilitatem, & illi ipsi deuices, atque eo Patri suo hoc cœleste thymiama, in pulueren contusium.h.42.n.19.vsque 24.

XVI. *Quæ?* Desiderat, ne eorum obliuiscaris quæ sui gratia fecit, sed libtum conferbas memorialem, aptius multo quam Reges Persiæ, teque ipsum interroges: *Quid pro hac fide Christus consecutus est?* hom.42.num.24.

XVII. *De Iesu Nazareno, qui fuit vir potens.* Iam quam incipis manifestare modicam fidem, dicendo: quod fuerit vir potens, quasi jam non esset,sed exterminatus:aptioti verbo vsus est D.Ioan.*Erat.*h.19.n.37

XVIII. *Fuit vir potens in opere & sermone.* Ad hæc duo cuncta Christi reuocantur, verba, & opera, & ambo fuerunt efficacia: *Coram Deo & omni populo*: quinimo in oculis ipsorum inimicorum.hom.29. numero 2.

XIX. *Fuit vir potens coram Deo & omni populo.* Quam industrie Christum describunt: etenim primo fuerunt opera efficacia coram Deo eiusque obsequio & deinde coram populo:nam si prudenter velimus agere,primo nos coram Deo statuamus, atque in eum vt finem principalem cuncta dirigamus, vt postmodum ad gloriam eius ad oculos prodeant hominum, in primo illud implendo: *Ne videaris hominibus ieiunans*,in secundo illud: *Sic luceat lux vestra.*h.4.n.35.

XX, *Quomodo Principes nostri,&c.* Bene capiebant discipuli illi graue proditionis scelus, & peccatum Principum cum docendo, doctrinam & opera Christi esse Deo mundoque mirabilia, ob hoc ipsum tamen illum occiderunt: quod crimen illud fuit,quod in ipsis Pater eorum Iacob execrabatur, illos appellans: *Vasa iniquitatis bellantia* h.39.n.8.vsque 13. Nouerant igitur illi horrenda illa scelera, quæ perfidi Principes in Christum commiserant, & expresserunt, tanta tamen moderatione, vt de ipsis non detraxerint, non ipsos vocarint crudeles proditores.Deicidas:honorati etenim debent Superiores, licet peruersi sint: nec habet potestatem subditus verbis illis refragandi & irritandi.h 14.n.31. Si nequam fuerint, illos Deo committe: cum enim adeo sit alienum ab eius misericordia,carnificis munus obire, tamen propriis flagellum arripit manibus illos puniturus, quod nemo non admiratur. h.28.n.2.vsque 5.

XXI. *Nos sperabamus.* O quam insulsa hæc est ratio,quod spem omnem abieceritis, quam fixam adeo habere debueratis: quinimo tanto constantiores in eo esse vos oportebat: eo quod illum mortuum videritis quia sic eo.e prædixerat. Hanc Deus querelam pluribus obicit: quibus cum ratio subsit sperandi,spes illis elanguerat,sicut Regi Asa,& sicut illi Deus exprobrauit,*Stulte nimis egisti*,sic&his *O stulti.*h.27.n.43.& seq.

XXII. *Nos autem sperabamus.* Hic fuit eorum defectus, quod aduersitas superueniens spem illis abstulerit, dum statim non percipiunt remedium. Hoc Deum grauiter offendit,eaque de causa in Moysen & Aaron animaduertit, nec non contra te expostulat; qui subsidium in calamitate continuo non aduertens, in hæc prorumpis verba diffidentiæ; *Nos sperabamus.* Sperabam à Deo non permittendum,vt fame langueserem.O modicam fidem.h.27.n.8.vsque 12.

XXIII. *Nos sperabamus.* Defectus fiduciæ fidem infirmat;è contra.io fieri debebat;etenim fidẽ tuam debebat roborare fiduciã;& fides de Deo,qualem habes, spem in ipsum debebat erigere,juxta quod hæc te fides

docet, nam credere quod Pater tuus sit, ipsum oportet vt in te spem excitet, qua illi vt Patri fidas. h. 27. n. 16. vsque 24. & nu. 37. & sequentibus.

XXIV. *Nos sperabamus.* Hoccine vobis spem eripit, quod morientem videritis? imo hoc spem animare debuerat, sicut & carni suæ spem ingessit: *Caro mea requiescet in spe*, cum enim pro Deo pertulerit, in Deo sperare debet: & gravis res calamitates, spei tamen aperiunt latiorem. Conceptus est non leuis vtilitatis. h. 32. n. 23. vsque 27. & a Deo dat. tribulationem super tribulationem, est spem supra spem infundere, vt ait Isai. ib. n. 27. vsque 31.

XXV. *Et nunc tertia dies est hodie.* Ex ipsis verbis vestris condemnamini, vosque potest nuncupare stultos: si namque promisit se tertia die surrecturum, hic nondum elapsus est. Eandem ob rationem Prophetæ Samuel vocauit Saulem stultum, cum enim septiduo sperare teneretur, hoc nondum elapso, die vltimo spes illi defuit. O cor humanum, quam ægre te diuinæ committis prouidentiæ, h. 36. n. 30.

XXVI. *Sed & mulieres quædam.* Aptius & verius illas viros appellaretis & vosipsos mulieres: cum Deus ex operibus nomina imponat h. 17. numero 43. Et ita mulieres vocauit viros Ninuitas. hom. 8, nu. 48. & hom. 10. num. 41.

XXVII. *Terruerunt nos.* Quod illos lætificare debuerat perterret, illisque crescit inde anxietas, vndetoti debuerat: sic etiam Apostolis in tempestate contigit: nam *Erat cor eorum obcæcatum.* homil. 4. numero 42. & sequentibus.

XXVIII. *O stulti, &c. Nonne oportuit pati Christum?* Fatuos illos esse redarguit ex eadem ratione, qua D. Ioannem & Iacobum stultos appellat: quia credebant, quod in regnum suum esset ing. essurus nihil patiendo & stultus erit qui crediderit futuram sine pœna gloriam. Quia hoc non capiebant nonnulli ejus cognati in eadem quoque materia a vero aberrarunt. h. 36. num. 37. 38.

XXIX. *Nonne oportuit, &c.* Multo magis tibi exprobrabunt, quod stultus sis, si prærendas tibi sine passione tribuendam gloriam, cum talis danda non fuerit ipsi gloriæ Domino, atque ex illa propositione, quam Dominus de seipso dicit, collige quid de te habeas intelligendum. h. 15. n. 10. vsq. 14.

XXX. *Nonne oportuit.* Audis quam proprie Dominus loquatur. Non ait, quod non potuerit sed quod sic non expediret: quia si potestatem eius spectes, poterat vtique, sed medium ad gloriam suam & nostram conuenientissimum fuit mors eius. Hoc *Oportuit.* respondit illi. *Expedit* sententiæ Cayphæ. h. 39. n. 31. & Conuenientiæ moriendi Christum ibidem expenduntur n. 37. & seqq. de quibus etiam elegantes discurrimus sexto die Veneris Quadragesimæ.

XXXI. *Et incipiens à Moyse & omnibus Prophetis.* Veniebat Christus in S. Scriptura sicut Moyses in fiscella papyracea; h. n. fugillatim dissoluit, quo scilicet quis esset, manifestauit. h. 21. n. 16. 17.

XXXII. *Interpretabatur in omnibus.* Quam fuse sermonem Christus protrahit, & cum illis tarde proficitur, nam vt illis conferat beneficium, primo requiritur eorum fidem animare: sicut etiam idcirco dimisit eum Martha confabulatus est homil. 2. numero 17. nam fides eius in morte Lazari fratris sui elanguit homil. 33. numero 53.

XXXIII. *Venerunt ad castellum, & dixerunt: Mane nobiscum Domine.* Hanc oporteret nostram esse orationem perpetuam Deum deprecari, ne transgrediatur nosque deserat: sicut enim nullum grauius est malum quam Deum ab anima discedere eamque deserere: ita nullum maius est bonum quam Deum secum habere, nec eum discedere. h. 13. n. 5. vsq. 10. Imo & ipsi Gentiles Deos fucis clausis configebant, & catenis constringebant. ib. n. 15. Et hæc fuit illa lucta Iacob rogantis *Mane nobiscum Domine.* i. b. n. 20. Et videns quod eum Christus Iudæos relinqueret, eorum defecit insolentium. ib. n. 21. vsque 25.

XXXIV. *Mane nobiscum Domine.* Si vbi tantum peruanserimam hæsit, tantum contulit bonum, quid faciet si moram traxerit diuturnam h. 30. n. 13. 14.

XXXV. *Mane nobiscum.* Propria fini Quadragesimæ petitio: confidimus eum quod Deus ad vos per pœnitentiam intrauerit: igitur illum conseruate hospitem, hoc etenim est, iuxta Apostolum, salutem huius stabilem. h. 10. n. 44. & h. 37. n. 31.

XXXVI. *Finxit se longius ire.* Stratagemata sunt hæc diuina: Christus enim auidius cum illis manere desiderabat, quam ipsi cum illo qui hoc petebant. nihil etenim ita Deum recreat, quam morari diutius vobiscum, & numquam discedi nisi illum quasi stipendio per peccatum expellatis. ho. 15. n. 25. vsque 31. sed ille vsus est stratagemate, vt id quod in corde gerebant, fieret manifestum, ipsumque opus quod sua effecerat confabulatione; nam hoc modo tentat Deus, sicut D. Philippum tentauit. ho. 27. n. 32. 40. & seqq.

XXXVII. *Coegerunt illum.* Ecce quid Dominus intenderet vt videlicet actum hunc eliceret; quo nos doceat, inquit D. Greg. pauperes nedum esse ate inuitandos, sed etiam cogendos in domum tuam, vt faciebat Abraham, & primi illi Christiani Macedonienses. h. 1. n. 39. 40. fide viua credebant domum esse Dei si mitteret ad domum eorum, vel ejuitatem properes & mendicos. Discursus hic solida nititur Theologia. h. 25. n. 70. & seqq.

XXXVIII. *Cognouerunt eum in fractione panis.* Multi SS. arbitrantur, quod Dominus consecrauerit, eaque S. Synaxim porrexerit hoc etenim Phrasi S. Scrip-

tura

turæ significatur: *Manere in fractione panis*, qui est SS. Sacramentum, panis vitæ & intellectus, & Christum in se continet, veram mundi lucem: vbi namque illa dissipantur tenebræ, & qui illas de mundo repulit, ipse illas de anima tua exturbabit, si debita illum recipias præparatione. h. 33. n. 9. & seqq.

XXIX. *Et dixerunt: Nonne cor nostrum ardens erat in nobis?* Optime declarant dispositionem, quam Dominus in illis verbis suis operatus fuerat: nam ad moram Eliæi primo corpus puerili tale fecit, vitam ei largiturus: tu videris an tales in te producant verba eius effectus. h. 25. n. 83.

XL. *Nonne cor nostrum.* Habes hic quod dicit D. Paulus electis pijsque contingere: qui sæpe sibi persuadent se peregrinum hospitio excipere, & postmodum intelligunt Deum ipsum fuisse, vel Angelum alterum, vt videmus in S. Martyrio. Hoc enim ita disponit Deus vt intelligas, eius gratia fieri, quod impenditur pauperibus. h. 16. n. 13. 14. 15.

FERIA TERTIA PASCHATIS.

I. *Stetit Iesus in medio discipulorum suorum.* Luc. 24. Cecinit David solemnem Resurrectionis Dominicæ triumphum, declarans quis fuerit triumphator, quinam devicti, atque in cuius hæc victoria cesserit vtilitatem: atque de singulis particulare formatur argumentum h. 49. n. 2. vsq. 28. Porro singulariter hodie declarantur omnia; Christus enim fuit triumphator, nam idcirco arena illi remansit certaminis: & hoc significat verbum *Stetit*; Etenim omnes inimici eius prostrati iacent, ipse vero stetit h. 10. n. 16. Sed particularius exponitur quænam fuerit illa victoria: *Vt iusti epulentur & exultent in conspectu Dei*, quod in hac historia impletur: nam *gavisi sunt discipuli*, & comedit Dominus de pisce & fauo mellis, deditque eis vt coram eo vescerentur. h. 49. n. 26. 27.

II. *Stetit Iesus in medio.* Hic triumphum confirmat Salvatoris: dum enim inimici sibi persuadent iam actum de illo, gloriosus apparet, & tanta triumphans fortitudine vt *Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur*, Samson hunc præfiguravit triumphum. h. 49. numero 19. 20.

III. *Stetit in medio.* Gloria patet hic eius sepulchri quam prædixit Isaias: etenim morte de cunctis triumphante, ipse de illa triumphavit, & vbi prostrati iacent alii, ille exurgit adeo robustus, vt *steterit in medio* hom. 49. n. 10 & 16.

IV. *Stetit in medio, & dixit eis: Pax vobis.* Pleno ore pacem potest effere, quandoquidem vt mediator legitimus pacem inter Deum hominemque composuerit. Opus ab eo tantum perficiendum. h. 26. n. 5. 6.

V. *Pax vobis.* Secure potest pacem offerre: cum iam passione sua thymiama composuerit, quo pacem num pectus nobis itatum possit pacificare. homil. 41. num. 19. vsque 24.

VI. *Conturbati & conterriti.* Perterrentur alterius vitæ aliquid sentientes, vt contigit Daniheli ho. 6. n. 15.

VII. *Existimabant se Spiritum videre.* Iam illis idem contigit, dum Christus apparuit illis in mari tempestate laborantibus: etenim terrore percellebantur, credentes esse phantasma, & hoc sæpius in mundo contingit, vt veniens tibi ad salutem, te percellat ac si phantasma esset. ho. 4. nu. 45.

VIII. *Nolite timere. Ego sum.* Ratio ad consolationem sufficiens: cum enim adsit Deus non est quod timeamus, licet totus accurrat infernus. h. 4. n. 46. Si Deus tibi deficiat, te poterit musca subuertere. Hunc nota conceptum. h. 5. nu. 16. vsque 19. Et experti sunt Iudæi vt dixit Hieremias homilia. 13. numero 23. 24. Hæc fuit illa lucta Iacob. Vide quæ diximus hernia illa verba: *Mane nobiscum.*

IX. *Adhuc illis non credentibus, &c. Palpate & videte.* Sicut mysterium Resurrectionis Dominicæ supremum fuit omnium, & in quo probationem personæ suæ comprehendebat, necesse fuit illam manifestare. ho. 48. n. 2. vsque 7. quod & fecit multis modis & sæpenumero se reduitum ostendens, nunc his, nunc illis, & potissimum in monte Galilææ plusquam quingentis simul congregatis. h. 48. n. 17. & patenter ad oculum hoc confirmauit ex contactu manuum, eousque vt voluerit quatenus manuum digiti vulnera manuum lateriisque contrectarent: atque vt alteram adderet confirmationem, vlterius rogauit cibum, atque de pisce assato & fauo comedit mellis. h. 49. n. 26. & 27.

X. *Obtulerunt ei partem piscis assi, & favum mellis.* Optime modo meminit sed testis Tertull. producitur. homil. 36. numero 37. nec credideris te posse fauo mellis perfrui, nisi prius fel gustaueris amaritudinis. hom. 15. numero 34.

XI. *Hæc sunt verba, quæ locutus sum vobis, &c. Oportet impleri, &c.* Decreuit Deus vt quidquid Christus esset acturus, primo prædicaretur & signaretur per Prophetas, ad non exiguam fidei confirmationem. Hoc etenim est principale argumentum quo se promissum asseruit esse Messiam. h. 15. n. 21. Et ita præcepit Deus tanta sollicitudine scribi Prophetias, vt vemente Christo fieret in eo coniunctio, velut septem Pleyadum. h. 40. n. 34. vsque 37.

XII. *Aperuit illis sensum vt intelligerent Scripturas.* Ostendit se verum esse Moysen, qui in fiscella vepiebat papyracea. h. 21. n. 16. 17.

XIII. *In lege, psalmis, & Prophetis.* Habes hic de Christo mysterium: nam sicut fermentum tres illas fermentat mensuras, legem, psalmos, & Prophetas. ho.

15. nu-

15.num.20 Omnes illas compleuit impetu procedens amoris vt fluuius violentus & torrens Eliseï,qui cunctas impleuit fossas ibidem num.19.

XIV. *Aperuit illis sensum.* Scriptura liber est clausus:solus ille potest eum aperire:vt agnus librum signaru n sigillis septem.h. 21,nu.13.vsq.16.

XV. *Prædicari pœnitentiam in nomine eius.* Fuit hic aduentus sui finis, remedium peccatorum per pœnitentiam: etenim per illam remissionem obtinent peccatorum,illamque ita statuit vt nullum sit peccatum irremissibile.h.18.n.8.vsque 14.

XVI. *In nomine eius.* q.d. in virtute eius: quia illa tantum pœnitentia est salutatis, quæ fit in nomine Christi,& in qua virtus eius interuenit, quæ sola est Ecclesiæ Catholicæ.h.10 n.15.16.

DOMINICA IN ALBIS.

I. *CVm sero esset factum die illa, & fores essent clausæ,&c.* Ioan.20. Fuit hoc resurrectionis Dominicæ mysterium, omnium operum illius maximi opus momenti ad confirmandam de illius persona fidem,in quo argumentum eiusdem principale comprehendetur.h.48.n 2.vsque 7. Idcirco huius mysterii confirmationem instituit, quam potuit securissimam, quia vero respectu hominum visus oculorum est tutissima, manuumque contactus & verborum confabulationes, hanc effecit, perfecte apparens per quadraginta dies, idque ita multipliciter, vt aliquando quingentis simul appatuerit ,quos Resurrectionis suæ testes instituit. Ipso die Resurrectionis diuersis apparuit hominibus, & ad vesperam suis discipulis in cœnaculo conclusis, quod hodie celebramus ; similiter & illud quod elapso octiduo effecit, quando omnibus simul altera vice appatuit. homil. 48. numero 17.

II. *Cum sero esset die illa.* Domine, valde mane mulieribus apparuisti,& sero & quidem valde tuis appares Apostolis ; non capio mysterium. Numquid mysterium hoc feminæ potius spectat quam viros? Fuerunt feminæ illæ viragines & viri illi effeminati,quocirca manus inuertuntur.h.48.num.18.si fecissent illi quod illæ,etiam fecisset cum illis, quod cum his. Conceptus hic vtilis est.ho.21. n.34 Circa quæ puncta videantur quæ diximus in Pascbate.

III *Cum sero esset.* Tarde procedit & lente apparituras Apostolis : quia iuxta fidem nostram procedit Dominus & operatur.ho.27.n.32.vsque 40. fides Apostolorum lento incedebat gradu,tali quoque Christus ad illos processit,& ad te procedet.h. 2.n.27.

IV. *Cum sero esset.* Ad illos pergit Christus, sicut illi ad ipsum,passibus fidei, quibus teste Apostolo, ad Deum proficiscimur: *Per fidem ambulamus.* Erant passus illi in ipsis lenti & tardi, tales sunt & Christi ad ipsos:qualis enim illi futurus es, al s & ipse tibi futurus est.h.21.n.50.vsque 61. est etenim speculum,quod tale tibi apparet, quale tu illi homil.37.nume.15.16. imo ea de causa tam sero ad te venit & pedetentim, quia tali tu modo ad illum tendis, sicut patet in diuite auaro h.25.n.56.& seq.&fusius h.27.n.37.vs.45.

V. *Cum sero esset die illa.* Quamuis Deus procrastinet,ne fiduciam amittas:nam si tardet ad tuum desiderium, ad tuam non tardabit vtilitatem : quod si non venerit pro voto tuo,veniet quando fuerit ad gloriam suam expediens, tuamque vtilitatem: hoc enim est quod scriptum legimus ; *Si moram fecerit,non tardabit.*h.32.n.50.51.

VI. *Cum sero esset.* Differt succurrere tibi Deus, non quia tui oblitus est, sed vt tua increscant desideria, eiusque dona plutis facias : nota etenim est hæc propositio. *Desideria dilata crescunt.*h.9.n.26.

VII. *Et fores essent clausæ,venit Iesus.* Ianuis clausis intrat Dominus, corporis sui glorioso demonstrans qualitatem, & nominatim dotem subtilitatis qua potest & ipsos cœlos penetrare, non tamen illos dirumpendo ho.m.11.num.36 37.

VIII. *Et fores essent clausæ.* Residebant Apostoli ianuis clausis vel potius clausis foribus cuilibet consolationi,quæ poterat illos recreare: quia non aderat illis Christus : totaque Principum potentia contra illos conspirauerat. Negare Christum illicitum erat prodire in publicum illumque confiteri non audebant porro hæc ea est Dei misericordia,vt dum fores omnes videntur occlusæ,nunquam tamen illi concludatur:quinimo dum filii Israel in deserto nescirent cui nisi lapidibus,marum adiicere, illi tamen nulla clauditur ianua, cœlorum enim aperuit ianuam;& hoc nobis o mulier incipia pressa veniat in mentem, quando tibi velut Iob omnes fo es esse clausas ingemiscit hom.5,numero 31.

IX. *Et fores essent clausæ.* Seruite Domino, nec vos deserat fiducia,licet portas omnes remedio vestro obgeatis occlusas : non enim ita clausi derinebimini vt Daniel in lacu leonis non solum clauso,sed etiam signato,& nihilominus nulla facta sigilli ruptura, intrauit Prophera per aera ductus cibum illi administrans. Notandus hic est conceptus.h. 27.n.8.vs.12.

X. *Et fores essent clausæ.* Tuis o Domine promissi Apostolis, ne propter mortem tuam diffiderent, quod statim iterum adesses illis redituus : nunc post agoniam qua non modice ex morte tua contristabantur, quando te sperant resuscitatum, grauioribus te lugent opp essos aduersitatibus,quia denuo Iudæi illos persequuntur ,ita vt ad clausuram compellantur. Ita sæpe Deus electos suos excipitquando de tribulati-

de sperant auxilium, vt alia exerteantur acerbiori, ad fidei suæ probationem. ho.4.nu.42.43.

XI. *Propter metum Iudæorum.* Ne tibi persuaseris hoc sine causâ factum; non enim Deus procedit vt cœcus, sed passibus ad gloriam suam nostrumq; commodum dispositis. ho 32. nu.38. vsque 41. Voluit Dominus machinas euertere Iudæorum: nam ad obscurandam Resurrectionis eius gloriam, datâ pecuniâ copiosâ militibus, sparserunt in vulgus corpus eius à discipulis sublatum; perpende mendacium, cum discipuli vecordes adeò essent vt latebras quærerent nec se ianuis etiam clausis tutos arbitrarentur: quantò magis ad sepulchrum tenderent, à militibus circumseptum: Completa est Isaiæ Prophetia, quòd Deus diuitè & impios pro Christi sepultura destinaret: nam ex eo quod hic interuenit patet Apostolis fuisse impossibile corpus Christi furtim auferre. hom.49.num. 22. vsque 26.

XII. *Stetit Iesus* Audis oraculum Dauidis impletum de triumphali Christi Resurrectione. Quid postulas ô Dauid? *Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius, &c. insi epulentur & exultent in conspectu eius.* Ecce completum hic: *Stetit Iesus.* hom.49 num. 2.vsque 11. stat erectus in pedes tamquam de diabolo triumphator. ibid.num.11.vsque 16.& de morte. ibid.nu.16.& de Iudæis. ibid.num. 17.vsque 22.

XIII. *Stetit in medio discipulorum.* Communiter stabat Dominus in medio: in natiuitate in medio animalium, in templo in medio Doctorum, in morte in medio latronum & modo in medio discipulorũ ostendent, quod sicut medium æqualiter distat ab extremis, sic & Christus. Non illum tibi appropies quia nobilis es vel diues tantam etenim partem habet in illo plebeius & maximè pauper, & quisque habere potest qui voluerit. hom.21. nu.21.22.

XIV. *Dixit eis: Pax vobis.* Ad bolidem cadit ex ore Christi hoc verbum: quandoquidem ille solus possit offerre pacem, est enim mediator, quem Iob desiderabat: pacem compositurus. ho.26.nu.5.6.

XV. *Pax vobis.* Congruè nunc potest offerre pacem, cum bellum sit finitum, quod illi Pater inferebat nostris grauato seleribus, omnia in eo puniens mundi peccata Crudele bellum, quandoquidem illud suscipiens agoniâ passus sit adeò mortalem vt sanguinem sudauerit. ho.42 nu.105; vsque 111. Ita vt si Christum mortuum in cruce consideres, Pater respondet tibi cœlestis: *Propter scelus populi mei percussi eum.* Hoc est quod in illo Pilati: *Ecce homo,* & D.Ioan. *Ecce mulier.* Considerandum est. ho.38.n.121.122.

XVI. *Pax vobis.* Iam compositum est thymiama quo infensum Patris pectus mitigetur, vnde illo mediante tibi pacem offert. ho. 42.n.19.vsque 24.

XVII. *Pax vobis.* Habet hic quis fuerit finis corum quæ passus est, vsque ad mortem crucis; etenim omnia tibi profuerunt. Pax bonum est ita vniuersale vt bona omnia comprehendat, cuius symbolum est cythara quæ cordarum omnium requirit concentum. Audis hic quod Angeli eo nato concinerunt *Natus est vobis Saluator.* Quia quidquid egit & passus est, totum nobis cessit ad salutem, vnde dicere potuit Propheta: *Rex tuus venit tibi.* homil. 41. numer. 59. vsque 67.

XVIII. *Pax vobis.* Ecce Regem pacificum, qui nihil præter pacem spirat, mundi Monarchis valde dissimilem quos veluti turbulenti, brutaque ferocia designabant. ho.41. n.84. vsque 88.

XIX. *Pax vobis* Resurgens Christus Regnum suum à se conquisitum intrauit, non alios occidendo, sed ipse moriendo: Fuit enim vt tenerrimus ligni vermiculus; proinde hoc regnum ingressus, pacem offert quam vult Duces sui conseruent illæsam; Apostolo intelligo. ho.41. n. 88. vsque 93.

XX. *Ostendit eis manus & latus* Sit benedictus Deus qui verbis, operibus, & corde nos consolatur. Verbis dicendo. *Pax vobis.* operibus, manus ostendendo: corde latus demonstrando, quo significat omnia eius verba, opera & cor nobis fuisse emolumento. Non sic homines: nam aliqui bona illi proponunt verba, sed mala opera, quales sunt mali Christiani: alij bona proferunt verba & nonnulla bona opera cum Pharisæis qui ieiunabant dabantque eleemosynas, sed cor habent peruersum, similes Hyenæ Hieremiæ.hom.8. num. 35. vsque 39.

XXI. *Ostendit eis manus & latus.* q.d. Indicate an quid amplius vestri gratiâ facere potuerim, dicant illud hæ manus diris confixæ clauis, dicat illud latus lanceâ transfossum: *Quid vltra potui?* hom.17. num. 29. vsque 33.

XXII. *Ostendit eis manus & latus.* Dicit Euangelista quod etiam hæc dicens: *Pax vobis,* manus eis ostenderit & latus: *Pax vobis & cum hoc dixisset, ostendit eis manus & latus.* Hæc optima est verbotenus promissio: *Pax vobis,* quando statim illam manus latusque confirmant, hoc est opera facta ex corde: parum enim referunt verba hona quæ Deo das si illa destruant opera mala, & quando lingua cordi repugnat: opera flagitat Deus quæ verbis fidei tuæ conueniant: *Ostende fidem tuam ex operibus.* ho.37.nu.43.

XXIII. *Cum hoc dixisset, insufflauit, &c. Accipite Spiritum S. quorum remiseritis peccata, &c.* Sicut omnis eius passio & mors in eum finem collimârat, vt tolleret peccatum, continuò hoc perficit: si namque hoc factũ non fuisset, non videretur assequi illud, quod prætendebat: hoc enim est quod ait Propheta: *Hoc est omnis fructus vt auferatur peccatum,* proinde statim de hoc disponit. hom.35.num.7. & hom.38.num.99.

XXIV. *Insufflauit.* Dedit Deus homini animam diu no suo spiraculo, & quia hæc angusta est, denuo insufflat quasi nouam illi infundens animam sinu ampliori & corde maiori: hoc enim est primum quo fulgere debent Apostoli, eiusque ministri ad salutem peccatorum, cor nimirum habere ita dilatatum, & stomachum tam amplum, vt illos nec omnia mundi peccata perterreant: hoc D. Petro demonstrauit in illo linteo misso de cœlo, omnigenis animalibus pleno, cui dictum est, *Occide & manduca.* ho.38 nu.110.h.43. numero 10.

XXV. *Insufflauit.* Tribuere vult ministris pœnitentiæ, cor & animum amplissimum, ne abominentur, nec nauseam illis pariant, quantumuis horrendas viderent immunditias, nec fiant vt Pharisæi ita coarctati, vt dicerent peccatoribus: *Mundus sum, non accedas ad me.* hom.38.num.103.104.

XXVI. *Insufflauit.* Venit Dominus immutaturus spiritum veteris legis seuerum, in spiritum amoris. Legem illam condidit in flamma ignis, quo Moyses ipse terrebatur, spiritus verò Euangelicus suaui insufflatur spiramine de quo sic lego, *Spiritus meus super mel dulcis.* Sicut duobus declarauit fratribus Iacobo, & Ioanni. hom.41.num.37. vsque 41.

XXVII. *Insufflauit dicens: Accipite Spiritum S.* Considerandum hic quod notauit vates Ezechiel quod insufflando concessus fuerit spiritus & vita ossibus aridis atque exesis; nam tales videbantur fuisse Apostoli ex morte Redemptoris. Illum deprecare vt hunc tibi spiritum insufflet. hom.35.num.42.

XXVIII. *Insufflauit: Accipite Spiritum S.* Nunc mysterium intelliges lapsus D. Petri, voluit enim in eo spiritum occidere rigorosum, vt suum illi inflaret mitiorem; in ipso hoc operaturus quod cecinit Dauid: *Auferes spiritum eorum, & deficient, &c. Emitte spiritum tuum, & creabuntur.* Hunc discursum prosequitur D. Augustin. hom.41. num.8. vsque 12.

XXIX. *Quorum remiseritis peccata.* Summam hic laudat misericordiam, quâ fundat in mundo tribunal, in quo omnia peccata remittuntur. Dicrum fuisset nimis nos remittere ad tribunal cœleste, quando hoc eramus negotium acturi. Hic in terra erigit illud ita nobis propinquum vt dicere nunc liceat: *Ne dixeris, quis ascendet in cœlum, &c. Prope est verbum in ore tuo.* hom.19.num.60.vsque 64.

XXX. *Quorum remiseritis peccata.* Hæc est immensa Dei misericordia, quâ proponit in mundo virum qui peccata remittat. In lege veteri festum instituit Expiationis multis solemne ceremoniis, & hoc totum nulli alij rei congruebat, quàm rafricandæ memoriæ peccatorum. hom.1.num.5.6. Imò nec ipse D. Ioannis Baptismus eousque accedebat, nec ipse potestatem habebat remittendi peccata; & hoc quod inter natos mulierum negatum fuit maiori, committitur tot ordinariis Sacerdotibus, vicinis & amicis tuis. O quanta misericordia! Hic menti hæreat conceptus. hom.19. num.57. vsque 60.

XXXI. *Quorum remiseritis peccata.* Quis imaginari potuisset, quòd Deus hominum manibus potestatem traderet remittêdi omnia debita diuinæ suæ maiestati? & sententia remissionis quam homo in terra largitur, confirmaretur in cœlis: vt enim quid admirabile Deus Iob proponit: *Numquid nosti ordinem meum, & pones rationem eius in terra?* hom.18. num.15.

XXXII. *Quorum remiseritis peccata.* Perficit admirabili ordine prouidentiæ suæ diuinæ Deus, quod Spiritus S. exposuit: *Vnum contra vnum, & duo contra duo.* Diabolus multos in mundo habet, qui introducant infirmitates animasque grauent infirmitate & onere adeò difficili, quale pondus est peccati, vt omnem excedat loquendi modum. hom.42.num.13. & hi tot sunt, vt ad singulos passus illis occurras, sunt enim portitores qui te ad sepulchrum efferunt, similes illis qui Prophetam Ezechiel filiumque prodigum efferebant. hom.18 num.25.26. & hom.31.num.69. Ad finè coptosè ministros instituit, nempè Sacerdotes, quibus plenariam impertit potestatem, dicendo: *Quorum remiseritis peccata.* hom.14.num.34.

XXXIII. *Quorum remiseritis peccata.* Christi proprium fuit rempublicam instituere vt sint sancti, atque in ea se sanctificent. Quòd verò maximi ad hoc referebat, potestas erat peccata remittendi: hanc autem ipse concedit. hom.34. num.34.

XXXIV. *Quorum remiseritis peccata.* Præclara Dei misericordia, quâ nos meritibus non tradit Angelorum, qui mundi sunt & immaculati, sed hominum potestati, de quibus Apostolus: *Inquinatum habuit* hom.43 num.8. vsque 12.

XXXV. *Quorum remiseritis peccata.* Limites non ponit in peccatoribus, nec peccatis, quia nulli sunt; quilibet enim peccator remedium potest obtinere pro quolibet peccato: proinde perpende quanta sit hæc misericordia, cum nullum sit in terra peccatum remissibile. Donum est hoc tale vt multi fidem illi adhibere recusauerint: imò nonnulli sancti de eam conquesti sunt benignitate. hom.18 nu.4 vsque 12. Si nulli articulo sic fiduit Dominus confirmando quæ huic: ita vt primum quod Apostol. s iam à morte redimus proposuerit, hic sit articulus. ibid.num.13.

XXXVI. *Quorum remiseritis peccata.* Appositè quadrat hoc post passionē eius, cuius demonstrat benignitatem quæ tanta est, vt quantūlibet accrescant peccata in qualitate & quātitate, superent tamen semper infinities: etenim quantumuis magna sit peccatorum malitia, tamen finita est, merita verò Dom. Passionis sunt infinita. Hoc habeo ex D. Aug. h.15.n.18. vsq; 21.

XXXVII.

XXXVII. *Thomas vnus ex duodecim non erat cum illis, &c. Vidimus Dominum. Nisi videro, &c. Non credam.* Quo fine ô Domine tantum in dilecto tuo discipulo malum permisisti, ex quo possent verisimiliter argumentum sumere inimici tui, quo tuam non crederent resurrectionem? Ad magnum Ecclesiæ suæ commodum: non enim tantum pateretur malum, nisi magnum inde bonum eliceret. h.43.n.2.vsque 5.

XXXVIII. *Nisi videro in manibus eius, non credam.* O Thoma quam malum hoc est exordium velle videre ad credendum. Non est hæc via ad fidem, visio, sed è contrario fides ad visionem: *Nisi credideritis, non intelligetis.* Et hic error fuit Hymenæi, h.29.n.59.& Iudæorum, dixerunt enim: *Quod signum ostendis vt videamus.* Audi quid tibi consulat Sapiens *Custodi pedem tuum, &c.* h 14.n 12:

XXXIX. *Nisi videro, &c. Et mittam digitum, &c. Et manum meam in latus, &c.* Non meis fidam oculis nec mihi sufficiet si digitis illum contrectauero, nisi totam manum meam in vulnera eius misero. Ecce quanta cordis durities in discipulo tot præuento beneficiis. Exaggerat Euangelista D.Ioan.& omnibus suis describit circumstantiis cordis Thomæ duritiem, & peccati eius grauitatem, non vt Apostoli sancti hujus honori detrahat, sed ad Dei gloriam eiusque honorem: quanto namque clarius exprimitur grauitas infirmitatis, tanto magis extollitur virtus & experientia medici, & quanto quis profundius turpioribus immersus jacet peccatis, tanto gloriosior ab illis resurgit si diuinæ cooperans gratiæ ab illis se liberet illaque superet. h.38.n.23.& seqq.

XL. *Nisi videro in manibus eius.* Quam desperatus vitetur hic insitus: quandoquidem ea perat quæ toti mundo ita vitentur impossibilia; atque in sua sic contumax persistit intentione. Nihilominus hæc illi concedentur quatenus Dominus prægrandem suam patefaciat misericordiam, vt enim hominem creauit peccabilem ad ostensionem misericordiæ suæ, peccata permittit ita gratia ad magnitudinis illius expressionem, vt possit dicere D.Paul: *Vt ostenderet in me omnem patientiam.* h.18.n.2.3.

XLI. *Post dies octo iterum erant discipuli, & Thomas cum eis.* Certum erat ô Domine, te non permissurum, vt tibi hæc ouis de manibus raperetur, quodque dixeras æterno Patri tuo de illis quos tibi tradidit, neminem fore perdendum, nisi Iudam filium perditionis: Ecce Domine lupus infernalis alteram tibi surripit oviculam, quocirca velociter accurre illam erepturus. h.43.n.52.

XLII. *Venit Iesus iterum, &c, Dicit Thomæ. Infer digitum tuum huc.* Quanta potest huic misericordia comparari? Si Patris primogenitus obloquitur quia filium recipit prodigum accedentem, quanto murmuraret instantius si videret quod illum quæreret & delicijs demulceret manuum & lateris omnino singularibus? Vt video de hoc obloquuntur sancti.h 18.n.4. Quodque ab illo tempore Elias illum voluerit detinere ne Israeli misereretur sicut detinuit. Ibid. n. 59. & quando pluuiam largiri voluit, illum etiam cohibuerit, ob populi infidelitatem. h 24. n.41.

XLIII. *Infer digitum tuum huc, & vide manus meas & mitte manum tuam in latus meum.* Videntur hæc tibi verba dici. Vtinam vulnera manuum pedum & lateris eius perrimares, nec tibi sufficeret illa simplici oculorum intuitu pertransire: nam illis similis es quibus faris erat illa superficialiter inspicere.h.15.n 3. Viros vult Deus scrutatores.Ibid.n.4. & qui collationem instituant & hæc vulnera metiantur, in eis sua considerantes peccata: in capitis illius spinis tuam attende superbiam in manibus perforatis tuam auaritiam. Hoc quippe est digitos & manus in vulnera immittere, templumque metiri; quod Dominus dixit Ezechieli.h.15.n.6.& h.42 n.14. Hoc erat Sanctorum exercitium juxta D.Pauli consilium: *Hoc sentite in vobis.* Ibid. num.10.

XLIV. *Dominus meus & Deus meus.* Ecce quid Dominus intenderit confirmare sc.resurrectionem suam ita constanter, nempe visu oculorum, penetratione digitorum, manuumque contactu, ne dicat Iudæus, mysterium hoc creditum fuisse non præmissa debita confirmatione: nam in eum finem totum hunc actum disposuit.h 43.n.2.& seqq.

XLV. *Dominus meus & Deus meus.* Audis confessionem fideisane excellentem. Confitetur eum Dominum & Deum ex opere Deo proprio ad quod nullius nisi ipsius potest attingere potestas; nempe efficaciter operari in corde obdurato, illud in momento temporis à summo vsque deorsum permutando & inuertendo: opus hoc creationem cœli & terræ antecedit. hom.25.num.4.5.

XLVI. *Dominus meus.* Hoc igitur opus est Deo proprium vt Domino, operari in cordibus id quod vult, quomodo & quando vult, illaque transmutando, nulla tamen facta violentia.h.29.n 15.16. Et sicut D. Petrus ex hoc ipso cognouit Christum esse Deum, &c & D.Thomas.h.4 n.50.

XLVII. *Dominus meus & Deus.* Numquid aptius dixisses & honori Christi conuenientius illum vocando absolute Dominum, quo nomine declaratur esse Deus.h.2.n.28 29. Quare limitationem adiungis adeo stultam Dominii illius & diuinitatis, tibi tantum? latet hic mysterium quod D.Paulus intellexit de sublimi passionis mortisque Dominicæ Sacramento: cui vt pro debito grati simus, illudque magni faciamus, singulis est considerandum quasi sui solius gratia esset peractum & dicendum cum Apostolo: *Qui dilexit me*

& tradidit semetipsum pro me. h.42.n.2. vsque 5.& est hoc Sacramentum quod D.Ambrosius de vitulo sagginato proposuit.Ibid.n.7.vsque 11 & ni fallax hoc ipse Dominus amico suo promisit familiari: *Scribam super eum nomen meum, & nomen ciuitatis nouæ Ierusalem.* Nomen meum Iesus: quasi pro illo solo hoc assumpsisset, & pro illo solo cœlum creasset: hoc enim est: *Sic totum omnibus quod totum singulis.* Ibid.n.7.

XLVIII. *Quia vidisti me Thoma, credidisti. Beati qui non viderunt & crediderunt.* Non intendit Dominus dicere illos fore beatiores qui ipsum non viderunt resuscitatum & crediderunt, quales nos sumus:quia extra controversiam est quod nullus eorum qui posterior vixit Apostolis dici possit ipso D.Thoma beatior nam in confesso est quod Apostoli primitias acceperint donorum Spiritus S.vt dixit D.Paulus: sed solari voluit Dominus posteros, qui tristari possent eo quod ipsum in mundo non viderint,nec sors illa beata Apostolorum ipsis contigerit, quibus Christus ait: *Beati oculi qui vident, &c.* Beati fuerunt illi videndo quod viderunt, & nosipsi beati erimus non videndo], & fide viua credendo vt dicendum erit Dominica duodecima post Pentecosten ad illa verba: *Beati oculi qui vident.*

XLIX. *Multa & alia signa fecit Iesus quæ non sunt scripta in libro hac.* Christus cœlum est stellatum infinitis ornatum stellis, sed D.Ioan. iis tantum inhæret explicandis quæ maioris sunt magnitudinis quod sufficit ad intelligendum eius excellentiam. hom.32. num.1. 2.

DOMINICA II. POST PASCHA.

I. *Ego sum Pastor bonus.* Ioan.10. Sicut multa sunt opera quæ Christus facit in nostram vtilitatem nec declarari possunt vnico nomine, plura assumpsit & diuersa, quatenus quod vnum non potest, explicet alterum: vnum eorum est nomen Pastoris, quo sollicitudo proponitur quam gerit de animabus & quid pro illis facit.h.33.n.2.

II. *Ego sum Pastor bonus.* Ostendit Dominus quanti faciat animas, quandoquidem se earum statuat Pastorem:nam euidenter Rex ostenderet quanti faceret oues suas si non contentus quod illas commendauerit, & Pastores assignauerit curiæ suæ primates, sed ipse Pastoris officio fungeretur, ipse per auia & deserta illas quæreret,ipse sub dio quiesceret, ipse fatigaretur. Illas habet vt facultates suas primarias.h.22.n.56.vnde æque ac de facultatibus suis curam de illis suscipit. h.38.n.119. nec tanti Rex æstimat prouinciam aut regni sui ciuitatem, quanti Deus vnicam animam. h.20.n.3.4.

III. *Ego sum Pastor bonus.* Magna Dei misericordia seipsum Pastorem creare, imo & ouium suarum pascua quæ inueniunt in illum ingrediendo & egrediendo sicut ipse testatur. h.36.n.3.4.

IV. *Ego sum Pastor bonus.* Multi erant Pastores, sed mali, qui cum oues ducere debuissent ad bona pastua tutumque ouile,ducebant illas ad herbas venenatas,& dirigebant ad inferni præcipita. Hoc sponsa timens rogabat illum vt huic suæ necessitati subueniret. h.4. n.7.8.ad hoc venit ipse & se Pastorem statuit asserens pascua quæ daret esse salutaria, viamque in quam duceret esse tutam.h.33.n.39.Ducem se nominat ad cœlum,sicut erant Pastores ducesque ad infernum. Argumentum hoc vtile est. Ibid.n.42.vsque 46.

V. *Ego sum Pastor bonus.* Mundus in duos diuiditur greges ouium & hædorum, vnde duo sunt Pastores Christus & diabolus: vnus Pastor est vitæ & dicit via vita alter est mortis, diciturque mors Tu videris vtrum eligas.h.19.n.12.13.

VI. *Ego sum Pastor bonus.* Contraria obeunt officia Christus & diabolus:Christus Pastoris oues suas saluantis: Diabolus exterminatoris illas de termino diuinæ legis extrahentis & ab omni bono exterminantis:perpende vter te Pastor diligat. h.19.n.28.29.

VII. *Ego sum Pastor bonus.* Eo solo tibi dicit ad se spectare vt te ducat, vt Pastor oues, proinde si viam quæris aliam ab ea quam te docet,& qua pergit, ne dicere te aberrare: nam idcirco Pastor est qui *antecedit.* Nec alia tibi via patet nisi illa quam ipse inambulauit.h.15.n.10.& seqq.h.33.n.39.h.38.n.50.& seq.

VIII. *Ego sum Pastor bonus.* Accipit Dominus hoc nomen vt illud etiam traderet his quibus officium committeret curandi animas,quos voluit vocari Pastores, & ostenderet ex mente D.Hyeronimi discrimen inter vitam eorum & subditorum,quod tale esse debeat quale est inter vitam Pastoris & ouium, quatenus intelligas qualis oportet vt sit eius qui tale nomen sibi sumpsit. h.15.n.37. & seqq. idcirco peccauit D.Petrus ad ignem assidens cum plebe viliori h.43.n.39.40.

IX. *Bonus Pastor animam suam dat.* Ecce Pastoris officium quod non est sedere & lacte ac lana ouium frui recreare, sed pro eis laborare vsque ad vitæ suæ expositionem & intelligere id quod consanguineus dicebat Abimelech.h.15.n.33.

X. *Bonus Pastor animam suam dat.* Non te Pastorem creauit vt recipias, sed vt eroges; nedum bona fortunæ sed etiam sanguinem & vitam pro ouibus: hoc enim fecit bonus ille Pastor Christus,de quo Prophetam dixit ad Hierusalem vt exultaret, quia veniebat ad eius salutem,ipsis terræ Regibus insignior,quorum solia manibus sustinentur subditorum. hom.41.n.4. vsque 65.

XI. *Bonus Pastor animam suam dat.* Sic vere bonus est Pastor,nam quidquid habuit, ad salutem expendit ouium suarum.h.41.n.62.& seqq. Et fermentum com-

pos

posuit ex propria sua carne, vt oues suæ tanto lautius pascerentur : hoc enim declarauit Symbolo fermenti. h.41.n.68. vsque 71.

XII. *Bonus Pastor animam suam dat.* Considera pondus quod secum trahit Pastoris officium , & ad quæ teneatur , quod Mitra declarat dolorque D.Gregorii. h.15.n.37.vsque 43.

XIII. *Mercenarius fugit.* Dum videt periculum,qui non est bonus Pastor fugam cogitat:quocirca Christus quos Pastores designabat sic præmonebat:*Nolite timere eos qui occidunt corpus.* Pastor etenim formidolosus non est,cui oues suis conueniens , & magis nomen meretur mercenarii.h.43.n.33.

XIV. *Lupus rapit & dispergit oues.* Hæc prima est diaboli sollicitudo cui dispergat oues, vt de grege discedant,nam eo modo facile ei est quamlibet deprædari. Hoc desiderauit ipsa nocte passionis , circumuenire Apostolos oueisque illas dispergere: *Dispergentur oues:* cum enim earum bonum consistat ex maiori parte in vnitate fidei, Sacramentorum, & doctrinæ, huic totus incumbit diabolus vt illum in diuersa rapiat, & huic ab ipso mundi primordio semper inuigilauit hom.14. n.16.vsque 23.

XV. *Ego sum Pastor bonus, & cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ.* Vt coniicio declarat illud sponsæ: *Dilectus meus mihi & ego illi.* h.30.n.64. Sicut enim oues ejus curam habent , illique nec alteri intendunt, ipse similiter ita attente sollicitus est de eis vt nullius alterius rei quam earum videatur habere curam , & hanc præscripsit lectionem S.Catharinæ Senensi : *Filiæ cogita tu de me,& ego cogitabo de te.* h.27.n.12.& seqq.

XVI. *Cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ.* Esto securus,si namque oculos tuos in illum coniicias eius curans obsequium , suos in te coniiciet tuæ consulens vtilitati,vt animal Ezechielis,& dolenter patitur quod contraria te vexet sollicitudo.h.27.n.8.vsque 12

XVII. *Cognosco oues meas: cognoscunt me meæ.* Magnum continent hæc verba mysterium. Cognitio Dei eius est approbatio: dum oues suas cognoscit,esse possunt securæ;quod illis nihil sit defuturum,quandoquidem propter ipsas sollicitus , conseruare studeat in mundo etiam malos qui ipsum offendunt. h.27.n.19. vsque 24.

XVIII. *Cognosco oues meas , & cognoscunt me meæ, sicut agnosco Patrem,&c.* Nescio quomodo posset Christus maiori inuenire blandimenta quam hæc:facit enim cum ouibus suis quod cum ipso Pater : hinc dixit: *Sicut vivit Pater & ego vivo,&c. Qui manducat me, &c.* Et alias:*Oro Pater vt sint vnum sicut & nos.* Norunt omnes discrimen,verumtamen hac vtitur loquendi forma qua demonstret quo effectu diligat oues suas, quantumque illas cognoscat & ipsæ illum agnoscant: etenim certum est quod sicut illæ cognoscunt ipsum ipse cognoscet illas,& sicut curam illius habebunt, ipse quoque illarum habebit curam. h.25.n. n.50.51.vsque 61.Est enim Deus speculum vt sæpe diximus.hom.37. num 15.16.

XIX. *Animam meam pono pro ouibus meis.* Eleganter dixit D.Augustinus, *Dilexisti me Domine plus quam te,quia mori voluisti pro me.* h.9. n.48. Confundere & pudore erubesce , cum Deus tanta tui faciat gratia vt vitam suam exponat,tu totus incumbas quo diabolo mundo, carni,opibus honori, filiis impendas & superimpendas quidquid potes,& solus ipse sis pro quo omittis agere quod conuenit,nam te illa capiet maledictio: *Maledictus qui partem suam facit deteriorem.*h.27.n.54.

XX. *Animam meam pono pro ouibus meis* : Magna confusio quod tam modicum facias pro Christo: cum ipse pro salute tua & vita tantum fecerit, nec à te nisi facilia requirat , totumque tuum sit studium dæmoni famulari petenti à te quæque difficillima. hom.15. num.63.64.

XXI. *Animam meam pono pro ouibus meis.* Attende quantum oues huic debeant Pastori,cum quidquid habuit illis dederit, vt nec vitæ suæ animæque pepercerit. Optime quælibet harum ouium sibi verba hæc vsurpet Ioseph.*Dominus meus omnibus mihi traditis,& c quomodo possum peccare in Dominum meum* ? h.17.n.32. hom.45.num.14.

XXII. *Animam meam pono pro ouibus meis.* Hic licet considerare quanti faciat vnicam animam quandoquidem vitam suam tradiderit vt illam lucraretur, vnde non paruum æstimat obsequium , illi in hoc assistere & supremam censet offensam si quis vnam ex illis agat in ruinam. Nam quicumque hoc fecerit, in eum seuerus animaduertet vt Samson in Philisthæos. Ne conceptum hunc pratereas. h.22.n 57.& seqq. Et hoc erat argumentum D.Pauli vt tibi caueres ne alteri fieres offendiculo: *Pro quo Christus mortuus est.*h.30. n.22.Cui seruit,h.22. Quantum obligemur ad fraternam correptionem,saluti studentes animarum. h.22. n.2. vsque 9. Et hinc ô diues intelliges obligationem qua teneris pauperi subuenire tuas illi erogando facultates, cum Christus tanti faciat illum, vt pro illo sanguinem suum effuderit.h.16.n.11.

XXIII. *Alias oues habeo , &c. fiat vnum ouile & vnus Pastor.* Loquitur de Gentilibus nam D.Ioan. de aliquibus eorum dixit , quod haberet filios Deus per mundum dispersos , quos omnes in vnam Ecclesiam sub vno capite congregaret.Ex multis titulis sumitur vnitas Ecclesiæ , porro singulariter ex vno Pastore vt hic dixit Christus. Conceptus notatu dignus. hom.14. num.18.19.

DOMINICA III. POST PASCHA.

I. *Modicum & iam non videbitis me, & iterum modicum*, &c. Ioa. 16, Prænoscens Christus, ex mente D. Chrys. discipulos suos ex passione sua turbandos, illos præuenit cunctisque consulit, est enim diuina sapientia, de qua legimus: *Omnia prospiciens*, & ideo illis prædixit quid sibi nouerat euenturum, quod nempe modicum & iam illum non viderent, & iterum modicum & viderent illum: quia per hoc officio suo satisfaciebat quo fungebatur, mortendo, quo modicum illum non viderent, & illi, quod nobis expediebat à mortuis resurgendo, quo iterum modicum & viderent illum, & illi quod personam illius tangebat ascendendo in cœlum vt ibidem regnaret, & iterum modicum & illum non viderent. homil. 29. numero 4. 5.

II. *Modicum* Aperte prædicit quid sibi sit euenturum ostendens se Deum qui omnia nouit, oculosque habet ita lynceos: *Vt omnia nuda & aperta sint oculis eius* h. 15. n. 30. & h. 26. n. 40. & tamquam Dominus rectorque temporis. h. 35 n. 38. vsque 41.

III. *Modicum & iam non videbitis me.* Hoc dicit quia paulo post erat moriturus, & adhuc vnum modicum & videbitis me, hoc ait quia surrecturus erat & cum ipsis modicum futurus quadraginta scilicet diebus, quibus euolutis ad Patrem ascenderet: etenim in mundo omnia durant modicum, videre & non videre, dolor & gaudium, nec est quidquam magis ordinarium quam hæc vnius ad alterum commutatio, & hoc Salomon aduertit. h. 4. n. 26. vsque 29. h. 11. nu. 29. vsque 31. h. 41. n. 6 vsq. 9.

IV. *Modicum & iam.* Gaudium & mœror in mundo omnia modico durant tempore, & hoc facit ne tanti faciamus prosperos euentus qui in mundo finiuntur & facilius multo quam venti flatus euanescunt. h. 4. n. 19. vsque 26 Reprobos interroga, damnatos in inferno, tibique respondebunt: *Præterierunt omnia illa tanquam vmbra*, &c. h. 1. n. 47. & seqq.

V. *Modicum & non videbitis me.* Hoc ipsum præstat ne electi fatigentur à necessitatibus, quas norunt modico durare tempore, quocirca illas Apostolus dicit momentaneas, h. 16. n. 36.

VI *Modicum & iam.* Modicum tribulationis immittit Christus, nihilominus etiam adest modicam tribuens quietem; etenim hoc modo vita nostra tam figenda est, quandoquidem infirmitas nostra non semper sustinere valeat arcum intensum: vnde Christus Apostolis suis fatigatis ait: *Requiescite pusillum* sicut Abraham peregrinis: *Reficiatur cor vestrum, & postea transibitis*: Porro hoc ita fiat vt modicam tribulationem multa non sequatur quies, nec vnius diei ieiunium compenset sex dierum conuiuium opipare. h. 27. n. 5. nec præmitenda deliciarum inuentiones quas notat D. Chrysost. ex timore ieiunii: nam licet ex sententia D. Bernardi, caro non eo modo sit affligenda vt ad opera pietatis reddatur inutilis: tamen non quilibet nos retrahere debet timor, nec omittendum ieiunium ob minimum capitis dolorem aut vertiginem ex illo secuturam. hom. 1. num. 17.

VII. *Modicum etiam.* Tribuit nobis Deus modicum tempus, ne illud contemnamus, neve perdamus, & hoc iustos reddit sollicitos teque debetet etiam auxium reddere re inutiliter, vt facis, illud expendas h. 36. nu. 42. vsque 46. Insigne huius nobis dedit exemplum Abraham tempus non procrastinando ut dujon obediret mandatis quoad legem circumcisio is: quia enim mandatum esset tantum inferens dolorem, molestiam, vitæque periculum, quam primum diuinam cognouit voluntatem præceptum implere it, seipsum, filium suum Ismael, omnesque domest cos suos etiam vernas circumcidit: nullum etenim tempus perdendum est in Dei præceptorum eiusque legis executione. n. 45. eandem diligentiam & curam quam lucris tuis impendis, tuæ precor impendas saluationi & quando quidem ad illa tempus præuenias, vt lucrum reportes, tibique videatur quamlibet dilat onem, etiam minimam: esse permuosam: etiam tempus præuenias ad salutem tuam, nec ullum in ejus procrastinatione perdas, est enim multo damnosior in illis quælibet procraltin tio. Conceptum hunc formar D. Bernard ibid numero 44.

VIII. *Modicum etiam.* Diabolum excitat ad diligentiam quod sciat sibi modicum esse tempus: hos quoque tuam prouocet sollicitudinem, ne forte te velut in muscipula comprehendat ho. 36. n. 46. vsque 48. Caue tibi ne rapiat te mors in peccatis, quæ tibi diabolus reddit facilia, & incidas in manus eius tamquam in muscipulam, qui casei odore allectus facilem inuenit intro tum vt illum obtineat, sed illâ comprehenditur nec patet exitus: casus hic contigit Ægyptiis nam persequentes Israelitas illecti victoria, aquas ingressi sunt pelagi, eorum vestigia pone sequentes, quos Deus conclusit, illi vero ipsis comprehensi submersi sunt: & in eo ipso quod ad suam prætenderunt libertatem, mortem inuenerunt, Vt autem hoc tibi profuturet supplicium voluit Deus vt submersi & defuncti statim aqua s supernatarent, vt illos videas, & cognoscas, quod sicut illos Deus velut in muscipula comprehendit, in eo ipso quod assequi contendebant: ita tuis in peccatis comprehendet, nisi pœnitentia præuenias. Hoc argumentum lego apud Caiet. ibid. numero 47.

IX. *Nescimus quid loquitur.* Hæserunt Apostoli

eò quod Dominus dixerat: vnde cum illud non intelligerent, inter se per cunctari sunt quid verba illa Domini significarent. Dixit de se Christus quod Seminator esset cui proprium est seminare, & quamuis non statim appareat semen desuper irruente pluuia manifestatur: tale fuit quod dixit Christus Apostolis: etenim tunc non intellexerunt, sed decidentibus aquis Spiritus S. veritissimum esse compererunt. Multa vobis prædicamus, nec omnia capitis, de gaudio quo iusti tribulationibus afflicti perfruuntur, & in pœnitentis suis iucunditate. Si vos disponeretis recipiendo doctrinam illamque executioni mandando, dona Spiritus S. perciperetis & quæ diximus intelligeretis; vt contigit Arnulpho aliisque sanctis homil. 30 numero 48. vsque 51. Etiam cognoscis quod Deus in nocte tribulationis dare possit cantica lætitiæ in bono quod sub illis experitur ille qui eius amore illas sustinet. ibid. numero 48.

X. *Cognouit Iesus, quia volebant eum interrogare*, quos sua præuenit responsione. nam in illo se Deum ostendit, potissimum in declarando quod secreta cordium penetraret. homil. 41 numero 12. Penetrant oculi eius ipsas matris abyssos. hom 26. n. 40. Oculique eius lyncis superant visum. h. 15. nu. 30.

XI. *De hoc quæritis quia dixi vobis, &c. Amen dico vobis quia plorabitis & flebitis vos.* Cum iuramento affirmat illis futuru quod tribulationes parientur adeo crudas vt communiter oculi eorum lacrymis immergantur. Congruè hoc confirmat iuramentis: quia fidem videtur superare, quod amissos suos aduersitatibus examinet, suosque inimicos recreet prosperitatibus: verumtamen manifestum est hoc ita ab eo dirigi primò: vt suæ satisfaciat iustitiæ quæ malis compensat in hoc mundo vel modicum illud bonum quod agunt, & in amicis suis punit peccata etiam leuissima; conceptus notatu dignus. ho. 16 nu. 51 vsque 59. nec mireris graues amicis eius immitti calamitates, quia peccata venialia valde leuia etiam graues inducere possunt morbos & persecutiones. ho. 10. n. 21. vsque 31.

XXII. *Plorabitis & flebitis vos, &c.* Aduersum non spirat animum quod Deus electos suos persecutionibus premat & aduersitatibus, imo potius amoris est indicium, sicut nec eiusdem est terrenis eos perfundere voluptatibus: etenim illas suis communicat inimicis. Conceptus hic est solidus & vtilis. ho. 32 nu. 21. vsque 27. Hæc sunt talenta quæ illis distribuit quibus diuitias optat copiosiores. ib. nu. 27. vsque 35.

XIII. *Sed tristitia vestra vertetur in gaudium.* Hæc vestra erit beatitudo, qua tristitia vestra vitæ huius in gaudium conuertetur mortis, quando mundanorum gaudium definet in tristitiam. Magna nimis tua est amentia velle vitam ducere voluptatibus gratam, patiri & mortem. Comparandus es Balaam cum sis asinus caudam optas pauonis. hom. 37. numero 45. 46.

XIV. *Tristitia vestra vertetur in gaudium.* Hæc hic quod mundus non potest capere, nempe tribulationes & tristitiam istorum finire in iucunditate: quia in rei veritate nullum est in mundo gaudium quod illi potest comparari quod in sanctis resultat ex tribulationibus h. 30. n. 48 & seq. quocirca licet mundus aliter tractetur Paulum esse crucifixum, melius ipse iudicabat mundum esse crucifixum. h. 37, n. 73.

XV. *Tristitia vestra vertetur in gaudium.* Voluptas qua malus potitur in committendo peccatum illi vertitur in tristitiam ex remorsu conscientiæ quo premitur vt Cain & Nero, qui ob fratricidium dicebat, quod quocumque pergeret hoc semper illi occurreret & tremore percelleret. Et ille pariter latro, de quo Sophron qui cum puerum occidisset semper videbatur illum habere præsentem, etiam Monachatum professus vt iustitiam effugeret ita ut præsentia pueri imaginaria compulerit illum Monasterium deserere & manibus se tradere instituæ penitendum. ib. n. 54 hom 37. n. 53. 54. Et propter eiusdem animæ suæ turbationem. ib n. 55. & væ tibi si illam non sentias. ib. n. 56 & propter perpetuas acclamationes quibus a conscientia sua perturbatur. Hoc tribuo D. Augustino. ibid. num. 64 & experientia constat quod vt dixit D. Ioannes qui dicunt peccato, diabolus pariter intrat, quem a tergo sequitur infernus. h. 19. n. 13. vsque 18.

XVI. *Sed tristitia vestra vertetur in gaudium.* Oppositum sit electis. Quæ consolatio mulcet alium peccata sua confitentem & deplorantem: Iam nonnulla vitæ æternæ gaudia præhibat paceque fruitur de qua Paulus quod *exsuperat omnem sensum.* Hæc vtiliter fusèque declarantur. h. 37 n. 57. vsque 67.

XVII. *Sed tristitia vestra vertetur in gaudium.* Ne defleueris, monente D. Chrysost. iustos quos pati cernis [persecutiones & lacrymis effusos: hæc enim omnia vertentur in gaudium: quocirca tribulationibus attritis cum Isaia fausta apprecare. hom. 32. num. 41. vsque 45.

XVIII. *Mulier cum parit tristitiam habet.* Egregium sane symbolum eius quod fit in exercitio virtutum quo iusti laborent: nec enim dubitandum, quin dum pium conceperunt desiderium virtutis, mortificationis carnis remissionis iniuriarum, castigationis corporis, sentiant molestias & aliquando quasi partus angustias h. 1. n. 26. Totto vtiliter hæc omnia pertractant nec tibi similes de quo bene dicitur: *Venit ad partum & virtus non erat pariendi.* h. 10. n. 38.

XIX. *Mulier cum parit.* Adeo graues sunt partus dolores vt ad illos tolerandos necesse sit mulierem animare consideration eius quod complebitur desiderium adeo magnum quo feruet videndi filium tam natum, matremque se glorianditita cum acerbæ essen

sent aduersitates ab Apostolis sustinendæ, docet illos vt attendant quid inde eis prouenturum sit emolumenti, nempe totum Dei regnum eiusque gloria : hunc considera filium, est enim fructus bonorum tuorum operum, quæ auxiliatrice Dei manu peperisti sicut templum quod Ezechieli proposuit, & velut Abisag in ordine ad Dauid hom. 11. nu. 2. vsque 7. Præmii magnitudo alas boni subministrat. h. 12 n. 7.

XX. *Mulier cum parit.* Perpende quid ex his oriturum sit dolotibus, nam hoc illos reddet faciles toleratu, vt dixit Deus Dau di. homil 11. numero 7. vsque 12. hom. 12 n 12.

XXI. *Cum autem peperit, iam non meminit pressuræ propter gaudium.* Bene quidem recordatur mulier partus sui dolorum, sed non vt inde doleat, imo vero vt ex toleratis illis exultet: quamuis enim sancti recordabuntur aduersitatum quas hic passi sunt, sibi tamen recordabuntur ad gaudium, dicentque cum Dauide: *Lætatus sum in diebus quibus nos humiliasti.* Quinimo iam nec peccatorum reminiscentur ut inde torqueautur quia illa commiserunt, sed exhilarescent quia ipsa per pœnitentiam eluerunt. h. 6 n. 47. 48. Tanta pollet pœnitentia virtute vt sicut Baptismus peccata eluat, & peccator mutetur ex iræ filio in Dei filium, amicum & regnorum eius heredem atque socium Angelorum. Quando considerabunt sancti, quod per pœnitentiam suorum scelerum tanta consequantur de peccatis superatis per pœnitentiam bona, ex illis gaudio cumulabuntur particulari. Conuenit hic concepus ingenio D. Petr. Chrys. ab. n. 48. Sicut mali in inferno non recordabuntur suarum voluptatum, quibus in mundo potiti sunt vt aliquam ex illis hauriant voluptatem, sed ad nouorum cruciatuum incrementum, contemplantes effectum ita grauem ob causam adeo leuem & patet in ejuite ut ato. h. 16. u 46. vsque 49.

XXII. *Gaudium vestrum nemo tollet à vobis.* Declarat Dominus immensum gloriæ bonum quod erit æternum : nullum etenim gaudium potest esse perfectum si cum timore perdendi possideatur : nam hoc solum sufficeret ad tibi demonstrandum, quod bona hæc terrena gaudium non possunt impertiri propter incertitudinem qua laborant : quod si ventus vobis aquas adferat maris, flatus vitus illas vobis eripiet. homil. 4 numero 7. 8.

XXIII. *Gaudium vestrum nemo tollet à vobis.* Hæc ea est excellentia beatitudinis quod sit æterna. Gaudium erit purum nullis intermixtum doloribus. ho 11. n. 29. tantum vt melius dicatur, quod homo intret in illud. ibid. numero 31. vsque 34. Eritque perpetuum. ib n 38, & h. 12. n. 33. 34.

XXIV. *Gaudium vestrum nemo tollet a vobis.* Lamentis dignum est quantum homo laboris assumat vt quatuor aut sum lucrum obtineat, quod discursus mercatores & itinera perficiant: quod expensas & labores alius sustineat vt dignitatem quam venatur assequatur: & omnia venus sunt, sic ea vidit Daniel. h. 4 n. 9, & asseruit Salomon & descripsit Isaias, & Aman expertus est ibi. n 19. vsque 26. Cum ita sit quod ignores an obtento vna sis hora potiturus, & non ignorans quale sit quod speramus gaudium, nempe æternum, vix pedem moueas. Perterrebat S. Teresiam adhuc puellam & in primus suis principiis verbum hoc æternitas & mirabatur homines per mundum discurrentes prætensionibus occupatos adeo abiectis, quali. bus formicæ diffenduntur. Sapit hic discursus ipsum ingenium. h. 25 n. 92.

DOMINICA IV. POST PASCHA.

I. *Vado ad eum qui misit me, & nemo ex vobis interrogat me quo vadis.* &c. Ioa. 16. Primo Dominus verbis his demonstrat mortem suam esse voluntariam, etenim ipse ad illam vadit: circa quæ notanda sunt quæ diximus Dominica Palmarum ad illa verba: *Cum appropinquasset Hierosolymis, & venisset Bethphage* n. 13. vsque 23.

II. *Vado ad eum.* Secundo Christus mortem suam definit, non enim per eam deletur, sed transit ad æternum Patrem. Vide quæ diximus in Cœna Domini ad illud, *vt transeat ex hoc mundo ad Patrem.*

III. *Et nemo ex vobis interrogat me quo vadis?* Ne credideris mortem meam esse casualem, & oculis obuelatis me ad illam proficisci, vt non attendam quo pergam, imo illam habeo præ oculis : quia vado ad Patrem; hæc enim via est illo perueniendi, & si illi mihi præparetur, stultum esset si quis vellet ad gloriam Patris alia via peruenire. ho. 15. n. 10. 11. & quia Iacobus & Ioan. alio dinertebant, ipsos ad hanc reuexit viam ibid. n. 12. 13. hinc iusti tanti fecerunt aduersitates & labores vsque ad mortem crucis, considerando quo tenderent & hanc esse viam tutissimam. numero 14. 15.

IV. *Nemo ex vobis interrogat me quo vadis?* Ne arbitreris me ita stultum vt pergam nesciens quo, nam primum quod mihi propono, hoc est, & hoc est quod tibi faciendum esset : nam idcirco dum baptizaris, candidatum te crearunt id est cœli prætensorem. Argumentum hoc vtile est. h. 11. n. 9. 10.

V. *Quo vadis?* Mihi, dicit Dominus, non necesse est vt quis interroget quo vadam: scio etenim. An ergo Domine est qui vadat & ignoret, quo? Est vtique peccator significatus in portento Ezechielis. & iumentis Isaiæ, & vase Zachariæ. h. 18. nu. 25. vsque 28. & hom. 38. numero 31.

VI. *Nemo interrogat me, quo vadis?* Dominæ suppo-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

sto quod scimus quod vadis ad mortem, quid amplius inquirendum? Multum quidem, quia dum ad mortem proficiscor non est vt peream, sed vt regnem. Mundus hoc non intellexit, bene quidem ex merito D. Bern. latro crucifixus, etenim illum morientem cernens considerauit eum quasi ad gloriam proficiscentem. h. 44. n. 33. & hæc tua præclara deberet esse fides quod laborare, cruci ti & mori pro Deo non sit vitam terminare, sed ad illam pergere consequendam. Hæc est viua fides contemplari in tribulatione quietem, in paupertate diuitias & vitam in morte sempiternam homil. 18. numero 7.

VII *Sed quia hæc dixi vobis, tristitia impleuit cor vestrum.* Quia dixi vobis mihi abeundum esse, tristitia mœrorque cor vestrum inuasit, ita vt locum non dederit me interrogandi *quo vadis*, sufficiens ratio est supremam adferendi tristitiam colloqui de descessu Dei: qui si malum causa sit tristitiæ, nullum esse potest quod absentiæ Dei possit æquiparari. Cum populus ille esset adeo duræ cernicis, ad mortem vsque doluit audiens Deum à se discedere. hom. 13. nume. 56. Et grauissimum fuit Dei terriculamentum. ibid. num. 12. vsque 17.

VIII. *Tristitia impleuit cor vestrum.* Potest equidem fidelis contristari dum audit Deum abire, quandoquidem Ethnici intelligentes quod sine Deo viuere non possent, suos Deos cæteris alligarent. hom. 13. num. 17. & seqq. Iacob etiam Dei formidans absces sum grauiter indoluit lacrymasque fudit amarissimas. ibid. num. 19.

IX. *Quia hæc dixi vobis.* Non malum erat Apostolos contristari, dicente illis Christo quod abiret eosque deseret; quia iam experti erant quam male illis successerat ex eius absentia, & idcirco ægrè licet ipso præcipiente nauem ascenderunt, timentes ex eius absentia ab omnibus sibi bellum inferendum, sicut statim tempestas in illis sæuior insurrexit. ho. 4. n. 9.

X. *Sed veritatem dico vobis expedit vobis, vt ego vadam.* Domine hæc tua præfectio an tibi non cedit ad gloriam, vt ad dexteram Dei Patris sedeas gloriosus? vos dicitis sed quidquid illi profuit ad honorem, nobis decreuit ad profectum. ho. 21 n. 42. 43.

XI. *Expedit vobis.* Vado moriturus, & innumera susceptarus tormenta. Tormentum & mors mihi parabuntur, vobis autem manebunt vtilitates. Ecce hic illudi *Venit tibi* cum illo *Baiulans sibi crucem.* homil. 41. num 31. & hom. 58 num. 121.

XII. *Expedit vobis.* Non sibi commodum intendit nec lucrum, non enim ad hoc opus illi erat viam suscipere tam arduam, sed tibi, nam quia sic vitæ tuæ conueniebat, mortem assumpsit, O Regem insignem! quam apposite nobis annunciat Zachatias vt in eius gradeamus aduentu: *Venit tibi.* ho. 41. n. 59. vsque 65.

XIII. *Expedit vobis.* Bonus Pastor, qui suam non quærit quietem, sed ouium suarum vtilitatem, vsque ad vitæ expensionem pro earum salute. & tales sint oportet boni Pastores vt supra docuimus Domin. 2. post Pascha.

XIV. *Si enim non abiero, Paraclitus non veniet ad vos.* Habes hic effectum vnum mortis Christi eiusque in cœlum ascensus, nempè missionem S. Spiritus: sicut Angelus quem vidit D. Ioann. ascendens in cœlum sui corporis thuribulo plagis confosso, inde ignem altaris diuini misit in terram. Erat caro nostra corrupta, vnde ab illa Spiritus S. discesserat, Christus illam sua tamquam fermento fermentauit, quæ nos præparauit ad receptionem Spiritus S. vt efficeremur filij Dei. Conceptum hunc insignem attribuo D. Petro Chrysol. hom. 41. num. 68. 69.

XV. *Si enim non abiero, Paraclitus non veniet ad vos.* Fuerunt quam plurimæ conuenientiæ & vtilitates huius abscessus Christi per mortem de quibus fusè disputatur. ho. 39. n. 37. vsque 43. & supra sexto die xenaris Quadrag. sed potissimum sic expediebat vt nobis mitteret Spiritum S. qui sicut est Spiritus mundus, non venturus erat donec mundus à sordibus esset expurgatus, etenim hoc factum est per mortem Christi in qua omnia peccata velut locustæ in mari, demersa sunt. ho. 42 nu. 107. 108.

XVI. *Cum venerit Paraclitus, arguet mundum de peccato, quia non crediderunt.* Alludit Dominus ad fœdus initum cum illo populo, quòd Prophetam illi mitteret, &c. in quem nisi crederet debitum sumeret tali pertinaciæ supplicium. Hoc effecit Spiritus S. etenim mundum de hac redarguit infidelitate, illi declarans Christum illum esse Prophetam. h. 29. n. 38 39.

XVII. *Arguet mundum de peccato, quia non crediderunt.* Patenter fuit mundus de graui peccato conuictus incredulitatis, quâ laborârunt Iudæi: quia ad opera insigniora, & euidentiora miracula tantò fuerunt contumaciores: ita vt ob miraculum omnium supremum resuscitationis Lazari eum morte condemnârint qua de causa Iacob illos inscribit. *Vasa iniquitatis bellantia* hom. 39. n. 9. atque ex eo ipso quo tenebantur in eum credere tamquam in Deum in cruce illum suspenderunt. Sublimis est hic discursus. ibidem num. 9. vsque 13.

XVIII. *Arguet mundum, quia non crediderunt.* Patenter arguitur cordium illorum duities infidelium, cum ad talia opera tanta respondeant incredulitate: sed etiam in de peccato conuinceris, quandoquidem cum tali fide, talia facias opera. Discursus hic meretur memoria retineri. ho. 34. n. 43. vsque 47. Peccatum est quod Deum ad sudorem compellit vt eius probat sanctissima imago. ibid. num. 47.

XIX. *Arguet mundum de iudicio, quia princeps huius*

huius mundi iam iudicatus est. Consundet mundum in iudicio eique magnam exprobrabit iniustitiam, quia cum ipse Diabolum mundo expulerit, ipse iterũ tribuat illi ingressum. Venit filius Dei diabolum mundo eliminaturus quem tyrannicè possederat. Hinc frequentissimum fuit illi miraculum quo Diabolum de corporibus eiecit indicium fuit hoc quod potissimum præerenderet illũ animabus expellere. h.19.n.31. deuicit illum & de mundo exturbauit, omnes eius confringens vires, ita vteum iam sancti habeant contẽptui. h. 5.n.8.9.20. Et hanc victoriam potissimum per mortem suam & resurrectionem obtinuit. Nota conceptum. h. 49.num.11. & seque: hoc supposito quæ potest grauior inuenire proditio gubernatoris, quam si electo per Regem de castro inimico, illud denuo tradat perfectè inimico: hoc enim est quod agis per peccatum in quo Diabolus sicut in equo suo ingreditur. hom. 19. num. 15. & seq.

XX. *Arguet mundum de iudicio*. Illos Deus suo iudicio condemnat: non enim proderit tibi ratio quam proferes, quod diabolus ad hoc te coëgerit. Imò nec olim hanc Deus excusationem admittebat vt legitimam, quia numquam potest Diabolus vim liberæ inferre voluntati, & nunc quidem multò minùs cum vires eius confractæ sint: itaque magna est illa tua desidia quâ te ab illo superari permittis, vnde & merito te deridet dum illi ingressum concessisti, vt dixit pijssima Esther & indicauit Isaias. ho.41. n.55. vsque 59. ligatum illum detinet Christus, maior non potest infirmitas dari, quam qua te vinci pateris ab inimico ligato, & morderi à cane catenis innexo. hom. 5.num.8. vsque 11. ho.49.nu.11.

XXI. *Cum venerit Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem*. Audis hic nomen Spiritus S. nempè spiritus veritatis, quo sic vocatur, quia quidquid tractat, veritas est: contrarius est Diabolo, qui Spiritus mendax est & fallax, atque in hoc cognoscès vter in te spiritus maneat, virum spiritus Dei an Diaboli. Hic discursus spirat vtilitatem. homil. 37. numer. 52. vsque 55.

XXII. *Cum venerit Spiritus veritatis*. Ecce cur Ecclesia dicatur: *Columna & firmamentum veritatis*. hom. 14.nu.10. & *Ciuitas veritatis*, quia eam viuificat Spiritus S. qui Spiritus est veritatis, vnde errare non potest in eo quod docet & præcipit. h.14.n.9.h.31.nu. 50. Ineffabili tribuendum hoc est Dei misericordiæ, quod securi simus in eo quod credimus & operamur. ho.14.n.7.vsque 15. Cum figura sit mysterij incarnationis præcipui inter mysteria fidei, visio rubi quam Deus Moysi ostendit, præcepit illi vt calceamẽta sua dissolueret: quia in S. Eloquio calceamenta deponere significat quietum esse & pacatum. Vt intelligamus quod in mysteriis fidei tota debemus quiescere securitate, firmoque pede in illis consistere nostrumque sedare intellectum. ibidem numero 12.

XXIII. *Cum venit Spiritus veritatis*. Vocat Spiritum S. spiritum veritatis: ipse namque est qui vitam tribuit veritati. Corruit veritas vt mortua, qualem illam describit Isaias & præfigurat vxor Leuitæ in foro dedecori exposita. ho.34.nu 41.42. Vires non sunt in hominibus quibus spiritum illi tribuat & vitam vt resurgat, quia omnes timent, illisque accidit quod illi qui luctatur cum vrso, & qui vnas premit: idcirco requiritur Spiritus S. eiusque virtus, vt adiuuet vitam insufflans huic veritati: quinimò quia tam modicæ viget hic Spiritus, etiam modicâ viuit vita veritas, & collapsa languescit. h.36.nu.49. vsque 52.

DOMINICA V. POST PASCHA.

I. *Amen dico vobis, si quid petieritis Patrem*, &c. Ioannis 10. Primum hoc statuitur in domo Dei principium, quod Deus sibi seruientes & adhærentes non deserat auxilio destitutos, sibique vertit dedecori si quis in hoc illli diffidat. hom.27.numero 8. vsque 12. Poterant Apostoli pati molestiam, quod qui Christum secuti fuerant eique seruierant ab illo desererentur ipseque abiret: sed huic succurrit Dominus hac data promissione, quâ illis seculam tradit proprio suo nomine subsignatam ad æternum suum Patrem. traditque claues omnium suorum thesaurorum, nempè orationem, qua sufficienter instructi sunt, & contra omnes inimicos armati. hom.9. num.4.

II. *Amen amen dico vobis, si quid petieritis Patrem*. In remedium omnium tribulationum reliquit per orationem refugium ad Deum. Nostram nouit ipse infirmitatem cui ita familiare est, vt recurrente tribulatione, etiam viri sanctissimi in ea langueſcant, vt vidimus in Abraham, Moyse, & Apostolis. hom. 27. num. 40. atque ideo punijt Moysen & Aaron. Historia notatu digna. ibid. num. 10. 11. quam vt excitet st. atagema quoddam cum Apostolis suis edidit, fingens tumultum vel impetum inimicorum, & communiter debilem reperit confidentiam, cum autem illa tanti referat vt oratio suum sortiatur effectum, nobis hoc tribuens remedium, pariter nostram animat fiduciam. Primo verba sua iuramento confirmans, quod est teste Apostolo omnium maximum quod Deus præstare potest, quo promissum suum certum efficiat, & iuramentum hoc duplicat dicens: *Amen Amen*, quæ formula iurandi illi frequens erat. hom. 44. num. 48.

III. *Si quid petieritis Patrem*. Secunda fiduciæ ratio hæc est, si ad memoriam reuocemus beneficium nobis præstitum, quo Patrem suum nobis concessit in Fi-

in Patrem. Quis filius non tota fiducia recurrit ad patrem? Discursus hic est D. Bern. h. 42. n. 83. & seqq.

IV. *Si quid petieritis Patrem.* Merito de nobis Deus conqueritur quod cum nos admiserit in filios, minus illi fidamus quam quilibet patri suo filius. Propter electos qui sunt filii eius creauit mundum eumque sustentat, quanto magis poterunt illi filii confidere. h. 27. n. 19. vsque 24.

V. *In nomine meo.* Tertia spei sit illa. quod quanto possumus amplius diffidere, nosipsos nostraque opera considerando, tanto magis fidere nos oportet propter merita Christi adeo efficacia vt infinities pluris valeant, quam quidquid à Deo postulare possumus & sicut expendit D. Aug. illa effecit nostra h. 32. n. 26. & seqq.

VI. *In nomine meo.* Valde inermes nudique ad rogandum accederemus, si nostra tantum merita proponeremus, sed roborant nos Christi merita, etenim illa vult à nobis repræsentari. h. 32. n. 36.

VII. *In nomine meo.* Stulte fecit Pelagius prætendens licitum homini esse ad Deum proprio nomine accedere. h. 9. n. 17. Imitemur fratres Ioseph ad ipsum accedentes in nomine patris sui Iacob. h. 29. n. 43.

VIII. *In nomine meo.* Summam hic nota iustitiam summæ permixtam misericordiæ. Meritis Christi debetur ex iustitia quidquid in ordine ad Patrem suum æternum potest postulari: nobis autem Pater nihil debet nisi pro peccatis supplicia. Christus largitur nobis ex misericordia sua merita, illa Patri proponens quibus ex rigore iustitiæ debetur præmium. h. 39. n. 37. & seq. idcirco ex iudicio D. Ambros. oramus eleuatis manibus, Christum crucifixum eiusque merita repræsentando. h. 42. n. 79.

IX. *In nomine meo.* Hoc est illud nomen adeo potens vt omnis illi obediat creatura, cordis humani redarguens duritiem, quod solum illi recalcitrat. h. 3. n. 22. vsque 27. Verumtamen sicut Pater æternus illum cognouit clarius quam omnes, & hoc nomen Iesu in diuino eius fuit formatum intellectu, tanta valet apud eum auctoritate vt teste D. Chrys. Pater illum reuereatur. h. 42. n. 82.

X. *Si quid petieritis.* Ecce remedium quod Christus suis reliquit cuilibet occasioni opportunum & quo nos doceat illo potissimum vti ut ad Patrem recurrendo, & orando ad quodlibet magni momenti negotium. hom. 26. n. 8. 9. 10 Similiter instante iam passione sua. Ibid. n. 11. & alia quoq; occasione satis periculosa, qua erat eligendus in iudicem. Ibid. n. 12. vsque 14.

XI. *Si quid petieritis Patrem.* Omni, quod tibi occurrere potest, remedium præbet oratio, hæc omnis tristitiæ datur consolatio h. 42. n. 68. vsque 71 hoc medio vsi sunt electi; rationes hæ sunt proficuæ. i. n. 71. & 72

XII. *Si quid petieritis Patrem.* Obijcere potes sæpe tribulationibus oppressus vsus sum hoc remedio, sed sine remedio. Dubium hoc propositum fuit D. Bern. & multa continet responsa. h. 42. n. 95.

XIII. *Si quid petieritis.* Si dixeris quod postules & Deus te non audiat, respondet D. Iacob quod male petas. Primo: quia Deum affectu non diligis filiali, nec reuereris vt patrem, sed habes vt inimicum, atque ad illum accedis statim à peccato cum Pharisæis quos reiecit grauiter, que confudit: nota conceptum. h. 8. n. 11. vsque 15. h. 9. n. 14 & seqq. Primo cor filii erga patrem suum proferto: nam idcirco verbum hoc Dominus apposuit: *Si quid petieritis Patrem.* Et hoc tibi deficit, cum honorem illius non protegas. hom. 28. n. 56. vsque 61.

XIV. *Si quid petieritis Patrem.* Secundo non tibi subuenit Deus, quia eo modo tecum agit quo tu cum illo & illo tibi subueniente, tu non agis quod ille à te postulat, idcirco ad illum recurrens quod flagitas non obtines: hæc D. Chrysost. hom. 9. n. 25. h 42. n. 93. Deus speculum est, & talis tibi erit qualis tu illi. h. 25. n. 50. & seqq. & h. 37. n. 15. 16.

XV. *Si quid petieritis Patrem.* Tertio Deus Pater tuus est & desiderat vt accedas ad illum & cum illo moreris, sicut Pater lætatur in filio suo, & nouit quod si cito postulatis annuat, illico discedas, eumque deseras. Hæc tribuo D. Bern. h. 9 n. 26. & D. Chrysost. h. 42. n. 96. Oratio aroma est suaue fragrans gratumque Deo cuius vt odore reficiatur sæpe moram trahit: huius memento conceptus. h. 9. n. 27. vsque 30.

XVI. *Si quid petieritis Patrem.* Nota verbum. *Quid* quod in Metaphysica significat aliquid quod habet subsistentiam, & hic intelliges quare Deus te statim non exaudiat, quia non postulas aliquid quod habet subsistentiam: nam petitiones tuæ non nisi terrena sapiunt, quæ tam modicæ sunt essentiæ vt vento comparentur: ita dixit Dauid & experti sunt Salomon & Aman & Isaias per bullas aquarum explicauit h. 4 n 19. vsque 26. apte iudicauit S. Theresia quod hominum curæ & formicarum coincidant. h. 2 5. n. 92.

XVII. *Si quid petieritis Patrem in nomine meo:* aliam rationem dat D. August. cum enim nomen eius sit Iesus id est Saluator, illud tantum in eius nomine petitur quod ad veram tuam spectat salutem, & sæpe non solum illi non conuenit quod petis sed etiam tibi quod pateris est salutiferum h. 24. n. 27. vsque 31. ita expertus est D. Paul ex cuius exemplo doctrinam hauriunus admirabilem proposito conformem. Ibid. n. 31. 32. & latius h. 42. n. 96 97.

XVIII. *Petite & accipietis* Aliam rationem assignat Dominus quare nos Pater non exaudiat, quia multa indiget oratio perseuerantia, tu vero confestim ab oratione fatigaris. h. 9. n. 34. & seqq. & prosequitur eleganter D. Ambros. h. 42. n. 90. vsque 94.

XIX. *Petite.* Domine: quo nobis modo est petendū?

Nihil amplius dicit quam *petite* : non enim vult nos Deus reddere sollicitos de componendis orationibus Rhetoricis : etenim sufficit vnum *Domine adiuua me*. Conceptum hunc lego apud D. Chrys. h.42.n.94.

XX. *Petite & accipietis*. Non dicit Dominus quod accipietis id quod petitis : quia sæpe vobis hoc non conuenit : sed certum est quod accipietis, si non hoc quod quæritis, hoc saltem quod expedit. Ita subtiliter D. Bern. hom. 42 n.95. & ita expertus est D. Paul. Ibid. n.97. & patuit in Chananæa, cui respondit in via virtutis. h.9.n.31.

XXI. *Petite, vt gaudium vestrum sit plenum*. Dixit Apostolus quod multoties ignoremus quid petamus, & sæpe quod ardentius postulamus minus nobis expedit. Si scire desideres id quod absolute licet petere, hoc est quod Dominus ait, *Vt gaudium vestrum sit plenum*. Quod significat : diuinam hic petite gratiam, vt postmodum eius gloriam assequamini : quia non potest cor gaudio pleno perfrui nisi per diuinam gratiam : nam peccatores secum potius infernum deferunt portatilem, vt fuse declaratur. h.37.n.55. vsque 67. Vide quæ diximus Dominica præcedenti ad illud : *Tristitia vestra vertetur in gaudium*.

XXII. *Vt gaudium vestrum sit plenum*. Effectus hic est diuinæ gratiæ in ipsis tribulationibus gaudium excitare ita plenum vt in medio illarum dixerit Apostolus : *Plenus sum gaudio, repletus sum consolatione*, quod Arnolphus Monachus declarauit. h.30.n.48. vsque 51. Mundi gaudia nulla sunt perfecta, quia nõ satiant. h.a 5.n.77. Dei vero perfecta sunt. 1.n.84. & h.27.n.72.73

XXIII. *Et gaudium vestrum sit plenum*. Hæc tua esse debet continua petitio, vt Deus gaudium tibi plenum largiatur, id est suam beatitudinem, cuius bona dimidiata non sunt, sicut terrena, sed satiant appetitũ h.11. n.27. & sq; 35. gaudium plenũ, quia anima totũ possidebit Deum, qui solus illam potest replere. h.12.n.24.25.

DIE LVNÆ LITANIARVM.

I. *Quis vestrum habebit amicum, & ibit ad illum media nocte, &c.* Luc. 11. hanc vnam inter præcipuas Christus doctrinam proposuit in classe sua discipulis quod si remedium vellent omnibus aduersitatibus vniuersale, per orationẽ recurrerent ad æternum suum Patrem : porro cum nostra sit illi nota infirmitas, quod tribulationibus pressi statim fiducia langueamus, singulariter illam studuit animare, tantaque nostra est pusillanimitas, vt etiam tot fulti rationibus in confidẽdo deficiant plures alioquin sancti, quales fuerunt Abraham, Moyses, & Apostoli h.27. n.40. vsq; 45. qua de causa ita grauiter Deus excanduit vt ob eius defectum Moysen & Aaron morte mulctauerit. Ibid. n.10. idcirco nos docens vt per orationem confugiamus rationibus hoc nobis confirmat, quibus in hoc Euangelio spes nostra erigitur.

II. *Quis vestrum?* Nostras Deus petitiones exaudit illisque tanet juxta viuæ fidei mensuram, & quia hæc deficit in nobis, tam raro quod petimus, obtinemus h.2. n.27. h.27. n.38. ideo docet nos Dominus modum quo petamus, præsertim fiducialiter : est enim certa clauis qua Dei pectus aperitur, & arma cõtra inimicos & opus est scientia & his & illa vtendi. h.9.n.4. sq.

III. *Quis vestrum habebit amicum?* Primo vt orans habeat effectum requiritur vt Deum habeas tibi amicum & per consequens mundam conscientiam : etenim jam olim dixit tibi Dauid : *Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiet Deus*. h.9.n.14. & seqq.

IV. *Quis vestrum habebit amicum?* Antequam Deum accedas ineunda tibi est cum illo amicitia, præparanda anima tua, ne sis quasi tentans illum similis Pharisæis : huic conceptui inhærendum, hoc num. 9. vsque 13.

V. *Quis vestrum habebit amicum?* Esto prius amicus Dei, voluntatem tuam illius submittendo, & secundo esto quod si tu ad illum vt ad verum confugias ipse cum, ipse tibi vt talis subueniet, quod probatur mirabili exemplo Moysi & Eliæ. h.24.n.39.40.41.

Quis vestrum habebit amicum? Notum est Aristotelis axioma quod nomen amici est relatiuum, & natura relatiuorum ea est, vt hoc ad illud referatur sine illud ad hoc. Nec dubites; quod si enim respectu Dei leges custodias amici atque vt talis ad illum confugias, Deus illas tibi quoque seruabit, atque vt talis tibi succurret : nam talis tibi futurus est qualis tu illi fueris. Solide & vtiliter hæc doctrina proponitur h.1. n.50. & exemplis confirmatur in Abraham. Ibid. n.51. in Dauid & Lot. n.56. & seqq.

VII. *Quis vestrum habebit amicum?* Perpende Domini misericordiam, qui vt tuã roboret fiduciã, Deum vocat amicum tuum, cum tamen ita superior sit, vt consideratã Dei naturã, infinities minus dicere possit quod tuus sit amicus, quam hoc dicere posset vilissimus seruus in ordine ad Regem suum. Nihilominus ex corde vult vt illum appelles amicum quatenus perfecte illi fidas : quia prima lex amicorum hæc est, omnia ita habere communia vt tamquam tua habere possis ea quæ sunt amici tui, & tibi de illo quod de tuipso promittere. Ne timeas nisi tu huic amicitiæ legi beneficias, quod Deus illi deficiet. h.32.n.45. & seqq hæc enim causa est cur Deus pactum cum anima sanciens, ipse juret, nec tamen ab illa exigat juramentum. hom. 45. num. 25.

VIII. *Quis vestrum habebit amicum?* Ore pleno tibi Dominus concedit vt eum voces amicum : talis enim fuit realiter, post se relinquens amicitias ita celebres apud gentiles Piladis & Orestis, &c. Si hoc ar-

mo vo-

mo volueres, qua non facilitate aduersa tolerares cum illo qui amicus tibi fuit adeo syncerus? hoc lego apud D. Bernard. hom. 42. num. 28 29. Amicus ita verus vt non tantum tui gratia moriatur, sed tanta quidem cordis alacritate vt cantando ad mortem festinet. h. 42. n. 25, 26. Conceptus hic debetur Bedæ ibid. n. 27.

IX. *Et ibit ad illum media nocte, dicens,* &c. Media nocte accessit ad illum hospes, & primo decreuit ædes pulsare amici sui, licet intempestæ noctis silentio. Docet Dominus quo respectu Deum veneremur ad illum recurrendo primo omnium, qualibet nos vrgente necessitate. Hoc faciendo Dauid saluatus est, & non faciendo Saul interiit. h. 26. nu. 8. vsque 11. & hoc Deus fert ægerrime quod ad illum aduersitatibus contriti non recurramus, nisi prius alia multa tentauerimus, & ad illum postremo confugimus. Discursus hic meretur notari. homil 32. numero 7. vsque 11. eam ob rem puniuit Asa ibid numero 11. & seque: idcirco dixit illi Hanani, *Stulte egisti*. h. 27. n. 45.

X. *Ibit ad illum media nocte.* Media nocte supervenit hospes qui illos reddidit anxios. Tempus etenim mediæ noctis tempus est maximæ quietis, quando *Solet sopor occupare homines*, & significat Dominus quod ordinarie contingit, etenim dum aliquis minus cogitat, inexpectata aduenit illi calamitas, & infirmitas, imo ipsa mors: quod etiam Dominus nobis in memoriam reduxit per parabolam de virginibus, vt paratæ essemus: etenim media nocte dum minus cogitant superuenit sponsus & dormientes inuenit; vnde desiderat vt perpetuo vigiles. homilia. 36. numero 46. vsque 49.

XI. *Ibit ad illum media nocte.* Aliud contemplor hic mysterium quod Dominus nos docet, nempe ad orationem requiri quietem mentisque tranquillitatem quam media nox conciliat: etenim ipse oraturus secessit à discipulis suis, quid tibi faciendum, ad quem aduolant passeres, qui te in oratione perturbent sicut Abrahamih. 42. n 73. vsque 76.

XII. *Ibit ad illum media nocte.* Opportuna est hæc hora qua recurras ad Deum, unde illam Ecclesia frequentat, dum media nocte religiosi surgunt, vt notauit D. Chrysost. homil. 43. numero 12. his conformiter legendus est D. Bernadi discursus circa sponsam quæ nocte tempore in lectulo suo sponsum quærebat. h. 42 numero 76

XIII. *Amice accommoda mihi tres panes.* Ni fallor incongrue loquitur: cum enim amicorum sint omnia communia etiam quæ sunt majoris momenti, tamen dicit. Accommoda mihi tres panes. Meo iudicio notabat illum vt auarum, non enim dicere debuisset: Accommoda mihi, sed da mihi tres panes. Christus sapientia est diuina & verbis iltis altissimum exponit mysterium: cum enim ita sit quod Deus verus sit amicus, atque vt talis non tibi accommodet sed omnia bona sua largiatur: nihilominus ostendit quod illos det quasi accommodato, quatenus te compellat vt accommodato conformiter illi respondeas: cum ita sit quod illud quod tibi accommodauit, & hoc quod illi retribuis, totum tibi cedat ad emolumentum. Diuinæ bonitatis eius perpende conceptum. h. 17 num 34. & seqq.

XIV. *Accommoda mihi tres panes.* Accommodatos dicit quos tradit panes: etenim sciat Christianus quod eo modo sint ab eo exigendi reditus illius quod illi datum est, ac si fuisset accommodatum: si namque illos non refetat, referet cum ficu infructuosa maledictionem, & cum Rege Balthassar condemnabitur. hom. 17. numero 36. 37.

XV. *Accommoda mihi tres panes.* Non ait da mihi illos absolute sed cum onere illos reddendi velut accommodatos; sicut talenta quæ seruis suis tradidit, non illa tradidit absolute sed accommodato, vt illis negotiarentur, quamus illis omnia proficerent. h. 17. n. 36. porro dicit quod lucrum exigit velut ab alienigenis quod verbum D. Greg. expendit: & omnia eo fine vt ditiores euadamus, cum omnia nobis sint remansura hom. 15. numero 42.

XVI. *Amicus venit de via.* Perpende qua hora peregrinus adueniat, quando minus de illo cogitat peregrinus hic denotat tribulationem, infirmitatem, & inopiam: non enim illam considerare debes vt inimicum sed amicum: quandoquidem ad tuam veniat vtilitatem, quinimo ea intentione à Deo tibi mittitur: nec enim casu venit sed à Deo dispositа h. 30. nu. 26. seq. & declarat vtiliter cum aliis Sanctis D. Chrysost. h. 32. n. 38, vsque 41. & hoc intendit Deus vt de lecto voluptatis tuæ ac delitiarum assurgas: cum alius non sit modus te apprehendendi, tibique contigit quod onagro. h, 9. n. 10. vsque 14.

XVII. *Et non habeo quod ponam ante illum.* Si quid sapio, non loquitur ad rem conformiter illi quod Dominus intendit: hic etenim amicum suum accedens suam illi aperuit necessitatem: quia nec amicus sciebat quis veniret nec defectum quo premebatur: Deus autem omnia nouit, videtque omnia: vt quid ergo necesse est ad illum recurram & sigillatim illi meam aperiam necessitatem? Primo vult Deus, vt tu ore proprio tuam fatearis indigentiam, & oculis ipsam rite consideres, quatenus dum illi subuentum fuerit, cognoscas tibi de manu Dei venisse remedium: has etenim confirmationes solebat Deus instituere in præclariorib; suis miraculis, sic notat Abulensis. h. 32. n. 75. Ita probatur in miraculo fecisse quinque panum h. 27 n. 27. vsque 32. & in resuscitatione Lazari tam diu enim distulit vt illam omnes viderent & cognoscerent ho. 32 num. 48. 49.

XVIII. *Amicus meus venit de via & non habeo.*&c vetum eſt Deum non latere quod tibi calamitas aduenerit,& rerum inopia premaris, verumtamen deſiderat vt ad illum confugias, eamque illi manifeſtes ac ſi illam ignoraret, ad propriam tuam conſolationem eiuſque gloriam.h.32.n.35.h.42.n.71.

XIX. *Et ille deintus reſpondeat. Noli mihi moleſtus eſſe*,&c.*non poſſum ſurgere.* Conſiderat D. Petrus Chr. quod ex modo quo Dominus repræſentat illum amicum,atque ex eo quod reſpondet: *non poſſum ſurgere*, poſt ianuam haberet lectum ſuum in ſignum ſollicitudinis ſuæ, quodque quietem ſuam non perturbaret qui ad portam adueniret: imo potius hoc ipſum in lecto ſuo paratum quietumque reddebat, præclarum declarando myſterium. Primo: quod quamuis Deus in lecto requieſcat gloriæ ſuæ cum ſanctis ſuis vt dicat: *Pueri mei mecum ſunt in cubili.* Tamen ita proximus eſt ad audiendum ac ille qui retro ſtat oſtium expectans a quo vocetur, etenim vere cecinit Dauid. *Prope eſt Dominus omnibus inuocantibus eum.*h.10.num. 10. Secundo vt declaret Deo nullam adferri moleſtiam ab iis qui fores eius pulſant: ſi namque hoc ita foret, cubile ſuum in loco ſtatueret interiori & ſecretiori: imo potius moleſtiam patitur (ſi fari ſic liceat) eo quod ad eius non pulſemus ianuam, nec poſtulemus, atque de hoc,noſtro loquendi modo,patitur agoniam h.8.n.5.6.vt ait Iſaias: *Aporiatus eſt,quia non eſt qui occurrat.*h.28.n.28.& h.37.n.17.

XX. *Pueri mei mecum ſunt in cubili*, quam prope ianuam ſuum collocat cubile, tam prope ſuum etiam habent filii qui in eadem domo morantur. Stupeo myſterium, primo quod Sancti eadem qua Deus gloria perfruantur, diuina nempe eſſentia, vt tibi pateat diuina cum illis magnitudo.h.12.n.24.25.& h.41. n. 63 64. Secundo: denotat quod ex induſtria ſecum habeat Sanctos paratiſſimos vt nos exaudiant, quaſi poſt ianuam: quia dato concilio illos habet quatenus pro nobis intercedant,quorum interceſſione & medio nobis ſua conferat beneficia.h.24.n.43. nam hanc ob cauſam optime proferuntur orationes in quibus per litanias illos inuocamus,& expediens foret vt al quos haberes particulares quos præ ceteris venerareris ib. nume o 41.

XXI. *Noli mihi moleſtus eſſe.*&c. *Dico vobis ſi perſeuerauerit pulſans, dabit illi quotquot habet neceſſarios.* In hoc fundat Chriſtus noſtræ in Deum fiduciæ rationem per orationem, ſi mirum fiat perſeueranter: ille quamuis amicus,ægre tulit quod alter tali hora perturbaturus venerit, quæ hora erat illi quietis, & non procedens vi amoris inductus ſed paſſus ex moleſtia violentiam, de ſtrato ſurrexit paneſque poſtulatos & neceſſarios erogauit: quanto maiori fiducia tibi eſt recurrendum ad Deum amicum ita verum,vt nedum illi moleſta non ſit tua petitio ſed etiam moleſtiam non poſtulans,illi adferas.hom.8,numero 4. Non ſolum non pariunt illi preces noſtræ faſtidium, imo potius nulla illi placet ſuauior harmonia,nec cordi ejus paſtillus ſapit fragrantior.h.9,n.26.vſque 30.

XXII. *Noli mihi moleſtus eſſe.* Quamuis ille ſtomacharetur, eo quod alter tempore quietis petiturus appelleret,tamen ob factam ab illo inſtantiam, tantum vt illum a ſe repelleret, ſurrexit præbuitque illi neceſſaria: quanto magis hoc de Deo credendum, qui nullam habet horam importunam, inſuper ſemper aſtat expectans ſi quando veneris oſtium eius pulſaturus.ho 36.n.40. Perpetuo expectat accedentem; & conqueritur atque anxiatur (date verbo veniam) quod non accedas nam idcirco clamat ad te Prophetæ,*Expectat vos Dominus.*h.27.n.17.18.& ait quod ex improvidentia tua fatigetur quia ipſo te expectante, tu non accedas ibid.n.19 vſque 22. atque illa torqueatur pœna (nemo me reprehendat) quam deſcribit Iſaias: *Aporiatus eſt.*h.28 n.28.

XXIII. *Dico vobis ſi perſeuerauerit pulſans.* Hoc poſtiſſimum intendit Dominus vt Deum rogeſ animo ita conſtanti,& perſeueranti ac ſi per illum obtinere deberes illud quod prætendis, & quando tibi non reſpondet,ſuadeo tibi inſiſtendum.ho.9.nu.34 vſque 36.37. Conformiter expendit D. Ambroſius quod Dominus ait vt vim faciamus cum Chananæa *Fermauerat in precibus.* Talem conceptus hic meretur auctorem.h.41.n.91.vſque 94. vbi proponitur exemplum aliud a Domino de iudice iniquo.

XXIV. *Si perſeuerauerit pulſans.* Admirabile exemplum legitur de Chananæa: cum enim illi Chriſtus diceret non expedire petitionem eius impleri, tamen perſeuerans obtinuit. Tertio Chriſtus clauem retexit, ad primam eius petitionem obmutuit ad ſecundam reſpondit: *Non ſum miſſus*,&c. Ad tertiam: *Non eſt bonum*,&c. & quanto ſæpius claſem circumagit tanto perſeuerat illa conſtantius, atque illis aſperitatibus creſcit illi fiducia iuxta illud: *Spes in tenebris.*hom.42. 36. vſque 43.

XXV. *Si perſeuerauerit pulſans.* Nemo melius nos doctrinam hanc Chriſti quam ipſe Chriſtus docet poteſt: cum ipſe tertio perſeuerauerit in oratione,præſcius tamen non faciendum quod petebat, & quanto certius hoc illi conſtabat.tanto *prolixius orabat*,hom 8. numero 35.36.hom.42.nu.93. Conceptus hic optime D. Hieron.conuenit.

XXVI. *Ita dico vobis,petite & accipietis.* Petite ſicut hic. Domine,quibus ergo verbis oraturus accedam non aliis quam ſimplici petitione eius quod neceſſarium eſt,non doctas ad hoc inquiren Rhetoricas ſed ſicut Anna, eſt etenim oratio cicadæ,de qua Dauid. homil.42.numero 92.

XXVII.Pe-

XXVII. *Petite.* Ne cogitaueris efficaciam orationis consistere in multorum verborum compositione, sed in brevibus & rectitudinis, quales fuerunt postulationes Magdalenæ & Marthæ. Non enim Deo placet pipiens hirundo. h. 32. nu. 20 h. 42. n. 94.

XXVIII. *Petite & accipietis.* Non ait Dominus: recipies quod petis, sed indubitanter accipies, si non illud quod postulas, illud saltem quod tibi conducit, vt vidimus in D. Paulo, imo & in ipso Christo. h. 42, numero 95. & seq.

XXIX. *Petite & accipietis.* Si Deus tibi non concedat de tribulatione leuamen & de morbo salutem quam requiris virtutem eius diuinam accipies, hoc enim est quod Psalmista canit. *Respondit et in via virtutis.* h. 9. numero 30, 31.

XXX. *Quis vestrum patrem petit panem?* Nostram animat fiduciam dicendo, Deum amicum nostrum esse: deinde progreditur vlterius & vltimum addit sigillum spei confortatiuum, asserens Deum tuum esse patrem. Tu iudica de quo sub cœlo potest aliquis magis fidere vel sperare quam de patre suo, deinde huic adde quod omnis parentum amor collectus in vnum, ad eum non ascendat quo Deus te solum complectitur. hom. 18. n. 14. 15. Si non testentur hoc opera quod filium suum naturalem pro te tradiderit, vt totus tuus esset vitam eius, sanguinem, animam, & personam: etenim hoc suppositio graniori non potes illum injuria prouocare, quam tali non fidere parenti. Hoc mihi suggerit D. Bern. h. 42. n. 83. vsque 88.

XXXI. *Quis vestrum patrem petit panem?* O diuinissime magister quam perfecte nostris respondes dubijs, cur nobis Deus postulata non concedat, cum pater sit pyssimus? insuper ideirco ait Dominus: etenim quem mihi patrem ostendas a quo si filius panem poposcerit, ille serpentem tradat deuorandum? Significat quod sæpe serpens sit quem petis, tamen iudices esse panem: sæpe numero tibi valetudo scorpio est, & pecunia coluber vnde licet illa postules, certum est quod illa tibi negabit, nec auferet tibi compedes, quibus te detinet ligatum, prænoscens quod ad præcipitandum te feltines h. 24, nu. 31. imo hac de causa sanctis ipsis sæpe salutem non tribuit corporalem, nec à persecutoribus eos liberat, ne hoc illis in serpentem vertatur, quo si aliter intumescant ib. n. 27. 28.

XXXII. *Quis vestrum patrem petit panem:* Ad salutem tuam sæpe hoc facit Deus vt tibi non tribuat quod petis, quia verteretur tibi in scorpionem vel serpentem: filio prodigo pater dedit quod petebat, vt ostenderet quod nemini faciat violentiam, nec velit in domo sua habere inuoluntarios, nihilominus patet quod beneficium præstitisset maius non dando filio quod petebat, cum libertatem postulauerit in tantum sui detrimentum, vt deflere potuerit quod petita obtinuisset, quando propter illa nimis gaudebat. h. 18. nu. 20. vsque 23. ecce in illo perfectum quod dicit Augu. *quod multa Deus concedat iratus, quæ non concedit propitius.* Perpende damna iuuenis illius, & vtrum illi melius non fuisset si pater eum collo apprehensum domi suæ constrictum continuisset nec postulatis annuisset ib. n. 35. vsque 42.

XXXIII. *Si vos cum sitis mali, nostis bona data:* &c. vos cum sitis maledicti nec attendatis vtrum malum sit absolute quod filiis vest is conceditis si iudicetis hoc illis expedire vt illis placeatis vel bona tribuatis temporalia, quanto magis Pater vester cœlestis dabit spiritum bonum petentibus se? Spiritus bonus cum psalmista ille est qui te ad cœlum deducit: *Spiritus tuus bonus deduces me in viam rectam.* Itaque Spiritus bonus erit ille qui tuam maxime promouet saluationem hinc est quod electi, quia tribulationes & molestiæ ducunt ad cœlum, illas tanti faciant tanquam dona Deo pretiosa, gaudentque non modice quando Spiritus hic perflat, & gloriantur cum Apostolo in tribulationibus. Quam vtilis hic est conceptus. h. 15, numero 14, 15. hom. 32. nu. 22. Et notatu dignum est circa hoc argumentum Iob. h. 32. n. 27. vsque 31.

XXXIV. *Dabit Spiritum bonum.* Spiritus mundi malus est & vanus, quia aer est quidquid per illum affla tur, deducens homines velut naues, quia *Spiritus* idem est quod ventus. h. 4. n. 19. vsque 26. Spiritus qui tantum rebus intendit vanis & homines agitat velut formicas. ho. 25. n. 92. porro Spiritus Dei spiritus est bonus: deducit enim ad vera beatitudinis bona, vbi illa sunt quæ satiant. h. 11, n. 29. vsque 35.

XXXV. *Si vos cum sitis mali.* Audis hic querelam qua Deus contra nos expostulat, quod sufficiens sit titulus patris vt filius illi confidat & cum ipse pater sit, nostram nos collocemus in ipso fiduciam. Ea de causa antiquitus populo suo indignabatur. h. 27. nn. 16. ideirco Moysen & Aaron puniuit ibid n. 10, nec non Regem Asa ibi. n. 43. 44. & te quoque castigabit ib. n. 16. vsque 24. & hæc ratio est cur in orationibus tuis tam pauca recipias, quia ad mensuram fidei tuæ procedit ib. n. 32. vsque 39.

IN FESTO ASCENSIONIS DOMINI.

I. *Nouissime recumbentibus vndecim discipulis, apparuit illis Iesus.* Marc. 16. Completur hodie Prophetia Amos: ille etenim qui ascendit in cœlum, fasciculum suum reliquit in terra, & aquas vocat maris vt super illam depluant, totamque terram: & si nosse desideras inquit, quis iste sit, ille est qui dici

tur

tur Dominus. Christum hic considera ascendentem in cœlum, vt ibi sedeat ad dexteram Patris, qui manipulum suum reliquit, Apostolos intelligo, in terra super quos effusurus est aquas maris quæ sunt dona Spiritus S. cuius nomen Dominus est? & si quid intelligo, denotat hoc Evangelista. *Et Dominus Iesus assumptus est in cœlum* &c. h.43.n.60.

II. Dauid hunc Domini triumphum celebrauit quamuis obscuris tamen mysticis verbis, & exorditur quasi dicens facite locum, hinc abite, viam parate huic principi, ascendit enim super occasum, cui nomen conuenit Domini : *Dominus nomen illi.* Declarat quod ascensum suum firmet super humilitatem suam, & sicut hic eius descensus ad infirma vsque penetrauit, sic & eius ascensus suprema petit, & inde nobis viam designauit: si namque ipse Dominus hanc ingressus est viam alia nobis non est arripienda: nam ideirco vestigia sua lapidi reliquit impressa, *vt* dixerit D. Petro, *sequamur vestigia eius.* hom.15.num.10. vsque 14. Ingressus hic Christi in cœlum adeo fuit gloriosus, vt mille annis ante voluerit propheta Rex vt illum consideremus sicut & alios solemnes quos Christus fecit, se Dominum Regemque ostendens : & si celebris fuit ille in mundum ingressus, multo celebrior ille in cœlum hodiernus. h.41.numero 9. vsque 12.

IV. *Nouissime recumbentibus vndecim discipulis.* Sicut maxime difficile fuit mysterium resurrectionis Christi, illud præ ceteris comprobauit, atque eo fine rediuiuus quadraginta diebus mansit in mundo vt se rediuiuum ostenderet, & negotia Ecclesiæ suæ cum Apostolis disponeret: etenim quadraginta illis horis quibus mortuus est, in tantum fides elanguerat in multis, vt necesse fuerit eius reparationi dies impendere quadraginta, diem pro hora: illis omnibus apparuit nunc his nunc illis & aliquando quingentis simul congregatis eaque intentione conuocatis vt illum viderent & contrectarent, quam solidum fuit hoc argumentum. h.48.n.17. fuitque hæc vltima apparitio.

V. *Nouissime recumbentibus.* Opinor Euangelistam spectare perfectū & gloriosum Christi triumphum per resurrectionem suam quem psalmo sexagesimo septimo decantat qui illa de causa diabolo auditu est horribilis. h.49.nu.2. declarat primo triumphatorem esse Deum: *Exurgat Deus* ibid.n.6. vsque 11. declarat secundo triumphi illius de diabolo cessitudinem ibid. n.11. vsque 16. de morte ibid. nu.16. de Iudæis eorumque machinationibus ibid nu.17. vsque 22 & tandem declarat victoriam hanc iustis fore iucundam qui in conspectu eius epularentur & delectarentur, quandoquidem hic quadraginta diebus electos suos lætificauerit illis sapius conuescens, & in vltima apparitione pariter cum illis epulatur ibid. n.26.27.

VI. *Recumbentibus discipulis.* Domine negotium tanti momenti quale fuit ascensio tua, & hoc quod eli illis acturus es ad discessum tuum cur differs donec cum illis recumbas? Domestice notum est quod carnis deliciæ & coniuria spiritui repugnent. h.1.n.11. & Sanctis vt res agerent spirituales ieiunium adhibebant ibid.n.13.& 14. hic patebit qualia fuerint Apostolorum conuiuia ita spiritualia vt intellectum non hebetarent, non similia vestris de quibus Propheta effusi estis quasi vituli super herbam. h.42.n.26. Non enim vult Deus vt non comedas, quinimo licet nonnullis diebus epulas instituere, quales instituit Iob, Isaias aliique iusti. homil.16.numero 23.24. hic epimeserunt doctrina D.Greg. & D.Hieron. hom.38 nu.12. vsque 15.

VII. *Exprobrauit incredulitatem eorum.* Quid hoc Domine mi an valedicens illis faciem ostendis anteriorem : illa etenim hora est in qua si inter amicos nonnullæ præcesserint auersiones finem tunc operis accipiant? Optime fecisti nec enim arbitreris quod ille qui tuos corripit defectus velit tibi malum, imo potius hoc est tibi velle bonum, & opus est amoris absque charitatis : vnde tamquam præceptum tantæ virtutis, hoc Deus iniungit. h.22. nu. 3. vsque 5. & n.24. hinc collige quam stultus ille sit qui sibi persuadet eum esse inimicum a quo corripitur ibid n.30.

VIII. *Exprobrauit incredulitatem eorum* Iam dixerat medicus ille cœlestis ea quæ Ecclesiæ suæ concernebant beneficium, & primo bene disponit stomachum id est Apostolos & eiusdem ministros, ne non ossa quæ primo sunt componenda. h.7.n.30.

IX. *Exprobrauit incredulitatem eorum & duritiem cordis.* Omnia perpende verba quæ denotant grauem eorum defectum in re grauissima nempe in fide articuli principalis nec defectus fuit talis & qualis fel cum duritie contumax, qualis arguitur in D.Thom. quocirca illos non leuioribus reprehendit verbis sed grauioribus stomachabundus, & in faciem peccatum illis exprobrans. *Exprobrauit* : cum enim illi essent quotidiana eius viderant & per quos alii crediturі erant, quidam pertinaces fuerunt, licet id dissimularent cœleste fuit hoc mysterium quod primo permiserit illos in quosdam cadere pertinaciæ & in fidelitatis defectus ad Ecclesiæ bonum, quo probata crederetur eius resurrectio hom.43.n.2.3.4. & deinde proponit illis cum malefecerint errores suos illis ob oculos demonstrans quatenus illos contemplati, mites essent & aliis peccantibus misericordes. Documentum certe salutare. h.43.n.8 vsque 13.

X. *Exprobrauit incredulitatem.* Illis voluit ostendere quod absolute poterat asperius illos redarguere, qui mundus erat ab omni culpa porro quod illi peccatores redarguerent, sed compatientes & implerent hoc Apostoli consilium. *Considerans ipsum.* h.22.nu. 49.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

49 vsque 52. & n. 54. 55. Eam ob causam condemnauit Christus Pharisæos in causa adulteræ. h. 26. n. 43. 44.

XI. *Exprobrauit incredulitatem eorum.* Hæc reprehensio fuit vt ignis quo vasa illa purgarentur, de quo sic Propheta *quasi ignis conflãs purgabit filios Leui.* Misit illos peccatoribus prædicatores, & qui mittitur alios reprehensurus & prædicaturus, conuenit vt ipse mundus sit, ne respondeat illi echo sicut Ægyptiis, & contingat quod Patriarchæ Iudæ & Dauid. ho. 23 n. 41. 42. 43. & hom. 34. n. 26 vsque 30. & non dicatur illi: *Qui sine peccato est vestrum:* quo verbo Christus Pharisæos confudit. hom. 26. n. 51.

XII. *Exprobrauit incredulitatem eorum.* Iam Apostoli crediderant atque omnem à se defectum expulerant, quo poterant in hoc laborare, & nihilominus à Christo relanguuntur. Quid hoc Domine, an peccatis emendatis & remissis sic indignaris? Ostendere vult, quod non statim dum peccatum tuum confessus es, illudque deseruisti, eius tibi sit abiicienda memoria, nec tibi persuadeas omnia te perfeciſſe. Quamuis audiuisset Dauid: *Dominus transtulit peccatum tuum:* tota tamen vita habuit quod deflere nec calamitates illi luctusque defuerunt. Sic lego apud D. Ephrem. hom. 38. n. 65. 66. & idem notamus in D. Petro qui vitam suam perpetuis consecrauit lacrymis. homilia 41. numero 67.

XIII. *Exprobrauit incredulitatem.* Iam remissum erat peccatum Apostolorum, eo tamen non obstante Christus hoc illis ad memoriam reuocat & asperè redarguit: nec enim facilè peccata tradenda sunt obliuioni, licet condonata, iuxta illud: *De propriato peccato noli esse sine metu:* & seruanda tibi regula est D. Cyprian. vt oppressus aduersitate tuis illam imputes sceleribus. ho. 30. n. 31. & hinc intellige quam culpabiles sint qui peccata committendo statim illorum obliuiscuntur, & quamuis illis aduersa contingant hæc suis non adscribunt peccatis, censentque eorum esse supplicium. ho. n. 10. n. 26. 27.

XIV. *Exprobrauit incredulitatem eorum.* Illis loquitur quos tanto dignatur honore, vt magistros illos & duces Ecclesiæ suæ statuat supremis illos extollens dignitatibus. Et ne forte superbirent, vt illos humilitate disponeret, immediate ante proponit illis euidenter defectus suos ob quos eos corripit hosque ipsis notos facit; implens illud Iob, ponens scil. pondus ventis ne inanitet rapiantur supra se, sicut etiam D. Simoni Stillitæ. h. 15. numero 45. h. 24. n. 27. *& dixit eis: Euntes in mundum vniuersum.* Ecce qua forma mittat illos prædicatum, vt mundum ingrediantur quasi desoris aduenient eo namque modo frequenter suos mittebat Prophetas & D. Ioan. Talis etenim oportet vt sit prædicator vt fructum referat. homil. 21. nume. 47. & seqq.

XV. *Euntes in mundum vniuersum.* Domine tu pars læsa & rogare eos facis qui te læserunt? hæc ea est eius misericordia & retributiones, quæ videntur. *Contra iuris ordinem* & passibus retrogradis incedere sicut Sem & Iaphet. h. 41. n. 41. & 42.

XVI. *Euntes in mundum.* Ite vos ad peccatores. Domine: nonne satius esset si peccatoribus præciperes vt ad illos venirent? Peccatum est letargia, in qua conuenit vt medicus adeat infirmum: nec enim infirmus conuenire potest medicum, vt vidimus in Dauid homil. 22. numero 9. 10.

XVII. *Euntes in mundum vniuersum:* Ite vos eosque donis & gratiis inuitate cælestibus: si namque expectetis vsque dum illas ipsi requirant, numquam hoc fiet. sunt enim tales vt licet illas proponas eosque ad illas inuites, tamen sumere recusent. homil. 28. numero 27. & seqq.

XVIII. *In mundum vniuersum.* Complettur hic Dei promissum: *Dedi te in lucem gentium vt sis salus mea vsque ad extremum terræ.* h. 33. n. 11 & seq.

XIX. *In mundum vniuersum.* Inchoat Christus exequi lucis suæ triumphum mundum se. illuminando. Nemo satis mirari potest quam profundis detinebatur tenebris vt illud explicat Dauid egregio sane mysterio. h. 33. n. 5. vs. 9. Iam Christus radios suos euibrat *in mundum vniuersum.* Quibus eiusdem dissipat tenebras omnemque auferti dololatriam etiam de synagoga, effectus hic est mirabilis ibid. n. 9. 10.

XX. *Euntes in mundum vniuersum.* An ergo Domine populum hunc eligis ignorantem, pauperem & contemptibilem, quem sapientibus, diuitibus & monarchis opponas? hoc inter præclariora emicat Christi opera, designatum per illud quod per lutum cæcum illuminauit. h. 30. n. 45 vsque 48.

XXI. *Euntes in mundum vniuersum.* Necessarium est ad cœleste ædificium, vt lapides expoliantur lapicidas mittere, qui hoc faciant in vniuerso mundo. homil. 1. numero 2.

XXII. *Prædicate Euangelium.* Quid est Euangelium? gratia est Spiritus S per Christum producta, qua illuminat intellectum & purificat voluntatem. Hæc duo proferre in mundum, quibus indiget ad damnorum suorum reparationem quo ad intellectum & voluntatem. hæc omnia Dominus abundantissime perfecit quantum nobis erat necessarium. *Præstitit omnia abunde.* Sic Aposto. ita vt nihil possis ad remedium desiderare quo tuæ curentur miseriæ, quod Euangelium non adferat, ita vt dicere possit: *Non plus vltra.* h. 28. n. 21. & seqq.

XXIII. *Prædicate Euangelium.* Audis quid, prædicandum iniungatur prædicatoribus non propriæ inuentiones sed doctrina Euangelii vt possint dicere *Mea doctrina non est mea.* h. 29. n. 40. 41.

XXIV. *Prædicate Euangelium.* Multi prædicatores, sed omnes vnum prædicant Euangelium, ita vt iuxta D.Paul. *Id ipsum dicatis omnes.* Vnaque sit omnium doctrina. hom.14.n.16. vnum caput ibid.n.18. idcircò dicitur Ecclesia vna quia vnum tantum agnoscit caput nempe Christum eiusque vicarium summum Pontificem caput eius visibile, sicut ipsa corpus est mysticum visibile ex fidelibus suis, quos Christus D. Petro subiecit in figura agnorum eiusque successori Romano Pontifici. Et symbolo ouiũ auctoritati eiusdem Pontificis Romani reliquos Ecclesiæ Prælatos ex ratione particulari quam declarat Eusebius Emyssenus: quia vero tota potestas & auctoritas quâ vigent Episcopi & ceteri prælati procedit ab authoritate & potestate Pontificis, idcircò dicitur quod vna sit Ecclesia quia vnum est tantum eius caput. Sic ingeniosè D.Bern. ibid. nu.18.19. solus Petrus super aquas ambulauit ante & post resurrectionem Domini, ceteri vero discipuli nauigiis, quo potestas declaratur vniuersalis, quam habuit ipse habetque eius successor Romanus Pontifex in omnes Ecclesias & fideles & in omnes populos, & ceteri prælati ita tantum super particulares Ecclesias, vt omnes illæ corpus componant mysticum sub vno capite vniuersali, quod ceteris omnibus influit quamobrem propriissimè dicitur tota Ecclesia vniuersalis esse vna. ibid.n.19. vna cathedra. ibid.21. & tanta seruari debet vnitas, vt in ipsis etiam verbis sit omnino conueniendum. n.23. eadem Sacramenta. n.25.

XXV. *Prædicate Euangelium omni creaturæ.* Domine nonne magis expediret si nobis, Angelos mitteres? nequaquam, primo: quia Euangelium trahit secum Sacramenta & remissionem peccatorum, & sicut Angeli nec illa nec infirmitates paterentur, hominibus non compateretur, tales conueniebant vt essent dicente D.Paul. *Sacerdotes infirmitatem habentes.* Quos propria doceret infirmitas nostris esse benigniores. hom.10.n.10. vsque 16.

XXVI. *Prædicate Euangelium.* Secundò: sic nostræ conueniebat securitati vt præceptores essent visibiles, & cogniti, & illo potiremur solamine quod sponsa desiderabat. hom.14.n.7 hic seruit argumentum D.Aug. num.12. vsque 16. quinimò hic fundauit Abraham rationem suam cur diuiti negaret quod petebat, nempè illi mittere mortuum ad vitam reuocatum: conceptus hic tribuitur D.Chrysost. hom.40. num.16.17.

XXVII. *Prædicate Euangelium.* Maximum est Dei donum nobis dare verbum suum diuinum, quod si recepe imus, mirandos operabitur effectus. hom.19. n.43.44. vocat illud D.Paul. verbum viuum. ho.31.n. 72. efficax, quod de nihilo omnem produxit creaturam, si premos etiam Seraphinos, hom.2.n.39. graue futurum est eorum supplicium qui nullam inde ter hunt emolumentum. Nam idcirco Dei spiratu mulier cordiam nom ullis illud non prædicate qui illi fore rebelles, quales erant Byzantienses ho.21.n.9.10.

XXVIII. *Prædicate Euangelium.* Tuum hoc est officium, quale erat seruorum Domini dare talentum, nam fructum exigere ad illos non spectabat, sed ad Dominum: ipse etenim ait: *Ego veniens exegissem illos.* Vos vestro non priuabimini præmio. Hoc habes ex D.Bernard hom.22 n.33.34. hom.43.n.29.

XXIX. *Prædicate Euangelium omni creaturæ.* Sapientia diuina melior esse debet malitiâ Diaboli hac totum mundum impugnauit, & sanctiores tantò vehementiùs. ho.5.n.5 vsque 8. in totum mundum aggredere & neqniores peccatores tantò diligentiùs: tam vt causa Dei iustificetur, quam ad tuam propriam vtilitatem. hom.22. n.33. vsque 38.

XXX. *Prædicate Euangelium omni creaturæ.* Ecce tibi milites & legiones quas Deus conscribit ad mundi victoriam, suos prædicatores hom.40.n.14 & arma quibus illos munit non alia sunt quam prædicare hoc est illos mittere tamquam oues in medio luporum, quæ præter balare aliud sciunt nihil: sicut enim victoriam obtinuit moriendo, ostendens se teneritudinis ligni vermiculum. ho. 41. n. 88. vsque 91. sic & ipsi consequentur victoriam, impletque Dominus prædictum apud Prophetam. *Suscitabimus super eum Pastores septem & octo Christos ibid.*

XXXI. *Prædicate Euangelium.* Conspicit Dominus totum mundum mare amarum omnesque clamantes. *Mors in olla.* ho.2.n.25.h 36.n.15.

XXXII. Mittit sicut Eliseus farinam Euangelij sui, id est bonum nũtium, quo redditur suauc. Qui dulcia reddidit ieiunia, persecut ones disciplinas, & mortem nisi Euangelium cum suis promissis diuinisque donis quæ secum inuoluit? In tantum vt dicat Apostolus donum Dei esse singulare, alicui tribulationes, pœnas, & molestias immittere. hom 15. numero 15. 16. & probatur in Arnulpho. hom.32. n. vsque 51.

XXXIII. *Omni creaturæ.* Hoc habet Euangelium quod omnem respuat personarum acceptionem nec præferat diuitem, nec reiiciat pauperem: & monebat D.Iacobus: *Nolite in acceptione personarum* &c. hom.2. n.20. & seq. & hoc designabat præceptum de medio sicio. hom.21.n.20.22.

XXXIV. *Omnes creaturæ.* Hæc est gratia Euangelij quæ omnibus conueniat & in quolibet ho potest quis Deo seruire, milites & vxorati sic vt nullus culpam suo statui possit imputare. hom.2.num. vsque 10.

XXXV. *Qui crediderit & baptizatus fuerit.* Inquitur de fide quã dixit Dominus habere oues suas simplicis

simplicem vt credant quidquid illis per legitimos ministros proponitur, nullas opponendo difficultates h. 37.n.24 & faciendo quod præcipitur: hæc enim est illa credulitas quam Dominus hic expostulat Ibid. num.28.29.

XXXVI. *Qui vero non crediderit, condemnabitur.* Adeo justa est ejus condemnatio, qui tot visis miraculis, non credit vt jam illam secum trahat. *Qui non crediderit, jam judicatus est*: quia terribile valde est post tot opera prodigiosa non credere: porro propter eandem rationem condemnabitur ille qui bene credendo, male operatur, quia etiam talia opera condemnantur cum tali fide & credulitate: nam ita dolenter hoc patitur Deus vt sudorem in imagine sua & sanctissimæ matris suæ emittat copiosũ. h.34.n.43.vsq;47

XXXVII. *Signa autem eos qui crediderint.* Vera fides semper habuit adiuncta miracula quibus confirmaretur: hæc etenim est eius probatio legitima quæ quia adhuc durabat in populo suo quando Christus nascebatur, mirabilem illis pitcinam hanc tribuit: multo ergo minus defutura erant in fide Euangelii: *Qua confirmata est in signis & portentis*: vt ait Apostolus. h 10 num.2.3.4.

XXXVIII. *Signa eos, qui crediderint hæc sequentur.* Comitantur miracula fidem & fiduciam quæ in illa fundantur, illamque pari passu concomitantur. ho.2. num 37. hom.27.num.32. quæ quia in te adeo debilis est, tam pauca experiris mirabilia. Ibid. num.37. vsque 45.

XXXIX. *In nomine meo dæmonia ejicient.* Necessario requ titur vt Deus auctoritatem suis tribuat prædicatoribus magis quam reges suis legatis. Quatenus auctoritate fulti bene rec piantur ferantque fructum: eo fine potestatem illis concedit tanta faciendi miracula. h.21.n.44.45.

XL. *In nomine meo.* Tribuit illis potestatem miracula faciendi in confirmationem doctrinæ, vt illa faciant in nomine suo: quocirca talia esse debent qualia fecit Christus, non qualia Iudæi petebant, signa in aere. h.8.n.39 vsque 44. sed signa quæ sint vtilia multum diuersa ab illis, quibus se mundus extollit. Ibid. num.44.& seqq.

XLI. *In nomine meo.* Primo supponendum miracula principaliter non fieri ad honorem ministrorum, sed eius à quo mittuntur: vnde protestandum quod fiant eius virtute & dicendum cum D. Paulo: *Non ego sed gratia Dei mecum* h 29.n.42 & seqq. nec statuenda est in triumpho manus propria sicut fecit Saul, sed Dei cum Dauide ita faciebant Apostoli in quolibet miraculo protestati quod. *Non nostra virtute, sed in nomine Iesu*, ita D. Petr. & D. Ioan. in curatione paralytici. Ibid.n.45. vsque 48.

XLII. *In nomine meo.* Quamuis prælati & prædicatores terreni sint, potestatem tamen & legitimam habent de cœlis administrationem, quia nomine funguntur & loco residenti Christi h.14.n.29. & contemptus qui illis irrogatur, Christo dicitur irrogari. Ibid. num.31.vsque 34.& ostendit D. Leontius Episcopus præcipiens vt Imperatrix coram illo staret Exemplum profecto notabile. Ibid n 27.28.& latius ho.29.n.40. 41. Stare fideles coram prælatis sedentibus, obedientiam declarat & humilitatem, qua illis est obediendum, illique sunt venerandi: quia in ordine ad illos prælati pollent auctoritate quam designat sessio, à quibus recipienda est doctrina & eorum præceptis obediendum: & hoc declarauit D Ioan. Baptist. in ordine ad Christum Dominum dicens, quod sicut amicus sponsi coram illo staret, quo designabat D. Ioan. conuenire sibi tantum, vt Christum audiret, eique vt vero Messiæ obediret, in quo velut in subiecto proprio latebat auctoritas. h.14 n.27.

XLIII. *In nomine meo.* Solide munitos mittebat eos virtute & potestate nominis sui sanctissimi, quæ tanta est vt illam omnes reuereantur creaturæ, quod variis confirmatur exemplis h.3.n.22.vsque 27.

XLIV. *Dæmonia ejicient.* Hoc ponit vt primum signum quia ea prima venit intentione, ad ejiciendum se. de mundo diabolum vnde miracula eius frequentiora fuerunt ejiciendo dæmones de corporibus; quo declarabat se venisse vt illos ab animabus expelleret. h.19.n.31. vsque 40.

XLV. *Dæmonia ejicient.* Iam illis facile erit dæmonia ejicere, quia Christus illa ita fortiter prostrauit vt jam sint infirma. h.5.n.8.vsque 11. vnde jam illa justi exsibilant. Nota discursum. h.49.n.11.vsque 16.

XLVI. *Dæmonia ejicient.* Objicies: hæc oculis non conspicio sed respondeo, majus esse miraculum Diabolum ab animabus exturbare: nullum etenim est damnum illud quo corpus affligit, in ordine ad illud quo animam afficit. h.19.n.11.12. in quam intrat per peccatum. Ibid n.15. late hoc declaratur argumentis & exemplis notatu dignis. Ibid.n.20.& seqq.& hom.20. num.3.4.

XLVII. *Dæmonia ejicient.* Licet pauci videantur dæmoniaci plures tamen sunt absconditi vt probat D. Vincentius Ferrarius curiosam proponens quæstionem. h.19.n.31.vsque 36.

XLVIII. *Linguis loquentur nouis.* Maximum inter alia damnum est linguæ: dicitur enim animal inquietum plenum veneno mortifero, & miraculum habetur Euangelii mutare linguam in qua tantum ea dicantur quæ diuinum spectant obsequium & proximi ædificationem; & modicus paret effectus quem in nobis operatur ex parua linguarum reformatione. hom.23 n.25. vsque 35.

XLIX. *Serpentes tollent.* Illi sunt peccata quæ dicun-

tur serpentes : si etenim eorum capiti concesseris ingressum, totum subsequitur corpus : vnde sic monet Sapiens: *Quasi à facie colubri fuge peccatum.* Hoc supposito tunc serpens ejicitur, quando non solum peccatum sed etiam tolluntur occasiones. hom. 13. num. 46. hom. 43. num. 42.

L. *Et si mortiferum quid biberint non eis nocebit.* Habes hic rarum miraculum in quo virtus probatur Euangelij, quod viro sancto nihil noceat, imo potius omnia cooperentur in bonum & in omnibus possumus illi congratulari. Discursus hic auctorem cognescit D. Chrys. h. 32. n. 41. vsque 45.

LI. *Et Dominus quidem Iesus.* Nunc illum Euangelista Dominum appellat, quod nomen Deo æterno proprium : quia in hoc actu se talem ostendit, propria ascendens virtute. h. 2. n. 28.

LII. *Et sedet à dextris.* Hoc dicit Euangelista: Dauid autem dicit quod Deus sedeat ad dexteram Christi : magno mysterio declarans æqualitatem filii cum Patre. h. 37. n. 76. 77.

LIII. *Sedet à dextris Dei.* Vtitur hoc termino demonstrans jam perpetuam illi esse gloriam & dici posse : *Christus resurgens ex mortuis, jam non moritur.* h. 38. n. 15. 16.

LIV. *Illi profecti prædicauerunt vbique, Domino cooperante.* Nota mysterium: illi & Deus pari passu procedunt: nec enim solus potest operari prædicator, ad aures corporis loquendo, nisi Deus interius ad aures operetur animæ. Mysterium hoc denotatur in petra Horeb. vtilis est hic conceptus. h. 29. n. 11. vsque 15. etenim certum est solum posse Deum efficaciter in cordibus humanis operari. Ibid. n. 15. vsque 18. & ita D. Ioan Baptista intellexit suos mittens ad Christum discipulos. h. 33. n. 22 hoc Dauid indicauit his verbis. *Nisi Dominus ædificauerit domum.* h. 43. n. 16 35.

DOMINICA INFRA OCTAVAM ASCENSIONIS.

I. *Cum venerit paraclytus, quem ego mittam vobis à Patre.* Ioan. 15. mittit Dominus Apostolos suos ad negotium plane arduum & tribulationes, in quibus millenis exponentur periculis : suum tamen illis promittit fauorem dicendo: quod illis missurus esset Spiritum S. illi enim quem Deus exponit tribulationibus, auxilio suo succurrit: non similis est Diabolo, mundo, carni h. 4. n. 45. & seqq. Ne te prolibidine tua exponas occasionibus: etenim superaberis: si Deus te mittat nihil mali verearis. h. 5. n. 14. 15.

II. *Cum venerit paraclytus.* Hic est Spiritus S. Hunc illis promittit: etenim eius fulti præsidio omnes mundi vires superabunt, quando vero hic deficit misere ei superabunt. h. 5. n. 16. vsque 19.

III. *Cum venerit paraclytus.* Spiritus dicitur consolator. Hic est effectus Spiritui S. proprius quod illo dotati nedum quaslibet vincant aduersitates, aut illis terreantur sed potius in illis & per illas maximas probet consolationes : & hinc est quod his justi maxime fruantur, quando maximis atteruntur calamitatibus imo majores quam mundani maximis suis delitiis voluptatibus. h. 30. n. 48. & seqq. Sicut Spiritus infernalis post se trahit infernum vt dixit D. Ioan. h. 37. n. 1. vsque 57. ita Spiritus S. secum defert cœlum pomarium ex gaudio & consolatione bonæ conscientiæ. Ibid. num. 61. vsque 67.

IV. *Quem ego mittam vobis Spiritum veritatis.* Spiritus dicitur veritatis, quia Spiritus est sanctus & bonus, & valde germanæ sibi sunt bonitas & veritas. h. 34. n. 39. 40 & effectus est Spiritus S. voluntatem animi illustrare purificare, eamque bonam efficere, vt veritatem habeat cum habeat in intellectu. h. 29. n. 57. vsque 59. *Spiritum veritatis.* Hic spiritus est sanctorum qui mouet illos ad exprimendam veritatem, sicut Diabolus Spiritus mendacij: hoc etenim illi proprium est quod illos quos in habitat ita reddat mendaces & dolosos, vt nil aliud proloquantur: & hoc indicium est vnum filiorum Diaboli sicut illud filiorum Dei quod spiritum habeant Dei. h. 37. n. 32. vsque 35.

V. *Ille testimonium perhibebit de me.* Hoc egit Spiritus S. purificando voluntatem, & vbi venit disponendo intellectum vt recipiat veritatem, prout diximus. h. 29. n. 56. & seqq. *& vos testimonium perhibebitis.* Conjunctim incedetis vos & ille, vos tamquam corporales prædicando corporibus, & ille tamquam spiritualis operando in animabus & per hoc fiet miraculum illud Moysi de petra. h. 29. n. 19. vsque 15.

VI. *Et vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum fuistis.* Legitimi quidem fuerunt illi testes vitæ Saluatoris, & resurrectionis eius, nam comitati sunt illum à principio prædicationis, atque id circo ipsos testes elegit. h. 49. n. 1.

VII. *Absque Synagogis facient vos, & venit hora vt.* An talem Domine tetribuis mercedem amicis tuis fidelibus, qui te numquam deseruerunt, vt illos mittas tradasque persecutionibus, exilijs, carceribus, quasi excommunicatos ? quem Deus diligit castigat. hom. 31. n. 21. 22. & majoribus amicis graviores mittit tribulationes. Ibid. n. 23. vsque 25. & hæc talenta sunt quæ tradit amicis maxime intimis vt negotientur. Ibid. n. 27. & seqq. & forticri flagro granum concutere optimum. hom. 9. num. 38.

VIII. *Venit hora in qua qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare Deo.* Hoc Christum maxime affixit quod persecutionis mortem que tolleraret ab inimicis

inimicis, eo titulo quod arbitrarentur obsequium se Deo præstare, plebique proficere. Idcirco dixit Dauid ipsos esse inimicos Dei eiusque vindices. Documentum hoc legitur apud D Chrys. h.7.n.43.44. & hoc apud Isaiam indicat quod Deo Dei insurgat contra ipsum quasi Deo esset Dei. h.40.n.19. hoc ipsum vobis facient: etenim vt tanto vos liberius occidant, dicent, hoc expedire diuino seruitio nam quando hoc modo peccatum committitur, summa fit illud libertate, qualis illa fuit sacerdotum Bel. altari sua cohonestantium latrocinia.h 7.n.38.39.

IX. *Venit hora & omnis, &c.* quod mihi contingit & vobis contingere: nec enim seruus melior est Domino suo, nec discipulus suo magistro.h.15.n.10.& ita reformauit affectum Iacobi & Ioannis. Ibid.n.12.13.

X. *Arbitretur obsequium se præstare Deo.* Hæc erat Phariſaica peruersitas ſub titulo diuini obſequij grauissima sua occultare peccata & proditiones, vt erat inhumanitas filiorum erga parentes suos quam titulo honestabant diuini obsequij, religionis, & sacrificiorum.h 23.n.45. Sub illo nomine conclusit Caiphas vt Christus moreretur, & hoc sibi pallium assumpserunt, quorsica vocat illos Iacob: *vasa miquitatis bellantia*, qui bellum Deo inferunt illis armis quibus illi militare tenebantur.h 39 n.8.& seqq.

XI. *Omnis qui interficit vos.* Domine cur mittis illos, si præscis illos occidendos? hic videre licet quantum desideret mundi salutem, vt etiam discrimini exponat vitam amicorum filii maxime familiarium modo saluetur mundus.h.17 n.42.43.& quid miramur quod illos eo modo deleget, quandoquidem ipsum eodem modo Pater miserit ad salutem mundi, quem occidendum non ignorabat.Ibid n.44.45. dicere merito potuit D.Aug. *Dilexisti me Domine plusquam te, &c* h.9 n.46.

XII. *Arbitretur obsequium se præstare Deo.* Deus te liberet ab hoc peccato, quo tibi persuadeas te Deo famulari cum præjudicio tertij: talia etenim sacrificia execratur h.23.n.55.& seqq.

XIII. *Sed hæc omnia facient vobis, quia non nouerunt Patrem neque me.* Verbum hoc *Nouerunt* significat beneficiorum cum gratitudine recognitionem: sic enim de Pharaone dicitur. *Surrexit Rex qui non nouerat Ioseph*: vtique cognoscebat illum cum adeo publica esset eius famæ notitia; sed indicat quod beneficia non considerabat, quæ regnum illud à Ioseph perceperat, atq; hoc modo potest Christus de multis conqueri, quod *Non nouerunt Patrem neque me*: nam etiam hodie in eo quod Pater nobis suum tradidit filium, & filius suam nobis tradidit vitam & sanguinem nos redemit, &c. non attendunt nec ista considerant beneficia nec eorũ magnitudinem, de quibus profari licet quod non habeant, *Cor intelligens nec oculos videntes*.h.15.n.3.

XIV. *Quia non nouerunt Patrem neque me.* Si cognosceres & attenderes quid Deus tui gratia fecerit, diceres cum Ioseph: *Quomodo possum hoc malum facere*.h 17.n.32.h.41.n.33.

XV. *Dixi vobis, vt cum venerit hora eorum reminiscamini.* Quam appositè loquitur vt eos consoletur, vocans omne tempus passionis suæ horam, ostenderis quam parum durent huius vitæ calamitates: sic enim vt D.Ioan. significaret breuitatem imperiorum, dicit: durabunt vna hora.h 1.n.47.48 hoc est sanctorum solamen, intelligere vitæ breuitatem quæ vno durat instanti, & breui finiendas calamitates: nam hoc etiam modo istas Dominus considerat, totum passionis suæ tempus horam appellans. *Orabat vt transiret ab eo hora*: ait Euangelista. Atque in hoc solatur Isaias quoslibet sanctos, quibus sub symbolo granorum diuersi seminis, quæ nonnisi labore multo purificantur, dixit: *Non in perpetuum triturabitur Gith, &c.* hom. 9. num. 38. hom.16. num.36.

DOMINICA PENTECOSTES.

I. *SI quis diligit me sermonem meum seruabit.* Ioan.14 hodie dicere licet absolutum esse nostræ redemptionis opus quo Deus hominem reformauit, majori longe prodigio quam creauerat, formauit illum prius de luto, nec vllus erat in eo motus quia carebat anima, hanc illi dedit inspirando, suo illi halitu spiritum, & vitam infundens. *Et factus est homo in animam viuentem.* Venit Dei filius suamque de luto illo formauit Ecclesiam, Apostolis inquam; formauit illos & elaborauit, sed quasi vitæ animæque expertes: tales erant in cœnaculo metu prostrati, cum nec mouere se, nec mutire præsumebant. Hodie sufflat, Spiritum suum mittens vitificantem, quo Apostoli nouam quasi vitam adepti sunt spiritualem ità potentes vt confestim se mouerint, atque de illo prodierint secessu, opera patrantes ità miranda, vt totum in admirationem rapuerint mundum: qui ideirco in figura venit ignis, vt eos flammas efficeret ardentiores, quales dixit Dauid: *Qui facit Angelos suos Spiritus, & ministros suos flammam ignis.* homilia. 16. numero. 12. homilia. 29. numero. 4.

II. Cum effectu vere cælesti se manifestat hodie Spiritus S. multoque præclarius, quam in diebus Ezechielis in campo ossium mortuorum: nam veniens vnico flatu vitam illi tribuit, erexitque in pedes vt milites robustissimos qui totum subjugarent mundum. Erant Apostoli velut ossa arida & exanima, &c. quam robustos illos efficit hodie Sp.S. ex illis leg ones conscribit quibus mundum sibi conquirat.h.40 n.14.15.& hic Spiritalites eos corroborat vt dracones deuincrint, sine quo vires quis non habet vt muscam repellat.

Hic tibi spiritus est necessarius, illumque à Deo cum Ecclesia deposce supplicando. *Emitte Spiritum tuum.* homil. 5. numero 18.

III. Hodie Christus Dominus suos armat milites Spiritus S. fortitudine, multum diuersa à mundi viribus: non enim gladii sunt, non lanceæ, non fundæ, sed mansuetudo & patientia. hoc namque Spiritu Dei roborata mundum sibi subiecit. Hoc plenus Spiritu Christus venit in mundum: nam ideirco dicitur conceptus de Spiritu S. quia mundum venit superaturus non vi non robore sicut mundi monarchæ per ventos significati furiosos bestiasque immanes h. 41. n. 84. vsque 88. & victoriam obtinuit quasi tenerrimus ligni vermiculus ibid. nu. 88 vsque 91. eodem Spiritu suos munit milites id est spiritu benignitatis quo inuncti sunt hoc cæleſtioleo, suntque septem illi pastores & octo Christi de quibus Mic hæas ib. n. 91. 92.

IV. Primo hæc solemnitas celebranda est intelligendo & confitendo Spiritum S. esse verum Deum, vnum in essentia eum Patre & filio, distinctum tamen in persona; hoc Christus indicauit, dicens. *Paraclitus Spiritus S quem mittet Pater in nomine meo.* Vt declarant SS. PP. sed D. Ioan. viam nobis aperuit agens de generatione filii, vt ex illa processionem eliciamus Spiritus S. h. 33. n. 3. 4.

V. Vt intelligamus quis sit hic Spiritus S. quem mittit Deus in mundum, Christus illum frequentius vocauit Spiritum veritatis. Veritas & bonitas simul gradiuntur: & sicut Spiritus mundi, qui Spiritus est diaboli, Spiritus est malitiæ & mendacii: ita Spiritus S. Spiritus est bonitatis & veritatis, quia bonos efficit & veros. ho. 34. n. 39. 40. Pari passu procedunt veritas intellectus & bonitas voluntatis quia malitia voluntatis obscurat veritatem intellectus h. 29. n. 52. & cum voluntas mundanorum tanta turgeat malitia, illis veritas non congruit, qua de causa Propheta Isaias illam vocat collapsam in platea, dedecoratam vt mulierem lenitæ h. 34. n. 41. & ideirco eam tam inhumane excipiunt, vrso similes vuisque compressis ibid. numero 55. vsque 56.

VI. Spiritus S. amor est purus & mundus: vnde purificat voluntatem, & cum illa disponit intellectum ad fidem. h. 19. n. 56. vsque 59.

VII. Vocatur etiam ordinatiè paraclitus id est consolator, contrarius Diabolo, qui Spiritus est carnifex: vbicumque enim habitat, continuus est cruciatus, & ideirco vidit D. Ioan. quod illum infernus sequeretur, nam vbi intrat etiam intrat crucians infernus. h. 37. n. 53. 54.

VIII. Vbicumque ingreditur Spiritus S. gaudium est tantaque consolatio vt iam quis principio gloriæ frui videatur ib. n. 59. vsque 67. vocatur Spiritus consolator: hic enim est eius effectus quod consolatione sanctos demulceat, qua in ipsis tribulationibus pœnis & persecutionibus potiuntur longe maiori quam omnes mundani suis potiri possunt immensis deliciis: hoc enim tantum hic Spiritus S. potest efficere. h. 30. n. 48. vsque 51. In tantum illis attendit vt etiam in eo quod mundus & eius potentes nituntur illos affligere & contristare, in hoc ipso illos interius maiore demulceat lætitia quam possent exoptare. Et inter stitia atque persecutione, quæ tantum visa homines fugant ab eis qui illas patiuntur, & similiter ab illis cogunt fugere eosque distituere, sicut dicebat David *Qui videbant me foras fugerunt à me*: tantum interius experiuntur alacritatem, vt summo delibut fin gaudio & cæleſti quadam recreentur hilaritate: & pe les Salomonis varietate intertextæ tribulationes splendorem, gloriam, & delicias contegunt quibus gaudent quando molestiis exercentur acerbitatibus atque in illis illud Pauli verificatur; *Quasi tristes, semper autem gaudentes.* ibid. n. 49. 50. Idque sit eo modo vt qua mensura crescunt aduersitates, ea crescant et in illis solamina ex bonæ conscientiæ testimonio & spe certissima h. 32. n. 23. vsque 31 h. 37. n. 61. vsque 64. quocirca tanto pluris faciunt sancti donum tribulationis sibi immissæ, quanto hæc est molestior h. 15. n. 14. 15. hinc formari possunt vtilos discursus quibus declaretur virtus Spiritus S. quam in electis videmus in multis locis citatis referuntur.

IX. Venit Spiritus S. vt ventus vehemens, ostendens talem esse spiritum eorum quos ille induit efficiens pœnitentiam piaque opera tanto suscipiant fiducia quanto declarat Isaias sub nomine Spiritus robustorum: sic notamus in Magdalena, & talis esse debet quandoquidem non minus sit ad bonum efficax quam diaboli Spiritus ad malum. h. 38. nu. 47. vsque 50

X. Descendit in figura linguarum, vt licet multæ sint, in vnum tamen conuenient ad ædificationem domus Ecclesiæ; qua illas diabolus conatus est confundere sicut in turri Babylonica hom. 14. numero 6. 7. tanta in Ecclesia sua vnitate, quanta ad eius consummationem requiritur ibid. n. 23. 24.

XI. *Si quis diligit me, sermonem meum seruabit.* Ostendit primo Christus quod populus quem Spiritus consecribir obsequio non vilis sit, sed nobilis: seruat enim illi nulla coactus violentia sed amore ductus purissimo. h. 18. n. 20.

XII. *Si quis diligit me.* Dominus primum oculum conijcit in amorem cordis, tanti namque facit operas quantus est amor qui te impellit, & ita quamuis opera sint in se parua si tamen amor eximius sit, eximium est & meritum: ideirco dicitur quod oculos suos ponat suas super cor. Et primo omnium vult Deus sibi cor offerri, nam eo oblato, offertur illi quidquid effici potest, & debet in subiectionis, quam Deo mortales debent

debent, recognitionem.hom.1.n.19.20. quinimo per hoc nos hortatur Salomon vt adinuentionem faciamus oculorum, qua parum cuadat multum ibid.n 22. vsque 24. tantaque est huius doctrinæ veritas vt per hunc cordis amorem, meritorias possimus facere tribulationes inuoluntarias. Hoc tibi seruiat documentum.h.9.n.46.& seq. & ita fecit in cruce latro.h.44. num 27. & seqq

XIII. *Si quis diligit me, sermonem meum seruabit.* Amor sine operibus, non est amor, & sicut ex calore colligis ignem, & vbi non est calor, dicis quod esse non potest ignis: ita vbi non sunt opera, frustra quæris amorem. Hoc est argumentum D. Ioannis quo probat quod duces non facies eleemosy am, Dei amore non feruear.h.16 num 11.12.

XIV. *Si quis diligit me sermonem meum seruabit.* Remedium nobis præscribit Christus, quo nos in Dei famulatu reddat diligentes, si nempe ejus procuremus amorem quasi à seipso sumendo experientiam. Quis dicat quid Christus hominis gratia egerit illi dans omnem sanguinem suum & vitam, pro ipso moriens, ipsius hominis manibus occisus? hoc enim est *In finem dilexit eos.* Sicut enim malitia diaboli reficens in hominum cordibus ad summam vsque ascendit impietatem mitta ferente in Christi pectore amore erga homines, ad summum ascendit, vt nempe moreretur pro homine. *Maiorem charitatem nemo habet.*&c. In hoc patuit quantum amauerit hominem, imo hinc colliges quam parum dil gas Deum.h.45.nu.7.8. Insuper vt Deus insigniores amoris sui erga homines inuentiones ostenderet, dixit Euangelista: *In finem* q.d quod in hoc opere institutionis SS Sacramenti, victoriam amoris comprehenderit, quodque fuerit amoris victoriæ dedicatum quidquid hic fecit. Idcirco voluit vt in arca quæ figura erat SS. Sacramenti corona poneretur, vt declararetur quod in eo amor Dei triumpharet ibid. numero 7.

XV. *Si quis diligit me, sermonem meum seruabit.* Domine mandata tua aspera quæque comprehendunt, vt crucem tollamus, non timeamus eos qui nos occidunt, quomodo fiet hoc? amore; etenim amor est qui foras mittit timorem vt dixit D. Ioannes ex quo principio singulari discursu declaratur ratio agoniæ Christi, quæ fuit amoris cum timore conflictus ho. 42 numero 111. 112.

XVI. *Si quis diligit me, sermonem meum seruabit.* Multa sunt quæ timorem incutiunt obsequium Dei amplectenti, ac proinde hoc primum à suis militibus exigit Deus, vt omnem expellant timorem.h.43.n.33. hoc facit efficaciter amor ibid. idcirco dicitur fortis sicut mors quia nulla potestas eum potest retropellere sicut nec mortem.h. 38.n.117.

XVII. *Sermonem meum seruabit.* Offert nobis Christus remedium nullo negotio seruandi eius præcepta, & quo omnis tolletur difficultas eius quod offertur, dicendo: quod sit verbum Dei, *sermonem meum*: sicut subdito sufficit vt rem aggredi atur arduam si dicatur: Rex tuus hoc imperat, & hoc optat Dominus vt in mandatis suis consideretes, quando ait apud Isaiam: *Attendite ad me populo meus, lex à me exiet.* homil.3. numero 10. vbi vari s probatur argumentis quam facilia reddat hæc consideratio Dei mandata ibid. nu.9. vsque 27.

XVIII. *Sermonem meum seruabit* Perpende Domini suauitatem qui ne quidem vti vult nomine mandatorum nec dicit: qui mandata mea, sed sermonem meum seruauerit, nos vt nobiles excipiens & non sicut seruos, indicans mandata sua esse suauia, quanto sunt dæmonis grauiora.h. 3 n.10.vsque 14.

XIX. *Sermonem meum seruabit.* Non ait *Examinabit*; nam qui diligunt Deum vt oues illius, dicta illius non examinant vt ea credant, nec præcepta vt perficiant: nam in hoc cognoscuntur qui sint illius oues, vel qui non sint.h. 37.n.24.vsque 30.

XX. *Sermonem meum seruabit.* In hoc cognoscentur qui sunt mei si sermonem meum audientes illi confestim pareant, sicut illi qui sunt dæmonis in faciendo quod imperat.h.37.n 30.31.

XXI. *Sermonem meum seruabit.* Iustum est vt ad Deum accurramus, sicut ille ad nos. Tanta diligentes se humanitate tractat vt in audiendo verbum illorum, statim illud exequatur, eo modo quo postulant, vt vidimus in Moyse & Elia: quocirca iustum est vt hoc idem agat homo cum ipso.hom.24.n.39.40. Et si cupias vt Deus agat id omne quod postulas, tu facito quod ipse tibi iubet; etenim extra controuersiam est quod ipse eodem tecum aget modo, quo tu cum illo. homil. 25. numero 50.51. Et probatur exemplis notatu dignis in Abraham, Dauid & aliis ibid numero 52.56. vsque 61.

XXII. *Ad eum veniemus & mansionem apud eum faciemus.* Non videtur magis posse diuinam erga hominem extollere misericordiam, nec dignitatem ad quam euehit hominem quam dicendo quod illum reddat lectum & locum quietis suæ, ac thronum gloriæ: hoc enim est quod dixit D. Ioan. de Christo. *Fecit nos Deo nostro regnum.* nullum est regnum nulla ciuitas in qua ita Rex diutinam trahit moram, & requieseit cum homine atque idcirco se vocat Deum Abraham, Isaac & Iacob: notabile mysterium.h.20.n.3.& 4.

XXIII. *Mansionem apud eum faciemus.* Profundam continent hæc verba theologiam. Deus summum est bonum, cuiusque natura est summe se communicare; vnde semper aspirat vt ignis, vt hanc efficiat communicationem. Hanc autem perfecte non potest facere nisi in creatura rationali quia ceteris tantum se communicat

municat secundum esse naturale, sed non secundum supernaturale nec capaces sunt supremorum bonorum id est gratiæ & gloriæ: vnde numquam eius satiatur se communicandi desiderium, donec in creatura rationali mansionem factat, quæ capacitatem habet infinitam, qua erecta recipiat bona infinita: vnde in creatione mundi numquam quieuit, donec videret hominem creatum factumque ad imaginem & similitudinem suam, cui se posset plenissime communicare: & ita meo iudicio Deus satiatur quando alicui sua bona communicat imo suum esse diuinum in hac vita per gratiam & in altera per gloriam. h. 25. n. 84.

XXIV. *Mansionem apud eum faciemus.* Multum differt Deus a mundi principibus: illi namque vt ex natura sua sunt indigi, suam fundant celsitudinem in recipiendo a suis subditis, atque in illa ciuitate vel prouincia diutius mansionem faciunt, vbi plura illis dantur, pluraque recipiunt bona, diuitias, & dignitatem h. 41. nu. 59. Porro vt Deus est mare quod omnia in se bona concludit, & bonitas est infinita, illa desiderat communicare, ibi regni sui sedem collocat, vbi maior adest recipiendi capacitas & communicandi potestas. Hic est homo, & proinde in eo qui se disposuit, ibi requiescit & tanto iucundius ac quietius quanto magis est ad recipiendum dispositus; & quia amor maxime cor præparat ad receptionem Dei, infusus per Spiritum S. vbi feruentior hic viget, ibi diutius moratur, & ita inter omnes creaturas potissimum sedem sibi fixit in regina cælorum, virgine Maria, & postmodum in illis qui feruentius illum dilexerunt & diligunt: quia ibi subiectum est ad plura recipienda capacius. Conceptus hic notari meretur homil. 41. numero 62. vsque 65.

XXV. *Mansionem apud eum faciemus.* Mirare eximiam eorum qui diligunt Deum felicitatem, etenim requiescit Deus in illis per gratiam: qui realiter & vere in animabus eorum sedem sibi collocat: ipse in quam Deus quo beati in cælo perfruuntur: tantum discrimen est, quod hic animæ clare se non manifestet in cælo vero sic, sicut declaratur similitudine adamantum ho. 37. n. 58. Ex quo intelligi potest quos effectus in tali operetur anima, cum totum eius sit desiderium illi tribuere; quam lucem intellectui, quos affectus largitur voluntati? ibid.

XXVI. *Mansionem apud eum faciemus.* Habitare Deum in anima per gratiam in hac vita, est principium habitandi in ea per gloriam in altera vita; hoc enim est quod ait Apostolus: *Gratia Dei vita æterna.* Habitare per gloriam, erit Deum in ea mansionem facere sicut in regno: nam ideirco dicitur quod in die iudicii tradet regnum Patri suo, vt regnet in illo in æternum. Regnum hoc sunt eius electi, & Deum regnare in illis, erit cum se totum omnibus dabit, eritque omnia in omnibus, hic enim status est felicissimus, quem Deus tota sua dare potest omnipotentia puræ creaturæ, eamque animam habebit vt regnum suum præclarius, cui plura bona sua communicabit. Illud quod perfecte in statu gloriæ complebitur, incipit hic in hoc statu per gratiam cum Deus thronum suum collocat in anima sicut sol, & hæc omnia dispensat Spiritus S. cuius effectus amor est & charitas. Tu index esto an maior possit dari felicitas homil. 41. num. 62. & seqq.

XXVII. *Mansionem apud eum faciemus.* Quanta sit hæc eius felicitas qui amat Deum eiusq; seruat mandata, vt Deum habeat in anima sua regnantem: hæc est peccatorum infelicitas quod Diabolum habeant qui per peccatum intrat in animam eorum ut more symbolo declarauit D. Ioannes ho. 19. n. 15. Eius nomen est mors & post se trahit infernum vnde effectus produc. t huic conformes ibid. num. 13. 28. vsque 31. Quanta sit hæc calamitas declarat Esther dicens quod tibi damnum inferat, & adhuc sannis exceptus & Isaias expositus in figura pilosorum saltantium: namque hoc considerares videres grauiorem non posse tuam esse calamitatem h. 41. n. 55. vsque 59.

XXVIII. *Mansionem apud eum faciemus:* Cum Dominus sis maiestatis quomodo requiescas in domo adeo abiecta paupere & despecta vt homo vulgaris in eam non præsumat intrare: videtur honori tuo hoc indecorum. Non tamen est, nullus etenim locus diuina indignus est maiestate quantumuis vilis & contemptus, si modo ibi sit amor, & absit peccatum: hoc enim solum reddit habitaculum Deo indignum, vnde intelliges peccatum rem esse adeo vilem, vt non possis imaginari viliorem h. 2. n. 30. 31.

XXIX. *Mansionem apud eum faciemus.* Correspondent sibi Deus & anima: sicut enim Deus quia bonum est infinitum non requiescit nisi in subiecto capaci ad infinita bona recipiendum, & ita tantum requiescit in anima humili quæ diligit eum vt dixit Isaias: ita similiter anima cum infinitam habeat capacitatem non quiescere non potest nisi habeat Deum qui illam impleat, vnde non possunt illam bona satiare temporalia quæ merus sunt ventus homil. 4. nu. 19 vsque 26. imo potius sunt vt oleum quod flammam appetitus accendit ardentius hom 25. numero 77. nec miremur etenim aquæ mundi hominibus non sunt proprie, sed animalibus communes ibid nu. 82. Solus Deus illam potest satiare, & solum requiem obtinebit Deus, mansionem in te faciens quod verbis illis significatur *Requieuit Deus die septimo.* Conceptus hic vtilis ibid numero 84.

XXX. *Mansionem apud eum faciemus.* Habet hic rationem vnde Deus animam satiet: quia intrat eius ingreditur: nec enim eo vsque creata possunt bona

pos-

penetrare, & minus adhuc terrena: & hoc Dominus indicauit dicens: *Fiet in eo fons.* hom.25. num.86.87. Insuper illud prodigus cõsiderabat, perpendens quam perfectè paternæ domus famuli satiarentur, tibi quoque plurimũ referret ea ipsa considerare. h.18 n 54.55.

XXXI. *Mansionem apud eum faciemus.* Ita libenter manet Deus in illis qui diligunt illum eique seruiunt; vt timere non debeas quod ille ex parte sua discessurus sit nisi contra voluntatem suam, eumque tu spiritibus expuleris. ho.13.n.25. tu enim Deum à te repellis tibi grauius inferens damnum quam omnes possent creaturæ, imò ipse Deus. ibid.n.28. vsque 31.

XXXII. *Mansionem apud eum faciemus.* Nulla potest animæ maior esse felicitas: si namque vbi Deus tantum transit, tot ineffabilia bona conferat, quid faciet vbi moram traxerit, fecerit que mansionem? h.30. n.13.14. hom.41 n.8. & propositionem attende quam Dominus suis discipulis asseruit. *Quamdiu sum in mundo lux sum mundi.* Quam eleganter expendit Caietanus, tuamque commouit negligentiam, cum habens in te Deum non studeas vt nouos in anima tua operetur effectus. hom.30.num 39.

XXXIII. *Qui non diligit me sermones meos non seruat.* Heu Domine mi quam paucos habes in mundo amicos, si illos ex hoc oporteat iudicare quod dicas: scilicet: quod te non diligat mandatorum tuorum transgressor: atque inde multos esse reperiemus qui pecunias, honorem, mundumq; diligunt, & merito conqueri potes vt olim ex exẽplo Rechabitarũ. h.3 n. 21.

XXXIV. *Et sermonem quem audistis non est meus sed eius qui misit me Patris:* Hæc sententia eo modo declaratur quo illa: *Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me.* ho.29.nu.31. & seq. & particulariter videtur spectare promissum prophetam de quo Pater dixit cœlestis: *Ponam verba mea in ore eius,* atque in hoc ostendit Christus mandata sua & sermones à Patre suo descendere. ibid. num.38.39.

XXXV. *Paracletus autem Spiritus S. quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret, &c.* Hunc effectum operatus, est Spiritus S. Docens Apostolos omnia spectantia ad fidem nostram quam erant prædicaturi. Hoc egit eorum purificans & rectificans voluntates, quo præparatur intellectus ad illuminationem: etenim ad percipiendas Dei veritates, requiritur passionum & effectuum voluntatis mundities. hom.29.num.56.& seq.

XXXVI. *Et suggeret vobis omnia quæcumque dixero vobis* q.d. vobis ad memoriam omnia reducet quæ vobis dixi, dico & dicam suo loco & occasione. Hic est ille effectus quem operabatur Spiritus S. quando data occasione recordabantur Apost. eorum quæ Christus illis dixerat: Dum viueret multaque illis diceret ad fidem illorum & spem animandam, occasionibus oblatis contrariis illico turbabantur: sic illis contigit in miraculo panum in quo Philippus & Andreas & reliqui in fide languerunt. hom.27 nu.40. idem accidit immediatè post tempestate maris iactatis: diffidebant enim quamuis in panibus vidissent Christi potentiam. *Erat cor eorum obcæcatum, & non intellexerunt de panibus.* Idem notamus dũ illum capi vident & morientem. Hoc autem effecit in illis Spiritus S. in oblatis occasionibus, vt reuocaret illis in memoriam illa quæ à præceptore suo audierant: & quam in eo viderant potentiam, quibus fides eorum excitabatur, & fiducia erigebatur: vnde numquam postea inuenies eos vel diffidisse vel in ea languisse. Effectus hic est ita singularis, vt in fide ac fiducia Moysen & Abraham longe præcesserint. ibid.num.42 43.

XXXVII. *Suggeret vobis omnia.* Effectus mirabilis & vtilis reducere in casibus angustiæ, ad memoriam doctrinam & exempla Christi, nec non eius potentiam, illa ita efficaciter proponendo vt omnem superarent diffidentiam; & bene quidem hoc fauore indigebant Apostoli in subsidium tot discriminum quibus erant exponendi: nam grauiter fert Deus si in illis nostra languescat fiducia, atque idcircò Ananiam & Saphiram, Moysen & Aaron castigauit. Hanc nota doctrinam. ho.27. nu. 8. & seq. & nihilominus nihil facilius nostræ fiduciæ, quam in illis diffidere occasionibus. ibid. num.44

XXXVIII. *Suggeret vobis omnia.* Efficax foret remedium nostris fœnandis passionibus, memoria eorum quæ nobis Christus prædicauit, nostrique gratiâ fecit: est etenim myrrhæ fasciculus inter vbera sponsæ collocatus, & templum Ezechielis. Hinc dãnum, quod eorum obliuiscaris, & clare patet quam parum de Spiritu S. participes, quandoquidem tam parum hæc tibi ad memoriam reuoces. h.42.n.14.15. Quam ligatum te sentires ne Deum offenderes, & si recordareris eius quod pro te fecerit, diceres cũ Ioseph. *Quomodo possũ peccare in Dominũ meũ?* h.17.n.32.h 41.n 33.

XXXIX. *Suggeret vobis omnia.* Quam gratus esses, si quando aliquid vis facere contra Christum; quis tibi beneficia proponeret ab illo præstita, sicut Ionathas Saüli, ne Dauidem persequeretur? hom.35. num.12. Optimè tibi conueniret liber memorialis magis quam Regibus Persarum: cum ille referret obsequia subditorum Regi suo præstita, hic vero beneficia supremi Regis vilissimis exhibita mancipiis. Deprecare Spiritum S. vt tibi sit liber memorialis, cum hunc tribuere eius sit effectus. hom.42.num.24.

XL. *Pacem meam do vobis.* Opportunè pacem promittit cum sibi sumpturus pergat bellum, quo nobis pacem obtinuit. Cæleste mysterium. homil 38. numero 121. 122.

XLI. *Pacem relinquo vobis.* Nota verbum *Relinquo*

q.d. duo sunt in morte mea : primum est pœna, dolor & calamitas secundum est pax inde resultans quandoquidem peccatum sit remissum & paternum pectus pacificatum. Mihi primum sumo ; vobis secundum relinquo, vnde coniungere potes hoc quod dicit : *Pacem relinquo vobis*. Illi, *Baiulans sibi crucem* quod dixit D. Ioan. hom. 41. n. 31.

XLII. *Non quomodo mundus dat ego do vobis.* Mundus pacem suam tribuit signis exteriobus, ore salutando & corde odiendo, sicut Ioab Amasa, tales comparantur Hyenæ, quibus os est pacificum, cor autem belligerum. ho. 8, n. 31. & seq.

XLIII. *Non quomodo mundus dat*: Mundus pacem largitur & illam habebis in diuitiis, honoribus & quiete : illis etenim mundi pax obtinetur, & ait Salomon de diuite : *habet pacem in diuitiis & substantiis suis*. Hæc si deficiant, deficit & pax, cum omnes te persequantur, & inquietudine torqueatis, omni solatio destitutus : porro Christus tunc pacem tribuit & maiorem suis tranquillitatem, quando tribulationibus exercentur acerbioribus, vt asseruit monachus Arnulphus, nam hoc indicauit voluptas quâ cœcus fruebatur dum Christus illum luto liniuit. ho. 30. vsque 51.

XLIV. *Non quomode mundus dat.* Modus quo mundani pacis exhibent signa illamque in cordibus causant hic est dum bona diuitias & delitias largiuntur sed Christus suam infundit pacem mittendo tribulationes & aduersitates, & quantò sunt hæ grauiores tanto æstimant illas amici eius maioris pacis & amicitiæ tesseram quia per hoc ostendit se præclariora illis conferre beneficia, ipsosque amare sincerius. Vtilissimum planè documentum. hom. 32. n. 21. vsque 31. Inde procedit gaudium verissimæ pacis qua in ditissimis potiuntur aduersitatibus. Ita de catenis suis gloriabatur Apostolus multo magis quam Reges ex iis quas aureas & adamantinas circumferunt vocatque Philippenses socios gaudij sui hoc est eius quo fruebatur ex carceribus suis, insuper catenas suas ser.bens Ephesis appellat gloriosas, & statuit tribulationes à Deo permitti & dari vt donum excellens, fidei comparandum. hom. 15. n. 14. 15.

XLV. *Non turbetur cor vestrum vado & venio ad vos.* q.d. securi estote tantam enim de vobis gero solicitudinem, vt nullus sit pastor qui tantum sollicitus sit de ouibus suis, vadens & rediens ad illas, ne puncto quidem negligens & incurius nam apertè satis hoc declarauit in oratione horti. ho. 42, n. 90. & intelligendum est quod si modicum discedat eos pati permittens illico fauorem impertiturus accurrat, & sicut Apostolos, à periculo liberaturus. hom. 4. num. 39. 40.

XLVI. *Vado ad Patrem quia Pater maior me est.* Loquitur nunc Christus secundum humanitatem : nam loquendo secũdum diuinitatem suam, iam dixerat : *Ego & Pater vnum sumus*. Nota mysterium. hom. 37 num. 76. & seqq.

XLVII. *Venit Princeps mundi huius & in me non habet quidquam sed vt cognoscat mundus*, &c. *Sicut mandatum mihi pater*, &c. Declarat Dominus mortis suæ causam : vadit enim moriturus non propter peccata sua : nam quantumuis diligenter eum diabolus considerauerit, nihil tamen in eo reperit reprehensione dignum : vnde ad mortem tendit sola ductus Patris sui obedientia qui eum idcirco misit in mundum, quia solus eum poterat redimere qui nullum habebat peccatum, cuius & sanguis erat adeo mundus vt posset Deo satisfacere. Hoc declaratur. hom. 34. num. 5. vsque 26.

XLVIII. *Vt cognoscat mundus, quia diligo Patrem, & sicut mandatum dedit mihi, &c.* Argumentum amoris sunt opera voluntariè facta, & tantò magis quantò sunt magis voluntaria, vt autem Christus ostenderet integram voluntatem suam erga patrem suum votum emisit obedientiæ quolibet voto religiosorum excellentius. ho. 36. n. 31. & 32. ho. 41. n. 23. ho. 42. n. 88. Quod si Christus voluerit mundo patefacere quod Patrem suum diligeret ex mandatorum eius obseruantia, satis apertè tu confirmas quam languidè Deum diligas, ita continuè mandata illius infringendo. ibid.

DIE LVNÆ PENTECOSTES.

I. *Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret.* Vult nobis Ecclesia cognitionem ingerere Spiritus S. quia vero hic amor est id. que per opera cognoscitur vt heri dixit Saluator, hodie incipit ea ostendere quæ in Dei pectore operatur quod est amor omnium supremus. Cum olim Deus assereret se populum suum amore complecti, nonnullos audiuimus adeo impudentes vt per Prophetam Malachiam percunctarentur : *In quo dilexisti nos*. si numquam hoc probasset : verumtamen licet non posset ostendere in quo, melius tamen hodie ipse Christus confirmat, dicens quod amor mundi in diuino feruens pectore, Deum compulerit vt filium suum vnigenitum daret. Opus hoc est adeo præclarum, vt nec habeat nec dare posset aliud præclarius hoc enim significat his verbis : *nouissime misit filium suum*. hom. 17. num. 44. 45.

II. *Sic Deus dilexit mundum.* Amor proprie dictus est & liberalis & tantò magis quantò seruentior nam idcircò dicitur quod sibi propria reddit amato communia. Considera amoris diuini magnitudinem, cui non satis fuit dare tibi & communicare quæcumque sibi exteriora, sed insuper omnia bona sua tibi interiora. hom. 32. num. 45.

III. *Sic Deus dilexit mundum.* Hic impletur illud Isaiæ vaticinium. *Requieſcet manus Domini, & magnificus erit Dominus Deus noſter.* Requieuit manus eius, quia non habuit vltra quod daret h.35.n.44.& vocatur magnificus, quod nomen illi datur qui attribuit aliquid ſibi proportionatum, ſicut de altero dicitur *fecit ſecundum magnificentiam principalem*: vnde quid amplius eſt eſſe magnificum quam liberalem. Liberalis fuit Deus homini, quandoquidem illi dederit quidquid extra ſe creauerat: ſed non magnificus: quia hæc omnia dona ſi quidem meritum excedant hominis, non tamen diuinam adæquant magnitudinem. Hoc modo perficit: donum etenim non ſolum infinities excedit mundi meritum, ſed etiam eſt æquale Deo largitori. h.12.n.33.

IV. *Sic Deus dilexit mundum.* Ecce quare Chriſtus dicatur conceptus de Spiritu S. quia amor eſt, & hic eſt ille qui opus hoc in vtero puriſſimæ Virginis præparauit, ille qui deſcripſit illud ore & manibus Prophetarum: quocirca dicitur: *Qui locutus eſt per os Prophetarum,* ſimilis eſt Ioſeph, nam ſicut ille declarauit in Ægypto ſomnia circa tritici abundantiam, ſic fuit ille qui horrea præparauit, illiſque frumenta recondidit gratam mundo promiſionem atque idcirco ad Virginis obiectionem: *Quomodo fiet iſtud,* remiſit illam Angelus ad Spiritum S. & cum opus illud tantum ſpiret amorem, videbis Chriſtum illo ſic ſuccenſum vt videatur electrum ignibus circumfuſum, tamque diligentem vt paucis horis leucas percurrat infinitas. h. 15.n.17.vſque 20.& 22.h.41.n.24.

V. *Sic Deus dilexit mundum vt filium ſuum vnigenitum daret.* Ad perpendiculum hic cadit D. Bern. ſententia. *Triumphat de Deo amor*: & notatu dignum eſt hoc argumentum ſimiliter vt illud D. Aug. quod Deus nos amplius quam filium ſuum amare videatur: quandoquidem illum pro nobis dederit, & quamuis ſint exaggerandi formulæ, conueniunt tamen illi quod Chriſtus de mercatore dixit, qui cuncta ſua expoſuit vt margaritam emeret pretioſam hoc conceſſo pluris margaritam faciebat quam quidquid poſſidebat & pro ea erogabat h.9. n.46. & h.17.n.45.49.

VI. *Vt filium ſuum vnigenitum daret.* Quomodo dicit quod illum abſolute dederit, quandoquidem magis videatur iſto dono ſoluiſſe donum Abrahæ, quo filiũ ſuum Deo conſecrauit quando dixit illi. *Quia feciſti rem hanc.* Atque idcirco quando miſit illum inmundum dictum eſt, quod Deus promiſſum ſuum Abrahæ factum impleret? *Iuſiurandum quod iuranit, &c. ſicut locutus eſt ad Patres noſtros Abraham.* Itaque magis ſolutio quam libera videtur eſſe donatio. Profundum hic latet myſterium quo Deus oſtendit ſe perfecte liberalem, nam rem dando quæ minus cadebat ſub merito, illam tamen dare voluit, ac ſi merita fuiſſet, quatenus honor & vtilitas integrè homini cederet: argumentum hoc D. Chryſoſt. habet auctorem. hom.25. num.45. vſque 50.

VII. *Vt filium ſuum vnigenitum daret.* Daturus filium ſuum voluit vt prius ſuum daret illi Abraham, quo te docet quod ſi ut illi dederis, ipſe tibi dabit nec filio ſuo parcens ſi nec tuo peperceris, ſeque tibi tradet, ſi te illi tradideris, cui ſi micam panis negaueris ille tibi guttam aquæ denegabit. Hoc retine documentum. h.25.n.50.vſque 61.

VIII. *Dilexit mundum.* In ore Chriſti peſſimus quem Deus habebat, inimicus, erat mundus, in tantum vt dicat D. Iacob: qui amicus eſt hujus mundi, efficitur inimicus Dei, & ratio eſt quia quidquid in mundo eſt vt aſſerit D. Ioan. offenſa eſt Dei ex carne, auaritia, & ſuperbia. An ergo ſic Domine earum habes mundum, tui oblitus, atque cum hoc illi ſubuenis in tantorum quæ committuntur, criminum compenſationem? Illæ ſunt Dei retributiones, & *contra omnem juris ordinem.* h.41.n.42.43.

IX. *Sic Deus dilexit mundum.* Ecce quouſque poſſit aſcendere amor Dei, vt peſſimum ſuum diligat inimicum, illi largitus quod habebat ſuper omnia pretioſiſſimum. Per hoc bene declarat Apoſtolus amorem Dei cuius comparatione iudicri ſunt amores quos mundus celebrat illis libros replens, Dæmonis & Pythiæ, &c. h.42.n 28.

X. *Sic Deus dilexit mundum.* Poteſt mundi nomine venire homo, quia in ſe omnes complectitur eſſentias quas mundus habet, ac proinde Deus filium ſuum homini tradens ita vt hominis fieret, genus quoddam dedit toti mundo ſanctificationis & diuinitatis, & Deificauit quod in illo erat, etiam dolores, pœnas & mortem. Acumen hoc redolet Caietanum. h.36.n.9 vſq; 11.

XI. *Vt filium ſuum vnigenitum daret.* Quamuis huic amori non ſit ſimilis qui non ſit infinite minor, tamen voluit Deus quandam huius amoris deſcribere imaginem quo hominem complectitur in eo quem Abraham erga Deum oſtendit, illi proprium immolans filium. h.25.n.52.vſque 56.

XII. *Filium ſuum vnigenitum daret.* Notandum eſt verbum quod non dicat mutuo dedit, nec taliter qualiter dedit ſed abſolute dederit, quo nos honorat noſtramque promouet fiduciam quia ſuum nobis dando filium, cumque eſſet ipſe noſter factus, omnia eius opera meritoria futura erant noſtra, eiuſque diuitiæ noſtræ: ſicut tui ſunt fructus horti quem alter tibi dedit: ita vt jam ſimus in illo diuites vt notat D. Auguſt. h.42. n.16.17.18.

XIII. *Daret.* Suum nobis dedit filium: vnde eo nos eiuſque meritis ac paſſione vti poſſumus quaſi re aliqua nobis propria, ſicut thymiamate quo Dei pectus temperetur. h.42.n.20.vſque 25.

XIV. *Vt omnis qui credit in ipsum non pereat.* Non illum nobis Deus dedit ad vtilitatem suam, sicut solet dare mundus : nam sicut in eo regnat amor concupiscentiæ, nihil tribuit nisi proprii lucri intuitu. Amor Dei amor perfectus est amicitiæ, quocirca tribuit ad commodum illius cui tribuit, & ita contingit in donis Dei, imo & in ipsis quæ ille à nobis postulat vt omnia nostro seruiant emolumento h.17.n.38.

XV. *Vt omnis qui credit in ipsum non pereat.* Deus non dilexit nos quia eramus boni, nec vt illi aliquid daremus: si namque hoc esset neminem amaret, sed vt nos bonos efficeret, suaque nobis bona largiretur: multum enim differt amor illius à nostro. h.25.n.40.

XVI. *Vt omnis qui credit in ipsum.* Suum nobis tradidit filium Rex & Dominus noster, non vt illi nostras daremus facultates, eiusque cum illis sustentaremus magnitudinem, vt solent Reges terræ h.41.n.59 vsque 62. sed vt nobis tribuat, quo nostram suppleat inopiam, nostrasque sanet infirmitates. Ib.n.62.63.

XVII. *Vt omnis qui credit.* Dedit illum: ita omnium remedium vt cum innumeri sint peccatores, & sine numero peccata, nullus suo remedio careret, nec vllum esset peccatum irremissibile, maximam suam in hoc demonstraus misericordiam amori suo comparem : idcirco enim hominem creauit peccabilem, vt illam homini testaretur. h.18.n.2. remedium adeo efficax vt ad omnes pertingat. Ibid.n.8.vsque 14. nec timendum est quod deficiet quamuis multi sint peccatores: etenim eorum malitia est finita & Christi remedium valoris infiniti. h.42.n.16.17.

XVIII. *Vt omnis qui credit.* Æqualiter illum omnibus dedit quantum ex se est, vt æqualiter omnium operaretur redemptionem : etenim multum exhorret acceptionem personarum in mysteriis Christi. h.2.n.20. & seqq. Nec vult vt quisquam sibi Christum appropriet quantauis in terra dignitate præcellat. hom. 21. num.22.

XIX. *Omnis qui credit.* Hinc collige quare Christus tot genera passus sit pœnarum: quia pro quolibet patiebatur genere peccatorum & culparum vt ipse declarat. h.15.n.5.vsq; 9. idcirco vulneratus fuit in omnibus partibus corporis sui naturalis: quia nulla pars corporis mystici erat à vulnere libera: Ibid.& hom.42 num.14.15.

XX. *Vt omnis qui credit.* Ipsum dedit in omnium remedium ita singulariter, vt eo modo vnius operatus sit salutem ac si solus ille fuisset in terra & pro eo solo fuisset incarnatus. h.42.n.2.vsque 5.& exposuit. Ambr. per parabolam quam Christus dixit de vitulo saginato occiso & per illud declaratur: *Sic totum omnibus quod totum singulis.* Ibid.n.7.vsque 8. Conceptus notatu dignus & qui nobis prægrandes nostras ostendit obligationes. Ibid.num.8.& seqq.& hinc intelliges quanti faciat Deus vnicam animam, quandoquidem pro ea in singulari Pater filium suum dederit. h.30. num.21.58.

XXI. *Non pereat.* Hic tibi panditur peccati malitia quandoquidem ad eius remedium Deus tam singulare proferat remedium quasi laruam tollendo à cete. h. 42.n.11.12. & demonstrando morbi, debiti, & pœnaris peccati grauitatem. Ibid. n.13.vsque 16.

XXII. *Non pereat.* Hoc ipsum Christus exposuit adducta similitudine serpentis ænei, historia hæc et passim nota ita tamen inferior sicut viuo pictura: quæ licet intuitus illius serpentis venenum curaret serpentum, vitam tamen securam non tribuebat: sed per Christum non solum ab infirmitate conualescimus venenosa & mortali peccati, sed etiam per ipsum vitam consequimur æternam, quæ tanti valet quanti ipse Deus, quia haberi non potest nisi ipse Deus intro habeatur, eius causa & origo. h.12.n 25 vsque 26.

XXIII. *Sed habeat vitam æternam.* Hæc igitur et vita perfecta quæ omnes vitæ species complectitur terrena vero magis proprie dicitur mors quam vita. hoc illi nomen Christus indidit. & exemplis probatu admirandis. h.32.n 70. & seqq. vita quæ verè vita est ab omni eo quod mors est, omnino aliena, vitaeque terna. h.11.n.29.vsque 33.

XXIV. *Vt habeat vitam æternam.* In eum finem Pater æternus nobis suum tradidit filium, vt vitam æternam largiretur. Hoc est eam quæ absolute nomen meretur vitæ, quæ hic incipit per gratiam, & perficitur per gloriam & hæc ea est qua justi in hac vita frui incipiunt. h.37.n.57 vsque 64.

XXV. *Vt habeat vitam æternam* q d. vt per eum haberemus quidquid necessarium est ad æternæ vitæ consecutionem : tu vero considera quam abundanter nobis omnia ministrauerit, huic necessaria, vt possis dicere. *Quid vltra possum.* h.17.n.29. & seqq. nec inuenies quod illum de aliquo possis defectu conuincere sicut ille te de infinitis. h.34 n 28.29.

XXVI. *Habeat vitam æternam.* Hæc vitæ vel mortis æternitas abissus est in qua sancti submergunter nec fundum inueniunt, exclamantes *O æternitas!* O vtinam illa ante mentis vestræ voluereturoculos! quid non agit aliquis vt mortem euadat temporalem, quæ si hodie non fit, cras erit? & quid non molitur ad vitæ corporis conseruationem, quam si hodie consequatur, cras est perditurus ? quanto magis timenda mors æterna quæ numquam finietur, & quanti vita est æstimanda æterna quæ nullo tempore terminabitur. h.11.n.38.

XXVII. *Non enim misit Deus filium suum vt iudicet mundum,* Non venit te condemnaturus, & nosti mere quoniam nec tuam vult ille mortem & condemnationem si tu tibi eam non procuraueris : non enim ipse hominem creauit nisi ad vitam, nec venit in mundum

mundum nisi vitam daturus illi æternam: tu tibi mortem concilias h.13.n.31.& seqq.& affectus quo peccas idem est quo tuam acquiris tibi condemnationem Ibid.34.35.

XXVIII. *Non venit vt judicet mundum.* Hoc omnium minime quærit, judicium tuæ damnationis & si tuæ te culpæ non damnent, non ipse te damnabit.h. 26.n.52.55. Nec te flagellabit, nisi illius manibus flagrum tradideris: ipse namque ex se non habet quo te cædat. h.28.n.46.vsque 52.

XXIX. *Non misit vt judicet mundum.* In materia tuæ salutionis ne scruteris æternæ mysteria prædestinationis, quod tibi nocebit: sed opera tua considera: quia *ex te condemnaberis*; inquit D. Aug. hæc verba perpendens h.37.n.7.vsque 14 tua tantum opera perpende: etenim ex illis tua pendet damnatio, & hoc eo modo vt sicut tu vitam mutaveris, suam Deus mutet sententiam vt ait Chrysost mirabile est hoc documentum. h.37.n.4. vsque 17.

XXX. *Hoc est autem judicium quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines &c.* Verbum hoc *Judicium* significat condemnationem. q. d. secum homines deferunt condemnationem: non enim ego illos condemno Condemnantur etiam à cœcis oculis: cum enim ante oculos suos lucem habeant, illam noluerunt sed dilexerunt tenebras. Ecce quam clare justificetur Dei causa in tua damnatione h.17. n.5.6.

XXXI. *Hoc est autem judicium.* Etiam potest hoc nomen *Judicium* significare stuporem & vere major esse non potest, quam videre id quod homines fecerunt & faciunt, cum enim haberent ante se vitam & mortem, Deum & diabolum, gloriam æternam & ignes æternos, rejecto Deo diabolum elegerunt. Hic optime quadrat quod Dominus dixit. *Obstupescite cœli & portæ eius desolamini vehementer. Duo mala fecit populus meus, me dereliquerunt.* Vnumquodque per se valde stupendum est. Deum derelinquere, quamuis nullum aliud sit malum: eligere Diabolum quamuis nullum aliud detur bonum: quantum stuporem hæc duo sibi juncta causarent? h.25.n.81.& h.37.n.13. & 66. idem est ac renouare, quod fecerunt Iudæi in tantum Ch isti dedecus, illum abnegantes & deposcentes sibi Barabbam. h.41. n.96.

XXXII. *Erant enim eorum mala opera.* Ecce quare lucem odio habeant, quia male faciunt nec est quod magis latro execretur qui furatur, quam si lucerna illi proponatur. h.40.n.12.

XXXIII. *Erant enim eorum mala opera.* Lux veritatis nihil magis patitur contrarium, quam malitiam voluntatis: hæc enim trahit ad se intellectum. h. 29. n.16.17 & hæc facit vt lux ita sit odiosa quantum delictæ & luctum sunt grata: quia firmata in intellectu veritas bellum infert peruersitati voluntatis, & habet hominem vt suspensum & angustatum: atque ideireo plures execrantur atque expellunt ab intellectu veritatem, vt se ab illa molestia dissoluant & pondere voluntatis suæ moueantur. Hanc nota doctrinam. h.37. num.47.vsque 51.

XXXIV. *Erant enim eorum mala opera.* Hæc est legitima ratio quare nullus velit in domo suo veritatem, vnde illam vidit Isaias collapsam in platea h.34. num.41. nec graviorem patitur inimicum qui malum agit, quam eum qui lucem illi proponit, sicut de latrone diximus. Ibid.n.53. vsque 56.

DIE MARTIS PENTECOSTES.

I. *Amen amen dico vobis, qui non intrat per ostium, &c.* Ioan.10. Ecclesia nobis ingerit cognitionem Spiritus S. & quia hic amor est & per opera demonstratur vt heri testatus est per ea quæ in Patris pectore effecit suum nobis dando filium hodie illa ostendit quæ produxit in corde filij quem impulit vt vitam assumeret pastoris, ex se laboriosam & plenam solicitudine eamque ab alijs pastoribus ita differentem, vt hi vitam ouibus adimant qua suam sustentent, & lanam qua se vestiant & lacquo nutriantur & ita faciebant alij pastores verius dixero mercenarij; porro Christus suam dat vitam, vt eam oues suæ consequantur, carnem suam vt illæ vescantur, sanguinem suum vt illæ bibant, sua merita vt illæ vestiantur & defendantur. homilia. 41. numero. 59. vsque 66.

II. *Amen dico vobis qui non intrat per ostium.* Duo nomina sibi Dominus imponit, & sua declarat officia in symbolo pastoris & ostij quia duo fuerunt ad quæ reuocatur quidquid egit esse magistrum qui nos docuit, & redemptorem qui nobis cœlum aperuit.h.30. n.36.37. Vt doceret quomodo, magister fuit, seq; dicit Pastorem quia oues ducit, & *ante eas vadit*, Dux factus est ad cœlum sicut falsi Dij duces fuerunt ad infernum h.33. n 42. atque in hoc impleuit sponsæ petitionem imo & Dauidis desiderium. *Ostende mihi viam* h.14.n.7 8. vt declararet qualiter esset redemptor, se dicit ostium: quia homo exulerat à cœlo, nec porta patebat ingressui, redemit nos & pro culpa satisfecit atque seipsum ostium statuit, vt omnes per illud intrare possent etiam nequissimi latrones, qualem secum introduxit vt ostenderet quam late nobis cœli portam aperuerat. h.44.n.44.45.

III. *Qui non intrat per ostium.* Dicitur ostium & etiam pastor ouium sicut dicebatur Elias currus & auriga: quia sicut auriga, dux est & sicut currus nostra tollit pondera: quia realiter nostrorum tulit onera criminum adeo grauia vt terram tremore concuterent

h.42.n.14. & hæc mortalem illi intulerunt agoniam ibid. n 103.& seq. & hoc declarat vocans seipsum ostium, sicut D. Paul illum appellauit viam viuam quod significat viam quam ipse ingreditur & perambulat, & non solum ducit, ita dicitur porta quia non solum nos instruit qua debeamus intrare sed ipsa porta est quæ nos ducit in cœlum per sua merita,ea nobis dando, nostrasque sumendo pœnas homil. 42. numero 59 vsque 66.

IV. *Qui non intrat per ostium, &c. fur est & latro.* Voluit Dominus declarare Pharisæis quam ab eo longe aberant vt nomen mererentur pastorum,quo se iactabant,cum potius nomen illis conueniret latronum eo quod ad prælaturas non intrabant per ostium hoc est per merita sed vim inferendo, sicut qui parietes transilit,muneribus, negotiationibus & extraordinariis diligentiis, & in virtute non fundabantur.sed in pecuniis quibus sacrilegas committebant simonias h. 36.n. 39. extollebat eos in cathedram non proprium meritum sed brachii fortitudo:sicut lapis quem fixit David in frontem gigantis brachii sui robore & industria: sic enim ait Spiritus S. *Sicut qui iacit funda lapidem*: vbi nostra vulgata habet lectio. *Qui mittit lapidem in aceruum Mercurij* ibid.

V. *Qui non intrat per ostium.* Porta Christus est, per illam intrandum est ad dignitatem & prælaturam pastoris ouium:hoc est, assumi debet hoc officium proponendo sibi Christum, eius amorem & ouium emolumentum: qui namque per honoris ingreditur ambitionem vel pecuniarumauaritiam,vel voluptatum desiderium, ascendit aliunde: & quantum isti sua propria quærunt commoda, illi diuino tantum student honori & ouium vtilitati; atque hoc tantas inuoluit difficultates,vt idcirco tanta illud viri iusti cura fugerint, quanto alii prælaturas studio consectantur h.15.n.37.vsque 43.

VI. *Ante eos vadit.* Ille qui per ianuam ingreditur hoc est per propria merita atque ex amore Christi hic oues antecedit illis se præbens exemplar *factus forma gregis*, vt dixit D. Petr. Similis Christo factus & designatus in sancto illo animali pleno oculis qui omnes diligebantur in rotas quas præcedebat: ex quibus elicit D. Greg. Nazian. nullum esse officium cui maiori possit satisfieri difficultate quam officium boni pastoris:etenim oportet illum exemplar esse tot tamque diuersarum ouium: quod enim vni conuenit repugnat alteri.h.15.n.37.vsque 43.

VII. *Hoc prouerbium dixit illis Iesus,& non intellexerunt.* Non intellexerunt illud principes sacerdotum quod illis hoc Dominus dixerit & ostendebant se ex hoc non parum turbari: quocirca Dominus illis clare locutus est,dicens *ego sum ostium*, & suum prosequitur argumentum declarans id quod dixerat, & ait Euangelista: quod primo commoti sunt quando illud non intellexerunt, & multo vehementius quando hoc illis expositum. *Dissensio iterum facta est inter Iudæos propter sermones hos & dicebant: dæmonium habet* Diabolus vos auferat nebulones: quare voluistis hoc vobis exponi,si illo exposito vehementius turbamini? quare hic quare dicat Dominus ab illis se contenti namque loquatur illis clare malum est, malum est obscure loquatur:malum est si illis respondeat,malum est si non respondeat; idcirco illos abiicit vt desperatos.h.8.n 17. & seq.& hom.37.n.40.41. ea quoque de causa dicitur quod Deum detineant quasi suspensum h.25.n. 24. vsque 28.

VIII. *Dixit ergo iis iterum Iesus: Ego sum ostium.* Domine vt quid loqueris illis clare, quandoquidem scias ex illo futuros esse peiores? vt causa Dei iustificetur nec possint dicere sibi hoc non esse dictum h. 22.n. 36.37. nec possint conqueri sicut quando dixerunt quod in ipsum esset culpa reiicienda cur non intenderent: eo quod illis clare non loqueretur homil. numero 51. 52.

IX. *Omnes quotquot venerunt, fures sunt: ego sum ostium.* Quotquot conati sunt intrare & non per ostium,hoc est non intendendo Dei gloriã,fures sunt qui conati sunt furari quod Dei erat,etenim prælatus qui tantum studet sibi in eo quod sui officii est, quærens honorem & vtilitatem,fur est & latro, sicut foret ille pastor qui proventum prætenderet ouium Domini sui in propr um commodum: & legatus qui non curaret honorem Regis sui a quo mittitur, vnde bonus prælatus semper loqui debet in nomine Dei, dando honorem Deo h.29 nu.40.4. hæc est illa obligatio iuxta diuinam decreta legem, vt frater secundus vxorem fratris sui primogeniti, & filii ex illa geniti nomen circumferent primogeniti hom.22.numero 57.

X. *Ille fur est & latro.* Honor proprie ad Deum spectat qui ex bonis profluit operibus, & efficit ad dignitatibus; vnde reputat Deus tamquam furtum si quis illum sibi voluerit eripere, & idcirco superbum punuit Nabuchodonosor.ho.29.n.44. & Saulum qui manum erexit in arcu triumphali ibid n.45.& affectu præmioDauid,quia vt erat iustum,honoremDeo consecrauit ibid n.47.48.

XI. *Fur est & latro.* Statim a principio suo cæpit diabolus esse fur conatus honorem & gloriam Dei furari atque in eius se sede collocare. Idem fecerunt diaboli qui in mundo voluerunt pro Diis adorari, & idem apperierunt homines qui se in Deos voluerunt erigere: & quia latrones erant se mutuo patiebantur, vt solent latrones opes deprædati alienas;Deus tamquam alium secum passus est Deum, nec Christum eos permittit sed arguit vt latrones: subtilis hic con-

conceptus tribuitur D. Augnst.homil.28.n.18.21.22.

XII. *Ego sum ostium.* Felices oues quæ tali gaudent pastore talique porta,per quam ingredi possunt & egredi & semper bona inuenire pascua: *Ingredietur,& egredietur,*&c.quia Christus scala est per quam intrant & exeunt Angeli. h.36.n.3.4.

XIII. *Ingredietur & egredietur,& pascua inueniet.* Hæc est optima sors ouium, quod ingrediendo & egrediendo illis omnia vertantur in bonum, sicut illis qui tales non sunt,omnia cedunt in malum.homil.32. numero 41.vsque 45.

XIV. *Fur non venit,nisi vt mactet & perdat.* Effectus hic est diaboli & finis ob quem petit ingressum in animam tuam. Fur est, quia illam studet Deo suffurari eamque laborat mactare & perdere:nam ita vidit illum D.Ioan.vt mortem quæ mactabat,& post se trahebat infernum quo cuncta perdebat:quod si quæras qualiter intret in animam, exposuit hoc D.Ioan. nempe per peccatũ,sicut in.fidens equo.h.19.n.13.vs.18

XV. *Fur non venit, nisi vt mactet & perdat.* Talia operatur Diabolus quando per peccatum ingreditur: primo; mactat quia vitam occidit animæ. Damnum horribile.h.13.n.7. Secundo, opera perdit meritoria ibid.n.8. & omne bonum euertit nam hoc declarauit D.Ioan.per proprium illi nomen h.19.n.28.vsque 31.

XVI. *Fur non venit, nisi vt mactet & perdat* : Nil maius dolendum quam dare furi ingressum.quia præterquam quod te perdat tuaque cuncta dissipet bona, insuper & te subsannat tuumque ridet incommodum, vt dixit Esther,& est ille pilosus quem dixit Isaias,qui tanto lætior tripudiat quanto tibi damnum intulerit acerbius. Hunc ne conceptum prætereas. homil.41. numero 53.vsque 59.

XVII. *Ego veni vt vitam habeant & abundantius habeant.* Hic igitur bonus est pastor, qui sic ex officio vitam tribuit vt nomen eius vita sit.h.19.n. 13 14. Et venit in mundum & vixit & mortuus est vt oues suæ vitam haberent & vitam abundantem. Vita est per gratiam : etenim in rei veritate per ipsam datur principium vitæ æternæ h.37.n 58. hæc vita hic perfecte non participatur,quia Deo plene non fruimur,vt ibidem declaratur sub symbolo adamantum : vita abundans est vita gloriæ,vita toto sic ore proclamanda absque vllo mortis vestigio vel timore eiusdem h.11.nu. 38. dempto omni genere pœnarum ibid.n 31. vsq.38. & habebit in se perfecte Deum, in quo omnes vitæ comprehenduntur perfectiones. homil.12, nume.24. 25.vnde profluent torrentes vitæ abundantes vt dixit Ioel ibid n.26.vsque 32.

XVIII. *Ego veni vt vitam habeant.* Domine oues illæ an iam non vita potiuntur? significat quod hæc vita vocari non possit vita : quocirca in ore Domini semper dicitur mors & vere talis est & sicut de tali conqueritur D.Au.h.11.n.30.vita est talis vt quidam elegerit potius in purgatorio manere quam ad illam reuerti h.32.n.70.71.

XIX. *Oues vocem eius audiunt.* Circa hæc varii habentur discursus,quibus declaratur id quod Dominus de ouibus suis dixit quod audiant vocem eius.h.37.n. 34.vsque 40.

DOMINICA SANCTISSIMÆ TRINITATIS.

I. *Data est mihi omnis potestas in terra.* Math.28. Celebramus hodie mysteriorum quod est essentia diuina Domini nostri in seipso. Vsque modo in præteritis festis actum est de eo in ordine ad opera sua, hoc est quomodo Pater miserit filium, quomodo filius nostram operatus sit redemptionem, viuendo,moriendo & resurgendo quomodo Spiritus S.sit ille qui hæc omnia opera disponit.Modo proponitur nobis idem Deus in seipso,& secundum suam essentiam, est enim vnus in essentia & trinus in personis & si opera nostris oculis expolita sint intellectu ita difficilia, vt illa considerare non possimus nisi per oculos fidei, quanto minus poterimus eius essentiam etenim iuxta Philosophos minus cognosci potest rei alicuius essentia, quam eius opera. Capilli de capite sponsi germinantes nigri sunt,quanto magis ipsum caput.h.37.n.9.& seq.h.45.n.7.8.

II. Mysteria supernaturalia eo ipso quo talia sunt luce non possunt cognosci naturali,proinde necessaria est lux fidei,& ad illa intelligenda hæc via est,illa credere, & non e conuerso. Statuit nos Deus in Ecclesiæ suæ scholæ, & primum principium illam frequentantium est credere quod auditur, vt postmodum intelligatur & videatur,& possimus dicere:*Sicut audiuimus ita & vidimus.* & hoc singulare est in mysterio SS. Trinitatis.h.29. n.59.60,

III,Infinita est distantia inter essentiam supremorum Seraphim & Dei. Illam non possumus penetrare,nec mirum,cum creaturæ sint eminentissimæ,quas quidem noster intellectus nequeat minimam creaturarum capere essentiam, veluti muscæ quæ censetur inter minores:nec enim nosti quomodo vel vnde habeat cor, oculos, ventrem vires quibus pellem penetret tibique sanguinem extrahat : ideirco iubet Spiritus S. ne curiose velis opera Dei perscrutari, quanto minus perscrutanda sunt mysteria essentiæ eius infinitæ?Captiuandus tuus est intellectus, cognoscens valde fore exiguam Dei naturam si ab humano posset intellectu comprehendi. h.37.n.11.

IV. Ne præter debitum inquiras quomodo tres

sint

sint personæ, & vna essentia? Quomodo Pater qui generat & filius genitus, & nulla inter eos prioritas quæ vnio sit ista trium personarũ? vnio naturæ diuinæ cum humana quomodo in vno fiat supposito, non potest intellectus comprehendere creatus quanto minus vnionem trium personarum in vna essentia, quocirca non tibi præcipitur illam intelligere, sed credere, & accedas cum Moyse ad visionem magnam velatis oculis erectisque calceamentis. h. 36. n. 2. h. 37. n. 9.

V. Vnio actuum diuini intellectus cum nostra libertate tantam inuoluit difficultatem vt Apostolus Paulus hoc argumentum ita concluserit. *O altitudo diuitiarum, &c. Quam incomprehensibilia.* Et solatur nos S.S. dicendo, sibi sufficere si tantum credas, quanto magis in hoc mysterio h. 37. n. 9. vsque 12.

VI. Quotquot sumus in Ecclesia gloriamur nos esse oues Dei, Primum signum earum statuit Christus, audire vocem suam, nec veritatem eius quod dicit excutere, Hoc à te quæritur in hoc mysterio, atque ita tibi respondet eleganter D. Aug h. 37. n. 24.

VII. Non vult Deus vt examines id quod præcipit sed obedias, & illum non auscultes te interroganten *Cur præcepit vobis Deus?* Quanto minus licet tibi veritatem eius quod tibi dicit, scrutari, & quam proponit per fidē suā de mysterio SS. Trinita. h. 37. n. 28. 29.

VIII. Quamuis altissimum sit SS. Trinitatis mysterium, aliquid tamen inuestigare possumus ex eo quod in anima nostra videmus, facta ad imaginem & similitudinem Dei, per intellectum & voluntatem quibus pollet: h. 33. n. 3. 4.

IX. Hoc inter alia suscepit in se Christus, vt hoc scilicet mysterium reuelaret, & quamuis hoc sæpius fecerit implens illud quod dixit *Pater manifestaui nomen tuum hominibus.* ho. 29. nu. 49. Et dicendo: *Ego & Pater vnum sumus.* h. 37. n. 76. & seq Singulariter tamen in hac impleuit illud occasione, dicendo. *Baptizantes eos in nomine Patris & filii & Spiritus Sancti.*

X. Dicendo *In nomine*, in singulari, vnam significat auctoritatem, vnam potentiam, vnam essentiam. Nominando Patrem, filium & Spiritum Sanctum, Trinitatem declarat in personis atque à mundi principio voluit Deus numerum hunc coli ternarium, in tantum vt Aristoteles statuerit vt commune inter sapientes principium: *Numero ternario gaudet Deus*, & hunc notamus numerum celebrari h. 12, n. 32.

XI. *Data est mihi omnis potestas.* Quamuis Christus propter unionem hypostaticam Dominus esset omnium absolutus. h. 26. n. 55 Nouo tamen voluit titulo plenum hoc acquirere Dominium velut iure belli, per sua merita & mortem iuxta illud Apostoli *Propter quod & Deus exaltauit illum*, &c. vnde à mortuis reduuus sic ait: *Data est mihi omnis potestas* iuxta illud de psalterio. *Exurgat Deus & dissipentur.* h. 49. n. 2. Hanc potestatem retulit & victoriam de Diabolo ib. n. 11. vs. 16. De morte & Iudæis ib. nu. 16. vsque 22.

XII. *Euntes docete omnes gentes.* Sicut eiecit de mundo Diabolum, sic etiam eiecturus erat obscuras tenebras & horrendas ignorantias quas Diabolus per mundum sparserat: etenim admirandum est, quanta homines stultitia & cæcitate immersos occupabat ho. 5. n. 5. vsque 9. Quo has expelleret ignorantias per Euangelii sui lucem discipulos misit: quod inter mirabiliora mirabiliter operatus est, docendo primum principium vnitatis Dei, destruendo idololatriam etiam inter Iudæos. O quale miraculum! ibid n. 9. 10.

XIII. *Euntes docete omnes gentes.* An ergo per homines ita rudes & indoctos totum vis docere mundum? volo: nam luto cœco lumen restitui ad omnipotentiæ meæ demonstrationem. h. 30. n. 45. vsque 48.

XIV. *Docete omnes gentes.* Vide discursus nostros in die Ascensionis ad illa verba. *Euntes in mundum vniuersum, prædicate Euangelium*, &c. Etenim hunc bene seruiunt proposito,

XV. *Docete omnes gentes.* Domine qua consequentia iubes vt pergant docturi mundum, ex eo quod tibi data sit plena super illum potestas? Magna satis, primo namque dominorum est, subditis suis, & parum filiis consulere: defectus etenim horum illis adscribuntur. h. 23. n. 6. 7. 8. & decreuit hoc Deus in legra eorum qui tauros suos bouesque corrupetas non coercebant. Discursus memoratu dignus. h. 35. n. 18. insuper ea de causa in horto patitur agoniam, vadit, venit, & reuertitur ad discipulos suos. h. 42. n. 91.

XVI. *Data est mihi potestas. Euntes ergo.* Optima consequentia dedit mihi pater plenam potestatem, ergo mihi subueniendum est illis quos potestas mea complectitur, quod Deus Dauidem egregie docuit: id namque illi dederit potestatem, hoc ea factum fuit intentione vt subditorum curam gereret. h. 15. n. 33. 36. 37. & hic videant prælati & superiores quibus data potestas, illam non ideo dari vt dormiant & quiescant, etenim eam ob causam viri Sancti prælaturam vt gaue onus æstimarunt, magna licet fulgeat potestate ib. numero 37. vsque 43.

XVII. *Docete omnes gentes.* Habes hic quibus Dominus suam debeat impendere potestatem, & in quo hanc debeant principes ostendere: Si nimirum agant & disponant id quod vtilitati & commodo seruit subditorum. Hæc est illa mundi fatuitas qua iudicat non hoc haberi potestatis indicum, quod impenditur vtilitati, docendo ignorantes, & curando infirmos ho. 8. num. 44. vsque 47.

XVIII. *Euntes ergo docete omnes gentes.* Hic est itaque legitimus Dominus cui merito datur potestas quam in subditorum extendat vtilitatem, & non agat sicut multi, qui potestate sibi à Deo tradita pro

uerſe abuntur contra eiuſdem Dei obſequium atque in ſubditorum ſibi grauamen. hom.35. num.16. vſque 19.

XIX. *Data eſt mihi poteſtas. Euntes ergo.* Beati tali Domino ſerui, qui famulorum opera non vtitur niſi ad ea quæ diuinum ſpectant obſequium quo non partum animæ ſuæ bonum acquirunt: non ſicut multi terreni, qui miniſtros ſuos ſuæ faciunt inquitatis inſtrumentum: vnde ſicut illos in malo comitantur, ita & in inferno comitabuntur, vbi ingreſſum faciens ſolemnem. h.35.n.22. vſque 25.

XX. *Data eſt mihi poteſtas. Euntes ergo docete.* Hic itaque princeps eſt qui meretur poteſtatem accipere, quam impendit operibus ita præclaris, vt ſint mundi remedium omniumque beneficium. Multos nouimus in mundo qui poteſtatem exercent in offenſis Dei, & quo potiuntur majori, eo ſunt & maiores eorum iniquitates: idcirco vidit illos Ezechiel in medio inferni, ſicut e contra Chriſtum in ſupremo cœli reſidentem. h.35 n.19. vſque 22.

XXI. *Euntes ergo docete omnes gentes.* Domine qua ratione mittis illos vt doceant, ſi litteras ignorent? Videris illos magiſtros creare, quos nondum docuiſti diſcipulos. Non per hoc excuſat à ſtudiis & frequentatione claſſium prædicatores: nam illud tunc ita conueniebat, nunc autem expedit ad prædicandum vacare ſtudiis: etenim prima Dauidis victoria obtenta fuit in funda & lapide, ſed poſtmodum armis pugnauit limatiſſimis. Ita mihi ſuggerit D. Auguſtin. homil. 29. num. 12 13 14.

XXII. *Docete omnes gentes.* Quanto laborauit ſemper ſtudio Dominus, quotieſcumque miſit Apoſtolos ſuos, vt illis iniungeret, ad omnes ipſi pergerent, nulla habita ratione diuitis vel pauperis: nihil etenim ita gratiæ Spiritus S. repugnat atque acceptio perſonarum: argumentum hoc vtile eſt homil. 21. num. 20. vſque 23.

XXIII. *Baptizantes eos in nomine Patris &c.* Præclara myſteria operatur Chriſtus in aquis. In illis primum fecit miraculum, quo fidem in diſcipulis ſuis confirmauit: illis modo finem impoſuit aquarum præcipiens baptiſma hom. 25. num. 61. quod ſi percunctaris quare hanc virtutem aquis indiderit, & non igni nec aeri, cum ita ſit quod in igne & aere diſcipulis ſuis Spiritum S. miſerit: reſpondeo quia Baptiſmus lauat, & Baptiſmus dirigitur ad lauandum: & etiam quia lauatorium peccatorum fit per lacrymas, quarum figuram aquæ præferunt, quas idcirco Deus tanti facit, quanti ſe facere oſtendit tempore Samuelis. hom. 38. num. 74.

XXIV. *Baptizantes eos in nomine Patris.* Modo poteſt Dauid gratias referre Deo, quia nos ſua coronat miſericordia. Noſtra prima ea fuit calamitas, qua nati ſumus filii Adam atque ex eo eiuſdem culpæ & pœnarum heredes: ad huius remedium primo Baptiſmus inſtituitur, quo naſcamur filii Dei eiuſque gloriæ heredes: vnde ſuper hoc principium ita nobis prouidet: vt dicente Apoſtolo *Nihil vobis deſit in vlla gratia.* h.17.n.29. vſque 32.

XXV. *Baptizantes eos.* Hæc eſt prima porta per quam intrandum eſt in Eccleſiam, quia eſt reſpublica fundata per Chriſtum vt ſint ſancti: fiat vna porta, in qua omnes ſuas relinquant ſordes & peccata nempe Baptiſmus. h.34 n.34.35.

XXVI. *Docentes eos ſeruare.* Ne cogitet Baptizatus ſe jam omnia feciſſe: nam poſitus in Eccleſia laborare debet in obſeruantia mandatorum: non enim ſtatuit Deus Adam in paradiſo vt eſſet otioſus, ſed *vt operaretur & cuſtodiret.* Iam declarauit Dominus quod illum poſuerit in Eccleſia velut arborem, quæ niſi fructum ferat, exſcindetur. homil. 17. num. 46. 47. & non quælibet eſt arbor ſed vinea ex ſingulari myſterio. Ibid. num. 12 13.

XXVII. *Docentes eos ſeruare.* Nota verbum *Docentes*: quia facere vt obſeruent mandata, fieri non debet impetu cœco, ſed docendo: Pari greſſu procedunt intellectus & voluntas, & ſicut diabolus per malitiam voluntatis peruertit intellectum: ita vos illuminando & docendo intellectum expurgare debetis malitiam voluntatis illamque vobis allicere. homil. 29. num. 52. & ſeqq. Hoc dixit D. Paul. *Argue in omni patientia & doctrina*, & hæc labia ſunt ſicut lilia. homil. 22. num. 52. 53.

XXVIII. *Seruare omnia quæcumque mandaui.* Non ſufficit vnius mandati cuſtodia: jam enim dixit D. Iacobus. *Qui offendit in vno &c.* Et ſufficit vnus aditus in ſepe horti, vt tota diripiatur. hom. 17. num. 24. 25.

XXIX. *Ecce ego vobiſcum ſum.* Audis reſponſum hic quibuſcumque difficultatibus obiiciendis ab Apoſtolis, eſſe ſe pauperes, ignorantes, perſecutiones, mortes: quia habendo Deum qui eſt omne bonum, nullum poteſt eſſe malum quod noceat: quia in tantum nocet malum in quantum eſt priuatio boni. Quocirca ſicut non habendo Deum, quodlibet timeri poteſt malum quantumuis exiguum ſit: ita illum habendo, nec omnia quidem ſimul ſunt formidanda. Iam hoc cognouerunt Iſraelitæ in diebus Moyſi & Samuelis h.13.n.5.6.

XXX. *Ecce ego vobiſcum ſum.* Vt ſupremum omnium minatur Deus terticulamentum, a populo ſuo ſe diſcedere. h.13. n.14. vſque 17. quod & ipſi Gentiles intellexerunt, dum Deos ſuos clauis configebant. Ibid. num. 17. vſque 20. & hinc ortæ ſunt lacrymæ Iacob. Ibid. num. 20. vſque 23.

XXXI. *Ecce ego vobiſcum ſum.* Omne damnũ huius

populi in eo fuit quod Deus ab eo discederet : quo quodliber damnum illum poterat inuadere, quocirca hæc maxima Dei misericordia est si sit cum aliquo: eo etenim modo nihil potest illi esse damno. hom. 13. num. 23. 24.

XXXII. *Ecce ego vobiscum sum.* q. d. grande facinus proponitur conuertere corda, & operari in illis, sed notandum vos solos non operari, operabor & ego vobiscum, etenim vobis ad aures corporis operantibus; operabor ego in auribus animæ h. 29. n. 11. & hic sit finis prædicatoris Deum secum habere juxta vtilissimum Spiritus S. consilium. Ibid. n. 14. vsque 18.

XXXIII. *Ecce ego vobiscum sum.* Hoc tuæ fundamentum, est fiduciæ in omnibus tribulationibus, videtur eum idem replicare quod in tempestate, *Ego sum* non vos in illa deseram, sicut diabolus, mundus, caro. h. 4. n 45. & seqq.

XXXIV. *Ecce ego vobiscum sum.* Hoc semper habeto præ oculis & quando grauiori vrgeris aduersitate, ne dixeris vt Martha: *Domine si fuisses hic*: tunc etenim magis tibi aderit quando tribulationes fuerint acerbiores. h. 32. n. 53. 54.

XXXV. *Ecce ego vobiscum sum.* Hæc est sanctorum felicitas quod Christus se in illis substituat ac si ipse esset qui tribulationes pateretur, & est quasi captiuus cum captiuis, & quasi talis esset sui curam haberet: ita serui sui quando talis est, curam suscipiet. hom. 27. num. 46. 27.

XXXVI. *Ecce ego vobiscum sum &c. vsque ad consummationem sæculi.* Multis modis nobiscum est Deus eritque vsque ad vltimum mundi diem. Primo: in SS. Sacramento duobus valde miris satisfaciens amoris effectibus. h. 45. n. 14. 15.

XXXVII. *Ecce ego.* Secundo: in templis quasi in domibus suis, vt misericordiam nobis exhibeat. h. 7. n. 40. 41. potissimum est in illis hom. 28. n. 18. & seqq. suntque referta Angelis. Ibid. n. 20. 21. Domus sunt ad nostrum institutæ commodum. Ibid. n. 24. vnde graue peccatum est illud quod in illis committitur. num. 14. vsque 18.

XXXVIII. *Ecce ego vobiscum.* Tertio: in pauperibus. h. 16. n. 11. vsque 16. vnde illos considerare oportet oculis fidei h. 30 n. 24. 25.

XXXIX. *Ecce ego vobiscum.* Quarto: manet in prælatis Ecclesiæ visibilibus: sic enim ratio suadebat, vt securi essemus in doctrina cui nostrum subjicere tenemur intellectum. h. 14. n. 9 vsque 16. Pariter etiam est in sacerdotibus vnde licet mali, sunt tamen honorandi. Ibid n 29 vsque 36.

XL. *Vsque ad consummationem sæculi.* Hoc dicit ad differentiam Synagogæ in qua quidem fuit, sed ab illa discessit ob nimiam eius ingratitudinem & rebellionem qua illum eiecerunt, & mansit ille populus sicut spelunca ex qua leo discessit. h. 13. n. 23. & seq. verumtamen semper erit nobiscum in Ecclesia quæ est domus Petri. h. 24. n. 21.

XLI. *Vsque ad consummationem sæculi.* Semper est in Ecclesia Deus quamdiu mundus erit mundus: sed caue tibi ne te hac expellat suaque societate, sicut expulit Iudæos: etenim vineam semper conseruauit licet illos ob eorum culpam illa exturbauerit, & qui fructus non retulerunt caue ne tibi idem contingat, hoc nota documentum. h. 17. n. 46. vsque 52.

IN PESTO SS. SACRAMENTI.

I. *Caro mea vere est cibus.* Ioan. 6. Conuiuium est hoc quod nobis Christus instituit non solum excellentius illo quod Assuerus præparauit, sed etiam illo quod Gentiles fabulati sunt à sole, præparatum. hom. 27 num. 1. Hodie festum est amoris triumphantis & potest dicere D. Bern. *Triumphat de Deo amor.* Tantus enim est illius amor vt seipsum nobis apponat in cibum, & ad quamlibet mirabilium eius admirationem si ab illo in singulari rationem exposcas, nihil respondebit vt olim Amnon: *Amo.* hom. 25. num. 14. vsque 37.

II. *Caro mea vere est cibus.* Amori proprium est reddere amantes æquales eosque humiliare. Vide num tibi potuerit Christus se referre magis planum & abjectum quam in cibum se transformando quo amor Herculis tenebras offundit. h. 25. n. 37.

III. *Caro mea.* Hic integre Christus satisfacit, & operatur quod dixit Apostolus formam serui accipiens & seipsum effundens vt nobis omnes suas largiatur diuitias quia omnes illas in carne sua posuit hic mamque accepit serui, se abscondens sub accidentibus panis & vini h. 45. n. 2. 3. 4.

IV. *Caro mea vere est cibus.* Assumpsit Christus formam serui sui panis, vt in nos omnia sua bona effunderet, melius quam Isaac in Iacob, & agit cum panis id quod cum hospite in cuius domo cœnam celebrauit. h. 45. n. 16. 17. 18.

V. *Caro mea.* Ecce cæleste mysterium quod dixit Oseas in quo Dominus se pariter constringit & extendit quantum est possibile, & imitat terræ rusticos & etiam cœli primates ad easdem dapes, eminentes quam Ioseph ciues & peregrinos ad mensam adhibet h. 45. n. 20. vsque 23.

VI. *Caro mea vere est cibus.* Hoc est illud plane mirandum opus quod teste Isaia nec oculus vidit &c. & quod faciendo ad ipsorum hominum beneficium, illi ipsi difficultatem obiicerent, impossibilem judicarent eius magnitudinem. h. 45. n. 23. vsque 27.

VII. Car

VII. *Caro mea vere est cibus.* Mirare perfectum hic mysterium Incarnationis. Venit filius Dei totus in commodum nostrum non nostra sumpturus, bona, sed sua traditurus, sicut e contra faciunt Reges terræ. h.41. n.59. vsque 65. Obiicere poteras quod nostram à nobis sumpserat humanitatem: sed tibi respondebit, quod illam sumpserit pro nobis; nam vt nostram operaretur redemptionem, Dominus hac opus habebat. Ibid. num. 65 vsque 68. porro singulariter illam sumendo, profundum illud effecit mysterium quod similitudine fermenti declarauit. Conceptus hic à D.Cyrill. profluxit, composuit enim de carne sua fermentum, vt carnem nostram fermentaret; quocirca his verbis: *Verbum caro factum est*, adiunge statim illa; *Caro mea vera est cibus.* Ibid.num.68.& seqq.

VIII. *Caro mea vere est cibus.* Primo supponit Dominus huius Sacramenti veritatem, ipsam iuramento & luce diui sui verbi confirmans. Sunt ea bona, quæ suis præparat, talia vt absque luce eius cognosci nequeant, vt dixit Isaias & hoc est quod principaliter instituit eo modo vt de illo quod Dauid cecinit: *Parasti mensam*: singulariter dixerit Isaias: *Oculus non vidit, quæ parasti exspectantibus te.* Erat necessarium vt ipse lucem infunderet qua nos illuminaret iuxta hanc Dauid's orationem. *Emitte lucem tuam & veritatem tuam.* h.33.n.20.vsque 24.

IX. *Caro mea vere est cibus.* Sufficit nobis qui fideles sumus verbum Domini non simplex sed iuramento confirmatum: etenim oues eius vocem eius audiunt & sola eius assertione acquiescunt nec disputant sufficit enim ad animos nostros firmandum verbum quod sufficit ad cœlos terramque fundandum. h.37. n.24. Ne Pharisæos imiteris qui volentes esse sapientes eo ipso stulti facti sunt. Ibid.n.26.27. Nec in Hymenæi labaris blasphemiam sed primum locum cede fidei quæ verbo Dei nititur dicentis, *Caro mea vere.* h.29.n.59.60.

X. *Caro mea vere est cibus.* Mysterium est hoc quod Dominus operatur in Ecclesia sua, nec permittit dari infidelibus: quia mysterium hoc ex illis est quæ Dauid vocat doctrinam separatam. h.29. n.6. & necessarium est esse intra Ecclesiam, vbi intellectus captiuatur sicut Ioseph solis verbis Domini catenatus. Ib.d. num.9.10.

XI. *Caro mea vere est cibus.* Opera sunt illa quæ Dominus efficit amoris, nec aliis debent legibus examinari, sunt enim capilli nigri sponsi. h.45.n.8.

XII. *Caro mea vere est cibus.* Adest Dominus nos in veritate, reddens certiores beneficii quod nobis confert. Non inquiras quomodo fieri potest hoc, quomodo aliud? quod sit in tot partibus? in quantitate adeo exigua? sunt etenim diuini cogitationes excellentes; quas tibi prohibet perscrutari Spiritus Sanctus. Alioquin excœcaberis. hom.37.n.9. vsque 12. Imitari debes Moysen qui non intelligens grandem illam visionem rubi in igne, accessit ad illam obuelatis detractisque calceamentis. hom.36.num.2.

XII. *Caro mea vere est cibus.* Prima vice qua Dominus voluit hoc reuelare miraculum, ad nostram instituendum vtilitatem, præmisit illud ita solemne de quinque panibus, vt esset quasi fornix super quam arcum illum erigeret doctrinæ SS.Sacramenti, quatenus per hoc patens ad oculum, viam strueret alteri, quod tantum intellectu credendum erat: vnde interuenerunt in illo miraculo tredecim circumstantiæ huic proposito singulares. hom.27.n.79.& seqq.

XIV. *Caro mea vere est cibus.* Nota est vis verbi Dei quam Centurio confitens viuam suam ostendebat fidem, & hæc tibi demonstrabit, quod qui dicit; *Caro mea vere est cibus.* hoc possit operari solo verbo imperando. h.2.n.39.vsque 43. Viuum est Christi verbum & potens efficere quod dicit, quia verbum est diuinum. h.31.n.72.

XV. *Caro mea vere est cibus.* Hoc inter alia vult nobis securum esse quod sibi seruientibus alimoniam subministret. Nec enim tantum bonis occurrit spiritualibus, sed etiam temporalibus. h.27.n.23. & injuriam sibi reputat, si quis de eo credat quod sibi seruientes emori fame patietur, nam ob huius fiduciæ defectum puniuit Moysen & Aaron, & puniti fuerunt Ananias & Saphira, prouiditque Deus Danieli captiuo in lacu leonum; qui ita securum reddit sibi seruientem de victu corporali, deficere non poterat in prospiciendo de victu animæ, tanto studiosius, quantum præcellit anima corpus. h.27.n.8.vsque 12.

XVI. *Caro mea vere est cibus.* Omnino certum est quod Deus seruis suis alimoniam ministret corporalem nec illos patiatur fame languescere; non est vt mundus, caro, & diabolus. Non etiam deficiet in principali, nempe cibo animæ h.27.n.12.& seqq.

XVII. *Caro mea vere est cibus.* Tanto Deus electos suos amore prosequitur vt eorum gratia toti mundo corporale ministret alimentum, atque propter ipsos mundum creauit, liberali manu cuncta in eo viuentia sustentans. hom.27.num.19. vsque 27. Extra controuersiam est quod suis cibum pararet animæ particularem, quod Dauid indicauit, quando præmisso: *Homines & jumenta saluabis &c.* Hoc adiungit; *Filij autem hominum &c. sub umbra buntur &c.* Et sicut principio mundi eodem illos pauerit cum animalis ferculo, tempore gratiæ ferculum erat præparaturus omnino singulare: hoc est; *Caro mea vere est cibus.* hom.25. num.82.& seqq.

XVIII. *Caro mea vere est cibus.* Sicut ex sollicitudine qua Deus cibum præparat corporalem, collegimus quanta sollicitudine de cibo prospiciat spirituali,

ita formari potest efficax argumentum, quo spes nostra roboretur quod Deus tibi non deficiet in iis quæ corpus spectant, cum in iis quæ animam concernunt sit adeo munificus. Hæc frequentissima est diaboli tentatio quod si te Deo consecres in seruum, sis fame moriturus homil. 5. num. 31. & homil. 27. num. 2. & quamuis multifariam huic respondeatur tentationi, tamen ratio magis efficax est si consideres quod tibi hunc præparauerit cibum; & sicut Christus asseruit: *Qui maiora præstitit, minora præstabit.* Ne stulteseas vt dixit Propheta Rgi Asa. hom. 27. num. 43. & seqq.

XIX. *Vere est cibus.* Hic itaque cibus est verus qui satiat. Tales esse cibi, non possunt mundi, quos bene nominat Ozee ventum. *Ephraim pascit ventum.* Vnde implent tantum, non satiant. homil. 4. num. 19. vsque 26.

XX. *Vere est cibus.* Verus igitur hic cibus est qui satiat, quia Deum ipsum continet qui est omne bonum, & per consequens cum illo habetur quidquid desiderari potest. Satiare non possunt terræ fercula: absit enim vt famem vel sitim tollant imo etiam ipsam acrius accendunt. homil. 11. num. 27. & hom. 25. num. 77.

XXI. *Caro mea vere est cibus.* Hic verus est cibus, qui ingreditur vbi fames est, quia caro Dei est, qui cum bonis suis ad intima cordis penetrat. Ratio hæc consideratione digna est. homil. 25. num. 84. vsque 88. & hic dici potest hoc quod operatum est miraculum quinque panum, quod Dominus fecit hoc publicaturus mysterium. *Impleti sunt.* hom. 27. num. 71.

XXII. *Caro mea vere est cibus.* Descripsit nobis quandam conuiuii imaginem Isaias prædicens à Domino in monte Ecclesiæ suæ instituendum esse conuiuium, conuiuium pinguium, conuiuium medullatorum, conuium vindemiæ defœcatæ. hom. 11. n. 22. 23. nam quod ibi de gloria dicitur, huic potest conuenire conuiuio: non refert Propheta quid Dominus in hoc sit conuiuio largiturus; quia tantum est vt homo illud nequeat explicare, sicut Dauid dixit de manna. hom. 45 num. 21.

XXIII. *Caro mea vere est cibus.* Duo dixit Isaias singularia de illo conuiuio vnum quod in eo Dominus manum suam extenderet quantum posset. Secundum quod ardentissimo esset satisfacturus desiderio, quo populus ille flagrabat, vt Deum suum posset indice digito declarare. Hoc desiderium grauibus illos pressit angustiis; hæc duo in hoc notantur conuiuio; Deus etenim manum suam quantum fieri potest extendit. hom. 45. num. 21. & seqq. & secundum se Deus noster in forma statuit ita visibili; vt designando SS. Sacramentum dicere possimus: *Ecce Deus noster ipse.* Conceptus est hic singularis. hom. 33. num. 14 vsque 28.

XXIV. *Qui manducat meam carnem &c. in me manet & ego in eo.* In hoc mysterio vnio fit illa admirabilis talis cum tali, Deus in anima & anima in Deo. Non potest Deus quiescere nisi in anima; quæ cum sit summum bonum, inclinationem suam pacatam quasi vi compressam, quamdiu summam non facit communicationem, & hanc solam potest facere cessando in anima; ipsa quippe sola capax est ad maxima Dei bona recipienda; vnde dicitur quod quiescat & regnet in anima vbi manet per gratiam, sua illi diuinam communicans essentiam, & quod in illa regnet in gloria: hoc enim est regnum suum. Profecto dum stupeo mysterium. h. 41. n. 62. vsque 65. Nec etiam potest anima nisi in Deo quiescere, velut in centro sua; sicut enim eius capacitas est infinita, non nisi infinito Deo impletur. h. 25. n. 77. 82. 84. quocirca per cibum illum in centro suo sunt, Deus in anima, & anima in Deo.

XXV. *In me manet.* Bona quæ animæ ex hoc diuino proueniunt ferculo declarat Dominus dicendo quod idcirco maneat Christus in anima, & declaratur ex eo quod diximus in Pentecoste ad illa verba *Ad eum veniemus & mansionem apud eum faciemus.*

XXVI. *In me manet & ego in illo.* Appellat se Christus solem; quia in se continet quidquid boni est, & concurrit ad omne quod in mundo fit, bonum. Hoc dato dum Christum in te habes, omne possibile bonum, & sperare potes quod in te operabitur, si te digne præparaueris. h. 33. n. 14. vsque 20. Et cum Cajetano hæc verba perpende. *Quamdiu sum in mundo lux sum mundi* h. 30. n. 39.

XXVII. *In me manet.* Ecce qua gaudeas fortitudine, & quomodo virgula ad columnam ligata, quantumuis ex se contorqueri possit, ita tamen inflexibilis est ut ipsa columna ex eiusdem virtute, talis & tu fueris si hæc in te vnio cum Deo perficiatur, ex debita tamen Sacramenti dispositione: cum enim ex vna parte adhuc facile sit à quolibet te vento moueri instar nauis, ex altera adeo constans eris & firmus vt columna. h. 31. num. 70. vsque 74. Et ita contigit Iob ex hac cum Deo vnione. Ibid. n. 74. 75.

XXVIII. *In me manet & ego in illo.* Quod periculum times communicando, Deumque tecum feredo? Si namque tantum suis afficiatur, vt se illis vnit illis in grauissimis subueniendo tribulationibus. h. 32. n. 45. vsque 50. & h. 32. n. 54. Quanto magis quando vnitus es cum illo, tecum illum habens hanc recipiendo cibum?

XXIX. *In me manet.* Si Deus tibi oculos aperiret & Angelos videres tibi circumstantes quando communicasti, vires resumeres quam Giezi, multo se-

tes. Hoc considerabat frequenter D. Chrys. quod si in templo sint, quia Rex eorum ibi est; erunt etiam in te, si illum habeas intus, quo toti fias inferno terribiliis. h. 28. n. 20. 21.

XXX. *In me manet.* Stupendum est quod Christus in mundo luce sua operatus est; qui tenebris immersus erat palpabilibus quales descripsit Dauid, & mirabitur quicumque illas considerauerit. homil. 33. num. 5. vsque 9. luce sua illas dissipauit omnes sol iste diuinus de toto mundo; quanto magis illas de anima tua eliminabit? Ibid num. 9. vsque 11. & vnus SS. Sacramenti effectus hic est vt te illuminet in eo quod tibi agendum est, atque ad felicem negotium eorum successum, communicandum tibi est; nam ideireo vocatur; *Panis vitæ & intellectus.* Iam Christus dixit qui ambulat in luce non offendit. ho. 27. num. 84.

XXXI. *In me manet.* Agit Dominus quod dixit Dauid, nostrisque per bona media, desideriis satisfacit. Optabat homo assidere Deo, & diuinam in se habere naturam, sed malo medio, vetitum comedendo cibum; nunc autem hoc cibo nostrum impletur desiderium. hom. 33. num. 26. 27. Porro factus est homo præposterus, dum enim illi Deus præcipit non comedere, voluit comedere, cupiens esse Deus & factus est jumentum; nunc quando Deus illi præcipit hunc cibum comedere, quo Deus efficietur, illum recusat comedere contentus existens natura bestiarum in qua manet. homil. 35. num. 11. 12. Etenim sibi complacere in epulis terræ, est sibi complacere in natura animalium; quia hæ epulæ communes sunt animalibus. hom. 26. num. 76.

XXXII. *In me manet.* Insigne notandum hic mysterium quod per carnem nos reddat spirituales, quia vios est caro, hoc enim significat. *Caro mea.* Iutum namque in manibus eius visum dedit quod ex seipso non nisi poterat excæcare; hoc est. *Quod factum est in ipso vita erat.* Nam caro quæ principium est mortis & spiritui contraria ab ipso assumpta, principium est vitæ, redditque spirituales. Conceptus hic auctorem habet D. Amb. h. 30. n. 43. 44.

XXXIII. *In me manet.* Potuit habitus D. Antonii de Padua quem alter induit fortissimos passus carnis motus, eosdem moderari quia habitus ille carnem tetigerat D. Antonii; poterat & idem suæ carnis afflatu tentationes sedare vehementes, quas alter in sua tolerabat; sunt hæc in viro hoc prodigioso miranda prodigia; quanto magis poterit caro & habitus quem induit Dei filius; etenim non illam exuens, sed cum illa tibi pariter suum largitur spiritum. Fermentum est de quo diximus quod cum sit eiusdem massæ, illam tamen indigestam fermentat. homilia 41. numero. 68. vsque 71.

XXXIV. *In me manet & ego in illo.* Iam cum hoc habet homo gloriæ principium quæ consistit in illa diuina vnione, in qua Deus se animæ vnit, totus ipse existens cum illa. hom. 12 num. 24. hom. 41. num. 63. & ideireo dicitur quod SS. Sacramentum pignus sit gloriæ præsertim in illo. *Sic totum omnibus quod totum singulis.* Ibid.

XXXV. *In me manet.* Ad manendum in Christo necessarium est ad eum tendere, sicut ad terminum, non tam pedibus corporis, quam animæ: etenim quia nonnulli illis non ambulant quando accedunt ad communionem, longe remoti ab eo distant, sicut illi qui ita appropinquabant, vt eum premerent. h. 2. n. 18

XXXVI. *In me manet.* Hic præcipuus est SS. Sacramenti effectus, vt faciat vnionem: quia opus est amoris qui duo corda sibi copulat. Caue ne tibi contingat, quo magis accedis corpore, eo longius anima distes, tantoque amplius cordis tui gelu obduretur hoc igne, quanto feruet hic ardentius: vbique contingit quod glaciei Ægypti quæ quanto propius igni applicabatur, tanto durius obstringebatur: ira Iudæ contigit. h. 45. n. 31. 32. Et caue ne buccella vitæ sit tibi venenum mortis, vt illi contigit. Ibid.

XXXVII. *In me manet.* Vides hic si communices vt decet, quid recipias: etenim in pectore tuo fontem statues, quo anima tua satiabitur, vt nihil amplius concupiscas: fiet enim tibi quod Christus dixit Samaritanæ. h. 25. n. 87.

XXXVIII. *Sicut misit me viuens Pater &c. Qui manducat me viuet propter me.* Christus vita est vt diabolus mors: itaque vbi Christus ingreditur effectus operatur vitæ, sicut vbi diabolus, mortis. h. 19. n. 13. 14. 28. vsque 31. Et sicut diabolus intrat in animam per peccatum, sic intrat Christus per sanctissimum Sacramentum. Ibid n. 15. & seqq.

XXVIX. *Viuet propter me.* Intrans diabolus mortem adfert & secum trahit infernum, vt illum vidit D. Ioan. itaque ubi ingreditur, jam mors ibi est infernalis. hom. 37. num. 53. ita ingrediens Christus qui vita est dat jam principium vitæ æternæ. Ibid. num. 57. vsque 64.

XL. *Viuet propter me.* Christus vita est per essentiam. & quidquid manibus suis sumpsit, effecit vitale, tribulationes, mortem etiam crucem efficiens illam viuificantem: quid faciet ipse vbi fuerit ingressus, fueritque per seipsum suamque essentiam? Vtilis erit tibi hic conceptus. h. 36. n. 9. vsque 12.

XLI. *Qui manducat me.* Comedere debes, & comedere actus est vitæ: nam vt illam ostenderet quam Christus dabat iis quos resuscitabat, jussit illis dari manducare, atque ad resurrectionis suæ testimonium vesci voluit. hom. 49. n. 26. Ac si tibi dicat: vt in te SS. Sacramentum operetur, viuus esse debes per gratiam.

Paruum etenim effectum cibus operabitur in ore mor tui: cibus mundus mundam requirit animam quæ tali conuenit cibo, ita D. Chrys. h. 34. n. 5. 6.

XLII. *Qui manducat viuet.* Singulariter tibi curanda est humilitatis profundæ dispositio, qua te, cum indignus sis, dignum efficias. Acumen hoc spirat Origenem h. 2. n. 25.

XLIII. *Qui manducat me.* Particulariter accedendum tibi est, cum operibus charitatis & amoris, aliquid Christo tribuendo, quatenus se tibi totum tribuat; quod si percunctaris, quomodo dabo illi? iam sæpius dictum est, quod dando pauperibus quos singulariter creauit vt in illis possis tuum erga Deum amorem testari. h. 16. n. 13. Ideirco olim quando fideles accedebant ad S. communionem, conabantur secum adducere pauperes, vt cum illis manducarent vt notat Apostolus scribens ad Corinthios.

XLIV. *Viuet propter me.* Memineris tanto respondere beneficio cum gratiarum actione; nam ideirco illam Christus facere voluit cantando post cœnam magnum Alleluya h. 42. n. 25. 26. & considerans beneficium tibi a Deo præstitum, dicito cum Ioseph: *Dominus meus omnia mihi tradidit quomodo ergo possum peccare in Deum meum?* h. 45. n. 13.

XLV. *Hic est panis.* Non solum se dedit Dominus in hoc mysterio in cibum vt illum comederemus, sed etiam in sacrificium vt illum æterno Patri offerremus sicut Elizeus viduæ oleum quod illi dederat, vt haberet vnde viueret ipsa eiusque filii, & quo creditoribus suis satisfaceret. Hoc docet sana Theologia, quod mysterium hoc habeat rationem Sacramenti, in quantum hoc comedimus, & rationem sacrificii in quantum hoc offerimus Patri in solutionem nostrorum debitorum, & beneficiorum compensationem quæ nobis concessit: ob eam enim rationem in omni tempore necessarii fuere sacerdotes & sacrificia. h. 2. n. 12. 13. 14. Quinimo antiquitus multa fuerunt, quia omnia erant imperfecta, & ob eandem rationem multi erant sacerdotes quia omnes erant infirmi sicut dixit Apostolus. Vnicum modo est sacrificium; quia valoris est infiniti, & vnicus sacerdos nempe Christus: ipse namque est qui primario illud in missis offert quas celebrant sacerdotes; ideirco quippe vocatur sacerdos æternus. Profundam hæc mysteria spirant Theologiam. h. 33. n. 11. 12.

DOMINICA SECVNDA POST PENTECOSTEN.

I. *Homo quidam fecit cœnam magnam* Luc. 14. Proposuit Dominus hanc in mensa parabolam inuitatus a primario Pharisæo: licita sunt enim conuiuia & sancta, quando loco fiunt, debito. h. 16. n. 23. 24. Inuitabant sæpe Pharisæi Dominum: etenim iustum est seruire & lautius excipere ministrum Dei in signum gratitudinis. h. 38. n. 8. verum tamen admittebat, discipulos suos instruens illis sic esse agendum ibid. n. 10. 11. & acceptauit Dominus hoc conuiuium, non, vt delitiis vacaret, sic vt mentiebatur Iouinianus, sed quia habiturus erat occasionem, sicut habuit, superbis illis persuadendi humilitatem ibid. n. 12. ex occasione qua Dominus egit qualiter se habere inuitati ad epulas. Vnus de conuiuiis dulcedine effectus verborum eius sic ait: *Beatus qui manducabit panem in regno Dei.* Hinc Dominus ansam arripuit hic respondendi & omnes hac parabola docendi, declarans omnes posse, si voluerint, hoc gaudere conuiuio, illo autem non gaudere, inde prouenturum quia illud noluerint accipere. Hoc tu desiderio debueres flagrare gaudendi illo regni Dei conuiuio: vtrum in eo futurus sis vel non, quamnam te sors finalis excipiet. h. 37. num. 4. Porro non fiat hoc actus scrutando æternæ prædestinationis, sed tua opera considerando, certus quod si ad illud cupias æternum venire conuiuium & diuina gratia gaudere in hac vita, atque in altera, in tua sit hoc potestate, quia Deus omnes vocat & necessaria subministrat ibid. num. 12. vsque 17.

II. Proposuit Dominus hanc parabolam Iudæis declarans illis quod ipsis Deus parauerit epulas & cœnam mysteriorum Euangelii, quodque illi fuerint inuitati qui vocati venire noluerunt, in cuius supplicium essent excludendi a tali gratia & in eorum locum subrogandi gentiles, qui propter varietatem peccatorum, in quibus sparsi vagabantur per mundum, vocantur claudi, cœci, aridi, & si quidem parabola hæc Iudæos tetigerit, hoc tamen quod in eis actum est, nobis seruit ad exemplum vt dixit Dauid & ad vim illa dirigit verba: *Considera Israel super his qui mortui sunt.* h. 17. num. 2. 3.

III. Parabola dirigitur ad Iudæos; sed quod Deus egit cum Iudæis, ad nos dirigitur: si namque illis pares fuerimus, etiam cum illis expellemur. Nota discursum. hom. 47. n. 48. vsque 53.

IV. *Homo quidam fecit cœnam magnam & vocauit multos.* Quidam hoc intelligunt de conuiuio cælesti ad quod Deus omnes inuitauit per prædicatores suos, huius nuncii tantum est gaudium vt D. Ioan. persecularis voluerit Angeli sui hoc nunciantis, pedes sunt speciosi hæc nuncia inclamantis, vt dixit Isaias. h. 11. n. 1. Vocatur cœna gloriæ conuiuium, quia ad huius vitæ diei finem proponitur laborantibus, est etenim vt cœna, nam post illam nihil aliud nisi somnus sequitur & quies. Hoc concesso, illam non pertendat qui totum diem labori non impendit, sed nec Christus illam intrauit nisi per crucem, nec ita mer-

lar

lior futura sors est quam illius. homil. 15. numero 10. & seqq.

V. *Cœnam magnam.* Magna est hæc cœna quam descripsit Isaias, dicens: *Faciet Dominus conuiuium. &c.* de quo fuse tractatur homil. 11. nu. 22 vsq. 39.

VI. *Homo quidam fecit cœnam magnam.* Alius sensus hic est quod sermo sit de mysteriis gratiæ Christi, potissimum autem de SS. Sacramento, & dicitur homo ob benignitatem eius nec tantum homo sed *Homo quidam*, vt intelligatur quod homo sit particularibus conspicuus qualitatibus multum diuersis ab illis, à quibus alii commendantur. Proprium est homini amantes se amare & odio habere a quibus odio habetur, totus zelo ferueat & contentione contra inimicos vt dixit D. Paul. hic homo quidam est, qui odientes se diligit, vitamque tradit illis qui vitam sibi moliuntur auferre, paratque conuiuium, in quo missus principalis, proponitur caro eius, & sanguis, vt suprema conferat bona illis ipsis, qui suprema cogitant illi mala. Conditio hæc propria est huic homini. cuius retributiones nos cum Dauide celebremus, h. 41. n. 41. 42.

VII. *Homo quidam.* Homo singularibus valde dotatus conditionibus: Commune homini est bona sua sibi tacientibus mala denegare: quocirca dicebat Deus: *Deus ego sum & non homo*: quia iis a quibus offenditur, bona tribuit insignia: talis etenim eius est misericordia, qualem describit Thecuitis. & Ozeas exponit. hom. 37 num 22. 25.

VIII. *Fecit cœnam magnam.* Mysteria gratiæ cœna vocantur: ad illa namque comedenda & gustanda, nobis lux solis non seruit, sed candela fidei, quam eo nomine compellat Diuus Petr. *Lucernæ lucenti in caliginoso loco*: quia mysteria sunt, ad quæ tota non sufficit lux naturalis, nec quidem supremorum Seraphim, nisi ille qui cœnam hanc instruit, lucem hanc nobis administret. homil. 34 numero 20. vs. 24.

IX. *Cœnam magnam.* Tanta est hæc cœna, vt Deus nobis tribuat quidquid habet, & potest. Pater filium suum, filius carnem suam & sanguinem, imo seipsum, ita vt sit conuiuium in quo dixit Isaias, quod manus Dei requiesceret. homil. 45. numero 21. 22. Conuiuium quo nobis Deus vltimum porrigit potentiæ; qua de causa dicitur; *Nouissime misit filium suum.* homil. 17. numero 44. 45.

X. *Cœnam magnam* Si conuiuium hic intelligatur SS. Sacramenti, congrue vocari potest cœna magna, quandoquidem se Deus totum enacuauerit vt hanc nobis cœnam præpararet. iuxta illud Apostoli: *Exinaniuit semetipsum formam serui accipiens.* homil. 45. numero 2. vsque 5. & numero 16. Conuiuium est hoc quo meliori in cœlo nec ipsos excipit Angelos, nec ipse Deus festiuiori recreatur. homil 45. numero 16. vsque 32. & quomodo ad hanc cœnam sola debeat ministrare lux fidei, dictum est vbi agimus de SS. Sacramento, vbi etiam declaratur quod plene satiet hominis appetitum, qui ad hoc cœna indiget magna; cum eius appetitus sit infinitus; quem idcirco non possint terrena hæc satiare conuiuia.

XI. *Cœnam magnam* Fabulati sunt sapientes Gentiles quod sol vtpote nobilis, die quodam anni mensam pararet, omnia quæ producit inuitans atque in cibum præparans. Celebrabatur vt magnum hoc conuiuium; sed maius est hoc tanto quanto maior sole Christus homil. 27. numero 1.

XII. *Misit seruum suum hora cœnæ.* Multos misit seruos, & multi sunt quos Deus mittit vt homines inuitent, sed vocatur vnus propter vnitatem fidei quam prædicat & vnitatem mysteriorum ad quæ inuitat. homil. 14. numero 21. 22. In tantum vt cum omnes diuersi sint, vnum tamen habeant idioma, & quasi vno ore loquuntur. *Locutus est per os sanctorum.* ibid. numero 23. 24.

XIII. *Misit seruum suum dicere inuitatis vt venirent.* Cum essent inuitati an ergo venire non poterant? hæc est illa querela qua Deus expostulat, quod tam parui faciamus eius bona, vt etiam gratis oblata respuamus, & necesse sit mittere qui nos ad illa sepius inuitent. h. 28. numero 28. homil. 37. numero 17.

XIV. *Misit seruum suum.* Olim Prophetas misit, nunc autem suos Apostolos quibus iniungit, *Euntes in mundum vniuersum.* Nota quæ diximus in festo Ascensionis.

XV. *Vt venirent.* Non misit milites a quibus per vim adducerentur, sed illos inuitando: nec enim ad ea etiam quæ tuum spectant commodum vult tibi Deus vim inferre; quia regit te suauiter & conseruare vult leges naturæ hominis, nempe libertatem. h. 27. numero 42. homil. 18 numero 20. & quamuis tanta sit nostra calamitas vt ea sæpius ad nostram vtamur ruinam, numquam tamen nobis vim infert. ibid. numero 21. 22.

XVI. *Quia parata sunt omnia.* Vocabat seruus vt venirent quia iam parata essent omnia: quod si hoc intelligamus de S S. Sacramento, cibus est de quo proprie cecinit Dauid quod Deus illum præparauit, & sicut nobis erat impossibile illo in propria sua vesci specie, præparauit illum in forma panis, contrahens se & extendens quantum poterat, dapesque disponens multo congruentius quam Ioseph peregrinis simul & vrbanis. h. 45. n. 20. vsque 23.

XVII. *Parata sunt omnia.* Nobis hæc apte verba conueniunt, cum iam quantum est ex parte Dei omnia facta sint quæ huic apte conueniunt conuiuio, atque vt illo recreemur, tantum superest id, quod tibi agendum incumbit. h 15. n. 23. 24.

XVIII. *Cœperunt se omnes simul excusare.* Nota hic grauissi-

grauissimam hominum iniquitatem, qui venire neglexerunt. Excusarunt se, quia magna nimis videbatur inurbanitas, dicere; Nolumus venire, sed in rei substantia hoc ipsum dixerunt, & ita hoc exposuit in ciuili occasione Dominus; dicit enim quod absolute *Noluerunt venire*; etenim certum est te non dicturum; Nolo communionem; nec confessionem, nec cœlum ad quod me Deus vocat: sed in rei veritate excusationes quas allegas id continent quod nolis venire. Vtilis est hic conceptus h. 10. n. 37. 38. h. 28. n. 29.

XIX. *Cœperunt se excusare.* Ecce quam grauiter hoc ferat Deus, quod nullam prætendens excusationem ad ea ad quæ mundus, caro tua, & luctum inuitat; cum omnia sint vanitas, semper te excuses ne conuenias Dei bona recepturus, eaque gratis ab ipso tibi oblata, hoc ipsum quasi detinet suspensum. h. 28. num. 27. 28. hoc coegit illum in templo vociferari. hom. 35 num. 46.

XX. *Cœperunt se excusare.* Stupendum est, cum enim mundi bona obscœna sint adeo difficilia, tamque vilia vt communia sint hominibus & jumentis, sed nec appetitum satient, ad illa tamen aduolemus conuiuia non vocati, imo illa procurantes. hom. 25. num. 73 vsque 79. Et cum Dei bona sint adeo magna, gratisque oblata, centum proferas excusationes ad illa non acceptanda, vt illæ sunt quas proponis ne frequentes Sacramenta, ne vaces orationi, ne stationes obeas, tantasque profers, vt illa non recipias. Ibid. num 79. vsque 88. Merito miramur nos illum illorum argumentum de quibus D. Aug. Ibid. n. 75.

XXI. *Vnus dixit: Villam emi.* Excusarunt se: vnus dixit Villam emi & necesse habeo videre eam: alter juga boum emi quinque, & eo probare illa; tertius vxorem duxi, & ideo non possum venire, quia nuptiis occupor hilarioribus. Primo notatur hic nullum horum de se esse peccatum, & nihilominus illa prætendunt vt excusationes; declarat Dominus quod in rei veritate sit, nempe quod nemo se excuset à conuiuio communionis dicendo: occupatus sum in peccatis, sed semper illa proferunt, quæ justa videntur & necessaria, & tanto magis quanto cogitant excusare se ne rem faciant tanti momenti. Secundo docere vult, quod quamuis hæc non fuerint in se mala; tamen talia fuerunt, in quantum causa fuerunt quod ad cœnam inuitati non venerint; etenim sæpe licita fiunt mala tibique nocent, in quantum illis totum tuum impendis affectum, quo fit vt tibi sint impedimento ne ad diuinas conuenias epulas, & animæ tuæ bona consequaris, nam idcirco etiam Deus tibi filios, vxorem, maritum bonaque tollit, quia tanta illa affectio ne complecteris, vt obicem tibi ponant ne accedas Dei cœna ponturus. h. 28. n. 34. h. 31 n. 65.

XXII. *Villam emi.* Hæc ex se non sunt peccata, sed Iudæi tantum illis afficiebantur, vt ne hæc negligerent Dei negligerent obsequium, quinimo filium eius occiderunt sic enim illos audio loquentes. *Si dimittimus eum sic, venient Romani &c.* h. 39. n. 16. etenim omnibus notum est quod sicut calor quando moderatus est, requiritur necessario ad vitæ conseruationem: ita dum immodicus est, in febrim degenerat & in quibusdam litargiam prouocat, atque in aliis lateris dolorem, in nonnullis capitis vertiginem &c. h. 24. n. 33 34.

XXIII. *Villam emi.* Licet tria hæc quibus se excusant, non sint in se peccata, tamen erant propter amorem inordinatum quo illis afficiebantur, pluris faciendo bona illa temporalia, quia illi fuerunt æstimatores in statera dolosa, de qua canit Dauid. homilia. 10. num. 24.

XXIV. *Villam emi.* D. Augustin. sermon. 33. de verb. Domini notat quod Dominus hic voluerit complecti omnia mundi damna, quæ sunt concupiscentia, vt dixit postmodum D. Ioan. vel honoris, vel opum, vel voluptatum; sunt enim hi tres inordinati amores qui totum corruperunt mundum vt declaratur h. 4. num. 72. & seqq.

XXV. *Villam emi.* Ecce hic cum D. Aug. *Superbia vitæ* est enim cupiditas recipiendi & Dominandi vbique ait; *Villam emi, necesse habeo exire, & videre eam,* ambulare, vt me videant huius esse Dominum. Væ tibi; etenim cum *Ephraim pascit ventum*; propterea etenim hoc est superbis; nam tota eorum prætensio in ventem collimat. h. 4. n. 19. vsque 26.

XXVI. *Villam emi, necesse habeo exire & videre eam.* O stultum, qui pecuniam tuam illi impendis quem num quam vidisti, & non videndo coemisti; si namque oculos aperires & hoc attente considerares, ventum esse & aerem intelligeres, sic enim hoc expertus est Salomon. h. 4. n. 20 & confirmauit Aman. Ibid. n. 21. & declarauit Isaias. Ibid. n. 25.

XXVII. *Alius dixit, juga boum emi quinque.* Habet hic auarum cum D. August. qui quinque juga possidet boum, vnum par oculorum, alterum aurium, alterum narium &c. vt idem sanctus prosequitur, & omnis occupat vt bones in arando & lucrando, id est omnes sensus suos terrenis implicat & impendit studiis, ita tum est talem non iturum ad cœnam Domini; etenim illum capt uum detinet diabolus laqueo sibi proprio id est auaritia qui namque in illum decidit, jam videtur omni spe salutis priuatus. hom. 28. n. 36. vsque 40. Hæc demergit animam ne ad cœnam Domini festinet. Documentum hoc est D. Basil. Ibid. n. 40 41.

XXVII. *Alius dixit, vxorem duxi & ideo non possum venire.* Sanctum est Matrimonium, esse tamen possit amor eius ita inordinatus vt magna sit Domini mortis offensa, sicut Angelus Raphael Tobiam docuit. h. 11. n. 44 & h. 24. n. 19. h. 26. n. 26.

XXIX.

XXIX. *Vxorem duxi & ideo non possum venire.* Primus & secundus vrbane respondérunt, dicentes: *Rogo te habe me excusatum*: hic vero absolute respondit, non est quod exspectes; quia non possum venire: quia impudicus taliter se suis tradit voluptatibus vt absolute respondeat se non posse. Vitium hoc est quod judicium ebibit & hominem ad eum statum redigit vt sit instar bruti. ob quod particulariter homo traditur diabolo vt dixit D. Thom. hom. 18. n. 42. & singularibus probatur historiis. Ibid. n. 43. 44. comparandus vere prodigo qui sic adhæret obsequio diaboli pascens porcos, vt nec quidem fustibus eum possit à se abigere: considera an hic iturus sit ad Dei consilium. Ibid. n. 45. & ita licet videte miseros perpessa fame cruciatos: hæc enim pars est supplicii non exigua. Ibid. n. 47. vsque 51.

XXX. *Exi cito per vicos & plateas.* Ne cogites quod quia inuitati non venerunt, cœna præparata sit perdenda; si namque tu ad illam non accurras, alios Deus aduocabit: sic enim Iudæis Apostoli: *Vobis oportebat primum loqui de regno Dei, sed quia repellitis illud ecce conuertimur ad gentes.* Christus Nilus est & sponsum imitatur, cui si vocanti non aperiatur, ad aliam deflectit iamram. h. 25. n. 16. vsque 19.

XXXI. *Compelle intrare.* Vis quam adhibet Deus, non est cogendo voluntatem, sed te vrgendo tribulationibus, quæ te angustent, & mala tua cogant itinera mutare: tecum agit vt cum asina siluestri, & cum altera cui dicebat: *Septam viam tuam spina.* h. 9. n. 11. & h. 24. n. 25.

XXXII. *Compelle intrare.* Magnum est beneficium à Deo peccatori præstitum, qui sibi in suis complaceat diuerticulis, illum cogere, salua tamen libera voluntate, eo modo quo declarat per Ezechielem: Profundus hic est conceptus. h. 35. n. 33 vsque 36.

XXXIII. *Compelle intrare.* D. Augustin. epist. 50. ad comitem Bonifacium opinatur hæc verba dirigi ad principes & iudices illis præcipiendo vt supplicijs agant contra peccatores, potissimum autem contra hæreticos, vt eos ad gremium compellant Ecclesiæ. h. 28. n. 58.

XXXIV. *Dico autem vobis quod nemo virorum illorum &c.* Supremum est hoc supplicium quo Deus impudentes, & contumaces castigat, vt eos deserat, quatenus suas sectentur voluptates, nec illis fœnum inuideat, materia hæc argumentis multis & vtilibus tractatur, idemonstrando Dei misericordiam, qua aliquem cohibet, ne suis vacet cupiditatibus & voluptatibus: & eius etiam iram, qua finit illos abire quocumque eos trahit voluptas. homilia. 35. numero. 28. vsque 36.

XXXV. *Nemo virorum illorum.* Hoc supplicio multauit Iudæos: etenim videmus illos electos ab Ecclesia, vt cœnam quam illis parauit Deus non gustent. homilia. 17. num. 48. caue ne tibi hoc adueniat. Ibid. num. 52.

DOMINICA TERTIA POST PENTECOSTEN.

I. *Erant appropinquantes ad Iesum Publicani & peccatores.* Luc. 15. Difficilis visa est quæstio, quare cum Deus hominem creare posset impeccabilem, hoc tamen non fecerit: & cum iam illum peccabilem condiderit, cur illum manu sua non sustulerit ne peccaret, cum vnum & alterum facere potuerit. Respondit D. Hieron. vt ostenderet Deus id quod magis desiderat vt in ipso emineat nempe misericordia, viscéribus boni atis suæ valde conformis; si namque hæc non manifestaretur, non ostenderet id quod in ipso singulariter eminet. Dixit Seneca solis lucem adeo esse excellentem, vt quamuis nulla esset alia ratio hæc sola sufficeret vt propterea Deus hominem creasset vt illam videret; dolendum enim fuisset rem adeo præclaram non videri. Hanc misericordiam ostendit Deus cum peccatoribus tantam quantam in hoc Euangelio manifestat, vt de ea homines obloquantur. h. 18. n. 2. 3.

II. *Erant appropinquantes.* Articulus fidei maxime necessarius & eximiæ pro nobis consolationis hic est, remissionem esse peccatorum. Deumque illa remittere. Idcirco conatus est Dominus hoc probare parabolis, verbis & operibus; nam hæc omnia præsens declarat Euangelium. h. 18. n. 4. vsque 14

III. *Erant appropinquantes ad Iesum Publicani & peccatores.* Ostendit Dominus aduentus sui finem quem hunc esse dicit Apostolus; *Venit peccatores saluos facere*, quocirca illos recipit vt medicus infirmos, ideo namque nos expectat teste Propheta. hom. 17. num 17. 18. & casum arbitrabatur prosperum, si fari sic liceat, si ad eum peccatores accederent; cogita quanta sit tua illa impudentia dum illum detines expectantem nec ad illum accedis. Ibid. numero. 19. vsque 22.

IV. *Erant appropinquantes.* Venit in remedium peccatorum vnde se statuit quasi illos expectantem & afflictum (nostro loquendi modo) eo quod non accederent, sic expectauit Samaritanam, & communiter præstolabatur eorum aduentum, non parum afflictus quod ad ipsum non accederent: etenim talem eum vidit Isaias. *Apparitus est; quia non est qui occurrat.* h. 25. n. 24. hom. 28. n. 28. & ea ratione altius inclamabat in templo stans; quia clamando, *Si quis sitit* non appropinquabant ad eum. h. 35. n. 46.

V. *Erant appropinquantes Publicani & peccatores.* Hic propius est locus ad quem illis erat recurrendum idcirco enim venit vt super eum peccatores omnia sua exonerarent peccata ; est enim camelus in quem onera conijciuntur. h.26.n.45. Idcirco recurrit Magdalena ad humeros eius. hom.38.n.52.53. Est linteum quod descendit de cœlo & omnia recipiebat animalia immunda,in quo omnes peccatorum sordes eluebantur h.41.n.66 67.

VI. *Erant appropinquantes.* Appropinquabant peccatores , & Christus omni eos benignitate suscipiebat , suos imbuens ministros vt hoc modo illos reciperent pedibus suos aduolutos. ho.25.n.88. Ne sint vt stultus Pharisæus qui peccatores aduersatur.hom.38. num.103.104. hoc ostendit D.Petro quando animalia proponens illi immunda serpentes & colubros , præcepit illi ne illa execraretur,quandoquidem se in lineo illo mundo statuissent.h.43.n.10. & seqq.

VII. *Erant appropinquantes &c. vt audirent eum.* Quando peccatores ad Deum conuertuntur,& accedunt vt audiant ea quæ propriam tangunt salutem, illos Dei minister hilari recipiat vultu , quanto enim peccata sunt execrabiliora quando committuntur,tanto sunt honorabiliora quando peccator super illa conuertitur eaque deuincit & cum illis diabolum,idcirco namque in die judicii peccata justis non erunt honori,sed potius gloriæ.h.6.n.47.48.

VIII. *Erant appropinquantes &c.* vt audirent illum delectabiliter illos Christus recipiebat , seque illis monstrabat affabilem ; quia bono corde accedebant doctrinam eius audituri, & non ea intentione & peruersis visceribus , quibus Pharisæi facti hyenæ ; hoc enim grauiter Deum exacerbat quod ad eum,vt decet non accedas.h.8.n.35.vsque 39.

IX. *Erant appropinquantes ad Iesum &c.* Erat Christus vt Nilus cum enim Scribæ & Pharisæi torrentibus aquarum misericordiæ eius sese opponerent obices,eorum cursum deflexit ad arida peccatorum,cum enim pectus illius lacte turgeret copioso , nec illi fugere dignarentur,catulos requirit vt mulier cui vbera præ copia lactis exuberant;ita recurrit ad Chananæam ad Samaritanam, & quærit peccatores , quandoquidem illi qui se justos judicabant,illum dedignarentur h.25.n.18.19.& seqq.

X. *Erant appropinquantes ad Iesum.* Pauperes oppressi & peccatores ad illum accedebant & hos benigne recipiebat,non autem diuites & potentes;etenim veniebat in mundum terrena bona non recepturus, sed gratias de cœlo communicaturus. Non veniebat accepturus , sed daturus , atque idcirco oculos suos nonnisi in pauperes & peccatores dirigebat se verum ostendens Deum.h.30.n.15.16.17.Non erat vt terreni Reges quorum gloria pendet ab eo quod recipiunt. h.41.n.59. solum illius soli comparatur. Ibid.n.62. & seqq. vnde tanto magis sibi complacebat quanto plures accedebant recepturi , & hic dies vt arbitror fuit illi vt Paschalis festiuitas , quia plures accurrunt ad eum peccatores, sicut mercator tanto sibi gratulatur amplius , quanto plures ad officinam emptum accedunt ; & hoc tantum interest quod hic pecuniam exigat , Christus merces suas gratis effundat atque ad eas recipiendas inuitet.h.28.n.28.29.

XI. *Erant apppropinquantes ad Iesum.* Benigne Dominus recipit peccatores tamque clementer vt videtur modum excedere , vnde de tali murmurabant in mansuetudine ; quatenus suos instrueret ministros qualiter recipere debeant peccatores , si namque ipsa puritas benigne eos recipiat,quanto magis illi qui defectibus polluuntur : quinimo & hoc ejus misericordiæ quod ministros ordinet non Angelos, sed Sacerdotes infirmos vt dixit D.Paul. & permisit vt illi quoque grauiter peccarent , quo reddantur illos mitiores & peccatoribus benigniores , semper confiderantes. Hunc retine discursum. hom.43.a.1. vsque 13.

XII. *Erant appropinquantes.* Nunc itaque gaudium plenus est quando ad eum peccatores conuertuntur, quantum nostro loquendi modo angustatur , dum ab eius domo discedunt , ad cuius confirmationem protestatur , vt dixit diuus Ioan. & totus obstupescens dixit Hieremias.h.18.n.18.19.

XIII. *Erant appropinquantes ad Iesum.* Nunc itaque prudenter accurrunt peccatores , sciunt enim vbi veniant, & terminum cognoscunt itineris sui,quam ordinate processerint à Deo se separantes , non attendentes quo ibant,cuos portentum Ezechielis, & jumenta & vas Zachariæ præfigurant. hom. 18.n.1. vsque 28.

XIV. *Et murmurabant Pharisæi , dicentes quia peccatores recipit.* Vt video Domine occasionem prædicationis non solum his qui te non cognoscunt sed etiam qui te probe cognoscunt. Habes in cœlo Angelos in tanto numero , per nouem distinctos choros, tuis omnes consecratos obsequiis ; in terra matrem tuam habes , hortum fructibus omnibus abundusque virtutum fœcundissimum , in quo te possis recreare : hic enim est sponsi lectus , tuos habet discipulos aliasque famulas tuas , vt quid quæris peccatores ? Satis apparet te non considerare illos esse qui illum de cœlo in terram adduxerunt, nec satis attendis qua ferues animarum. Non decebat vt minor esset charitas quam diaboli malitia : nam sicut hi non sufficiunt mali quos illi proprios dicimus , sed rabida currit siti vt illos apprehendat quos à seculo xime cernit elongatos nempe justos;ita Christus appium hunc esse & vtilem dico conceptum vt in-

gas quod quamuis peccator sis & infirmus, Deus tamen te magni faciat, illi placeant obsequia quæ illi impendis etiam imperfecta. h. 25. n. 38. & seqq.

XV. *Murmurabant Pharisæi.* Liquido constat ipsos non intelligere qua ratione dixerit illis Dominus se venire instar medici, cum eius cura diligentior sit erga infirmos, eiusque coronæ pretiosiores, quibus se coronat, sint peccatores, in quibus brachii sui prodit fortitudinem, idem faciens quod Elias in Eliseo. h. 25. num. 14. & 15.

XVI. *Murmurabant Pharisæi.* Nunc dum peccatores ad Christum accedunt, & Christus illos recipit, de veritate obmurmurant quod si Christus & ipsi fecissent stratagemata recreationis vel Christus suam ostendisset potentiam vt Elias euocans de cœlis ignem & ipsos adussisset, non murmurassent: hæc est enim mundi conditio, habere vt perditum quod animarum impenditur vtilitati. homil. 8. num. 44. vsque 47.

XVII. *Murmurabant Pharisæi.* Admodum delirant nescientes cibum eius esse peccatores, & conuiuium illi gratissimum hoc fore si illi corda sua contrita præpararent. h. 38. n. 17. & seqq.

XVIII. *Murmurabant Pharisæi.* Non considerabant Dominum hunc verum esse Ozeam cui non solum non fastidiebant animæ peccatrices, quando appropinquabant, sed ipse eas pergit quæsiturus vt amatius, quo illas sibi sumat in sponsas. h. 25. n. 2. 3.

XIX. *Murmurabant Pharisæi.* Impotes judicii, ignorabant enim pœnitentiæ & lacrymarum virtutem; vnde obtrectabant vt Simon Pharisæus. hom. 38. num. 105. vsque 110. & ipsos poterat conuincere probans ipsos esse sanctiores illis, quia plura quam illi faciebant. Ibid. num. 113.

XX. *Murmurabant Pharisæi.* Quis admiretur obgannire Pharisæos cum sint, sentina peccatorum? Habes hic summam exaggerationem magnitudinis diuinæ misericordiæ. Singulariter autem extollitur adeo magna esse vt sancti de illa videantur murmurare vt Ionas & Isaias. hom. 18. num. 45. & nominatim Elias Ibid. n. 58. 59. jam non erit hæc maxima auxesis, cum ipsi peccatoris criminum abyssus huic detrahant misericordiæ, nempe Pharisæi. Meo calculo hic apte profertur illud Isaiæ quod talia nimirum Deus cum peccatoribus esset acturus vt ipsi peccatores indicarent hæc nequaquam posse fieri. h. 45. n. 26.

XXI. *Murmurabant Pharisæi.* Habes hic parabolæ Domini fundamentum, quam hac occasione proposuit illis de filio prodigo; conquerebatur enim filius natu maior, quod Pater suus tanto recepisset gaudio festinoque epulo filium prodigum pedibus suis adolutum, atque Patri; arduum hoc est quod mihi nec vno quidem die vultum præbueris alacriorem, nec horum indulseris recreationis, concesso hœdo vt cum amicis meis lætum explicarem vultum: quamuis enim nomine filii senioris hos intellexerit Pharisæos, quia se justos arbitrabantur, porro realiter etiam sanctos intelligebat, quos Deus continuis exercet mortificationibus, angitque terroribus, & delitias nouimus, quibus conuersum ad se demulcet peccatorem, argumentum hoc immmensam erga peccatores spirat Dei misericordiam quam describit sapiens totus admirabundus: *Quam magna misericordia Domini reuertentibus ad se.* hom. 18. num. 5. 4.

XXII. *Dicebant, hic peccatores recipit.* Valde frequenter quod illi ad Christi obiiciebant ignominiam in magnam cedebat illi gloriam, & eorum verba sumunt Euangelistæ quasi echo, qua respondent illis, eos pudore confundentes Christumque coronantes eo ipso quo cogitant illi eius honori derogare, vt modo liquet. h. 29. n. 27. 28.

XXIII. *Hic peccatores recipit.* Erat hic error eorum singularis, quod perpetuo digitum extenderent designando peccatiores, & hoc quod in aliis peccatum esse judicabant; hæc etenim est digitorum extensio quam Deus apud Isaiam condemnat. h. 26. n. 43. 44.

XXIV. *Hic peccatores recipit.* Quotidianum erat illis non permittere vt ad ipsos accederent peccatores timebant enim ne aliorum immunditia ipsos pollueret; & hinc orta Simonis Pharisæi contra Christum oblocutio, quia se tangi à peccatrice patiebatur. Aperte satis constabat quam patuæ esset sanctitas, eorum substantiæ quandoquidem timerent, quod solo contactu peccatoris fœdaretur: Christi autem ita solida erat sanctimonia, vt accedendo peccatores, non solum vel hilum illa perderet, imo potius mundaret ipsa peccatores. Hoc mihi dixit D. Petr. Chrysol. hom. 31. n. 67. & etiam D. Cyril. Alexand. hom. 38. num. 103. Christus lux est; non enim illam inquinant immunditiæ, lucet per illas gradiatur. h. 34. n. 13.

XXV. *Hic peccatores recipit & manducat cum illis.* Hoc dicebant, quia nonnulli graviores peccatores à Christo conuersi, conuiuium illi præparabant, sicut D. Matth. & Zacchæus, illud autem acceptabat, & illis conuescebatur, non conuiuii ductus ingluuie, sed vt illos in virtute solidaret: peccator etenim recens conuersus periculum incurrit. Laudabilia sunt conuiuia quæ charitas instituit, & justa ex ratione, tua quoque forent laudabilia. hom. 16. num. 23. & pie facerent qui recepto beneficio grantudine responderent, hanc enim debes ministris Dei, tuam enim operantur salutem. hom. 38. num. 8. 9. licet illi non tuas semper teneantur acceptare delitias. Ibid. num. 10. sed laudabiliter facient si illas vt Christus acceptent. Ibid. num. 12. vsque 15.

XXVI. *Et dixit ad illos &c. Quis ex vobis homo habens centum oues.* Respondet illis Dominus tribus

parabolis, pastoris, mulieris, & filii prodigi, & omnes ad eundem scopum tendunt, ostendens Dominus quanti faciat animam. h.22.n.55.56.

XXVII. *Quis ex vobis homo?* Quando centum ouium pastor, vna deperdita relinquit nonaginta nouem & per arentia & præcipitia tendit eam quæsiturus, quando illam inuenit, suisque imponit humeris, omnes illi congratulantur, & nemo obmurmurat. Ecce quanti Deus æstimet animam. Nullus Rex tanti facit regnum nec ita exultat, dum ei congratulantur, quando prouinciam aliquam sibi subiecit, quia regna Dei sunt animæ, hunc semper notaui conceptum h.22 n.55. sunt hæ illi diuitiæ pretiosiores, honor & gloria si quæ vlla, & pupillæ oculorum eius tenerrimæ. h.38.n.118.

XXVIII. *Si perdiderit vnam ex eis.* Ecce quo dolore torqueatur ex vnius ouiculæ iactura, cum ceteras relinquat: hanc indagaturus & tanto quidem labore infatigabilis. Te præseruet Deus, ne sis ille qui eam perdis, non enim inuenies in SS. litteris quidquam seueriori punitum supplicio, quod patet ex facto Samsonis. h.22.n.56.57. ne vel minimam vlli facias ouiculam, cum eam videas tanti à Deo æstimari; ita argumentatur D. August. h.30.n.21 vsque 24 & hinc patet sententiæ Caiphæ peruersitas, qui alius fuit Christum occidere, sibi persuadens non multum aut diu inhærendum, vt homo quidam occidatur. h.39.n.17.

XXIX. *Dico vobis, gaudium est in cœlo super vno peccatore. &c.* Singula notemus verba, Cœlum locus est infiniti gaudii, & quod infinitum est, sumere non potest argumentum: quomodo ergo nouo cœlites gaudio recreantur in conuersione peccatoris? deinde pauci videtur æstimandus homo terrenus, & peccator dicendo enim quod homo est, idem est ac si diceres quod nihil; & dicere quod peccator sit, significat quod ipso nihilo sit minus, ita vt emphasim habeat: *Vno peccatore.* Si plures essent homines, vel potentissimus alquis monarcha, vel quis sanctitate conspicuus non moraretur; Sed peccator qui pœnitentiam agit in terra. An fortasse cœlum ex terra mouetur, vel econtra? Iudica num aliquid possit dici grauius? ita vt vilissimo peccatore agente pœnitentiam & conuerso cœlum tota recreatur alacritate festiuoque tripudiet gaudio. Diuinam hic mirare misericordiam, & quanti faciat animam. Eia peccatores an aliquis vestrum cœlo vult diem indicere festiuissimum? hom.18.n.12. 13. hom.37.n.16 Tantum est hoc vt necesse fuerit hoc non tolum à Christo dici sed etiam juramento confirmari: *Amen dico vobis, gaudium est in cœlo.* Virtutem considera pœnitentiæ, quæ momento temporis, in amicos mutat cœli, qui prius inimici erant capitales. h.38.n.105. vsque 110.

XXX. *Gaudium erit in cœlo.* Ita Deo placet peccator, qui certamen contra peccata sua suscipit per pœnitentiam, vt gratum cœlo spectaculum moueat, eumque Deus cum sanctis suis hilariter contempletur illi velut alteri Iob fauore suo subueniens; & dicere potuit Dauid: *Dominus de cœlo in terram aspexit, vt audiret gemitus compeditorum &c.* Quinam sunt illi? Peccatores suis constricti sceleribus, quibus se conantur expedire; & illi qui mortificauerant, & quasi capitivos detinuerant filios operum suorum nunc student eos in libertatem asserere. h.4.n.29 vsque 34.

XXXI. *Quæ mulier habens dragmas decem &c.* Addit Dominus secundam parabolam; quamuis enim congrua sit illa pastoris, curam ouium suarum gerentis, magnique eas facientis, quasi oculos suos: adiungit illam de muliere quæ habens dragmas decem, vnam ex illis perdidit: singularis etenim est sollicitudo mulierum in ordine ad monilia sua, nec quidquam habent illis pretiosius; vnde de illis dixit D. Paulus. *Ducuntur variis desideriis.* homil.29. num.67.

DOMINICA QVARTA POST PENTECOSTEN.

I. *Cvm turbæ irruerent in Iesum vt audirent verbum Dei.* Luc.5. Contigit hæc historia in principio prædicationis Domini: nam profectus, per terram Galilææ, quasi sol illuminans, portansque in alis sua salutem vt ait Malachias, omnigenas curans infirmitates vidit populi multitudinem magno concurrentem affectu, quem Euangelista declarat hoc verbo: *Irruerent* id est, quasi vehementi ferebantur flumina impetu, juxta illud Isaiæ: *Fluent ad eum omnes gentes.* Illi igitur vt par erat, accedebant Christum audituri nam animo pleno, corde perfecto & prompta conueniebant voluntate, cum illis de quibus dicitur Act.7. *Susceperunt verbum cum omni auiditate.* Auditores qui non solum adferebant intellectum vt audirent sed etiam voluntatem, non sicut vos, qui conferentes intellectum, omittitis voluntatem. hom.29. num.13.14. & ita vobis accidit quod illis qui Dei verbum audientes, mirabantur quidem sed non conuertebantur. Ibi num 21.22.

II. *Cur turbæ irruerent.* Ambulabat Dominus circa mare Galilææ, vaticinium implens Isaiæ: *Via maris trans Iordanem Galilæa gentium: populus qui habitabat in tenebris &c.* Aperiebat Diuinus pectoris horreum velut alter Ioseph, tempore panum penuriæ: dicit enim Euangelista Matthæus: *Erant sicut oues non habentes pastorem.* Omnibus vendebat sine precio veritatem

isaiam h.28. num.28. concurrebant omnes panem acceptum id est verbum Dei; hoc enim est ille cibus quem erogabat & triticum quod seminabat hoc tibi faciendum; illud collige & custodi ne tibi hoc diabolus auferat h.19.n.43.44 h.49. n.29.

III. *Piscatores descendunt.* Ambulabat. Dominus circa mare Galilææ, vbi Apostoli aliique piscatores; tota nocte retia sua laxauerant nec quidquam ceperant, iamque lauandis retibus occupabantur. Vt quid illa lauabant si sordida non fuerant? significat quod dum prædicatores tota nocte piscati sunt nec quidquam ceperunt, timeant ne defectus sit in retibus suæ prædicationis, & vtrum forte sordida sunt & affectu proprio vanæ gloriæ, vel propriæ conscientiæ polluta sordibus, vel non debita præparatione, quâ se Deo commendare debuerant, etenim iam docuit Spiritus S. qualia hi piscatores habere debeant retia: *Sapientiam omnium antiquorum exquiret sapiens,* & qualiter se debeant per orationem & cordis parare munditiam: *Aperiet os suum in oratione.* & qualiter ad Deum oportet vt recurrant, cuius secluso fauore nihil efficient, hom. 29. numer. 14. & seq.

IV. *Lauabant retia sua.* Munda necesse est vt habeant retia piscatores Dei: doctrinam intelligo mundam; quæ sunt verba Dei & non humanæ adinuentiones, quamuis non sit illicitum procurare vt concinnè apteque dicantur. h 29. n.40.41.

V. *Ascendens in vnam nauim, quæ erat Simonis.* Vt Dominus officio fungeretur præceptoris & Doctoris, nauim Simonis elegit sibi in cathedram. Pulpitum habet Christus, & cathedram in mundo visibilem; sic enim nobis expediebat. hom. 14. nu. 9. fundata est Ecclesia in Petro qui est columna & firmamentum veritatis. ibid. num. 10. vbi ad nostram securitatem præsidet vt caput summus Pontifex residens in cathedra & naui Petri. ibid. n 13. & seqq. cui seruit singularis doctrina D. Hieronymi. ibid. n. 24.

VI. *Rogabat Petrum à terra reducere pusillum.* Expendit D. Bonauen. verbum *Rogabat*, quod ille qui mandare poterat vt supremus omnium Dominus, non velit tamen, sed roget, suos instruens primarios ministros quod ipse D Petr. hoc actu docebat. *Non dominantes in Clerum* sed ad exemplum D. Pauli 1. ad Thessal. 4 *Rogamus vos & obsecramus in Domino* Quin imo sic agit vobiscum Deus, etenim vos rogat vt illi in animam vestram permittatis ingressum vim non infert sed iuxta Sapientem: *Cum magna reuerentia disponit nos.* Insuper paralyticum interrogauit. *Vis sanus fieri?* ho. 10. nu 33. & prodigum abeuntem vi non detinuit, quam nolli infere h 18. n 20.21.

VII. *Rogabat Petrum.* Nihil vult Deus coactum, tantum acceptat id quod illi spontanè dedicas; non enim est quod opera illa compenset, quæ libera non sint voluntate h 31. n. 20 & quantò illa promptiori seruens voluntate, tanto erunt gratiora. hoc enim lego apud sapientem. *Spiritus quæritur & in respectu illius benedicetur.* h.1 n 19 & seqq. & hoc in tuum non paruum cedit emolumentum ac inuentionem oculorum quam consulit Spiritus S. vt eum Deo facias ibid. nu. 22. & 23. Insuper vt opera Christi tanto forent magis meritoria, quanto forent magis voluntaria, votum obedientiæ emisit perfectissimæ. h 36 n.31 32.

VIII. *Rogabat à terra reducere pusillum.* Actus hic est prudentissimus, quo docetur prædicator, si velit referre fructum vt ita sit à mundo reductus cui prædicat ac si in diuerso habitaret elemento. ipse in aqua & illi in terra; sic suos instituit prædicatores vt prosequitur D. Chrysost. h 21. n.48.49.

IX. *A terra reducere pusillum.* Non adeo longe à terra secisset sed pusillum. Quia non omnino debet à mundo separari prædicator, ita vt non conspiciatur; quinimo conuenit vt opera eius bona videat, vt dixit Christus, sed sit rara conuersatio, vt ita notantes in eo bonum, eius non aduertant imperfectiones, & ideo non faciles sint in admittendus epulis & recreationibus, si nominis sui studeant æstimationi: & hoc præcepit Deus in Ezechiele cap.44. ne sacerdotes nouacula sibi tondeant crines, sed nec ita longos nutriant, vt illis possint apprehendi: *Sacerdotes capum suum non radant, nec comam nutriant &c.* Capillos habeant oportet: comedere debent & loqui; sed non adeo fuse, vt illis possint apprehendi sicut illis contingit, quando frequenter ad epulas dapesque concurrunt. ho 38. num.10.11.

X. *Et sedens docebat turbas.* Ostendens magistrum se esse principalem qui solus docere potest in cordibus efficaciter; vt diximus secundo die Martis. Quadrag. in illud. *Vnus est enim Magister vester.*

XI. *Sedens docebat eos.* Srabant illi, ipse vero sedebat, ostendens auctoritatem & reuerentiam quâ sæculares tenentur colere prædicatorem, etenim vult Deus vt etiam ipsi primarij principes stent coram illis, & memoria dignum est facinus illud D. Leonij Episc. ht. 14. num.23

XII. *Vt cessauit, dixit Simoni; Duc in altum* Finita concione præcipit vt nauis ad altiora maris abducatur à populo; sic enim agendum esset prædicatori absoluta concione. Notat. D. Ambros. Petrum esse cui Domines iniungit vt ducat in altum, ostendens ad illum spectare, difficultates pernauigare profundissimas, hoc enim proprium est summo Pontifici per eas ducere sicut notat D. Hieron. h 14 n.24.

XIII. *Duc in altum, & laxata retia vestra in capturam.* Congruum est vt aliquando prædicatores ducant in altum, doctrinam proponendo sublimiorem, porro semper hoc fiat. *In capturam* Ita scilicet illam

præparando vt eam carere posſit turba ſimplicior Conceptus hic redolet D.Aug h.29. n.18. vſque 21.& num.40.41.

XV. *Laxate retia veſtra in capturam.* Hic eſſe debet finis prædicatoris, piſces Deo capere, ſuum honorem, non ſuum piſcari commodum. h 29. n.40. hoc dominus his verbis indicauit. *Soluite & adducite mihi.* hom. 41. num.27.28.

XVI. *Laxate retia veſtra in capturam.* Inſigne continent hæc verba myſterium, quo Dominus docet eſſe Chriſtianum nihil aliud eſſe quam eſſe ſicut piſces captiuos & de elemento noſtro naturali extractos nempe mundo, ſic conſiderare nos debemus in mundo in Eccleſia quaſi eductos de doctrina mundi & velut captum noſtrum intellectum, quocirca vocat Dauid doctrinam fidei, ſegregationem. hom.29.n.5.vſque 9.vbi ducendus eſt intellectus velut captiuus & irretitus. Ibid num.9.10.

XVII. *Præceptor per totam noctem laborantes nihil cepimus: in verbo autem tuo &c.* Petrus ſuam teſtatur fidem, & quantum confidat verbo Domini, quando & laborando tota nocte, ne vel vnum piſciculum cepimus, ſoli laborauimus, & vacua ſemper retia attraximus: nunc autem quando tuum nos verbum comitatur & virtus, ſecura eſt piſcium captura. Quamdiu prædicator ſolus fuerit, parum proficiet quantumuis laxet retia, & ſedulo laboret: neceſſe eſt vt diuinum ſecum adducat ſubſidium; quia ipſe tantum poterit verbis ad aures pulſare, ſed ad cor penetrare Deo proprium eſt; vnde requiritur vt pari paſſu prædicator & Deus progrediantur. h.29.n 11. vſque 18. h.43.n.16 Ad hoc moris eſt in exordio concionis gratiam poſtulare Spiritus S. (vt facimus per interceſſionem B. Virginis) hanc conſuetudinem credit D. Chryſoſtom. coœuam eſſe temporibus Apoſtolorum. ho 24. n.47. hom.29.num.16.

XVIII. *In verbo autem tuo laxabo rete.* Quod D. Petrus ſibi ſoli non fidit, fidit eo quod ſecum habeat Chriſti beneuolentiam: nec enim eſt cur timeas ſi tecum ſit Chriſtus. h.4.n.46. vſque 50. h.27.n.45 vſq. 50. hom.32 num.53.54.

XIX. *Et concluſerunt piſcium multitudinem copioſam.* Ecce hæc capturam Apoſtolorum eorumque ſucceſſorum de piſcibus bonis & malis; quia in Eccleſia non tantum ſunt boni, ſed & mali, cum enim ſint intra eiuſdem fidei ſagenam, capti ſunt. verum quidem eſt quod aliquando rete dilacerent, illi ſunt hæretici qui ſciſſuras facient in tunica Chriſti & de Eccleſia diſcedunt, fidei ſagenam dirumpendo, quaſi vim inferendo ſuorum pondere peccatorum: nam fide capti tormentum ſuſtinent quaſi ſuſpenſi, vt autem ſe ab eo liberent, rete dilacerant, vt oſtendit D. Chryſoſt. h.27.n.47. vſque 51.

XX. *Rumpebatur rete.* Duas piſcationes Apoſtolorum vidimus virtute Chriſti. Prima fuit piſcium malorum & bonorum. Secunda poſt Domini reſurrectionem piſcium tantum bonorum & certo numero: illa prior piſcationem denotat fidelium in Eccleſia: hæc autem prædeſtinatorum, ita D.Aug. h.11. n.2. h.30. n.2. Quare dicatur hæc ſecunda piſcatio piſcium certo numero declarat hoc elegantet D. Thom. h.27. n. 20. Roga Deum vt ex numero ſis piſcium ſecundæ piſcationis: & hoc te reddat ſollicitum. h 37 n.23.

XXI. *Videns Petrus procidit &c. Exi à me Domine &c. Stupor enim circumdederat eum & omnes qui erant in nauí.* Viſo hoc miraculo in ſummam omnes rapiuntur admirationem, & quaſi ſtupore hærent exanimes quo declarat Euangeliſta magnitudinem miraculi. ſolus autem Petrus accurrit & Domini pedibus aduoluitur. Merito Chriſtus Petrum aliis prætulit & honorauit, cum ille præ ceteris Chriſtum profeſſus ſit & reueritus: eſt enim Deus ſpeculum, & ſicut tu eum illo egeris, ſic ipſe tecum aget. Si fueris in eius obſequio ſingularis, erit & ipſe in conferendo tibi deus ſingularis. h.25. n.50.51. & patet in Abraham, Dauid & alii. Ibid. n.52.56 & ſeqq.

XXII. *Videns Petrus.* Agit Petrus quod nullus eorum qui erant in naui ad honorem Saluatoris; vnde & illum Dominus promouet caputque creat Eccleſiæ ſuæ; nec enim cogitaueris quod non faciendo tantum, quantum fecerunt ſancti debeas præxendere eadem & ipſo beneficia quæ illi receperunt. ho.21.n.39.& ſeqq.

XXIII. *Exi à me Domine, quia homo peccator ſum.* Ad pedes te Domini aduoluis, & adhuc te judicas illo indignum? Aſcendes vt caput, nec enim medium magis ſecurum vt Deus te exaltet, quam ſi coram eo humilies. h.2 n.32.& via qua te dignum reddas vt ſis caput, hæc eſt vt te pedibus judices indignum. Ibid num.35.36.

XXIV. *Exi à me Domine, quia homo peccator ſum.* Quid hoc Petre? nunc dum illum clarius agnoſcis, Deum à te repellis? Potius videtur quod nunc debeas deſiderare vt tibi eſſet ipſe propinquior: etenim Zacchæus quando cognouit eum, libentiſſime in domum ſuam illum admiſit. Sunt hi omnes laudandi reſpectus ex diuerſis orti conſiderationibus. Conſiderando Domini magnitudinem, par eſt vt humana ſe ſubducat infirmitas; tuam tamen cognoſcendo neceſſitatem expedit deſiderare vt ad diuinam te conferas beatitudinem; idem etenim Petrus qui modo Domini cognouit majeſtatem, ſuamque infirmitatem, dicit: *Exi à me Domine*, poſtmodum domus ſuæ perpendens neceſſitatem ex infirmitate ſocrus ſuæ, eum ad illam introduxit. Si tuæ conſideratio miſeriæ, te à communione ſubtrahat, tuam tamen attendens neceſſitatem, ad illam accede ſicut ſponſa. h.2.n.44. Multa ſunt

tibi oculi necessarii sicut in veste sacerdotis vt in Deo diuersa contemplatis & secundum illa diuersos in ordine ad ipsum actus exerceas. Conceptus hic est vtilis h.28.n.26.h 42.n 84.

XXV. *Nolumere: Ex hoc eris homines capiens* Ecce quo fine coram electis suis faciat miracula, nimirum vt fiduciam eorum confirmet tutamque reddat, quando periculis subiicerentur manifestis: idcirco namque post editum miraculum tentabat illos Dominus experturus vtrum in alio confiderent, & eandem ob causam miracula faciebat in oculis populi sui, vt illum in difficultatibus sibi offerendis redderet tanto fidentiorem: quamuis tanta nostra sit infimitas, vt illis comprehensi diffidamus. h. 27. n. 40. & seqq.

XXVI. *Ex hoc jam eris homines capiens* Vt D. Petr. primarius futurus erat in piscatione mundi, primo voluit in hac Domini videret potentiam, quatenus illum armaret fiducia; sicut missurus discipulos per mundum prædicatores, vtque peccatores dissoluerent, illis primo miuexit vt animalia dissoluerent, quatenus prodigium hoc attendentes, in altero spem non amitterent. h. 41. n. 21. 22. Vult nos Deus habere discursuos, qui ex beneficiis, quibus nos cumulat in quibusdam, nouerimus in ipso sperare, atque de aliis confidere, nec simus velut Iudæi, qui numquam illi perfecte fiderunt, nec sicut Rex Asa, qui quia nesciuit discernere, stultus vocatus est. h 27. n. 42. 43. &c.

XXVII. *Eris homines capiens* In græco textu S. Luc. verbum hoc *Capiens* singulerem habet significationem: denotat enim vinos capiens & ita legit D. Iustin. Martyr. lib. quæst. ad Gen. *Eris homines ad vitam capiens.* & D. Amb. of. *Homines viuificans.* Quo profundum denotatur fidei & Euangelii mysterium, quo capiuntur homines, non enim hoc ea fit intentione vt occidantur sed vt illis vita tribuatur, & occidendo in eis vitam infidelem, vita tribuatur eis noua & gratiæ: hoc etenim Dominus eidem D. Petr. declarauit, dum illi præcipit, *Occide & manduca.* Solidum est hoc argumentum. h. 38. n 110. 118. Crux quam prædicat Euangelium non est vt in efficiat, sed vitam largiatur: etenim. *Qui perdit animam suam propter me inueniet eam.* Non sunt hæc retia mortifera sed salutifera quibus intellectus cohibetur ne in errores præcipitetur. hom. 29. num. 9. 10.

DOMINICA QVINTA POST PENTECOSTEN.

1. *Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam Scribarum & Pharisæorum, &c.* Matth. 5. fuit huius Euangelii doctrina prima quam Dominus proposuit legem suam Euangelicam exorsus sedens in monte, etenim immediate post electionem Apostolorum suorum, cumque illis officium dixisset, quod ipsis commendabat, vt essent sal terræ, lux mundi &c. atque mandatorum obseruantiæ studerent, vt verbis & operibus alios erudirent, quatenus in cœlo magni euaderent; primum quod illis dixit & iuramento confirmauit, fuit hoc: *Nisi abundauerit justitia vest. a &c.* Nonnullas hæc verba secum trahunt difficultates & prima est ex eo quod in se est; videtur enim magnum Apostolis suis onus imponere & iis qui Euangelium essent recepturi; quia Scribæ & Pharisæi legem seruabant antiquam, & hæc onus erat adeo graue vt D. Petr. illud censeat esse intolerabile, & maius adhuc si superponatur illi pondus Euangelii. Secunda est in ordine ad legem Euangelicam, quam videtur Dominus difficiliorem reddere quam lex erat antiqua: quandoquidem à suis requirat vt sibi persuadeant non sufficere si ea facerent & obseruarent quæ Pharisæi qui illam obseruabant. Porro nemo Dominum reprehendat; eo enim ipso manifestat legem Euangelicam quam promulgabat, lege antiqua, quam Pharisæi obseruabant, esse multo leviorem; quia hæc lex Pharisæorum tota erat in operibus exterioribus quibus illi custodiendis tantum studebant. & hæc valde grauia sunt, si ad illa tantum reflectamus; Porro lex Euangelica hoc principaliter attendit vt ea præcipiat quæ cor tangunt; hoc enim principium est bonitatis vel malitiæ actuum exteriorum: & principale quod mandat, amor est qui in corde residet, & hic illam reddit facilem, non tantum quia amor tribulationes reddit leues, sed etiam quia amore multo, multum lucramur, licet opera quæ fiunt sint exigua. Et quamvis opera sint valde magna, redduntur valde exigua, & Deo non placent nisi ex multo corde illi dedicentur, vtque illi tantum placeamus; vt patet in illo templo quod erexerunt S. Martyri Mamanti duo illi consobrini Constantii Imperatoris Gallus & Iulianus: etenim pars illa quam ædificabat Gallus dextero Deo procedebat; quia corde illam ædificabat fideli; partis autem Iuliani sacrilegi, qui sola ductus intentione vt opinioni mundi placeret, eam extruebat, quam primum ædificio fundamenta locabantur, concussa terra eruebantur. homil. a. 1. numero. 19. & seqq.

II. *Nisi abundauerit justitia vestra.* Complacebant sibi Pharisæi in solis exterioribus operibus. Hæretici Lutherani sibi de sola blandiuntur intentione. Vtrosque nos præcellere debemus, opera exercendo corporis & animæ Dei gloriam; hoc enim est. *Domestici eius vestiti sunt duplicibus.* hom. 23. num. 63. & seqq.

III. *Nisi*

III. *Nisi abundauerit.* Venit Christus hominem reformaturus ; & primo monet, nobis imitandos esse Pharisæos id est facienda opera bona in se : porro non sufficit hoc agere quod illi : hærebant enim in solis exterioribus : sibique persuadebant, quod sicut non occiderent nec actus facerent exteriores in damnum proximi, ita possent illum interius odio habere & optare illi malum ; & inde orta est illa reprehensio, quâ durius illos excepit, quando contra discipulos suos expostulârunt quod manus suas non lauarent dicendo : hoc hominem inquinare quod exit de corde ; hoc est principium peccati & iuxta illud grauitas attenditur peccati. Doctrina hæc mirabilis est. hom. 23. num. 65. vsque 72.

IV. *Nisi abundauerit iustitia vestra.* Magnum erat hoc Pharisæorum crimen, qui cum Deo velut cum hominibus agebant. Hæc inter nos si quid homines à nobis postulent opera sunt ; proinde parum alteri prodest quod illi afficiaris, nisi dederis illi quo opus habet & parum seruus satisfacit si Dominum suum amore multo prosequatur, laboret autem parum ; ita volebant Pharisæi : vnde totum erat hoc eorum studium, eximia illi munera dedicare, multaque illi animalium litare sacrificia, iam enim illos per Dauidem reprehendit. *Numquid manducabo carnes taurorum &c.* Cor petit & eiusdem opera. hom. 38. n. 19. & seqq.

V. *Nisi abundauerit iustitia vestra.* Ignominiose Pharisæi Deum excipiebant, & omnino oppositè illi quod intendebat : Deus nullo eorum indiget pro se quæ illi possumus erogare, vt illis per Dauidem asserit : *Si esuriero non dicam tibi.* Hoc quod à nobis petendit nihil aliud est, quam dare nobis & communicare sua bona, idcirco nostrum reposcit cor vt in illo resideat illud abundè ditando, intellectum luce, voluntatem amore, animam gratia ; hoc enim est ipsum in nobis regnare ; non similis est terrenis Regibus, qui cuncta sibi assumunt. ho. 41. n. 59. sed bene soli comparatur in ordine ad margaritas ; nihil enim ab eis accipit, sed suam illis lucem communicat. ibid. nu 62. vsq. 65. & ita non dabant Deo Pharisæi quod postulabat, cor scilicet.

VI. *Nisi abundauerit iustitia vestra.* Pharisæi Deo lances offerebant vacuas, & dedecori sibi verteret principes si quis tale sibi munus offeret. Opera exteriora lances sunt in quibus Deo quasi offerimus cor nostrum & animam ; atque in tantum Deo gratum est sacrificium exterius (inquit D. August.) in quantum per illud offertur sacrificium cordis interius ; non vult à nobis Christianis tale munus sibi dedicari, hoc enim est quod ait, *Non apparebis in conspectu meo vacuus &c.* hom. 2. n. 17. 19.

VII. *Nisi abundauerit.* Non placebat illi sanctitas Pharisæorum exterior, qui orè verba bona proferebant, cor autem eorum erat peruersum, similes hyenæ quocirca ab illo vocantur *Generatio prauæ.* Hoc intendit vt non solum bona proferamus verba, sed etiam illum & proximum cor habeamus bonum. ho. 8. nu 35. vsque 39.

VIII. *Nisi abundauerit.* In nostrum hoc agit commodum Dominus, licet videatur nobis pondus imponere : quia quantum opera exteriora sunt difficilia, & sæpe impossibilia, tantum sunt opera cordis facilia & ille qui non potest opere largiri eleemosynam, cum pauper est, corde potest illam dare & voluntate. Tota nostra est felicitas : quod Dominus primario cor exigat, vt nobis rependat iuxta eius desiderii mensuram ; hoc enim est quod asserit Sapiens. *Spiritum contritum, & in respectu illius benedicetur.* Itaque ne quod nos videatur onerare, dicens : *Nisi abundauerit iustitia vestra &c.* onus potius alleuiat & formam præscribit quâ nostra proficiat sanctitas & cœlestia merita, nec non inuentionem faciamus oculorum, de qua Salomon. h. 1. n. 19. & seq.

IX. *Nisi abundauerit.* Pharisæi Deo suâ dabant eleemosynis & sacrificiis, seipsos autem sibi reseruabant, pares Caino, qui male deuidebat. ho. 38. nu. 10. licet omnia tua illi dederis, inquit D. August. nihil ipsum illi dederis parum ille refert. ibid.

X. *Nisi abundauerit iustitia vestra.* Plura postulat nobis quam à Iudæis, quia maiora recepimus beneficia quibus illi strictius deuincimur, & qui plura debet quam alter, non satisfacit nisi plura soluat quam alter. Hoc Dominus expostulat lege decimarum. h. 17. n. 17.

XI. *Audistis quia dictum est antiquis, Non occides.* Incipit declarare Dominus quod dixerat. Sufficiebat Pharisæis opere neminem occidere ; etenim hoc solum censebant Dei lege vetitum, & cum hoc hoitum arbitrabantur odium inimicorum Sufficiebat illis si alterium non committerent ; porro credebant sibi licere corde & affectu quamlibet desiderare mulierem. Optimè vocauit illos sepulchra dealbata, quæ deforis apparent formosa, & illos descripsit Moyses per album calce foris delinitum, quod interius lapidibus constabat durioribus, & scriptam præferebat in exteriori facie legem, cuius in interiori nullum erat vestigium. ho. 8. num. 36.

XII. *Ege autem dico vobis qui irascitur fratri suo.* Non solum manus nostras vult ab homicidio munitas & os nostrum à verbis liberum vniuersis, sed etiam cor ab ira odioque expurgatum ; itaque totos nos immundos interius & exterius ; venit etenim tempus replicam fundare sanctorum Opus hoc est illis linguare, & non erit perfectè, qui talis non fuerit in operibus manuum, verbis linguæ, cordisque affectibus ho 34 nu 34.

XIII. S

XIII. *Si ergo offers munus tuum ad altare.* Si jam coram altari consistens sacrificium tuum oblaturus, memineris te fratrem tuum in aliquo offendisse, vade prius reconciliari fratri tuo. Miror hanc legem. Domine patet omnibus quod homo tibi magis quam proximo suo teneatur, & amorem tuum primo loco statuendum. Quomodo ergo præcipis vt prius pergat fratri suo satisfacturus? Miramur & merito doctrinam D. Bernard. ad huius declarationem; notat enim quod in amore cordis Deus sit præferendus; etenim cor illi primario debetur: sed in opetibus exterioribus, mandat vt primo satisfacias proximo tuo, & hoc verbis illis indicat, *Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo*, quod confirmatur ex miro quodam leonis facinore. h. 23. n. 58. & seqq.

XIV. *Vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens &c.* Primo solue illi cui debes, cui furto abstulisti, & deinde veni & missarum exposce suffragia. Non enim sacrificia Deus acceptat cum præiudicio tertii, & abominabiles illi sunt qui ædificant Hierusalem in sanguinibus. h. 23. n. 55. & hæc erat Pharisæorum iniquitas docentium filios vt primo sacrificiis attenderent, parentes autem sinerent fame interire. hom. 23. num. 45. 53. 54.

DOMINICA SEXTA POST PENTECOSTEN.

I. *Cum turba multa esset cum Iesu, nec haberent quod manducarent.* Marc. 8. Est hoc miraculum quod fecit Christus Dominus pascens quatuor millia hominum septem panibus & paucis piscibus, simile illi quod fecit sustentans quinque millia hominum quinque panibus hordeaceis, & duobus piscibus legatur. h. 27. de illo namque agit, & quod supra notauimus Dom. 4. Quadrag.

DOMINICA SEPTIMA POST PENTECOSTEN.

I. *Attendite à falsis Prophetis.* Matth. 7. Est hoc Euangelium pars quædam sermonis illius celeberrimi, quem Dominus in monte peroranit in principio publicæ suæ prædicationis, & quasi eius epilogus tantum enim postmodum subiunxit commendationem obseruationis eorum quæ dixerat. Sciebat quod cum semen illud bonum & cœleste seminasset, venturus esset inimicus, qui superseminaret zizania. proinde præmonet nos de hoc; sicut D. Paul. prænenit Ephesianos, dicendo: *Attendite vobis, ego scio quoniam intrabunt post discessionem meam lupi rapaces in vos propter quod vigilate* h. 49. n. 28.

II. *Attendite à falsis Prophetis.* Prænouit Dominus Sataniæ studium vt nos perdat, & quandoquidem nos multa docuerat bona, statim laboraret inimicus ille sagittas suas dirigere, eos perditurus qui Dei verbum audierant: quocirca vult vt simus attenti; nam quam primum Deus vrbem deseribit Hierusalem, adnolat diabolus illam obsidens suaque in eam tormenta bellica collimans: securus esto quamdiu illi seruis, nullum ille tibi bellum inferet: sed quam primum Deo famularis eiusque sequeris doctrinam, ilico omnes suas in te machinas instruet. h. 5. n. 2. vsque 8. & mille modis tuam procurabit perditionem: vnde milleni oculi sunt tibi necessarii quales habebant animalia Ezechielis. Ibid. n. 26. 27.

III. *Attendite à falsis Prophetis.* Sementi bonæ doctrinæ quam Christus seminauit il. co se diabolus opponit, potentissimum autem per falsos Prophetas nempe hæreticos. Graue damnum infert diabolus per malas linguas. hom. 19. num. 47. 48. sed singulariter per falsos Prophetas, fallaces mirum hæreticos, proprios Sataniæ filios: hos enim habet in mundo, sicut in diebus Achab falsos Prophetas, in quorum ore se statuit vt illum intretiret: prorsus hoc alienum est à Dei ouibus. Merito lamiæ comparantur. hom. 37 num. 33. 34.

IV. *Attende à falsis Prophetis.* Quomodo inueniunt illi ingressum ad decipiendum? sicut inuenit inimicus vt super seminaret zizania, quia famuli dormiebant: ex eo namque quod prælati dormiant, falsi subintrant Propheræ, atque idcirco opus est illis vt perpetuo vigilent: etenim bene monuit Apostolus superiorem: *Tu vero vigila.* hom. 15. n. 39. & hinc cautio sanctorum oritur & timor dum se ad dignitates iugent promotos. Ibid. n. 37. vsque 45. exillis nouerit prælatus, quod præturam non accipiat vt dormiat sed vigilet velut pastor contra lupos. Ibid n. 33. vsque 37.

V. *Attendite à falsis Prophetis.* Quare tales permittit Deus ouile suum ingredi, cum sciat quod sint *lupi rapaces?* Ad salutem nostram: non enim permittit mala Deus nisi ad nostrum commodum. hom. 43. n. 2. vsque 5. & potissimum hæreticos dicit D. August. l. 18. de ciuit. cap. 51. Deum permittere in bonum fidelium, vt illos exerceat vt ex occasione quam illis præbent, attentius negotia fidei considerent, illis diligentius attendant & mysteria cœlestia scrutentur, illa conati intelligere: quocirca illis seruiunt sicut Esau Iacob. h. 23 n. 37. 38.

VI. *Attendite à falsis Prophetis.* Dixit Apostolus Paulus non solum non esse malum quod Deus hæreses permittat & hæreticos ad bonum nostrum, sed

etiam necessarium. *Oportet hæreses esse, vt qui probati sunt, manifesti fiant.* Deus non recipit opera nostra nisi probata & examinata vt dixit Tertul. sæpe namque quædam sunt quæ videntur præclara & talia sunt oculis nostris, & coram Deo non valent, qualis fuit illa pœnitentia Antiochi & Esau. hom. 38. num. 46 quocirca vult virtutes probaras: nec enim eas diabolus habet vt tales nisi probentur, sicut declarat hoc D. Chrysost. in Iob ho. 32. n. 24. & ea mente tentauit Deus Abraham. Ibid.

VII. *Attendite à falsis Prophetis.* Virtus quam Deus maxime vult probari, fides est, quæ talis sit, vt nihil illam moueat, petitque fideles adeo constantes, vt quamuis sint velut naues in hoc mundo ex eo quod variis successibus huc & illuc agitentur, sint tamen immobiles sicut columnæ, quos nec omnes moueant venti: *Ne circumferamur omni vento doctrinæ.* vt dixit D. Paul. hom. 37. n. 73. ad hoc permittit hæreses, quibus tua in fide & Ecclesia probetur obedientia, qualem petebat D. Paul. captiuando in ea tuum intellectum, & quantumuis te prouocent vt ab hac egrediaris captiuitate, in ea tamen firmus permaneas. Eo animo permittit Deus falsos Prophetas qui tuam tentent erga Ecclesiam obedientiam, sicut permisit tyrannos vt electorum probaret patientiam. hom. 29. num. 9. 10.

VIII. *Veniunt ad vos.* Arguit illos Dominus de vitio quod magis in illis regnat nempe superbia: dicens quod illi sponte sua veniant, ducti propriæ suæ spiritu ambitionis, sicut illi de quibus querebatur: *Ego non mittebam eos & ipsi currebant.* Apte dixit D. Augustin. legitimam matrem hæresis esse superbiam, sicut præcipuum quod fides postulat est humilitas, submittendo intellectum eum quasi captiuando. ho. 29. num. 6. vsque 11. & ita prima hæresis quam diabolus in mundo seminauit fundata fuit in superbia, nisus auferre humilitatem quam Deus intenderat, Adamum præcepto constringens ne de arbore comederet; insignis hic est conceptus D. Augustin. hom. 23. num. 71.

IX. *Veniunt ad vos.* Ipsi currunt non missi nam legitimi prædicatores sunt illi qui à Christo missi sunt, & ab iis qui locum eius supplent, vt sunt summus Pontifex, & reliqui Prælati, quibus dicitur: *Euntes in mundum vniuersum, docete omnes gentes.* Et sicut tales, tantum proponunt eius legationem qui illos misit. ho. 29. n. 40. Regnat in illis superbia & propriam aucupantur gloriam. Vere fides postulat humilitatem & humilem accessum juxta illud Salomonis: *Custodi pedem tuum.* hom. 14. num. 11. 12. Ornatus ouium Christi murenulæ sunt auribus. homila. 38. num. 3. 4.

X. *Attendite à falsis Prophetis qui veniunt.* Quid faciam quando venerint? corrigamne illos, vel illi me opponam? hoc age: attende tibi illosque fuge. *Attendite,* hæretico nulla facienda est fraterna correptio; quia non tantum nulla spes fulget emendationis, sed etiam certum est, quod malum serpet vberius; qui namque Deum non audit nec eius Ecclesiam, multo minus te audiet hom. 22. n. 21. vsque 26 Christus auaros profanos non multum corripuit, est enim auaritia vitium quod voluntatem occupat, hom. 28. n. 36. & seqq. multo minus corrigendi sunt hæretici, quia non tantum voluntatem habent perversam, sed etiam intellectum; tantaque est malitia voluntatis vt peruertat intellectum. hom. 29. num. 56. vsqua 59. hinc congruit doctrina quam sancti perpendunt, quod hæresis oriatur ex malitia voluntatis quæ si magna sit funem dirumpit ventus Dei hom. 37. n. 47. vsque 51.

XI. *Attendite &c. qui veniunt ad vos.* Notanda venit hic suauis Dei prouidentia, qui, cum periculum sit adeo magnum, nobis remedium suppeditat adeo facile, quale est statuere visibilem in mundo cathedram, vbi magistros habeamus visibiles & securos, nam vt nos liberet à sollicitudine vtrum nos fallat vel non, noluit vt nec quidem Angeli fierent nobis magistri, quia mali se possunt in bonos transfigurare. hom. 14. num. 7. vsque 16. In hoc se tutum credebat D. Hieronym. cuius exemplum notatu dignum est. Ibid. num. 24.

XII. *Veniunt ad vos in vestimentis ouium.* Veniunt illi pellibus contecti ouium nempe verbo Dei & S. Scripturæ. Proditores sunt qui vestes assumunt Dei contra ipsum Deum; familiare est hoc filiis diaboli quos similes esse dicas structionibus. hom. 28. num. 15. hom. 35. num. 16. & seqq. Sicut Sacerdotes Bel abuti sua furta contegebant. hom. 7. num. 38. vtab hoc Christus vos securos reddat, suos habet in Ecclesia Cathedraticos, qui vobis illas manifestent vestes, quos Spiritus S. sapienter appellat, quorum declarationi hortatur Spiritus sanctus vt acquiescatis in hunc modum; *His fili mi, amplius ne requiras.* hom. 14. num. 21. 22.

XIII. *Attendite à falsis Prophetis.* Quamuis communis sensus sit ille prædictus quod loquatur Dominus de hæreticis qui proprie dicuntur falsi Prophetæ. Tamen D. Hieronym. etiam de aliis interpretatur præsertim hypocritis, contra quos Dominus particulari feruebat zelo, de quibus eodem modo loquitur; *Attendite à fermento Pharisæorum.* Erat vitium hoc innatum Pharisæis; nam communiter ad eum accedebant: in vestimentis ouium, corde autem lupos gerebant absconditos, quos idcirco tanto opere execrabatur vt illos arguerit esse generationem priuam & adulteram, ore bono, & corde malo, atque

idiotas

dicitos per Hieremiam eos vocat hyenas; quos singulari prosequitur odio h.8.n.35.vsque 39. verbis loquebantur illi blandioribus illum vocando magister: corde autem satagebant illum euertere, quocirca die quodam ita contra eos excanduit vt rationis judicium amisisse videretur. Ibid.n.9.

XIV. *Veniunt in vestimentis ouium.* Valde graphice describit illos Christus quod veniant pallio induti legis Dei, corde vero furari laborabant: sic cum filiis agebant: nam sub prætextu sacrificiorum Dei sanguinem exsugebant qui dandus erat pauperibus. hom.33. num.45. hom.28. num.17. Et tales multos inuenias, qui sub pallio pauperibus subuenendi, illos deprædantur; latrones honorarii, & vncini quos vidit Amos Propheta. h.7.n.35.vsque 38.

XV. *Veniunt in vestimentis ouium.* Quam congrue describit illos Dominus: attende illos quando prodierunt adulteram: etenim sub titulo legis Moysi & zeli justitiæ Christum studeant illaqueare. hom.26. num 37.vsque 41. Quamobrem illos Dominus confudit & absorpti sunt juncti Petræ juxta Dauidis psalterium Ibid.n.4.

XVI. *Veniunt in vestimentis ouium.* Non tolerandæ hæc est Principum peruersitas, cum enim illis incumberet defendere justitiam, tuerique pauperem, illi justitiam peruertunt & pauperem opprimunt. hom.35.num.15. sed suprema malitia est contra justitiam peccare sub vestimento eiusdem. Tales erant illi, vt non tantum offenderent justitiam & Deum, sed hoc faciebant sub nomine iustitiæ & obsequii diuini; quocirca illos Dauid vocat inimicos & vltores Dei. hom. 7. num. 43. & hoc executi sunt Christum occidendo sub prætextu publici beneficii & honoris Dei, nec non templi sui conseruationis, sic rem exponit Isaias illos vocans *Ariel*. Mysterium insigne. hom.40.num.19. & tales multi sunt in mundo in vestimentis ouium lupi rapaces, qui sanguinem exsugunt vel sanguisugæ sub titulo præstandi beneficia quos eleganter describit Diuus Cyprianus quos difficulter euitamus ob pelles ouium, quibus se transfigurant. ho.7.n.37.

XVII. *Intrinsecus sunt lupi rapaces.* Neruose describuntur, quia deforis vestimentis nitebant ouium, ieuniis, eleemosynis, orationibus, sed intus lupi erant gloriæ Dei rapaces: quia in bonis operibus; sicut illud quod vtile est, nobis seruatur, ita quod gloriam spectat Deo consecrandum est, vt effectus gratiæ suæ. hom.29. num. 42. Similes erant Regi Saul, qui manum suam collocari iussit in arcu triumphali. Ibid.num.46.47. ne latro sis tollens ouiculæ pellem, sed da gloriam Deo, sicut Dauid qui, *In omni opere confessionem dedit sancto.* Ibid.n.47.48.

XVIII. *Attendite à falsis Prophetis.* Etiam diabolus dicitur falsus Propheta; nam semper nobis loquitur vt decipiat, & sæpe venit inditus pelle ouina, sicut ad Christum accessit, rogans illum vt se de pinnaculo templi deorsum præcipitaret; quia scriptum erat, quod Angelis suis Deus mandauit de te; & eodem modo ad te accedit, quo tuam perdat animam, eam sub pelle euertens ouina; hæc autem est S. Scripturæ promissio. hom.5.num.36.37.

XIX. *Veniunt in vestimentis ouium.* Non venit ad te diabolus nudus, scit enim præcludendam sibi ianuam, idcirco vestem induit ouinam, adulationes & promissa tam tuæ voluptatis, quam misericordiarum Domini; quocirca dixit Dauid quod loquatur vanitates & Dominus Iob quod verbis loquatur compositis. hom.5. num.25.

XX. *Veniunt in vestimentis ouium.* Transfigurat se falsus Propheta nec prodit vultu aperto; statim enim ab eo longissime diffugeres, similis est ceto qui faciem commutat. hom.42. n.11. & seqq. Ad Adam non accessit per se, sed pelle contectus ouina, quæ fuerunt rationes Euæ. hom.5.num.19. caue ne te comprehendat; dolendum enim est quod ex vnica apparentia quod sic tuæ quidpiam conueniat voluptati, te velut in muscipula comprehendat; idcirco monet Apostolus: *Videte &c. Non quasi insipientes.* hom.36.num.19. & seqq.

XXI. *Intrinsecus autem sunt lupi rapaces.* Hoc prætendit vt opera tua bona, meritaque deuoret; hoc enim agit diabolus intrans per peccatum in animam. hom.19.num.13.vsque 20. ex eorum numero est quos Esther vocat derisores, hoc enim omne studium illius est vt te diripiat, teque irrideat, quod Isaias declarauit similitudine piloforum. hom.41.num.55. vsque 59.

XXII. *A fructibus eorum cognoscetis eos.* Ecce per quæ infallibiliter eos possis agnoscere; nempe per opera eorum, sicut ex fructibus arbor agnoscitur. ho. 37. num.42. & seqq.

XXIII. *A fructibus eorum cognoscetis eos.* Non tantum significat Dominus vt eorum opera attendantur, sed etiam quis sit fructus quem ipsi postulant ex eo quod agunt, & quis fructus colligatur faciendo quod dicunt. Attende quem fructum collegeris ex eo quod diabolo aures præbueris & secutus fueris eius tentationem, scilicet miseriam in corpore & anima, & te inueneris vt filium prodigum pudore confusum sic vt & iam coram confessario erubescas, cum tamen res sit ita secreta; hoc enim quærit Apostolus; *Quem fructum habuistis tunc in his, in quibus nunc erubescitis.* hom.18.num.54.

XXIV. *A fructibus eorum.* Ex effectu iudica de

causa, & quid tibi ex deliciis & temporis jactura remaneat, si feciſſes id quod Salomon: *Converti me ad vniuerſa opera, quæ fecerunt manus meæ.* Inuenires eum ipſo eſſe omnia vanitatem. h.4 n.19. vſque 26.

XXV. *A fructibus eorum.* Vtinam oculos conuerteres & conſiderares quem fructum collegeris ex ſequela falſorum Prophetarum, quanto rubore confundereris, ſicut Magdalena, nam ex hoc fructu arbor agnoſcitur. h.38.n.54.vſque 57.quia vero hoc non conſideras, ita viuis m. urius. Ib d.n.57.vſque 60.

XXVI. *A fructibus eorum.* Conice oculos in adulteram quæ decepta erubuit per eum à quo ſeducta fuerat velut per falſum Prophetam; attende quem fructum collegerit, cum ſe ſolam in medio ſiſti conſpiceret. Exemplum notabile h.26.n.54.

XXVII. *Omnis arbor quæ non facit fructum bonum excidetur.* Habes hic cur te Deus in Eccleſia ſtatuerit, velut arborem in Para iſo, videlicet vt fructum referas; quia namque diues auarus fructum non retulit, abſciſſus fuit ignique traditus. h.16.n.2.3.

XXVIII. *Omnis arbor.* Hac ſimilitudine nobis redemptor declarat, abſque dubio nos igni tradendos niſi fructus producamus, & clarius adhuc ſexponit dum nos non cuilibet arbori ſed vineæ comparat. Attende conceptum h.17.n.12.13. vt autem hoc ſingulari notaret myſterio, ficum maledixit aridam, licet tempus non eſſet ficuum. Ibid. n.46.47.

XXIX. *Omnis arbor quæ non facit fructum.* Excidit Deus arbores infrugiferas quas in Eccleſia ſua plantauerat, nempe Iudæos; quia fructum non tulerunt; caue ne tibi idem faciat. h.17.n.48.49 nam illis electis te collocauit in hoc horto, ſicut illos expulſis Chananæis. Ibid.n.52.53.

XXX. *Omnis arbor.* Obiicies ergo actum eſt de mea ſalute: quia ferre fructum non poſſum: non enim habeo vnde feram, nec corporis robur vt faciam pœnitentiam, nec diuitias vt erogem eleemoſynas &c. Reſpondeo imo potius per hæc fructum ferre potes principalem & abundantiorem, vt Chriſtus dixit qui profertur per patientiam. h. 17. n. 13. & hæc talenta ſunt quibus maximum referre poſſumus lucrum. ho. 32.n.27.vſque 31.

XXXI. *Non omnis qui dicit mihi Domine, Domine.* Non ſatis eſt Deo ſola ore tenus verba proferre: nemo quippe Phariſæis melius iſta protulit, qui quanto linguam habebant quouis melle dulciorem, tanto gerebant cor omni felle amarius, & à Deo remotius. h.8. n.35. Deus cor intuetur: *Poſuit oculos ſuper cor illorum.* Et vbi nullum inuenit cor, in illo ſibi non complacet. h.1 n.19.20.h.23.n.72. odit Deus fercula vacua. ho.38. num 19.

XXXII. *Non omnis qui dicit mihi Domine.* Non ſoluitur Domino, dicendo ore tenus eumque vocando Domine, tantumque abeſt vt hoc illi placeat, vt etiam grauiorem hoc reputet culpam; etenim vocare aliquem Domine, cui nolis obedire, & magiſter quem nolis audire, redolet impudentiam. h.8.n.34.

XXXIII. *Qui facit voluntatem Patris mei.* Habes hic regulam qua Chriſtus finem imponit concioni ſuæ in monte, nempe vt facias voluntatem Patris eius quam tibi per præcepta ſua reuelauit; idcirco namque hominem creans ſtatim illi mandatum impoſuit velut regulam ſeu tabulam ad quam opera ſua deberet ipſe dirigere; & hanc tu tibi proponas ob oculos, certo ſciens illi non ſatisfieri operibus pro tua libidine, ſed oportet te vt diuinæ ſuæ ſint conformia voluntati, hæc etenim ſunt illi accepta ſacrificia. ho.23. n.53.54. Cetera execratur quantumcumque dicas. *Domine, Domine.* Ibid. num. 55. & ſeqq. quinimo idcirco nomen ſuum Chriſtus diſtulit, quam tamen tantoperè deſiderabat; quia pati voluit illam conformiter Patri ſui voluntati; nam ad maiorem perfectionem, vnum illi vouit obedientiæ. h.36.n.29.vſque 33.

DOMINICA OCTAVA POST PENTECOSTEN.

I. *Homo quidam habebat villicum.* Luc.16. Hanc parabolam Chriſtus auari diuitibus propoſuit eorum exoptans ſalutem, perſuadens illis eleemoſynam: illa etenim eſt per quam præcipue diuites ſunt ſaluandi; qui aliis operibus pœnitentiæ, mortificationis, & ſatisfactionis non incumbunt. Propoſuit illam Dominus & ait Euangeliſta. *Deridebant eum Phariſæi qui erant auari*: quippe auaros in crumena tangere, eorum eſt oculos offendere. Vt impudentem eorum inuerecundiam Domin. s reprimat, illico ſubiungit hiſtoriam de diuite auaro & paupere Lazaro, qua parabolam confirmat ante propoſitam. h.16.n.1. vſque 5. & ſi illis non proficiat, nobis ſeruiat ad terrorem, vt factum Caini. Ibid. num. 5. atque ideirco per hanc hiſtoriam, præſentem declarabimus parabolam.

II. *Homo quidam erat diues & habebat villicum.* In rigore terminorum nomen hoc *villicus* vt interpretatur D. Hieronym. ſignificat œconomum qui curam habet alicuius horrei: ſed hic propriè ſignificat diſpenſatorem qui in textu græco vocatur Oeconomus, & ita D. Hieronym. epiſt 151. ad Algaſiam tranſtert, diſpenſatorem, ecce proprium nomen diuitis œconomum eſſe Dei eiuſque diſpenſatorem, cuius manibus bona ſua commendauit, non tamquam Domino ſed diſpenſatori ſuo; *In terra nos ſentire debemus villicos, Dominos non putare.* Ita D. Petr. Chryſol. ſerm. 121.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

audit D. Auguſt. quod Deus ait per Prophetam Aggæum: *Meum eſt aurum meum eſt argentum.* ex his infert D. Aug. *Non igitur veſtrum ô diuites terræ.* h. 16. n. 9.

III. *Homo quidam habebat villicum.* Hoc tibi primo ſupponendum has diuitias non eſſe tuas ſed Dei, & hoc ad tuam non exiguam vtilitatem. Primo vt illi gratias agas quod illas tibi dederit abundanter, aliis autem negauerit: vnde communiter deberes illos conſiderare qui minus, quam tu, poſſident quo tuam temperabis habendi cupiditatem. ho. 27. num. 24. 25. Secundò vt illa diligenter & diuino impendens obſequio vt rem ipſius vt intelligas tantum eſſe crimen Deum illis offendere, quantum eſt alterum ſuo gladio confodere, hom. 35. n. 16. vſque 19. Tertiò: vt patienter feras quando Deus eas tibi tollit, cum tibi nullam faciat iniuriam qui tollit id quod ſuum eſt: nam ideo etiam voluit Deus vt patienter toleremus quando nobis animam aufert & hac ratione ſeipſum Iob ſolabatur. *Dominus dedit Dominus abſtulit.* h. 31. n. 18. ſed ſingulariter tuis tradidit manibus diuitias, vt illas velut œconomus diſpertias.

IV. *Habebat villicum.* Recognoſce te vt talem, ne te Deus vt Regem Aſſur. puniat ho. 29. n. 44. & nota hoc cognoſcere magnum eſſe diuinæ miſericordiæ beneficium, eſt etenim oleum cuius defectu quinque virgines vt fatuæ repelluntur. ho. 29. nu. 51. & multi diuites fatui ſunt, qui diuitias ſic ſuas autumant vt illas ſuis tantùm impendant voluptatibus, ac ſi illas ea tantum intentione recepiſſent, & multi ſunt vt ille miſer, qui locupletiſſima meſſe ditatus animæ ſuæ gratulabatur, ac ſi illi tantùm eſſet deputanda. hom. 39. numer. 16.

V. *Habebat villicum.* Diues hoc tui muneris eſt eſſe Dei œconomum ac diſpenſatorem, vt de manu tua illis conſulat qui pauperes ſunt, quatenus ſatisfaciat Deus inæqualitati, quam homines in hoc mundo ſtatuunt; vnde te creat vt ſis velut cœlum in ordine ad terram, & tamquam ſtomachus reſpectu partium corporis. h. 16. n. 7. vſque 9.

VI. *Habebat villicum.* O diues, domus tua ciſterna eſt in quam velut aquæ diuitiæ confluunt, quatenus iuxta Salomonem tu ex illis bibas, & fontes eius foras ad pauperes detiuentur. h. 16. n. 9.

VII. *Habebat villicum.* Deus eſt magnus Dominus habetque multos diſpenſatores, diuites nimirum, per quos ſedulas diſtribuit pauperibus vt Dominus per œconomos ſuos: & ſicut ille qui ſyngraphis non ſatisfacit, Domino ſuo detrahit; ita diues pauperibus non ſubueniens, qui ad illum conueniunt cum ſyngrapho Dei. hom. 16. num. 10.

VIII. *Habebat villicum.* Commendat Dominus manibus œconomi ſuas diuitias vt illis accurrat ad ſolutiones quas ipſi iniunxerit. O diues, diſpenſator es Dei vt illis intendas ſolutionibus quas à te poſtulat; quod ſi deſeris, non illas cognoſco, tam tibi declarat quod ipſe ſit qui in perſona venit pauperis; cui ſi negueris, illi negaſti. h. 16. n. 11. vſq. 16.

IX. *Hic diffamatus eſt apud illum quaſi diſſipaſſet bona ipſius.* Expende ô diues verba hæc, nec tibi perſuaſeris quod dum manum extendis ad nummos & illos inutiliter expendis, ſufficiat tibi dicere quod bona tua expendas: non enim tua ſed Dei ſunt, quæ dilapidas; vnde ſtrictam à te rationem exiget qualem Dominus ab œconomo, qui ſuas in vanum expendit facultates. Sic egit cum Rege Baltaſſar, hoc manus deſignauit quam miſit illi ſcribenti m, quaſi competus diſtribuendo, ex quibus rationem concluderet & expediret vt tu priùs hos computus parteſque ſigillatim examinares. hom. 17. nu. 17. Tremit D. Bern. hæc verba Domini intelligens *De omni verbo otioſo reddenda eſt ratio in die iudicij.* Notanda eſt hæc vniuerſalis particula: *De omni* Pondera quanta tibi ſit reddenda ratio de tantis tamque magnis partibus, quantas in libris tuis deſcriptas habes. Poſtquam rationem exegeris à tuis factoribus, & tabernariis, tunc tecum ini rationem de omnibus his acceptis. h. 23. num. 32.

X. *Hic diffamatus eſt apud illum.* Ignoſcat mihi Deus: heu quot ſunt qui te ante Deum diffamant; quando non vt oporret bona diſpenſas. Primo, teſtatur D. Iacob, quod operariorum tuorum ſudor contra te vociferatur. *Ecce merces operariorum veſtrorum apud Deum clamat.* Etiam aſſerit Deus contra te voces ingeminare iniurias quibus viduam opprimis & pupillum. obrationem quam expendit D. Chryſoſt. ho. 31. n. 37. Ita Chriſtus expoſuit Luc. 18. afflictos coram Deo clamare ſub ſymbolo viduæ iuſtitiam poſtulantis contra eum à quo tulerat offenſam, & aſſequerat abſque dubio Deum his vocibus commoueri, multò fortius quam patrem lacrymis filij ſui aduerſus eum qui filium offendit. Retine hoc documentum. Sanguis Abel clamabat contra Cain; & diuitiæ illæ quas concluſas detines clamant contra te quod illas quaſi per vim captiuas detineas. h. 16. n. 13.

XI. *Diffamatus eſt apud illum.* Ne quæras quis tibi coram Deo detrahat & vociferetur, quando namque non eſſet aliud, tua ſunt peccata: nam ſicut dum eleëmoſynam erogas & opera facis bona, ad Deum illa conſcendunt, quæ te laudant vt dixit Salomon de eleëmoſyna quam exhibes. *Ipſa exorat pro te.* Ita peccata tua ſurſum aſcendunt contra te poſtulantia iuſtitiam. hom. 2. n. 37. 38. & ipſe diabolus qui te prouocauit ad peccatum, quam primum peccaſti accuſat te coram Deo. Agit enim quod dixit miles ille Ioab. *Si feciſſem, tu ſteriſſes contra me.* Et hoc eſt quod vidit Zacharias quoad Sacerdotem Ieſum. h. 4. n. 48.

XII. *Hic diffamatus eſt.* Potiſſimum illi qui pau-

peres iniuriis afficiunt ; & diuites qui patiuntur illos fame interire, coram Deo diffamantur : pauperum enim voces ad cœlum ascendunt & ibi contra tales fertur sententia, hoc enim est quod dixit Daniel Regi Nabuchodonosor : *In sententia vigilum decretum est & petitio sanctorum*, quatenus videas ô diues quam grauitet contra te apud Deum expostulent, & quantum opus sit eleemosynas erogare, quatenus hæc sententia reuocetur vt dixit Daniel Regi Nabuchodonosor. h.13. n.41.42.

XIII. *Qui vocauit eum & dixit ; quid hoc audio de te.* Hoc boni iudicis officium est nequaquam condemnare nisi diligenti præmisso iustitiæ partis examine. h.7. n.19. vsque 22. & hoc Dominus insinuare voluit in actu adulteræ, quando audita accusatione partis scripsit in terra. h.26. n.41.42.

XIV. *Redde rationem villicationis tuæ.* Ecce hic patet ô diues, quod diximus, quod exigenda sit à te ratio sicut ab œconomo ; in quibus expenderis eius facultates & hinc colliges quam strictè tenearis illas in commodum dispensare pauperum & famulorum Dei, & familiæ eius vtilitatem sicut decet facere œconomos, & quam iustè illæ condemnabuntur expensæ quas facis in aere, nec non quantum sit mundi delirium, qui non iudicat illas honorificè expensas nisi in vanitatibus. h.8. n.45. vsque 47.

XV. *Quid faciam, quia Dominus meus aufert à me &c ? Fodere non valeo.* Prudenter egit, vt, & hoc tu faceres si consideraris te in tribunali & inueniens te perperam Dei bona dispensasse, tibi tempestiuè consuleres : quia subitò & inopinatò difficulter rationes instituuntur & redduntur illi qui tantum nouit quantum Deus, præsertim de tot tantisque partibus ; consule tibi iuxta Christi consilium. h.34 n.30.vsq.34.

XVI. *Quid faciam* ; Quam anxius est ille homo quando Deus illum in lectum prosternit, quo quasi citat illum vt rationem reddat ; & suas ille proferens, inuenit quod iis non possit satisfacere, hoc est agere opera pœnitentiæ, nec audet mendicare, ne fortassis illi obiciatur quod fatuis virginibus : *Ite potius ad vendentes* ; tempestiuè tibi prospico h.32. n.52. vtinam quotidie teipsum inspiceres qualiter tibi dies dicatur, atque ad tribunal voceris ; quam munda foret anima tua, velut eato Naaman septies lota in Iordane. ho.6.n.4. vsque 7.

XVII. *Scio quid faciam.* Cogitatio subtilis. Alias non habeo quam Domini mei facultates ; illis propono & conabor amicos mihi conciliare, vt dum mihi aufertur œconomi officium, illos inueniam ; & sic egit ; illi namque qui centum debebat coros tritici ait, vt acceptis litteris in quibus ad centum obligabatur, illis confractis ; alias scriberet in quibus fatebatur se debitorem tantum esse quinquaginta. &c. quo stratagemate sibi amicos lucratus est itaque modo vt Christus illum laudauerit, quasi prudenter fecisset. Infert ex hoc Christus hanc esse hominum miseriam vt quoad bona temporalia tam sollerti sollicita vigeant prudentia, vt ipsos filios lucis antecedant. Faxit Deus vt illam diligentiam quâ studere uere debitum creditori tuo, ne forte in vinculà conciaris, impenderes in soluendo quod Deo debes, hoc quod agis vt corporis tui medearis infirmitati impenderes animæ tuæ curationi, sed ait Dmendaces filios hominum in stateris, qui sedulam nauant operam, & nullam curandis animæ langoribus. h. 10. n.24.

XVIII. *Prudentiores sunt filij huius seculi.* Dolendum est videre prudentiam, diligentiam & xiam sollicitudinem qua filii huius sæculi hisce nis lucrandis incumbunt, quæ ventus sunt & Salomone teste. hom. 4. num. 9. & seqq. & magnimis socordiam in diuitiis veris conquirendis, pœnis euitandis æternis : quamobrem dixit D. Iquod Deus hoc æmuletur. *Ad inuidiam concupiscentitus. Adulteri an nescitis &c.* h.8. n.38.

XIX. *Prudentiores sunt filij huius seculi.* Sæculhoc tenebris immergitur, & patent illæ quibus hafilii inuoluuntur : cum enim tam facilia sint tantæ subsistantiæ Dei bona, non illa studeant sibi lucrari, omne studium in terrenis collocant acquirendis lius valoris, & maximæ difficultatis. Hoc apprime clarauit ille nobilis de quo D. August. qui patrilius huius sæculi vixerat. h.25. n.74.75. nec potelt altius attollere, quam eo quod dixit Tertullianus longe maius dari pretium à mundanis pro vitro, à filiis lucis pro margaritis. Lamentandum esset velle quempiam dare pro adamante pretioso, alter pro vitro commutat vilissimo ibid.

XX. *Facite ergo vobis amicos de Mammona tatis.* Hæc est parabolæ conclusio. Diuites amivobis facite de pecuniis iniquitatis, illis enim indigtis. Ecce quo nomine censeat pauperes, illos amitnos appellans, ita alienus à te qui ipsos habes cos, quos iudicas venire vt domus tuæ deprædenfacultates. Non illos mittit Deus, vt illas sibi cumlent, tu autem illas amittas sed vt tibi ipsi cumulet pauperes enim statuit quasi vectores qui tibi beneficium præstent non exiguum, tua tollentes bona tempus quo illis indigueris, & finem accipias dispensationis officium. Hanc rationem expendit Franc. hom 1 numer. 39. 40. hoc quod erogas perdis sed tibi thesaurizas in diem necessitatis. num. 37. 38.

XXI. *Facite vobis amicos. &c.* Omnia verba sunt memoratu dignissima. Primum facite vobis pecunias amicos, etenim distributione quam facitis

bonis in filios & alias personas ; illos vobis non facitis amicos , nec in tuum cedunt emolumentuum , sed potius ad ipsorum tendunt vtilitatem. Tibi vero amici erunt pauperes , tibi namque solæ proderunt quas facis , eleemosynæ. h. 31. n. 53. & ita in legatis testamentorum tuorum , atque in dispositionibus operum tuarum ; & in eo quod impendis vestiendis filiis tuis, famulis tuis, etiam memor esto, vt tibi facias amicos. h.27. num.51. vsque 56.

XXII. *De mammona iniquitatis.* Vtile fuit hoc Stercutij consilium , quo de domus tuæ graueolento stercore lucrum elicias ; qua de causa illum Albo deorum inscripserunt ; vtilius longe est Christi consilium, vt ex illo diuitiarum stercore tibi facias amicos in tempus sterilitatis. h.27. n.74. 75.

XXIII. *De mammona iniquitatis.* Sic vocatur pecunia, non quod ex se peccatum sit esse diuitem , sed nec moderatas optare diuitias : sed quod male futuræ sunt vel bonæ, iuxta quod fuerint manus vestræ : sicut aquæ Ægypti. hom. 16. num 18.19. Nihilominus, raro malæ non sunt vbi multæ sunt siue in illas lucrando, siue in conseruando. Et Spiritus S. asserit vt ditem illum dicamus beatum qui maiora in Deum non committit crimina : est enim vt miraculum, ibid. n.18.

XXIV. *De mammona iniquitatis.* D. Thom. 2.2. q. 32.a.7. dicit vocari : *Mammona iniquitatis , id est inæqualitatis:* eremim illas videmus sic inæqualiter in mundo distributas, vt repugnare iustitiæ videatur, cuius officium est seruare æqualitatem, sed hoc ita Deus disposuit tibi ad honorem , tibique fidens quod hanc faceres æqualitatem tuo etiam commodo & proximi. hom.16. numer. 7. 8. & ita loquitur D. August. lib. quinquaginta homiliarum hom. 47. quasi Deus tibi loquatur. *Plus tibi dedi, vt haberes vnde pauperi dares. Pauperi non dedi ob hoc , vt te probarem, non quia ambobus non habui vnde darem sed per pauperem volui te probare.* Quantum tibi beneficium præstaret Deus (sic argumentatum Diuus Chrysostomus) si tibi curam committeret lucem vni stellæ vel alteri manu tua communicandi , quando illæ tenebris inuoluerentur? Pluris autem coram Deo habentur pauperes quam stellæ. h.30.n.21.

XXV. *De mammona iniquitatis.* Sic eas Christus appellat eo quod alio loco illas vocet *Fallaces diuitias.* Quia in die necessitatis hora mortis te destituent, vt eas tecum nequeas asportare , sic cecinit Dauid .h.1. n.45. eas igitur suadet Christus , loco committe secuiori , manibus eas tradens amicorum , vbi illas habeas tibi securas. ibid. n. 39.40.

XXVI. *Vt cum defeceritis , recipiant vos in æterna tabernacula.* Primus sensus hic est quo loquitur de hora mortis : tunc enim tibi vita deficiet. Magnam hic attende pauperum excellentiam : sunt enim domus Dei ianitores qui ad illam tendentes intromittunt : ita D. Chrysost hom.10. num.10.

XXVII. *Recipiant vos.* Præclaram hanc intelligo doctrinam : dum enim eleëmosynam erogas pauperculo fratris , S. Franciscus in hora mortis tuæ accurret vt te in cœlum deducat & idem sit iudicium de S. Dominico. Notanda venit D . Greg. doctrina quod Deus ad gloriam sanctorum suorum quibusdam concedit vt illi ipsi exequantur in altera vita supplicium in eos à quibus in vita opprobria sustinuerunt, & in cœlum eos recipiant à quibus in hac vita subsidium fauoremque receperunt, de hoc singularis est doctrina & exempla, cognouitque illud diues epulo : nam inferni cruciatibus addictus rogauit vt Lazarus mitteretur sibi in anxilium. hom. 16. n.49.50.

XXVIII. *Vt cum defeceritis.* Secundus sensus est quod loquatur de lapsu in peccatum , hoc enim propriè est deficere: atque vnum, præter alia, remedium quo Deus te adiuuet atque educat de peccato , ne in illo moriaris, est eleëmosyna pauperis ; quando namque illi vtpote negligens non orat pro te , ipsa eadem eleemosyna semper vociferatur , tibique petit misericordiam , ad cuius confirmationem egregiè seruit consilium à Daniele datum Regi Nabuchodonosor, cum enim ex reuelatione didicisset quod propter peccata & iniurias, quibus in terra sanctos affecerat , illis iustitiam postulantibus, damnatus esset in cœlo & iam pronuntiata sententia hom.15. numer.42. sic illi consulit. *Consilium meum tibi placeat , & peccata tua eleemosynis redime: si forte &c.* q.d. sententiæ iam conclusæ & pronuntiatæ, si potest, aliquod prodesse remedium, eleemosyna est. hom.27. n.52. ho.30.n.25. ho. 43. num.51.

XXIX. *Vt cum defeceritis recipiant vos.* Ecce quantum tibi proderit in hora mortis , quando vita tibi deficiet , & viuendo quando in aliquam lapsus fueris miseriam, opera exercuisse misericordiæ: iam etenim tibi liquidò constat Deum esse speculum & eo modo quo cum illo egeris, ipse tecum sit arcturus. ho.25. n. 50. & sequentibus. Experientiam capite in diuite epulone vt enim egit cum Lazaro , cui panis micas negauit, sic egit cum illo Deus, cui & guttam aquæ negauit. ibid.57.58.

DOMINICA NONA POST PENTECOSTEN.

I. *Videns Iesus Ciuitatem fleuit super eam.* Luc. 19. Contigit hæc Euangelij historia Dominica Palmarum quando Dominus ingrediens Hierusalem ac sedens super asinam , innumerabili occurrente populorum multitudine , tam indigenarum, quam aduenarum, qui ad festi Paschalis conue-

neranti

merant solemnitatem, & veniens de Bethphage solemni stipatus caterna, quam primum vrbem aspexit Hierusalem, oculi mutantur illi in fontes lacrymarum quas effudit vbertimas, tristesque emisit de corde gemitus, ruinam eius deflens, & calamitatem iam illi proximè imminentem. Nonnulli fideles vt narrat D. Hieron. conati sunt hæc verba eradere de historia Euangelica, quasi per hæc Christo Domino inureretur infirmitatis nota & qui iacturam aliquam deflet, eo ipso testatur quod illi non possit occurrere: eandem censuram dederunt illi qui viderunt eum ante Lazari resuscitationem lacrymantem. hom. 32. numer. 65. & seq. sed error erat, imo potius expediebat vt Christus lacrymaretur, quo naturæ humanæ probaret veritatem, qui absit vt indecentes sint lacrymæ ob calamitates & miserias alienas: vt etiam non lacrymari cor denotet non hominis sed animalis. h. 31. n. 56.

II. *Videns ciuitatem fleuit super eam.* Videntur Christo indecoræ lacrymæ: Sunt enim indicia languentis animi & ita iudicarunt illi coram quibus lacrymabatur; verumtamen nonnullas faciebat actiones quæ sua videbantur indignæ majestate, eligens magis vt de illo crederetur illi deesse potentiam quam misericordiam. ho. 18. n. 56.

III. *Fleuit super illam.* Nonnulli dixerunt hæretici Deum esse crudelem, qui tanta mittat supplicia, contra particulares personas & ciuitates; & nullam ita sæuerè puinit ac Hierusalem: sed patenter ostenditur eum esse potius misericordem, quandoquidem ante supplicia illos præmoneat, imo ploret hominum aduertens pernicaciam, qui noluit se ad meliora conuertere: nam ita defleuit Hierusalem; quia cognoscere noluit nec oblatum sibi acceptare remedium. hom. 13. num. 2. vsque 5.

IV. *Fleuit super illam.* Longè alio modo fleuit ipse quam nos, etenim in nobis lacrymæ sæpe iudicium præcurrunt rationis, vt illas nequeamus impedire, prout constat ex D. August. ac Bern. porro Christus hunc affectum tristitiæ voluntariè suscepit ex infortuniis Hierusalem; etenim ipse has excitauit lacrymas vt cordis sui testaretur pietatem. h. 42. n. 40. vsq 43. & hoc quod congruè dixit Sara vxor Tobiæ. *Non delectaris in perditionibus nostris.* ho. 32. n. 65.

V. *Videns ciuitatem fleuit super illam.* Euidenter ostendit nullam habere se culpam in hac vrbis perditione, cum eam tanto ante tempore deploret. Argumentum hoc est quo Dauid testatus est mortem Abner sibi displicuisse. ho. 32. n. 67.

VI. *Fleuit super illam.* Ita grauiter tulit Christus ciuitatis huius simque populi internecionem, vt credant D. Ambr. & D. Hier. hac de causa tristitiam illam mortalem & agoniam in horto illi accidisse, cùm populum hunc videret, quem ex omni terra collegerat, cui amorem suum & cor videbatur consecrasse, ... non ciuitatem illam in locum gloriæ suæ electam, ... tantas per manus gentilium lapsuram esse calamitates. ho. 42. n. 43. vsque 49.

VII. *Fleuit super illam.* Illæ lacrymæ vtiliter impenduntur, quibus peccata & animarum ruina deploratur, quibus vero iactura defletur temporalis, ... censentur & inutiles, sicut aquæ decidentes in terram & vbi nullam proferunt vtilitatem. hom. 38. num. 83. 84. Quapropter Esdras seminam quandam amiguit ftultam quæ filij sui necem plangebat ibid. ... mer. 65.

VIII. *Fleuit super illam.* Tantarum defleuit ruinarum animarum; & hæc principaliter est defluenda. ho. ... numer. 66.

IX. *Fleuit super illam.* Conueniunt hæc verba illis quibus paulo post Dominus solatus est matres Hierusalem. *Nolite flere super me, sed super vos ipsas* etenim super vos superque vestram ego plango ... tatem, cum peccata vestra meæ sint causa mortis & super illa cadant lacrymæ conuenienter. hom. ... num 86 87.

X. *Fleuit super illam.* Quam verè Christo molesta sunt damna nostra & infortunia. Spinæ erant quibus cor illi pungebatur, labores illi quos populus suus in Ægypto sustinebat. Præclara profertur hic D. Bern. doctrina notantis & moderantis nonnulla verba Ovidij genis qui dixerat quod etiam hodie Christus in coelis nostra deploret peccata & calamitates easque vt ... æstimet. ho 32 n. 64.

XI. *Quia si cognouisses & tu.* &c. Tanto dolore Christi pectus obruebatur, vt absoluere inceptas non posset sententias: vnde verba eius interciſa prodibantur velut illa Iacob. intermixta suspiriis. hom. ... num. 95. h. 42. n. 57.

XII. *Quia si cognouisses & tu.* O Hierusalem si cognouisses. Certum est hodiernum tibi diem adpecem effulgere, quem tamen non vides, nam venient ... sunt inimici, & circumdabunt te &c Hæc verba ... interciſa, dolore plena. hom 42. num. 57. Mysterium spirat quod nobis referunt Euangelistæ, dum ... Dominus solemnem hanc instituit processionem, ... cinium implebatur Zachariæ monentis Hierusalem. *Exulta filia Sion, iubila filia Hierusalem &c.* Propter ... super illam lætatur, & gaudia venienti Christo ... nia nuntiat; Christus autem ingemiscit eique ... præsagit flendo calamitates. Et merito; Propter namque oculos conijciebat in bona quæ ciuitati ... ius aduentu accidebant. Christus autem ploravit ... non tantum nullum ex illis essent relaturi com... dum, sed ob mentis suæ peruersitatem inde damnationem sibi conquisituri. *Eo quod non cognouerit* ... Quantò etenim sunt nobis vtiliora, atque ... habent

habemus lætitiæ ex Dei beneficiis quibus nos cumulauit & cumulat, noſtriſque tradit manibus, tanto poſſumus deflere copioſius illa ipſa quæ nobis futura ſunt condemnationi, eo quod illis in bonum vſi non fuerimus. h.6.n.25.vſque 29.

XIII. *Si cognouiſſes & tu.* Vt video audit Dominus Prophetam Zachariam monentem Hieruſalem. *Exulta &c. Rex tuus venit tibi.* Cui illa ſubiungit; *Si cognouiſſes & tu.* Quaſi declarans ex interpretatione D. Chryſoſt. quod merito multumque poſſet ex eius aduentu gaudere, ſi illum vt debebat agnoſceret, & vt æquum erat, illum reciperet. h.41. n.9 . .

XIV. *Si cognouiſſes & tu.* q.d. Vtinam cognouiſſes & attendiſſes quid ſit quod tibi prænuntiat Zacharias quam ex animo poſſes exhilareſcere. Primo quæ timere poteras ex aduentu multo magis quam Sodoma, ſed noli timere: non enim venio te puniturus, cum tibi dicatur *Ecce Rex tuus venit tibi*, hom.41.n.37. vſque 43. Perterrebant te Prophetæ tui, quia minas omnes intentabant, ego vero promiſſis allicio. Ibid. n.43. me ad te accedente cuncta patrum tuorum implentur deſideria. Ibid.n.46. vſque 52. Venio tibi non mihi ſicut terreni Reges. Ibid. n.79. vſque 65. venio manſuetus non terribilis vt olim legem daturus Ibid. num.71. Non ſicut Monarchæ mundi quos veniens turbauit crudeleſque beſtiæ deſignabant. Ibid. num.84. ſum ille Propheta per Moyſen promiſſus, quod ſi me receperis, omnia tibi bona conquires, & ſi me cognoſcere contempſeris; omnia te manent ſupplicia Ib d. n. 93. Congrue gratulatur tibi Propheta; & hortatur vt gaudeas, ſed merito ego te deploro, cum hæc omnia in tuam, ex culpa tua, damnationem & ruinam ſint ceſſura. Ibid.n.94.95.

XV. *Et quidem quæ ad pacem tibi, nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis.* Duos hæc verba ſenſus complectuntur. Primus eſt; vtinam cognouiſſes eum qui tibi modo venit, & ſe tuis tradit manibus ad pacem tibi, ego etenim ſum, & miſericordias quas tibi adduco, quas oculis tuis non conſideras: hoc enim eſt quod Samaritanæ dixit: *Si ſcires donum Dei.* q.d. hæc grauiſſima erit tua condemnatio, tanta Dei dona quæ Deus tuis conſignauit manibus, ſi animaduerteres quid nouiſſime fecerit & facit, nempe quod me mittat filium ſuum; hoc enim vltimum eſt eius potentiæ iuxta illud. *Nouiſſime miſit filium ſuum*, miſit tibi ad ſalutem Prophetas & Sacerdotes, illos occidiſti; nunc me tibi mittit & venio ad pacem tibi, hoc eſt omnia tibi dona collaturus, & cum Deo conciliaturus: attende an aliquid potuerit amplius. Hæc omnia in grauiorem cedent tibi damnationem. ho.6. n.25 h.17. n.42.vſque 46.

XVI. *Et quidem quæ ad pacem tibi.* Siſtit hic Dominus quaſi ſuſpenſus q. d. *quid vltra potui facere.*

hom.17. n.29. & eo modo ſæpe ſubſtitit quaſi conſiderans quod illi nihil poſſet amplius facere & quaſi vir qui neſciat qua ratione ſit tecum acturus. ho.25. n.24. vſque 28. & dicere poſſit cum Suſanna, *Angustiæ mihi ſunt vndique.* h.8.n.17.18.

XVII. *Et quidem quæ ad pacem tibi, &c.* Teipſum luge ô Chriſtiane, perpendens quod cum tanta fecerit tibi ad pacem & iuſtificationem, non illa confideres, & hæc ipſa te condemnabunt: ſunt enim teſtes quos teſte Iob Deus inſtaurabit, vt diuinam ſuam iram accendant. h.6. n.25. vſque 29. & quod tibi futurum erat gloriæ medium, erit maioris tibi confuſionis inſtrumentum. Ibid.n.22.vſque 25.

XVIII. *Et quidem quæ, ad pacem tibi, nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis.* Secundus ſenſus eſt D. Gregor. h.21. in Euang.q.d. heu *Hieruſalem vtinam cognouiſſes & tu* (habet etenim magnam emphaſim illa coniunctio *& cognouiſſes & tu*, ſicut & ego illa cognoſco) mala & ærumnas calamitates ab oculis tuis abſconditas quæ tantum attendis vt pace tua divitiis & honore perfruatis. Hæc fuit illa ciuitatis huius miſeria, quod ſolum animum intenderit vt pacifice ſuis gauderet facultatibus, honoribus & dignitatibus, & cauſa propter quam Chriſtum occidere propoſuerant, illa erat: quod ſi illum dimitterent, pacis illius incurrerent iacturam: etenim venirent adverſum illos Romani, eorumque tollerent loca, honores & facultates. Dicit igitur Saluator væ tibi infauſtæ ciuitati: hoc etenim intendiſti vt pacifice & imperturbate tuis gauderes opibus, ſedibus, dignitatibus & gloriis: hic tua latet perditio: nam hanc ob cauſam omnia amittes, ſicut in rei veritate omnia perdiderunt. h.39.n.18.vſque 23.

XIX. *Et quidem quæ ad pacem tibi.* Heu quantis hæc dici poſſunt, vt dici poſſent diuiti auaro menſis aſſidenti opulentis, lectoque decumbenti molliſſimo. Heu te miſerum: *Quæ ad pacem tibi nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis!* Oculos habebat clauſos, illos autem aperuit eum eſſet in tormentis, eoſque illi Abraham aperuit. *Fili recordare, quia recepiſti bona.* In dapibus illis hæc erat fames, atque in illis poculis hæc ſitis aridiſſima. Hoc eſt reproborum infortunium, de quibus Apoſtolus ſunt inquit vt beſtiæ, quæ non iudicant, niſi *ſecundum viſionem oculorum*, non aperiunt, non detegunt, non conſiderant pœnas ſub deliciis abſconditas, nec tormenta conſiderant ſub gaudiis latentia temporalibus. Hoc inter alias cohibet ſanctos conſideratio, quod illud reuelent quod ſub delitiis & voluptatibus latet incognitum, & hæc ſanctorum operatur patientiam, quam dixit Angelus D. Ioan. hom.16. n.44.vſque 46.

XX. *Nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis.* Hæc ſanctorum eſt felicitas, quod oculos habeant qui cuncta ma-

cta manifestent nec in rerum hærent superficie, sed contemplantur sub labore quietem, sub cruce gloriam atque econtra sub deliciis & voluptatibus temporalibus pœnas æternas ad exemplum D. Pauli. *Non contemplantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur.* h. 15. n.27. hanc lectionem Deus Dauidi præscripsit. h.11. n.7.8. & hoc compellit illos delitias mundique fugere voluptates, quærere vero labores, in illis delectari suamque statuere beatitudinem. hom.32. n.23. vsque 31.

XXI. *Si cognouisses & tu.* Hæc fuit illius populi perditio, oculos non habere, quibus cognoscat & consideret tantum Dei beneficium, ob quod dicebat Moyses quod oculos non haberet vt videret. Faxit Deus idem tibi non contingat. h 15.n.3. & si illa cognosceres, diceres cum Ioseph. *Dominus meus, &c. quomodo possum hoc malum facere.* Conceptus hic vtilis est. h.17.n.32.h.41.n.33.

XXII. *Venient dies in te, & circumdabunt te inimici tui vallo.* Tempus hoc gaudii tui transibit & finietur, alterum autem veniet in quo circumdabunt te inimici, &c. vt censeo, implet Dominus quod dixerat apud Isaiam contra Hierusalem quem vocat Ariel, quod transacto vno aut altero anno illam esset adeo stricte circumdaturus, vt perpetuis incumberet fletibus vacaretque lacrymis. h.40 n.19.

XXIII. *Circumdabunt te inimici tui vallo.* Quam vera fuerint hæc verba Saluatoris nouimus ex historiis. h.39.n.21. & dicere possumus quod ad oculum ea videamus impleta, quodque hæc omnia miseræ illi aduenerint ciuitati: *Eo quod non cognouerit tempus visitationis suæ.* Hoc argumento conuincit D. Hieron. Iudæos. h.41.n 95.

XXIV. *Circumdabunt te inimici tui.* Primo considera quod ipse venerit huic ciuitati illa præstiturus beneficia: porro vt eam castigaret, manibus vsus fuerit alienis, ostendens quod beneficia conferat propria motus voluptate, castiget autem manibus alienis ac si foret hoc sibi indecorum. Notandum est hoc argumentum. h.28.n.46. vsque 49. & illo vsus est Deus in diebus Abraham Ibid n.2.3.

XXV. Nota secundo quod Romani nullas habuerint contra Hierusalem vires, nisi propter eius peccata: hæc etenim sunt vt vere dixit D. Hieron. quæ vires nostris addunt inimicis. h.17.n.23.24.h.28 n.49.& hæc sunt quæ debilis reddunt ciuitates: etenim propter ipsa Deus ab illis discedit: ipse namque est earum conseruator, vt patuit in Hierusalem. h.13.n.23. atque idcirco dixit S. Scriptura quod Aaron populum omnibus armis nudum destituerit inter immicos. hom.17. n.23.h.39.n.18.

XXVI. *Circumdabunt te inimici tui.* Ad te hæc verba diriguntur qui tanta vtris quanta Hierusalem incuria: venient quippe dies in te & circumdabunt te inimici tui id est Diaboli, tuaque peccata & te fugebis similem gubernatori cuius tormenta bellica sunt clauis obstructa. h.13.n.56.57.& Antiocho Regi h.31. n.8. h.42.n.59. Perpende vero nomen hoc *Circumdare* verbum esse militare, significat enim corona cingere h.37. n.26.

XXVII. *Venient dies in te.* Te comprehendent velut in muscipula, vt quo euadas, non inuenias. h.36. n.46. vsque 49.

XXVIII. *Circumdabunt te inimici tui.* Infestiores tui inimici tua sunt peccata, & illa non vis impugnare, illa ipsa bellum tibi mouebunt, teque occident, cum illa non occideris, quando potuisti, sicut Saulem occidit Amalec. Memoria hoc retine. h 13 n.64.& seq.

XXIX. *Et ad terram prosternent te.* Funditus te euertent, atque in terra configent sicut Iahel Sisaram & hoc merito tibi timendum. h.13. n.53. & seqq. nec tibi diuinum promittas auxilium, sæpe quippe hoc negat & iuste Ibid. n.43.50.

XXX. *Venit in templum.* De hac Christi profectione in templum, & qualiter ejecerit mercatores, quisque in illo contigerit habetur h.7.& h.8. illique seruit quod superius notauimus die Martis & 4. die Lunæ.

DOMINICA DECIMA POST PENTECOSTEN.

I. *Docebat Iesus ad quosdam &c. Duo homines ascenderunt in templum, &c.* Luc.18 scribit Euangelista hanc Domini concionem ad nonnullos Pharisæos, peracta lectione qua illos ad orationem fuerat hortatus & eiusdem necessitatem explicauerat. Reliquit nobis Dominus vniuersale omnium nostrarum afflictionum remedium, ipsam orationem: hæc clauis est thesaurorum eius, adeo potens vt cum illa nobis abunde cuncta ministrauerit. h.9.n.4 vsq 8. idcirco ita serio eius Dominus commendauit necessitatem non tantum verbis, sed etiam operibus, ad illam recurrens eo tempore quo grauiores illi difficultates occurrebant. h.26.n.8.vsque 14. & h.42.n.68.vsq.91. & hoc quoque remedio vsi sunt sancti. Ibid. n.72.79. vt autem effectum sortiatur, necesse est scire quomodo sit facienda: quando namque fit imprudenter potius nocet vt probatur in Pharisæis, dum accedunt Christum rogaturi, illos confusos à se dimisit, & iam audiuimus à D. Iacobo, sæpius nobis negari quod petimus eo quod male petamus: quamobrem eius nobis scientiã Christus serio proposuit sed potissimum in hoc Euangelio.

II. *Dicebat ad quosdam, qui in se confidebant, &c.* Nonnullis loquitur Pharisæis superbis & arrogantibus qui sibi persuadebant quod Deum orationibus suis habeant

habérent sibi deuinctum. Sed è contrario Deus illos execrabatur vtpote superbos. primum autem omnium oratio postulat humilitatem. *Oratio humiliantis se nubes penetrat*: qualis fuit illa Centurionis. h. 2. n. 32. & ea Chananææ. h. 9. n. 17.

III. *Duo homines ascenderunt in templum vt orarent.* Diuinæ tribuendum misericordiæ quà templa esse voluit, quæ sint domus suæ, in quibus habitat, donaque largitur misericordiæ: nam idcirco sic definiuntur. *Domus orationis*. h. 7. n. 40. 41.

IV. *Ascenderunt in templum vt orarent.* Voluit Deus nobis esse vicinus domumque suam inter nostras collocare, vt necessitatibus oppressi domum illius noscceremus, & quo nobis recurrendum: vnde proprie dicitur templum esse Domus, vbi Deus habitat, & vbi faciendæ est oratio. h. 28. n. 18. 21. vsque 24. Quocirca locus est omni reuerentia dignus, atque ex præsentia Angelorum terribilis: vbi etenim Rex est, ibi est & curia. Ibid. n 2. & seqq.

V. *Ascenderunt in templum vt orarent.* Eo fine templum extruitur vt Deus adoretur, eiusque benignitas imploretur. Faueat tibi Deus, ne tendas eo illum offensurus, atque in domo eius ea facturus quæ in tua non præsumeres, factus vt lamia. h. 28. n. 14. vsque 18.

VI. *Ascenderunt in templum vt orarent.* Templum locus est refugii quo tibi recurrendum, dum à tuis persecutionem sustines necessitatibus: nam idcirco principes seculares templa reddunt ab actibus justitiæ immunia. h. 28. n. 24. & seqq.

VII. *Ascenderunt in templum.* Quamvis proprie dicendo quod ascenderint, intelligatur quia templum in loco extructum erat altiori, nempe in monte Moria. Porro in hoc corporis ascensu ad quem tenebantur eo quod in altiori loco esset extructum, significatur ascensus animæ tuæ ad templum, relictis deorsum cum Abraham seruis, id est rebus temporalibus earumque solicitudine, vt quietam effundas orationem, procul abigendo passeres ad sacrificium Abrahæ conuolantes h. 42. n. 73. & seqq.

VIII. *Ascenderunt in templum.* Ascensus hic non solum corpore fieri debet, sed anima potissimum, eius pedibus ad Deum accedendo, sc. intellectu & voluntate. h. 2. n. 18. 19. etenim plures sunt de quibus verum est quod Dominus dixit Ezechieli qui videntur ad locum orationis accedere, quia adsumus eorum sola est in apparentia. h. 29. n. 23.

IX. *Ascenderunt in templum vt orarent.* Bonæ sunt orationes quas domi tuæ facis & in angulo: sed efficaciſſimæ sunt illæ quæ fiunt in templo, quia orationes sunt communes, quas Deus (ita D. Chrys.) reuerentia quadam colit particulari. h. 24. n. 46. vsque 48.

X. *Vnus Pharisæus & alter Publicanus.* Pharisæus se justum arbitrabatur, Publicanus autem peccatorem: justi & peccatores recurrant ad templum, omnibus etenim patet: siue vt veniam de tuis postules peccatis, siue vt diuinam impetres gratiam qua Deus te in illa conseruet: quia non tantum à Deo pendet tuorum indulgentia criminum: sed insuper est effectus diuinæ suæ gratiæ & auxilii efficacis te in illa conseruari: & quantæ sunt in aliis afflictiones tanta sunt tibi collata beneficia. h. 10. n. 11. hic D. Bern. insignem promit. de Angelis conceptum. h. 22. n. 50.

XI. *Pharisæus stans hæc apud se orabat.* Stetit oraturus. Hæc erat (auctore Caietan.) consuetudo atque in hoc non errabat Pharisæus cum & ipse Publicanus oraret *stans à longe*: nulla etenim est determinata forma situs corporis ad orationem, vt prosequitur D. Aug. vnde stans & genuflexus orare quis potest, imo Dauid sedit oraturus h. 42. n. 77. vsque 80. Christus cernuus orauit & genuflexus. Ibid. n. 81. 82. & necessarius situs hic est vt animæ genua incurruentur, sic hortatur D. Hier. Ibid. n. 86.

XII. *Gratias ago tibi Deus quod non sum sicut ceteri hominum.* Meo quidem judicio bonum hic præmittit exordium dum gratias agit. Etenim eodem modo suam Christus orationem exorsus est Lazarum de tumulo reuocaturus, & ita suadet eam Dauid. *Præcinite Domino in confessione*, quod multi sic interpretantur: *in gratiarum actione*. Nihilominus accepta non fuit oratio: sæpe namque orationes fundimus & confessiones præmittimus, quæ videntur nihil vltra requirere, sic eas carnis oculus intuetur: in illis tamen plurimos offendit Deus defectus: vnde nostras vereri debemus cum Iob orationes. *Verebar opera mea*, & patuit in pœnitentia Antiochi. h. 38. n. 46.

XIII. *Gratias ago tibi Deus.* Si consideremus qualiter hic Pharisæus processerit, vix inueniemus quod reprehendamus: & prologum eius vt bonum nullus arguit: quandoquidem hoc bonum quo fulget, recognoscat esse Dei donum, illi pro eo gratias referens, nec malum esse quis dixerit diuina recognoscere beneficia: imo potius crebro lucem infundit Deus, vt illa electi sui cognoscant vt loquitur D. Paulus. *Accepimus Spiritum ex Deo, vt sciamus quæ à Deo donata sunt nobis* Imo ipsa virgo castissima supremo hoc accepto beneficio, Deo gratias refundit cantatque: *Magnificat anima mea Dominum*, &c. nec insignior beneficiorum est prædicator, quæ Deus Dauidi contulit, quam ipse David Deum laudans pro operibus suis. Hoc & in Pharisæo videtur commendari. h. 29. n. 45. vsque 51.

XIV. *Gratias ago tibi Deus.* Reprehendit Deus Regem Assur quia manibus suis earum adscribebat opera. h. 29. n. 44. atque in hoc peccauit Saul, quod manum suâ stare fecerit in arcu triumphali. Ib. n. 46. non agit hoc Pharisæus imo potius cum Davide Dei manum extulit illi gratias agens. Ibid. n. 46. 47.

XV. *Non sum sicut ceteri hominum, raptores, &c.* Iam suam elatam incipit declarare superbiam, qua se ceteris effert superiorem. *Diceret saltem* (inquit D. Aug.) *non sum sicut multi hominum.* Similiter in hoc parum errauit D. Petrus dixit enim. *Et si omnes scandalizati fuerint in te, sed non ego.* Contrarium suadet D. Paul. *Superiores inuicem arbitrantes.* h. 43. n. 26.

XVI. *Non sum sicut ceteri hominum, raptores, &c.* Ecce in quo suam fundet arrogantiam, in eo se. quod oculos coniiciat tantum in peccatores, se ceteris æstimans meliorem, se omnibus præfert vniuersaliter. Siquidem verum sit quod in bonis temporalibus coniiciendi tibi sint oculi in eos qui minus habent, quo tuam reprimas habendi cupiditatem: in spiritualibus tamen conuenit vt oculos coniicias in meliores te, quo tuam excites desidiam. Vtilis est hic conceptus. ho. 27. n. 24. & seqq.

XVII. *Non sum sicut ceteri hominum.* Hoc in more positum est electis, quanto se conspiciunt ex Dei gratia Sanctiores, tanto sibi timeant magis ex propria imbecillitate: hoc enim fuit Iacob claudum incedere quando diuinis abundantius donis cumulabatur, & tunc fortiores sunt quando se timent infirmiores. ho. 43. n. 28. 29. & aliquo modo dici potest illi qui maiora possidet Dei dona & gratias id quod dixit Ezechiel viro diuitiis præpotenti: *Quo pulchrior es, descende.* ho. 35. n. 21.

XVIII. *Non sum sicut ceteri hominum.* Quam parum nouit hic Dei bona æstimate, si illa habuisset, factus adeo superbus: sancti namque quanto hæc possident amphora, tanto magis sibi formidant: tam quia plura habent quæ perdant. ho. 4. n. 15. quam quia non ignorant qua possint facilitate cadere eorumque pati naufragium. Ibid. n. 17. 18. sciunt quod quamuis sibi videantur constantes esse instar columnarum, ex altera tamen parte naues esse, quas vnicus ventus horribili exponit tempestati. Memento huius conceptus. Ibid. num. 12. vsque 15. & tandem intelligunt in bono perseverantiam donum esse Dei gratuitum, & verentur ne secreto suo iudicio manum suam ab iis abstrahat, aliqua licet leui, occasione. h. 43. n. 15. & patet in Historia quadraginta Martyrum. Ibid. n. 18. quod etiam notamus in D. Petro & in Dauid, sicut hoc expendunt D. Chrys. & D. Ambros. Ibid. n. 12. 13. tu iudica an bene probata sit huius arrogantia, qui nihil horum expendebat.

XIX. *Gratias tibi ago Deus: non sum, &c. velut ille Publicanus.* Credit D. Chrysost. eum hoc dixisse voce elata quam audiret publicanus: & verba quæ profert Euangelista: *Hæc apud se orabat*, non significant quod voce loqueretur submissiori, sed potius quod oraret solus existens sed altiori voce suas promulgans virtute & Publicani defectus, illas extollens & his conferens. Iansenius opinatur hæc verba: *Apud se orabat* significare orationem suam apud eum manisse, nec ad Deum ascendisse, ad quem solæ conscendunt orationes humilium: hæ namque nubes penetrant, aliæ vero hic in ore remanent illas proferentis. Hugo Cardi. interpretatur quod significet, quod oraret ad se conuersus, hoc est apud se, sibi in operibus suis complacens, & instar pauonis caudam suam circumgitans, pedes tamen suos non attendens sed tantum alterius Publicani. Habes hic cur Deus hanc orationem nequidem aspexerit, qui nonnisi humilium attendit orationes. *Respexit in orationem humilium*, qualis laudatur fuisse Centurionis, qui suam sic exorsus est. *Domine non sum dignus.* homilia. 2. num. 32. vsque 35.

XX. *Velut hic Publicanus.* Hunc Deus contempsit permisit Publicani ad eiusdem vtilitatem: etenim humiliter hanc perferens ignominiam orationem suam tanto reddidit efficatiorem, eo modo quo Chananæa dum à Domino vt canis increparetur hom. 9. num. 38. vsque 42.

XXI. *Velut Publicanus.* Enorme crimen, mordere & contemnere peccatorem peccata sua deplorantem, vt faciebat hic publicanus: primo magnus defectus est indignari flagitioso, non considerando seipsum, iuxta consilium Apostoli: Considerans teipsum. h. 38. n. 104. & hoc erat commune Pharisæis scelus, semper digitum extendentibus contra sceleratos, quasi essent ipsi impeccabiles. Nota discursum. homilia. 2. num. 43. 44.

XXII. *Velut hic Publicanus.* Satis magna flabitat est, hominem iudicare vt peccatorem, scelera sua lugentem, & de illis pœnitentiam agentem cum virtus pœnitentiæ sit adeo potens, vt vno instanti possit peccatorem in sanctum mutare. h. 38. n. 105. vsque 110. quocirca errare poterat hic Pharisæus, sicut erraut Simon. Ibid. n. 116.

XXIII. *Velut hic Publicanus.* Optime posset Deus ex gens ab eo rationem, ostendere: quam perverse ferret iudicium: quandoquidem hoc quod tunc agebat Publicanus, melius esset, quam id quod ipse faciebat, illum poterat Dominus conuincere sicut conuicit Simonem Pharisæum. h. 38. n. 113.

XXIV. *Velut hic Publicanus.* Iudicium iniustum: cum illicitum sit nobis iudicare, tantum secundum nocentia: quinimo quando sunt mala, tenemur nos cohibere, & iudicando opera, personas non licet iudicare. Opera quæ Pharisæus in hoc notabat publicano bona erant: vnde fuit iudicium eius temerarium. hom. 16. num. 69.

XXV. *Velut hic Publicanus.* Hic mundi considera ... fertam: si namque cadat aliquis in peccatum, semper illum homines habent vt talem, licet grauem ... pœni-

pœnitentiam. Sapit hoc D. Bernard. homilia. 38. num 112.

XXVI. *Publicanus autem à longe stans, non audebat oculos ad cœlum leuare, sed percutiebat*, &c. Cognoscens Publicanus sua peccata, non præsumebat accedere: sed ausim ego dicere (inquit D Augustin.) quod quanto se longius subducebat, tanto Deo magis appropinquabat: & certum est, quod Pharisæus qui propius accesserat, longius distaret etenim ad Deum accessus pedibus non fit corporis sed animæ. Hunc retine discursum. hom. 2. num. 18.19. & lugendum est, quod multi quanto magis Deo corpore appropinquant, magis ab illo anima recedant, & eo ipso quo accedunt, elongantur vt vid mus in Iuda h 45.n.20.

XXVII. *Non audebat oculos ad cœlum leuare.* Peccata sua cognoscebat, & ex hoc tanta nascebatur verecundia, vt optaret montes in ipsum decidere: hanc etenim anima consequitur, cui Deus peccata sua manifestat. h 38.n.54. vsque 57. quod autem oculis incedas sublevatis & imverecundis, ratio est quod peccata tua non cognoscas: nam alioquin pudibundus incederes & verecundus vt Dauid. Ibid.n.57.58. Imo ipse Christus nostris onustus peccatis coram Patris sui tribunali, tanto erubuit pudore, vt hic agoniam illi sudoremque sanguineum attulerit Argumentum est hoc elegans. h.41. n.110.

XXVIII. *Non audebat oculos ad cœlum leuare*: crimina sua perpendens tanto pudore confunditur, vt coram Deo erubuerit multo magis quam illi qui adulteram in conspectum eius adduxerant licet illi fugerint vt superbi, hic vt humilis perseueret petens misericordiam h 26. n. 47.48.

XXIX. *Percutiebat pectus suum.* Sciebat scelerum suorum principium esse proprium cor: vnde illud pugnis tundebat: exploratum enim habeo quod dixit Dominus, ex corde procedere id omne quod nos coinquinat. ho.23.n.66. vsque 72. Ne Deum accusaueris, vt ille malus seruus, & Iudæi h.37.n151.52. nec etiam diabolum: quia ille tuam non potest cogere voluntatem, nec enim tangere potest vel porci setam, nisi ex singulari licentia Dei, & tantum tibi potest dicere: præcipita te deorsum. ho.5.n.35.& doctrinâ probatur præclarâ atque exemplis.10 19. vsq.11.cor. tuum & tu ictis, nam consentis diabolo: & idcirco dixit Iob. *Consumlatorabis lumbos meos.* h.37.n.70.

XXX. *Percutiebat pectus suum.* Hic origo tui est damni: quod si de diabolo conqueratis: male ei imprecando: pereat, quia te ad peccatum impulit: de te ipso magis conquerere: nam causa es principalis; idcirco dixit Salomon: *Dum maledicit impius diabolum, maledicit animam suam.* Et ideo diabolus contra homines expostulauit. h 49.n.13. quid plura? Canis est catenæ alligatus vt ait D.Aug.h.5.n.35.

XXXI. *Percutiebat pectum suum.* Ecce bonus pœnitens, factus pellicanus, vt Dauid, & qualem esse te oportet. h.38.n.64.

XXXII. *Percutiebat pectus suum.* Peccatum anima & corpore committitur; pœnitentia requiritur anima & corpore. In anima cum vero dolore & contritione in corpore cum castigationibus & verberibus in carne: sicut etiam nisi taliter fieret pœnitentia, non solum torqueretur anima pœna damni in æternum Dei passa priuationem, sed etiam corpus pœna sensus, nominatim autem ignis æterni, vindicis Dei: corpus etenim punietur conformiter delictis. ho.6.n.59. vsque 64.

XXXIII. *Deus propitius esto mihi peccatori.* Hæc vtique bona est oratio in qua peccatum Dei committitur misericordiæ: congruum enim est hoc principium ad illam inuocandam h 2.n 32.33. Cum hac exorsa est Chananæa, dicendo: *Miserere mei*, & non sicut Pelagius h.9.n.17.

XXXIV. *Deus propitius esto mihi peccatori.* Non curabat phrases variare Rhetoricas nec his indiget peccatum sed eadem sæpe verba repetat. Conceptum hunc peperit D Chrysost. h 42.n.49.

XXXV. *Deus propitius esto mihi peccatori.* An ergo hæc dixisse sufficiat pro tot peccatis? Vtique: iam enim videbis Dei misericordiam: qui salutem tuam in tam facili posuit remedio, vt in verbis dolorosæ confessionis, de corde nascentibus afflicto: nihil etenim facilius illi cui cor est vulnerarum, quam vulnus suum publicare gemendo & fluendo. h.19.n.60. vsque 64.

XXXVI. *Amen dico vobis, descendit hic iustificatus in domum suam ab illo.* Communis sensus habet quod voluerit dicere: quod Publicanus reuersus fuerit magis iustificatus quam Pharisæus: & insuper quantum Pharisæus superba sua oratione Deum offendebat, tantum placebat illi humili sua oratione Publicanus: & quantum oratio Pharisæi mansit in terra, atque in ore proprio per superbiam, tantum in cœlum ascendit oratio Publicani per humilitatem: vnde Deo fuit gratissimum incensum aromatis. h.9.n.27.vsq 30.

XXXVII. *Descendit iustificatus ab illo.* Videtur etiam dicere quod diximus, quod Pharisæus Publicani promouerit iustificationem, inscius tamen, per inustam illi calumniam & despectum etenim hunc sumpsit vt pœnitentiam à Deo iniunctam, in corde suo dicens cum Dauide de Semei. *Dominus præcepit ei vt malediceret.* Ita notat D.Chrysost.h.9.n.39.vsq.42.

XXXVII. *Descendit iustificatus ab illo.* Vt augeror, signat quod Deus paratus erat suam Pharisæo misericordiâ impertiri, sed renuêre illo eam accipere, transiuit ad Publicanũ, cursum Nili mitatus. h.25.n.16. vsq.29.

XXXIX. *Quia omnis qui se exaltat, humiliabitur.* Vide quæ diximus ad illa verba die secundo Martis Quadragesimæ.

DOMINICA VNDECIMA POST PENTECOSTEN.

I. EXiens Iesus definibus Tyri venit per Sidonem, &c. Marc. 7. Hoc miraculum fecit Dominus post illud de Chananæa etenim pertæsus Dominus Hypocrisis Pharisæorum abijt ad confinia Tyri & Sidonis, equibus égressa Chananæa hoc accidit quod suo loco retulimus. Inde progressus vlterius versus Galilæam, patrauit hoc miraculum, surdum mutumque sanans. Ostendit se fontem hortorum de quo sponsa, discurrentem, & communicantem, gratiarum aquas, & vt ait D. Petrus. *Pertransijt benefaciendo.* h.24.n.2. 3. & si pertransiens talia præstet beneficia, qualia conferet, vbi moram traxerit? hom.30.n.13. 14.

II. *Exiens Iesus de finibus Tyri.* Perambulabat Dominus confinia Tyri & Sidonis, nullam introgrediens ciuitatem: habebant enim hoc Iudæi tanquam illicitum; & ipse Apostol. ingressum in illas inhibuerat: quamuis enim possit vt Dominus vniuersalis, semper tamen hoc erat ei propositum, quod D. Petro dixit. *Ne scandalizemus eos:* nam hoc imitari debes non agens quæcumque potes, sed aliquoties à licitis abstinens ne scandulum parias. h.14.n.2. Et nihilominus terras illas Gentilium velociter percurrebat, vt Elias. Sic loquitur D. Aug. h.9.n.8.

III. *Venit per Sidonem ad mare Galilææ inter medios fines decapoleos.* Circa partem illam maris Galilææ regio quædam erat quamuis non adeo extenta decem ciuitatum quam ideirco vocabant Capolis, siue decapolis. *Et adducunt ei surdum & mutum.* Sis ô Domine benedictus: etenim confinia Tyri & Sidonis ingressus præstas misericordiam, & egrediendo, & ingrediendo Galilææ Prouinciam similiter facis, nam quocumque Dominus ille intrabat cœlestes conferebat misericordias, siue in terra Sidonis, seu Tyti seu Galilææ: Conare vt tuam intret animam, illam ditaturus. h.45.n.4.

IV. *Adducunt ei surdum & mutum.* Laudabilis ille populus, quia saluti proximi prospicit: nam sicut discipuli dæmonis proprijs tantum student commodis, ita Dei discipuli salutem promouent etiam alienam. h.22.n.2. Ad hoc lege teneris naturali, imo fortius adhoc lege charitatis. ibid.n.3. 4.

V. *Adducunt ei surdum & mutum.* Theophilactus sustinet, affectus hos à Diabolo processisse, qui hominem possidebat: quod si ita sit, certum erat hunc ab illo effectum oriturum, & hunc vbi intrat, operatur; nam sicut Christus vita est, sic ipse mors est. h.19.n.13. 14. & sicut Christus & diabolus oppositis funguntur officijs, ita etiam contrarios in hoc homine operantur effectus ibid. num. 28. & seqq. Effectus diabolo prius est surdos efficere. ibid. num. 43. 44. & mutos ibid. n.49. & seqq.

VI. *Adducunt surdum & mutum.* Non constat quod fuerat dæmoniacus, nec ratio subest ad hoc confirmandum, cum Euangelista non dicat: porro graues sunt infirmitates quibus tenetur, mutum esse & surdum & vna communiter sequitur ex altera: cum enim aliquis surdus non potest loquelam addiscere, & vltius vt hic impedimentum habebat in auribus, quo priuabatur sensu auditus, etiam laborabat impedimento linguæ, quo priuabatur potentia loquendi, sicut de muto diximus Dominica 3. Quadrag. h.19.n.30.

VII. *Surdum & mutum.* Magnæ sunt hæ corporis infirmitates, sed animæ maiores: esse in ea surdum & mutum: est etenim verbum Dei, vita & est per quod in animam medicamenta ingrediuntur. reparatio, iam viribus languentem: quorcirca dixit Apostol. quæ sit. *Virtus Dei in salutem* & verbum viuum. h.19.n.43. 44. h.35.n.41.42.

VIII. *Surdum & mutum.* Insigne malum est surdum animæ: sed nec minus linguæ priuatio: eius etenim salus in loquendo consistit per confessionem. ho.14.n.51. in quo Deus nostram statuit reparationem, vt ita adeo facili ibid.n.60. vsque 69.

IX. *Et deprecabantur illum.* Prudenter agit turba quæ Deum per orationem accedit: hanc etenim non remedium reliquit vniuersale: vnde per illam copiosius nobis prouisum est, cum simus omnium creaturarum miserrimi, quam omnibus illis h.9.n.9. vt autem hoc medium vsurparemus, docuit nos Dominus. h.8. n.8. vsq. 14. h.42.n.68. ita Sancti fecerunt ibid.n.70.

X. *Adducent ei surdum & mutum, & deprecabantur.* Num ergo hæ sunt deliciæ quibus illum recipiat? non satius foret aliquod illi quietis adferre refrigerium? Nullum illi præter hoc esse potest acceptius: enim adest recepturus sed largiturus: & velut mulier prægnans, cujus vbera vt pote plena dirumpuntur, hinc vnicum habet solatium, si quispiam illi puer effeuum, cui lac porrigat: ita Samariam accedens fatigatus, habuit à Patre suæ æterno oblatum sibi refrigerium, mulierem nempe Samaritaram: vnde dum illi obtulerunt Apostoli, dixit, iam sibi à Patre suo paratum gratissimum ferculum, hanc scilicet peccatricem. h.31. num.38. vsq.45. Non illi placuit conuiuium corporis Pharisæi, sed quod Magdalena ei offerebatur pietatis miserijs, ab ipso curanda. h.38.n.17. vsq. 21.

XI. *Adducunt surdum & mutum, & deprecabantur eum.* Hunc ergo oculis eius offertis, dum vestram ingreditur regionem? Norunt oculos illi esse diuinos, quos non conijcit vbi sit aliquid quod ab alio accipiat, sed vbi sit in quem quidpiam effundat. h.30.n.15.16.

XII. *Apprehendit eum seorsum de turba.* Singulari

bus vsus est Dominus circumstantijs. infirmum hunc curaturus, non enim omnes eadem sanantur medicinâ. h.2.n.21.

XIII. *Apprehendit seorsum.* Particulares sunt hæ circumstantiæ: illum seorsum à turba seducere, digitos suos eius auribus inserere saliuam ori imponere, oculum attollere, ingemiscere: quibus omnibus docet non congruas esse ceremonias particulares, quibus in Ecclesia ministri sui vterentur, infirmos in anima curaturi: omnes etenim illæ mysticæ sunt, & virtute pollent non vulgari, inuitis licet hæreticis imo frendentibus, qui omnes conantur abolere. h.23.n.63.64.

XIV. *Apprehendit de turba.* Ceremoniæ quibus Dominus vtitur, omnes sua continent mysteria Prima: quod illum educat seorsum: quatenus intelligas si Domini quæras misericordias ad animæ tuæ salutem, quod necesse sit vel parum te à turba subtrahere, & mundanis renunciare negotijs, alatos pisces imitando. h.11.n.12.13.

XV. *Misit digitos suos in auriculas eius.* Secunda: Optimus medicus, qui digitos suos ib imponit vbi est infirmitas, quasi fodicans, & illam manifestans, ita namque agendum est confessario, quo animam tuam curet ab ægritudine. h 24.n.54.55.

XVI. *Expuens tetigit linguam eius.* Tertia: applicat magno mysterio linguæ medicinam, vbi morbus latebat. Vtile documentum h.24.n.54.

XVII. *Expuens tetigit linguam eius.* Lingua particularem requirit medicinam: vt Christus eo modo sanua sua ei facultatem det loquendi, vt eam digito suo refrænet: quatenus licet loquatur, caute tamen se gerat; & merito quidem cum ipsa animal sit inquietum, &c. h.23.n.25. & seq.

XVIII. *Suspiciens in cœlum.* Quarta; oculos sustulit in cœlum, denotans primò quod ipse cum Patre simul operaretur; nam idcirco idem fecit Lazarum resuscitaturus, quia Iudæi calumniabantur eum esse Deinimicum. h 32 n 78. & secundo, docens nos, quod inde cuncta nobis bona profluant, & quando illa recepe-rimus, intelligamus esse dona Dei, pro quibus illi gratiæ sunt referendæ idem ip e obseruauit in miraculo quinque panum. h.27.n.66. Et hoc erat vnicum Dauidis remedium. *Leuaui oculos meos in montes: vnde veniet auxilium mihi:* intelligendo Deum esse debere primum, ad quem pressus necessitatibus debeas recurrere. Vtilis doctrina h.32. n.7. vsque 14.

XIX. *Ingemuit.* Quinta; tristes edidit gemitus: primo vt viscera misericordiæ suæ patefaceret, nec enim sunt lapidea, vt vestra. ho.31.num.56. & ho. 32. num.68.69.

XX. *Ingemuit.* Secundo vt indicaret, te non debere peccatoribus infirmis qui tuis se pedibus prosternunt, indignari, vt Pharisæi trahentes adulteram h.26. n.42.43. nec vt Simon Pharisæus contra Magdalenam infremiscens, sed illis compatiendo eos recipere, atque cum illis pariter ingemiscere, ipsos adiuuare, vt sua sentiant peccata eaque confiteantur, vt Christus fecit cum Samaritana. h.25. n. 89. & Simonem Pharisæum instruit. h 38. n.104.

XXI. *Et dixit: Ephetà quod est adaperire.* Sexta: hoc verbo vsus est imperioso, quatenus se verum esse Deum ostenderet cuius modus est operari imperando: vt notat D.Chrysost h.30. n 3.4.5. & declarauit Centurio. h.2.n.39 vsque 47.

XXII. *Ephetà.* Habes hic quod dixit Apostolus de Christo *Portat omnia verbo virtutis suæ.* h.10.n.43.

XXIII. *Ephetà.* Verbum imperatiuum: nam tangens linguam & aures ait: adaperire: vim verbi designans, quod tradebat linguæ suorum ministrorum vt cum illa operarentur; atque intelligeres: quod dum tibi dicunt: *Ego te absoluo.* verbum hoc efficax sit ex virtute Christi, qui operatur in suis ministris, vt ipse declarauit locutus de Baptismo h.14 n.15.

XXIV. *Et statim aperta sunt aures eius &c. & solutum est vinculum linguæ eius, & loquebatur recte.* Vtique hæc optima curatio est, quæ patet ex effectu, & tunc tuam talem esse credideris, quando te videris mutatum, alia ab ijs quæ vcl ebas, opera faciendo. h. 10.num.39. & dum fari licet. *Loquebatur recte.* vt noua videaris esse creatura hom. 15. num. 44. hom.38. num.110.111.

XXV. *Præcepit ne cui dicerent.* Exemplum nobis præbet & institutionem eorum quæ nobis agere conuenit, quando bonum aliquod opus facimus: nimirum vt conemur illud abscondere. h.1.n.28.

XXVI. *Præcepit ne cui dicerent: at illi eo amplius admirabantur, & dicebant.* Quærit D. Gregor. quomodo Christo silentium indicente, illi loquerentur. ho.1. n.28. Opera tua bona absconde: indubiè quantò magis hoc feceris tanto illa Deus apertiùs manifestabit. h.26. n.17.18.19.

XXVII. *Mirabantur dicentes: bene omnia fecit.* Non erant similes Pharisæis qui tantum admirabantur, nec credebant; neque effectum vllum miracula quæ videbant in eis operabantur. Non illos sed hos imitare. h. 29. n.21.22. Melius hi quam Pharisæi dispositi erant. ibid. num.23.24.

XXVIII. *Dicebant: bene omnia fecit.* Hæc ita hæc illa sunt miracula quæ Christus facturus erat, omnibus proficua, intellectui & voluntati, languentibus, suisque cognatis. hom.8. n.44. vsque 47. Non qualia mundus operatur in damnum facultatum, creditorum & pauperum, nec vlli proficua. ibid. n.39. vsque 45.

D O-

DOMINICA DVODECIMA POST PENTECOSTEN.

I. *Dixit Iesus, &c. Beati oculi qui vident, quæ vos videtis.* Luc. 10. Misit Dominus Apostolos suos & discipulos prædicatores, cum potestate miracula maiora patrandi, & eijciendi dæmonia, vt fecerunt. Reuersi sunt læti valde gaudentes superiores se esse dæmonibus exclamantes. *Domine, etiam dæmonia subijciuntur nobis.* Dominus periculum aduertens cuiusdam superbiæ, illos repressit, aitque illorum non in hoc sitam esse felicitatem, sed in eo quod nomina eorum scripta essent in cœlis. In illa hora scribit Euangelista, exultauit Dominus in Spritu S. illos Apostolos suos & discipulos intuitus, quibus beata adeo sors obtigerat, quâ electi fuerant vt cum Domino conuersarentur, illi comites adessent, nec non quòd Deus lucem illis infudisset, ad mysteriorum intellectum, quæ mundi Sapientes non capiebant, imo eorum oculis erant abscondita, & conuersus primo ad Patrem suum, illi gratias agens ob donum pauperibus illis collatum, à mundo reiectis, ad illos deinde se conuertit, & beatam illis sortem eorum indicat, dicens: *Beati oculi qui vident*, &c. Beneficium fuit Deo plane singulare collatum felicissimis illis hominibus, illos singulari voluntatis suæ decreto reseruando illi tempori & occasioni; cum illud concedere noluerit suis illis amicis antiquis: ne forte arbitreris casu contigisse quod illo tempore nati sint, sed ex singulari misericordia & diuina hoc dispositione promanasse: nam sicut Noë in illo tempore produxit, vt arcam ædificaret, & Abraham in patrem credentium, in cuius posteris fides integra veraque conseruaretur: ita decreuit nasci Apostolos hac Christi tempestate. O quantum hoc beneficium illis præstitum; & tibi quoque: cum enim tot annorum curriculis Gentiles immersos deseruerit Idololatriæ tenebris, decreuerit te illo in tempore creare, quo sol ortus est iustitiæ, & in eo loco, in quo eius luce perfrueteris: & ira se vati ostendit Ezechieli tempotis Dominum. h.35.n.38. & de illo sic Iudith effatur *illa post illa dispositi*. h.32. n.39.

II. *Beati oculi qui vident.* Quomodo hoc intelligitur: quia si de visu loquatur corporali, & iam illum videbant Pharisæi, nec adeirco erant beati, si de spirituali per fidem: etiam illum antiqui viderunt Prophetæ: iam enim testatus est de Abraham: *Vidit diem meum.* De vtroque loquitur visu. *Beati oculi vestri, qui vident quæ vos videtis, & audiunt quæ auditis.* Pharisæis visus fidei interior deficiebat Prophetis & antiquis Patribus visus exterior: nam illum viderunt in figuris tantum, vt Patriarcha Abraham in figura mis-tis, & Noe in figura arcæ: quod si illum audierint, contigit hoc in similitudinibus, & obscuris ænigmatibus, vt dixit amicus Ille Iob: *In visione horroris nocturni.* Et apte nominat Dominus discipulos suos beatos quia beatitudo ea est, per quam omnia bona possidentur, quæ desiderare potest appetitus, & hæc consecuti sunt Apostoli Christum recipientes, cuius proprium nomen est: *Omne bonum* h.41. n.46.

III. *Multi Reges Prophetæ voluerunt videre.* Tota vita sua Patriarchæ illi summo æstuarunt desiderio videndi Deum in hoc mundo, & perpetuis angebantur curis illum desiderantes & postulantes: idcirco decebatur: *Desideratus cunctis gentibus.* Hinc illa solicitudo eligendi sibi sepulchri locum in terra Chanaan, vbi Christus nasciturus erat & victurus. Et Tobias beatum fore asserebat, siquis ex posteris suis mereretur videre Christum in Hierusalem. Non hoc illi obtinuerunt, & vos hoc obtinuistis. Nota discursum. h. 41. n.47. vsq.52.

IV. *beati, qui vident quæ vos videtis.* Quid videbant Apostoli? quantum arbitror, omnes Iudæi eadem impestate idem videbant. Non sic est quia Apostoli non solum videbant illud exterius: oculos enim habebant adeo perspicaces, vt sub illa humanitate contemplarentur diuinitatem, sub illa paupertate æternas diuitias: quia latuatus veniebat Deus & absconditus, vt ait Isaias. Grande mysterium. h 11. n.15. Atque idem Zacharias hortatus est Hierusalem, vt exultaret quod Dominus ille veniret pauper & omnibus destitutus. Non illum intellexerunt Iudæi, nec eius diuinam viderunt, atque id circo eum contemptui habuerunt. h.41. n.71. sed illas viderunt Apostoli: illum etenim agnouerunt ita diuitem, vt regna dare posset æterna & nouum instituere testamentum, sicut illud institerat regna promitteus cœlestia: qualia numquam mundus innotuerant ibid. n.77. vsq. 84.

V. *Beati oculi qui vident quæ vos videtis.* Erat Christus fons Siloe: cuius aquas non omnes videbant, sed valde silenter fluebant. ho.30.n. 51. & seqq. Beati ergo illi, qui sub vulneribus animarum vident salutem, & sub patpertate nostras diuitias, & sub morte nostram vitam: quod oculi Gentilium non intelligebant: stultitiam enim esse iudicarunt: sed Iudæorum: scandalum enim esse arbitrati sunt: sed illum vident oculi illuminati, etenim per vulnera illa ingrediuntur vt D. Bern. h.42. n 28.29.

VI. *Beati oculi qui vident quæ vos videtis.* Multi sunt hodie qui Christum audientes, illum non conspiciunt. & illos Moyses designauit, dicens: vos autem non dedit vobis Dominus cor intelligens, & oculos videntes, &c. *Et non dedit vobis Dominus cor intelligens, & oculos videntes.* Hæc fuit eorum defectus. h.13.n.3. Non fuerunt vt esse debuerant. *Vos portenta estis.* Qui

Deus dixit apud Zachariam. Apostoli fuerunt beati, qui oculos habuerunt ad videndum & cor ad intelligendum. Ibid. n. 4.

VII. *Beati oculi qui vident.* Videtur Christus huic repugnare sententiæ, qua dixit, illuminato jam D. Thomæ. *Beati qui non viderunt, & crediderunt.* Si beati sint qui non vident, quomodo beati qui vident? Beatus fuit D. Thomas qui vidit oculis suis Christum à mortuis redivivum, & animo credidit, quod Deus esset: & beati sunt illi qui non videndo oculis corporis tamen credunt. Hoc Dominus dixit, teste D. Gregor. ad solatium nostrum: si namque doleamus eo quod illum minime videamus vt beati, qui illo tempore vixerunt, audiamus ex eius ore, etiam beatos esse, qui illum non videntes oculis corporis, credunt tamen oculis fidei. Hæc igitur nostra est beatitudo, quod Deus nobis oculos fidei dederit: quia licet eum oculis corporis non videamus, dicere possumus de Christianis *Beati oculi qui vident, quæ vos videtis.* Hoc ergo fuit beneficium adeo singulare, vt eius gratia vocari possimus felices & beati. h. 17. n. 14. 15. Ob quod nobis declarat D. Paul nos perpetuas Deo debere reddere gratias; quas quia Adam non præstitit, nec etiam Philosophi persolverunt. Ibid. n. 16. & seqq.

VIII. *Beati oculi qui vident.* Beati oculi Christianorum qui revelant & vident, id quod vident in SS. Sacramento sub speciebus panis & vini, esse verum Christi corpus & sanguinem: sub habitu pauperis cognoscunt ipsum Christum, cui dare possunt eleemosynam, eumque propriis manibus nutrire. h. 16 n. 13. & seqq. h. 30 n. 24 vsque 26. Contemplantur sub tribulationibus quietem, sub pœnis gloriam non sistendo in solo exteriori ad exemplum D. Pauli. h. 15. n. 27. & Iob qui in sordibus suis & vermibus thesauros considerabat. Ibid. n. 15. & hos oculos nobis optabat D. Paulus perspicaces: qui namque tales habent vocati possunt beati. h. 11. n. 7. 8. qui talibus vigent oculis, sunt illi quibus quanto crescunt amplius aduersitates, tanto spes augetur illis ferentibus. hom. 32. n. 23. Et ita in hac vita principio quodam fruuntur beatitudinis. Ibid. n. 27. vsque 31. Et est vita æterna qua jam oues Dei gaudent. h. 37. n. 59. vsque 64.

IX. *Et ecce quidam legis peritus surrexit tentans eum.* Christus arbor est vitæ: nam etiam illis qui accedebant & fortius impetebant, fructus elargiebatur: & petenti percussi licet fide languida, aquas effundit. Iis tribuit ad huius Pharisæi petitionem, qui tentaturus illum aduenerat. h. 23. n. 1.

X. *Magister quid faciendo vitam æternam possidebo?* Volebat ille ostendere se virum esse spiritualem & prudentem atque idcirco quæstionem hanc proponit, præferens desiderium & curam, qua præclariores Sancti mouentur ad vitæ æternæ consecutionem: & tale similiter esse tuum oportet desiderium, talisque tuam timor deberet negligentiam excitare; quænam tibi sors sit obventura, & quid rerum acturus ad eius assecutionem. h. 37. n. 4. 5. 6.

XI. *Quid faciendo?* Hæc esse debet prima solicitudo, obtinendi vitam æternam: vita etenim hæc adeo miseria est, vt eam Christus communiter appellet mortem, & plorauerit Lazarum ad vitam reuocaturus: & quidam elegerit esse potius in purgatorio, quam in mundo. h. 32. n. 70. 71. 72.

XII. *In lege quid scriptum est, quomodo legis?* Hoc erat ordinarium Christi responsum, quo quærentes remittebat ad legem: etenim idem juveni respondit interroganti: *Quid faciendo?* & ita respondit Abraham diviti Epuloni, ipsum ad eandem remittens. hom. 40. num. 16. 17.

XIII. *In lege quomodo scriptum est?* Hoc insigne Deus homini beneficium præstitit, dum illum creauerat, teste Salomone: *Deus creauit de terra hominem, & dedit illi præcepta?* Hoc nobis Dauid indicauit, dicens: Deus singulis leges statuit eorum statui conformes. *Legem statuit ei in via quam eligit.* Tuum est viam statumque eligere quem volueris sed quemcumque elegeris, in illo tibi sub lege viuendum est, alioquin omnia confunderentur. Ideirco præcepta decreuit Deus per se suosque ministros, quæ Lutherus vt stultus conatur amoliri. h. 14 n. 3. 4. & vult omnes suis superioribus ac legibus esse subiectos. Ibid. n. 5. 6.

XIV. *In lege quid scriptum est?* Omnes in Ecclesia saluari possunt, quisque in suo statu: & vnicuique interroganti. *Quid faciendo?* Respondet Christus, vt statuis sui legem attendat, nec illi quisquam culpam adscribit: etenim in quocumque vixerit, saluari potest Conjugatus, continens, imo & miles: nam ideirco nobis ex omnibus statibus Sancti proponuntur exemplares. h. 2. n. 4 vsque 10. nominatim autem de conjugatis. h. 24. n. 17. vsque 21. & h. 26. n. 26. vsque 31.

XV. *Diliges Dominum Deum tuum, &c. Et proximum tuum sicut teipsum.* Ecce breue compendium totius legis: amare Deum super omnia & sine modo, & proximum sicut teipsum, hoc est cum modo. Habes hic substantiam legis, & eius modum, de quo dicemus D. 17.

XVI. *Hoc fac & vives.* Mirare breue & substantiale responsum: nam illo ipso ligat interrogantem, sicut te quoque constringeret qui Christianus es, & legem profiteris Euangelicam: etenim pudor est, & dolor, te legem profiteri in qua viuis, & eius te pudere observantiæ vt dicamus tibi cum Davide; *Si vere vtique justitiam loquimini.* h. 3. n. 38. vsque 41.

XVII. *Ille autem volens justificare seipsum dixit: Et quis est meus proximus?* Opinantur nonnulli SS. hæc verba significare, quod jam iste legisperitus, licet animo ve-

mo veniſſet tentandi, verbis tamen Domini mutatus vere ſuam intenderit juſtificationem & animæ ſalutem in quo oſtenditur primo efficacia verbi Domini vivum eſt enim & efficax. hom.31.n.72.& ſecundo tibi declaratur, quam vtile ſit accedere ad audiendum Dei verbum: nam aliquando etiam qui ſiniſtra veniunt intentione, convertuntur,& ille caſus accidit, quem refert D.Aug. h.35. n.41.42.

XVIII. *Quis eſt meus proximus.* Credebant Iudæi eos tantum eſſe proximos, qui tales erant juxta legem ſuam: quinimo jam introduxerant ſolum amicum eſſe proximum, vnde ſibi perſuadebant quod dum Deus præcepit diligendum eſſe proximum, non hic comprehenderetur inimicus: quocirca dicebant: *Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum.* Ideirco quærit hic: *Et quis eſt meus proximus?* Et hoc tu velim intelligas, quod ſi illorum doctrinæ verbo non inhæreas illam tamen ſequeris operibus, credens te ſolum teneri amare amicum, & poſſe odiſſe inimicum. Defectus hic proprius eſt Hiſpanis. h.3.n.6.7.8.

XIX. *Suſcipiens autem Ieſus.* q.d. Suſcepit Ieſus interrogationem hanc placido vultu, quo demonſtravit huius animum jam eſſe converſum: & hoc eſt *Suſcipiens eum*, vt dixit Poeta: *Suſcepit Anchiſes atque ordine ſingula pandit.* Confide, quod ſi teipſum mutes & cor ad Deum pacificum habeas, ſeipſum ille mutabit, taliſque tibi futurus eſt; Speculum enim imitatur hom.25.n.50. vſque.61.h.37.n.15.16.

XX. *Homo quidam deſcendebat ab Hieruſalem.* Licet Dominus principaliter tantum intenderet huius obiectioni reſpondere: facit hoc tamen eo modo, vt huic ſatisfaciens, doceat & reuelet notanda alia circa miſeriam peccatoris myſteria, eiuſque curationem per parabolam quam proponit de miſero illo qui deſcendit ab Hieruſalem in Hiericho. Primo dicit: *homo quidam* nomen eius ſubticens, ſed de illo locutus per modum contemptus, ſicut Iudæi vt oſtenderent quam vilipenderent Chriſtum, dicebant: *Ille homo.* Ita quoque Caiphas: *Vnus moriatur homo*: quod idem eſt ac ſi dicamus inter nos: *Quidam.* h.39.n.17. & vt oſtenderet quam parvi faceret divitem avarum dixit: *homo quidam.* Et quamvis Princeps ſis, dux, & Rex: tanti te faciet quanti ſalivam quam ore evomis in terram vt dixit. Eſdras.h.16.n.16.

XXI. *Deſcendebat ab Hieruſalem.* Licet hoc proprie dicatur: quia Hieruſalem ſita erat in terra montuoſa & alta reſpectu Iericho. Tamen in hoc ipſo declaratur, quod ſicut ſervire Deo, eſt aſcendere, ad ſummum: ita peccare, deſcendere eſt ad infimum. Sicut enim maior eſſe non poteſt altitudo, quam ea quæ Dei eſt, ſicut nec profundior abyſſus quam peccati: qua de cauſa dicitur regio longinqua: & hinc formatur argumentum de felicitate juſti aſcendentis ad Deum, & calamitatis peccatoris deſcendentis ad alterum extremum. h.18.n.23.24.

XXII. *Deſcendebat ab Hieruſalem in Iericho.* Erat quid ſit peccare, relinquere Hieruſalem pro Iericho. Hieruſalem civitas Sancta, vbi Deus ſedem ſuam ſtituerat & locum gloriæ ſuæ, pro Iericho civitate maledicta per Ioſue qui illam evertit; & Hiel, qui illam conatus eſt reædificare, facinus, luit, morte ſuorum filiorum. h.38. n.48. hoc agit peccator, Deum deſerit, pro re aliqua maledicta, delirium hoc adeo magnum eſt, vt ipſe Deus obteſtetur cœlos, vt obſtupeſcant, & vere poſſint hoc admirari. h.34.n.5 h.37.n.23 h.43.n.43

XXIII. *Deſcendebat ab Hieruſalem in Iericho.* De bono incommutabili tranſit peccator ad commutabile, quod nullum eſſe habet aut ſtimitatem, ſicut Iericho, quod ſignificat Lunam, cuius lux perpetuis ſubeſt augmenti & decrementi mutationibus. Ipſe deſcendit: vtique nullus eum de Hieruſalem expellit, hæc enim eſt impudentia peccatoris, ſicut illa prodigi. h.15. n.18.19. & dicendo quod deſcenderet in Iericho idem eſt ac ſi dicas, neſcit quo vadat; quandoquidem ſui ex eſſe non habeat ſecurum, ſicut eſt lumen Lunæ, vide proficiſcitur ſicut prodigus, & vas Zachariæ. Ibid. n. 25.vſque 28.

XXIV. *Incidit in latrones* Deſcendendo de Hieruſalem in Iericho occurrit deſertum circa Iericho incongruum latronibus, vt in eo communiter latitarent; nam ſicut dixit D.Gregor. vocabatur Adommim, id eſt locus ſanguinis: eo quod multus ibi ſanguis a latronibus, vulneribus, cædibus, plagiſque effundebatur. Quid ſperandum illi qui tam manifeſto ſe periculo exponebat, niſi vt in tales incideret manus & trucidaretur? Et hoc ipſum tibi eventurum eſt, qui te periculis & occaſionibus exponis manifeſtis, quas etiam ipſe Chriſtus evitavit, vt nos redderet timoroſos. hom.15. n.16. & ſeqq. & qui ſe illis non ſubducit cum poſſit, tentat Deum nec à Confeſſario abſolvendus eſt. Ibid. n.21. vſque 26. Quod confirmatur ex duobus Sanctis Anachoritis, Ibid n.26.27. Et experientia diſcimus in D.Petro.h.43.n.12.13.

XXV. *Incidit in latrones.* Quid aliud exſpectat ille qui ſe elongat à Hieruſalem, vbi ſecurus quieſcebat? Et quid ſperandum illi qui Deo terga vertit? Vide opinor videt illum abſcedentem vates Hieremias, vnde illum deplangit, imo & te ad planctum invitat: *Plangi eum qui egreditur.* h.18.n.20.21.

XXVI. *Incidit in latrones.* Diſcedens à domo Dei, nempe Hieruſalem, certum erat, quod in omnium malorum cloacam incideret: ſicut enim ſuprema eſt omnium felicitas morari in domo Dei: ita & ſuprema eſt omnium infelicitas ab illa diſcedere, ſeque procul elongare: illo namque ſupplicio punit illos Deus, quos indignatur. h.23.n.14.& ſeqq.

XXVII. &

XXVII. *Incidit in latrones.* Iudicaret infortunatus hic, quando discedere vellet de Hierusalem, siquis illum detineret, grauem sibi iniuriam fieri, quod tamen summum esset beneficium: & hoc Deus pluribus præstat volentibus descendere in Iericho, id est animæ suæ perditionem, ipsos cohibendo: sicut iram suam peccatoribus indicat, quos egredi & abire permittit. h. 35. n. 28. vsque 36.

XXVIII. *Incidit in latrones.* Nomen hoc propriè quadrat diabolis: etenim ab origine sua latrones fuerunt, conati Dei gloriam deprædari, & furati diuinitatem: & hoc nomine Christus illos inscribit: *Fures & latrones,* qui in idolis adorabantur. h. 28. n. 30.

XXIX. *Incidit in latrones.* Diaboli sunt latrones, ceteris omnibus qui in mundo sunt, peiores, nam vt Salomon ait: qui in mundo sunt: *Furantur vt repleant animam suam,* & ad propriam vtilitatem, sed diaboli nullo modo: quandoquidem nullum eis commodum aduenit, imo potius cruciatus augeatur. h. 22. n. 33. Tantum conantur tibi gratiæ vestem auferre, atque in te cuncta interimere, & bona virtutum: vnde dixit Esther, quod detrimento nostro & ruinæ illudant, & Isaias, quod præ gaudio tripudient. Casus hic est lamentabilis. h. 41. n. 56. 57.

XXX. *Incidit in latrones.* Latrones hos non mouet auaritia, sed inuidia, qua stimulati studeut Dei gloriam obfuscare, & suam euertere: etenim pectus eorum forma est huius vitij. ho 7. n 8 quocirca semper circumeuntes hi rabidi leones pectus suum cum colubris rodentes, & laborantes vt quidquid boni possides, disperdant. ibid. n. 10. 11.

XXXI. *Qui despoliauerunt eum, & plagis impositis abierunt: semiuiuo relicto.* Ecce quale sit eorum opus, tua bona dissipare, animam tuam vulnerare, eius intellectum & voluntatem fauciare, illi pretiosam, gratiæ tunicam deprædari. Hæc totaliter perditur, sed intellectus, & voluntas vulnerantur: quia voluntas peruertitur, & intellectus obscuratur: sed particulariter voluntas mirum in modum infirmatur vt declarat D. Bern. h. 13. n. 51.

XXXII. *Plagis impositis.* Vulnera hæc talia sunt, vt ad eorum curationem, requiratur Dei omnipotentia, & vide cœlo medicina descendat, nempe suo sanguine Deus. illinc vulnerum colliges grauitatem. h. 42. n. 13. Veteris peccati vulnera non sentire: sed illa manifestat, videre quod ad eorum curationem Dei mors sit necessaria: nam per hoc tollitur balænæ tegumentum. ibid. n. 11. 12.

XXXIII. *Semiuiuo relicto.* Habes hic propriam peccatoris definitionem: q. d. Homo semiuiuus quia realiter in corpore viuit, sed in anima mortuus est: & sicut anima pars est principalis, & vita corporis tantum apparenter est, dicitur absolutè mortuus, & habere tantum verisimilitudinem vitæ vel viuentis: ita Deus alteri præcepit intimari: *Nomen habes quod viuas, & mortuus es.* Eoque modo considerat D. Cyprianus peccatorem: etenim ambulans est velut feretrum, quod intus animam gerit mortuam. *Ambulans funus tuum portas.* Insuper hinc idem S. colligit, quam exiguo mœrore doleas iam confessurus, mortem animæ tuæ: quandoquidem irremediabiliter mortem dessens corporis, & amici tui; animæ vero tuæ non plangas interitum. h. 38. n. 65.

XXXIV. *Semiuiuo relicto.* Semiuiuus est peccator quia in rei veritate mortuam portat animam: quia vita illi deest: sicut enim vita corporis est anima, ita vita animæ Deus est: quocirca existens in peccato, opera nequit facere, quæ vere dicantur opera vitæ. Discursus merito notandus. h. 13. n. 7. 8. quem D. Greg. prosequitur. h. 19. n. 16.

XXXV. *Accidit autem vt Sacerdos quidam.* Ne credideris quod in peccato existens certo certius inuenies Sacerdotem: sæpe namque permittit Deus, vt quando magis necessarium est, magis deficiat, vt contigit Absaloni dequercu suspenso: nec enim inter tot suos milites, qui cum exercitu circumvagabantur, inuentus est vel vnus, qui suspensum dissolueret. h. 13. n. 58. vsq. 64.

XXXVI. *Accidit autem vt Sacerdos quidam.* Casus fuit valde fortuitus, & erit, inuenire peccatori remedium peccatis suis immerso: & fecit Deus, vt hoc tibi non contingat: ne forsitan in hora mortis tuæ peccatum aliquod contra te prosiliat, vt ille Amalecita, qui casualiter transibat vbi Saul saucius prostratus iacebat Hoc tibi cape. h. 13. n. 65.

XXVII. *Viso eo præterijt.* Heu crudelitatem, & euidens argumentum sine misericordia viscerum, qualia tua arguuntur esse, dum pauperem illum pertransis, nec tamen auxiliaris h. 16. n. 11.

XXXVIII. *Eo viso præterijt.* Patuit quod oculos haberet hominis: quandoquidem nihil videns sibi ad lucrum ita pertranseat: oculi sunt hi Anti Christi. h. 30. n. 15. vsque 18.

XXIX. *Similiter & Leuita.* Eodem modo egit Leuita. Video te tanta commoueri crudelitate, quod intuens pauperem extrema laborantem necessitate pertranseas nullo exhibito subsidio: & dico te quoque tibi debere indignari, cum quotidie idem tibi contingat: quandoquidem multos videas in peccata labi, sos plagis saucios in anima sua & honore, illosque conspiciens pertransis nec tamen illis vllo modo succurris h. 22. n. 3. 4 Et quo modo dicere possumus quod Sacerdos ille & Leuita mortem illius miseri desiderarent, cum illum relinquant sanguine exhaustum, ita quod tu similiter mortem illius exoptes, quem in peccato deseris, atque vt talem te Deus castigabit ibid. n. 5. 6.

XL. *Samaritanus autem iter faciens.* Magna con-

fusio Sacerdoti & Leuitæ quod Samaritanus viscera haberet blandiora : nam per hoc conuincitur duritia viscerum Sacerdotis & Leuitæ , sicut & Hieroboam arguitur , quia verbo Prophetæ lapis emollitur , non autem eius viscera : atque eodem modo canes confundunt cordis diuitis Epulonis immanitatem : similiter & multi pauperes indigentes & tamen dantes eleemosynam , redarguunt Ecclesiasticorum multorumque divitum avaritiam. h.16. n.30.31.

XLI. *Samaritanus iter faciens.* Adnotarunt SS. PP. quod allegorice seipsum Christus exprimat, vocans se Samaritanum, quod *Custodem* significat cum sit ipse custos noster principalis. Homo relicto Deo suas voluit sectari voluptates, & incidit in latrones, prout confitemur in peccato Adam. Transijt Sacerdos, id est lex naturæ, & Levita id est, lex scripta data per Moysen, qui erat de tribu Levi. Bene quidem viderunt pauperem illum jacentem & sauciatum, quia juxta D. Paulum, eo vsque virtus legis accessit, vt cognosceret peccatum, nullum attamen potuerunt adferre remedium. Venit Samaritanus Christus *Et iter faciens.* Hoc est iter vitæ huius faciens ad Patrem; quod dixit D. Ioan. *Vt transeat ex hoc mundo ad Patrem.* Et iter passionis suæ perficiens illi subuenit: fuit etenim electrum, quod discurrit & iter fecit de vno Iudice ad alterum, de vno tribunali ad aliud. h.25.n 22.

XLII. *Iter faciens.* Iter faciens per hanc vitam, quo sic fatigatur & delassatur , vt ad marginem putei in Samaria resideat: *Fatigatus ex itinere.* h.25.n.21.vsq.24 Visitans vt summus Pontifex , suum Episcopatum pedes. Ibid n.19.20.

XLIII. *Alligauit vulneraeius , infundens oleum & vinum.* Hæc est mirabilis illa coniunctio, quam composuit ad nostram salutem, oleum misericordiæ, & vinum justitiæ , quæ stupendo coniunxit Sacramento. h.39.n.37.vsque 40.

XLIV. *Duxit*, &c. Duxit illum in stabulum, præcipiens stabulario, vt curam eius ageret quia in Ecclesia sua, quæ est velut hospitium peregrinis nobis tendentibus ad cœlum sufficientia reliquit medicamenta , & ministros ad nostram beatitudinem; eaque tanta abundantia, vt nos coronaverit misericordiis, illique dicere liceat : *Non plus vltra,* perfecte complens illud Moysi vaticinium: Introduxit te *Dominus in terram bonam.* O quam opulenta messis hæc est! h.17.n.22. & seqq.

XLV. *Alligauit vulnera eius , infundens vinum & oleum.* Ecce boni medici officium : primo : occludere sanguinem ne vlterius effundatur; secundo: vulneribus oleum & vinum infundere : hoc est , vt cursus peccati sistatur, quod per sanguinem indicatur: nam hoc significabat manus impositio super caput animalis immolandi pro peccato; quod videlicet manu mittebatur. h. 23. n. 45. Et deinde ad peccati commissi remedium applicare vinum & oleum ; id est iniungere pœnitentiam, quæ vices suppleat vini, cum misericordia quæ locum habeat olei. Ad sit vinum contritionis, nec desit oleum benignitatis, vt fiat cum benignitate correptio. h.22.n.52.

XLVI. *Vinum & oleum.* Oleum sunt merita Christi quæ nobis ex misericordia sua reliquit. Vinum sunt opera tua rigidæ pœnitentiæ : nec enim proficiet oleum sine hoc vino, nec è contra. h.15.n.23.24. Mixtura harum olei & vini declaratur. h.39 n.37.& seqq.

XLVII. *Infundens vinum & oleum.* Oleum esse debet blandum : sed vinum esse debet pœnitentiæ, quod mordeat ; nec enim cogitaveris quod commissis gravissimis peccatis lenis debeat respondere pœnitentia, vt dixit D. Ambros. sumens hoc ex Tert. h.38.n.46.

XLVIII. *Infundens vinum & oleum.* Hæc duo assumere debet prædicator & Confessarius oleum gloriæ, & vinum pungens pœnarum inferni : & in vtrumque latus sagenam emittere , non solum ad sinistram, sed etiam ad dexteram. h.11 n.2.3.

XLIX. *Curam illius habe.* Hoc ex judicio D. Ben. Deus suis iniungit ministris animarum medicis : non ait, cura illum: non enim est in potestate medici curare infirmum , tantum hoc eius est officium curam illius habere , illique medicinas applicare juxta scientiæ suæ regulas : quod his peractis infirmus non sanetur , illi culpa non imputabitur. Egregius sane conceptus. h.12. num.33.

L. *Quodcumque super erogaueris , ego cum rediero, reddam tibi.* Magni facit Deus opera quæ proximorum confers supererogationis : sunt non debita, vt amor & beneficium exhibitum inimicis : quibus verba declarantur, quæ Dominus his congruenter dixit. Nota discussum. h.3.n.50.vsque 54.

LI. *Quis tibi videtur proximus fuisse huic?* Dominus Samaritanus qui fecit misericordiam cum ipso : ergo tu fac similiter. Voluit illi Dominus his verbis declarare, quod in rei veritate Samaritanus ille Iudæis esset proximus, quodque singuli homines in hoc mundo viventes, sint tui proximi atque ob eandem rationem teneris lege charitatis illis subvenire, & benefacere potissimum in ordine ad animam eorum : de quibus diximus. h.3. de amore inimicorum.

DOMINICA DECIMA TERTIA POST PENTECOSTEN.

I. *Cvmiret Iesus Ierusalem transibat per mediam Samariam & Galilæam.* Luc.17. Discesserat Christus à Hierusalem in Galilæam, reuersus jam inde via suam direxit transiens per medium Galilææ, & Samariæ, & cupiens villam aliquam intrare , quam Euangelista dicit castellum , præsens patravit miraculum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

sanans decem leprosos sibi in via occurrentes. Christus vita est & salus: & sicut diabolus mors est & causa morborum: etenim humores omnes commouet, suo nomini conformiter, quod est *Exterminans*. Ita Christus quocumque intrat, vitam largitur & salutem h.19. n.13.14.28.vsq.31. Et sicut diabolus vbilibet paret laqueos nostræ perditioni: quia munus illi & nomen est tentator: ita Christus vbique agit de tribuenda salute: quia munus illius & nomen est Iesus id est Saluator. ibid.& h.5.n.22. vsque 28.

II. *Cum ingrederetur quoddam castellum, occurrerunt ei decem viri leprosi.* Decreuerat Deus ne leprosi habitarent in locis populosis: quia morbus eorum contagiosus est, ne forte ex vno tota inficeretur communitas: nam & iam quando puniuit Mariam sororem Moysi leprâ quod de fratre suo detraxisset, iussit eam seorsum à plebe separari: quocirca soliciti erant omnes proprij commodi gratia leprosorum curare remedium. Et quandoquidem peccatum sit vera lepra, te reddere deberet anxium, quando illam in proximo tuo notas: quia nulla est lepra ita contagiosa vt peccatum, & quæ grauius potest inferre damnum, vt patet in peccato Saul & Achan.ho.22.n.11.& seqq

III. *Cum ingrederetur quoddam castellum.* Ecce qualis occursus: cum enim ad locum fatigatus accessisset, meo iudicio decernere debuisset Deus, vt aliquo refrigerio illi occurrissent, vel maiores loci festino illum honore excepissent. Hæc ita Dominus disposuit vt auctor temporis & euentuum, cuius respectu nihil accidit fortuito. ho.31.n 6.7. h.35.n.38. Et nihil illi potest afferri delectabilius, ad itineris sui requiem, quam pauperes infirmi, quibus benefaceret: sicut etiam quando Gahlæam ascendit, per hanc eandem Samariæ Prouinciam, ab itinere oppido lassus, offertur illi ad refocillationem mulier Samaritana: sicut foret mulieri cuius vbera lacte redundant si cuiquam occurreret qui lac sugeret: hoc enim est quod ait Vates: *Aporiatus est, quia non est qui occurrat.* h.28. n.28 h.37.n.17.

IV. *Occurrerunt ei decem viri leprosi.* Hoc tibi sufficeret, quo fatigareris multisque leucis retrocederes, quam primum illos videres: etenim oculi tibi sunt homines, sed Christus oculos habet Dei: nam lassitudine recreatur cernens aliquem cui benefaciat. h.30. n.15. vsque 18.

V. *Steterunt à longe.* Exponit Euangelista in particulari circumstantias, quas leprosi obseruarunt, vt petita consequerentur, nobis ad doctrinam. Primo: *Steterunt à longe.* Nam lepram suam considerantes, ad Christum accedere proprius erubuerunt, qui ipsa erat mundities, se vtique indignos arbitrari, qui ipsi appropinquarent; in quo profundam suam produnt humilitatem, quâ oratio incipienda est.h.2 n.32.33.34.

VI. *Steterunt à longe.* Vide quæ diximus. ho. 10. ad illud. *Stans à longe Publicanus.*

VII. *Leuauerunt vocem.* Orationem sibi assumpserunt: hæc etenim medium est nobis à Deo relictum, quo cum ipso negotiemur, vt omnibus aduersitatibus vniuersale. ho.9. n.4.vsq.8. Imo & ipse Christus hoc vsus est.ho.26.nu.8. vsq.14. h.42.n.68. Eoque Sancti vtuntur ibid n.71.72.

VIII. *Leuauerunt vocem.* Hæc vtique bona erat oratio de cordis intimo progrediens: suum etenim malum agnoscebant quod illos ad clamores edendos impellebat, tales non sunt orationes tuæ, etenim ore tantum fiunt & non corde, quod terrenis lucris tuis habes occupatum. ho.29. n.23. Vide dicta Do. præterita ad illud. *Pharisæus apud se orabat.*

IX. *Iesu Præceptor, miserere nostri.* Fidem ostendunt viuam, ad cuius mensuram, orationes optatum referunt responsum. h.2. n.27. h.27. n.32. & seqq.

X. *Iesu Præceptor.* Duo de Christo munera confitentur: quod Magister esset & Redemptor: ad quæ reducuntur omnia quæcumque fecit: sic enim de illo D.Lucas: *Cœpit Iesus facere & docere.* ho.29. num.2.3. ho.30. n.36.

XI. *Iesu Præceptor.* An eius nomen proponitis, an in eius nomine postulatis? Confidite, optatum audietis responsum. Prima huius nominis littera quæ est I. significat decem, symbolum elementiæ apud Græcos & Hebræos. h.17. n.38. Et hoc nobis nomen tradidit, vt quodcumque à Patre petierimus, impetremus: & ipsum est ad cuius tantum pronuntiationem miracula fiunt in creaturis irrationabilibus & insensibilibus, imo in ipsis dæmonijs.h 3. n.22. vsque 26.

XII. *Miserere nostri* Optimum orationis fundamentum, Dei misericordia. Non vult Deus Virga moneri iustitiæ. h.9. n.38. Vide notata Do. decima de oratione Publicani. *Deus propitius esto* &c.

XIII. *Ite ostendite vos Sacerdotibus.* Erant Sacerdotes iudices ex lege huius ægritudinis. h.14 n.34.h.26. n.23. & perpetuum fiebat miraculum. ibid. quo declarat, vt credo D. Ambros. l.3. de Sacerdotio, id quod instituendum erat in Ecclesiâ suâ, formale suum tribunal erigendo in Sacramento pœnitentiæ, in iudices eligendo Sacerdotes lepræ peccati, plena instructos potestate, præclaris fulgentibus miraculis. ibid.

XIV. *Ite ostendite vos Sacerdotibus.* Magna fuit hæc Domini misericordia, quâ nobis Sacerdotes reliquit duobus suis dotatos officijs: nam hæc indicarunt dicendo *Iesu, Præceptor.* Primò: quod Angelos non destinarit, sed homines similes nobis ad consolationem nostram suauissima disponens prouidentia, vt haberemus præceptores & magistros, qui ad oculum nostras docerent ignorantias, nostrasque curarent infirmitates. h.14. n.9. vsque 13.

XV. *Ostendite vos Sacerdotibus.* Reliquit Sacerdotes

primo officio suo imbutos præceptoris : nobis etenim visibiles conueniebant præceptores. h.14. n.13.14. & insigniæ sunt exempla quæ circa hoc dedit. ibi n.15.16.

XVI. *Ostendite vos Sacerdotibus.* Secundò, commisit eis officium suum Iesus, id est Saluatoris. Præclara misericordia, & solamen nostrum, inquit D. Paulus, quod nos Angelis non commendauerit sed Sacerdotibus. *Infirmitatem habentibus*, vt propria infirmitas reddat illos nobis misericordes. ho.43 n.8.vsq.12. Illos reuerere, sunt enim illi quorum intercessione tibi fit cum Deo agendum. h.2 n.12.vsq.17. Et contumelias quas illis irrogas, vt proprias Deus vlciscitur ho.14. n.31.vsq.34.& h.29. n.41. Per illos administrat cœlestia h.14.n.29 Sedent illi, & vos statis. ibid.n.23.

XVII. *Ite ostendite vos Sacerdotibus.* Habes hic peccatis tuis remedium ab ipso præscriptum, vt ostendas te Sacerdotibus, peccata confitendo : hoc enim remedium fuit violatæ datum virgini per peregrinum. ho. 19. num.49.

XVIII. *Ostendite vos.* Propala clarè lepram tuam Sacerdoti : hoc etenim tuum est remedium. ho.19. n. 60. vsq. 64. Ne laruatus accedas vt Regina ad Prophetam. ibid.nu.64 65.66. Et cum te non puduerit peccatum committere, nec pudeat illud confiteri ibid.nu. 67.68. Et in negotijs animæ tuæ illos consule, nec tuo inducaris iudicio. h.1.n.10.

XIX. *Ostendite vos Sacerdotibus.* Attendite Sacerdotes : nam vos creat iudices atque vt iustè causam pronuntietis, illam diligenter inquirite : estote similes vnicorni. h.24.n.53. & seqq.

XX. *Dum irent mundati sunt.* Mirare bonam horum languentium dispositionem : non enim disputant, circa Domini mandatum : nec aiunt quid nobis facient Sacerdotes ? Non replicant sicut Naaman præcepto Elisei : in quo simplicem ostendunt obedientiam, sicut cœcus ille missus ad fontem Siloë. ho.30. n. 57. Etenim ores Dei, quando eis aliquid iniungitur, non discutiunt, sed simpliciter obediunt. hom.37. num 28.29.

XXI. *Dum irent mundati sunt.* In via priusquam peruenirent ad Sacerdotes cum illis adeo vicini essent, mundati sunt, quo Dominus verborum suorum ostendit efficaciam : quantuis enim opus in se prægrande fuerit, maius tamen erat in ratione modi, quo Dominus illi dedit effecit, vt ponderat D. Chrysost. de operibus Christi ho. 30. n.3.

XXII. *Vnus ex illis, &c. Regressus est cum magna voce magnificans Deum, & cecidit in faciem ante pedes eius gratias agens.* Præclaram suam fidem exposuit in Christum : etenim magno clamore Deo benedicens se ad pedes Christi prostraut, illi gratias pro recepto beneficio rependens infinitas. Quis forsitan dixerit, agendas esse Deo gratias, quem laudabat. *Magnificans Deum.* Hoc egit Christo gratias agens : illum enim credidit verum Deum, & sapienter quidem illi gratias egit : quia hoc à nobis exigit Deus in beneficiorum eius pensationem, ob cuius defectum Adamum & Philosophos grauissimè castigauit. h.17.n.16. & seqq.

XXIII. *Gratias agens.* Hoc semper in ore habere deberemus, in omnibus euentibus, cum eos omnes Deus ad nostram disponat vtilitatem vt dixit D. Paulus. *In omnibus gratias agentes* : & protestamur dicentes : *Dignum & iustum est, æquum & salutare, nos tibi semper, & vbique gratias agere* : vt enim dixit D. Paulus : *diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.* ho. 32. nu. 41. vsq.45. etiam ob mala, quæ cernis in alijs debes illi gratias agere, non tu illa patiaris, sed quia te liberauit, vt Angeli faciunt. h.22.n.49.50.

XXIV. *Et hic erat Samaritanus.* Vrbanus hic agendi modus huius Samaritani & infidelis, eiusque fidelitas redarguit ingratitudinem, & modicam fidem aliorum nouem, qui erant Iudæi : iam communiter in obedientia Gentilium Iudæorum confundebat obstinationem, vt pater in Chananæa. ho.9 nu.8.9. & alia muliere eiusdem regionis, quæ erat Samaritana. Samaritani namque erant omnium quos mundus alebat abiectissimi, vt dixit Ecclesiasticus. hom.25. nu.61. Exemplo eorundem Gentilium confudit duritiam ciuium Nazareth, in Eliâ & Eliseo, qui à proprijs vicinis & contribulibus, à Gentilibus exceptiuntur humanissimè. h.21. n.53. vsque 59.

XXV. *Nonne decem mundati sunt, & nouem vbi sunt ? Non est inuentus, qui rediret, & daret gloriam Deo, nisi hic alienig na.* Trutina primò : quod Christus se Deum manifestauerit : quandoquidem hic reuertens Deo gratias acturus, ab ipso audiuerit : quòd reuertisset Deo gratias acturus. Considera secundo : dolorem Christi, quod aduena & peregrinus per legem non instructus, nec à Prophetis edoctus, eius fruatur diuinitatem, eumque honoraret, & quod ille de populo suo illum non agnoscerent. Et hoc molestè ferat Deus, quod eleemosynam eroget pauper qui non habet quod comedat, tu vero non eroges, quem tantis cumulauit facultatibus : quod frequentet Sacramenta miser operarius, cui tempus lucrando victum necessarium est : tu vero negligas qui nihil habes quod agas nisi vt sterias otiosus. Ex diligentiâ quâ Maurus obedit Mahomet tuam condemnabit negligentiam, qua Deo refractarius non obedis. h.3.n.36.

XXVI. *Vade, fides tua te saluum fecit.* Fides saluum illum fecit, & eius defectus causa est, quod tuam non recuperes valetudinem, nec remedium in eo quod postulas : nam iuxta fidei mensuram Deus operatur. h. 27.num.37.38. & potiori iure de te quam de Rege Ab conqueritur. ibid.n.44.

D Or

DOMINICA DECIMA QVARTA POST PENTECOSTEN.

I. *Nemo potest duobus Dominis seruire.* Matt. 6. Est hoc Euangelium pars quædam sermonis illius ita celebris, quem Dominus in monte peroranit: vbi reformauit totum hominem, eius affectus & appetitus: quia vero cernebat, quod illos terrenis addixerat, vnde illi omne incommodum, docuit quâ ratione in cœlo cor suum mentemque defigeret: & quia quisque ibi cor habet & animum, vbi suas habet diuitias, modum nos docuit quo illas in cœlo recondamus, iuxta illud Dauidis. *Qui replet in bonis desiderium tuum.* h. 3. n. 57. & h. 32. n. 26. Hominis desiderium spectat diuitias, docet futurum eum diuitem diuitias in cœlo thesaurizando, idque per eleemosynas: etenim vt illas eò possit destinare, mittit illi vectores, nempe pauperes. h. 1. n. 33. 34. Vlterius progreditur, vtque nostros componat affectus, nos instruit, quod si cor nostrum diuitijs affigamus, illud Deo nequaquam possimus consecrare.

II. *Nemo potest duobus Dominis seruire.* Quod intelligitur si Domini sint contrarij & non concordes, sicut vir & coniux, pater & filius cui seruit vnus idemque famulus. Semper vult Deus esse solus, nec vllam admittit aliorum Deorum societatem quia ei soli competit ex naturâ esse solum, nec alios paritur, qui suam deitatem illi suffurantur. Quocirca si alium Deum ac Dominum adores illum non adorabis: nam idcirco numquam Deus fuit Gentilium. Subtile hoc est D. Aug. argumentum. h. 28. n. 30. & seqq.

III. *Nemo potest duobus Dominis seruire.* Deus, sicut nomen eius est Dominus absolutus, cum sit Dominus omnium. h. 2. n. 28. 29. vt talis omnia vult occupare, quocirca sic præcipit: *Diliges Dominium Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua.* Et hoc non ad sui commodum: quia cum sit Dominus plenus, & integræ animæ, omnia dirigit ad eius vtilitatem: nam idcirco dicitur, quod thronus eius sit sicut sol. ho. 41. n. 61. Non est Dei hoc Dominium vt à nobis accipiat, sicut Reges terreni, sed vt nobis ex se largiatur. ibid. n. 59. tantumque nostrum optat commodum, vt ipse totam velit animam possidere, vt illi toti beneficiat: nam in eo requieseit Deus, qui est summum bonum, quod se totum nobis communicet. ibid.

IV. *Nemo potest duobus Dominis seruire.* Cor est pars hominis principalis, vnde illud prætendit sibi Deus, & etiam diabolus: nam hic solus futurus est Dominus hominis qui cor eius habuerit. h. 23. num. 72. tantaque est cordis huius dignitas, vt maximum Dei dominium in cordis consistat possessione: qua de causa dicitur *Magnus Dominus*, vnde non patitur vt alius hoc sibi rapiat. homil. 29. numer. 15.

V. *Nemo potest duobus Dominis seruire.* Dolendum est hominem esse adeo stultum vt alium præter Deum velit Dominum, seque tradat diabolo tanquam Domino suo, vt regnet in ipso; certum etenim est, effectus ita futuros contrarios ac ipsi sibi sunt oppositi: Deus vita est salus, & lux: diabolus mors est, infirmitas, & caligo: quocirca contrarios operamur effectus. h. 19. n. 13. vsq. 20. 28. vsq. 31. h. 20. n. 2. 3.

VI. *Nemo potest duobus Dominis seruire.* Mouet admirationem quod homo velit diabolum habere vt Dominum, qui sibi seruientes ita crudeliter tractat, vt exemplo patet in prodigo: ex quo diabolus contra Deum arrogantur se iactat. Conceptus lectu dignus. h. 18. n. 45. iugum imponit subditis suis graue nimis, illosque excipit vt animalia. ibid. n. 47. vsque 51.

VII. *Nemo potest duobus Dominis seruire.* Nullus melior Deo Dominus est, nec qui subditos suos vrbanius demulceat: non enim illis iniungit nisi suauia: sed diabolus similis est Pharaoni, qui filios Israel in extremas redigebat angustias, eis præcipiens ardua valde & molesta, sed hoc summopere plangendum, quod nihil dominus in eius seruitio manere concupiscerent. h. 3. n. 10. vsq. 14. & h. 25. n. 63. 64.

VIII. *Nemo potest duobus Dominis seruire.* Etiam aliqui sunt qui seruiunt mundo, quos ad extrema redigit, & caro eodem modo quorum bona & deliciæ obtentu sunt difficiles Dei vero faciles admodum, vt dixit nobilis ille cuius meminit D. Aug. h. 25. n. 73. vs. 76. Potissimum autem mundus, tibi semper proportiones ostendit, & numerat tantos & tantos, quo te coarctat & impedit ne Deo in pauperibus subuenias. hom. 27. num. 50. 51.

IX. *Non potestis Deo seruire & mammonæ* Quamuis Dominus dicat neminem posse duobus Dominis seruire contrarijs, poterat tamen addere; non potes Deo seruire, & mundo & diabolo, & carni, quia hæc omnia Deo contradicunt: tamen non nisi diuitias posuit: potissimum contra illas Deus æmulator existet. nec mirum, etenim præcipuus mundi Deus, fuerunt opes. Conceptus conueniens D. Aug. h. 28. n. 33. 34. Per illas anima crimen committit traditionis in Deum. ibid. n. 35.

X. *Non potestis Deo seruire & mammonæ.* Inter omnes mundi Deos pecunia primatum obtinuit; hic etenim (teste D. Aug.) dictus est Iupiter. h. 28. n. 33. & ratio est, quia in pecunia reperunt homines suo iudicio, omne bonum, nomen Deo proprium: quam ob causam, illam D. Ioan. vocat substantiam huius mundi. ho 16. n. 25. 26. Et Osee diuitem vidit pecuniam suam adorantem quasi Deum, dicendo; *Diues effectus sum, inueni idolum mihi.* q. d. Alium non quæro Deum, cum pecuniam habeam. h. 28. n. 34. h. 36. n. 39.

XI. *Non potestis Deo seruire & mammonæ.* Præclarus, fortisque

fortisque Dominus est diabolus, qui aliquem detinet: quamuis excipiat illum adeo durè vt prodigum, nihilominus prodigus se tam asperè tractari lugens, illum deseruit: ex parte tamen peior est pecunia, si namque aliquem occupauerit, illum reputa vt omni spe salutis priuatum: qua de causa D. Paulus cupiditatem laqueum appellat diaboli. h. 28. n. 36. vsq. 40. & hæc animã ad ima demergit. Memẽto hujus conceptus ib. n. 40 41.

XII. *Non potestis Deo seruire & mammonæ.* Nota cum D. Greg. verbum seruire. Nec enim tibi prohibet habere pecuniam, sed illam habere vt Dominum cui seruias: quamuis enim difficile sit esse diuitem sine peccato, multi tamen fuerunt, vt Abraham qui pecuniis non seruierunt, sed illis pecuniæ. h. 16. n. 18. 19.

XII. *Non potestis Deo seruire & mammonæ.* Hoc tibi prohibetur, ne tu pecuniis seruias: alioquin perderis, sed illas habe, vt tibi sint obsequio Christo in pauperibus seruiens, & operibus succurrens pietatis. Hoc Deus magni facit: etenim diuitias eius pedibus prosternendo, nempe pauperibus, illi quasi inimicum suum prosternis pedibusque submittis: & hoc in primitiuâ Ecclesiâ faciebant Christiani, bona sua ante pedes ponentes Apostolorum. Hoc modo diuitijs vsi sunt, qui illas habebant, vt Abraham & alij. h. 27. nu. 67. 68. Et eo fine illas quærebant Apostoli quas Christi pedibus submittentes sæuissimum illi prosternebant inimicum. ibid. n. 68. vsq. 71.

XIV. *Nolite soliciti esse dicentes: quid manducabimus?* Tantæ respondet obiectioni Dominus à te proponendæ dicendo: quæro & accumulo mihi diuitias, quia his ad victum & amictum indigeo. Non hoc interdicit Dominus, sed vt ait D. Hieron. solicitudinem resecat: hæc etenim impellit te, vt sequaris pecuniam sicut seruus Dominum: nam ideireo apud D. Lucam coniunxit solicitudinem ac diuitias: nam illis ingredientibus curis repletis & angustijs. h. 25. n. 78.

XV. *Nolite solliciti esse.* Ad salutem nostram paucis verbis efficacissimas Dominus producit rationes quibus nostram reprimat cupiditatem: hæc enim acrius impugnat: & hinc nobis omne damnum quod hæc minime consideremus, vnde supra modum tribulamur, vt Samson ob rescissos sibi capillos. ho. 13 n. 12. Illa animo reuoluamus: etenim via hæc est communior, qua nos impugnat diabolus: obijciendo: quod si Deo seruiamus, fame nos sinet interire, nudosque languescere: & hanc Christo rationem tentator obiecit. h. 5 n. 28. h. 27. n. 23.

XVI. *Nolite soliciti esse.* Cum sciat Christus magis familiarem hanc esse diaboli tentationem, efficaciter nos contra illam, armat nostram fortius excitans fiduciam: hæc etenim bellum mouet seruis Dei crudelius, cuius defectus summum nobis adfert detrimentum. h. 27. n. 37. vsq. 45.

XVII. *Nonne anima plus est quam esca?* Prima ratio. Manifestum est quod infinities excedat anima alimentum: qui ergo tibi tribuit magis principale, negabit ne quod minus est? Rationem hanc Dominus per Isaiam proposuit conquestus sibi factam iniuriam ex nostra diffidentia. ho. 27. n. 16. & seqq. Cui annectas quod secerit vt animæ tuæ vitam infunderet, ratio erecet fiduciæ: sicut causa querimoniæ, si non confidas, fore Deus conquestus est de Asa. ibid. n. 44.

XVIII. *Respicite volatilia cœli.* Secunda ratio. Vehi gratia Deus alit passeres & coruos quanto magis ea filios suos. h. 27 n. 19. vsq. 24.

XIX. *Quis potest cogitans &c.* Tertia ratio. Ne tibi persuadeas, quod obtinere diuitias ita sit opus tuum, vt amplius non sit opus Dei: quocirca diabolus mentiebatur Christo promittens: *Tibi dabo.* h. 5. n. 39. ideireo vocantur diuitiæ aquæ cisternarum. h. 16. n. 9. 13. quantum libet facias, non possis tamen staturæ tuæ superaddere cubitum vel digitum, nisi Deo adiuuante. Quomodo credis quod obtinebis quod est extra nempe diuitias & facultates? Illi diligenter seruit & sicut ille tibi tuam adauget staturam te nihil sentiente, ita tibi tuas accumulabit diuitias te ignorante quomodo fiat, tibique prospiciet vnde minus cogitaueris. Hoc etenim diabolo respondit: *In omni verbo quod procedit de ore Dei* h. 5. n. 32. & ambabus fauet manibus illi petentibus. hoc David mihi suggessit, psallens de montibus Thabor & Hermon. h. 27. n. 2.

XX. *Considerate lilia agri.* Quarta ratio. Mirate florum venustatem. *Quod sericum,* [ita D. Hier. loquitur] *quam purpura, quæ pictura textrinum potest floribus comparari?* Ecce qualiter illis prospiciat vt tali præfulgeant vbertate & pulchritudine: quod si quæras in quem finem illos produxerit respondeo tibi ad obsequium & oculorum recreationem. Si igitur ea tantum ratione sic illis prospicit, quid tibi faciet? ho. 27. n. 18. vsque ad

XXI. *Hæc omnia gentes inquirunt.* Quinta ratio. Non modo dubitat tui muneris esse magis quam Gentilium. Deo fidere, sicut enim eorum plurimi diuinam negant prouidentiam: solliciti sunt eius quod manibus tangunt: vos autem qui diuinam agnoscitis prouidentiam & nostis cum pro vobis creasse mundum, an ita vos decet, vt illi, Deo diffidere. h. 27. nu. 19. & seqq.

XXII. *Scit enim Pater vester quid opus sit vobis.* Et hæc vltima ratio eaque principalior, qua nobis asserit Deum nos habere vt patrem: & nec esse patrem qui non tam filij sui curam gerat, quantam de nobis Deus. Et singulariter intentione venit Christus vt nobis hoc Patris nomen manifestaret, qua mirum in modum nostram alit fiduciam. h. 18. n. 14. Et hoc eius adscribitur misericordiæ quod nos filios Dei creauerit, & toto pectore Deum vocare possimus Patrem nostrum. Ita expendit D. Ber. ho. 42. n. 83. vsq. 86. Ex hoc ita Dei

gra-

gnificet offenditur, quod illi nequaquam fidamus, dum ei famulamur: videtur etenim quod eum ita tractamus q. d Fili, serui mihi, & inquire qui te nutriat; ab eam diffidentiam puniuit Moyses, Ananiam & Saphiram. h. 17. n. 8. vsque 12. Et hoc agit vt intelligamus, quod honoribus & opibus famulantes remuneret, ostendit in Iacob, nec illum diabolo, mundo, carnique contuleris ibid n: 12. vsque. 16.

XXIII. *Primum ergo quærite regnum Dei.* Hoc primum est & principale, quod tibi est considerandum: nec enim te Deus creauit, vt in hoc mundo remaneas, & his bonis frueris: sunt enim nimis vilia, sed vt Dominus fas æternorum suorum Regnorum: hoc tibi dicitur dum baptizaris, efficeris enim cœli candidatus. h. 11 n. 6. vsque 12. Vtinam ad hoc Regnum oculos attolleres, multò fortior euaderes quam Ioseph, qui sium in somnis conspexit ibid. n. 2. 3. Per hoc animum ad fiduciam spemque conciperes ibid. n. 4. Hoc Deus Dauid mandauit. ibid. n 7.

XXIV *Primum Regnum Dei.* Hic finis est in quem creatisimus. & expediret cum semper mentis oculus ad finem collimet, illum haberes & Regnum hoc attenderes, vel saltem esses piscis alatus, h. 11. n. 13. Si Regnũ hoc contemplareris, diligentem te redderet: insigne namq, præmium alas addit etiam boni h. 12 n. 7. vsq; 13

XXV. *Et hæc omnia adijcientur vobis.* Præscribit nobis Dominus lectionem, quam postmodum tradidit S. Catharinæ senensi. *Filia cogita de me & ego cogitabo de te.* h 27. n. 12 Indubitatum enim est quod si de Deo sedulo cogites eiusque studeas obsequio: ipse pariter sedulo de te cogitabit nam qualis illi fueris, talis ipse tibi futurus est. h 25 n 50. vsque 61,

XXVI. *Hæc omnia adijcientur vobis.* Emphasim attende verbi. *Adijcientur vobis.* q. d. Ne suspiceris me tam floccifacere tua obsequia, quod illa velim rependere vt mercede principali, bonis adeo vilibus scilicet mundanorum: etenim in rei substantia, omnia sunt aer, vt ipsi fatentur qui illa sunt experti. h 4 n. 19. vsq. 26. Bona infinita vestrum futura sunt præmium primariũ, & illa tibi sunt conquirenda. ad exemplum Abrahæ & D. Thomæ h 1. n. 15. 16. nec tibi persuadeas quod Deus iis quos diligit rebus adeo vilibus qualia sunt terrena, persoluat. h. 32 n. 21. 22. Hæc tantum illi tribuit vt quædam arrhetitia, in quantũ conducunt ad obtinendũ bona æterna, quocirca nec absolute sũt petẽda. ibid n 31. vsq, 35

DOMINICA DECIMA QVINTA POST PENTECOSTEN.

I. *Ibat Iesus in Ciuitatem quæ vocatur Naim.* L. 7. vide. h. 31. continet enim hoc Euangelium & quæ supra notauimus quinto die Iouis Quadrag.

DOMINICA DECIMA SEXTA POST PENTECOSTEN.

I. *Cvm intraret Iesus in domum Principis Pharisæi Sabbato manducare panem.* L. 14. Congruenter vocat Christus Pharis. filios diaboli quod idem cum ipso desiderarent, nempe ruinam mortemque Christi vt enim eorum peccatum erat inuidia, vires omnes intendebant, vt eius dignitati & autoritati derogarent: vnde dixit eis. *Vos ex patre diabolo estis, & desideria eius vultis facere.* Et sicut dæmonis officium est tentare ad petitionem, atq; eo fine laqueos extendit in omnibus quibus potest occasionibus. h. 5. n. 24. vsq 28. ita quoq; illi conabantur vbicumq; poterant Christo parare tendiculas: & credere fas est quod ea mẽte cõuiuium hic hodiernũ de quo Euangelista fuerit instructũ.

II. *Cum intraret in domum Principis Pharisæorum Sabbato manducare panem.* Die festo Pharisæus Christum ad epulas inuitauit: sunt enim epulæ conuiuantium licitæ, quæ iustam habent rationem, nominatim ob festorum solemnitates, quales Tobias instituebat homil. 16. numer. 23. 24. & suadet ratio illas parari Dei ministris ho. 38. numer. 8. 9. sed sunt hæc conuiuia ex occatione proposita vt aliquis notaretur defectus: ideirco quam primum ad mensam Pharisæi resederunt inceperunt notare eaquæ Christus dicebat aut faciebat Obseruabant eum, iuxta illud de Psalterio. *Obseruabit peccator iustum.* &c. Quamobrem hortatur D. Hieron. viros Ecclesiasticos, vt raro admittant conuiuia sæcularium h. 38. n. 16.

III. *Et ecce homo hydropicus erat ante illum.* Loquitur hic Euangelista D. Lucas sicut in conuiuio Simonis: nam ad mensam recumbentibus, non ait vt apposita consideremus fercula, sed vt confestim oculos ad mulierem ditigamus peccatricem ho. 38. nu. 17. Quia non acceptabat Dominus epulas ob ciborum voluptatem, sed ob bonum quod præstiturus erat animabus & corporibus, sicut in hac effecit conuiuij occasione, curans hunc hydropicum, atque ex occasione conuiuij humilitatis & eleemosynæ lectionẽ prælegens salubertinam, qualẽ his Pharisæis proposuit. h. 18. n. 12. vsq; 15.

IV. *Ecce homo hydropicus erat ante illum.* Satis hoc arduum erat: quomodo poterat homo esse ante Christũ quia Iudæi recũbẽtes in terra vescebãtur facie cõuersa ad mẽsam, & pedibus extra apparẽtibus, vt dictũ est de Magdalena. Hinc addisces Christũ ferculis dapibusque non intendisse, sed hujus infirmi curationi: nam idcirco recubuit; ita vt coram illo collocati potuerit: etenim ea mente conuiuium acceptauerat. h. 38. n. 12.

V. *Ecce homo hydropicus erat ante illum.* Magdalena retro sterit, & hic ante, & ambo prudenter ex diuerso respectu. h. 2. n. 45. Magdalena declarat culparum sharũ

cognitionem, & pudorem quo ex illis verecundabatur h.38.n.44.vsq;60. Hic vero hydropicus Domini attendebat misericordiam,qui nostras intuens miserias,illis compatitur. h.31.n.56.h. 32.n.69.

VI. *Homo hydropicus erat ante illum.* Actionem hic attende prudentissimam ad vtilitatem tuam, vt te statuas ante Deum tuam repræsentans infirmitatem:quâvis enim illi notior sit quam tibi, vult tamen vt eam illi re præsentes. h.32.n.35.vsque 38.

VII. *Respondens Iesus, dixit ad Legisperitos: si licet Sabbato curare?* cui respondit,si nemo illum interroget? Cogitationibus eorum:etenim videntes paralyticum coram illo, Christum considerarunt quasi inter duos molares lapides coarctatum,ex vna parte premebat misericordia vt infirmo benefaceret, ex altera verò tetrahebat legis iustitia ; credebant enim illi, quod iuxta illam illicitum esset curare in Sabbato. Talis etiam fuit illa angustia ad quam illum redegerunt quando in casu adulteræ luctabatur misericordia eius cum legis rigore h.26 n. 37.his igitur cogitationibus, quas animo voluebant,quærentes quid Christus acturus esset,respondit:ostendens perspectas esse sibi eorum cogitationes, per quod se verum esse Deum testabatur h.26.n 40.h.41.n.12.

VIII. *Si licet Sabbato curare.* Hanc illis proposuit quæstionem, vt instruerentur, & in ignorantia sua illuminarentur, & ait Euangelista : tacuerunt : quod illis erat valde familiare : nam in conspectu eius non audebant illi respondere, quando interrogabat illos de operibus suis, sicut etiam quando ipsos interrogauit de bapt.smo D. Ioannis, & eo absente illis detrahebant, sicut quia cæcum illuminauerat, dixerunt: hic homo peccator est, quia in Sabbato curauerat. ho. 34. au. 38. ea multorum est conditio : qui te præsente non audent mutire tibique adulantur, & in absentia de tuis loquuntur defectibus, vel vt tales diuulgant, actus illos qui tales non sunt : homines peruersi & præposteri. h.34.n.36 h 35 n. 11.

IX. *At ille apprehensum sanauit eum ac dimisit.* Manu sua illum apprehendit, & curauit eum ab hydropisi, quisanus effectus sustulit coram omnibus grabbatum suum:quo declarauit Dominus diuinæ suæ carnis virtutem.nam etiam idcirco tetigit leprosum, & mutum, virtutum suam ostendens omn. infirmitate esse superiorem, ac proinde nec contra legem his contrectibus peccaret, qui tamen illi repugnare videbantur. h.31.n.67.h.38.n 103.

X. *Dimisit eum.* Apprehendit eum manu sua, curauit illum ac dimisit. Se Deum declarauit in modo curandi, cum plena potestate faciendi quod volebat, & quomodo placebat : nulla præmissa oratione nec cerimonia,sed quasi nihil faceret,hic modus Deo proprius operandi teste Propheta.h. 30.n.3.4.

XI. *Cuius vestrum asinus aut bos.* Perfecto opere [illegible] tum probat Dominus insipientiam, quod crederent illicitum esse curare infirmos in Sabbato, eo ipso, quo censebant ipsi licitum curare bouem aut asinum de festo prolapsum in puteum : itaque probat, ipsis magis valere bouem quam hominem & temporalia quam spiritualia. Cuncta trutinabant statera dolosa & mendaci.h. 10. n. 24.& sat multos inuenies his similes qui corporalia tantum curant,spiritualia vero animæ omnino negligunt. hoc viri iusti non faciunt. homil.23 numer. 23. 24.

XII. *Dicebat autem & ad inuitatos.* Vitium superbiæ regnabat in illis & auaritiæ : atque idcirco accepit Dominus conuiuium, vt illis in hac materia aperiret oculos : quod & fecit:hortatus primo eos, vt in conuiuijs locum eligerent inferiorem : & secundo vt conuiuia instituerent memores pauperum & eleemosynarum.Mecum mirare quam profundas in illis radices egerat superbia ; cum vitium sit adeo ab homine alienum,& Deo execrabile.h.15.n.30 vsque 33.

XIII. *Omnis quise exaltat humiliabitur.* Hoc documentum est domus Dei, modo contrario quam mundus operari.Si diuitas quæras quære paupertatem:si quietem quære tribulationem:si exaltari cupias, teipsum humilia.h. 2. n. 32. vsque 37. Vide dicta secundo die mar. Quadrag. ad eadem verba.

DOMINICA DECIMA SEPTIMA POST PENTECOSTEN.

I. *Audientes Pharisæi quod Iesus silentium imposuisset Sadducæis.* Matth.22.Contigit [illegible] historia post ingressum Domini festivum [illegible] Hierusalem die Palmarum, vbi triduo illo vel [illegible] triduo moram traxit prædicando, suam potestatem faciendo potestatem : quamuis autem illos [illegible] morti adiudicassent idque in pleno Concilio, [illegible] illis tamen permisit suam exequi determinationem, [illegible] los cohibens, non alia potestate quam omnipotentiæ suæ, vaticinium implens Iacob, & ostendens [illegible] suam esse voluntariam.h 41.n.13. vsque 17.

II. *Audientes Pharisæi.* Accesserant Sacerdotes Dominum certa quadam obiectione capturi circa [illegible] riam matrimonij, quibus Dominus tale dedit responsum vt os illis obstruxerit. Quo audito Pharisæi [illegible] furore insanientes in vnum conuenerunt vt illi [illegible] interrogationibus laqueos pararent : numquam [illegible] ab his destiterunt, quantumuis illos Dominus [illegible] dore confunderet. Filij erant diaboli, & sicut [illegible] numquam cessat, sæpius licet repellatur, qua de [illegible] vocatur Beelzebub,sic & isti h. 19. n. 38.Imo [illegible] mone nequiores,quia multo fuerunt molestiores [illegible]

fuerit eorum pertinacia. hom.8 n.19.vsque 28.

III. *Conuenerunt in vnum.* Aliqui credunt congregationem,illam fuisse Phariſæorum & Sadducæorum; alij vero opinantur, tantum fuisse ex Phariſæis; etenim inter ſe variis erant diuiſi prætenſionibus, ſed contra Chriſtum omnes cõueniunt vt Herodes & Pilatus; nam fuerunt capita draconis inter ſe diuiſa & coronata, ſed vnita contra filium Dei. h.35.n.13 14.

IV. *Conuenerunt in vnum* Inter ſe diuidebantur, ſed contra Chriſtum vniebantur. Hoc namque mundo frequens eſt, vt mundani viuant diuiſi, quiſque ſuam proſequitur cogitationem alteri contrariam,ſed omnes conueniunt in eo quod ſic contra Chriſtum moliantur; ita vt ſuperbi, auari, inhoneſti hæretici, idololatræ, licet inter ſe diſiuncti, tamen in eo conueniunt, quod Chriſto repugnent. O Domine liceat tibi dicere: *Supra dorſum meum fabricauerunt peccatores*: Quiſque ſuum dirigit aratrum; & omnes ſulcos ducunt per humeros Chriſti; nec alius ei ſuccurrit auxiliator. hom.37 n.20 h 39.n.33.

V. *Conuenerunt in vnum.* Malitia formidoloſa eſt; quia opera eius mala ſunt,& bene dicit Salomon: *Timida eſt nequitia*, reum vocibus ſuis perterret, quibus eum mala perturbat conſcientia;quocirca ſocios quærit,at tres animumque conquirat, vnde communiter conſpirant peccatores, de quibus ſic Dauid. Contra populum tuum conuenerunt, conſilium cogitauerunt vnanimiter.hom.37.nu.54. Eſt mala conſcientia accuſatrix perpetua; vnde peccator ab aliis quærit conſilium, quo nequitia illius confirmetur. ibid.n 64.

VI. *Interrogauit eum vnus legis Doctor.* Dixerat quidam Euangeliſta quod cùm Dominus confudit Sadducæos, Phariſæi abierunt, ſe cohibentes, nec auſi ſunt eum interrogare, & iam videbatur in illis quaſi mortua illa malitia quâ conabantur illum illaqueare; ſed vina paruit; etenim oblata occaſione manifeſtabatur; ſæpe namque nequitia non eſt mortua ſed modicum abſcondita vt humor febris terrianæ. h.35. num.6.vſque 11.

VII. *Magiſter quod eſt mandatum magnum in lege?* Suumbus oritur verbis,ſed cor adfert hyenæ. hom.8. n.35.vſque 39. ſed accidit quod ait Dauid: *Dum ſuperbit impius, incenditur pauper*: Hac etenim occaſione ſibi ab arrogante illo oblata, formoſus vt ſol apparuit doctrinæ ſuæ diuinæ radios emittens. h.23.n.36.

VIII. *Diliges Dominum Deum tuum*, &c. *ſecundum autem ſimile eſt huic*, &c. His verbis declarat Dominus diuersum ſubſtantiam præceptorum primariorum, modumque quo adimpleantur. Maximum præceptum eſt amoris Dei, & proximi, & modus adimplendi diuerſus eſt quia amare Deum oportet ſine modo, & ſine termino;amare vero proximum cum modo & termino. Eſt amor in anima, velut calor in corpore neceſſarius ad vitæ conſeruationem.h.24.n.33 34.ſed ordinatus eſſe debet,vt dixit ſponſa; ſi namque ſit inordinatus, febris eſt & occidit. ibid.n.35.

IX. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo.* &c. *hoc eſt primum & maximum mandatum.* Modus diligendi Deum, eſt illum diligere ſine modo & menſura,vt loquitur D.Bernard. quia ratio amoris eſt bonitas, & ea quæ Dei eſt nullum habet terminum; atque ex eadem ratione fides & ſpes nullum habent medium; etenim hoc proprium eſt virtutibus Theologicis, vt aiunt Theologi. Deus ſolus eſſe deſiderat vt præfati ſumus Dom.14. ad illud: *Nemo poteſt duobus.* &c.

X. *Ex toto corde tuo.* Totum vult cor Deus, atque idcirco cum illud inordinatè dedicas creaturis illas tibi adimit quales ſunt filij, vxor, &c. hom.28.n.34.35. hom.31.num.65.

XI. *Ex toto corde tuo.* Cor ſibi conquirere ſtudet Deus & in eum finem ſua dirigit ſtudia, & tanta contumax eſt durit e, vt Deum aliquando deſineat velut animo ſuſpenſum. ho.25 n.24. vſque 28. & fatigatur cum Ezechiele. ibid.n 28.vſque 31.

XII. *Ex toto corde tuo.* Totum tuum cor deſiderat Deus, quia te diligit. Non illud exoptat ſibi ad commodum; nec enim Regibus terræ conferendus eſt.h. 41.num.59.vſque 62. Tantum intendit in eo perfectè commorari; vt ei omnia ſua bona communicet; cuius thronus eſt ſicut ſol; & ideo, mens eius eſt, vt totum illi configues, vt in eo plenè requieſcat, omnes in illud euacuans & effundens diuitias; vt enim eſt ſummum bonum, non quieſcit donec omnes effuderit. ibid.n.60. vſque 65. Nam ſemper in eo quod à nobis efflagitat noſtrum intendit commodum,vtque ex omnibus eius locupletemur diuitiis. h.17.n.34. vſque 37.

XIII. *Ex toto corde tuo.* Non totum ſibi petit cor, ſed tibi, *vt bene ſit tibi*, quod Moyſi dixit. h.19.n.48. ho.41.n.65. & quantò magis illi cor tuum tradideris, tantò erit tibi vtilius.

XIV. *Ex omnibus viribus tuis,* Non à te poſtulat Deus, niſi quod potes,vnde diuerſa amoris opera petit ab his & ab illis, iuxta ſingulorum virtutem. hom. 17.num.37.vſque 42.

XV. *Ex omnibus viribus tuis.* Poſtulat Deus quod pro viribus tuis vales efficere, & quod nullo negotio pro eius amore potes operari, nec tamen facis; & diabolo, qui petit grauiſſima vltra vires tuas ipſe ea vltroneus offers. h.25.n.63.vſque 67.

XVI. *Ex omni mente tua.* Videtur Chriſtus exigere impoſſibilia; quandoquidem hoc nihil ſit aliud quam illum indefinenter diligere,nec alias intendere; ſed iam tibi reſpondet D.Ioann. *Mandata eius grauia non ſunt*; qualia ſunt diaboli, mundi, & carnis. ho.3. num. 10. vſque 14. & comprehendit hoc D. Thom.

pauis dicens: mandatum hoc impleri potest semper in actu, vt semper actualiter diligas Deum; & habitualiter, quod est habendo charitatis habitum, nempe amorem, nihilóque admittendo eius destructiuum. In cœlis impletur perfectè in actu: sed in hac vita completur in habitu, illum in charitate conseruando, & amorem, in anima tua, nec admittendo peccatum mortale: hoc etenim Deum ab illa expellit: vnde ipsum grauius tibi damnum infert, quam ipse Deus tibi posset inferre. hom.13.n.28.vsque 31. & hoc supposito ipse homo Deum ab anima sua exturbat cum ipse in ea morari concupiscat. ibid.n.25.26.

XVII. *Hoc est primum & maximum mandatum.* Sicut ad ornatum cœli Deus varias statuit stellas, maiores & minores, & pctissimum solem, omnibus illis lucem administrantem. h.32. n.2. ita cœlum exornat animæ variis virtutibus, quibusdam maioribus, aliis vero minoribus: præcipuæ vero sunt Theologicæ, & inter omnes *Maior est charitatis* etenim illas habet prærogatiuas, quas sol super omnes stellas. Primò in nobilitate: etenim ingenuè Deus hominem excipit, nihil ab illo per vim extorquens, sed ex amore: nam idcirco nos creauit liberos h.17 n.42.h.18.n.20.& in tantum æstimat quod eius grata fit, in quantum ex amore fit & voluntate. h 1 n.18.& sqq.

XVIII. *Hoc est primum & maximum mandatum.* Similiter eminentior est in nobilitate: quâ Deus nos vt amicos habet & si verus amicus habendus est vt æqualis: proprium enim amori est facere æqualitatem. ho.25.n.37. tu iudica ad quantam te Deus euehat nobilitatem: & si amicitia omnia faciat communia: ecce qualiter Deus per hoc tibi cuncta quæ possidet, reddat communia. h.32.n.45.

XIX. *Hoc est primum, &c.* Attende mandati huius excellentiam: nam per illud Deo satisfacis, idem illi tribuens, q. od ipse tibi largitur. In beneficiis à Deo tibi præstitis hoc illi modo non vales satisfacere: si nam que te creauerit, illum tu nequis creare; & si tibi largitus sit vitam, illam tu ipsi largiri non potes: porro si te diligat, etiam tu illum diligis, & quanto tu illum amore prosecutus fueris, tanto & ille te prosequetur: ait enim: *Ego diligentes me diligo.* Vtinam hoc caperent aulici & optimates Regum terræ! sit de quodam tellatur D.Augustin. h.25.n.74 75.

XX. *Hoc est primum, &c.* Secundo præcellit vt sol in sua causalitate: quia sicut quidquid in hoc mundo producitur, per solis producitur virtutem & actiuitatem, scilicet aurum, argentum, fructus, &c. ita quoque amor Dei ipse producit sanctimoniam in Apostolis, fortitudinem in Martyribus, vitum spiritum in Monachis: omnes etenim fari possunt: *Charitas Christi urget nos.* Insuper in te tam pauca producuntur opera, quia languet in te amor Dei. h.22.n.3.& h.45 n.4.

XXI. *Hoc est primum.* Tertiò: principalis est virtute, sicut sol, cuncta namque viuificat: eam etiam D. Ioanne intelleximus: *Qui non diligit manet in morte.* ho.24.n.33.34 idque eo modo, vt extincto more maiores stellæ obscurentur, nempe fides spes: ac si sol in cœlo deficeret: hoc etenim affert D. Paulus. *Si linguis hominum loquar & Angelorum &c. si habuero prophetiam &c. Charitatem autem non habeam &c.* h.13 n.7.h.38.n.114.

XXII. *Hoc est primum.* Quartò: est eminentior sicut sol in potentia radiorum suorum: quia charitas ea est, quæ valorem & meritum præbet bonis operibus: nec eorum in se quantitas attenditur, nisi secundum amoris quantitatem ex quo fiunt, in quo Salomon magnam statuit felicitatem: vt quamuis opera interdum modica sint in se, illa tamen ex amore magna fiunt. h.1.n.22. idque taliter vt licet sint necessaria, sæpiùque etiam inuito contingant, illa tamen facere queas voluntaria in ratione meriti. Doctrinæ huius auctor est D.Hieron.h.9.n.47.48 & D.Augustin.h.9. nu.27. & seqq. & idcirco dixit Dominus quod mulier quæ minus in quantitate dederat, in valore tamen maius dedisse censeretur. h 1.n.22.

XXIII. *Hoc est primum.* Quintò: dignior est & vtilitate sicut sol: quia virtus est animæ vitalitas, quod ipse Dominus exponit: nam idcirco præceptum habet hanc in homine dilectionem: *Vt bene sit tibi.* h.19 n.47.h.41.n.65. quia per charitatem quæritur & acciderit animæ (hoc est esse emolumento, ita vt dixerit Apostolus. *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum*: & in omnibus merito possumus illis congratulari. h.32.n.41.vsque 45. & gaudiores tribuam tibi dignas pretio reddit insinito, & acerbiores pœnas sicut adeo dignas vt pluris valeant quam omnia regna: & ideo Deus sibi magis amicis illas imponit etenim amoris & charitatis manus adeo sunt efficaces, vt illis valorem tribuant infinitum. h.22 n.23. que 31. Tu iudica num lapis sit aliquis Philosophalis huic conferendus: qui omnia quæcumque tangit conuertit in aurum: si tibi Deus illum traderet vt quidlibito aurum faceres, quam foret ille pretiosus? Ita igitur agit charitas

XXIV. *Secundum autem simile est huic: diliges proximum tuum sicut teipsum.* Deus contrarius est duplo: hic etenim hoc præcipit vt quisque seipsum non tummodo diligat: Deus autem ordinat, vt qui quidem diligit, diligat & proximum suum. *Hoc præceptum habemus à Deo* (sic D.Ioan.) *vt qui diligit Deum diligat & fratrem suum.* h.22.n.2.3.4.

XXV. *Sicut teipsum.* Amandus est proximus ad mensuram, sicut teipsum: nam sicut teipsum amare debes in ordine ad Deum, & non inordinatè; talis ergo debet amor proximi, & hunc ordinem excedi Deo

zelotes execratur. hom.28.num.54.hom.32.n.64.

XXVI. *Diliges proximum tuum sicut teipsum.* Duo distinguit D.Bernard.in amore affectum & effectum. Quantum ad affectum, Deus semper est præferendus; sed sicut nostris non indiget operibus præsisè in ratione eorum: decernit vt primò subueniamus proximo tempore necessitatis. Hanc nota doctrinam. hom.23.num.58.59.60. Et vult Deus vt primò parentum & proximorum necessitati, quam sacrificiis satisfiat. ibid.num.55.

XXVII. *In his duobus mandatis vniuersa lex pendet & Prophetæ.* q. d. hic finis est legis & Prophetarum, & hoc intendunt, ad hoc rediguntur: sunt enim hæc duo mandata, duæ lampades cum duabus oleis ad latus candelabri constructis. h.30.n.25.

XXVIII. *In his duobus mandatis.* Sunt hæc duo illi lapides fundamentales, qui nisi collocentur, sec rum non extolletur ædificium, eritque quod Dominus dixit Ezechieli c. 13. vt aliquibus nuntiarent qui modo construebant inuerso lapidibus conglobatis sine calce quæ lapides coadunaret, quod certissimè structura collaberetur. *Dic ad eos qui liniunt sine temperamento, quod casurum est paries:* cui conuenit illud D. Pauli: *Si linguis hominum loquar, &c* h.38.n.112.

XXIX. *Congregatis Pharisæis, interrogauit eos Iesus, Christus cuius filius est.* Comprehendit illos Dominus eodem ipsorum laqueo S.Scripturæ, atque per illam ipsam eos emunicit; sum in illos retorquens, vti proprio illos gladio quem adferebant, transfodiens. ho.35.nu.23. Comparandus inuicto militi Banitæ; nam lancea, quam ab Ægyptio vi exterserat, eundem transfodit. h.44 n.9.

XXX. *Quomodo ergo Dauid vocat eum, Dominum?* Nouerat Dominus illorum ignorantiam; credebant enim Messiam futurum purum hominem, & purè descendentem ex familia Dauid, qui naturam aliam Dauide non haberet superiorem, vnde opinabantur venturum ipsum protestare temporali cum pompa, cuius præcia fierent corporalibus militum exercitibus, & qui terrenas solummodo possideret diuitias. hom.41 n.71. quos Dominus redarguit, ostendens quod habiturus esset naturam super orem quam Dauid: quod si ex vna parte esset eius filius, ex altera esset eius Dominus: sed sicut hoc non intellexerunt, ligati fuerunt & constricti argumento Saluatoris. Ratio fuit, ex sententia D.Augustin serm.124.de temp. quod terrenis essent & voluntatem haberent terrenis affixam, quare capere non poterant hæc mysteria. hom.29. num.52. Superbiâ turgebant quare hæc illis abscondebantur, & parvulis à Deo reuelabantur, vt Chananææ. hom. 9.numer.23.

XXXI. *Non sunt amplius ausi eum interrogare* Accedebant illi vt lixa, vbi flammas ignis extinctur.: sed ipsi comburebantur, & ignis lucidior apparebat, quo nobis infundit lucem quâ hæc mysteria agnoscamus. hom.23.num.2.35.36.

XXXII. *Non sunt amplius ausi.* Confusi sunt iuxta Isaiæ & Ezechielis oraculum. hom.26.n.48.

DOMINICA DECIMA OCTAVA POST PENTECOSTEN.

I. *Ascendens Iesus in nauiculam transfretauit.* Matth. 9. Erat Dominus sol diuinus cursum suum perficiens, & clariores continuo radios euibrans. hom.31.n 4.5. Fons erat hortorum eos perpetuo rigans. ho.24.n.2.3. Descendens de monte intrauit Capharnaum aliasque loca, mira patrando miracula: Deinde abiit in terram Gerazenorum: vbi vnico verbo ex homine eiecit integram dæmonum legionem, constans ad minus sex millibus, sexcentis sexaginta sex. Ex quo loco naui transmisit in Capharnaum, vbi operatus est miraculum quod nobis refert Euangelista se Deum demonstrans in tribus. In remittendo peccata, in cordis abstrusa penetrando, atque in curandis languoribus solo suę vocis imperio.

II. *Venit in ciuitatem suam.* Vocat ciuitatem suam Capharnaum, sic eam exprimit D. Marcus: quamuis enim concep us fuisset in Nazareth & natus in Bethlehem, tamen Capharnai fuit honoratiùs exceptus, vt patet in fide Centurionis & Iayri, & casu qui contigit in domo Simonis Petri: non enim æstimat Deus quemquam ob naturæ vel parentelæ dignitatem, sed ex modo agendi cum ipso per viuam fidem: vnde non iussè conquerun ur Nazareni, quod in Nazareth non ea faceret quæ Capharnai fecerat. h.21. n.27. si velis vt plura Deus tui gratiâ faciat quam aliorum, tu prior age plura quam alij. ibid.n.38.vsque 42.

III. *Offerebant ei paralyticum.* Vide dicta Dom.11. ad illud: *Adducunt ei surdum.*

IV. *Iacentem in lecto.* Figura est hæc peccatoris: est enim peccati pondus adeo graue vt ipsum Christum in terram prosternat. h.25.n.31.32.33.

V. *Videns Iesus fidem illorum.* Magna fuit illorum fides, quâ credebant Christum posse solo verbo hunc curare paralyticum, vnde summopere conati sunt illum coram eo collocare; ita vt, dicente alio Euangelista, tectum denudauerint, & per tegulas demiserint. Bona fuit hæc fidei dispositio, fundamentum est enim insignium prodig orum, quæ Christus operabatur. ho. 25.nu.36.& seqq. & hæc ad fidei mensuram operatur. h.2.n.53.& h.27.n.38. Et vbi illa deficit, nullum operatur miraculum; atque idirco nulla in te operatur, quia languet in te fides, sicut nec in patria Nazaretha vlla patrauit. hom.21.n.42.43.

VI. *Videns fidem illorum.* Hic patet quam diuersa fuerit Capharnaitarum & Nazarenorum fides, & quam iniustas deponerent hi querimonias dicentes : *Quanta audiuimus facta in Capharnaum* : quandoquidem nullatenus isti præstabant Christo quod Capharnaitæ. h. 21. n. 30. vsque 42.

VII. *Videns fidem illorum.* Etiam paralyticus habere debebat fidem, sed modica erat, quam aliorum adiuuabat, qui illum proferebant, nam actibus fidei quos exercebant, pro illo intercedebant : vbi notat D. Ambros. Primò. quod fides aliena huic profuerit, quantò magis propria auxiliabitur, si viua fuerit ? Secundò aduertit D. Chrysost. quantum tibi referat cum aliis orare : aliorum etenim deuotio tuam promouet tepiditatem : qua de causa magnam habet pro te efficaciam aliorum oratio facta in congregatione : nam etiam D. Paulus illam pro se fieri precabatur. Optimum documentum. h. 24 n. 46. vsque 48.

VIII. *Confide fili.* Congruum principium vt tibi Deus misereatur : tuam excita fiduciam, atque in Deum dirige velut in Patrem, qui te filium vocat : cui namque hæc deficit, nedum illi nullum confert beneficium, sed insuper castigat illum, vt Ananiam & Moysen. h. 27. n. 8. vsque 12.

IX. *Confide fili.* Hoc tuam animare debet fiduciam, quod Deus te suum vocet filium, vnde illum habere debes vt Patrem. h. 42. n 83. 84. Et hanc in nobis voluit excitare, dicens vt illi consideremus, cum nos vt filios haberet. *Qui portamini à meo vtero* hom. 27. n. 16. vsque 24.

X. *Remittuntur tibi peccata tua.* Ad morbi radicem Dominus accurrit, hoc etenim meo iudicio declarauit his verbis, sicut aliis, quibus paralyticum apud piscinam allocutus est. Valde frequenter propter peccata veniunt ægritudines. ho. 30 n. 29. 30. quocirca remedium illos curandis præscribit primo Salomon animæ putificationem. ho. 32. n. 11. quia vero hæc animæ mundities primò non curatur parum corpori proficiunt medicamenta h. 10. n. 25.

XI. *Remittuntur tibi peccata.* Contigerat illa paralysis in pœnam peccatorum : valde etenim leuia possunt etiam graues inducere languores. h. 10. n. 28. & seqq.

XII. *Remittuntur tibi.* Tibi semper caue ne tribulationes & infirmitates tibi obueniant in scelerum tuorum supplicii. h. 30. n. 31. Quamuis tibi non sit idem de aliis ferendum iudicium. Ibid. n. 32. vsque 35. Sed hoc de te ferto iudicium : vt irruente calamitate, vel infirmitate, statim ad tuam recurras conscientiam : etenim ob peccata oblita & incognita multæ contingunt aduersitates. h. 10. n. 26.

XIII. *Quidam de scribis dixerunt : hic blasphemat.* Hoc cordibus suis proferebant, sed omnia perrimabatur Christus quæ corde agitabant, & illis hæc manifestabat facta statim interrogatione, qua se verum ostendebat Deum, cui proprium est penetrare cordis abscondita. ho 26 nu. 40. h. 41. n 13. multo fortiori argomento quam illo Menandri solem esse Deum affirmabat. h. 33. n. 36. 37.

XIV. *Quid est facilius dicere, Remittuntur tibi peccata,* &c. Non quæritur, vtrum difficilius sit remittere peccata, vel curare, paralyticum sed quid sit facilius hoc aut illud dicere? A longe præclatum indicans mysterium, quo suam confirmat diuinitatem ; nam in ipso idem erat dicere ac facere : quod Deo proprium est. h. 2. n 39. 40. & probatur à D. Ambros. hom 15. numer. 28.

XV. *Quid est facilius,* &c Intendebat Dominus vt ex quibusdam miraculis ascensus graduque fieret ad alia, atque ex nonnullis operibus quæ faciebat fides excitaretur & spes ad vlteriora. ho. 27. n 40.

XVI. *Quid est facilius.* Miracula Christi in ordine ad diuinam suam omnipotentiam erant æqualia : sicut virtus eius & omnipotentia in se æqualis est, & tanta ad vnius formicæ quam Seraphini creationem. ho. 2 n. 39. & h. 25. n. 28. Porro in ratione operum quæ faciit sunt alia aliis maiora, tantumque est remissio peccatorum & animæ iustificatio, vt non solum excelat curationem alicuius infirmi in corpore, sed etiam cœli terræque creationem. h. 25. n. 4. 5.

XVII. *Quid est facilius dicere?* Tantum excedit animæ, quam corporis curatio, vt præter omnem comparationem, opus si eminentius ejicere ab anima dæmonem, quam possidebat, quam à corpore ; sicut multo peius eum in anima quam in corpore continere. ho. 19. n. 20. hom. 20. n. 2. 3.

XVIII. *Vt autem sciatis, quia filius hominis.* Excellentius opus est, vt diximus, remissio peccatorum quam curatio paralysis : sed respectu oculorum carnalium, qui hoc vident, illud autem non, posterius confertur priore eminentius. Vnde Dominus hunc sanans paralyticum in testimonium quod potestatem haberet remittendi peccata, & per consequens quod verus esset Deus : euidentiam præstitit, quam dicunt Theologi *testificantem.* Hoc est quando ad alicuius rei confirmationem fit miraculum omnibus id spectantibus. hom. 32. num. 81.

XIX. *Vt autem sciatis.* In duobus tantum casibus inuenio quod Dominus vsus fuerit hoc modo parandi miracula : in resurrectione Lazari quo protestari finem imposuit, quem ad confirmationem suæ diuinitatis instituebat. h. 32. n 81. & in hoc facinore : etenim nobis maximè conueniebat de hoc articulo remissionis peccatorum securos esse & confirmatos, est etenim vnica peccatorum consolatio. ho. 18. nu. 12. 13. præueniendo per hoc hæresim Nouati. ibid. n. 8.

XX. *Dixit, Paralytico, surge, & tolle lectum tuum.*

Pater

Patet hic liquidò potestas Christi, quodque certa sit curatio ab ipso facta, & quando tua talis censenda sit. hom.10.n 43. vsque 46. sæpe namque anima videtur curata, & non est: cum vires non habeat, quibus se ex animo & serio erigat, tollatque lectum suum, sed confestim in eadem peccata relabitur. hom.35 nu.6. vsque 11.

XXI. *Surge tolle.* Hoc idem tibi ad salutem tuam præscribit. hom.10 n.46 47.

XXII. *Videntes turbæ timuerunt, & glorificauerunt Deum,* Sol qui lim; idos illuminat oculos, obcœcat vespertiliones: & per hoc ipsum quod viderunt aliqui, f. int alij obtenebrati, atque ex miraculis Christi, quibus nemo illi illum agnouerunt & adorarunt vt Deum Iudæi obcœcati sunt: etenim propter illa mortem Dominum addixerunt. h.39.n.8.& seqq.

DOMINICA DECIMA NONA POST PENTECOSTEN.

I. *Simile factum est Regnum cœlorum homini Regi, qui fecit nuptias filio suo.* Matth. 22. Hæc parabola similis est illiquam proposuit Dominus de homine quodam prædiuite instituente cœnam magnam, ad quam plurimos conuocauit conuiuas: quamuis illa sit communior, cum possit exponi tam de cœna gloriæ, quam mysteriorum Christi, eiusque fidei: hæc autem tantum locum habet in mysteriis Incarnationis, in qua factæ nuptiæ sunt filij Dei cum humana natura, ad quas primo vocati sunt Iudæi, & illis ob eorum malitiam electis Gentiles imitati sunt. Cetenum propter magnam vnius parabolæ cum alte a similitudinem: ad huius explicationem quære dicta de alia, omnia enim conueniunt, vt diximus Dom.2. post Pentecosten.

II. *Simile est Regnum cœlorum homini Regis.* Vocat Regnum cœlorum Ecclesiam suam, atque in illa fieri quod Regi contingit: nuptias filio suo præparanti. Hanc parabolam propo suit post illa n de vinea, & eadem animi propositum: sicut enim per illam conuincit Iudæos de p ssimo scelere quod rei commiseran: eum præter Prophetarum & ministrorum Dei persecutionem & cædem, ipsum etiam morti denouerant, & declarat quod ea de causa de vinea essent exturbandi & plectendi, vt ipsi sententiam tule ant. *Malos male perdet,* &c. Ita Dominus hanc aliam adducit parabolam ad eandem intentionem, illis manifestans, quod à Deo vocati ad præclara Redemptionis mysteria, quæ venerat ipse perfecturus, Dei seruos occidissent imitatores, ipsumque iam nigro mortis calculo damnauerant, atque ideirco à Rege punirentur, occiderentur, eorumque ciuitas everteretur; hoc enim est *Perdidit homicidas illos, & ciuitatem eorum succendit.* Stulti fuerunt qui dixerunt Deum esse crudelem ob supplicia quæ inferebat, imo potius hinc infertur eius misericordia: cum tot modis præmoneat quatenus supplicia subterfugiant. h.13.n.2.3 4.

III. *Simile est Regnum cœlorum homini Regi.* Hanc parabolam Christus Iudæis proposuit: vt ex illa suam notarent ruinam, nobis autem illos proponit, quatenus ex illorum perditione nostram videamus si similes illis fuerimus. hom 17.n.2.3.

IV. *Homini Regi qui fecit nuptias filio suo.* Hic Rex Deus est, qui filij sui disposuit nuptias cum humana natura in ventris purissimi thalamo, Spiritu S. coniungente sponsum hunc cum sponsa hac, cui vnitus pro esset, *Tanquam sponsus de thalamo suo.* Nuptiæ factæ sunt ex quibus gigneremur filij Dei. qui ex natura nostra filij eramus Adam, peccatores. Hoc mysterium etiam declarauit Dom nus similitudine fermenti. homil.41. numer. 68. vsque 71. Nuptiæ ad quas sponsa conuocabat: *Videte Regem Salomonem, &c. in die desponsationis & lætitiæ.* Hic etenim dies illi luxit festiuissimus, quando humanæ naturæ desponsatus nostram operatus est Redemptionem: & tanto fuit hic alacrior, quanto pl ra faciebat & patiebatur. hom 42. num.25 66.67.

V. *Misit seruos suos.* Misit Prophetas vt Iudæos inuitarent: quidam se hoc modo, alij alio excusarunt: imo tanta n mulli temer.tate fuerunt impudentes vt seruos trucidarint: quamobrem iratus Rex eorum & ciuitatis ipsorum decreuit internecionem. Hic pars parabolæ absoluitur, circa quam vide notata Dom.2. post Pentecost. Ex quo instruimur, quod sicut Iudæos perdidit, nos quoque sit perditurus, si iisdem cum illis scelcribus inuoluamur. h 17.n.48. vsque 53.

VI. *Tunc dixit Rex seruis suis: Ite ad exitus viarum.* Hæc secu da pars ad nos spectat: etenim declarat, qualiter exclusis Iudæis vocauerit Gentiles: vide quæ d.ximus Dom 2.

VII. *Intrauit Rex vt videret discumbentes, & vidit hominem non vestitum veste nuptiali:* quem interrogauit q a temer.tate a dax illuc intrasset, &c. qui nihil respondens obmutuit, vnde & illum puniri mandauit. Regis admirare reprehensionem: si namque vocari usserit pau ere laceris indutos vestibus, quo iure stomachatur, illique indignamur. Et amplius, obstupescc quod interrogatus obmuterit: cum illi tam facilis videretur offerri responsio: Domine veni talis qualis eram, dum me vocarunt, dicentes, se pauperes vocare, &c. Absque dubio legitima fuit & congrua reprehensio, adeoque iusta, vt non habuerit vir ille quod obiceret ad sui defensionem: quia Rex non petebat ab eo vestem eius disparem facultatibus, sed vt illam haberet

haberet mundam & expolitam hoc enim est vestibus indui nuptialibus, honestis mundisque se vestire, & modo quo fieri potest ornatiori: nam hoc efflagitat à te Deus, qui te ad supremum non cogit perfectionis apicem sed vt in statu tuo in Dei famulatu mundus vias & honestus: in omnibus etenim statibus hoc potes efficere etiam exiliens miles. ho. 2. n. 4. nam ex militibus tuas Deus excusationes redarguit: ibid. n. 7. & ho. 24. n. 17. vsque 26. Et si vestibus prodire non potes ornatus, quali virgines honestum indue in statu matrimonij amictum ibid. n. 19. 20.

VIII. *At ille obmutuit* Ratio secunda & conuenientior hæc est, quod Rex ille inuitatis ad nuptias statuerat quasdam ad ingressum qui darent vestes intrantibus nuptiales & cultiores: hoc enim agit Deus: nam intrantibus Ecclesiæ suæ palatium, vt his fruantur nuptiis ad introitum vestimentum tribuit gratiæ suæ candidissimum, per illud designatum quod baptizato imponitur: quia vero hoc amitti potest, ministros habet paratos, quales habuit Pater filij prodigi, quibus imperat: *Afferte stolam primam*: sunt autem Confessarij. Itaque tibi ad culpam reputatur quod Deus te veste reperit non indutum nuptiali: & hora aduenientè reddendæ rationis, cum tibi dicetur cur vestem non habes nuptialem? non habebis quod respondeas, cum tibi tam abundanter prouiderit, vt nihil tibi desit h. 17. n. 29. vsque 32.

IX. *At ille obmutuit* Tam modicam habet rationem peccator quâ Deo non seruiat, vt si quando ab illo quæsiturus est *quomodo*? non sit habiturus quod respondeat: est enim peccatum talentum plumbi, quod os obstruit ho. 34. n. 26. & verè tanta est peccati malitia, vt quando Deus illam peccatori detegit, confusione plenus totus obmutescat, vt Caino contigit. h. 6. n. 46. ho. 26. n. 54. ho. 38. n. 54. vsque 57. quod autem respondeas à Confessario reprehensus, indicium est te tua non agnoscere crimina, sicut Dauid ibid. nu. 57. vsque 60.

X. *At ille obmutuit.* Reliquit nobis Christus pretiosissimas vestes meritorum suorum, vulnerum & cruciatuum: hæc omnia testes tibi erunt aduersarij vt dixit Iob, qui tibi os oppilabunt. h. 6. n. 25. vsque 29. Præsertim quod nobis infinitas tradiderit diuitias, si nobis has velimus ad salutem assumere, iisque cooperati. h. 42. n. 16. & seque.

XI. *Et dixit ministris.* Ligatis manibus. Vide dicta Do. 5 post Epiphan ad illud: *Alligate in fasciculos, mittite in tenebras exteriores &c. Ibi erit fletus & stridor dentium.* Vide ignem inferni ho. 6. n. 6. vsq. 64 & h. 16 n. 40. vsq. 46. Ignis est tenebrosus, quo tantum videbitur quod pœnam adferre poterit ibid. n. 46. vsq. 49.

XII. *Multi sunt vocati*, &c. Vide notata ad eandem sententiam Do. Septuagesimæ.

DOMINICA VIGESIMA POST PENTECOSTEN.

I. *Erat quidam Regulus, cuius filius*, Ioan. 4. Operatus est Dominus hoc miraculum cum esset in Cana Galilææ, post illud patratum ad nuptias nam per hoc diuulgata est fama Christi vsque Capharnaum, vbi Regulus hic morabatur. Erat Capharnaum vna de decem ciuitatibus illius Prouinciæ quæ dicebatur est decapolis, & ex doctrina Plinij colligit Cardinalis Baronius in illa ciuitate præsidem fuisse particularem qui dicebatur Tetrarcha, & hic est quem D. Ioan. nuncupat Regulum, ita vt esset quasi Rex illius ciuitatis sed quia subditus erat Romanis, non erat proprie Rex, sed tantum vt prorex. Huius igitur filius infirmabatur etenim nec esse Regem aut supremum in mundo Monarcham sufficit, vt non intrent in domum eorum ægritudines: est namque mundus vt Ægyptus & vsque ad aulam Regis mors introgreditur: licet enim nobis expedit. h. 24. n. 25. 26.

II. *Erat quidam Regulus cuius filius*, &c. Potuit hoc esse vnicus, in quem totus Parentis amor conquiescaret, Deus autem Zelotes non patitur vt aliquod inordinato diligatur amore; licet etiam sint filii h. 23. vsque 36. ho. 31. n. 65.

III. *Cuius filius infirmabatur.* Vult Deus patrem capere, at autem se manibus eius vltro tradant, filium morbis discruciat, vsus astutia praxique e Absalone h. 9. n. 19. quinimo & filios ob parentem peccata castigat. ibid. n. 20. vsque 23

IV. *Cuius filius infirmabatur* Ne cogites mentem tibi filijsque tuis casu contingere: nec enim illos adminus sine ratione euenire permittit. ho. 10. n. 29. h. 38. vsq. 41. Et ita hic contigit, quod Deus voluit per filium venari patrem, eo modo quo Onagra capitur. h. 9. n. 10. vsque 14.

V. *Cuius filius infirmabatur.* Intendit Dominus hic Regulum disponere, vt cum illo agat, eiusque corde dem suam infundat: eo fine ad domum illius agit, diuem mittit: etenim quando illa torquemur, tempus est Dei agendi nobiscum h. 36. n. 40.

VI. *Cuius filius.* Quam sollicitus, quam curiosus xius hic Regulus pro filij sui salute ad Christum accedens, eiusque patenter perferens reprehensiones. Parentes etenim sui sæpius obliuiscuntur vt filios admoneant, nec filium inuenies, qui Christum propatente rogaturus accesserit. h. 15 n. 29. 30.

VII. *Incipiebat mori.* Pater valetudine gaudet prospera, & filius exspirat: frequentius etenim mortalius quam parentibus est vicinior. Nemo vitam [illegible] accum-

secutam, quantumuis inuenis h 31.n.17.vsque 28.& minus adhuc infantes. Nota discursum ibid.n.28.vsque 33

VIII. *Incipiebat mori.* Prudenter fecit accedens ad Christum cum enim mors inciperet intrare, solus potest eam Christus detinere h.31.n.71.

XI. *Rogabat eum vt descenderet.* Hoc eius tribuo prudentiæ quod Christum conuenerit, eiusque peculiarem opem efflagitauerit: hoc etenim primum esse oportet in morbis tuis remedium. homil. 32. nu. 7. Ea prius ad illum confuge, quam ad medicos ibid. numer. 11.

X. *Rogabat eum.* Medium esse debet oratio. est enim claus gazarum Dei h 9 n 4.

XI. *Vt descenderet.* In hoc erranit modicam suam prudens fidem quâ credebat Christum esse purum hominem, quia alioloco non esset quam vbi præsentia aderat corporali. Hunc quoque fidei defectum arguit in Martha h.11.n. 52.

XII. *Nisi signa & prodigia videritis.* Durius illi respondit Dominus, Centurioni vero benignius & layro similiter idem postulanti, imo quid amplius vt descenderet in domum suam, poneretque manum super filiam defunctam. Fecit ita Dominus, docens cum Elisæo non honorandum quempiam quia diues est, & alterum aspernandum quia pauper est: quo studuit elatam Principum deprimere superbiam h.2. n.20 & seqq.

XIII. *Nisi signa.* Erat etenim Christus optimus medicus & variis vrebatur medicinis: nec enim vna cunctis conuenit h.2.n.23 vsque 26.

XIV. *Nisi signa.* Præcipua ratio aspetius respondendi tam dicitur: quia cum modica accedebat fides: est etenim hæc miraculorum fundamentum h.27.n. 34.& ad eius mensuram illa operatur ibid.n. 38.eodemque cum illa procedit pede h. 2. n. 27.

XV. *Nisi signa.* Meo iudicio nullam habebat Christus rationem hunc seuerius increpandi: cum iustum non videretur non præmissis signis credere: sunt etenim illa quibus vera fides asseritur: nam idcirco semper sibi comites hæc duo processerunt ho.10.nu. 2.vsque 5. Non indignatur Christus quia signa postulant ab eo, quam illa daturus erat Iudæis vt crederent, & ita petiuit ille Abraham h. 8. n. 7. sed quia præmissis non nullis nullus sequebatur effectus, nec ab his nouerant ad illa discurrere, & ad singula quæque postulabant signa: hoc autem animabus proprium est indisciplinatis: nec enim sciunt discutrere in miraculis Dei. n. 21. n.32.h. 20.n.20 Et hic tuus est error. quod viso vno Dei miraculo fidem nescias excitare vt alia. quoque futura confidas, vt Rex Asa.h.27. n.44.atque hunc in Moyse Deus errorem punuit ibid n 10.

XVI. *Domine descende.* Sapienter perseuerat in oratione est etenim necessarium vt assequaris quod intendis h.9.n.14. Hoc ita Christus id seipso docuit h 41.n. 90. 91. & miram habes de hoc D. Ambr. doctrinam dicentis: vim nobis esse *Deo* inferendam per orationem ibid. n. 92. 93.

XVII. *Vade filius tuus viuit.* Taliter dat Christus filio vitam, vt etiam illam fidei tribuat patris, illum instruens non opus sibi esse vt eo tendat tanquam purus homo: quandoquidem vbilibet esset vt Deus: vnde quâuis ibidem esset secundum corpus vt homo in domo tamen eius esset vt Deus, cuius verbum adeo potens est, vt quidquid dicit operetur: & hic ore prolatum, effectū habet in longe dissitis, & voluit vt crederet illud. quod credebat Centurio dū diceret *Tantum die verbo.* h. 2 n. 39. Est Dei verbum gladius in ore eius h. 31.n. 72.73.

XVIII. *Credidit homo & ibat.* Modo bene proficiscitur, cum iam gressibus incedat viuæ fidei: nam iuxta hoc certo sequitur optatum responsum vt dixit Matthæ. *Si credideris videbis* ho. 32 numer. 27. prout viua fide processeris Deo confidens, effectum poteris exspectare ho. 27. nu. 38.

XIX. *Iam eo descendente.* Cum iam proximus esset Capharnaum famulis suis occurrit, qui filij eius nuntiarent reparatam salutem, à quibus horam interrogans, audit: *Heri hora septima reliquit eum febris.* Nota verbum. *Reliquit.* Plura dixerunt quam intelligerent. nam in rei veritate, febris erat velut quidam satelles, à Deo missus vt, pignora caperet in domo huius Reguli, & filium iam pignus acceperat: & indubitanter donec Rex omnium supremus aliud mandaret, illum non soluisset, & ita eadem hora quâ Dominus hoc præcepit, *Reliquit illum febris.* Hoc tibi sume documentum. ho. 2. numer. 47. vsque 50. vt etiam fecit Chananæa ho. 9. numer. 23 14.

XX. *Credidit ipse & domus eius tota.* Ecce finis hic est miraculorum Christi: & eo fine fiebant, quæ faciebat in parentum & filiorum vtilitatem. homil. 8. numer. 41. Non qualia mundus magni facit. ibid. numer. 44 vsque 46. Sed nec qualia petebant Pharisæi, ibid. numer. 39. 40.

XXI. *Credidit ipse & domus eius tota.* Hic igitur recta progreditur via, nec arcus est prauus, vt erant Pharisæi, qui visis miraculis parum est quod in illum non crederent, insuper & cum occiderunt. h.37.n.9. Vnde cum Saule reprobantur. bid.14.

DOMINICA VIGESIMA PRIMA POST PENTECOSTEN.

I. *Simile est regnum cœlorum homini Regi qui voluit rationem ponere cum seruis suis.* Matth. 18. Duo Christus per hanc parabolam indicat. Primùm est articulus nostræ fidei. remissio scilicet peccatorum ex Dei misericordia. Secundum est, te te-

neri remittere iniurias tibi inflictas. Hanc parabolam Dominus proposuit ex occasione quod proposito præcepto de correptione fraterna: *Si peccauerit in te frater tuus* D. Petr. ab illo percunctatus esset. *Quoties peccabit in me frater meus, & remittam ei, vsque septies?* Et quamuis Dominus generaliter loqueretur de omnibus peccatis: quia omnia dicuntur in te commissa, ob singulares rationes ho. 22. n. 11. vsq; 21. tamen loquitur potissimum de offensis tibi in particulari irrogatis, quas teneris remittere, si esse vis filius Dei: & hoc confirmat exemplo Patris cœlestis, in parabola quam proponit; quod si tu proximo non ignoscas, nec ipse tibi peccanti ignoscet. h. 3. n. 54.

II. *Simile est regnum cœlorum homini Regi qui voluit rationem ponere* &c. Regnum cœlorum est Ecclesia. Nemo sibi persuadeat in ea se posse viuere, nulla reddita ratione, vt hæretici contendunt: nam omnium est reddenda ratio, verbi etiam otiosi: librumque habet Deus in quo singulas nostrorum bonorum & malorum partes conscribit, ne vnâ quidem omissa; hoc asseruit Hieremias: *Vigilauit iugum iniquitatum.* h. 34. n. 60. 61.

III. *Voluit rationem ponere.* Reddendus est omnium computus. Asseruerunt multi, quod Deus mundum non gubernet, & omnia comparari posse ergastulo stultorum, nulla habita dataque ratione. Est autem hoc adeo certum, reddendam esse rationem, vt in eum finem tantum diem significauerit, quo regimini sui proponat rationes, bonos remuneret malosque puniat. h. 6. n. 29. vsque 32.

IV. *Voluit rationem ponere.* Hoc plurimum inter alia vitæ nostræ congruit emendationi, si consideremus reddendam nobis esse omnium rationem, eamque tantò strictiorem, quantò Deus ipse est, qui eam, est exacturus sine præmiis, siue suppliciis. h. 6. n. 4 Atque ideo hoc primum voluit vt mundo innotesceret, nempe dies extremæ districtionis; atque ad eius confirmationem primum omnium Abel subiit martyrium. ibid n. 7. vsque 12.

V. *Voluit rationem ponere.* His verbis auditis, ni fallar, omnes nos reputare debemus vt damnatos, cum probè sciamus à debitis absolutum esse neminem: sed adest Dominus nos consolaturus, asserens remissionem esse peccatorum quantumuis grauium, tantummodo rogando eorum indulgentiam. Res hæc est nostræ consolationi adeo necessaria, vt illam voluerit verbis, documentis, parabolis & exemplis confirmare. h. 18. n. 9. vsque 14.

VI. *Rationem ponere cum seruis suis.* Deus Dominus est, cuius omnes homines serui sunt, quibus talenta sua bonaque commendauit tàm corporis quàm animæ, sicut etiam temporalia, ne tibi blandiaris ô diues has diuitias esse tuas. Vide dicta Dominica octaua ad illud: *Habebat villicum &c. bona sua. &c.*

VII. *Et cum coepisset rationem ponere, oblatus est ei vnus.* Primus qui ingressus est, vnus fuit decem millium talentorum debitor. Numquid satius fuisset, si primo prodijsset quidata & accepta proferret æqualia? Nequaquam; talis etenim nullus est, nec esse potest, qui Deo non infinitè debeat; quia inter homines vel sunt iusti, vel peccatores. De peccatoribus liquidò constat multis obstrictos esse debitis; cum illud vnius tantum peccati mortalis, ita sit infinitum, vt ad integram illius satisfactionem, necessario pretium requiratur diuini ipsius sanguinis infinitum. homilia 42. numero 13. Iusti similiter tanta habent debita quanta sunt Dei dona quæ receperunt. Primò: quantis alus malis opprimitur tantis ipse debitis adstringitur; quia Deus ab his illum eripuit. homilia 10. numero 10. 11.

VIII, *Oblatus est ei vnus, qui debebat.* Secundò tantum Deo teneris, quantum pro te fecit in bonis naturalibus & supernaturalibus, quod tibi sua tradiderit Sacramenta & sanguinem; quod Pater suum tibi filium dederit, & filius omnes suas effuderit diuitias: nam hæc omnia tua sunt, merita illius, & Passio; nam vt Pater hæc omnia tibi consignat vt sint tibi ad emolumentum. hom. 42. num. 16. vsque 19.

IX. *Oblatus est ei vnus* &c. Si peccatis grauatus tuum hic notas deditum, si non gemueris, & hoc quoque hic attendas non minus, quod te celebrarit, ne in illa labereris; ita debitum suum agnoscunt Angeli. Hanc doctrinam hausi à D. Bernard. ho. 22. n. 49. 50.

X. *Oblatus est ei vnus qui debebat.* Omnia hæc beneficia, debita sunt, de quibus à tè rationem exiget, vt populo Samuel dixit: *Nunc state vt iudicio contendam vobiscum coram Domino, de omnibus misericordiis Domini, quas fecit vobiscum, & cum Patribus vestris.* Vnde sit infers Diuus Gregor. *Cum crescunt dilationes etiam crescunt donorum.* Tu videras quid cum talentis illis lucratus sis, si namque ille qui nihil cum illo lucratus est, sed nec perdidit, sed reddidit condemnatus, tu qui non solum nihil lucratis, sed illud vilipendis & dilapidas, cum prædico, multò uerius excipieris. Teipsum considera miserationibus Domini coronatum, sunt hæc grauia debita. hom. 17. numer. 29.

XI. *Debebat ei decem millia talenta* In quibus personas omnes abligurtuisse falcultates: in eo quod nullus in domo sua seruauerit ordinem: assumere voluit modum viuendi statu suo superiorem, & nemo dubitat quin opes exhaurienda sint, & tanta conquirenda debita quæ ta non possunt sustineri. Hoc mundum debitis grauat non toleraudis. h. 2. n. 62 vsque 66.

XII. *Iussit venumdari eum, & vxorem & filios.* Moris erat vt pro debitis venderentur vir, vxor illius, & filij, vt cõstat ex illa muliere in diebus Elisei: nam propter defuncti mariti debita, ipsam eiusque filios vendere voluerunt. Si quid intelligo transire poterat si vir ipse venderetur; sed quâ culpâ tenetur vxor, & quo debito filij? Magna nimis; cum enim data sit mulier viro in adiutorium, *In adiutorium simile sibi*; sæpius illa virum ad grauiora sollicitat debita, turpioremque perditionem, similiter & filij, ea non viuentes, quâ tales decet temperantiâ: iuxta doctrinam Apostoli. h.24.n.19.& seqq. h.13.n.9.

XIII. *Procidens seruus ille rogabat eum* &c. *Patientiam habe in me.* Hoc legitimum est peccatoris remedium, si se pedibus Dei prosternat culparum suarum veniam deprecans, diuinæ se committens misericordiæ, atque ad eius confirmationem voluit Deus hominem creare peccabilem, quem etiam permittit in peccata labi; est etenim monile seu gemma in eius corona ceteris eminentior; & nisi peccatores essent, illa non innotesceret. Hoc nota ex D.Hieron. h.18. num.25.

XIV. *Patientiam habe in me.* Ad hoc igitur permittit peccata Deus, vt infinita eius patefiat potentia & misericordia, vt dixit Apostolus: *Vt in me primum ostenderet omnem patientiam.* h.38.n.41. Vere etenim omnis, requiritur quam habet, patientia, quæ est infinita, vt sufferat peccatorem; si namque vel vnicus deficeret, non sufficeret secundum grauitatem peccatorum; & cùm sit infinitè maior Dei patientia quam malitia peccatoris, tamen per Hieremiam ait quod aliquando sibi deficiat, hinc perpende quantum sit peccatorum pondus. h.25. n.32. quare etiam Christo imposita terram terrore concusserunt, vt dixit D. Hilar. hom.42 n.14.

XV. *Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi.* Veratem seruus ille loquebatur, nam Deo illi existente misericordiæ suaque eum confortante gratia, posset pro omnibus debitis per veram satisfacere pœnitentiam; quæ tantum potest coram Deo, vt vna lacrymula cuncta possit eradere debita. hom.38. nu.77. & melius emundare peccata quam aquæ torrentis Cison. ibid.num.80.81. Quamuis hæc omnia diuinæ sint dona misericordiæ.

XVI. *Patientiam habe in me.* Hæc est ordinaria peccatoris cantilena pedibus prostrati Confessarij, vitæ correctionem proponentis, quam tam male custodit vtpote peccatis inhærens: hæc etenim ea est multorum impudentia, quâ cognoscentes Dei patientiam, illum detineant exspectantem. hom.37. num.18. vsque 21.

XVII. *Omne debitum dimisit.* Hæc ingens est Dei misericordia, quæ ad vnicum verbum omnia dimittit peccata: talis etenim est efficacia veræ pœnitentiæ, & vnius tunsionis pectoris ex corde verè contrito vt ingressus ille ante grauatus debito, liber egrediatur. Hoc in Magdalena Pharisæus non intellexit. hom.38. num.105. vsque 110.

XVIII. *Omne debitum dimisit.* Prægrandem mirantur Dei patientiam ipsi Sancti, ita vt de ipso Deo videantur murmurare quod nimis patiens sit. homil. 18. numer. 4. quinimo particulariter conqueruntur, quod ex eo quòd tanta sit, peccatores reddantur inde nequiores, vt patet in hoc seruo, cui cum Dominus cuncta remisisset, tantam continuo in conseruum suum commisit & ostendit animi ferocitatem; hoc enim indicauit Isaias. ibid. numer.28. & Elias. ibid. num.58.59.60.

XIX. *Egressus autem seruus ille.* Ostendit Dominus Dei miser.cordiam in remittendis iniuriis, à nobis illi illatis; nam transgreditur vt declaret obligationem quâ tenemur proximis nostris ignoscere nos offendentibus. Attende discrimen inter te & Deum, & iniuriam tibi ab alio factam, & illam quam tu Deo irrogasti. Si tibi Deus tanta remittit facilitate decem millia talenta, tu indica num tenearis illi remittere qui modicum tibi ventum debet, nempe vnicum verbum tibi iniuriosum; & hoc ipsum quotidie postulas. *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus.* Ne conceptum hunc prætereas. homil. 3. numer.48.49.

XX. *Egressus seruus ille.* Causam hic nota feritatis huius miseri serui, quia erat egressus de conspectu Domini; hoc est quod cito fuerit oblitus exhibitæ sibi à Domino misericordiæ: & hæc ea ratio est cur contra peccatores indigneris, teque offendentes, quia non attendis præstitam tibi à Deo misericordiam, sicut Pharisæi criminatores adulteræ. hom.26. num.42.43. Et Pharisæus despector Magdalenæ. ho. 38.num.104.

XXI. *Egressus seruus ille.* Hæc eius fuit ruinæ ratio, præstitæ sibi à Domino misericordiæ oblatio; illam etenim David semper habens præ oculis monebatur vt illam quoque præstaret inimicis; insuper idcirco permisit Deus lapsum D.Petri, vt eadem mensura illis metiretur, quâ sibi mensum fuerat; nam ideo proposuit hanc illi parabolam. h.43.n.8.vsque 15.

XXII. *Egressus seruus ille.* Magnum fuit hoc serui huius crimen: cum enim eius debitum tantum esset, indicauit satis esse rogare veniam, sicut reipsa fuit, non tantum vt illam speraret, sed vt illi quoque remitteretur: censuit autem id quod sibi debebatur maioris esse quantitatis: etenim differenter iniurias appendimus ab aliis nobis illatas, ab iis quas ipsi Deo inferimus; dicat modo David: *Mendaces filij hominum in statera.* hom.23. nu.15. O quam merito

tibi os obstrueretur ne tam aspere exciperes eum qui te offendit ; si rite perpenderes scelera quibus Deum irritasti; & si quando in alterum acerbiùs excandescerès, qui tibi verbulum obiecit, tibi Echo resonaret; vt olim Ægyptiis. ho.23.n.41. Et si decideret plumbi talentum in os tuum, quod vidit Zacharias; qualiter tibi os obturaret ? hom.34.n.26.

XXIII. *Egressus seruus ille.* Non-paruam præbet hic credendi occasionem, quod parum attenderit exhibitum sibi à Domino beneficium : cum tam cito rursus illum exacerbauerit, iniuste conseruum excipiens : atque per hoc credibile est, animam tuam sæpe non esse reparatam quando de pedibus assurgens Confessarij, oblata occasione, statim peruersum tuum prodis animum, & diuinam perdis gratiam, imo nonnumquam illam non recepisti, dum viua remanet in te nequitia. h.35 n 6.vsque 10.

XXIV. *Tenens suffocabat eum dicens. Redde quod debes.* Hic crimen illius attende, nec enim hoc erat, debitum exigere, hoc quippe iustum est; sed hoc tanto rigore & inhumanitate reposcere : hoc namque graviter Deum in multis diuitibus exacerbat, vt ait Isaias. *Omnes vestros debitores repetitis.* Omnes eadem tendetis nouacula, & eum qui potest soluere, & qui non potest, illum præfocas & opprimis debitorum scedulis, quas Isaias vocat *Fasciculos deprimentes.* Quod si dare tenearis eleemosynam extrema patienti, multo magis teneris dare dilationem in hoc quod alter tibi debet : & si quia diues negauit Lazaro panem condemnatus fuit, quid actum de illo fuisset, si propter aliquod debitum illum suffocasset ? illius supplicium sit tibi ad terrorem. hom.16.num.5. Et noueris Deum latere sub paupere, & quam pauperi crudelitatem ostendis, eandem Deo te demonstrare. ibid num.13.

XXV. *Procidens conseruus eius rogabat eum.* Hoc culpam aggrauat, quod conseruus esset, & ambo in vna eademque domo famuli seruirent; & hoc quoque tuum aggrauat crimen : nam hoc te deuincit vt misereatis & subuenias, non tantum vt illum non suffoces, sed illum à laqueo coneris expedire. hom. 21. num.47. vsque 51.

XXVI. *Videntes autem conserui quæ fiebant.* Non deest qui coram Deo contra tuam expostulet immanitatem. Vide dicta Dom. octaua ad illud. *Hic diffamatus est apud Dominum suum.*

XXVII. *Serue nequam omne debitum &c.* Bonum argumentum. An non ratio suadet, vt tu vel parum fratri tuo remitteres ex eo quod tibi remisi ? sit tibi hoc exploratum : sicut tu cum Deo circa proximum tuum feceris, sic & tibi Deus faciet par pari redditurus : te quippe mensuram fecit in eo quod tu remittes eius quod tibi remissurus est ; speculum enim est, & mensura quam vidit Zacharias, in quam Deus suos coniecit oculos. h.25.n.50.vsque 52. Et confirmatur à diuite Epulone & Lazaro. ibid.num.58.

XXVIII. *Tradidit eum tortoribus, donec redderet vniuersum debitum.* An ergo Domine, debitum [illegible] nequaquam indulsisti ? Indulsi : & quod Deus semel dimisit, numquam absolutè repetit ; sed illud assumit vt præsens peccatum exaggeret; quanto namque [illegible] clarior est præstita misericordia, tanta grauior est [illegible] pa, quâ Deo respondetur; vt colligimus in Nabuchodonosor contra Regem Sedeciam. hom 6.n.21. & Dauid. hom.35.num.17.

XXIX. *Tradidit eum tortoribus.* Inceperat Dominus viâ misericordiæ : ille vero ad hoc eum compulit vt viam ingrederetur iustitiæ, & vniuersum [illegible] peteret debitum. hom.28.n.48.

XXX. *Sic faciet Pater meus. Formidolosa sententia.* Ex censura D. Hieron. sed vera, & quæ nobis [illegible] rem debeat incutere. hom.3. nu.54. Et verè [illegible] efficacissimum, quo Deus nobis debita remittat, [illegible] esse credimus, si nostra aliis relaxemus, vt diximus. ibid. num.47. vsque 54.

XXXI. *Sic faciet Pater meus.* Arduum est hoc præceptum, remissio facienda inimicis, sed commodè oportet hunc bolum per huius parabolæ doctrinam vt illum deglutiamus. hom.3. nu.2. difficultas [illegible] vulgaris. ibid.num.4. Sed facilis efficitur. ibid.n. vsque 27. & probatur honorificum hoc mandatum. ibid.num.22.vsque 33. Et vtile. ibid.n.46.vsque 50.

XXXII. *Sic faciet Pater meus.* Considera quæ [illegible] strictè tenearis amouere offensas quæ Deo fiunt, [illegible] ille tuas ita sibi proprias assumat, vt remittens [illegible] bita, non remittat tamen tibi debita. hom.22. n. vsque 19.

DOMINICA VIGESIMA SECVNDA POST PENTECOSTEN.

I. *Abeuntes Pharisæi concilium inierunt, vt [illegible] rent eum in sermone.* Matth.22. Contigit [illegible] historia post ingressum Dominicâ Pal[illegible] rum quando Dominus inter inimicos suos coro[illegible] tus est ob dictas rationes Dominica 17. præced[illegible] fuitque grauissimum Pharisæorum crimen : cum [illegible] Dominus iustum indicasset supplicium illis super[illegible] turum, sicut super agricolas, quibus vineam suam [illegible] mendauerat, & seruos eius imo & filium occidera[illegible] & super inuitatos, qui ad nuptias filij Regis vo[illegible] contempserunt ; de quibus dictum est, Dominus [illegible] Cum conuicti esse debuissent, & à concepta tentat[illegible] di malitia ; quia illum morti reum adiudicarant, [illegible] dent peiora, & inde digressi consilia caperent qui[illegible] eum illaqueent, in quo patet id quod ait D. Paul[illegible] gra[illegible]

iram Dei veniſſe ſuper illos: cum eos talia patrare permittat: ſicut enim Dei attribuitur miſericordiæ dum peccatori frœnum iniicit & à peccando cohibet, ita diuinam agnoſcimus iram, quando malitiam eorum non refrœnat, ſuamque illi ſectantur vſque dum Chriſtum crucifigant: *Feruenit enim ſuper eos ira Dei vſque in finem.* h.35.n.28.vſque 36.

II. *Tunc abeuntes Phariſæi.* Miſeros hoſce conſidera; cum enim eos Chriſtus reprehendiſſet, & morte terruiſſet, non tamen reſipiſcunt, imo noua & iniqua aduerſus eum moliuntur: ſunt enim aliqui peccatores flagellis cæſi, non tamen culpam agnoſcentes. ho. 28.num.61.62.

III. *Tunc abeuntes Phariſæi &c. & mittunt ei diſcipulos ſuos cum Herodianis.* Herodiani ex ſententia D. Irenæi, Victorini & Tertull. nonnulli erant Iudæi qui in Pæteſim quandam lapſi erant credentes Herodem eſſe Meſſiam: videbant enim eius tempore ſceptrum ablatum de tribu Iuda, quando venturus erat Meſſias, vt dixit Iacob, & quia inter Iudæos neminem videbant excelſiori quam Herodem poteſtate præfulgere, eum eſſe M. ſſiam opinati ſunt. Iſtos aduocarunt vtpote libertatis Iudæorum zeloſos, quorum vna hæc erat, quod nemini tenerentur ſoluere tr.b tum, cum eſſent populus Dei liber: & ita legitur Deuteron cap. 23. ſecundum Septuaginta quorum lectionem ſequitur Tertullian lib.de pudicitia cap.9. *Non erit vectigal pendens ex filiis Iſrael* Iſtos igitur vtpote libertatis populi Dei zeloſos, in ſocios adducebant, ſed non aduertunt, quod illi ipſis quos contra Chriſtum producunt, ipſis ſint contrarij, cum illi ſint qui confirmant tam tempus adeſſe Meſſiæ, quem poterant cognoſcere, quando eadem eadem tempeſtate illum ingredientem vidiſſent, tantaque gloria in Hieruſalem conuerſari; hic innotescit illud Dauidis oraculum: *Comprehendantur in conſiliis ſuis.* ho.30.nu.62. Itaque illis ipſis cuos ipſi contra Chriſtum intendunt adducere, Chriſtus eorum confundit contumaciam. h.35.n.23.

IV. *Cum Herodianis.* Aliqui inantur quod Herodiani eſſent aliqui milites Herodis, qui eo tendebant quaſi Chriſti propugnatores, vt ablato omni cum ore reſponderet; vel alij erant qui comitabantur Herodem, de quo ait Euangeliſta, quod illis diebus moram aheret in Hieruſalem. *Cum cohorte ſua* Attende primo quod cum omnes inter ſe diſſiderent Sadducæi, Phariſæi & Herodiani, tamen contra Chriſtum omnes conueniant. V. de quæ diximus Dom. XVII. præcedente ad illud: *Conuenerant in vnum.*

V. *Cum Herodianis.* Secundo conſtat omnes illos veniſſe ea mente vt Chriſtum reibus innecterent. Vide D. Lucas illos inſcribit. *Inſidiatores qui ſe iuſtos ſimularent.* Conueniebat tota Phariſæorum & Doctorum ſcientia, qui repræſentabant quod iuxta Scripturam populus Dei corde liber eſſet. Accedebant Herodiani magnam præferentes poteſtatem; vnus omnes erant gladius: ferrum erant potentiores, acies autem ſapientiores. hom.26.n.2.

VI. *Vt caperent eum in ſermone.* Bene de iſtis dicitur: *Dum ſuperbit impius incenditur pauper.* Quia nihil ſic probabat Chriſti in operibus ſuis innocentiam, quam quod tot oculis, & per omnes partes conſideraus, nihil in eo reprehenſione dignum inuenientibus inimicis, & quaſi in eo confuſis ac ſuperatis, ab illis tentatur; vtrum vel verbulum poſſint in ipſo redarguere. h.23.n.35.vſque 41.

VII *Vt caperent eum in ſermone.* Chriſtus iam morti proximus erat, etenim infra duos treſve dies moriturus erat, vnde volut innocentiæ vitæ ſuæ verificationem inſtituere, ſicut à Patre ſuo poſtulauerat: *Diſcerne cauſam meam.* h.34.n.21.vſque 26. Ratio ſuadebat vt ipſi eius inimici vaccam rufam iudicarent eſſe mundam. ibid.n.14.vſque 17.& lapidem approbarent antequam illum reprobarent. ibid.n.17.vſque 21. Attende eorum omnium ſimul approbationem: nam eo ipſo quod agunt confitentur nihil in eo ſe reperire reprehenſione dignum.

VIII. *Cum Herodianis.* Accedite miſeris miſeriores: vobis continget quod culcitiæ ſtramineæ, accurrenti vt ignis flammas extinguat. hom.23. n 2. & hoc quod titionibus fumigantibus Iſaiæ. ibid.n.41.& quod ſerpenti ſuper petram repenti. ho.26. n.2. vincemini, licet venatis vt feroces leones, nempe Herodiani, & aſtuti dracones ſcilicet Phariſæi. ibid. num.3. & vos pena abſorbebit. ibid. num.4. cadetque ſuper vos paries. ibid. num.47.

IX. *Vt caperent eum in ſermone.* Quamuis leuis eſſet verbi laqueus, ſi tamen Chriſtus aberraret, actum erat de illo: ſi namque diceret tributum non eſſe ſoluendum, offendebat Imperatorem, ſi ſoluendum aſſereret, plebis Dei incurrebat indignationem: laqueum illi extenderunt ſicut Rechab & Baana. hom. 26.num.37.

X. *Vt caperent eum in ſermone.* Non leuis eſt linguæ laqueus: etenim illum Spiritus S. malum appellat, & exemplis probatur. h.23.n.29.vſque 35.

XI. *Magiſter ſcimus quia verax es* Ecce quale præludium, & quænam de Chriſto prædicent: etenim in rei veritate talia erant, vt ea negare non poſſent: & cum illis Echo formatur ab Euangeliſta, quâ illos confundit, coronatque Chriſtum. ho.29. n.27.28. hoc facit ad id quæ diximus; quod videlicet ignorantes quæ dicebant, Chriſti confirmarent innocentiam, quem breui erant interfecturi. ibid.

XII. *Magiſter ſcimus.* Habes hic ſpeluncam hyenarum: nam hoc ſymbolo declarat illos Hieremias. hom.8.num.35.

XIII. *Licet censum dare Cæsari?* Artus paratur illi laqueus, vt dixi, sed optimè dixit Salomon: *Frustra iacitur rete ante oculos pennatorum* h. 26. n.1.

XIV. *Cognita autem Iesus nequitia eorum.* O stultos & hebetes an Deum cogitatis irretire, qui oculos habet lynce clariores, omniaque reuelat? ho.15. n.30. hom.26. num.40. Per hoc illis manifestè ostendit se Deum esse ho.41. nu.12.

XV. *Quid me tentatis hypocritæ?* Dexterè tollit operimentum balænæ. ho 26. n. 40.

XVI. *Ostendite mihi numisma census.* Poterat equidem Dominus agere cum illis eo modo, quo dum adulteram illi protraxerunt, & in fugam eos compellere peccata eorum manifestans ho. 26. n. 47. 48. Sed abstinet, & appositè respondet, vt sanam nobis proponat doctrinam: etenim percussus, vt olim petra, vitæ effudit aquas. ho.23. nu. 1.

XVII. *Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari.* Documentum hic attende plane necessarium ad mundi conseruationem, si intelligas, quod licet Deus nos in natura creauerit æquales, esse tamen debet ordo superiorum & inferiorum. hom.14. num.3. vsque 7. Non solum in spiritualibus sed etiam in sæcularibus est Principibus obediendum, & soluenda sunt eis vectigalia: sunt enim conseruationi Reipublicæ necessaria. Discursus notatu dignus ho.41. n.59. vsque 62.

XVIII. *Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari.* Sit hæc igitur conclusio: sed difficultas oritur cur Deo Cæsarem proposuerit, quam eleganter enodat D. Bern. ho.23. num. 58.59 60.

DOMINICA VIGESIMATERTIA POST PENTECOSTEN.

I. *Loquente Iesu ad turbas, ecce Princeps vnus* Matth. 9. Euangelium huius Dominicæ duo complectitur miracula adeo famosa vt illa tres conferibant Euangelistæ D. Matth. D. Marc. D. Luc. Patrauit illa Dominus Capharnai post sanatum paralyticum, de quo Dom. 18. Cursum solis perficiebat Christus, tantò clariores effundens radios, quantò progrediebatur vlterius. In illa ciuitate seruum curauit Centurionis, deinde reuersus ad paralyticum transgreditur ad celebrius miraculum, nempe resuscitationem filiæ Principis Synagogæ: miraculum tale fuit illud vt fama illius ad carcerem peruenerit D. Ioannis Baptistæ. ho. 31. num. 4.

II. *Loquente Iesu ad turbas ecce Princeps vnus.* Accessit Princeps hic ad Christum, sicut alii accedebant, sorores Lazari non adierunt, sed miserunt: viris etenim conuenit exire foras, mulieribus autem primatiis nuntios mittere. ho 32. nu.14. vsque 19.

III. *Ecce Princeps vnus.* Rogat nos Euangelista, vt notemus quod Princeps ad illum accesserit, vt confundat id quod Iudæi dicebant, nullum Principem in illum credidisse, sed tantum turbam; & etiam vt efficacium aduertamus, quem morbi, tribulationes, & mors efficiunt; cogunt etenim maiores Principes ad Deum confugere, eiusque se pedibus prosternere; ipsos enim vt Onagrum capit. ho. 9. n. 10. deinde compellunt vt Naaman Princeps Syriæ se pedibus aduoluat Elisæi. ho. 2. nu.21.

IV. *Adorabat eum dicens: filia mea modo defuncta est.* Vide notata Dom. XX. præcedenti de Regulo, qui accessit pro salute filij sui deprecans, seruiunt enim huic proposito.

V. *Modo defuncta est.* Verè quando Princeps hic domo sua egressus est nondum illa obierat, vt testatur D. Marc. & D. Luc. sed in eo statu illam reliquit infirmam, vt illa iam hora esset moritura, & quidam illorum illo detinebantur errore, vt crederent facilius esse aliquem iam recenter mortuum ad vitam reuocare. ho.18. n.24. & nihilominus lentè processit Dominus, donec esset mortua, & mors eius omnibus palèsè innotescerent, vt per hoc suam ostenderet potentiam, vt fecit in Lazaro. ho.32. n 48.49.

VI. *Modo defuncta est.* Erat vnica filia, vt scribit Euangelista Principis cuiusdam eminentioris, & duodennis: ad quam non videbatur mors ii gressum inoportuna; nihilominus inexspectatò moritur, vt intelligas vitam te non habere securam, iunior licet annis adolescas, deliciis & diuitiis ad luxum abundes. hom 1. nu.12 Congrue te docet tibique ad oculum, prædicit hæc defuncta. Ibid. num 8. vsque 12.

VII. *Surgens Iesus sequebatur eum.* Huic succurrit nihil obiiciens & libenter: Regulo autem vt medicus diuersas applicat medicinas. hom. 2. numer. 15. vsque 26.

VIII. *Surgens sequebatur eum.* Quando à Chananæa rogatur, fugit ab illa, hunc autem confestim sequitur & libenter; ratio est, quia hic modica polleabat fide, & nullo negotio extingueretur: fides autem Chananææ constans erat, quæ ad acriores turbines magis accendebatur. hom. 9 nu. 37. 38.

IX. *Surgens sequebatur.* Firmiori valebat virtute Chananæa, proinde solidiori fundamento quo verba asperiora, & ignominias sustineret, ad maius eius meritum, nam Sancti quanto sunt perfectiores tanto grauiores sufferunt tribulationes, & eos acerbiori Deus excipit seueritate. hom.32. num.15. vsque 31.

X. *Surgens sequebatur eum.* Magnum hic quis dixerit fauorem, sed maiorem exhibuit Chananæa, cui non solum petita concessit, sed eius etiam virtutem extulit, homil. 9. numer. 30. 31. Similiter ab maiorem

maiorem D. Paulo non statim illi concedens quod petebat, & hoc ipse supremum censuit esse beneficium. h.42. n.96.97.

XI. *Ecce mulier quæ sanguinis fluxum &c.* Dum pergit ad opus bonum, aliud illi quoque offertur, vnum etenim aliud aduocat vt peccata peccatum. hom. 40. num.6. vsque 9.

XII. *Quæ sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis* D. Marc. & D. Luc. testantur, quod *In medicos erogauerat omnem substantiam suam, & deterius habebat.* Ordinem hic veneror diuinum, tantum fidere medicis, eorumque medicinis, & ad eum nequaquam recurrere; qui primus est, & grauiter indignatur, si aliter fiat hom. 32. nu.7. vsque 11. talesque punit vt Regem Asa. ibid. n. 11. vsque 14.

XIII. *Fluxum sanguinis patiebatur.* Considera nostræ calamitatem naturæ: nam absque vlla comparatione plures sunt in illa infirmitates, quam in omnibus, & pauciora remedia, & minus efficacia hom.10. num.12. & confugimus cum hac muliere *Ad auxilium vanum*, omisso Deo, quamobrem nos castigat. ho. 32. nu.10. & patet quanto minoris animam quam corpus facimus, quandoquidem ad sanitatem corporis obtinendam duodecim exspectemus annis opes expendentes, ad animæ salutem modicum temporis nos fatigat, multumque æstimamus si vel quatuor asses impendamus. ho.10. num. 24.

XIV. *Accessit retro, dicebat intra se. Si tetigero.* Reuerenter accessit, non vsa coram Domino compatere ob morbum suum execrandum: quanto te maiori oportereti cultu accedere, & rubore ob peccata tua suffundi, cum Magdalena, quæ *Stetit retro secus pedes.* hom.18. num. 14.

XV. *Si tetigero fimbriam.* Nota fidei virtutem, quæ accessus, cum viua sit & confidens tantum obtinet, & sipura speraret, plura consequeretur. hom. 27. nu. 37.38. Tu vero quia fides in te languet, pauca consequeris. ibid. nu.39.

XVI. *Si tetigero* Tanta erat Christi virtus eiusque SS carnis vt ex ea vestes illius essent participes, nec hoc ita mireris, cum lutum manibus eius contactum, dare poterat cœco visum: quidquid enim in illo erat, vita erat. h.30. n.43.44.

XVII. *Si tetigero fimbriam.* Si pallium Eliæ tanta vsquit virtute, vt notat D. Greger. Nysse. Quantò maiori vestis Christi; & si vestis eius exterior, quid dicendum de carne eius recepta in SS. Sacramento? ho.30. num. 46.

XVIII. *Quis me tetigit?* Tangendo Christum hæc mulier curatur, & dicit D. Luc. quod Dominus conuersus quæsierit: *Quis me tetigit? Quis tetigit vestimenta mea?* Cui responderunt Apostoli: *Vides turbam comprimentem te, & dicis &c.* Innuit Dominus quod non omnes qui corpore propius accedebant, illum tangerent, nec eius reciperent virtutem, sed qui fide viua & debita accederent dispositione. hom. 2. num. 18. 19.

XIX. *Et cum venisset in domum Principis.* Alius Euangelista refert, quod tendente hoc Principe ad Dominum, familiæ serui accesserint dicentes, quod frustra Christum adduceret, cum iam filia eius è viuis excessisset, quibus impossibile censebatur remedium, Dominus tamen hoc audito conuersus ad Principem illi dixerit; *Noli timere, tantum crede.* Iudicabant illi opus esse impossib le quod Dominus intendebat facere, nempe resuscitare mortuam; quia pro fidei mensura progreditur; nam hoc etiam Martha faciebat, quando de fratris sui Lazari resurrectione dubitabat. hom. 2. num. 27. Obiicient quidem tibi domus tuæ familiares, diabolus, mundus & caro, nihil tibi modo sperandum, iam omnia perdita esse, nec vllum dari posse remedium, nisi sub onere depressum interire, vt Iobo exprobrabat vxor illius. hom. 5. num. 31. ho. 32. num.28. Sed his respondet Christus, tunc maximè tuam requiri fidem, quam si habueris, certum tibi aderit remedium; stomachatur enim Deus, quod illi minimè fidas summis arctatus angustiis, hæ namque sunt in quibus glorificatur, vt dixit Moysi & Aaron. ho 27. nu. 10. 11.

XX. *Cum venisset in domum Principis &c.* D. Marc. & D. Luc. scribunt, *Flebant omnes & plangebant illam.* Iam enim adduxerant. *Tibicines & turbam tumultuantem* Quibus sic Dominus. *Nolite flere* O lacrymæ male profusæ, hæ etenim vtiles non sunt, & si peccatis tuis impenderentur, opera efficerent admiranda. hom 38. num.82. quos omnes potuisset Dominus appositè vocare stultos, vt Esdras illam mulierem. ibid nu 85 vsque 88.

XXI. *Nolite flere, non est mortua puella.* Domine, quid magis naturæ congruum, quam in tali occasione lacrymas fundere, quibus cor allenietur? Primò, monet ne lugeant, quia præsens adstabat illam resuscitaturus. & secundo; quamuis iustæ sint lacrymæ moderatæ in hac occasione, superfluæ tamen sint redarguendæ. ho 31. nu.60. & seq.

XII. *Nolite flere* Noli e multum filiæ mortem lugere corporalem bene quidem spiritalem. hom. 31. nu. 63 vsque 67.

XXIII. *Non est enim mortua puella, sed dormit.* q. d. respectu potestatis meæ non est mortua, cum mihi facilius sit illam, reuocare ad vitam, quam vobis excitare dormientem. Ratio est hæc efficacissima quâ nos consolemur in morte, credentes defunctos nostros magis dormire quam esse mortuos, & quod eosdem cernemus red uiuos. ho 32. nu 57.

XXIV. *Ejecta turba.* Introgressus est Dominus tri-

bus

bus stipatus discipulis, & Patre ac matre puellæ: quia inter illos nulli erant increduli, & incredulitas manus ligabat Saluatoris: ita vt in Nazareth. *Non poterat virtutem vllam facere propter incredulitatem eorum.* Et quemadmodum fides eorum qui paralyticum ferebant miraculum promouebat, ita incredulitas, & aliorum peccata illud impediunt. Argumentum lectu dignum. hom.9.num.14. vsque 17.

XXV. *Tenuit manum eius. Talita cumi, hoc est puella surge & statim surrexit.* In quo Christus se Deum esse patefecit operando solo suæ vocis imperio miracula tota natura superiora. h.2.n 39.h 31.n 72.

XXVI. *Et exiit fama in vniuersam terram.* Hæc prodigia sunt illa, ex quibus euades celebris, quæ feceris ad vtilitatem & commodum proximi tui, & non illa quæ feceris in aëre, qualia Pharisæi à Christo postulabant. hom.8.n 41. vsque 47.

DOMINICA VIGESIMA QVARTA POST PENTECOSTEN.

I. *CVm videritis abominationem desolationis, quæ dicta est à Daniele &c.* Matth.24. In hac Dominica eiusque Euangelio concludit Ecclesia anni cursum: est enim eius vltima; & Euangelium proponitur de Iudicio. Per idem Dominicam inchoat primam Aduentus, & per idem finem imponit: est etenim consideratio maximi momenti, ac nostris curandis infirmitatibus aptissima. hom.6. nu.4. vsque 7. hac consideratione S. Scriptura vetus orditur testamentum. ibid n.32 & illa pariter concioni suæ terminum figit Salomon, nec non Saluator noster suæ prædicationi ibid.num.10.11.

II. *Cum videritis abominationem.* Incipit Ecclesia annum in Dominica 1. Aduentus terrore nos concutiens ex iudicio, & transacto anni cursu eum eodem absoluit. Ni fallar, non ita conuenit, cum id quod prædicetur, lex sit Euangelica quæ est lex amoris: timor igitur, veteri se uetur legi. Sed prudenter agit Ecclesia Christum imitata; quando namque seipsum tempore prædicationis suæ reuelauit, exordium habuit timoris, è templo prophanatores eliminans, & epilogus quo prædicationi coronidem imposuit, Euangelium fuit de Iudicio, quia vt constans sit, fundari debet in timore; & homo stupidus est, quem si foueas blanditiis, redditur discolus & immorigerus. hom.28. num.5. vsque 8. ex quo declaratur admirationis ratio, quare cum flagellis incæperit, cum sit hoc pectori eius adeo pacifico contrarium. ibid n.2. vsque 5.

III. *Cum videritis abominationem.* Ordinaria concio nostræ saluti conueniens est de iudicio, docente nos Ecclesia, quod iusti illud semper præ oculis habeant dum viuunt; peccatores vero è contra semper opera reuoluant misericordiæ, atque in hoc maleum aberrant. h.21.n 29 vsque 33. Israëlitæ nullum reliquerunt in mari vestigium; Pharao vero eiusque exercitus reliquerunt, nec vacat mysterio quod ibidem exponitur. ibid.n.33, vsque 36.

IV. *Cum videritis abominationem.* Primò prædicit Dominus calamitatem huic ciuitati superuenturam, quòd nempe Romani eam essent obsessuri, & funditus euersuri, & hos appellat. *Abominationem desolationis.* Abominatio, quia Iudæi nihil peius execrabantur, quam Gentiles: illos etenim vt immundos & abominabiles iudicabant. h.21.n.59.60. Desolationis, quia ciuitatem hanc S. erant desolaturi, non relinquentes lapidem super lapidem, iuxta Christi Domini ad illos vaticinium. *Missis exercitibus suis perdidit homicidas illos.* Ostendens quod in scelerum eorum pœnam venturi essent Romani, & vrbem illam perdituri; peccata namque vires administrant inimicis. hom.17. n.1. vsque 29.

V. *Stantem in loco sancto.* Prædicit Dominus Aduentum Romanorum, quos Iudæi vt immundos odio habebant, qui tamen vrbem hanc inclytam funditus essent deuastaturi; quia licet alij aduenissent inimici, eamque vastassent, non tamen funditus; quia adeam incolæ illius reuersi sunt, quam à ruderibus erexerunt, modo verò sic vastanda esset vt numquam ad statum pristinum esset reditura. *Stantem,* ita vt in æternum non esset reædificanda, nec templum extruendum in pœnam peccati, quo Christum non solum non receperunt, sed insuper occiderunt vt expendit D. Hier. in 41.num.95.

VI. *Stantem in loco sancto.* Conati sunt infelices Christum occidendo, Romanorum euitare Aduentum, & per hanc viam illos sibi attraxerunt, & ciuitatem munimentis spoliarunt, vt facilis pateret ingressus, vt patuit ipsis Romanis. Hoc illis Iacob patriarcha prænuntiauerat. hom.39.n.18. fuitque peccatum eorum ignis, quem Propheta dixit ciuitatem illam combusturum. ibid.n.21. vsque 26.

VII. *Stantem in loco sancto.* Nihil ita ciuitatis hostius potentissimæ vires enerauit, & omni genere propugnaculo, ac peccatum, hoc etenim inimicis robur addidit inuincibile. hom.17.n.23. & h.39.n.18.

VIII. *Tunc qui in Iudæa sunt.* De destructione Hierusalem, dolendoque eius fine Dominus sumit argumentum, vt de mundi fine, deque eius calamitatibus sermonem instituit, quæ particulariter contingere [illegible] Antichristum, qui signa faciet portentosa, [illegible] quam olim facta sunt inter Romanos infideles. hom. 33. num.7 Signa erunt fallacia nullius fructus [illegible] admirationis tantum, operibus Christi coæquata. [illegible] 8.num.40.

IX. Prosequitur quoque Dominus alia enarrare signa prodigiosa quæ iudicium eiusque aduentum sunt præcessura. Vide Dom. 1. Aduentus.

Index Concionatorius Festorum.

IN FESTO S. ANDREÆ APOSTOLI.

I. *Ambulans Iesus iuxta Mare Galilææ, vidit duos fratres &c.* Matt. 4. Refert Euangelista Matt. secundam vocationem quâ Dominus vocauit duos fratres Petrum & Andream. Prima fuerat quam narrat D. Ioan. cap. 1. quando se Christus manifestauit D. Andreæ, qui primus fuit omnium discipulorum eius, & hic indicans fratri suo Petro adduxit illum ad Christum & ambo se eius famulatui addixerunt, licet non perpetua assistentia quia tunc nec retia sua, nec nauim, nec patrem, nec domum reliquerunt. sed hodie vocat illos vt suæ perpetuò societati adhæreant, cuncta manu mittentes quæ in mundo possidebant. Adfuit tempus in quo Christus se mundo reuelaret, suum prædicaret Euangelium, dæmonemque de terra propelleret. Ad hoc modo incipit duces adscribere suis antesignanos exercitibus, illi autem fuerunt Apostoli, prædicatorum magistri. quos inter primi fuerunt D. Petrus & D. Andreas. ho. 40. numer. 14.

II. *Ambulans Iesus iuxta mare.* Præclara Deus operatur in aquis: ex illis enim totum hoc eduxit quod habet esse in mundo, sed potissimum aues per aëra volantes, atque ex illis hodie aues educit suos scilicet Apostolos ho. 25. n. 61. 73.

III. *Ambulans iuxta mare.* Domine si mundo quæras magistros, vade ad scholas Athenienses: si duces robustos, Romam proficiscere, quare ad littus Maris, vbi non nisi piscatores inuenias? Ostendit quod illuminatio mundi opus sit Diuinæ suæ potentiæ, atque ideo illud luto componit. ho. 30. n. 45. vsque 48,

IV. *Ambulans iuxta mare Galilææ.* Populum eligit rudem & pauperem supremo omnium operi quod in mundo agendum erat. Pecunia est mundi substantia, in qua cetera substant accidentia: miraculum intendit facere, quo videamus accidentia sine substantia in suis Apostolis. ho. 16. n. 25. 26.

V. *Ambulans vidit.* Si ambulando talia faciat opera, scilicet Apostolos, quid faciet si sedem in anima tua figat. ho. 30 n. 13. 14.

VI. *Vidit duos fratres.* Attende in quos suos coniicat oculos, in duos pauperes piscatores, qui non habeant quod illi dent. Hinc patet quod Christus Deus sit, qui oculos coniicit, non in diuitem subiectum de quo recipiat, sed egenum cui det non enim sunt oculi eius lucernæ illi, sed nobis lucentes. ho. 30. num. 15. & seqq.

VII. *Vidit duos fratres.* Volens eligere magistros & duces oculos non coniicit in sapientes aut potentes, qui subueniant illi sapientiâ suâ & potentiâ, sed in pauperes omni sapientia & potentia destitutos; quia hæc omnia illis erat daturus; non est Regibus terrenis similis, quorum throni sustinentur manibus subditorum. homil. 41. numer. 59. vsque 62: Thronus eius vt sol est; lucem dat enim & potentiam, nec recipit. ibid. nu. 62. & seq.

VIII. *Vidit mittentes rete in mare.* Elegit ipsos atque in eos suos firmauit oculos; eligit enim quem vult pro libera sua voluntate, suosque firmat oculos in eum cui placuerit, vt dici non possit illi, quare huic & non illi? est etenim gratiæ suæ Dominus. ho. 10. numer 29. ho. 21. numer. 27. 28. Vnde oculos suos dirigit in eum à quo non videbatur. h. 30. n. 9. vsque 13. cuius, intuitus viuificat. ibid. n. 18. & seq. ho. 18. n. 52.

IX. *Vidit duos fratres.* Christus oculos suos ita modestè componebat, vt scribere licuerit quoties illos eleuauerit, & ita notarunt Euang. Vt nostros componeremus. ho. 27. n. 6. 7.

X. *Mittentes rete in mare.* Erant enim piscatores. Bene sunt dispositi; quandoquidem vt piscatores suo distendantur officio, nec in manibus eorum quidquam nisi retia reperias; hoc enim mundum perdidit quod manus in quibus esse deberent retia ad piscandum, vel acus ad consuendum, vel colus ad nendum, videantur annulis & chirotecis ornatæ. ho. 27. n. 62. vsque 66.

XI. *Mittentes rete.* Cum nullum sit vitium magis à natura humana alienum, quam superbia, nullum tamen est frequentius. h. 15. n. 30. vsque 33. & cum manus hominis infirmæ sint & elumbæ, illis tamen attribuitur bonum vel robur quod faciunt, in tantum vt necessario requiratur lux de cælo particularis, quâ cognoscat homo donum esse Dei bonum illud quod agit. ho. 29. nu. 51. Idcirco eligens Apostolos, illos de naui vocat & retibus, cum illa inter manus haberent, quatenus dum viderent opera sua præclariora non illa suis adscriberent manibus nec superbirent vt Nabuchodonosor, sed dicerent cum Apost. *Non ego sed gratia Dei.* ibid nu. 42. vsque 45.

XII. *Mittentes rete.* Ipsos vocans ad supremam dignitatem, eam capiat occasionem, quâ retia præ manibus habent: quatenus dum illa stupenda patrarent opera, quæ per mundum erant patraturi, & arcum erigerent thriumphalem victoriæ contra omnem potentiam Monarcharum & sapientum, & dæmonum, manum suam non erigerent. cum Saul sed Dei cum Dauid. ho. 29. numer. 46, 47.

XIII. *Mittentes rete in mare.* Bonum symbolum

eius quod futuri sunt. Fratres erant & ambo idem laxabant rete, quo designatur vnio, quâ procederent Apostoli & fratres & filij eiusdem patris, & omnes idem mittentes rere id est eandem doctrinam. h.14.n.1.6 21.imo idem idioma.ib. n.23.eadem sacramenta ibid. n. 25.

XIV. *Venite post me.* Aurea signat Dominus tempora, in quibus Deus venturus esset dux & pastor onium antesignanus ho.38.n.50.51.

XV. *Venite post me.* Non minor esse debet nostra quâ antiquorum fortitudo, quibus concessit tendentibus ad terram promissionis columnam illam ignis, h.33.n.39.

XVI. *Venite post me* desiderium complet sponsæ, quo ducem optabat securum absque errore, erat enim necessarius ad tutum iter capiendum.h. 14.n.7.8.

XVII. *Venite post me.* Vincere nõ debebat malitia dæmonis Diuinæ sapientiæ bonitatẽ. Illa multos proposuit duces ad infernũ, falsos nempe Deos: hæc autẽ seipsam vt ducem ad cœlum proponit.hom.33.nu 42.vsque 46.

XVIII. *Venite post me.* Iam per hoc viam strauit ad cœlum; nos etenim docet illam esse tribulationem & crucem, cum ipse præcedat, nosque moneat, quod seruus esse non debeat melior Domino suo, nec discipulus magistro.h.15.n.10.11. Atque ad hanc viam reduxit Iacobum & Ioannem. ibid n.12.13.

XIX. *Venite post me.* Via ad cœlum angusta est & difficilis vt ostendit Angelus Esdræ h.33.nu 40.41. Quod si Christus gloriæ Dominus per viam incedat crucis, alia nobis esse non debet. hinc Sancti se felices æstimant in tribulationibus; quia per illas incedentes, hanc esse viam agnoscunt quam Christus inambulauit. ho. 15. nu.14 15.

XX. *Venite post me.* Habes hic quid Christus à suis exigat discipulis, illum sequi eiusque perficere voluntatem non sicut stulti illi qui suam proponebant, quam ipse Christus sequeretur.h.8.n.28. vsqu.35.

XXI. *Faciam vos fieri piscatores hominum.* Particularem habet Emphasim verbum illud *vos*, vos inquam pauperes & ignorantes facturus sum magistros & duces, vobisque commendaturus mundi piscaturam: hoc etenim Deus agit, in momento temporis hominem de vno extremo ad alterum permutat vt patet in Saule quando elegit illum in Regem, qui prius erat Agaso.h. 11.nu 5.ho.30.nu.58.

XXII. *Faciam vos fieri.* Nouos vos esse oportet atque in vobis opus renouari creationis, in quâ de tenebris lux resplenduit. Momento temporis efficiemini vt lux; mundum illuminaturi. Processit Christus in hâc mundi conquisitione sicut Dauid, cuius prima victoria fuit in lapide & fundâ, sed reliquas armis obtinuit fortissimis. Ita quoque prima victoria peracta fuit per Apostolos, eius manu ex integro compositos. Reliquæ vero per populum litteris instructum ho.29.nu.11, vsque 15.

XXIII. *Piscatores hominum.* Illi sunt quos piscari debent, non eorum facultates: quod enim intendit hoc est, non aliquid recipere, sed habere cui communicent plenam & integram bonorum suorum communicationem, quam Deus facere non potest nisi creaturæ rationabili & sicut hæc ea est quam summopere desiderat, cum proprium sit naturali suæ inclinationi seipsum communicare, piscaturam tantum quærit hominum, in quibus sicut in adamantibus operetur. ho. 4. nu.59. vsque 65.

XXIV. *Piscatores hominum.* Sunt illi quos elegit in mundo; sunt etenim ciuitates in quibus regnat, quas pluris facit quam Rex terrenus regni sui ciuitates. ho. 20. numer. 2. 3.

XXV. *Piscatores hominum.* Tantopere desiderat salutem animarum iuxta nominis sui Iesu etymologiam, vt desideret omnes classis suæ discipulos principale habere hoc intentum, lucrum scilicet animarum. hom. 22. numer. 2. Et huic vult vt duces sui primarij nempe Apostoli intendant: etenim hoc est primum eorum officium quos in regno suo eligit primates, nec enim illi quidquam est pretiosius, quam vnam illi piscari animam, sicut nec quidquam est illi molestius, quam vnam illi adimere. homilia 22. numero 55. & seq.

XXVI. *Piscatores hominum.* Opponit se Diuina sapientia malitiæ dæmonis. Diaboli facti sunt piscatores animarum, quas escâ capiunt voluptatis vel lucri temporalis, quod valde dolendum est. *Sicut pisces capiuntur hamo*, nam te diabolus velut in muscipula capit fiusto casei perfumari.hom.36.numer.47. Supponit Dominus piscatores escâ gloriæ sempiternæ: hæc enim est ab eis proponenda: cibus est sufficiens, si consideremus illum vt ad illam te duceret. ho. 11. numer. 2 de excellentia & efficacia huius escæ. ib. numer. 4. vsque 12 h. n. n.7. vsque 15. Hoc est illud vexillum quod Christus mundo erexit ibid. nu.10.

XXVII. *Piscatores hominum.* Declarauit Dominus hanc piscaturam, quæ fieri debebat, non vt pisces conderentur, sed illis vita tribueretur. vt dictum est Dom. 4 post Pentecost. ad illud. *Eris hominis capiens.* Et exponitur.h.28.n.110.

XXVIII. *At illi continuo relictis retibus* Hoc adverbium *Continuo* vim habet magnam, qua promptitudo declaratur, obediendo. h.1.n.47.

XXIX. *Continuo* Iulianus Apostata indicauit fuisse vel Apostolorum leuitatem, vel mendacium: & ratio est quia vt stultus verbi Dei non intellexit efficaciam. h. 1. n.39. vsque 42.

XXX. *At illi continuò.* Hic patefit quod Christi fortitudo, diuina sit: etenim efficaciter corda mouet, vt vult, nullâ facta violentia. h. 25.n. 4. 5. Ideirco vocatur magnus Dominus. h. 29. n. 1. 16. & potissimum hom.

manifestauit circa vitæ suæ finem, operans quod volebat in cordibus cuium omnium Hierusalem. ho.41. num.5. vsque 23.

XXXI. *At illi continuo.* Ostenderunt se oues esse Dei, quæ simpliciter eius voci obtemperant; non examinantes aut dicti veritatem, aut præcepti bonitatem. hom.37.n.21.vsque 30.

XXXII. *At illi continuo.* In hoc se filios Dei ostendent dum eius voci obediunt, sicut filij diaboli eius obtemperant iussioni. h.37.n.30.31.

XXXIII. *At illi continuo.* Non responderunt cum Pharaone, differendo in crastinum: hoc etenim illi ruinam intulit, t.b.que infert, nisi continuò accurrentib.n 54 55. h.38.n.41. vsque 45.

XXXIV. *At illi continuo* Imitari sunt Dauid, nam audiens sonitum pyrorum, illico properaut. hom.10. num.9. vsque 22.

XXXV. *Relictis retibus.* Hoc te ô peccator, doceat, vt audita Dei voce peccatis illis valedicas, quibus te irritum detinet diabolus, & cane tibi, ne fortùs ea stringant, vt monet Isaias: etenim irrisores vocat illos, qui manere i retiti nec vacat mysterio. h.13 n.58. vsq; 64.

XXXVI. *Continuo relictis retibus.* Non fuerunt tibi familes, qui Deum exspectantem & quasi suspensum detines ob cordis tui duritiam. h.25. n.24. vsque 28. cum ipse te præstoletur vt dixit Prophera. h.37.n. 18. ex eius longanimitate audaciam sumis tuis inhærendi sceleribus. ibid.n.19. vsque 22.

XXXVII. *Relictis retibus & patre.* Plura fecerunt quam Eliseus: etenim ab Elia vocatus, rogauit vt prius patrem suum amplecteretur. h.15.n.23.

XXXVIII. *Salue Crux pretiosa* Mirare visum perspicacem qui sub Cruce detegit omnes cœli diuitias. h.15.n.17. & crucem allocutus: *Qua decorem & pulchritudinem de membris Domini suscepisti*; profundam exponit Theologiam quam postmodum docuit D. Damasc. discursu notabili. h.36 n.9. vsque 12.

XXXIX. *Salue Crux.* Non solum ex conspectu crucis non expauescit, sed & exhilarescit ex illâ, sic enim magister eius fecerat Christus, illum vt sponsum complectendo. h.42. n.67. Quo sustulit illi amaritudinem, reddiditque adeo dulcem, vt in illa Sanctus deliciaretur. ibid.n.62. vsque 66.

XL. Accurrit populus illum de cruce liberaturus, sed magno pietatis affectu Deum rogauit: *Domine, ne permittas me de cruce deponi.* Ostendens hoc summum esse Sanctorum gaudium, quod pro Deo patiantur. Considerant quod tantò Deus lætetur iucunditis, quantò tormenta sustinent acerbiora, cœlumque hoc attendat spectaculum. hom.4.num.29. vsque 34. Oculi Dei alas illis superaddunt. ibid. nu.24. cresciique spes eorum pro qualitate cruciatuum, vt illa mercatoris quando in nundinis occasio se offert suas impendendi pecunias. hom.32.n.27.vsque 31. Et hoc est illud *Centuplum in tribulationibus.* Nota conceptum. hom.30.n.48.

IN FESTO PVRISSIMÆ CONCEPTIONIS VIRGINIS MARIÆ.

I. *Liber generationis Iesu Christi.* Matth. 1. Adeo præclara tantaque erant ex quibus Dei instituto vetus illud constructum erat tabernaculum, vt necesse fuerit illud in varias diuidere partes & tradere iis qui hoc per desertum ferre tenebantur. Ita similiter in Virgine tabernaculo illo diuino tot tantaque sunt excellentiæ in diuersis eius actibus, vt cogamur illas diuidere, & vno die de eius agere Natiuitate, altero de eius Præsentatione in templo &c. Hodie purissima eius celebratur Conceptio, quæ cum sit ab omni peccato munda, multa nobis in eâ occurrunt consideranda. h.42.n.1.

II. *Liber generationis.* Hoc Euangelium priuilegium quoddam est authent.cum nobilitatis beatissimæ Virginis, tam in esse naturæ, quam gratiæ. In esse naturæ, quia ex progenie nata est, quâ mundus non habuit illustriorem & eminentiorem, quatuordecim Iud.cum, quatuordecim Regum, quatuordecim Ducum. *Ex semine Abrahæ orta de tribu Iuda, clara ex stirpe Dauid.* Cum adeo nobilis sit ex natura, nobilior tamen est ex gratia, quandoquidem promota fuerit ad Matris Dei dignitatem infinitam. hom.12. nu.25. cum ita sit quod Christus omnium fons sit gratiarum, illas in ipsa comprehendere debebat, de qua oriturus erat velut de fonte suo. hom.33 n.17.18.

III. *Liber generationis Iesu Christi.* Librum habemus adeo mysticum, vt omni sit reuerentia euoluendus, & nisi ille aperiat qui illum scripsit; clausus est, & septem obsignatus sigillis, nec quidquam in illo legere poterimus sine sanguinis eius & gratiæ subsidio. hom.21.num.13.14.

IV. *Liber generationis.* Liber est qui continet opus Dei maximum, bonitati illius, & nostræ admodum conforme necessitati, quo se Deus humanæ communicauit naturæ atque in eam effudit, quatenus per hoc nobis omnia sua bona communicaret. homil.45. num.er.2.

V. *Liber generationis.* Postulatâ nobis Deus gratitudinem in donorum suorum recognitionem. hom.17. n.19 20. Ad hoc requiritur eorum memoria, eoque fine liber hic scribitur, in quo nobis singulis diebus proponitur ob oculos liber memorialis multò melior quàm fuit ille Regum Persidis. h.42.n.24.

VI. *Liber generationis.* Liber hic à te sæpius esset reuoluendus: nam Ioseph inspiciens librum computus

tus & donorum quæ à Domino suo receperat. ho.5. nu.15. se quasi ligatum iudicauit ne Dominum offenderet: vnde hanc ille rationem obiecit: *Dominus meus omnibus mihi traditis &c. Quomodo ergo possum &c.* hom.17.n.32. h.41.n.33.

VII. *Liber generationis.* Liber est in quo Deus testimonia scripsit amoris sui erga te, & eorum quæ tui gratiâ fecit: illum relege, si namque hoc non feceris, ipse faciet in die iudicij, complens illud quod ait Iob: *Instauras contra me testes tuos.* Et hic liber ille erit quem dixit D.Ioann. aperiendum vt ex eo Deus nos iudicet. hom.6.num.25. quem cum D.Paul.& D. Ephr. vel parum aperuissent, confusione turbati sunt. ibid.num.27.28.29. ex illo tibi compone florilegium, quod cum sponsa inter vbera tua colloces. h.15. n.2. hom.42.n.15.16.

VIII. *Liber generationis.* Liber hic est generationis Christi & nostræ quoque instructionis; quia ex eo quod in illo legimus Christum fecisse & mandasse, nouimus viam quam ingredi nos oportet, atque ex illa sicut Iob nobis facere coronam.hom.3.n.38.vsque 41. prototypon est vitæ à nobis instituendæ, & imago gloriæ ad quam tendamus; etenim necessarius nobis erat Dux in vno & in altero, & hic Christum inuenimus vt Columnam nos ad cœlum ducentem multò securius quam antiqua illa præluxit filiis Israël ad terram promissionis. hom.33.n.39.

IX. *Liber generationis.* Liber hic est qui nobis viam ostendit quam Christus ingressus est, & nos ingredi oportet si ad cœlum velimus pertingere. hom.15.nu. 20. vsque 17.

X. *Liber generationis Iesu Christi.* Requirebatur de necessitate noua nobis generatio, ob rationem à Christo dictam Nicodemo: quia in quantum per generationem Adam nascimur, terreni, filij iræ, in tantum oportet nos nasci denuo noua Dei natiuitate, vt simus filij Dei & regnorum eius heredes. Hoc factum est dum Deus factus est homo: nam hoc ipse declarauit insigni similitudine. hom.41.nu.68. vsque 71. & sicut liber quidam fuit generationis Adam sic inscriptus. *Liber generationis Adam,* conueniens est vt sit etiam liber generationis Iesu Christi. Debes desinere primum esse filius Adam, vt nouum accipias esse filij Dei, nouaque sis creatura, sicut dictum est, D. Petro in linteo animalium. hom.38.n.110.

XI. *Liber generationis.* Creauit Deus mundum cœlos, terram, &c. De hoc conscriptus est liber, venit nouum creaturus mundum, nouos homines, noua luminaria, nouam viram, nouas diuitias, igitur nouus requiritur liber in quo hæc nobis declararentur, nobisque pateat, quod Deus nos non creauerit; ad res adeo viles, quales sunt mundi huius terreni, sed nos creauerit cœli candidatos. hom.11.n.6. & quod nobis bona proponantur, quæ D. Paul. declarat gradatim quadam oculorum, aurium, & cordis. hom.12. nu. & viam nobis aperiat ad æterna hæc regna, nem tribulationes. h.15.n.27. & illas habeamus vt pignus amicitiæ Dei, ex opposito illi quo mundus sentr. 32.n.23. vsque 31. nec non ducem videamus secum scilicet Christum qui vt talis nobis offertur, efficax destruens diaboli vires, qui duces proposuerat fili ces. hom.33.n.42.vsque 46.

XII. *Liber generationis Iesu Christi.* Duas habet Christus naturas, & per consequens duas generatio nes diuinam vnam, à Patre generatam ab æterne teram temporalem in visceribus sanctissimæ Virgi quod diuinis symbolis Vates Abacuc explicauit ho nu.4. D. Ioann. æternam scripsit generationem *principio erat Verbum.* D. Matth. temporalem, mystica illa conflatur scala per quam ascendunt & scendunt Angeli. h.36.n.3.4.

XIII. *Liber generationis Iesu Christi.* Generat nem Christi temporalem litteris tradunt duo Euan gelistæ D. Matth. & D. Lucas: ille descendit ab braham vsque ad Virginem quæ peperit illum & ducauit: alter ascendit donec perueniat ad Adam & ipsum Deum eius Creatorem: possumus inc re illos esse Angelos qui ascendunt & descendu scalam mysticam quam prædiximus. h.36.n.3.4.

XIV. *Filij Dauid, filij Abraham.* Statuit Euang sta ante templum hoc mysticum generationis Chri duas columnas multò præclariores quam illæ fuer quas Salomon statuit ante portam templi quod si ficauit: erant enim illæ quæ magis omnium ocu exponebantur: nam quotquot agebant de Messia de illo fatebantur quod nasciturus esset filius Da & Abrahæ: & si columnæ illæ prætulerint tempo mitatem, hi deo securitatem aduentus Messiæ de tabant: quia illis potissimum Deus hunc cum mento promiserat, quibus conspectis mundi sal excitabatur: nam hoc lilia super columnas ini bant. hom.43.n.6.7.

XV. *Filij Dauid, filij Abraham.* Dauid pecc fuit, sed Abraham iustus: notum sit igitur Chri venire propter iustos & peccatores, quia omne illo dependent: iusti quia per gratiam Christi, g tiam obtinent & iustitiam atque in illa se confer itaque quidquid ex gratia & donis participant bat bus, ab illo descendit, sic audio D.Ioann. *Gratiam gratia.* hom.33. num.17. idque eo modo vt etiam Bernard. hoc extendat ad ipsos Angelos. hom.2 50. Peccatores, quia per ipsum remissionem fac scelerum assequuntur, nempe per sanguinem, ip mortem quæ taliter applicatur in iustificatione cumque peccatoris ac si pro ipso solo peracta fu & hos modo te oportet illam considerare. hom.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

num.23.4. & D.Ambros. ex occisione vituli declarat. ibid.num.7.8.

XVI. *Filij Dauid, filij Abraham.* Statuuntur hi duo in capite libri; quia his ambobus singulariter fuit facta promissio propter gratitudinem quâ Deo responderunt, illi tradentes quod ab illis postulabat; est etenim Deus speculum, & quâ ratione cum illo egeris, aget ipse tecum. hom.23.n.50.51.

XVII. *Filij Dauid.* Singulariter promisit Deus Dauidi quod illum filij sui Patrem crearet in gratiam obsequij ab illo præstiti Deo, quo Deo domum volebat extruere; etenim euidens est quod Deus illi responderet, sicut ipse Deo responderat. Nota conceptum. hom.25.n.56 vsque 61.

XVIII. *Filij Dauid, filij Abraham.* Abraham promisit singulariter Deus pro filio suum filium, nam idcirco filium ab eo poposcit in sacrificium; nam ea semper mente rogat Deus vt largiatur. hom.25.num. 43.44. & nominatim rem postulauit illi adeo pretiosam, nempe filium suum Isaac quatenus eo modo quo Abraham Deo suum offerret, ipse Deus suum similiter offerret, sicut & obtulit; circa hæc subtiliter discurrit D. Chrysost. supremam etenim gratiam, quæ erat dare filium suum, voluit facere quasi debitum ex iustitia ad honorem Abrahæ; nam hoc modo Deus suos honorat sanctos, quo se probat perfectè liberales. Insignis conceptus. ho.25.n.45.vsque 50. & iisdem cum Abraham gressibus processit, quibus Abraham cum illo; discursus notam dignus. ibid.nu.52.vsque 56.qui tibi declarat quod qualis tu fueris Deo talis ipse tibi sit futurus. ibid.n.56.vsque 61.

XIX. *Filij Dauid.* Quare; roponit Dauid cum esset Abraham senior, & qui semper iustus fuit & numquam peccator sicut Dauid? imo hanc ob causam, quia venit vt medicus peccata curaturus & peccatores, & ostendere vult quod illos non repudiet; est enim Iesus qui quærit mulcetque animas impudicas. h.25.n.2. iisque se coronat. ibid.n.15.

XX. *Filij Dauid.* Misericordia in Deo caput attollit nam vt manifestior fieret, hominem creauit peccabilem, quatenus in illo eam ostenderet.h.18.n.2.3. sicut autem hæc misericordia exercenda erat per Adamum suum in mundum, vult vt ad primum ingressum peccator statuatur adeo flagitiosus qualis fuit Dauid. nec non vt ille esset quem sæpius in ore haberemus, & cuius Psalmis illum frequentius laudaremus, vt per hoc peccatorum fiducia animaretur. hom. 43. num.12.13.14.

XXI. *Filij Dauid.* Similiter illum primo loco nominat vt cautos nos reddat; nam cum Dauid esset vir ita sanctus vt Deus illi promissum adeo singulare sponderit, nempe filij sui donum, ad vel vnam capitis reflexionem, & oculi nictationem, casu corruit ita lamentabili vt totius fuerit populi scandalum, quatenus ex illo discas vitare occasiones, nec beneficiis tibi à Deo præstitis fidere. hom.43. numer.12.13.14. circa quæ præclara vide documenta. hom.36. nu.16. vsque 29.

XXII. *Filij Dauid.* Intendit vt pateat omnibus virtus pœnitentiæ, quæ tanta est vt hominem promoueat ad eam dignitatem quâ prius fulgebat, imo sæpe ad altiorem, sicut aquæ quæ arcam supra montes extulerunt; ita eleuauit pœnitentia Magdalenam; etenim credens Pharisæus illam absorptam in peccatis, audit à Christo illam exaltatam super Cherubim ad statum Seraphinorum. hom.38. nu.115. timuit Dauid quando peccauit, ne forte Deus promissum reuocaret quo promiserat illi dare filium suum in filium; vnde post peccatum suum sic precabatur: *Redde mihi lætitiam salutaris tui.* Porro per pœnitentiam hoc illi promissum confirmatur: si quoque tu illam ex animo feceris, te Deus ad statum gratiæ restituet, quem obtinebas, iuxta insignem D.Ambros. sententiam: Deus mutatur si tu mutaueris. hom.37.num.15.16.

XXIII *Fili Dauid.* Dauid peccator nominatur antesignamus, quo ostendatur Christum carnem sumpsisse à peccatoribus quamuis à peccato liberam, & eorum se fratrem effecisse nam hoc ipsum inclinat vt eorum prospiciat remedio & honori consulat; etenim naturale est etiam in animalibus vt eiusdem speciei sibi mutuo subueniant. hom.22 n.17.48.

XXIV. *Filij Dauid* Voluit se Deus peccatorum efficere cognatum, quatenus hæc ipsa natura illum moueret ad illos reparandos & animandos; etenim gratia non destruit naturam; vnde & sancti particulariter rogant pro illis qui sunt eiusdem cum illis carnis & sanguinis, sicut Abraham, Moyses Hieremias; & gratia vnionis hypostaticæ non destruebat naturam, sed eam eiusque inclinationes naturales ad summam euehebat perfectionem. h.24 n.38.

XXV. *Filij Dauid, filij Abraham.* Poterat equidem filius Dei hominem redimere non factus homo: sed honori illius expediebat infirmam nostram assumere naturam, atque per illam vincere diabolum.h.36.n.5. etiam conueniebat honori nostro: cum enim homo esset debitor, ratio suadebat vt homo esset qui solueret; vnde conueniebat vt filius Dei homo fieret naturam assumens peccatorum. ibid.n.8.

XXVI. *Filij Dauid, filij Abraham.* Sumpsit humanam naturam ex horum familia, factus homo, vt Legem impleret de serui redemptione, qui redimi non poterat nisi per aliquem & cognatum & diuitem. Vides hic Dei filium hominibus peccatoribus consanguineum ex assumpta eorum natura. h.39.n.39.

XXVII. *Filij Dauid, filij Abraham.* Duas prærogatiuas habiturus erat Christus in gradu superlatiuo,

Regis illustrissimi & supremi Sacerdotis. Rex erat legitimus & eo siue venit in mundum vt diabolum exterminaret, regni sui iniustum occupatorem; animas intelligo. hom. 20. numer. 2, 3. Quas creauit vt perpetuo in illis regnaret; non eo modo quo Reges terræ, sumendo ab illis quibus se reddant præclaros. hom. 41. num. 59. sed communicans seipsum illis, cunctaque sua bona distribuens. ibid. numer. 62. Etiam futurus erat mundissimus Sacerdos ex sanguine adeo puro & declarat D. Paul. hom. 34. numer. 8. & seqq. nam idcirco nomen habuit Christi, vt notat D. August. significat enim vnctum, quod Regibus & Sacerdotibus proprium est. hom. 37. numer. 32. Idcirco licet absolutè fuerit de tribu regia Iuda, & non de Sacerdorali Aaron, vt probat D. Paul. nihilominus aliquid habere voluit de sanguine tribus sacerdotalis, vt colligit D. August. lib. 2. de consensu Euangelistarum. cap. 2. ex eo quod Virgo Maria cognata esset S. Elizabeth ortæ de tribu sacerdotali Aaron: aliquis etenim de familia Dauid, ex qua originem trahebat D. Virgo, sibi in vxorem assumpsit aliquam de tribu sacerdotali: de quo Doctores agunt. Itaque in Christo iungendæ duæ istæ dignitates Regia & Sacerdotalis; nam illæ nobis conueniebant, vt Christus esset summus Sacerdos; qui nos purissimo suo sacrificio vt cruore redimeret; Rex etiam illustrissimus qui perfectè regnans in nobis nos Reges crearet, nobisque sua bona communicaret, imo & seipsum per gratiam & gloriam, eo animo in capite familiæ suæ hi duo viri parentes eius statuuntur: Dauid qui Rex fuit adeo præclarus vt mundus similem non agnouerit (etenim ea de causa ipse solus ab Euangelista Rex intitulatur. *Iesse genuit Dauid Regem*, *Dauid autem Rex &c.*) & Abraham qui Sacerdos fuit Deo gratissimus, à quo filium poposcit sibi in sacrificium, voluit vt offerretur ab illo agni mysterium, cuius Sacramenta notantur. hom. 34. numer. 10 11. Christus has duas dignitates combinatas, demptis imperfectionibus quas Dauid habuit in dignitate sua regia, non omnia valens efficere quæ desiderabat: & Abraham in dignitate sua Sacerdotali, etenim non potuit offerre Sacrificium totius mundi redemptioni sufficiens, & ita fuit ficut sol, qui in se coniunctas omnes habet perfectiones quæ in creaturis sunt diuisæ, seclusis earum imperfectionibus. homil. 33. numer. 14. & seqq.

XXVIII. *Abraham genuit Isaac.* Iam orditur Euangelista texere catenam progenitorum Christi, & statuit Isaac vt primum annulum: quia teste D. Paulo Christum expressè figurauit: nam eodem modo & ordine quo Abraham illum Deo sacrificabat, et etiam Deus Abrahæ filium suum offerebat; quocirca dixit Apostolus. *Accepit eum in parabolam.* Insigne mysterium. homil. 25. numer 54.

XXIX. *Abraham genuit Isaac.* Siftunt hîc nonnulli sancti in hac naturali generatione, illam referentes ad aliam mysticam, etenim Abraham figura est fidei vnde dicitur *Pater fidei*: Isaac symbolum est cordis lætitiæ: significat enim *Risum*; quia ex viua fide quæ operatur per charitatem, oritur animi lætitia propter spem præmij, & bonæ conscientiæ testimonium. hom. 37. numer. 61 ex illa procedit consolatio qua sancti grauioribus attriti tribulationibus fruebantur, dum enim mundus credebat eos præ tristitia marcescere, pleni gaudio tripudiabant. hom. 32. numer. 35. vsque 31. & ita hoc declarat D. Paul. de illis qui credebant eum crucifixum esse & suspensum. homil. 37. numer. 63. & ita hoc exposuit Iob amicis suis. hom. 15. numer. 15. & ita expertus hoc est S. Monachus Anulphus factum notabile. hom 30. nu. 38. & seqq. eodem modo ex fide quam quis habet existens in tristitia, nascitur incunditas spei cælestis, qua se factum lætatur; illis regni candidatum. homil. 11. numer. 9. 10. & translatum ad regnum Dei. homil. 17. numer. 14. 15. & hoc ipsum recreabat S. Theresiam, credisque ei adferebat alacritatem dicere; filia sum Ecclesiæ.

XXX. *Abraham genuit Isaac* Eodem modo prosequimur conceptum intelligendo viuam fidem eam esse, quæ spem generat securam quâ cor delectatur; quia ad mensuram eius Deus nobis confert beneficia & postulata concedit hom. 27. numer. 73. vsque 45. & per illam obtinere potest integram alacritatem qui viuam hanc habet fidem; quia subueniet tibi Deus in omnibus necessitatibus: ita vt grauiter hoc patiatur si quis fide viua instructus tanta sollicitudine reciatur, ac si Deus illi deficeret; vt patuit in Annia & Moyse. ibid. numer. 8. vsque 12. hæc viua fides viuam producit spem quæ recreat animam. ibid. num. 12. vsque 24.

XXX. *Isaac genuit Iacob.* In hac generatione latet mysterium ad nostram vtilitatem: cum enim sit quod Isaac expressum haberet Dei promissum de filiorum multiplicatione, & Deus patri eius dixit Abraham: *In Isaac vocabitur tibi semen.* Nihilominis viginti annis illos non genuit ob sterilitatem vxoris suæ Rebeccæ, totoque illo tempore feruenter ad Deum fudit preces vt illi filios concedere dignaretur, ac si tale nullum audiuisset promissum, aut Deus illud decreuisset; in quo duo nobis demonstrat: Primùm nobis non esse attendendum in negotio nostræ salutis ad æterna Dei decreta, nec ad id quod ipse in æterna sua determinauit prædestinatione, sed nostram studeamus promouere saluationem, ac si nullus fuisset in Deo actus prædestinationis; nec bene dicitur; si prædestinatus sum, non habeo quod agam,

agam; certo namque saluabor hom. 37. numer. 14. vsque 17. quod variis argumentis deducimus circa concordiam prædestinationis Dei & nostri liberi arbitrij. ibid. n. 7. 14.

XXXII. *Isaac genuit Iacob.* Secundum instruit nos vt perseueremus in oratione petentes à Deo quod nobis conuenit; nam licet Deus Isaac promisisset filiorum procreationem, viginti tamen annis pro illis intercessit ac si tale promissum non habuisset quid agendum illi qui nullum habet? h. 9. n 34.

XXXIII. *Isaac genuit Iacob.* Duos filios genuit Isaac Esau & Iacob, & quamuis Esau fuerit primogenitus, primogenitura tamen concessa fuit Iacob; & quamuis hæc dispositio ex mera Dei processerit voluntate, non tamen primatum suum Esau perdidit nisi propter peccata sua, nec illum Iacob assecutus est nisi ex sua diligentia, de quo D. August. documentum elicit insigne. ho. 37. nu. 12. 13. & in duobus illis geminis figuratus fuit populus illle antiquus Iudaicus, & tempore prior, nec non populus Christianus minor & posterior. h. 45. n. 18.

XXIV. *Iacob genuit Iudam & fratres eius.* Duodecim genuit Iacob filios, nec fuit Iudas primogenitus sed Ruben cui ablatus fuit maioratus ob rebellionem in patrem suum; vnam ex vxoribus illius nouercam videlicet suam violando; quocirca Iacob Pater ei male dixit, *Non crescas quia ascendisti cubile patris tui.* Nam forsitan fuit hoc inter alia crimen pessimum quod Ioseph Patri suo Iacob reuelauit; etenim filios adeo rebelles punit Deus illis diminuens & auferens incrementa, sicut Absaloni qui similem in Patrem suum Dauid rebellionem machinatus est. homil. 26. numer. 15. qua de causa punitus fuit circumstantiis valde admirandis ho. 23 num. 1. 49. 50. itaque decreuit Deus vt auferretur à Ruben primogenitura, & daretur Iudæ.

XXXV. *Iacob genuit Iudam & fratres eius.* Iudas electus fuit inter filios Iacob, vt ex illo descenderet Messias; vnde in benedictionibus quas illi Iacob Pater impertit, quamuis Iudam filium suum haberet præsentem, verius tamen Christo loquebatur, prærogatiuas eius exprimens & excellentias. h. 41. n. 13. & seq.

XXXVI. *Iudas genuit Phares & Zaram de Thamar.* Iudas Patriarcha tres genuit filios; Her, Onan, & Sela; primogenitus eius Her vxorem duxit Thamar, qui obiit sine filiis, vnde statim viduam accepit vxorem natu secundus filius Onan, & hic statim sine filiis mortuus est, rationem eius indicat Spiritus Sanctus eo quod ambo nequam supra modum fuerint; etenim peccatum commiserunt mollitiei, quâ de causâ illos Deus occidit priuauitque filiis, etenim valde frequenter occidit Deus aliquos propter peccata, & ideo hoc iuuenes moriuntur. ho. 31. num. 31. & auferri Deus à præcipuis familiis propter peccata, successionem; h. 26. n. 21. 22.

XXXVII. *Iudas genuit Phares & Zaram de Thamar.* Mortuis sine filiis his duobus Iudæ Patriarchæ natis, tenebatur Iudas tertium filium dare virum viduæ superstiti Thamar, iuxta temporis illius à Deo decretum, quod postmodum in lege scripta confirmatur; quem cum tradere noluisset particularibus motus rationibus, ipsa vero filios optaret ex familia Iudæ, fortè quia intellexerat ex Iudæ familia nasciturum Messiam, hoc aggressa est stratagema, quamuis enim D. Chrysost. hom. 62. in Gen. eam excusset ob bonam illius intententionem nempe prædictam; tamen absque dubio culpa fuit grauissima, & dolus reprehensibilis, vt sentiunt D. Hieron. & D. August. cum enim ipsa ex duobus maritis filiis Patriarchæ Iudæ vidua superuiueret, proposuit se transfigurare latuamque assumere, depositis viduitatis vestimentis, & cultioribus assumptis pallioque tecta transparente procedere in publicum. Quod particulatiter notatur. hom. 38. num. 22. & aduertitur habitum hunc propriè conuenire meretricibus. Illam vt vidit Patriarcha Iudas, credensque talem esse, nec eam agnoscens, copulam cum illa habuit; & licet quando iam prægnans vterum gerebat illam voluerit punire, tamen ipsa Iudam de graviori conuicit crimine; etenim non parua stultitia est credere vitium libidinis in solis mulieribus & non in viris esse damnandum. h. 26. n. 33. & seq. nec est quod sic os obstruat illi qui alterum condemnat, ac proprium illi peccatum æquale vel grauius in faciem obiicere. hom. 22. num. 51. 54. hom. 23. num. 42. hom. 34 nu. 26. sic Christus egit contra accusatores adulteræ. hom. 26. num 47.

XXXVIII. *Iudas genuit Phares & Zaram de Thamar.* Negari non potest quin peruersum fuerit hoc Iudæ Patriarchæ cum Thamar negotium; saltem fornicatio communis si non adulterium; quale fuit, si viuebat adhuc vxor Patriarchæ Iudæ; quomodo ergo Domine tales eligis tuæ natiuitati parentes? vsque modo omnes tui progenitores fuerunt legitimi: quomodo nunc permittis in hoc ordine familiæ talem illegitimitatem, atque vt Phares Pater tuus spurius sit? D. Hieron ordinarium profert responsum; quod Dominus per hoc ostenderit Natiuitatem suam in mundo prodesse peccatoribus, & quod ideirco ex illis carnem assumpserit: rationem hanc supra notauimus. numer. 18. & seqq. D. August. lib. 2. contra Faust. cap. 64. dicit Dominum declarasse, peccata parentum filiis non nocere, nec eos propter illa coram Deo ignominiam incurrere, si filij boni sint nec parentibus in peccatis compares: quod D. Augustinus alio loco declarat. homil 17. numer. 13. sicut nec virtutes parentum filiis proficiunt, ni-

filius

illis sint similes per ipsas. ibid. numer, 42.

XXXVIII. *Iudas genuit Phares & Zaram de Thamar.* Ecce hic quod declarauit D. Petr. Simoni Mago: quod Deus sit adeo bonus vt nulla permitteret mala nisi ad magna bona: hæc enim eius est omnipotentia vt de malis eliciat bona, & de actu illo incestuoso Thamar filium eduxit, per quem Christi familia texeretur. ho.43. n.2. & seqq. est enim Deus cogitationum Dominus, & quantumuis malæ sint & aliquando lasciuæ, quales erant Iudæ & Thamar, & aliorum qui similes habent, per eas tamen educit & ad finem producit completque diuina sua decreta. ho.23. nu.35. hom.30. num.59. h.49. nu.23.

XXXIX. *Salmon genuit Booz de Rahab.* Erat Rahab Chananæa ex ciuitate Iericho, prima ad ingressum terræ promissionis, quam occupabant Chananæi: & præterhoc descendebat ex peruerso filio Noë scilicet Cham, & per consequens erat maledicta. ho.9. n.3. & 19. erat meretrix, quamuis enim nomen *meretrix* illi à sacra Scriptura attributum, credant aliqui significari hospitam, tamen D. Paul. absolutè illam vocat in originali, fornicariam. Hebr. 11. quomodo ergo potuit Salmon Princeps eximius de Tribu Iuda populi Dei illam ducere in vxorem, quandoquidem prohibitum esset Israelitis Chananæas ducere in vxores, & videbatur indecens tali principi coniungi meretrici? Respondet Abulens. quod illud præceptum Israelitis de non assumendo Chananæas in vxores, intelligatur de idololatris atque in idololatria contumacibus: porro Rahab excipiens exploratores ita à Deo illuminata fuit vt fidem habuerit perfectiorem, ex auditu tantum mirabilium quæ Deus operatus fuerat populum suum educens de Ægypto, quam ipsi Israelitæ illorum spectatores: ita D. Chrysost. homil. 7. numer. 16. vnde coram Deo ad tantam ascendit sanctitatem, vt illam hoc honore dignatus sit; etenim hæc ea est veræ pœnitentiæ virtus, vt meretricem reddat castam, & abiectam efficiat nobilem, & maledictæ benedicat. Sic lego apud D. Chrysost. homil. 38. numer. 106. vsque 112. Est pœnitentia rota Hieremiæ, quæ circumagitatata vas ita transmutat, vt iam sit alterum. ibid. numer. 111. & ita quando Pharisæus Magdalenam deprimebat in abyssum peccatorum, Christus illam ad altitudinem euehebat Seraphinorum. ibid. num.114.

XL. *Salmon genuit Booz de Rahab.* Rahab mulierem Chananæam & meretricem Deus familiæ suæ inscribit, vt pateat quòd non fastidiat peccatores nec peccata; atque ita particulariter hoc indicauit apud Oseam, illi præcipiens vt mulierem fornicationum sibi sociaret in vxorem. hom.25. n. 2.3.

XLI. *Salmon genuit Booz de Rahab.* Ne miteris; inquit D. Paul, tantum beneficium Rahab à Deo consessum, illam eligente vt carnem ex eius progenie assumeret: etenim viua fide eleemosynam erogauit, recipiens & defendens exploratores populi eius, in illis ipsum Deum considerans. O quam efficax est eleemosyna viua fide impertita! O qualia à Deo impetrat dona! Ita est, ac si illi ipsi fieret, & illi ipsi subueniretur. hom.16. n.14. ho.30. n.24. Grande præstitit illi Deus beneficium, illi mittens exploratores, etenim per hoc fuit ipsa, domus eius & parentela conseruata fuitque Christi auia senior. Hoc quoque tibi præstat, mittens tibi pauperes vt illos in domum tuam suscipetes. h.10 n.13. ho.25. n.70.

XLII. *Booz genuit Obed ex Ruth.* Nemo dubitat quin Ruth fuerit gentilis de terra Moab, & credit Lyranus fuisse filiam Eglon Regis Moabitarum. Ad Belam prouinciam Moab accessit quidam Israëlita nomine Mahalon filius Ebimelech & Nohemi cum parentibus suis, & fratre, oriundis de Bethleem: etenim ob famis inopiam profecti sunt de terra sua in alteram. Mortuus est in illa Mahalon maritus Ruth, illa vna secuta socrum suum Nohemi, venit circa Bethleem, ibi virum accepit Booz opibus & genere clarissimum, de quò natus est Obed, atque ex illo Isse, & de hac Dauid, vsque ad generationem Christi de Ruth intelligitur prophetia Isaiæ petentis à Deo agnum qui ille mitteret de petra deserti; hoc est de Ruth; quam nonnulli opinantur oriundam ex vrbe Prouinciæ Moab dicta Petra. Insigne mysterium quod ex nunc vult Deus gentiles in suam adscribi generationem, vt dicere possit Propheta. *Gaude & lætare Iacob: quia de medio gentium Saluator tuus veniet*, Erat templum Salomonis symbolum corporis Christi sicut ipse declarauit dicens: *Soluite templum hoc.* Illud autem templum ædificatum fuit per manus Iudæorum & Gentilium quos Hyram misit Salomoni, ostendens Christum venturum non solum ad salutem Iudæorum sed etiam Gentilium, atque corpus suum futurum, & quidquid offeret, in sacrificium & redemptionem Iudæorum & Gentilium: nam idcirco seipsum vocauit templum mundi. h.33. nu.11. vsque 14.

XLIII. *Iesse genuit Dauid Regem.* Quando debet cendus est fons ad quandam ciuitatem, colligitur aqua in sua scaturigine in arca quadam lapidea, & deinde per secretos canales consequenter deducitur: ita vt huius habeatur notitia, atque ad eius commodum rem decursum, fiunt in canalibus respiratoria quæ manifestatur. Fit viuum in primo scaturigine suæ tubo seu canali, & inde reuertitur ad primum cursum de tubo in tubum latenter procedens in eo su suo, & postmodum fit aliud circa medium in canali, donec ad vltimum perueniatur, ex quo prodit in ciuitatem. Fons vitæ est filius Dei; emanarus erat vt salubriter mundum irrigaret, in

manifestans: eo fine arca illa componitur de Abraham & Sara coniugibus, arca ex petra firmissima ita illam appellat Isaias. *Attendite ad petram*, eratque Sara vt caverna vnde aqua cœpit colligi: nam ita quoque ab eodem Propheta describitur. h. 39. numer 35. Hinc cœpit fons fluere per parentum & filiorum canales; ac tam latenter fluebat vt ignorarentur tubi particulares; quia plures erant descendentes de familia Abraham, & multi filij nepotis sui Iacob; ad hoc statuit Deus spiraculum quoddam patens in aliquo canali, hoc est Patriarcham Iudam, inter duodecim fratres electum signatum & cognitum pro tali. Exinde profluit rursus, fons per secretos canales, erant etenim multi descendentes de Iuda, & iam nemo sciebat per quem fons deflueret: hinc aliud Deus statuit respiraculum in alio canali quasi in medio, nempe Dauid, manifestans & revelans per ipsum fontis decursum, noua illi & manifesta addicens promissa, quod per illum velut canalem procedentem de Abraham & Iuda, fons esset manaturus, fuitque hoc ita manifestum vt omnes intellexerint Messiam fore filium Dauid: fons hic figurabatur in fonte Siloe ex præclaris conspicuo proprietatibus: quamvis enim in aliquibus partibus nulla esset illius noritia & latenter flueret, in aliis tamen erat fluxus eius manifestus: hoc vt credo significat quod de illo dicitur quod in certis partibus cum silentio curreret, atque in aliis locis inter petras videretur currere designatas. homil. 30 numer. 53.

XLIV. *Dauid autem Rex genuit Salomonem ex ea quæ fuit Vriæ.* Miramur primò, quod cum Dauid multas haberet vxores quæ contra pudicitiam non peccuerant actibus luxuriæ, quales fuerunt Abigail, Achinoam &c. voluerit Deus eligere Bethsabee, mulierem adulterij & scandali ream, ex qua nasceretur. Secundò, quod velit Spiritus S. dirigens calamum Euangelistæ, memoriam inferre mariti illius Vriæ, cui ipsa fædifraga fuerat. *Ex ea quæ fuit Vriæ.* Et credere possumus quod ipsa quoque eius neci consenserit, ex eo quòd, quam primùm se prægnantem senserit, de hoc Dauid præmonuerit, vt honori suo consuleret. Idem dicit D Hieron. nam loquens de Thamar ait, quod Spiritus S. notare voluerit peccata progenitorum Christi, quatenus intelligamus, quod in mundum non venerit, attractus bonis operibus meritisque sanctorum, sed malorum peccatis. ex quibus carnem sumere dignatus est quatenus sanguis hic ab illis acceptus, ipsum exclamaret vt tantò diligentiùs eorum studeret redemptioni, sicut supra notauimus ad illud, *Filij Dauid.* numer. 22. 23. 24.

XLV *Genuit Salomonem ex ea quæ fuit Vriæ.* Ostendit Deus quod non sit similis nobis: si namque mulier in crimen lapsa sit. semper illam vt pecatricem intuemur. & ita ipsa Bethsabee filio suo asseruit Salomonem. ho. 38. nu. 112. porro non hoc modo agit Deus, etenim per pœnitentiam omnium obliuiscitur peccatorum, in quantum adserre possunt ignominiam. ibidem num. 106. vsque. 112.

XLVI. *Salomon genuit Roboam.* Coniunctum erat regnum ex omni pœpulo Dei & Duodecim tribubus in Dauid, ita coniunctum tradidit filio suo Salomoni: porro propter huius peccata diuisit illud Deus, maiorem tribuum partem, & quasi omnes tradens Ieroboam seruo qui seruierat Salomoni, familiæ Dauid duas tantum relinquens tribus: & quamuis supplicium fuerit hoc peccatorum Salomonis, noluit tamen Deus vt in diebus illius sed filij illius hæc fieret regni diuisio, ob rationem quam ipse Deus assignauit in legatione missa Salomoni 3. Reg. 11. *Scindam regnum tuum, & dabo illud seruo tuo verumtamen non faciam in diebus tuis propter Dauid Patrem tuum. De manu filij tui scindam illud, nec totum regnum auferam. &c.* Optime dicitur de sapientia diuina quod in omnem partem oculos coniiciat. *Omnia prospiciens*: Accurrit iusto seruans reverentiam vt Dauidi, & malum castigans vt Salomonem. Ob merita Dauidis seruatum fuit in filio Salomone, regnum, & propter peccata Salomonis diuisum fuit in filio Roboam: hoc est: *Omnia prospiciens.* homilia 29. numero 5 & hoc noueris, quod si opera habeas bona & mala, Deus vtraque considerabit, ita vt nec bonum suo priuet præmio, nec malum suo supplicio. homil. 16. numer. 51. vsque 54. Et intelligunt Patres quod propter sua crimina Deus eorum puniat filios. ho. 9. numer. 19. Et quod principale patrimonium quatenus se conseruent securos in bonis suis & dignitatibus, hoc sit, virtutes illis relinquere & merita, sicut Dauid Salomoni, & procurare vt boni sint, si namque illis crimina relinquant, vt Salomon, filio Roboam, euertentur. h. 15. n. 29. 30.

XLVII. *Ioram genuit Oziam.* Omittit Euangelista tres Reges intermedios: quia Ozias non fuit filius Ioram sed abnepos: quia Ioram genuit Ochoziam & per nepotem Ioas, & per pronepotem Amasiam & per abnepotem Oziam. Dubitant Sanctissimi Patres cur Euangelista tres illos Reges omiserit, cum tamen essent in recta linea & descendentia huius genealogiæ. Communis est responsio, quam indicat Diuus Hieronym. & sequitur D. Hilar. quod Deus punire voluerit duos illos malâ famâ celebres & sacrilegos reges Achab & Iezabel idololatras, Prophetarum Dei homicidas, & idolorum sacerdotum veneratores, Prophetæ Eliæ persecutores, iræ diuinæ omnigenis idololatriis, & potissimum morte sacrilega Naboth, vt vineam illi fures adimerent prouocatores. Ex his orta filia est Athalia impia, sacrilega, crudelis, & parentibus per omnia similis homil. 41. nu. 71. 72. hæc neptis est Regi Ioram, ex quibus natus est Ochozias, atque ex hoc

Ioas, & ex hoc Amasias, & ex hoc Ozias. Puniebat Deus parentes in filiis vsque ad quartam generationem (ita D. Hilar.) ad vsque hanc punire voluit filios Regis Ioram propter peccata matris quæ descendebat ex Achab & Iezabel, nec vult vt dicantur Reges in catalogo suæ generationis, nec quidem in illam admittantur vsque ad quartum descendentem nempe Oziam ; filios castigans & tanto priuans honore ne inter parentes Christi annumerentur, solet enim Deus filios punire in iis quæ spectant honorem ob peccata parentum, sicut modo facit S. Officium, vt enim parentes in filiis repræsentantur, illos in his Deus castigat : homilia 9 numer. 19. 20.

XLIX. *Ozias genuit Ioathan.* Fuit Ozias in principio Rex pius & iustus atque à Spiritu S. laudatus, sed illum peruertit superbia, etenim se Regem considerans etiam vsurpare voluit officium summi Sacerdotis, vestes assumens pontificales, Deo thus oblaturus, & egregia sunt sane Spiritus S: verba, 2 Paralip. 14. *Cum roboratus esset, elevatum est cor eius in interitum suum, & neglexit Dominum Deum suum ingressusque templum Domini, adolere voluit incensum super altare Thymiamatis.* Omnes admiramur dici quod Deum neglexerit, si namque textum attendamus, videtur potius Deum voluisse honorare ; etenim considerans se à Deo promotum, multisque adauctum victoriis, non satis illi fuit mediantibus sacerdotibus incensum offerre, sed hoc voluit propria manu adolere, vestibus indutus Sacerdotalibus vt tradit Iosephus. Noueris ergo quod in hoc quo videbatur velle Deum honorare, illum contempserit, quandoquidem Dei despexerit sacerdotes, & id quod Deus Regibus iniunxerat, vt sacerdotes suos honorarent, nec eorum officium sibi assumere præsumerent. Hoc ita grauiter accepit Deus, vt multi arbitrentur eo tempore terribilem illum contigisse terræmotum, de quo loquuntur Amos c. 1. & Zachar. c. 14. & hoc certum est quod illum leprâ percusserit potissimum in fronte ; ad arrogantis suæ superbiæ supplicium : imo credit D. Hieron. quod error hic etiam Prophetam Isaiam tetigerit, eo quòd illum non correxerit. hom. 21. numer. 6. etenim Reges non tantum officium non debent sibi arrogare Sacerdotum, sed illis esse subditi, & coram eis stare, sicut Iosue coram Sacerdote Eleazaro. ho. 14. nu. 27. 28.

L. *Iozias genuit Iechoniam in transmigratione Babylonis.* Sicut hæc generatio procedebat vlterius ; ita & eorum augebantur peccata & idololatriæ ; & Deus vt misericors pater populum clementer plectebat, donec illum captiuum seruumque tradidit Regi Nabuchodonosor, quem vt talem transuexit in Babyloniam. Hæ transmigrationes, seu captiuitates, fuerunt tres, vna strictior alterâ, & omnes in diebus Iechoniæ, qui in SS. litteris variis nominibus appellatur. Prima [illegible] anno 3. regni eius in Iudæa, & primo Nabuchodonosor in Babylonia, qui irruens super Hierusalem plures traxit in captiuitatem nominatim autem Daniel eiusque socios ; secunda fuit octo post annos, nam reuersus Nabuchodonosor captiuum abduxit ipsum Iechoniam, matrem eius, omnesque regni primarios, qui peccata sua agnoscentes patienter tulerunt illam captiuitatem, qua de causa illos Deus primi floris appellat. homilia 9. numero 49. Reliquit Nabuchodonosor tunc temporis in Regno Hierusalem Sedeciam patruum Iechoniæ, qui cum impius esset & sacrilegus, cum omni populo suo damnam prouocauit iram ; ita vt in supplicium peccatorum Deus permiserit vt vltimato reuerteretur Nabuchodonosor, qui omnes traxit in captiuitatem, templum succendit ; & ciuitatem funditus euertit. In quo primò nos decet Deus qualiter captiuitates, ciuitatum ruinæ, populi & regnorum transmigrationes, nostrarum sint supplicia peccatorum. homilia 17. numero 24. Proinde vt regna in libertate conseruentur, deant Reges cuncta regnis extirbare peccata, homilia 28. numero 8. & confirmatur exemplo Iosiæ Iechoniæ, & Moysi ibid numero 11. Et hunc postmum aduigilent Principes honoris diuini protectum. ibid. numer. 58.

LI. *In transmigratione Babylonis.* Patet secundo quod nos ipsi sceleribus nostris Dei manibus trademus flagellum, quodque ipse ex se non habeat quòd niat, sed inde deducendo à Babylonia Nabuchodonosor, quem vocat virgam indignationis suæ. hom. nu. 46, vsque 52.

LII. *In transmigratione Babylonis.* Tertio discernam quam inuoluntariè nos puniat, cum moram trahat ita paulatim procedat vt quasi suas videatur reuocare conclusiones, non vnico ictu nos volens perdere, exit Thecuitis. Sic loquuntur D. Ambr. & D. Hieron. 37. num. 24.

LIII. *In transmigratione Babylonis.* Suam Deus patiatur facit misericordiam peccatores punient, sed paulatim applicans vt modicus remedia minus fortia, minora prius supplicia, deinde grauiora & grauiora donec peccatorem consumat. Ita Pharaonem & Aegyptios mulctauit & eodem modo processerat cum Chananæis. Ita neruosè ponderat hoc Salomon. hom. 22. numer. 54.

LIV. *Et post transmigrationem Babylonis.* Manebit populus captiuus in Babylonia annis septuaginta ita Prophetiam Hieremiæ, manente interim ita vaga, vt teste D. Hieronimi quasi toto illo tempore vix aues in illa viderentur, quo Deus [illegible] populum ostendit indignationem, volens illos [illegible] ris sæuisq; flagris cohibere sed malum hoc fuit, quia

fo fœdati fint peiores, quo fieri debuiſſent meliores; etenim in Babylonia non tantum veteribus inhæſerunt peccatis ſed alia ſuperaddiderunt noua idolatriæ, regionis illius idola adorando; quocirca Deus quaſi ſuſpenſus hæſit quidnam cum maledictis his ageret peccatoribus; etenim beneficiis iniquitates eorum augebantur: ſuppliciis peiores euadebant; quamobrem Deus illos per ollam deſignat ſordidam quam Propheta Ezechiel & ipſe ibidem captiuus mundare non potuit, nec igne nec aqua, vnde & illam vt perditam reiicit. hom.25.numer.30. & Vates Hieremias eodem modo ſub ſymbolo argenti ſcoria repleti quod fornaci inſectum à ſcoria non potuit emundari. hom. 13.num.49. hom.37. num. 69. & tales vt reiectos reputat Ozeas, peccatores malæ generationis, qui nec beneficiis emolliuntur, nec verberibus emendantur. hom.8.n.17.18.

LV. *Poſt tranſmigrationem Babylonis* Conſtituti, tranſlati, & captiui Iſraelitæ in Babylonia ad vitæ correctionem, illam non ſunt egreſſi, imo potius terram illam ingreſſi, captiuitatem vt requiem ſumpſerunt, imitati progenitores ſuos in terra Ægypti. hom. 13.numer.47. hoc autem ita illis placuit, vt iam inde nollent egredi, quocirca in ſtatum lapſi ſunt adeo triſtem & miſerabilem, vt ipſi Angeli eis compaſſi à Deo poſtularint, (vt deſcribit Propheta Daniel) quatenus illos de terra illa educeret; quando namque ad hunc ſtatum venit peccator vt in captiuitate dura Satanæ ſibi complaceat, iam illum habeto vt extra omnem ſpem ſalutis. hom.37.n.56.

LVI. *Poſt tranſmigrationem Babylonis.* Profecti filij Iſraël captiui in Babyloniam, fructum in nonnullis fecerunt Babyloniis, veram illos docentes fidem; quapropter Angelus cuſtos illius prouinciæ, laborabat ne populus inde egrederetur, ſorro Iſraëliarum Angelus inſtabat apud Deum vt illum educeret; quia licet ex illo nonnulli ad fidem veri Dei quoſdam conuerterent Babylonios; magis tamen frequens erat vt plures ex illis à Babyloniis peruerterentur; facilius quippe eſt bonos à malis peruerti quam malos à bonis conuerti, fueruntque Iſraëlitæ ita peruerſi & idolatriæ dediti, vt intelligentes quod Deus iam illorum cogitaret eductionem, dicerent ſe nolle exire, idque taliter; vt Deus illis per Ezechielem nuntiauerit, quod etiam inuitos ipſos ad nominis ſui gloriam educeret. Quis hoc non miretur? Præclaram hic Dei ſuam oſtendit miſericordiam non ſinens vt perueros ſuos impleant affectus: hæc etenim inſignis eſt Dei miſericordia, quando peccator ſuis vult inhærere criminibus, quod illum etiam inuitum cohibeat. hom.33.n.23.vſque 36.

LVII. *Poſt tranſmigrationem Babylonis.* Inter Iudæos captiuos in Babylonia erant multi Ioni qui optabant reuerti Hieroſolymam, inſtaurare templum & ſeruire Deo ſuo: verum cum ſuo iudicio negotium crederent extra ſpem omnem, & nullis ſe pollere viribus ad effectum quem optabant, animo cœperunt deſpondere, dicentes: *Abſciſſi ſumus, periit ſpes noſtra.* Conquerebantur, ſe iam eſſe vt hominem ſepultum, in ſepulchro conſumptum, corroſum, viribuſque deſtitutum. Vt illos in ſpem erigeret multoties Deus illis per Ezechielem, nuntiauit promittens: *Ego educam vos de tumulis veſtris &c.* Quamuis vobis videatur iam vos mortuos eſſe & velut ſepultos, ego brachij mei patefaciam fortitudinem, inde vos viuos ſorteſque educens; huic appoſitè monſtrauit Ezechiel campum illum oſſibus plenum mortuorum, quæ ad vocis vnius imperium ſurrexerunt in viros fortes magnumque exercitum. hom. 27. num. 45. atque in hoc potiſſimum Deus ſuam prodidit potentiam; quando enim videbantur iam omnia eſſe conſumpta, effecit vt pampinus germinaret de familia Dauid nempe Chriſtus, reducens Iſraëlitas in Iudæam, vt continuaretur familia eius, ex qua erat naſciturus. Et hoc Deus oſtendit eidem Nabuchodonoſor quod futurum erat in lapide illo quem vidit, qui ſtatuam imperens, illam in puluerem redegit. ho.41. num.42.vſque 55.

LVIII. *Et poſt tranſmigrationem Babylonis.* Egreſſi Iudæi de captiuitate Babylonica reuerſi ſunt in Iudæam, & reædificata eſt ciuitas Hieruſalem ac templum; porro deinceps non tanta fuit regum gloria imo potius variis expoſiti caſibus ſummorum ſacerdotum gubernationi ſubiecti fuerunt; & in his eorumque prædeceſſoribus parua gloriæ mundi conſtantia innoteſcit, & hodie regnat hic, cras alter, hodie liber exultat, cras gemit captiuus: hodie exaltatur, cras humiliatur, hodie viuus, cras mortuus. Ita declarauit Solon Philoſophus. hom.4.numer.27.28. Patet etiam nullum eſſe gaudium nec ſtatum honorificum, in mundo conſtantem. hom.11.num.29.& ſeqq.hom.41. num.6.vſque 9.

LIX. *Iacob genuit Ioſeph virum Mariæ, de qua natus eſt Ieſus.* Completum hic eſt (ita D.Greg.) ænigma illud Iob à Deo propoſitum, quod extraheret hamo Leuiathan. Hæc ſeries primogenitorum eſt velut arundo, tot conſtans nodis quot anteceſſoribus: Virgo puriſſima linea eſt pendens ex hac arundine: Chriſtus hamus eſt ferreus; quia Deus eſt eſca noſtræ mortalitatis obuolutus. *Generatio Chriſti quaſi longa piſcantis linea eſt cui hamus ſubligatus carne operitur.* Ita Rupert.in c.1.Matth.& ſimiliter D.Iſidor.l.1. de ſummo bono c.16. hom.39 n.29.

LX. *De qua natus eſt Ieſus.* Euangeliſta principium ſtatuit nomen Ieſu, dicens; *Liber generationis Ieſu Chriſti*, & etiam finis nomen eſt Ieſu, *De*

qua natus est Iesus qui vocatur Christus: Ipse enim est de quo D.Ioann. *Primus & nouissimus.* hom.21.n.17. Et ipse est de quo testatur Apostolus qui bono principium dat & vltimam perfectionem. *Qui dat velle & perficere:* dedit principium humanæ naturæ quod eam assumpturus esset in Abraham, & vltimam illi dedit in sanctissima Virgine perfectionem; & discrimen quod notamus in opere boni sui principij ad vltimam perfectionem, idem est naturæ humanæ quam Deus assumpturus erat in Abraham, & in Virgine Maria, quod si in suo principio natura fuerit in viro tot meritis insigni nempe Abraham, vt eius testantur opera Dei gratia exhibita, & fauores quibus illum Deus cumulauit, ob quos habitus fuit vt Princeps de cœlo descendens. hom.31. nu.44. qualis esse debebat natura in Virgine illibata, vbi vltimam suam nacta est perfectionem, vt illam ex ipsa Dei filius assumeret? hom.30.n.63. & seqq.

LXI. *De qua natus est Iesus.* Christus verus est Moyses quem diuina sapientia fluxui fluminis labentis iniecit, de vno ad alterum deuolutum, & fiscella coopertum naturæ patrum peccatorum, donec hæc fiscella ad manus deueniret cælestis Principis de qua natus est. hom 21.n.17.18.

LXII. *De qua natus est Iesus.* Christus in cœlo Patrem habet, non autem Matrem; in terra Matrem, non autem Patrem. Quocirca illum ponunt Euangelistæ in diuersis tribus: D.Ioann generationem eius describit secundum diuinitatem, & proximum statuit Patri suo: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum.* D. Matth. generationem eius tradens secundum humanitatem, statuit illum Matri suæ vicinum; hic enim rivus fonti suo vtrobique vicinus est, & oraculum impletur Abacuc: *Deus ab Austro veniet, & sanctus de monte Pharan.* h.35.n.4.

LXIII. *De qua natus est Iesus.* Declarauit Abacuc Verbis prædictis hanc nativitatem, quâ sanctus de monte Pharan erat oriturus. Sanctus nomen est Christo proprium: ita enim Angelus. *Quod ex te nascetur sanctum &c.* hom.34.n.7. vlque 12.ho.42.n.31. Virgo SS. optimè dicitur mons Pharan, quod Septuaginta legunt, umbrosum & condensum: vide dicta ho.35. num.4. Sed bene illam significat mons celebris, Pharan, qui nomen hoc sumpsit: Pharan etenim significat diuisionem, atque in illo monte mirabilem fecit Deus diuisionem, & hæc ea est quam in Virgine operatus est; cum enim pari pede natura cum peccato procederet, in ipsa mirabilem hanc fecit diuisionem, vt integra maneret natura, sed omni secluſa culpâ. h. 6.n.34.h.28.n.49.

LXIV. *De qua natus est Iesus.* His solis verbis plura dicit Euangelista quam omnia possent verba dicere sapientiæ supremorum Seraphim; etenim nouum est; quod tantam debeat habere in annulo cæ[lesti] magnitudinem, quanta est lapidis illi inserendi. [Ta]videris vtrum possit Arithmetica magnitudinem illius pretiosi lapidis Christi metiri, atque ita infusa est matris illius dignitas, vt ait D.Thom. ad modum gloriæ. h.22.n.25. & sicut magnitudo gloriæ tanta est, vt eam nec oculi viderint, nec aures audierint, nec cor potuerit imaginari tanta quoque est huius Virginis preeminentia. hom.12.n.17.& seqq.

LXV. *De qua natus est Iesus.* Si quid scio notat Euangelista Christi puritatem vocans illum filium David, Abrahæ & B.Virginis. Ait D. Paul. prætixit convenire quod Christus tria haberet, vt officio suo fungeretur Redemptoris; vt esset sanctus, innocens, & impollutus. *Talis decebat vt nobis esset Pontifex sanctus innocens & impollutus.* Mira est hæc gradatio: potest etenim quis esse sanctus, licet peccatum habeat, sed non erit innocens; & aliquis potest innocens esse absque peccato mortali, imo etiam veniali; (casus hic est rarissimus, quem aliqui attribuunt D.Ioann.Bapt. eorum non erit impollutus, quia polluit illum peccatum originale. His conformiter Christus non tantum fuit sanctus quia vera præluxit sanctitate, sed innocens quia peccatum non habuit actuale; & non solum innocens, sed impollutus, quia nullo fuit peccato originali infectus. Vnde de hoc singulariter dicitur quod sit filius Dauid ex eo quod hic sanctus fuit, licet non innocens; filius Abrahæ, quia hic innocens fuit, non impollutus; filius Virginis, eo quod ipsa fuerit sancta, innocens, & impolluta. h.34.n.8.

LXVI. *De qua natus est Iesus.* Duplicem naturam in Christo perpendit D. Ambros. vnam de matre virginali, ex quo mortalis prodiit; alteram, de Sepulchro, de quo natus est immortalis. Huic enim nec tantum quod corpus suum reciperet de sepulchro, & mortuum nihil ab illo recipiens, decreuit æterna prædeterminatione, vt omnes haberet excellentias quarum esset capax; potissimum puritatem, vt ab illo non accessisset cõporis mortui corruptio, quanto magis ad hoc de ventre virginali disponere conueniebat, ex quo realiter & verè carnem sumpsit, & naturam, quâ vestitus prodiit in mundum? h.48.n.10.

LXVII. *De qua natus est Iesus.* Hoc inter alia intendit filius Dei in mundum veniens, vt honorem mulieribus restitueret, quem per primam amiserant, quâ vsus est diabolus vt virum falleret & naturam ruinaret; & illas ordinariè sibi sumit quibus vtitur ad perueritat. hom. 25.n.7.8.9. Tantum in eo proficiens Satanas vt decretum euulgari fecerit, quod nulla mulier censeri posset sapiens & prudens. h.32.n.19. Dominus per feminam diaboli [illu]sionem contere, complens illud quod dixerat in principio [mundi] quod per ipsam caput illi confringeret; si [enim]

per primam illam noſtra lapſa eſt natura, per hanc à caſu reparatur. h.25.n.15.

LXVIII. *De qua natus eſt Ieſus.* De ſapientia diuina dicitur; omnia contuens, *Omnia proſpiciens.* Quod ſi hoc in omnibus operibus faciat, multò magis in operibus eminentiſſimis ſuæ Incarnationis, etenim ad redemptionem hominis neceſſaria eſt humana natura abſque omni peccato, etenim cum peccato non poterat perfecta fieri redemptio. ho.34 n.8. Proinde partem vnam aſſumpſit quam indueret, in qua verè foret natura humana, ſed ſine culpa vel defectu, per quam omnibus ſubueniret. h.29 n.5.

LXIX. *De qua natus eſt Ieſus.* Dixit Salomon de Deo quod omnium fines intueatur; & certum eſt, quod, ſi proprium ſit ſapienti finem cuiuſque operis attendere, multò magis conueniat hoc Deo; ſi igitur ad primi Adam creationem, primo parauit illi Paradiſum adeo præclarum, vt nulla, deeſſet arbor frugifera nulluſque flos pulchritudine gratus: *In quo poſuit omne lignum pulchrum viſu, & ſuaue ad veſcendum.* Quid ageret pro ſecundo Adam? Certum eſt quod alium illi præparauerit paradiſum illi conuenientem: vtcum eſſet cœleſtis, non deficeret illi aut flos aut arbor vlla earum omnium quas Deus creauit in mundo ſpirituali: proinde ſtatuit hic fidem Prophetarum, ſpem Patriarcharum, charitatem Apoſtolorum &c nec decebat vt vlla deficeret illi perfectio nec grauita excellentia Angelis conceſſa; & ſi commune ſit omnibus illis naturam habere mundam à peccato, nec hæc deficeret in virgine alioquin deficeret illi hoc hoc quod eſt commune Angelis in ſua creatione; & ſi propter bones Deus creauit hos cœlos cum tantis ſyderibus, & mundum hunc tantis ornatum floribus; quid acturus erat pro filio? h.27.n.19.

LXX. *De qua natus eſt Ieſus.* Admiror ſententiam Iudith, cum Deo loquentis, quod ipſe ſua admirabili faceret ordine. *Tu feciſti priora, & illa poſt illa cogitaſti.* Hic nulla intelligenda eſt ſucceſſio ex parte intellectus Dei; quia in ſuo intellectu Diuino nihil prius eſt aut poſterius; nec eſt ſimilis noſtro, qui procedimus diſcurſiuè de vno ad aliud, ſed ex parte rerum; nam ſecundum ſapientiſſimam proponens prouidentiam aliquid facere, pariter diſponit omnia huic congrua iuxta naturæ eius qualitatem; mundo viſibili primò ſtatuit creare ſolem, ex quo pendet tota vita, natura, perfectio, & omne bonum quod in illo comprehenditur. h.33.n.14. Quia verò ipſe purus eſt, mundus, & à terrenis imperfectionibus alienus, decreuit illi creare, ſedem locumque purum, & mundum illi congruum, hic autem cœlum eſt in quo illum collocaret, vbi locum non habent terrenæ imperfectiones, & nec minima quidem terrarum; ſyderibus ornatum, vt poſſus in illo ſol tanta, quanta videmus, pulchritudine refulgeat. Hoc Dauid indicauit his verbis: *Cœli enarrant gloriam Dei.* Nam ſtatim adiunxit: *In ſole poſuit tabernaculum ſuum:* quod alij legunt: *Soli poſuit tabernaculum in eo.* Et eodem modo Deus prædeſtinans filium ſuum vnigenitum vt ſolem eminentiſſimum mundo ſpirituale remedium de quo cuncta bona profluerent ſpirituala. h.33.n.17. Præparauit illi ſedem, thronum, & locum illo condignum in eo quòd eſt ipſa puritas & mundities & liberum ab omnibus terrenis vaporibus de noſtra carne ſurgentibus, atque ab omnibus peccati mortalis, venialis, & originalis impuritatibus. Inſuper hinc D.Ioann.Damaſcen. (orat.2. de dorm.B.Mariæ) vocat illam cœlum animatum, & quis declaret, exiſtente in hac ſole, ſyderum eius ſplendores, virtutes, gratias, glorias? hinc conclude beatiſſimæ Virginis puritatem. Verba Iudith exponuntur. hom. 32.num.39.

LXXI. *De qua natus eſt Ieſus.* Si verbis inhæreamus præfatis Iudith, alius aperitur diſcurſus egregius fundatus in doctrina D.Thom. quem ſubtiliter declarat de prædeſtinatione. Hoc primum Deus in ſua determinauit æternitate, creare ſcilicet prædeſtinatos, quibus bona ſua & ſeipſum communicaret, quia ſummum eſt bonum cui proprium eſt ſeipſum ſummè communicare; quia vero hi prædeſtinati viuere debebant diuinâ eius gratiâ ſuam operando ſalutem, decreuit hunc mundum creare; ſic enim teſtatur Eſdras. *Propter nos feciſti ſaeculum.* Et ſimul cum hoc talem propoſuit creare mundum, qualis conueniens erat vt illi prædeſtinati Dei gloriam cum eius gratia mererì poſſent: itaque quidquid in hoc mundo eſt, diſpoſitum eſt in ordine ad prædeſtinatos: & cauſa principalis propter quam inſtituendum eſt iudicium, ea eſt, vt Deus reddat rationem regiminis huius mundi, & hoc ſuum demonſtret decretum, omnia creata eſſe in ordine ad prædeſtinatos. hom.6 nu.29. vſque 35. Si igitur creando hunc mundum propter prædeſtinatos, illum eo modo diſpoſuit, vt quidquid in eo eſt, in ordine ad illos diſponatur; cum Chriſtus ſit primus prædeſtinatus & cauſa omnium prædeſtinatorum: decebat præuenire, nouumque illi mundum præparare, nempe puriſſimam Virg. idque eo modo vt nihil in illa eſſet quod non Chriſto correſponderet. Et certum eſt nihil illi minus conuenire, quam peccatum cuiuſcumque generis ſit, vnde ratio ſuadebat vt illa ab omni genere peccati crearetur immunis. Diſcurſus hic de prædeſtinatione diſputatur. h.27.n.20.21.

LXXII. *De qua natus eſt Ieſus.* Adeo neceſſaria erat puritas & munditia Chriſti, & in ſanguine eius & carne, vt propter hoc noluerit antiquitus admittere, ne quidem in eius figura, ſanguinem aut carnem humanam, licet etiam Iſaac. etenim magis voluit ſanguinem animalium quæ peccatis non poterant in-

quinari, quam hominum, qui habere poterant peccatum. Quam ergo puritatem parare decebat in ipsa carne & sanguine de quo suum erat sanguinem carnemque assumpturus? conceptus hic meretur notari ex sacrificio Abrahæ. h.34 n.10.11.

LXXIII. *De qua natus est Iesus.* Deus honoris sui est summopere zelosus ita vt non patiatur in illo vel minimum lædi: proinde Moyses difficillima quæque à Deo impetraturus, suum illi proponit honorem, & Iosue similiter. Facta sunt hæc egregia hom.3.num. 41. hom.32. num.37. estque ita honoris auidus & amicus vt numquam inuenias ab illo præceptum electis suis vt honori renuntient, & eius incurrant iactutam; cum ita sit quod voluerit vt opibus, domibus & cæteris valedicerent. hom.3. num.27. vsque 31. & videbatur in dedecus non leue cessurum, si in sedem primariam eligeret mulierem, in qua prius habitasset diabolus; etenim dum in diebus Machabæorem irruerunt Gentiles & altare Dei profanauerunt, sita in illo statuentes idola; quando postmodum his à populo Dei superatis & fugatis, iudicarunt Sacerdotes sufficere vt altare illud purificarent; hæserunt, & mutuo loquebantur contra rationem esse illud ita erigere: *Ne fortasse esset illis in opprobrium apud gentes.* Iudicarunt Deo non leuem inurendam ignominiam, si Gentiles possunt obiicere quod in altari eorum primario, illi prius sua collocassent idola, quocirca dicit textus Deum hanc approbasse rationem, illisque inspirasse vt destructo illo altari prius profanato, aliud erigerent nouum & mundum, in quo nec locum nec partem, nec aliquid sui idola habuissent. 1.Mach.4.

LXXIV. *De qua natus est Iesus.* Illa quæ Deus operatus est in Virgine, alia non sunt mensuranda regula quam omnipotentia Dei; ipsa hoc indicante; *Fecit mihi magna qui potens est.* Tantum diligit Deus sanctos suos vt eorum gratia infinita faciat opera, naturæ potentiam & intellectum superantia Seraphinorum. Et præclara fuerunt illa verba quæ Christus dixit, sponsam suam demulcens S. Theresiam, filia si cœlum non creassem tui gratia crearem. Qualia igitur erunt mirabilia quæ faciet in Virgine Matre sua ita cursum omnem naturæ prætergredientia, & omnem creatum intellectum longe superantia? Dubitans Moyses vtrum Deus quidquam faceret in gratiam populi sui, quod illi videbatur supra omnem cursum naturæ, deprecatur eum, vt oculos coniiciat hinc in amorem, quo populum suum prosequebatur ex quo nasciturus erat; & inde in manum suam omnipotentem; etenim hæc attendenda est, quando agitur de eo quod præstabit Deus propter illos quos amat & eligit. Quid ergo dicemus de Virgine? *Numquid manus Domini inualida est?* hom.27.n.42.43.

LXXV. *De qua natus est Iesus.* Si Christus tangendo crucem flagra, spinas, & ipsam mortem, hæc omnia ipse Deificauit, naturam illis dans sanctificationis qualem exponit Diuus Damascenus. hom.15. num.9. vsque 12. Quid facturus erat Matri suæ? Quam supra omnem modum illam creaturus erat sanctam & impolluram?

LXXVI. *De qua natus est Iesus.* Maximè proxima Iesu, maximè participare debebat de eius salute & redemptione; non illam redimendo iam captiuam, sed antequam fuisset. Doctrina hæc est D. Bern. quæ hac declarat qualiter Christus dici possit Redemptor Angelorum. hom.22.n.50.

LXXVII. *De qua natus est Iesus.* Vide duo argumenta valde ad rem ad confirmandam Virginis puritatem in festo Purificationis. n.21.30.31.32.33.

IN FESTO S. THOMÆ APOST.

I. *Thomas vnus ex duodecim, qui dicitur Didymus non erat cum eis &c.* Ioann. 20. Non videtur hoc Euangelium huic festo conuenire, instituto ad honorem huius Apostoli; quandoquidem in illo nobis referatur incredulitas eius obstinata, videtur enim hoc vltimum esse perditionis, ad quod aliquis labi potest; sed proposito optimè conuenit cum non proponitur, hærendo in eo quod Apostolus hic à peccato victus fuit infidelitatis, sed in eo quod hic Apostolus in ipsum irruit, vicit, & triumphauit; eò quam rationem in die Iudicij peccata à sanctis commissa illis cedent ad maiorem gloriæ cumulum. homil.6. numer. 47.48.

II. Hodie in publicum producitur peccatum illud enormè Apostoli Thomæ; quia hic primo pretenditur gloria Dei, & quantò peccatum eius grauius fuit, tantò gloria redditur illustrior, qui curauit eum, & peccatum ei remisit. hom.38.numer.24. Nec non cedit ad maiorem sancti gloriam: quantò namque maior videbatur magnitudo Goliath, tantò crescebat Dauidis maior gloria illum vincentis. Hoc lego apud D. Chrysost. ibid. num. 25. vide inferius festo conuersionis D. Pauli circa Euangelium. Vide quod diximus Dominica in Albis.

IN FESTO S. STEPHANI PROTOMART.

I. *Ecce ego mitto ad vos Prophetas & sapientes & Scribas &c.* Matth. 3. Erat commune Phariſæorum idioma de parentibus suis conqueri quasi de Prophetarum homicidis, dicebantque, quod si temporibus illis viuissent, non eos ipsi trucidassent

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

in cuius confirmationem præclara erigebant illis sepulchra: probat autem Dominus eorum malitiam non esse malitia parentum eorum inferiorem: quia sicut illi, hi quoque occiderent Prophetas & ministros a se mittendos, imo eorum ipsi malitiam excederent, in eo quod non solum ministros occiderent, sed ipsum quoque qui filius erat Dei: & si Patres eorum inchoarunt implere mensuram iniquitatum, ipsi eam perficerent; ita vt propter eorum peccata ciuitas illa subuerteretur. h. 39. n. 20.

II. *Ecce ego mitto ad vos*: Considera hic retributiones misericordiæ Dei: cum enim ipse patiatur iniurias, & ad ipsum deberent recurrere veniam rogantes, ipse ad illos mittit quasi præpostere incedens. hom. 41. n. 41. 42.

III. *Ecce ego mitto ad vos*. Perpende misericordiam: cum enim videretur missurus diluuium quo deleretur, vt in diebus Noe, vel ignem de cœlo sicut Sodomæ, non mittit illis nisi pacis ministros ad illam eos exhortantes h. 41. n. 37. vsque 41.

IV. *Et ex illis occidetis & crucifigetis*. Domine si nos illos ab ipsis occidendos, quate illos mittis? videris enim ipsos occidere. Hic patet quantum tuum quæras commodum, vt etiam illius gratia vitam amicorum sibi maxime familiarium, discrimini exponat. h. 17. n. 42. 43. & quid hoc mirabis cum eandem ob causam Pater æternus suum mittat filium, præscius illum ab eis occidendum. ib. n. 44.

V. *Et ex illis occidetis &c.* Enorme scelus, talibus criminibus talia rependere beneficia: Dauid contra illud exigit iustitiam. h. 35. n. 11. diuersæ sunt Dei retributiones ab illis, quibus tu illi respondes hom. 41. numero 41. 42.

VI. *Et ex illis occidetis*. Extra dubium est o Domine, quod eo modo sint illos interfecturi, cum pergant illi veritatem annunciaturi. Quia vero tu hoc fecisti, te crucifixerunt, & eo ipso quo veritatem illis denunciasti, crucem tibi præparant: ita namque veritas odio habetur, vt qui illam dixerit, grauem passurus sit persecutionem. h. 22. n. 28. Nullus illam in domo sua vult, omnesque excipiunt illam vt vxorem Leuitæ in Gabaa. hom. 34. n. 41. 42. Et fiunt vt visi omnes si constringantur, vt Herodes. ibid. n. 53. & meo quidem iudicio nos ministri moderni per illam non coarctamus, quandoquidem nos non interficiant. ho. 36. n. 49. vsque 52.

VII. *Vt veniat super vos omnis sanguis iustus*. A vobis exigetur ratio omnis huius sanguinis omniumque beneficiorum quæ vobis Deus contulit. Erunt illi eteniam iustæ vestræ testes damnationis, ad quam ideirco illos Deus proferet ad iudicium. h. 6. n. 35. vsq. 38. Et norunt omnes quod quanto crescunt beneficia, tanto crescat & supplicii seueritas. ibi. num. 22. 23.

VIII. *Hierusalem quoties volui congregare*. Ostendit se Dominus quasi suspensum & anxium, velut is qui nescit quod medium sit assumpturus vt rem aliquam assequatur; etenim multis ad hibitis, nullus sequitur effectus. h. 25. n. 24. vsq. 27.

IX. *Quoties volui*. Meo iudicio Christus se prodit fatigatum cum Ezechiele, ollam conante emundare hom. 25. numero 28. vsque 31. & sicut Hieremias dum argentum laborat purificare: nam illud reiecit vt reprobum. h. 13. n. 49. h. 37. n. 59.

X. *Quoties volui*. Quoties Christus illis prædicauit, & quoties vocauit: quod si diabolus numquam cesset vt sub alas suas te capiat, idcirco namque dicitur Beelzebub. hom. 19. num. 58. minus cessaret Christus vt sub alas suas te colligat: atque ideirco iterum & iterum reuertitur, novit etenim homines esse obliuiosos. hom. 33. n. 25. 26.

XI. *Quoties volui congregare filios tuos sub alas*. Clare patet ipsos filios esse Satanæ, cum statim ad eius vocem conuolarent. & quantumuis Christus vociferaretur numquam accurrerent, quod Hieremias explicauit similitudine perdicum. homilia 37. numero 30. 31.

XII. *Quoties volui congregare*. Indicium ouium Dei hoc est, ad vocem eius accurrere, credendo quod dicit, & faciendo quod præcipit, sine contradictione. hom. 37. numero 24. vsque 30. atque in hoc Magdalena ostendit se ouem Dei, sicut illi, se de grege esse Satanæ, non accurrendo ad vocem Dei, sed procrastinando. h. 38. n. 41. vsque 45.

XIII. *Quemadmodum gallina congregat pullos*. Nulla sic avis (vt credo D. Augustinus) amorem suum testatur erga pullos vt gallina, quæ quotidie glocitat, apparet debilis, infirma, fatigata, & negligens comedere, vt pulli vescantur. Nullus pater, nec omnes simul patres tanto filiis afficiuntur amore, ac Deus singulis peccatoribus, & confirmatur ex operibus, cum omnes simul patres non fecerint id quod solus Christus pro nobis singulis. h. 17. n. 13. h. 19. n. 14. h. 27. n. 23. h. 42. n. 16.

XIV. *Et noluisti*. Vide Domin. secundam post Pent. ad illud *Caperum se excusare*. Nec ego dubito quin possit hoc Dominus dicere, cum omnia sua bona nobis gratis offerat, nos autem non solum illa nolimus sed etiam contemnamus: ex quo Deus iuxta Isaiam aporiatur. h. 28. n. 28.

XV. *Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta*. In supplicium criminum vestrorum perdetur hæc ciuitas & euertetur: hæc etenim portas aperient inimicis. vide Domin. 24. post Pent.

XVI. *Stephanus plenus gratia & fortitudine*. Conspicuæ sunt prærogatiuæ quas in D. Stephano laudat Spiritus S. Præsertim quod inter homines appareret

vir

vt Angelus. *Videbant vultum eius tamquam vultum Angeli ſtantis inter illos.* Mirabilis deſcriptio, illi velut ſuſpenſi torquebantur, quia hinc illos detinebat intellectus veritatis Diuinæ a D. Stephano propoſitæ, inde trahebat pondus malitiæ voluntatis eorum; vnde quaſi ſuſpenſi torquebantur.ho 37.nu.47.vſque 51. Iam tormenta participabant inferni ex propria illis inflicta conſcientia ibid. n. 53. Porro S. Stephanus apparebat vt Angelus principis repletus gaudii vitæ cœleſtis, quia plenus erat gratia, per quam iam hoc idem poſſidebat quod ſancti in gloria.ibid.num. 57 58. gaudebat lætitia gloriæ cordis, nam illud habebat gratia plenum ibi.n.59.vſque 64.17.

XVII. *Ecce video cœlos apertos.* Non eſt quod miremur ſi oblato ſpectaculo ita ſingulari aperiantur cœli, & Deus omneſque eius Angeli adſtent ſpectatores; talia namque ſunt,quibus Deus recreatur. Nota conceptum h.4.n.29.vſque 34.

XVIII. *Ecce video cœlos apertos.* Non miror quod fortitudine plenus ſit qui cœlos videt apertos &Chriſtum Regem ſupremum ſpectantem: hi etenim oculi alas miniſtrant efficaces.hom.4.n.34. proinde tu facere deberes ſicut Moyſes qui ſemper Deum ſibi præſentem habebat quaſi de ſede gloriæ ſuæ ſpectatorem hom.1.num.32.

XIX. *Ecce video cœlos apertos.* Non eſt hoc adeo magnum quod S. Stephanus plenus ſit fortitudine, quandoquidem videat cœlos apertos:ſi namque tu illos cerneres,nulli te lapides, nullæ vincerent aduerſitates.h.11.n.3. vſque 12.h.12.n.7. vſque 15. & idcirco vinceris,quia numquam cœlos intueris apertos ho.11. n. 39. & conueniret vt piſcis eſſes alatus ſicut expendit D.Gregor, homilia 11.numero.13. per hoc lapides tibi forent portæ ſpei, ſicut vallis Achor. h. 32.numero 23.

XX. *Ecce video cœlos.* Si Ioſeph ex viſo in ſomnis regno tantam adeptus eſt contra aduerſa fortitudinem, quid miramur Stephani fortitudinem cœlos conſiderantis apertos?h.11.n.3.

XXI. *Et filium hominis ſtantem à dextris.* Omnia hæc vires addebant D. Stephano,nam quamuis Chriſtus ſedeat ad dexteram Patris,ſtans tamen apparuit, paratum ſe oſtendens vt faueat pro amore ſuo certantibus;nam adiuuans illos ſtat erectus, nec ſedet illos intuitus.h.4.n 42.& ita declarauit D. Anton. & D.Cat. Senenſ.h.32.n.54.55.56.

XXII. *Domine Ieſu ſuſcipe ſpiritum meum, & ne ſtatuas &c.* Facile fuit D Stephano amare & rogare pro inimicis, dum oculos coniicit in Chriſtum qui Dominus eſt abſolutus, & præcipit inimicos diligi; & per hoc tibi facile erit idem facere, & cauere ne te rabies vt canem occidat. Conceptus notatu dignus.h.3.n.16. vſque 22.

XXIII. *Domine Ieſu.* Nullo negotio dilexit inimicos conſiderans quod Deus conſignationem fecerat partis amoris ſui in illos,nam hoc declarauit dicens; *Domine Ieſu.*h.3.n.14. *Suſcipe ſpiritum meum, & ne ſtatuas illis hoc peccatum.* Perfectus Chriſti imitator, quandoquidem duo petat eadem in hora mortis ſuæ quæ Chriſtus moriens petierat. Ita D. Ambr. hom.37.numero 77.

XXV. *Lapidabant Stephanum.* Pretioſi fuerunt illi hi lapides, quandoquidem quanto moleſtior erat horum turbo, tanto gratior ſpes eius creſcebat vt vallis Achor.h.32.n.23.vſque 31.

IN FESTO S. IOAN. EVANGELISTÆ.

I. *Dixit Ieſus Petro: ſequere me.* Ioan. 21. In feſto S. Ioan. Euangeliſtæ ſciendum nobis eſt quia ille ſit,& ipſe hoc dicit in ſuo Euangelio. *In principio* cuius nobis dixit quis Chriſtus eſſet æternam eius ſcribens generationem. *In principio erat Verbum.* Et quis ſecundum temporalem dicens. *Verbum caro factum eſt.* In fine Euangelii ſui nobis dicit de ſeipſo quis ſit; nam tantum hoc poteſt dicere,qui illud potuit dicere nec fidit Spiritus S. calamo reddere dicere quis ſit D. Ioan quam quis ſit Chriſtus,quia illum Chriſtus reddidit quaſi ſibi æqualem quamuis infinita intereſſet diſtantia.h.2.n 41.

II. *Dixit Ieſus Petro: ſequere me.* Vide dicta in feſto S. Andreæ ad illud. *Venite poſt me.*

III. *Dixit Ieſus Petro:ſequere me* Quamuis Chriſtus dux ſit omnium, omneſque eius ſequi teneantur veſtigia, iuxta D. Petri admonitionem,potiſſimum tamen dux fuit prælatorum quos duces ouium creauit, qui in ſeipſis referre debent Chriſtum & dicere cum Apoſtolo. *Imitatores mei eſtote ſicut & ego Chriſti.* Idcirco monuit illos Chriſtus, eſſe eos debere, ceteris hominibus ſuperiores.h 43.n.39.

IV. *Dixit Ieſus Petro:ſequere me.* Supina ignorantia credere Prælatos debere ſedere, nam non ea intentione illos Chriſtus inſtituit, ſed vt perpetuo ad eius exemplum diſcurrant.h.15.n.33.atq, idcirco vitiſancti tantopere fugerunt prælaturas,ſcientes quam parum temporis illis per ipſas ſupereſſet quo ſeipſos poſſent & requieſcere. ib.n.37,vſ.43.

V. *Conuerſus Petrus, vidit diſcipulum &c.* Dominus *hic autem quid.* Signare aliquem in ſingulari hoc pronomine *Hic* communiter contemptum indicabat,ſicut dicebant de Chriſto. *Qui eſt hic* h.7. numero 6. Porro alias dicitur vt inexplicabilis ſignificetur magnitudo,eo modo quo dixit Deus Abrahæ. *Quis eſt iſti rem hunc* h. 2.nu.52. & de manna. *Quid eſt hoc?* Et dixit Salomon de mundo. *Hoc quod continet omnia.* Vocat etenim *Hoc* quia dari illi non poteſt nomen ſuæ

singulare quod totum continet; talis est D. Ioan. Evangel. Manna est omnis saporis; mundus est boni totius epitome quod Deus in Ecclesia sua constituit; Apostolus est, Martyr, Doctor, virgo, Propheta &c. tandem tabernaculum est amoris Christi: cum enim amor sit datiuus & vbi totus vester concluditur, totum ibi tuum recludis thesaurum, vbi amor est divinus, intellige tabernaculum ibi esse thesaurorum bonorumque omnium Dei. hom. 45. num. 4.

VI. *Hic est discipulus quem diligebat Iesus.* Proprium amori est omnia facere communia. Dum Christus singulariter diligit D. Ioan. illi omnia bona sua reddit communia. h. 32 n. 45.

VII. *Quem diligebat Iesus.* Amor facit æqualitatem. hom. 25. n. 37. & amor Christi illam fecit aliquo modo in D. Ioa. quandoquidem illi pectus suum concesserit in reclinatorium. Quis imaginetur quod tantum se dimittat Dei pectus, vt seruiat pro puluinari pauperi piscatori, & quis tantum caput hoc extulit vt super tale posset pectus recumbere? hæc sunt amoris opera. ibid.

VIII. *Quem diligebat Iesus.* Si ex operibus indicetur amor, perpende quantus ille fuerit quo Christus Ioannem prosequebatur: quandoquidem illi dederit gemmam qua non habuit in scrinio suo pretiosiorem nempe Matrem suam. Hoc titulo matris quam illi assignabat vere & realiter creauit ipsum Matris suæ filium, idque verbi sui potentia. homilia 2. numero 41. & seq.

IX. *Hic est discipulus ille qui testimonium perhibet.* Habes hic Angelum qui ascendit & descendit per scalam cœlestem. h. 36. n. 3. & 4.

IN FESTO SS. INNOCENTIVM.

I. *Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph*: Matth. 2. Explicatam habemus hic difficultatem a Simone Mago propositam: quare si Deus mundum gubernet tanta permittat mala? Cuius ea ratio dicitur vt inde maiora colligat bona, sicut ea collegit ex Herodis crudelitate, de qua ortum est, vt Christus cum Matre sua & Ioseph tenderet in Ægyptum ad non modica beneficia, quæ operatus est in illa regione, idola destruens, deinde ad gloriosam tantorum infantium coronam, quos Herodis gladius occidit, sed maiori eorum commodo quam si singulos regnorum suorum heredes instituisset, vt dicere verum sit cum Psalmista. *Dum superbit impius incenditur pauper.* h. 23. n. 36. Nec non vt hac occasione per totum vndequaque mundum noui Regis tot a sæculis promissi natiuitas diuulgaretur. homilia 43. numero 2. vsque 5.

II. *Angelus Domini &c. accipe puerum.* Primo subuertit hæreses postmodum orituras, docentes Christum veram non assumpsisse humanitatem. Hanc autem demonstrat, puer, vt pueri, pericula deuitans. hom. 36, numero 12.

III. *Fuge in Ægyptum.* Si Christus veniat morturus pro hominibus, & eo momento quo conceptus fuit seipsum vitamque suam pro ipsis in Virginis Matriæ vtero sacrificauerit: cur mortem fugit, quandoquidem statim possit per ipsam opus efficere redemptionis? Ratio hæc est: quiæ hanc debebat mortem perficere iuxta Patris sui æterni decretum: nam talia debent tua esse opera, quatenus bona sint; & nondum venerat hora ab ipso designata h. 36. n. 29. vs. 33.

IV. *Accipe puerum & fuge.* Nemo dubitat quin Christus potestate valuerit qua se de manibus eriperet Herodis, quamuis fuisset in Hierusalem in ipso conspectu Herodis, & in rei veritate non expediebat Deum permittere vt puer occideretur, iuxta illud diuinæ legis statutum *Non coques hœdum in lacte matris suæ.* h. 36. n. 12. Nihilominus fugam arripit & secedit non quia vecors animi, sed quia magister, ostendens primo licitam esse tempore persecutionis fugam, & secundo oportere te pericula vitare ne animæ tuæ vitam amittas ibid. num. 16.

V. *Fuge in Ægyptum.* Qui securus est in periculo, fugit, tu quoque fuge, nec te decipiat incerta vitæ fiducia. hom. 36. n. 19.

VI. *Fuge in Ægyptum.* Fugit ille qui ex fortitudine sua tutus est: tu quoque fuge: non enim solum non tutus es, sed magis certus es de casu tuo quod si non feceris, Deum tentas, nec es absoluendus h. 36. n. 21. vsque 26. Confirmatur exemplis SS. Anachoretarum. ibid. n. 26. & potissimum D. Petri. h. 43. n. 12. vsque 21. eritque fuga maxima tua fortitudo. ibid. n. 25. tantoque fortior eris quanto timidior. ibid. numero 28.

VII. *Fuge in Ægyptum* Omnes consentiunt a Deo decretum fuisse ne Christus ab Herode occideretur, eo tamen non obstante ipse Deus iniungit vt sibi caueat, atque tanta adhibeatur eius conseruationi diligentia, ac si nullum tale fuisset decretum; etenim etiam in negotio tuæ prædestinationis vel saluationis, quamuis decretum interueniat diuinum non hoc tibi considerandum est. Sunt etenim capilli nigri cælestis sponsi. ho. 37. n. 7. vsque 12. hoc tibi tantum incumbit, ita tua disponere ac si tale nullum præcessisset decretum, etenim certum est quod tibi Deus subueniet tecumque aget iuxta opera tua. ib. n. 12. vsq. 17.

VIII. *Fuge in Ægyptum.* Apparuit Christus in mundo velut fluuius Nilus: etenim tortenti illius se opponente Herodiana malitia, ad terram deflectit Ægypti. h. 25 n. 16.

IX. *Esto ibi vsque dum dicam tibi.* Ne sis sollicitus nec interroges quamdiu: qui namque te tollit in

Ægyptum inde te educet, dicetque tempus opportunum, nec te deseret sicut diabolus, mundus & caro. h. 4. numero 46.

X. *Esto ibi vsque dum dicam tibi.* Ne te torqueas: ego namque qui te misi in Ægyptum meos perpetuo defigam oculos, ea quæ concernit disponens: non enim ego talis amicus qui premente necessitate deficiam homil. 32. n. 53. 54.

XI. *Vsque dum dicam tibi.* Confide, aderit enim vt te de Ægypto reducat dum hora venerit opportuna. vt declarauit Abacuc. h. 32. n. 50. 51.

XII. *Tunc Herodes videns quoniam illusus &c.* Vah ambitionem ferам pessimam! Quem impetis: cui te hostem opponis? Etiam ipsi Deo. h. 41. n. 73.

XIII. *Iratus est valde, & mittens &c* Quid sperandum de corde malitia, cupiditate, & ambitione pleno, nisi fraudes & machinæ adeo crudeles, quales hic detegimus. h. 40. n. 4.

XIV. *Iratus est valde.* Seipsum consulit in se reuersus quid sibi in hac sit agendum occasione, eiusque consiliarii fuerant ambitio, inuidia, & auaritia: quam arbitraris inde orituram conclusionem, talem, qualis tua est. Aduoca in concilium cum Davide iustificationes Domini. h. 39 n. 16. 17.

XV. *Iratus est valde.* Deus te præseruet a ludicibus & Principibus crudelibus, quorum pectora malitia possidet, etenim pet hoc decreta emanatura, erunt crudelissimo hinc patebit talia esse diaboli decreta, Dei vero benigna & suauia h. 3 n. 10. vsque 14.

XVI. *Occidit omnes pueros.* O peruersum Principem qui cum accepisset a Deo regimen & potestatem, qua statuere debebat, vt Iudæi Christum reciperent, sicut ipse signa ficauerat in concilio inito cum Scribis, eam tamen conuertit vt illum occidat. hom. 35 numero 13. 14.

XVII *Occidit omnes pueros* Ecce Regem iniquum cum enim eius muneris esset Christum innocentem defendere si quis alius illi se opposuisset, eius tamen necem machinatur tanta puerorum laniena. Scelus est hoc non vulgare, quod ille opprimat iustitiam cui incumbit illam protegere. ho. 35 nu. 15.

XVIII. *Occidit omnes pueros.* Vah Regem proditorem, tibi Deus tradidit gladium ad eius protectionem, tu vero tam am edis stragem innocentium vt illum interficias. h. 35. n. 16. vsque 19.

XIX. *Occidit omnes pueros.* Deus tibi consulat, quando potentiores ita obcœcantur vt sint velut Samson erutis oculis; templum enim funditus euertunt. Hi sunt qui grauiora committunt scelera; si namque vir de plebe puerulum occiderit illico capite plectitur, hic autem cæsis quatuordecim millibus in throno regni sui residet multo securior, quam si illis vitam infudisset, quam ob rem illos vidit Ezechiel in medio inferni. homilia. 35. numero 19. vsque 22.

XX. *Occidit omnes pueros.* Faueat tibi Deus quando vehemens fortisque passio ambitionis vel luxuriæ vel auaritiæ cor inuaserit Principis: nam & ipsum Deum conabitur euertere. Herodes, cuius filius a luxuria occupatus, ausus est manum mittere in Ioan. Baptistam eumque capite truncare; hic autem ab auaritia & ambitione possessus, ipsum quærit Christum interficere: expedit vt Reges terræ ad honoris sui conseruationem opera vtantur subditorum. h. 41. n. 59. vsque 61. porro nisi passiones suas cohibeant, procedunt vt veteti turbulenti feraque animalia ibid. n. 84.

XXI. *Mittens occidit omnes pueros* Liquet hinc tyranni huius delirium, quod realiter credat Christum esse Messiam; vt patet ex eo quod fecit accedentibus Magis, coegit enim concilium & tandem confessus est malo licet animo, quod eum adorare vellet: & nihilominus illi auferre vitam machinatur, o malitiam inauditam! si Regum prædecessorum crimen hoc fuerit occidere volusse Prophetas & ministros Dei, quale erit ipsum velle Deum interimere? h. 39. n. 4. 5.

XXII. *Mittens occidit omnes pueros.* Vt quid heu proditor scripturas scrutatus es? Si namque illis credas, illæ tibi dicent Regem hunc a magis annuntiatum, regnaturum. Vel fidem illis adhibes, vel negas; si neges, quid tua refert quid illæ dicant? Si fidem illis adhibes, an non vides quidquid aggressus fueris in auras evanituram? Protegat te Deus a corde passionibus obsito: etenim oculos habens apertos illud ipsum non videt quod videt, & considerans hinc quod suæ opponitur voluptati, aliud non videt quod eum possit detinere: & hic patet talium modus agendi, nec eum attendunt quod agunt nec circa illum discurrunt. Ferique possumus eos nescire quo pergant. ductos velut cœcos eum filio prodigo suarum vehementia passionum. h. 18. n. 25. vsque 28. Ducuntur velut vas Zachariæ. h. 38 n. 31.

XXIII. *Occidit omnes pueros.* O stultum te an non attendis inanes omnes tuas fore diligentias, quidquidem Deum impugnent? Tu ipse credis, Deum esse qui infantis huius decreuit nativitatem, & quidquam contra eum agere nihil esse aliud quam in eorum expuere. Hoc multis contingit qui sua formant argumenta non attendentes certa principia ex quibus inferatur conclusio; qua de causa Salomon ipse arguit animas indisciplinatas hom. 21. numero 32. hom. 29. numero 21. 22.

XXIV. *Misit & occidit omnes pueros.* Quamvis possimus admirari quod eousque ascenderit ambitio Herodis malitia, vt tam execrabile ederet decretum, magis tamen est quod admiremur, quod tales inuenerit ministros tamque paratos ad decreti huius executionem; hoc enim ordinarium est; talibus Princi-

pibus

plebes non deesse ministros ad scelerum executionem licet adeo crudelium, conuersis e iustitiæ ministris in ministros iniquitatis solemnem hi faciunt ingressum in infernum vt describit Ezechiel.hom 35. nume.21. 22.vsque 25.

X.V. *Occidit omnes pueros.* Occisurus Christum, omnes illos occidit innocentes: imo potius hinc illis vera contigit vita; quia per hoc ipsum veri fuerunt martyres &per hanc mortem vitam adepti sunt æternam, qua perpetuo gaudebunt. Habes hic cur Deus tam pernitiosa permittat zizania, Herodis nempe malitiam, in fructum tritici Ecclesiæ suæ: si namque Deus hæc non permitteret zizania. hoc triticum non colligeretur.h.27 n.21.

XXVI. *Occidit omnes pueros.* Sapienter dixit S. Anna quod Deo cogitationes præparentur etiam iniquorum:cum enim ita peruersæ essent Herodis cogitationes,Dei tamen proposito seruierunt. Primo; quatenus mundum ingressus Patri suo æterno tot offerret flores,quot fuerunt vitæ istorum innocentium eius gratia occisorum,secundo; vt tanto illustrior mundoque notior esset eius ingressus in mundum vt verum sit; *dum superbit impius incenditur pauper.* homilia. 23. num.35.vsque 41.

XXVII. *Occidit omnes pueros.* Ecce quomodo nesciente Herode quod ageret illo eius sacrilego facinore Deus glorificetur, principium suis laudibus instituens per hos infantes morientes, quibus perfectionem erat daturus, aliis pueris cum collaudantibus in Dominica Palmarum. Conceptus notabilis. hom. 41.n.100.101.102,

XXVIII. *Tunc adimpletum est.* Diligenter studuit admodum D. Evang. Matth. in similibus occasionibus ostendere completas Prophetias: quia illas Deus singulariter ad hoc disposuerat, & scribi ac custoditi præceperat.h.41.n.34.vsque 37.

INFESTO CONVERSIONIS S. PAVLI APOST.

I. *Saulus adhuc spirans.* Actor. 9. Magnum hodie festum celebrat Ecclesia;quia truculentissimum persecutorem Christus mutauit in sui maximum defensorem, qui in ser nio 'eius ceteris emicat illustrior. Prius erat vas diaboli,hoc est belli instrumentum per quem diabolus crudum Ecclesiæ mouebat bellum:hoc etenim significat in SS.Litteris,Vas.Modo vas est electum a Christo in Ecclesiæ defensionem, cuius opera bellum intulit inimicis suis & aduersatis atrocissimum;& impletur hic illud Dauidis; *Ponens in thesauris suis abyssos.* hom.25 numero 3.

II. *Saulus adhuc spirans.* Orditur Evangelista referens & extollens Sauli peccatum, quanta fuerit eius durities, quam profunde inuisceratum odium contra Christum, quamque flagrans illum perdendi desiderium. Quis forte dixerit hæc in eius festo fore subtricenda: Imo potius hæc primo sunt expendenda, ad Dei & eiusdem Apostoli gloriam, atque ad nostram & totius Ecclesiæ consolationem: etenim ob eandem causam idem Evangel. Lucas describens Magdalenam, primo proponit peccatorum eius grauitarem breuibus verbis illam repræsentans abyssum impietatis. h.38 n.26.vsque 32.

III. *Saulus adhuc spirans.* Grauitatem expendit infirmitatis Sauli, non minoris quam odii in Christum & discipulos quo desiderabat vt omnes illi nonnisi vnum haberent collum, quo cunctos vno posset ictu transuerberare. Primo hoc agit Evangelista ad honorem Dei; hic enim principaliter est intendendus, & ob quem Deus Sanctos instituit: quia in hoc potissimum Deus gloriatur quod suam demonstret misericordiam: etenim eo fine hominem creauit peccabilem hom.18. numero 23. Quocirca quanto grauior est &impendentior malitia ac peccatum alicuius,tanto euidentior patet Dei erga illum misericordia, & tanto magis pateſcit industria ac scientia medici, quanto magis extolliturgrauitas languoris infirmi & prosequitur hoc D. Paulus eo modo vt ipse proponat obiectionem: quod hoc supposito, videantur a nobis grauia committenda esse peccata,.quatenus tanto magis de Dei constet misericordia, cui ipse respondet. hom.38. n.24.

IV. *Saulus adhuc Spirans.* In hoc Deus suam maxime prodit potentiam, quod in cordibus operetur liberis.quod vult modo,quando,& quolibet modo,qua de causa dicitur magnus Dominus.homil.29. numero 15.16. Si hoc igitur maxime par faciat Dei omnipotentiam, quod in corde operetur libero, nulla illi facta violentia, quanto magis patebit in corde peccatoris vilissimo? Opus hoc est maioris potentiæ quam creare cœlos, terram & ipsos Angelos. homilia 25. numero 45. Et quid erit operari in corde refractario, & actuali pertinacia, & maximo rapto furore,atque in suprema contrapositione,nulla facta illi violentia, aut læsa libertate, imo potius illa seruata & perfecta reddita? Opus hoc igitur est omnino excellens, & infinitis præcedens parasangis,prodigium in petra perfectum. homilia. 38. numero 60.61.

V. *Saulus adhuc spirans.* Patriarcha Iacob vidit in spiritu opus illud prodigiosum a Christo faciendum Dominica Palmarum, quando manum suam omnipotentem collocaret super cervices inimicorum suo-

rum. Insigne fuit illud opus, sed hoc præclarius: quia ibi satis illi fuit liberas illas cohibere voluntates, non tamen illas mutauit. Hic autem sic. Etenim eo modo manus iniecit super ceruices huius inimici, vt illum mutauerit in amicum sibi charissimum. ho 41.n. 23. vsque 17.

VI. *Saulus adhuc spirans.* Quanto clarius ad lucem profert Evangelista spirantem Sauli malitiam, tanto lucidius diuinam prædicat potentiam quasi alludens ad illam victoriam quam ipse conscripsit, & Christus asseruit se relaturum de forti armato, arma illi auferendo fortia & limata in domus suæ, id est Ecclesiæ, ornamentum. h. 38, n. 100. 101.

VII. *Saulus autem.* Audis insignem hic Christi victoriam contra diabolum nam hic Saulum assumens vt lanceam qua Christum transfoderet, dum toto Satanas fertur impetu illam vibrans, ecce Christus illam ipsi extorquet eaque illum transfodit, multo præclarius quam Banaias Ægyptium. h. 44. n. 9. & sicut Banaias propriis viribus *vi extorsit hastam* Ægyptio; ita in hoc opere voluit Christus suæ patientiæ vires contra diabolum ostendere: ipsomet Apostolo testante: *Vt me primum ostenderet omnem patientiam.* h. 38, num. 41.

VIII. Hæc est Christi victoria quam cecinit Dauid his verbis: *Dixit Dominus ex Basan conuertam.* ibid numero 68. 69.

IX, *Saulus adhuc spirans.* Tandem in gloriam cedit Dei; est etenim corona inter alias gloriosior qua se Christus coronat, melius quam Dauid cum corona Melchon. h. 25. n. 15. Omnibus peccatoribus conuersis se coronat Christus, vt Iesus filius, Iosedech cum coronis aureis & argenteis Babyloniæ inimicorum. h. 29. n. 27. sed potissimum cum Saulo: est etenim corona facta de capite trucium inimicorum, dæmonum & Pharisæorum: hi namque contra Christum cum Saulo operabantur. ibid. n. 28.

X. *Saulus adhuc spirans.* Etiam ad laudem eius exaggerat Evangelista Sauli peccatum quanto namque magis prædicat Spiritus sanctus vires gigantis, tanto magis Dauid extollitur qui diuino fretus auxilio illum prostrauit: peccata Sanctorum describuntur, non sicut horum victores, sed vt deuicta ab Ipsis per Dei subsidium. h. 38. n. 25. atque idcirco in die iudicii coram toto mundi confessu peccata Sanctorum, absit vt aliquam illis inurant infamiam, imo summum patient triumphum & gloriam. h. 6. n. 47. 48.

XI. *Saulus adhuc spirans.* Tandem Evangelista Sauli peccatum extollit in bonum Ecclesiæ, & omnium filiorum eius consolationem: etenim per hoc confirmatur articulus tanti momenti remissionis nempe peccatorum. h. 18. n. 8. vsque 14. atque idcirco illum Deus statuit in Ecclesia D. Petro collateralem, vt duas illas columnas quas Salomon erexit ad introi-

tum templi. Nota discursum. homilia. 43. numero 5. & seqq.

XII. *Saulus adhuc spirans.* Insuper nobis exemplar proponit pœnitentiæ: vt enim iusti sunt in Ecclesia, vt iustos doceant, sic sunt peccatores conuersi, vt conuertentes se doceant, & impletur illud Psalterii: *Dies dici*, &c. h. 38. n. 5. 6. 7.

XIII. *Saulus adhuc spirans.* Denique opus hoc magnum adfert Ecclesiæ solamen, quo perfidiam conuicit Iudæorum; nec enim arma sunt potiora quam ea quæ ab ipsis sumuntur inimicis: velut gladius Goliath. Ecce Saulum; erat hic gladius Iudaismi contra Christum præcipuus: sed modo in Ecclesiæ non est contra ipsum Iudaismum attocior. ho. 34. n. 17.

XIV. *Saulus adhuc spirans, &c.* Igitur primo repræsentat Evangelista huius infirmi languorem, & quanto cor eius veneno turgeret odii formalis contra Christum eiusque asseclas vt illud ore euomeret instar rugientis leonis taurique mugientis: deinde ostendit quam pertinax esset eius in corde malitia illo aduerbio: *Adhuc. Adhuc spirans:* etenim ea phrasi inquitur qua David declaraturus quam extra spem omnem essent illi pessimi infirmi dicendo; *In omnibus iis peccauerunt adhuc.* Nam quanto maiora Deus illis spectantibus prodigia faciebat, quibus illos ad amorem suum fidemque permoueret, tanto se monstrabant pertinaciores & infidelliores, talis erat Saulus etenim quanto signa, patrabant Apostoli insignora, & clarius fidei veritatem confirmabant ex Scripturis nec non maior indies numerus accrescebat fidelium hæc omnia oleum fuisse dixeris quibus odium eius furor contra Christum eiusque discipulos acrius accendebatur. hom. 35 nu. 37. vnde videbatur vt reprobus haberi posse: sicut eandem ob causam Propheta Osee vt tales reiicit Pharisæos. h 8. numero 17. & ipse Christus ipsos deseruit vt omnis incapaces recedii. homil. 13. n. 1.

XV. *Saulus adhuc spirans.* Proponit illum Evangelista furentem & passionibus obcœcatum. Dum valde promouent ruinam alicuius, Si magnis potius viribus & cœcus sit: nam per hæc euertit Samson templum. Erat Paulus vas æmulationis pro lege Moysi, & quanto magis Christus prædicabatur, tanto zelus illius amplius accendebatur: ita vt ex solo nominis Christi nuncupatione, in corde illius igni inflammaretur, sic vt factus esset velut vas pleum tormentarii, eo modo vt ex vna parte zelus legis, animum illi tribueret feruentissimum: odium vero contra Christum quasi calcar erat acutissimum quo eor illius excitabatur magis quam si quis calcaribus vrgeret equū? vnde proficiscebatur flammas eructē quē si diligēter attēderis, videbitur tibi velut vas ple phetæ Zachariæ quod duæ mulieres alis milui infle

ta per aëra deferebant: ita Saulum duæ illæ passiones deferebant, zelus legis & odium Christi quibus obcœcatus toto rapiebatur impetu. Quis illum cohibebit, quis se ponet illi aduersarium? hom. 18. num. 17. ho. 38. num. 31.

XVI. *Saulus adhuc spirans.* Toto furore flammescens rapiebatur vt tigris Danielis. hom. 38. n. 32. Animus illi tartarea contra Christum insania replebatur quam prædicatio & Apostolorum miracula augebant, & eodem passu quo Christi gloria clariùs effulgebat, ipse luore tabescebat. Hinc in caput ascendebant technæ, & cogitationes contra Christum eiusque Ecclesiam. Sicut multæ erant sublimatorij herbæ, ita multi vapores ex illo in altum ascendebant, vnde præ cholera spumæ ex ore prodibant: cum enim cor haberet odio & malitia plenum, tales esse debebant eius cogitationes. h. 40. n. 4. 5.

XVII. *Dum iter faceret contigit, &c.* Hoc inter alia excellit Dei mirabilia, quæ ab initio mundi fecit; quia solet ad conuertendos peccatores tempus attendere & opportunitatem. h. 36. n. 40. 41. Imò ipsi Dauid tempus præparauit per parabolam illi à Prophetа propositam, & communiter procedit vt venatores onagri, tempus expectando. h. 9. n. 11 12. 13. hæc autem in Saulo nullam nedum spectat dispositionem sed potius differt vsque dum ad summum ascenderet rabies eius diabolica & maledictum in Christum odium, & tunc accurrit: & meo iudicio sicut ad supremi miraculi in resurrectione Lazari patrationem, expectauit donec mors ad summum peruenerat, vt suam super illam testaretur potentiam: vnde & maximum fuit miraculum quòd Christus operatus est resuscitando mortuos corporaliter. ho. 32. n. 48. 49 ita hic permisit vsquedum & iniquitas quâ contra Christum feruebat ad summum vsque ascenderet, & ipso sic disposito, accurrit supremam suam ostensurus potentiam, animas resuscitans, & in voluntaribus liberis operans, nulla facta illis violentia: vnde supremum hoc fuisse videtur miraculum in hac materia: & ni fallar vnionem renouat, de quâ Daniel, summæ malitiæ cum summa misericordia ad peccatoris iustificationem. h. 39 n. 2. & si conuersio cuiuscumque peccatoris opus sit excellentius ipsa cœli & terræ imò Angelorum omnium creatione, quale dicemus hoc fuisse prodigium? h. 25. n. 4. 5. h. 38. n. 60.

XVIII. *Subito circumfulsit eum lux.* O diuinissime venator quam egregiè tuo fungeris officio: dixit enim Dauid: *Illuminans tu mirabiliter à montibus prædæ.* Procurrebat Saulus agitatus calcaribus ex vnâ parte zeli legis Mosaicæ, atque ex alterâ odij contra Christum. Accedit ad summum præcipitium, nec id videt, illumque diuinus subitò illuminat Apollo: & qualem se tunc esse conspexit? h. 38. n. 39.

XIX. *Lux de cœlo.* Non sufficiebat tota terræ lux; vnde Pater luminum lucem illi de cœlo mittit, velut lucem fulguris de quâ Vates Ezechiel, quæ hinc illuminat, & inde perterret, atque vnum sequitur ex altero: quia ex eo quòd illuminatus fuit in suis delictis, miseriumque cognouit statum in quo hærebat, totus animo perterretur. h. 13 n. 1.

XX. *Circumfulsit eum lux de cœlo.* Lux hæc cælestis fuit, quâ Saulus suam cognouit perditionem, quam velut anhelus insectabatur, quodque quidquid ageret, Deum ipsum impugnaret, & quos passibus progrederetur tot ad profundissima properaret inferni. Illuminauit eum Dominus vt immensas gratiæ & gloriæ eius cognosceret diuitias, quas perdebat, & pœnarum acerbitatem quam sibi lucrabatur: etenim ad horum cognitionem requiritur lux de cœlo: nam & ipsi D. Ioanni singularis data lux est ad illa duo intelligenda. hom. 16. num. 42.

XXI. *Circumfulsit eum lux de cœlo.* Non solum exteriùs illum illuminans sed interiùs vt adamantem. ho. 2. n. 2. vtinam tibi Deus vel modicum huius lucis infunderet, quâ diuitiarum illius cognosceres excellentiam, Deo sequentibus præparatarum, & pœnarum æternitatem peccatoribus destinatarum: hoc enim nobis optabat Paulus Apost. hom 21. n. 8. Quàm nos seriò excitaret horum consideratio bonorum. ibid. n. 4. vsque 12. hom. 12. n. 7. vsque 13. Et quam grauiter nos percelleret harum consideratio pœnarum. hom. 16 n. 38. vsque 46.

XXII. *Circumfulsit eum lux de cœlo.* Insigne Saulo præstitit beneficium quale promisit Dauid: *Intellectum tibi dabo.* hom. 11. n. 7.

XXIII. *Circumfulsit eum lux de cœlo* Christus & diabolus sibi opponuntur. Diabolus extorquere conatur Deo ciuitates, illas excœcans: Deus autem illas recuperare lucem infundens illis cœlestem. hom. 19. n. 28. 40. h 20 n. 2 3.

XXIV. *Dum iter faceret.* Quantum beneficium Saulo concessum, quo tantæ viam incurrens perditionis, cohibetur. Pergebat ipse sibi persuadens in hoc suam consistere beatitudinem, in quo nonnisi eius ruina consisteba: hæc etenim est prægrandis Dei misericordia, qua nonnullos præuenit peccatores, vt illos detineat ne vltra progrediantur finaque compleant mala proposita: & quamuis censeat libidinosus, auarus, & ambitiosus suum in hoc esse commodum si eo accedat quo tendet; suam tamen in hoc non cognoscit ruinam: & sicut iræ diuinæ signum est si liberè progrediantur, ita misericordiæ eius est indicium si coërcentur; congruum est hoc argumentum. h. 35 n 28. vsque 33. & omninò singulare exemplum est misericordiæ Dei erga populum suum quod refert Vates Ezechiel. ibid. n. 33. 34. 35.

XXV. *Et cadens in terram audiuit vocem dicentem sibi : Saule Saule.* Vt diuinam perciperet vocem in terram deiicitur : nam idcircò te quoque in lectum deiicit vt in templum reuertaris & loquentem illum audias, sicut prostrauit Antiochum. h.35.n.8.h.38.n.46. multisque facit peccatoribus : quos non infirmitas sed Deus prosternit, ne in itinere suo progrediantur, eiusque vt voces audiant quibus surdas præbebant aures. hom.24.n.28. vsque 33.

XXVI. *Saule Saule quid me persequeris.* Domine quomodo hic te persequitur in cœlo residentem ? Quia Deus iniurias seruis suis illatas quasi proprias æstimat. hom.22.n.17.18.

XXVII. *Quid me persequeris ?* Sunt Christo serui sui velut pupilla oculi, substantia facultatum,& gloria: quocirca quicumque illos tangit velut in capillo, tangit illum in pupillis oculi sui. h.38 n.118.119.

XXVIII. *Quid me persequeris?* Est Deus in suis & cum suis afflictus pressusque angustiis, captiuus cum captiuis, persecutionem patiens cum persecutionem patientibus. hom.27.nu.45.vsque 50. Vnde aberrauit Martha quando afflictioni exposita quærebatur : *Domine si fuisses hic :* idcircò qui discipulos eius persequitur, ipsum persequitur. h.32.n.53.vsque 57.

XXIX. *Quis es Domine.* Vocem audiuit Christi, quo se ostendit ouem Christi, statim ad illam accurrens, sicut pulli perdicum ad Patrem.h.37.n.30. sicut in hoc quoque Magdalena se probauit ouem esse Dei. h.38.n.38.vsque 45.

XXX. *Quis es Domine ?* Vocem audiuit Domini, quia ex Deo erat illis contrarius quibus dixit Dominus quòd ideircò vocem eius non audirent quia ex Deo non erant : etenim in filiis diaboli non operatur verbum Dei : sunt namque arbores contrariæ,in quibus verbum Dei non potest inseri. h.34. n.47. Et per hoc se monstrabant filias esse diaboli quia vocem eius audientes ad illam non accurrebant. hom.34 num.47. hom.37.n.30.& seqq.

XXXI. *Ego sum Iesus Nazarenus quem tu persequeris.* Dicens hæc verba Christus seipsum Saulo manifestauit, ita vt diuinam eius personam agnosceret, & mysterium quod operatus fuerat nostræ redemptionis ; nec non quantum malum esset tantum Dominum tantumque persequi benefactorem : & si verbis his seipsum aperuit Samaritanæ, quàm vt solem illuminauit, & de infimis ad summa promouit,stupendis sanè effectibus. hom.25. n.91. & cœcum illuminauit, *vt procidens adoraret eum.* hom. 30. num.63. qualem Saulo infundit notitiam, quem elegit ad multò sublimius, quam illos, ministerium ?

XXXII. *Ego sum Iesus quem tu persequeris.* Mirabilem continent hæc verba emphasim, & confer hoc *Ego*, cum illo *Tu*, hoc *Iesus*, cum illo *persequeris*. Ego Deus sum æternus spirituum creator beatorum, in cuius conspectu sublimissimi tremunt Seraphini : meipsum pro salute tua Iesum effeci : nam te saluaturus factus sum homo, pertuli mortem, &c. tibi carnem meam, sanguinem meum & meipsum tradidi. Tu vilissimus vermiculus, qui coram me in dilectione mea liquescere deberes. Ego tibi Iesus, & tu mihi persecutor : vt opinor Christus Saulo hoc obiicit : Tu mihi quod D. Petrus Christo. h 45.n.5. 6.

XXXIII. *Ego sum Iesus quem tu, &c.* Diuersæ mæ sunt à meis retributiones : tu beneficia mea rependis persecutionibus, ego tuas contra me persecutionibus misericordiis erga te compenso. Admiretur hæc Dauid. hom. 41.n.41.

XXXIV. *Ego sum Iesus.* Meum cognosce Spiritus, & sicut nascente me timere poterat mundus ne veniam eius peccata puniturus, veni illi misericordiam præstiturus ; nunc in particulari pro te solo venio, & quamuis venire possem vt Iudex te condemnaturus : venio vt Iesus te saluaturus, vt esse possis fidelis prædicator gratiæ meæ spiritusque suauissimi. hom.41. 37. vsque 41.

XXXV. *Ego sum Iesus, &c. Quem tu, &c. & stupens ac tremens.* De quo times Saule meus que consteris ? Infudit illi Christus altissimam personæ suæ & misericordiarum cognitionem, nec non peccatorum eius & culparum intellectum, quo sic illum contudit vt non haberet quod abiiceret ; sed seipsum confundens confusione oppletum, pudore totus erubescit, sicut & reprobi in die iudicij confundentur cum Christus illis sua monstrabit vulnera, & quòd in eorum gratiam fecerit. h.6.n.25.vsque 29.

XXXVI. *Ego sum Iesus quem tu, &c. & stupens tremens.* Diuinam suam illi Christus manifestauit magnitudinem, quamque enormis sit malitia peccati hominis abiecti & vilis, qui Deum audeat offendere fuitque gratia Dei particularis quod Saulus præ confusione mortuus non sit, sicut Ananias & Saphira non desperauerit cum Cain. Notandi sunt hi cum hom.38.n.54. vsque 57. Quod autem de peccatis tuis non confundaris, ratio est quod illa non cognoscis, alioquin cum Dauid toto corpore contremiscere ibid.n.57. vsque 60.

XXXVII. *Ego sum Iesus quem tu, &c. stupens tremens.* Expostulit illi crimina quòd committebat pietatem, tantumque sensit Paulus pondus & veretudiam, vt optaret montes in eum irruere. hom. num. 33. Dum Pharisæis vel leuem tantum peccatorum suorum insundit Christus notitiam,illos a se gencul abegit, qui priùs vt leones accesserant. hom. num.47.48.

XXXVIII. *Ego sum Iesus.* Eo ipso quo se Saulus uelat, & opus quòd fecerat in remedium peccat

tigentem abstulit; quo Saulus hæsit: *Stupens ac tremens*, hom.42.n.11.

XXXIX. *Ego sum Iesus.* Ex interrogatione Sauli liquidò constat quod Christum non cognosceret, vnde ait: *Ignorans feci.* Tanta nihilominus fuit eius culpa, vtipse fateatur se peccatorum omnium esse primum: qualis tua futura est, qui cognoscens illum, tamen ipsum eiusque seruos persequeris; tibique dicat exprobrans: *Quid me persequeris?* vt verè si grauè fuerit peccatum persecutorum Christi, illum non cognoscentium: quia malitia ipsos excœcauerat: graue tuum futurum est quo ipsum persequeris quem tamen optimè nosti. Hoc retine documentum h.34.n.43.vsque 47. Tu videris quid illi respondeas causam rogant in die iudicij tibique dicenti: *Ego sum Iesus quem tu persequitus fuisti.* h.6.n.25.vsque 29.

XL. *Stupens ac tremens dixit: Domine quid me vis facere.* Ecce quàm perfecta resignatio, q.d. Domine si me velis castigare, omnes inferni cruciatus in quos me deijcies, habebo vt misericordiam. Si mei placet misereri tuis me trado manibus, vt me nouum reddas hominem, totumque quod sum transmutes: quandoquidem vsque modò quidquid sum tibi fuit contrarium & vas fui iniquitatis: amodo omnia tuo consecrentur obsequio, & vas sum misericordiæ, atque in me perficiatur opus figuli quod ostendisti Ieremiæ. hom 18.n.11.

XLI. *Domine, quid me vis facere.* Ecce horologium quod in omnibus rotis suis erat deordinatum: vt autem rite disponatur, horologio conformatur naturali diuinæ voluntatis h.8.n.28.vsque 35.

XLII. *Domine, quid me vis facere?* Hic vtique bonæ fuit peccator indolis: etenim remedium illi profecit: non sicut illi peruersæ generationis peccatores quos Christus reprehendit, & quales multos in mundo reperimus. h.8.n.16.17.18

XLIII. *Domine.* Primò illum cognoscit vt Deum atque vt tali nomen illi adscribit Deo proprium, nempe Dominus absolutus. h.2 n.28.

XLIV. *Domine, quid me vis facere?* Ostendit se non esse ex Pharisæis: erant enim vt hyenæ: etenim ore eum vocantes, Domine & magister, cor tamen illi non submittebant. h.8.n.35.vsq; 39. sed ore Saulus eũ vocans Dominũ cor illi suum vt decet, consignat. ib.n.34.

XLV. *Domine, quid me vis facere?* Vt erat Paulus Apostolus, ingenio & scientia clarus ex ipso actu quem in se experiebatur, cognoscebat quod Christus vt Deus supremum haberet Dominium, nempe cordis liberi nullâ factâ illi violentiâ, sensitque suum sibi subitò imitatum opus hoc soli Deo reseruatum. hom.35.n.4 hom.29.n.15. hom.41.n.13. sicut eti m D.Petrus notanter ex eodem actu Christum agnouit. hom.4.n.50.

XLVI. *Domine, quid me vis facere?* Vt fundamentum statuit totalem resignationem voluntatis suæ diuinæ voluntati, quâ crederet quidquid illi Deus diceret, & faceret, quidquid illi præciperet, sine replicâ: hoc quippe Dei ouibus proprium est.h.37.n.24.vsque 30. Valde differenter tu procedis, etenim ore illum confitens, non solum illi cor non tradis, sed ipsa eius durities detinet illum quasi suspensum. h.25.n.24. vsque 28. eumque fatigat sicut olla Ezechielem.ibid.n. 28. vsque 31. & sicut argentum immundum Hieremiam. h.13.n.49.h.37.n.60.

XLVII. *Domine, quid me vis facere?* Mandatum non distulit, sed continuo obedijuit vt verè dixerit: *Continuò non acquieui carni.* Vide in Festo D.Andreæ vbi notatur illud: *Continuo.*

XLVIII. *Ingredere ciuitatem, & dicetur tibi.* Domine an hic non poteras eum tu instruere, aut Angelum illi destinare præceptorem? Primùm quòd ab ipso petit, subiectio est Ecclesiæ suæ & Cathedræ, cui præcipit velut primo principio vt subiiciamur: idque suauissimâ prouidentiâ, vt tutissimus & ab omni fraude liberi: hunc veneror conceptum. ho.14. n.9. vsque 15. & ita ostendit in Eunucho & Centurione, & nunc in Saulo. ibid n.15.16.

XLIX. *Erat Damasci discipulus nomine Ananias.* Mirare suauem Dei prouidentiam: sicut enim paritura reginæ nutrix præparatur quæ puero nascituro lac porrigat: ita Dominus Saulo qui iam nascitur Dei filius nouâ natiuitate, præparauit Ananiam. Creaturus Adam illi primo condidit paradisum: quando Moyses flumini erat inicturus puellam principem, quæ illum reciperet ante destinauit, & ibidem statim propriam matrem quæ puerum enutriret: nec enim non vigilans est erga suos Dei prouidentia, nec vllus erit ex eius parte defectus in quibuscumque necessariis: ita namque Iudith proloquitur: *Illa pòst illa cogitasti.* hom.32.n.38 vsque 41.

L. *Quere Saulum nomine Tharsensem.* Ecce quomodo Saulum adiuuet, & iam velit vt sui subueniant illi discipuli. Hæc etenim est Dei conditio, cui tantum animarum desiderat saluationem, vt velit quatenùs illi qui se gloriantur esse Dei amicos, manus animarum saluti admoueant auxiliares. h.22.n.2.

LI. *Domine audiui de viro hoc quanta mala &c. Vas electionis est mihi.* Mea quidem sententia Ananiam comparo Tobiæ: hic enim à pisce terrefactus quem illi Angelus monstrabat, fugit, timens ab illo deuorari. Ne fugeris, inquit Angelus, quidquid enim in illo est, bonum est. homilia 3. numero 46. homilia 4. numero 45.

LII. *Vade, ecce enim orat.* Iam mutatus est, iam cholera, iam furor, iam contra me rabies deferbuit, atque in humilem mutata sunt orationem. Hæc igitur est vir-

tus

tus orationis, quam si haberes in virum mutareris alterum. hom.11.n.14.

LIII. *Vade Anania.* Iam enim Saulus non Saulus est cecidit & desiit esse persecutor, surrexit & factus est,fidelissimus amicus: iam enim per orationem mihi loquitur: hæc etenim sunt opera omnipotentiæ Dei, & effectus veræ pœnitentiæ, occidere peccatores in quantum peccatores,& vitam illis iustorum infundere. hom.38.n.110.111.

LIV. *Vade.* Iam Saulus à summo vsque deorsum mutatus est: si namque Saul per vnctionem Samuelis Prophetæ nouas assumpsit cogitationes prioribus perfectè contrarias, quantò maiorem effectum in Saulo feci per vnctionem gratiæ meæ. hom.15 n.44. hom.30.num.58.

LV. *Vas electionis est mihi iste.* Vides hic vas confractum & reparatum Vatis Hieremiæ. homil.38. numer.111.

LVI. *Ego ostendam illi, quanta oporteat eum pati.* Eo ipso quo Saulum inter primos adscribit amicos, molestas illi denotat aduersitates: etenim amanti Deum tribuuntur, & feruentiùs amanti grauiores.ho. 32.num.23.

LVII. *Quanta oporteat eum pati.* Christus magnus Dominus huic magno seruo suo, magna tradit talenta, vt copiosiùs negotietur, sunt autem tribulationes. hom.32.n.27.vsque 31.

LVIII. *Ego ostendam illi.* Eodem animo mea prosequetur negotia, imò feruentiori, quam quo me grauiter offenderat, mutans fortitudinem vt dixit Isaias. hom.38.n.47. vsque 50.

LIX. *Ad manus introduxerunt.* Triduo in extasim raptus fuit, & hæc fuit illa occasio in quâ raptus fuit in tertium cœlum, vbi spiritus eius vidit & audiuit arcana verba quæ non licet homini loqui, vt ipse postmodum confessus est. Quòd si Moysi ostensa fuit diuina essentia quatenus efficeretur populi Iudaici Prædicator, etiam illam Deus ostendere voluit Saulo quem creabat populi gentilis præceptorem. Iam non meminit litterarum Principis Sacerdotum, nec eorum quibus ante delectabatur: sicut Samaritana quæ minori multò adiuta gratiâ reliquit hydriam; & tu quoque relinqueres si vel parùm gustares Dei suauitatem. hom.25.n.m.92.

LX. *Saulus autem conualescebat & confundebat Iudæos.* Ecce Christum qui contra milites pugnat Apollonij eodem ipso gladio quem illi abstulit, furóque ille quem communiter toto vitæ suæ tempore exemit. Opus hoc est diuinæ misericordiæ quòd nos exhilarat, licet etiam perterreat, si Saulum hunc alteri conferamus cognomini; qui ex terminatione Hebraica dicitur Saul, sicut hic terminis Latinis dicitur Saulus: Nam sicut ille priùs electus, factus est Dei persecutor & malè periit: ita hic è contra priùs persecutor finem habuit bonum. Time ne Deus manum subtrahat, & sortes mutentur. ho.37.n.4.

IN FESTO PVRIFICATIONIS B. VIRGINIS.

I. *Postquam impleti sunt dies purgationis Mariæ* Luc.2. Præclara continet hoc opus Beatæ Virginis mysteria. Quæ particulare Festum merito postulant. Vide quæ diximus in eius Conceptione num.1.

II. *Postquam impleti sunt.* Sicut Deus semper præ oculis habuit redemptionem à Christo perficiendam, ita disponebat ea quæ huic expediebant, & potissimum ædificari voluit illustrem illam vrbem Hierusalem: quia in ea principaliter se mundo erat reuelaturus. hom.10.n.23.

III. Primam hodie Christus veniens in mundum manifestationem facit in templo suo, iuxta Malachiæ vaticinium, sicut etiam in illo vltimam fecit Dominicâ Palmarum, iam de mundo migraturus, & ad Patrem suum reuersurus. h.7.n.29.

IV. *Postquam impleti sunt dies purgationis Mariæ secundum legem Moysi.* Duo præcepta lego in lege Moysi, primum quoad mulierem, quæ quotiescumque pareret filium vel filiam haberetur immunda quadraginta diebus,si pareret masculum; & octoginta si filiã: quibus euolutis adire tenebatur templum ad locum designatum vt purificaret se, nonnulla offerens iuxta suam qualitatem.Secundùm tangebat filium primogenitum,siue hominis siue animalis: omnes enim erant Deo offerendi in gratitudinem beneficij populo suo præstiti, quando illum de seruitute liberauit Ægypti, omnes occidit hominum primogenitos & nominatim Regis Pharaonis, imò & primogenita animalium; quatenus per hoc perpetuã beneficium memoriã recoleretur: etenim sicut Deus requirit gratitudinem, sic etiam memoriam. h.17.n.14.

V. *Postquam impleti sunt dies.* Primum mandatum in ordine ad mulierem parientem hoc erat vt tanquam immunda locum sacrum non ingrederetur, nec sanctum quid tangeret: videtur optimè conuenire, vt ostendatur immunditias illas corporales reddere puellieres indignas vt accedant ad domum Dei, vbi Deus qui purissimus est, cum suis moratur Angelis eius purissimis, atque inde videas quâ teneatis ratione Dei templum accedere, vbi ipse modo quodam singulari in habitat, opera sua diuina exequendo. hom.18.21.vsque 24. vbi assistunt eius Angeli. ibidem numero 20. Hinc collige quanta sit malitia templum hoc immunditiis polluere carnalibus, & [illegible]

ceos inibi aliis parare. ibid. num. 14. vsque 18.

VI. *Postquam impleti sunt.* Felix faustumque sit quòd mulier quæ in partu suo contraxit immunditiam, tot diebus subiaceat interdicto, & seipsam purificatura pergat: etenim ratio suadet vt immunda purificetur: verùm cum Virgo sicut nec in concipiendo Christum immunda fuit, sic nec in pariendo, vnde Spiritus sanctus specificè, legem proponens, illam ab ea eximit. hom. 38. numer. 103. Non polluebat Christus nondos quos tangebat, sed immundos emundabat, vnde non peccabat contra legem tangens leprosum. hom. 41. num. 67. quanto ergo magis non solùm matrem suam, cum esset purissima, non reddit immundam, imò potiùs illum pariens nouam accipiebat ipsa munditiem, & puritatem; sicut Sol radium à se emittens claritatis: hoc namque Symbolo vtitur Apostolus. hom. 33. n. 3. 4.

VII. *Postquam impleti sunt.* Verùm est quòd Virgo hic non esset obstricta legi, cum nulla egeret purificatione: sed sancti non solùm ea faciunt ad quæ per legem præcisè tenentur, sed multa etiam opera supererogationis: hæc etenim Deus maximi facit. hom. 3. n. 50.

VIII. *Postquam impleti sunt.* Actus fuit hic Virginis, non obligationis, sed supererogationis, exercentis humilitatem ad eo fundatæ in anima eius, quâ se, vt Mater Dei fieret, præparauerat, magni facit Deus opera non debita, vtque oleum infundas vasis ab obligatione vacuis. h. 3. n. 52. 53.

IX. *Postquam impleti sunt dies.* Virtus humilitatis fundamentum est ædificij spiritualis, sicut superbia ea est quæ omnia subuertit: & dolendum est quòd cum sit vitium ita à nostrâ natura alienum, sicut à campanis alæ, & quòd Deo nauseam pronocat. homil. 15. numero 30. vsque 33. Tamen illi ita irradicatur velut hereditas parentum nostrorum spiritus superbiæ, vt ille nos frequentiùs perdat, dum noluimus Deo eiusque legi esse subiecti. Quocirca vocatur omnis peccati principium. homil. 39. numero 15. Idcircò singulariter venit Dei Filius humilem assumens naturam, vt humilitatem doceret: nam de illa singulariter dixit: *Discite à me, &c.* Et hanc nobis voluit potissimum in morte sua demonstrare: *Admirandum humilitatis exemplum carnem sumere, & crucem subire fecisti*: sic legit Ecclesia: eo sine profundum illum exercuit actum humilitatis in Cœnâ. homilia 45. numero 9. vsque 11. & 22. 27. Vt etiam hanc virtutem Virgo doceret, hos actus edixit humilitatis, & quasi vulgaris fuisset mulier & immunda, facit quod tales faciunt, cum tamen esset ipsa puritas.

X. *Postquam impleti sunt dies.* Non terebatur Virgo lege Purificationis, cum non esset immunda: sed alia tenebatur lege; præcipiente Deo nè proximum scandalizemus: & fuisset fortè aliquod mundo scandalum si Virgo legem non videretur obseruare purificationis, cum eius non constaret publicè puritas: etenim taliter in te tua teneris opera disponere ne proximo sis offendiculo, nec sufficit dicere non esse peccatum quod agis, si apparentiæ possint offendere. hom. 14. n. 2. 3.

XI. *Tulerunt Iesum in Hierusalem.* Impleuit Christus hanc legem de offerendis Deo primogenitis. Non erat illi subiectus, quia Dominus erat legis absolutus. hom. 26. num. 55. Nihilominùs voluntariè illi se subiecit, nos instructiuus qui sub lege viuimus, quantum illi teneamur esse subiecti; & quâ diligentiâ illam obseruare, cuius obseruatio via est ad cœlum, vt ipse Christus asseuerat. hom. 37. in. 29. nobisque eam desponsare debemus, sicut David Abisag quatenus spei nostræ calorem infundat. hom. 43. numer. 22. quam & amare debemus vt sponsam charissimam. hom. 37 num. 29.

XII. *Tulerunt Iesum in Hierusalem.* Hæc diligentia seruandi legem ad quam non tenetur, diligentiam excitat quâ illam seruemus qui ad illam obligamur: etenim Deus suam nobis diuinam tradidit legem sanctaque Ecclesiæ sancita, velut aduersarium, qui nostris contradicat recalcitrationibus: nam hic ille est cum quo conuenire debes dum vitis, sic suadente Christo. hom. 34. num. 31. 32.

XIII. *Vt sisterent eum Domino.* Libenter Christus impleuit hoc mandatum, quo ductus fuit vt offerretur & præsentaretur Patri cœlesti: finis etenim Aduentus eius hic erat, vt se pro peccatis offerret, cuius oblatione eorum debita soluebantur, & Deus cum hominibus reconciliabatur: vnde hoc in Ecclesia sua instituit diligentiùs, vt se nobis taliter relinqueret, vt quotidie imò singulis horis possemus illum offerre Patri pro nobis, sicut de facto offerre possumus corpus eius & sanguinem in Missis quæ leguntur in Ecclesiâ. Actus hic, quem si debite feceris, meriti est infiniti: quinimò ad perfectius nostrum beneficium nobis suam reliquit passionem, quàm velut thymiama offeramus Patri, quo pectus eius mitigemus. Hunc resole conceptum. h. 42. n. 19. vsque 24.

XIV. *Et vt darent hostiam secundum legem, par turturum aut duos pullos columbarum.* Mandabat Deus vt in hac occasione mulier offerret agnum, si dives esset; sin autem par turturum aut duos pullos columbarum, quòd munus etiam diuites offerre tenebantur; pullum columbæ vel turturem in holocaustum, totum comburendum in honorem Dei, alium autem offerrendo in sacrificium pro peccato: *Vnum in holocaustum, alterum in sacrificium pro peccato*: & per hoc munda reddebatur mulier & purificata. Difficultas

fitultas proponitur, quale fuerit hoc peccatum, quandoquidem in actu matrimonij nullum sit: vocatur enim ab Apostolo: *Thorus immaculatus*. Nonnulli dicunt quòd vocet peccata immunditias illas sanguinis & aquæ parientis: quæ quamuis peccata non sint, effectus tamen sunt peccati eiusque symbolum, quòd non minùs animam inquinat quàm illæ corpus: respondent alij quòd quamuis actus matrimonij ex se non sit peccatum, & esse sine illo potest: raro tamen non illi interuenit aliqua inordinata delectatio ad minùs venialis & aliquando tam effrænis intermiscet se concupiscentia, vt coniuges diabolus occupet, vt docet Angelus Tobiam: casum hunc ne prætoreas. hom. 18. num. 44. hom. 26. num. 26. ac proinde ea cautione viuant coniugati ad quam illos hortantur D. Petrus & D. Paulus. hom. 24. num. 19. 20. hom. 26. num. 27. vsque 31.

XV. *Vt darent hostiam secundum legem.* Non acceptat Deus sacrificia nisi secundum diuinam suam legem: nam idcircò Iudæi tam odio habebat sacrificia qui volebant vt filij in sacrificium offerrent ea quæ dare tenebantur parentibus. hom. 23. num. 45. hæc sunt illa sacrificia quæ dicit Dauid esse ordinata super testamentum Dei. ibid. num. 53. & nullatenùs illa vult Deus cum damno tertij. num. 53. & statuit & quando id quòd offers, alteri necessarium est, oblatas sacrificium. ibid. num. 58. vsque 61.

XVI. *Vt darent hostiam secundum legem.* Suauis fuit hæc legis dispositio, vt mulier iuxta vires suas offerret; hæc etenim est Dei benignitas quia non petit à te, nisi quòd illi facilè potes dare & fugendum est quòd nec hoc illi des, & diabolo molesta petenti sponte illa offeras. hom. 25 n. 63. 64.

XVII. *Vt darent hostiam secundum legem.* Decernebat lex vt mulier dit or ditiorem dedicaret oblationem: nam petit à singulis Deus iuxta virtutem illorum, nec illi dures modico satisfacit. hom. 17. num. 37. vsque 42.

XVIII. *Par turturum aut duos pullos.* Sit oblatio conformis facultatibus: nec enim pantur Deus vt vltra vires illarum expendas, secundùm status tui rationem, nec est sicut mundus qui te ad extrema adigit vt status tuus augeatur; nam ad hoc te vult obligare: quocircà te multosq; alios perpetua affligit fame; quia cum omnibus non sufficias sed tantum adferre possis velut pauperes, par turturum, vis agnum offerre cum ditibus. h. 27. n. 62 vsque 66.

XIX. *Par turturum.* Vna offerri debebat Deo in holocaustum, gratias agendo pro felici puerperij successu, in quo tot occurrunt pericula & pro prole concessa, in qua Deus maiorem quam Mater habet partem: etenim in similibus casibus semper Deo te reddere oportet gratias, vt hoc tibi proficiat beneficium quod contulit, nec te puniat sicut Adamum & Philosophos. hom. 17 n. 16.

XX. *Par turturum.* Alia turtur seu columba offerenda erat pro peccato, vt diximus, & potissimum vt credo pro peccato communi Matrum, & etiam Patrum, eò quòd inordinatè filios diligant, propter illos Dei obliti: nam hoc sæpè in causa est quòd illos ipsos Deus auferat. h. 28 n. 34. h. 31. n. 66.

XXI. *Et ecce homo erat in Hierusalem.* Monet nos Euangelista vt notemus Deum habuisse virum in Hierusalem huic data opera destinatum occasioni: nam casu non accidit virum hunc tunc adfuisse eoque tempore ad templum conuenisse, sed diuinæ attribuendum est hoc prouidentiæ: si namque in aliis disponit secundùm illam, vt diximus in Festo Conuersionis S. Pauli ad illud: *Erat discipulus Damasci nomine Ananias*: quantò magis illa disponeret quæ tangerent receptionem Christi eius in manibus, qui orent velut altare vt Deo consecraretur. Hinc est quòd omnia quæ Christum spectant prædisposita fuerint: locus natiuitatis eius, ciuitas in quâ operandum erat redemptionem, templum in quo prædicaret, discipuli quos eligeret: idcircò namque dixit de illis: *Quos dedisti mihi, tui erant, &c.* Crux in quâ moriturus: nam de ligno illo multa dicuntur singularia: mons vbi crucifigendus erat: sepulchrum in quo sepeliendus: etenim à Deo singulariter fuit prædestinatum. hom. 48. num. 10. hom. 49. num. 22. Hinc colligo quâ prouidentiâ disponeret ea quæ matrem suam concernebant, de quibus diximus in Festo Conceptionis, & quadrat his illud Iudith: *Illa post illa cognita*. hom. 32. num. 39.

XXII. *Ecce homo erat in Hierusalem.* Optare non possunt Sancti meliorem laudum suarum præconem ipso Deo qui se primarium iactat eorum encomiastem. hom. 2. n. 52 & conuenit eius conditioni vt gratiâ faciat quidquid eius tu gratiâ feceris, & sicut primaria Sanctorum cura in eo est, vt Dei laudes & magnalia personent, ita & illius est Sanctorum benefacta publicare. hom. 25. num. 50. vsque 56. & patet in Dauid ibid. n. 56. vsque 61.

XXIII. *Ecce homo erat in Hierusalem.* Primò laudat illum quòd homo sit. Fortè non magna hæc eius laus videbitur, cum millia millium videantur tibi fuisse in Hierusalem; imò ferres acerbiùs si quis diceret te hominem non esse: noueris igitur quòd Hieremias in tota illa ciuitate vnum non inuenerit qui vir esset. hom. 28. n. 15. hom. 34. n. 42. atque in ore Dei pauci viri sunt: & non exigua laus est si Deus quempiam vt virum approbet. h. 37. n. 43. 44.

XXIV. *Et homo iste iustus & timoratus.* Superbi lud esse naturale hominis, quo viuit ex ratione optimè congruit gemma virtutum, quarum solus homo

Fabio-

subiectum est capax: vnde illum non habeas vt sanctum & iustum, de quo primo non pateat quod homo sic qui viuat secundum rationem ejusque leges. homil.37.numero 44.

XXV. *Iustus & timoratus.* Primo dicit quod iustus esset, id est quod illi nec minimum deesset in materia virtutis & sanctitatis, quod omnia servaret Dei mandata: nam sufficit vel vnius transgressio vt perdatur iustitia & sanctimonia, imo vt teipsum perdas; est etenim Dei lex velut sepes quæ quamuis nonnisi vnam habeat ingressum, per illum tamen patet depræ-dationi; & vna contracta tabula in naui sufficit ad eius demersionem.h.17.n.25.

XXVI. *Timoratus.* Vnum sequitur ex altero, nam quanto quis sanctior est, eo est & timidior: primo quia nouit quod eum possit velut navem demergere minimus ventus.h.4 n.17.18. secundo quia non ignorat quod contra sanctorem diabolus acrius accendatur.h.5.n.1. Tertio quia considerat successus in plurib.sanctis qui ceciderunt.h.43.n.12.13.

XXVII. Quarto quia perseuerantia est donum misericordiæ Dei gratuitum & timet ne ex secretis suis iudiciis manum suam sub rahat.ib. n.15.vsque 21.

XXVIII. *Timoratus.* Excellens plane donum habebat hic homo iustus quo virtutes animæ suæ conseruaret: etenim nulla talis virtutibus custodia qualis timor Dei h.6.n.1.2.

XXIX. *Iustus & timoratus*, q.d. iustitiam & sanctitatem habebat fundatam & solidam, etenim talis non est nisi quem timor confirmat: nam ideirco ceciderunt columna illa Ecclesiæ Petrus quia non timuit, & licet a Christo præmonitus, sibi tamen plus iusto confisus.hom.43.n.25. *Ecce columna firmissima ad vnius ancillæ impulsum tota contremuit.* Sic D. August. Quid tu facturus es omnis viuens timoris expers.ibid.num. 37. idcirco in timore Christus suum fundauit Evangelium. Hoc commenda memoriæ.ho.28. numero 5. vsque 8.

XXX. *Timoratus.* Tantum est huius timoris donum, vt cum Spiritus sanctus, vocet beatum qui illum habet, & necesse est timidum esse scrupulosum, cauendum tamen ne stultus fias. ho.23 n.17.18.

XXXI. *Et Spiritus S. erat in eo.* Per hoc comprehendit Evangelista quidquid omnes dicere poterant Seraphim: quia Deus bonum est vniuersale quod omnia bona complectitur: & ita dicendo Deus est in anima, tantum est ac si dicat possidet quidquid dici potest & excelli. Vide dicta in Festo Pentecostes ad illud: *Mansionem apud eum faciemus*, & conueniunt hic omnes discursus quibus probatur & declaratur quod sicut suprema ea est calamitas qua anima in se non habet Deum, ita suprema felicitas est illum habere secum.h.13.n.5.vs.28.

XXXII. *Et Spiritus sanctus erat in eo.* Non tantum indicat quod Deum haberet secum, sed quod haberet in anima sua velut Spiritum viuificantum sine quo mortua est.ho.13.n.7. & quod hic idem Spiritus sanctus hominem illum gubernaret in verbis eius, operibus & actionibus: vnde idem Spiritus dicit quod ab ipso ductus sit in templum. O felicem nauim quam talis ducit ventus, cuius actiones dirigit Spiritus sanctus per dona sua particularia: sicut enim luxuriosum Spiritus mouet impudicitiæ, & ambitiosum honoris, & auarum concupiscentiæ tuæ, velut vas Zachariæ a mulieribus delatum alatis, spiritu vehementi commotis: sic hunc impetu feruido ad omne bonum mouebat Spiritus S hom.18.num.17.homi.36. num.31.ho. 42.numero 36.

XXXIII. *Et Spiritus sanctus erat in eo.* Nota tria nomina ab Evangelista signata, homo, & iustus iustitia solida quia formidolosus, & quod habitaculum esset Spiritus sancti in quibus profundam denorat Theologiam quod tria haberet principia a Theologis statuta ad quælibet genera operum heroicorum. Rationem per quam dicitur homo, viuam fidem, & per hanc dicitur cum timore iustus: & impulsum Spiritus sancti per eius dona: qua de causa dicitur quod habitaret in illo.h.5.numero 11.12.13.

XXXIV. *Et Spiritus S erat in eo.* Si talibus virtutibus Deus hominem ditauerit, quia eius brachiis recipiendus erat Christus in templo, Deoque offerendus: quales erant illæ quibus te debes præparare vt illum recipias non hic foris brachiis tuis sed intra pectus tuum in SS. Sacramento.h.24.num.5.6. Hinc collige qua puritate se Virgo dispposuerit vt illum suo pectore reciperet, imo de sanguine suo corpus eius formaret purissimum.

XXXV. *Et venit in Spiritu in templum.* Spiritus S, habitans in eo induxit illum in templum, vbi feruida eius complerentur desideria, quibus tot annis optauerat videre Deum hominem factum. Hic vtique bonus est ad templum ingressus ex desiderio recipiendi illum, videndi & gratias illi pro tanto beneficio referendi. Væ illi quem ducit ad templum non Spiritus Dei, sed sæpe desidetium agendi ibi & contrectandi quod alio loco fieri non potest & cum animo tendendi laqueos: in quos merito David excandescit. homil. 28. numero 14.vsque 18. *Venit in Spiritu in templum.* Bene recurrit ad templum Deum inuenturus, quia in eo est modo quodam singulari velut in domo sua.ho. 28.num.18.vsque 24.

XXXVI. *Accepit eum in vlnas suas & benedixit Deum.* Vt sanctus qui nouerat Dei beneplacitum statim quod potest depromit, nempe gratiarum actionem; quod quia non facis, te priuat Deus concessis. h.17.numero 16.

XXXVII. *Nunc dimittis seruum tuum Domine.* Cum Deum habeas, iam cane lætus *nunc dimittis*: cum non habeas quid vltra in hac vita sperandum: imò cum hoc ipsum habes bonum, quo fruuntur in cœlo, nec maius habere potes nisi tantum rogare vt velum huius vitæ mortalis tollatur, quo perfectè hoc bono fruaris. h.37.n.58.

XXXVIII. *Quia viderunt oculi mei salutare tuum.* Complet is omnibus viri desideriis non habet quid amplius exoptet. Videndo filium Dei factum hominem, omnia videbat completa mundi desideria ab eius initio. hom.41.num.46.vsque 49. & ita testabantur Sancti se mori in dispositione suorum sepulchrorum. ibid n.49.vsque 52.

XXXIX. *Quod parasti ante faciem, &c.* Verba tangit Isaiæ: *Parauit Dominus brachium suum.* hom. 31.num.4.

XL. *Lumen ad reuelationem gentium.* Nomen Christi lux est quâ æterna eius declaratur generatio. hom.33.num.3. Lux in aliqua materia posita, vocatur lumen, sicut lumen candelæ, & per hoc lumen declaratæternum in humanitate positum cuius primus effectus sit illuminare gentes: quia illæ profundioribus mergebantur tenebris & prophetiam spectat Dauid: *ortus est sol*, quod latè docteque prosequimur. hom.33.n.5.vsque 11.

XLI. *Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ* Allud ad vaticinium Isaiæ: *Parum est vt sis mihi seruus &c. Dedi te in lucem gentium.* hom.33. num.11.vsque 14.

IN FESTO S. MATTHIÆ APOSTOLI.

I. *Confiteor tibi Pater, Domine cœli & terræ, &c.* Matth.11. Miserat Dominus discipulos suos ad disseminandum Dei verbum, plenam illis concedens potestatem faciendi miracula, curandi infirmos, mundandi leprosos, sanandi energumenos. Abierunt, & præclara gesserunt opera nominatim hoc vltimum, ex quo non modicè lætati sunt, & reuersi ad Dominum, rationem eorum quæ insigniter egerant, reddentes, potissimum de hoc sibi congratulantur. Domine, in nomine tuo etiam dæmonia subiiciuntur nobis. Et quamuis Dominus eorum aliquantum fastum represserit, quo ex his tumescebant, monens illos, ne inaniter super se efferrentur: cum insignia etiam dona supremus recepisset Angelus qui tamen cecidit, sed vt sibi applauderent, quod sua nomina scripta fuerint in cœlis: ex hoc tamen Dominus iubilum simul in se excitauit mentisque alacritatem. *Exultauit in spiritu*, effectum cernens quem pauperes illi operati erant tam ad Dei gloriam, quam mundi beneficium; & conuersus ad Patrem suum æternum, pro tanto dono gratias illi retulit immensas, quia mundi sapientes tenebris reliquerat inuolutos superbiam eorum, & mysteria sua eximia pauperibus illis, & humilibus reuelauerat: *Reuelasti ea parvulis.* Tanto namq; nos amore prosequimur, vt ex bonis nostris exulter, quasi propriis. ho.10.n.7.& h.42.n.49.

II. *Confiteor tibi Pater.* Duos habuit Christus affectus in hac occasione: primus erat doloris & tristitiæ ob cœcitatem populi illius, cuius perditio & pœna mortalem illi tristitiam attulerunt, ex mente D. Hieron. & D. Ambros. quam in horto passus est. Hactenus ruminare. h.42.n.43.vsque 49. & absque debito angustiæ torquent illum molestiæ ac si eas ipse sustineret sic lego apud D. Beru. ho.32.n.64. & hoc indicant in eo quòd dixit Saulo: *Quid me persequeris?* Vide dicta in festo eius Conuersionis ad hæc verba. Ita nostris prosperitatibus, delectatur: *Lætabitur Dominus benefaciens vobis* Dixit Moyses. h.10.n.7.

III. *Confiteor tibi Pater.* Venit Christus Dominus noster nostros suppletuus defectus, atque pro nostris satisfacturus debitis. Et sicut hoc maximum erat homo obstringebatur, quò pro tantis beneficiis gratias ageret, nec reddere poterat æquales, adest ille nostro nomine illas referens, sicut & in aliis fecit occasionibus. hom.42.n.26.

IV. *Abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus.* Fert hoc grauissimè Deus si quis ex donis eius superbiat, nec vt Dei esse cognoscat, quapropter Nabuchodonosor indignatus est. hom.29. n.44. Hoc sapientes & prudentes huius mundi faciebant, vt patet in philosophis. hom.17.num.21.

V. *Abscondisti hæc.* Superbiam Deus maximè detestatur, quam nec in Angelo ferre potuit; & potissimum in homine, cum sit ab eius natura ita aliena, a ipsi Deo fastidium pariat. h.15.n.30.vsque 33.

VI. *Abscondisti hæc à sapientibus, &c.* Superbia singulariter diuinæ opponit inclinationi. Est summum bonum, & totus inclinatur vt communicet se, tuique se bonis adimpleat: vnde regnare ipsum in nobis, non est aliquod à nobis bonum accipere: hoc etenim ad Reges spectat terrenos, qui ex se miseri sunt. ho. 41.n.59.vsque 62. sed quòd nos suis repleat: quo vtrò hic impedimentum ponit, superbus elthie etenim ex seipso inumescit, quocirca vbi regnat superbia, ipse se subducit. ibid.n.62.vsque 65.

VII. *Abscondisti hæc à sapientibus.* Superbus valde contrariam habet dispositionem, vt diuina capiat mysteria: quia ad hæc intelligenda singulariter requisitus intellectus tanta voluntatis resignatione, vt se permittat à voluntate duci captiuum, vt dixit Apostolus, ei directè opponitur superbia. hom. 29. nu.9.10. Apost.

ideo nominat D. Augustinum superbiam dispositionem ad hæresim: vt patet in Philosophis; nam in hoc ipso, & per hoc ipsum, quo se sapientes esse conati sunt demonstrare, stulti cœcique facti sunt. Notatu digna sunt verba Apostoli h. 37. n. 26. Et per hoc cecidit Hymeneus in blasphemias. h. 29. n. 59.

VIII. *Abscondisti hæc a sapientibus.* Tantopere Deus superbos execratur, quia donis eius sese extollunt, illaque tanquam sua considerant, vt ideirco Saulem concessis priuauerit, quando is erigens arcum triumphalem manum suam illi superposuit. h. 29. n. 45. 46. Melius egit David, qui non suam sed Dei manum eleuauit. ib. n. 47. humilia te confitens tua tantum esse peccata & omne bonum esse Dei, vt ipse David faciebat. ibid. n. 45. vsque 51.

IX. *Abscondisti hæc a sapientibus, & reuelasti ea parvulis.* Complet vaticinium Habacuc: *Operuit cœlos gloria eius*, &c. h. 7. nu. 2. & Isaiæ n. 25. & h. 30. nu. 10.

X. *Abscondisti hæc a sapientibus, & reuelasti ea parvulis.* Ecce hic brachiorum transpositionem; nam sapientes excæcat, & cæcos illuminat. Opus admirabile, quod te reddit sollicitum h. 33. n. 33. vs. 36.

XI. *Abscondisti hæc à sapientibus & reuelasti ea parvulis.* Propter superbiam sapientes stulti facti sunt, & propter humilitatem stulti sapientes facti sunt, in quibus significatur id quod Dominus dixit de Virginibus quod stultæ factæ sunt ex defectu olei, & prudentes aliæ propter eiusdem abundantiam quam sibi comparauerant; etenim gratitudo animam Deo humiliat. h. 29 numero 51.

XII. *Abscondisti hæc a sapientibus, & reuelasti ea parvulis.* Illi sunt gressus Dei colles humiliantis homil 10. numero 32. & montes Gelboe privantis pluuia: illam autem vallibus communicantis. homil. 30. numero 9. vsque 13.

XIII. *Ita Pater quoniam sic placitum fuit.* Duo sunt hic. Primum iustitia, excæcando superbos, qui Deum impulerunt vt ipsos in pœnam superbiæ luce sua & gratia priuaret. Secundum, misericordia, per quam hos illuminat. aliis multis his similibus derelictis. Quod primum, causa est in peccatoribus, nimirum peccata eorum, nam propter illa tale merentur supplicium, & nemo dubitat quin Deus numquam te sit puniturus nisi propter peccata tua, & iuxta eorum grauitatem atque in hoc ne dixeris quod Deus hoc agat pro suo beneplacito, sed quia operatur ex iustitia. homil 37. num. 12. vsque 17. Tu ipse funes adfers & præparas quibus te Deus flagellat, & punit. ho. 28. nu. 46 vsque 52.

XIV. *Quia sic placitum fuit ante te.* Quod hos Deus eligat, & alios relinquat illis similes, adscribendum est meræ gratiæ, & præcise procedit ex Dei voluntate; quocirca in hoc maxime debes illum agnoscere illique gratias agere quod hanc tibi fecerit misericordiam, omissis aliis tam multis, quos poterat ad Ecclesiam suam adducere, suaque luce illuminare. Vtilis est hic conceptus hom. 17 n. 14 vsq. 20.

XV. *Ita Pater, quoniam sic placitum fuit.* Habes hic quod ait Christus; *Spiritus vbi vult spirat* ho. 5. nu. 13. & hoc tibi in hac materia primo faciendum est, vt sollicitus ambules, timens vtrum Deo beneplaceas. h. 37. num. 2. vsque 7. Secundo ne, curiosus perscruteris actus diuinæ voluntatis & beneplaciti: alioquin peribis. ib. n. 7. vsque 12. Tandem intellige quod talis tibi Deus futurus sit, qualis illi fueris: nec vllatenus tibi faciet ipse iniuriam aut iniustitiam. ibid. nu. 14. vsque 17.

XVI. *Ita Pater quoniam sic placitum fuit,* Quamuis prima ratio misericordiarum Dei sit diuinum beneplacitum, tibique Deus respondere posset quod tibi illas non det, quia non vult, quia non tenetur. h. 21. n. 27. nihilominus intrat in iudicium ad tuam consolationem, cum illis quibus has denegat misericordias: quod numquam illas omittat communicare, nisi propter nostra peccata: Idcirco Nazarenis miracula penitentibus, licet respondere posset, quod ea facere sibi non place et: voluit tamen cum eis rationem ponere, sicut cum Cain, ac probare culpam illis adscribendam ib n 36. 37. Sicut etiam vobis cum init rationem, ib. n. 38 vsque 42.

XVII. *Omnia mihi tradita sunt à Patre meo.* Hæc vtique congrua est confessio, & tua quoque foret, confitendo tua tantum esse peccata: bonum autem donum esse Dei h. 29 n. 45. vsque 51. tibique magnam pareret vtilitatem. ibi nu. 51.

XVIII. *Venite ad me omnes.* Quam bene progreditur ab vno ad aliud. Mihi Pater omnia tradidit bona quæ possidet; igitur venite ad me vt ex illis participetis: omnia namque vobis communicabo. Ecce finis mysterii Incarnationis, per quam Deus omnia sua bona Christo consignauit, vt ipso nobis tradito omnia cum illo habeamus h. 45. n. 2. 3. 4.

XIX. *Venite ad me.* Id quod Pater egit cum filio, omnia illi tradens, quæ possidet, agit filius nobiscum, omnium faciens consignationem, nullo excepto, nec quidem carne sua, nec sanguine, nec anima; nec sua diuinitate: nam ideirco potissimum instituit S. S. Sacramentum, in quo Christus tibi donat quidquid a Patre sibi traditum accepit. ho. 45. n. 16 & secundum hoc oris tui conuenirent quam maxime verba illa Ioseph; *Dominus meus omnia tradidit mihi, quomodo ergo possum;* h. 17. n. 32 h. 41. n 33.

XX. *Venite ad me omnes.* Attende o dives & potens, dicendum tibi est: *Omnia tradita sunt mihi.* Et per consequens conuocandi sunt a te pauperes & indigentes.

XXI. *Venite ad me* Nec enim tibi tradita sunt hæc, vt tibi remaneant. Vide Dom.8. post Pentec. ad illud: *Habebat villicum.*

XXII. *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis.* Duobus laborabant homines laboribus quoad corporalia: vt enim aquas de mundi puteis hauriant, multo debent sudore laborare hom.25.num.74. & aquæ sunt quæ obtentæ non satiant, nec sitim extinguunt. ibid.nume 76. Et secundo premebantur peccatis in anima, quorum pondus maius est quam illud totius vniuersi. ibid num.31. Ad vtriusque remedium vocat primo laborantes: *Qui laboratis*, illisque effert aquas refectionis faciles, absque labore, gratis datas, quæ satiant & recreant. ibid.num.84.vsque 88. Et secundo vocat oneratos: *Qui onerati estis.* Vt sua in illum onera exonerent, ipsi vero alleuientur est enim camelus, qui nostra venit onera portaturus. ho.26.n. 45. Idcirco Magdalena recurrit ad humeros retro stans onus suorum sentiens peccatorum. homil. 38 numero 52.53.

XXIII. *Venite ad me omnes qui laboratis & ego reficiam vos.* Christus se reddidit receptaculum malorum nostrorum, pœnarum & culparum, illasque assumpsit, vt nos alleuiaremur, & quiescerem us; ostendens se vnicornem de quo Dauid.h.42.n.59. vsque 62. Vnde sui ita sunt animosi vt illos nulla gravet pœnitentia, nullus timor mortis, vt patet in D. Andrea. ibi. num.62 vsque 66.

XXIV. *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis.* Hoc *Laboratis* tangit corpus quo laboramus panem quærentes in sudore: *Illud onerati estis* dirigitur ad animam, quæ peccato prægrauatur: est enim pondus infinitum. hom.42. numero 13.14. Instruere nos vult. contra diaboli persuasionem dicentis. siquidem qui Deo seruit alleuietur anima, non tamen corporis subuenitur laboribus, sed potius illud Deus patitur fame languescere; hoc autem ipsi Christo proposuit. hom.5.num.31. & per hoc multos circumuenit hom. 27. num.2. Venite ad me, inquit Christus, vobis etenim in vno subueniam: *Qui laboratis*, & in altero, *qui onerati estis*, nam idcirco se mirabilem ostendit in monte Thabor & Hermon. ibid.

XXIV. *Venite ad me omnes qui laboratis, &c. & ego reficiam vos* Securi estote quod, si Christum accesseritis atque sub vexillo illius resederitis: necessariam vobis exhibebit refectionem: & ob diffidentiam Ananias punitus fuit, & Moyses similiter. hom. 27.n. 8. vsque 12. Ambabus manibus suos fouet, non fiet diabolus, mundus & caro, qui sibi seruientes fame sinunt emori. ibid. num. 12. & se notatum infamia Deus arbitratur ab eo qui illi non confidit. ibid.nume. 16. vsque 24.

XXV. *Venite ad me omnes.* Ecce qualiter illum proponat Isaias. *Expectat vos Dominus.* hom.37.num.1. Ne sis tam impudens, vt illum detineas expectantem ib.n.19.20 21.

XXVI. *Venite ad me omnes.* In hoc Deus dolet quod te vocet vt ab illo tanta venias bona recepturus, quanta illi Pater tradidit, quæ tibi gratis offert: & nec illo quidem modo ea accepturus desideras: de quo meo iudicio sic Isaias: *Aporiatus est, &c.* homi.28.n. 28. & hoc compellit eum ad clamores: *Si quis sitit*, etenim ipso te ad aquas suas inuitante, tu illas recusas, siti anhelas post mundi amaras. h 25.n.73.74. & loco vsque 88.

XXVII. *Venite ad me.* Vt nobis refectionem gaudium conferat & lætitiam, ait, vt adipsum accedamus. vt autem ad quem castiget, mandat ab aliis in virtutibus derrudi: ipse namque in se non nisi bona omnia complectitur & qui illis fruiturus est, accedat oportet ad illum; pœnas autem & aduersitates extra & deforis habet, & per manus infert alienas. h, 28.n.46 vsque 52.

XXVIII. *Venite ad me omnes.* Omnes nemine excepto vocat, nullum designans statum: etenim nullatenus vult: vt in suorum bonorum communicatione sit aliqua personarum acceptio: & hoc quibusdam cui incumbit. Spirat conceptus hic vultatem. h.1.numero 20. 21. 22.

XXIX. *Venite ad me omnes.* Hoc esse debet solamen pauperum: quod quamuis inæqualis sit temporum possessio; attamen in bonis Christi, tantum potest pauper ac dives, & subditus ac Dominus. ho.21 n.22. 23. Quinimo propter hoc in gloria Resurrectionis mulieres Apostolos præcesserunt h, 48.n.18.

XXX. *Venite ad me omnes* Nullus est in Ecclesiastatus, in quo nequeas ad Christum accedere, licet magis vel minus iuxta qualitatem vniuscuiusque sed omnes illo potestis frui: quocirca ne culpam adscribas statui: etenim coniugatus potest Christo gaudere. hom.24 num.19.h.26. num.26. Quinimo & ipsis malitibus hoc D. Io in. asseruit h.2.n.4 & seqq.

XXXI. *Ego reficiam vos.* Non diceret hoc ex veritate diabolus, quandoquidem filius prodigus prius quam illi seruierat, ingemuerit: hic fame pereo. hom. 18.num 47.vsque 51. nec hoc ego mitor: cum & qui diabolus fame pereat, nec habeat nisi cruciatus hom. 5. num. 39. & idem sit de mundo & carne iudicium. hom.25.numero 24.

XXXII. *Tollite iugum meum super vos* Mysterium sunt hæc verba. Ostendit Christus se solum esse qui labores sustines. & sui famulatus obsequia: nam idcirco dicitur iugum, quod altero adiuncto socio labi ferendum est, & hic ipse est. Itaque si te ipsum Deo conseceres, & occurrant tribulationes, non ea solus qui illas toleres, sed se tibi Deus abiungens etenim. Miror mysterium. homil. 27. numero 45. vsque

Quando

Quocirca dum premeris aduersitatibus, ne dixeris cum Martha: *Domine, si fuisses hic.* Quinimo eo ipso adest hic, tecum iugum hoc perferens: *Cum ipso sum in tribulatione* h. 32 n. 53. Argumentum hoc mitum in modum vobis debet omnem adimere timorem, vestramque animare fiduciam: vnde a Deo petendum vobis est, vt suam vobis mittat sapientiam, nempe filium suum, *Vt mecum sit & mecum laboret.* h. 5. num 19. hæc verba considerantes, inuenietis quod primariam ipse oneris partem sustineat, ac per hoc dicere possetis: *Omnia possum in eo qui me confortat Iesu Christo.* ho. 29 n. 43.

XXXIII. *Et inuenietis requiem animabus vestris.* Certum est, quod tantum poteris veram obtinere requiem & tranquillitatem in anima, tollendo iugum illud, Deoque seruiendo: qui namque extra illud sunt, torqueantur vt suspensi. hom. 37. n. 47. Iam pœnas inferni experiuntur a propria inflictas conscientia. ibid. numero 53 vsque 55. & eiusdem patiuntur inordinationem ibid. n. 55.

XXXIV. *Inuenietis requiem.* Ne frustra speraueris tibi a mundo & carne dandam requiem: nec enim illum possunt imperiri quibuscunque bonis quæ possident hom. 45. numero 73. Et declarauit Nobilis ille eius meminit D. Augustinus ibid numero. 74. vsque 79. Quod diabolum, certo scias, quod nullam tibi concedet requiem, quantumuis idem cum illo trahas iugum eorum iugum eius ferreum est: *Ponet iugum ferreum super ceruicem tuam, donec te conterat.* homil. a. 18. numero 56.

XXXV. *Et inuenietis requiem.* Veram solummodo requiem & gaudium obtinebis iugum sustinens famulatus Dei, Christo tibi comite: iam etenim ouis eius requie gaudent vitæ æternæ. ho. 37. numero 57. & vitæ iucunditate ibid. 59. secunque deferunt cœlum portatile ex testimonio bonæ conscientiæ. ibid. num. 61. vsque 67. & ideirco licet aliqui sentirent, Apostolum crucifixum esse, ipse contrariam tenebat sententiam, ipsos minime esse crucifixos eamque pœnam sustinere. Nota ibid, n. 63.

XXXVI. *Iugum enim meum suaue est.* O vtinam mundus intelligeret, iugum graue, esse illud diaboli, mundi & carnis: Christi vero suaue, prout probatur argumentis lectu dignissimis. h. 3 n. 10. vs. 14. & præsertim h. 25. n. 63. vsque 67.

XXXVII. *Cecidit sors super Matthiam.* Olim præcepit Deus duas fieri tubas a genteas, quibus indicerentur annus Iubilei, & si quæ differingeretur altera substitueretur. Ad tam angustum Iubileum duæ sufficiebant tubæ ad Iubileum plenissimum legis Euangelicæ Christus duodecim efformauit, nempe duodecim Apostolos. Vna diffracta est scilicet Iudas, requiritur vt altera locum eius suppleat, & hæc fuit D. Matthias: & credo quod licet Iudas sua peruersitate posuerit obstaculum torrenti fluminis Nili, non tamen ideirco debebant eius aquæ aliis non communicari: nam hoc ita docet Euangelium quod superbis huius mundi ponentibus obicem cruci Dei, non tamen Deus illam sibi retinuit, sed eam humilibus communicauit. h. 25. n. 4. 5.

XXXVIII. Pro electione Matthiæ concurrunt ad orationem: quin & ipse Christus electurus Apostolos, ad illam confugit, docens, quod in electionibus vestris idem fit vobis faciendum. homilia. 15. numero 33. Cur Christus Iudam elegit, quem prænidebit suum fore proditorem? Vide infra in Festo S. Bartholomæi.

IN FESTO S. IOSEPH.

I. *Cum esset desponsata Mater Iesu Maria Ioseph, &c.* Matth. 2. Inchoans D. Matth. enarrare historiam Christi Domini nostri, statuit vt principium generationem eius, procedendo a Patribus ad filios vsque ad matrem eius genitricem, scilicet *Mariam*, & cum in omnibus eius progenitoribus, singulorum descripsit genealogiam, dicens ex quo Patre geniti essent Abraham genuit Isaac, Isaac genuit Iacob: quare veniens ad Christum non illi patrem, sed matrem assignat, dicens: *Iacob genuit Ioseph virum Mariæ, de qua natus est Iesus?* quia nos aduertit suspensos, & quasi interrogaturos: qualis fuit generatio Christi. nam illi nullum assigna: patrem sicut reliquis prædecessoribus. ne forsitan intelligeremus hanc generationem aliis esse similem, & ideirco addit *Christi autem generatio sic erat.* Illud *Autem* aduerbium est aduersatiuum, quod inducit ne capiamus hanc generationem fuisse similem aliis: quorum liberi genitri fuerunt opera maritali: sed multum dissimilem: hic etenim a Maria Virgine natus fuit operante Spiritu S. Accurrit Euangelista scandalum amoturus ex prædictis oriundum. Cisternam aperuerat, in quam possemus proruere, eam conatur operire h. 14 n. 2.

II. *Cum esset disponsata* Curvoluit Christus matrem viro desponsari fabro lignatio, quod in suam videbatur cedere ignominiam, quem nominaturi erant Iudæi, sicut de facto nominarunt, fabri filium? Primo: vt honori prospiceret & incolumitati B. Virginis dum ne videretur filium genuisse nulli viro commixta, haberetur vt fornicaria, & lapidibus obtueretur. Nihil vult Deus ad honorem suum cum detrimento tertii, ho 23. n. 53. vsque 58. Imo potius, licet se quoad affectum velit præferri, tamen quoad effectum & opera, desiderat vt primo proximo subueniamus. ibid. numero. 58. & seq.

III.

III. *Cum esset desponsata.* Secundam rationem profert D. Hieronym. eam adscribens S. Ignatio: vt partus eius celaretur diabolo: dum enim eum cernit viro desponsatam, Conceptionis eius non capit mysterium. Cum illo egit Deus sicut Samuel cum Rege Saul: vt enim hic ignoraret, quod pergeret vnctus David in Regem, vitulum secum tulit, quasi qui pergeret immolaturus. Si diabolus hoc intellexisset mysterium, sibi de Christo cauisset vt nostræ Redemptionis opus non perficeretur, quocirca se Christus diabolo semper abscondit incognitum h. 5 n. 28.

IV. *Cum esset desponsata* Tertia producitur ratio: vt per hoc status matrimonii consecraretur: nouerat enim Deus futuros hæreticos eius aduersarios: est etenim status sanctus, atque in noua lege inter septem Sacramenta annumeratur vnum. hom. 24. numero. 19. 20. & h. 26. num. 26 & seqq. & nedum est status sanctus, sed possunt etiam coniugati in eo esse sancti ho. 24. numero 17.

V. *Dum esset desponsata* Non dicit Euangelista quis eam desponsasset, quia proprie ipsa non est desponsata libidine, vt multæ leuiores, etiam inuitis parentibus: nec eam illi desponsarunt: quia sæpe nescientes humores coniugum, multa infeliciter conbinant matrimonia quibus contingit quod filiis Prophetarum h. 22. numero 43.

VI. *Cum esset desponsata.* Qui illius igitur sponsalia disposuit, non homo fuit terrenus, sed Spiritus S. ipso namque eam sibi adoptabat in filiam: nam parentibus incumbit magna diligentia filiarum agitare matrimonia, viros illis inquirendo maxime opportunos, iuxta illud: *Trade filiam tuam viro sapienti. & rem grandem fecisti.* Et sicut Spiritus S. spiritus est sapientiæ, qui cognoscit omnia, omnia perpendit, *Omnia prospiciens*, & matrimoninm contrahendum est inter æquales: quia coniuges vnum tantum sunt, & eiusdem eos esse oportet qualitatis & conditionis. *Qui habitare facit vnanimes in domo.* Concludo qualem illi sponsum traderet, si ipsius, corporis ac animæ conuenire debebat puritati & sanctitati. Maritus caput est vxoris, vt dixit Apostolus. hom. 26. numero 34. homil. 31. num. 3. Ipse est in quem mulier suos debet oculos reflectere, vt illi in necessitatibus subueniat. ho. 9 numero 4. Est vasis operculum, in quo Spiritus S. plenitudinem diuinitatis erat compresensurus. Operculum est arcæ tantæ dignitatis, tantæque industriæ, quantam ipsa arcæ fabrica requirebat.

VII. *Cum esset desponsata.* Complectitur D. Hyeronym tractatum Theophrasti disputans: vtrum sapienti conueniat inire matrimonium. Argumentum hoc curiosum est, & absolute nemine contradicente status hic multas inuoluit occasiones distractionum, tulit Apostolo, quocirca illum Deus Hieroniæ interdixit: sed felix Ioseph si enim aliis matrimonium occasionem suggerit distractionum, hæc desponsata futura sunt illi sanctitatis & perfectionis occasio: h. 24. nu 9. vique 13.

VIII. *Cum esset desponsata.* Matrimonia communiter aliquo modo diuertunt cor a Deo, illudque diuidunt, sic opinatur Apostolus, inter filios & vxorem, quia se mutuo inordinate diligunt, quo amore ergo Deum langueseit, vnde in Deo zelus exoritur filiorum his sponsalibus oriturus, non eius id est Ioseph, sed Dei & B. Virginis futurus erat, & eius dilectio, nulla erat a Dei dilectione auersio, quia filius erat Dei, & B. Virgo tanto merebatur amore cœli, quanta erat perfectione venerabilis homilia 28. numero 34. hom. 31. numero 65.

IX. *Cum esset desponsata.* Qui matrimonium hoc composuit & decreuit, fuit, vt diximus, Spiritus S. de cuius sapientia dicitur: *Omnia prospiciens.* In Virginis huius matrimonio multa erant prospicienda: quia sponsus eius vocandus erat Dei ipsius Pater, capaque Virginis, qui nutrire debebat talem matrem talemque filium, qui debebat illis esse vt propugnaculum, aliquem conuersus Dei filius aliquando dicturus erat: *Pater panem da nobis hodie.* Iudica, qualis hic debebat esse hom. 29 num. 5.

X. *Antequam conuenirent.* Significare non intendit quod postmodum conuenerint, vt blasphemus calumniabatur Iouinianus: nam illud *Antequam*, non indicat quod postmodum opus peractum sit quod ipsius non fuerat, sed quandoquidem ante non fuerit, quando præsumi poterat futurum, multo minus postmodum fuerit: sicut dum ais. Non possum Regi Iouiano antequam discedam ex aula: & idem intelligendum de adverbio illo: *Donec* quo idem Euangelista vtitur, dicens; *Non cognouit eam, donec peperit.* homilia 22. numero 54.

XI. *Inuenta est in vtero.* Hic modus loquendi significat, quam longe Ioseph abesset ne in hoc parte peccatum aliquam haberet h. 28. n. 44.

XII. *Ioseph autem vir eius cum esset iustus* Eum quo nomine Iosephum honoret; *vir eius*: vir talis naturaginis, qua Deus in creaturis omnibus non habet melliorem. Etiam eum inscribit iustum, q. d. nulla illi virtus deficiebat: sicut de Simeone dicitur in Festo Purificationis.

XIII. *Vir eius cum esset iustus, & nollet eam traducere Traducere* Significat infamare, publico opprobrio, & confusioni eius peccatum exponere. hom. 6 numero 14.

XIV. *Cum esset iustus, & nollet eam traducere.* Vtrque vere iustus erat, qui timens peccatum, non dedignatur & frendet, sed compatitur, quod est opus iustitiæ vt ait D. Gregor. homil 26 numero 2.

sidenus seipsum hæret, seque contrahit in eo quod sibi videtur esse peccatum alienum. homilia. 38. numero 104.

XV. *Noluit eam traducere.* Hic igitur verus est iustus, qui sanguinem oberit passeris manantem iuxta legis decretum. h. 22 n 43.

XVI. *Noluit eam traducere.* Id est notare infamia, peccatum eius foras producens: hoc etenim delirio laborat mundus, adulterium in muliere reprehendens ignominiosum, de quo viri gloriantur. hom 26. num. 35. vsque 37.

XVII. *Voluit occulte dimittere eam.* Non solum iustus erat, sed etiam timoratus, vnde caute se gerebat: si namque dissimulabat, alieno consentiebat crimini; nam hic vere iusti nomen meretur, qui pariter prudens est & timoratus, vt dixit Spiritus S. de Simeone in festo Purificationis: *Iustus & timoratus.* Vide locum.

XVIII. *Hæc eo cogitante.* Quis explicet quam gravi ac commorum fuerit cor Ioseph, velut mare cunctis vndique ventis contubatum Ex vna parte sponsæ suæ non ignorat sanctimoniam, ex altera prægnantem considerat, ipse rerum ignarus. Dicere potest; *Mirabilis elatione maris*: sed *mirabilis in altis Dominus*, quandoquidem momento temporis tam anxiam sedet tempestatem, & hic bene profertur illud Iob: *Qui gradiur super fluctus maris*: etenim eius hoc opus est iustas cohibere vndas corda perturbantes. homil. 4. numero 39.

XIX. *Hæc eo cogitante.* Domine, vt quid virum tot in te angustias suspendis, quem matri tuæ sponsum elegisti, quique Pater tuus est appellandus? Nobis ad salutem & totius Ecclesiæ commodum, quo securam illam reddat, Christum non fuisse filium Ioseph, nec in terra Patrem habuisse, sicut nec matrem in cœlo: nam idcirco permittit Deus electos suos concuti tribulationibus. h. 43. n. 2. & seqq.

XX. *Hæc autem eo cogitante.* Non brevis fuit hæc in Ioseph angustia, sed pluribus diebus illam sustinuit, quibus sponsam suam conspexit donec de fœtu securus esset, & quo pede venter intumescebat Virginis, eo cruciatus illi augebatur, eiusque cor quasi inter duos molares constrictum angebatur. Cur ergo Domine non ab initio illum de hoc certiorem reddidisti? habenas permisit eius dubitationi, ut eo vsque accresceret quo poterat, vt in illa omnes comprehenderentur orturæ in Ecclesia, & hac resoluta, omnes in illa resolverentur: vnde dubium passus est agere quantum poterat. hom. 32. n. 48. Itaque toto illo tempore Ioseph omnes instituit quas potuit confirmationes, circa Virginis vterum prægnantem, vt nobis liquido constaret, opus non fuisse maritale, sed Spiritus S. ibid.

XXI. *Ecce Angelus Domini in somnis.* Quamuis Deus moram traherè videatur, tamen bene dixit, quod non tardaret, cum semper tempore veniat opportuno ad gloriam Dei, bonum nostrum, & Ecclesiæ suæ vtilitatem: ita subuenit pueris in Babylonia, cum morti traxisset, donec in fornacem iniecti fuissent vt tanto clarius suam testaretur virturem, sicut & Regi demonstrauit, vidit enim inter ipsos velut Angelum. Similiter & Danieli subuenit postquam diebus aliquot inter leones consedisset devorandus vt Rex in opinione sanctitatis, quam de illo conceperat, solidaretur. h. 32. nu. 50. Et in sacrificio Abrahæ sustinuit ad vltimum vsque pu. ctum, vt liquido patesceret cordis Abrahæ constantia. h. 23. n. 72.

XXII. *Ecce Angelus Domini* Erecta iam mystica scala Christi Dei & hominis, ratio suadebat vt inciperent iam Angeli ascendere & descendere, ad hominum consolationem. h. 36. n. 3.

XXIII. *Ioseph fili Dauid noli timere.* Omnes eius parentes transgreditur vsque ad David cui nominatim de Christo fuerat facta promissio, dicente Deo illi filiũ dandum ipsum Deum ex filia sua, hoc enim significat, *De fructu ventris tui.* Filius etenim non dicitur fructus ventris Patris sui, sed *de lumbis eius*: sed fructus est ventris matris: nam idcirco voluit Deus tanta diligentia seruari Scripturas S. quatenus opportune magnum esset veritatis argumentum videre has omnes esse completas: quocirca subiungit Evangelista *Vt impleretur, &c Ecce virgo in vtero habebit.* homil. 41. numero 34.

XXIV. *Quod enim in ea natum est, de Spiritu S. est.* Verum gerere viri non est in ea opus sed Spiritus S. Impletur hic illud vatis Abacuc. Deus ab Austro veniet & sanctus de monte vmbroso & condenso, hom. 35 n 4 Vide notata in Festo Annuntiationis ad illud: *Spiritus S. superveniet in te, &c. Et quod nascetur ex te sanctum.*

XXV. *Quod enim in ea natum est, de Spiritu S. est.* Duos confirmat fidei nostræ articulos: quod Christus conceptus fuerit de Spiritu S. & matre sua virgine perpetua. Vide festo sequenti Annuntiationis ad illud *Ad Virginem desponsatam viro.*

IN FESTO ANNVNTIATIONIS B. VIRGINIS.

I. *Missus est Angelus Gabriel a Deo* Luc. 1. Celebramus hodie profundissimum nostræ fidei mysterium: etenim confitendo illud & dicendo: *Propter nos homines, &c. Et homo factus est*, in terram prosternimur tanti Sacramenti reuerenti celsitudinem; nec mirum, cum nec ipsi Angeli illud com-

prehendant. hom. 11. num. 15. & hom. 36. num. 2.

II. *Missus est Angelus.* Recolimus hodie supremam Dei misericordiam, quam ipse Christus exposuit, dicens: Nouissimè misit filium suum quia per hunc maximum quod poterat impertiit. ho. 17. nu. 44. 45. & huius gratiâ dicitur, quod concesso hoc munere, spiritus eius requieuerit. ho. 35. nu. 44.

III. *Missus est Angelus Gabriel à Deo.* Ni fallor auditis his verbis timendum nobis erat, ne contra mundum veniret, vt Angelus ille missus à Deo copias Sennacherib deleturus, quia plura quam mundus propter peccata sua merebatur, sed potuis nobis gaudendum: nõ enim misit, nisi vt de nostrę saluris agat remedio. quando namque timere debueramus meritum nostris scelestibus supplicium, fontem nobis mittit misericordiæ suæ; quæ videtur *contra iuris ordinem.* h. 41 nu. 41.

IV. *Missus est Angelus à Deo.* Venit Angelus vt Dei legatus, & eo ipso nos posset metu percellere, quasi veniret minis terribilis, vt antiqui legati; sed non adest, nisi diuinis redundans misericordiis. homil. 41. numer. 44.

V. *Missus est Angelus à Deo.* Hodie summæ dies est lætitiæ: nunc enim aggreditur Deus desideriis votisque satisfacere, quibus Sancti anheli languebant ab initio mundi; atque ad eius effectum mittit Angelum suum. ho. 41. nu. 46. vsque 51.

VI. *Missus est Angelus Gabriel.* Quantum noui proposito non congruit, hic legatus: adest enim tractaturus mysterium quo Deus naturam induat humanam, quæ ipsa est infirmitas, nec huic videtur conuenire Gabriel, quod significat *fortitudo Dei*, sed valde conueniens est, qui a per hoc potius suam Deus fortitudinem demonstrat, superans & euincens nimirum ipsa infirmitate: hoc enim gloriæ illius nostroque honori conueniebat. hom. 36. num. 5. vsque 9. Tantumque suam ostendit fortitudinem, vt nostræ infirmitati diuinam tribuerit fortitudinem. ibidem numer. 9. vsque 11.

VII. *Angelus Gabriel.* Gabriel, fortitudo Dei venit apposite hoc mysterium tractaturus, in quo Deus infirmitatem assumpsit, vt in illa suam testaretur fortitudinem: quia ratio suadebat vt Dei filius veniret mansuetus, non sicut terrarum Monarchæ, sed qualem Propheta prædixerat: *Venit tibi mansuetus.* hom. 41. num. 84. vsque 88. atque per hoc victurus erat suam ostendens fortitudinem sicut ligni vermiculus. ibid. numer 88. 89. 90.

VIII. *Angelus Gabriel.* Ad rem optimè Gabriel fortitudo Dei mysterium est hoc nuntiaturus quo Deus carnem nostram languidam assumpsit: hæc enim futura erat medium, quo de peccato triumpharet. hom. 41. n. 72. & seqq.

IX. *Angelus Gabriel.* Venit Angelus Gabriel fortitudo Dei: quia mysterium cuius hic nũncius erat, tendebat, vt Dei fortitudo disponeretur, nempè Dei filius, vt opus suum faceret, infirmitatem induens vt fortis hamus, qui debili contegitur esca. hom. 36. num. 29. vt enim balænam extraheret, opus erat vt ipse oculeret, si namque manifestus veniret, nostram non peraretur redemptionem vt dixit Moysi ho. 41. n. 75. & talem eum sancti desiderauerant: *Despectum & nissimum virorum*, vt opus suum efficaciter impleret ibid num. 71. 72.

X. *Missus est Angelus ad Virginem.* Congrue accedit Angelus Virginem, inquit D. Ambros. conuenit enim Angelo virginitas. Ad viduam missus est Elias Prapheta, sed ad Angelorum primiceriam. Angelus mittitur omnium primicerius. homil. 32. numero. 18 Præclara est virginitatis eminentia, & sicut Angelis amica, ita dæmonibus inimica, vt probatur in casu aliquo particulari. h. 18. n. 44.

XI. *Missus est Angelus à Deo.* Deus cui illata est iniuria, ipse prior incipit disponere remedium ostendens passibus incedens retrogradis h. 41. n. 41.

XII. *Ad Virginem desponsatam.* In Festo S. Ioseph notatum est, cur Christus voluerit matrem suam desponsatam: sed voluit etiam vt esset Virgo: omne in illa coniungeretur virginitas & maternitas quod eleganter expendit D. Bernard. Serm 4. de Assumpt. Etenim in aliis miraberis humilitatem, & misericordiam & gratiam: *Vnum est in quo nec primam similem visa est, nec habere sequentem: gaudia matris habuit cum Virginitatis honore.* Mariæ priuilegium est singulare & indicibile. In Christo miramur vnionem diuinitatis cum humanitate, & in matre eius virginitatis cum maternitate ita obstupendã, ac fuit illa rubi visio. h. 6.

XIII. *Ad Virginem desponsatam.* Ecce hic illustris *Gloria Libani data est ei & decor Carmeli* Libanus arbores profert, sed sine floribus, quales sunt Cedri: & conuigatas significat: quæ filios generant dempto flore virginitatis: Carmelus producit flores, sed non arbores, quibus significantur virgines: hæc autem coniunguntur in Maria sicut duo extrema terræ, de quibus Dominus ad Iob, quæ huic proposito possent conformiter explicari. ho. 26. nu. 50. Sic Deus sua coniungit, opus omnipotentiæ suæ proprium ho. 41. num. 31.

XIV. *Ad Virginam desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph, & nomen Virginis Maria.* Quod spectat ad titulos laudatiuos Ioseph dictum est in eius festo. sed notandum quòd specialiter exprimat nomen Ioseph & Virginis: etenim in cœlo optimè noscebant. vbi celebre erat nomen vtriusque. Siquam eis amoris non vulgaris aliquem ex proprio nomine cognoscere, vt Deus Moysi indicauit homil. 16. numero 28. Cognitum non erat nomen Ioseph, & Virginis

mundo; quia accidentia erant, & deficiebat ipsis mundi substantia, nempè diuitiæ; quocirca celebre esse non poterat in mundo nomen eius qui caret diuitiis, quia daretur accidens sine subiecto. ibidem. numer. 25. vsque 28. & homilia 36. numero 38. 39. Cum autem substantia cæli sit gratia: vbi hæc est, nomen etiam est celebre, magnæ dignitatis & auctoritatis. ho. 16. n. 17.

XV. *Et ingressus Angelus* Conuenit apprimè feminis solitudo. h. 5. n. 14. & artificiosè compedes illis Deus iniecit, ibid. n. 17. & potissimum puellarum salus constitit in secessu & solitudine. ho. 38. n. 35.

XVI. *Et ingressus Angelus.* Quare mittit Deus Angelum, vt de hoc mysteryo agat cum puella desponsata cum enim eius ita tangat potentiam, videtur magis ei recte, vt illud Deus suæ reseruet omnipotentiæ? sicut creauit stellas in cœlo, & margaritas in concha, & aurum in venis terræ nullo ab aliquo petito consensu, an non poterat idem efficere operando in ventre B. Virginis? Poterat vtique. sed non semper agit Deus ea omnia quæ potest, sed quæ conueniunt. Potuit equidem facere quod diabolus ab illo faciendum in deserto postulabat, & miracula qua fieri quærebant Pharisæi: sed non vult, quia non sic expedit. ho. 8. n. 41. vsque 47 & quamuis tu intrare possis in cubiculem domus tuæ dirupto pariete, non tamen facis: sed clauem adhibes.

XVII. *Ingressus Angelus.* Multæ concurrunt conueniætiæ cur fuerit missus Angelus ad Virginem. Primo: erat etenim hoc matrimonium. Dei cum humana natura, cuius locum supplebat Virgo, in cuius aluo formandum erat fermentum illud de quo D. Petr. Chrysolo. hom. 41. n. 68. & in matrimoniis requiritur voluntas desponsatæ, quia natura humana libera est, nec illi Deus vim vult inferre. sed cum illa agere conformiter eius naturæ. ho. 17. n. 42. homilia 18 numero 20. 21. Quocirca dixerunt tres diuinæ personæ, qvod patriarches & fratres in matrimonio Rebeccæ: *Quæramus voluntatem puellæ.*

XVIII. *Ingressus Angelus.* Similiter expediebat, vt in illo actu adeo conspicuo Virgo mereretur suum dando consensum & voluntatem: vt enim opus aliquod sit meritorium, oportet vt sit voluntarium, & in quantum fuerit voluntarium in tantum erit meritorium: Deus quippè cor intuetur. homil. 1. numero 18. Cognoscebat Virgo beneficij dignitatem quod illi Deus concedebat, atque eminentiæ gradum ad quem illam extollebat. vt autem Deo placeret iuxta possibilitatis suæ obligationem, diuinæ Maiestati totalem voluntatis suæ dedicat consensum: etenim in nullo alio sic homo suam erga Deum prodit gratitudinem, à quo habet quidquid vt suum possidet, & quod illi vt Domino conferat. quam si Deo cor suum, voluntatem suam, suumque efferat consensum homilia 1. numero. 19. Hoc etenim primum munus est quod Deus reposcit ab hominibus, vt Moysi declarauit, quatenùs hoc Israelitis indicaret. ibidem. numero 20. atque pro mensura huius oblationis suam daret benedictionem & præmium ibid. numero 20. 21. 23. homil. 41. numero 20. Deditque Virgo suum consensum cum tanta voluntatis suæ resignatione, vt Abraham longè præcesserit: vnde ab Ecclesia vocatur meritum singulare: *Tuo singulari merito mundo succurristi perdito:* quia de seipsa munus obtulit tantum diuinæ voluntati idque tantâ voluntatis suæ resignatione, vt omnium hominum merita præmerterit, contraque vota à sanctissimis expetita Monachis; eminentissimam faciens oculorum intentionem, de qua Salomon. homilia 1. numero. 22. 23.

XIX. *Ingressus Angelus.* Cum igitur Angelus adeò sublimis, Virginem accedat adeò illustrem. mysterium cum ea tracturus adeo cœleste; habemus quod audiamus & consideremus: delectat etenim & solatur quàm maximè viros audire sapientes de rebus grauissimis discurrentes, viporè de cœlis, stellis, eorum motibus & influxibus: & quis hoc sapientior? Angelus enim erat sapientissimus triplici genere sapientiæ. Primo: naturalis, vt eius intuitu Salomon minus esset quam formica. Secundo: supernaturalis ob lucem gloriæ: nam Deum videns, omnia videt: *Quid non vident qui videntem omnia vident?* Tertia: particularis institutionis: cum enim illum elegerit Deus in Legatum, insigniorem illi notitiam infudit de hoc mysterio. Similiter & Virgo sapientissima erat, alio triplici genere sapientiæ. Primò. naturalis: etenim illi Deus intellectum concessit illuminatum qualem nulli hominum, & hanc ipsa excolebat, lectione, studiis SS. librorum, & cœlestibus meditationibus Secundò: lucis, quamuis non gloriæ, sed gratiæ singularis, quâ clariorem habuit notitiam rerum fidei, quàm omnes Patriarchæ & Prophetæ & omnes denique Sancti, qui luce gratiæ collustrati cœlestia comprehenderunt mysteria. homil. 29. numero 52. vsque 59. Tertiò: singularis institutionis: cum enim illa tantam in hoc mysterio partem esset habitura illam Spiritus Sanctus instruxit quam ipsos Angelos, etenim officio suo erga illam functus est, fuitque illi magister, velut Mardochæus nepti suæ Esther. Hoc igitur colliquium attentâ mente perpendamus, maioris longè momenti & dulcedinis quàm illud Hiarcæ de motibus cœlorum & cursibus stellarum. h. 29. n. 6

XX. *Ingressus Angelus.* Tria fecit Angelus vt ait D. Augustinus legato propriè facienda. Primò: attentum reddere eum qui loquitur, & legationem pro-

ponit. Secundo: eum docilem efficere, eum plenius instruens de commissis sibi iniunctis. Tertio: illi efficaciter persuadere, auferendo & complanans omnes difficultates, & rationes ostendendo conuenientes eius quod proponit. Vt primum efficiat, scilicet vt attentam reddat B. Virginem, ingreditur eius cubiculum, & quamuis magna maiestate venerabilis, profundam tamen illi exhibuit reuerentiam. Actus hic est sufficiens, ingressus nimirum talis Angeli vt magnam conciliet attentionem, sicut de se Daniel testatur. hom. 6. n. 12. & potissimum vt illam faceret attentam, ipsam salutatione salutauit qua mundus non audierat eminentiorem, quæ eam vt vere humilem reddidit attentissimam, vt postea dicemus.

XXI. *Aue gratia plena.* Rogabat David Deum, vt descensurus cœlos suos secum inclinaret, eo modo quo solent Reges qui dum, ex aula ad pagum diuertunt, omnem secum deferunt cubiculi sui supellectilem vt exornetur: *Domine, inclina cœlos tuos & descende*, & certum erat, quod si creaturus Adam terrenum, primo præpauerit illi paradisum: *In quo erat omne lignum pulchrum visu, & ad vescendum suaue*, illique hos præparauit cœlos quibus tegeretur, & hanc tellurem ita omnibus fœcundam & qua sustentaretur, quam ob causam dicit. *Quando præparabat cœlos aderam, &c.* etenim hæc omnia disposuit diuina Sapientia terreno Adam, quem creaturus erat: quanto magis sibi ipsi, qui secundus erat Adam, cum esset de quo dicitur: *Omnia prospiciens?* hom. 29. numero 5. & cum ita sit quod Deus ordinate procedat, iuxta illud Iudith: *Illa post illa cogitasti*, h. 32. n. 39.

XXII. *Aue gratia plena.* Componenda erat in hoc mysterio humanitas filii Dei, & potissimum corpus illius, & illud formans Spiritus S. quia operaturus erat redemptionem patiendo, illud ita composuit, vt esset ad patiendum maxime despositum inter omnia creata corpora hom. 25. n. 21. hom. 42. 49. Ita vt efformando corpus ad tolerandum, disponat vt sit ad hoc maxime aptum, effingendo illud ex substantia Virginis, hinc nemo dubitat quin faceret eam maxime aptam per gratiam suam, quatenus ex illa se posset vestire auctor ipse gratiæ, qui ex illa sumpsit fermentum quo totam massam nostræ naturæ fermentaret: spirat hunc conceptum ingenium D. Petr. Chrysol homi. 41. numero 68. & sequentibus.

XXIII. *Aue gratia plena.* Vates Abacuc duas indicat Christi generationes æternam qua ex Patre nascitur, de ventre intellectus illius, plenus essentia gloriæ: & temporalem ex ventre matris; nam eodem plane modo futurus erat plenus gratia: nam idcirco dicitur Mons umbrosus & condensus. homilia 35. numero 4.

XXIV. *Gratia plena.* Quomodo dicitur gratia plena si in ipsa profecerit. Exponit hoc D. Bern. hom. 30. numero 64.

XXV. *Dominus tecum.* Si charissime Deum habes tecum, omne bonum possides, & sicut omnes animæ calamitatas comprehendunt in hoc verbo; Deus non est cum illa; ita cuncta notantur bona totaque felicitas dum illum secum habet. Documentum hoc latius, & vtilius exponitur. h. 13. n. 5. vsque 25. & expenditur in Festo Pentecostes ad illud: *Ad cum veniemus, &c.*

XXVI. *Turbata est in sermone eius, & cogitabat.* Ecce hic primus effectus illius cœlestis legati, attentam reddere Virginem: cum esset cœlestibus suspensa contemplationibus, talia requirebantur verba, quibus efficeretur attenta. Præclarum quid est: *Mulier sancta & pudorata* ho. 38. n. 29. Sicut nihil est terribilius, quam mulier temeraria omnis expers pudoris, perfrictæque frontis, in tantum vt supremum sacrificium quod diabolo a feminis offerebatur impediret, esset verecundiæ sacrificium ibid. n. 37. Mirate Virginis pudorem, turbatur rubeusque color faciem colorigit, vt illis dicere quis posset: *Sicut fragmen mali punici sic gena tua.* ib nu. 2.

XXVII. *Turbata est & cogitabat.* Eva se stultè offert, quod intra se hærens cogitaret, dum illi diabolus loqueretur: *Cogitare* (exmente D. Augustin.) *est multa mente agitare.* Non contulit vnum cum alio; qua ratione hoc fieri posset, quod vnius pomi comestio eam sibi esse traderet? Illa quæ paulo ante nihil fore, tantum dea fieret? Se sit tam tentata est, & quia Deus diabolo minitatus est per aliam mulierem sed ipsam tentem, fluxit ille efficere, vt omnes mulieres habeantur insipientes & fatuæ, illa oculorum illusione quam Athenis exitauit? sed ipso licet reclamante, certe mulier hic sapiens in eo quod turbetur & cogitat. Ne conceptum, hunc facile prætereas. homil. 32. numero 19. 20.

XXVIII. *Turbata est & cogitabat.* Habes tentationem ex qua te perdat diabolus: quia dum aliquid tibi proponit, in cogitatione tua vnum ne u conferes cum altero, qua ratione hoc tibi possit expedire, quam hoc involvat perditionem: quod si hoc vel modo cum animo reuolveres, non tam cito prorveres: hoc tam est tibi capillos dicere Samsonis. hom. 31. numero. & animam esse indisciplinatam vt dixit Salomon. ho. 21. numero 32. hom. 29. numero. 21. quocirca te sæpe diabolus velut in muscipula comprehendit, modus caseo persumato, hom. 36. n. 47.

XXIX. *Turbata est in sermone eius.* Non ait, turbata est ex conspectu Angeli: quamvis enim naturalis sit in homine mortali turbatio ex intuitu Angeli, etiam in multis sanctis, quia infrequens est. homilia. 6. n. 16. verumtamen adeo frequens erat in vir-

gine

ginæ colloquium Angelorum, vt ex hoc minimè turbaretur; sed ex verbis quibus eum salutauit: erat etenim verè humilis, & ei qui verè talis est nihil maiorem infert turbationem, quàm præclaras illi laudes adhibere: nam etiam Rex Saul ex paruâ humilitate quæ tunc illi inerat turbabatur quãdo à Samuele audiuit se à Deo in Regem vngendũ, quocirca dũ talis ab ipso Propheta salutaretur, ludum sibi fieri credens illi respondit: *Numquid non filius Iemini ego sum, de minimâ tribu Israel, & cognatio mea nouissima inter omnes familias de tribu Beniamin? quare ergo locutus es mihi sermonem istum?* Et necessarium fuit vt illi cor Deus immutaret. h. 11. n. 9. 10.

XXX. *Ne timeas Maria.* Timuit Virgo, non timuit Eua: iam enim in ipsa cognouerat diabolus vnciam superbiæ paulatim excrescentem, eò quòd beneficium non cognosceret sibi à Deo præstitum, fuit hoc ruinæ illius & Adæ Principium. hom. 17. nu. 21. At per hoc non solum non timuit, quando diabolus illi prærogatiuas illas protulit quas ex esu veriti fructus posset adipisci: sed potius in illis sibi cœpit complacere. ho. 3 nu. 8. Ex hoc acta est in ruinam: ceterùm Virgo sanctissima timuit, & seipsam ad verba contraxit Angeli: quod si tu similiter faceres, & ei stream imitareris, non te toties irretiret. h. 5 n. 33.

XXXI. *Ne timeas Maria.* Timet Virgo Angelum, & quidem bene cognitum: nam realiter eum cognoscebat, nec illi fidem negauit: sed seipsam considerans, hanc sibi salutationem non quadrare iudicabat: & tu Domina virum non times impudicum, cuius agnitis, vel potes cognoscere peruersas mentis intentiones? Non timere, & se securam arbitrari, te coget in damnationem: sæpè namque contingit, vt quanto se cuiquam credit iuriorem, tanto sit casui suo proximior, vt videmus in D. Petro, & Dauid. hom. 43. numer. 12 23. vsque 28. & nuir quam eris securior, quam dum de tuâ magis timueris infirmitate. ibid. num. 2. 19.

XXXII. *Ne timeas Maria.* Sibi timet cauetque Virgo ab Angelo, & tu vir non tibi cauebis à feminâ, & tu femina à viro? hom. 36. num. 16. vsque 19. Tenebris timere & vitare pericula. ibid. num. 19. 20. & nisi feceris rones absoluendus. ibid. n. 21. vt clarè testati sunt duo sancti Anachoretæ. ibid. n. 26. 27.

XXXIII. *Ne timeas Maria.* Vt illum sedaret, nomine compellat proprio, q. d. si te vocem gratiâ plenam, & gratiosam, non venit ex tui nominis ignorantiâ, illud quippe optimè nouimus in cœlo, tibique dixit Deus melius quam Moysi: *Noui te ex nomine.* hom. 15. n. 17. Atq. e idcirco te nomine Maria compello, dicoque ne timeas tuam considerans exiguitatem: nec enim spiritus sum superbiæ, qui te velim ad arrogantiam prouocare, sed humilitatis: vnde fateor & protestor hæc omnia donum esse Dei: *Inuenisti enim gratiam apud Deum:* ab ipso quippe est omne bonum quod possides, & nequaquam tuum: *Qui dat velle & perficere.* Et hæc erat Virginis consideratio quâ perpetuam sibi conseruauit humilitatem. hom. 30. num. 64.

XXXIV. *Ecce concipies in vtero.* Transit Angelus ad secundùm, agere namque debet vt expertus nuntius, reddere nimirum Virginem docilem, exponens illi nuntium quòd ferebat, vnde cum illam securam reddidisset, incipit declarare, dicens: *Ecce concipies in vtero.* Explicat autem mysterium perficiendum verbis adeò præclaris vt omnes euertat hæreses postmodum orituras: dicens etenim: *Concipies in vtero & paries*, destruit hæresim Manichæorum & aliorum, qui negant Christum veram habuisse humanitatem. hom. 25 numer. 21. & aliorum quoque qui dixerunt, Virginem non fuisse veram Dei matrem: si namque illum in vtero concepit atque ex eo peperit, indubiè mater eius erat futura.

XXXV. *Hic erit magnus, & filius Altissimi vocabitur.* Duo complectitur, esse paruum & esse magnum: quia filius tuus erit, & filius Dei, & ipse qui natus est Deus ab æterno, nascetur de te homo: itaque filius erit Patris sine matre & matris absque Patre. hom. 11. n. 18. 19.

XXXVI. *Filius Altissimi vocabitur.* Fiet mysterium illud de quo Iob: *Qui commouet terram de loco suo.* hom. 11. num. 16.

XXXVII. *Filius Altissimi vocabitur.* Perficietur vnio illa obstupenda infirmitatis humanæ & naturæ diuinæ in vnâ persona, quâ de causâ vocabitur *Admirabilis.* hom. 12. n. 21. Cuius figura fuit rubus Moysi non paruo cum stupore. h. 36. n. 2.

XXXVIII. *Et regnabit in domo Iacob, &c. & regni eius non erit finis.* Regnabit in domo Iacob, in qui est Ecclesiâ suâ, non sicut Reges terræ, quorum regnum consistit in facultatibus acceptis à subditis suis, in quibus suam fundant Maiestatem. hom. 41. num. 59. vsque 62. sed in illa regnabit vt sol in adamantibus. ibid. num. 62. vsque 65.

XXXIX. *Regni eius non erit finis.* Erit Regnum eius æternum: quia Rex est de quo dictum est, quòd regnaturus sit cum iustitia: hæc etenim regna conseruat, quæ propter peccata destruuntur. hom. 17. n. 23. 24. Et sic patet in Moyse & Iosia. ho. 28. n. 12. & vidimus in Republicâ Iudæorum: vnde namque sibi regnum stabilire conati sunt æternum, illud inde perdiderunt. h. 39. n. 18. vsque 26.

XL. *Quomodo fiet istud?* Iam est Virgo purissima summè attenta, & etiam edocta circa id quòd Angelus intendebat, & facere poterat: quocirca loquitur Virgo mouens difficultatem: *Quomodo fiet istud?*

Etenim tota huius mysterij difficultas consistebat in illo *Quomodo*. hom.36.n.2.3.

XLI. *Quomodo fiet istud : quoniam virum, &c.* Emiserat Virgo castissima votum virginitatis : & hoc non permittere videbatur conceptum in vtero : quocirca sic obiicit : *Quomodo fiet istud* sine offensa Dei, cui meam obtuli virginitatem ? Vt video iam Virgo verba sumit ; quæ filius suus dicturus erat ipso momento suæ conceptionis, voto se obligans obedientiæ æterno suo Patri : *In capite libri scriptum est de me, vt faciam voluntatem tuam*. Hoc statuendum est : *In capite libri* : quòd voto virginitatis emisso non debeam derogare : nihil enim acceptum Deo quod legi suæ diuinæ refragatur : quocirca teneor seruare promissum. hom.23.num.53.54.

XLII. *Quomodo fiet istud: quoniam virum, &c.* Expendit mellifluus Bernard. quòd virgo cœlestis tantoperè gemmam illam pretiosam diligeret virginitatis : vt meo iudicio eligeret potiùs non esse se matrem Dei, quam non esse virginem. Virginitas virtus est Angelica, & quæ homini magis communicat naturam Angelicam : vnde ab Angelis tantùm amatur quantùm à dæmonibus odio habetur. h.18.n.44. vide Indicem verbo *Virginitas*.

XLIII. *Spiritus S. superueniet in te.* Conatur illi Angelus persuadere mysterium, amoliens difficultatem. q.d. Domina, nihil vult Deus in tuæ virginitatis castissimæ detrimentum, sicut nec vnquam aliquid voluit cum iniuria & damno tertij. hom. 23. num.55. quocircà non fiet cum iactura illibatæ tuæ virginitatis : hanc potiùs in te Deus sartam tectamque vult conseruari : hæc etenim ea est, quæ maximè conuenit corporis & sanguinis puritati, quem ex te suscipiet, vt mundum purumque offerat sacrificium. ho.24. num.5. & seqq.

XLIV. *Spiritus S. superueniet in te* Opus hoc iam perficiendum signatum est per illud Ezechielis de porta clausa nec enim viri hic interueniet opera. h.15. n.6.7. hom.41.n.10.

XLV. *Spiritus S. superueniet in te.* Opus hoc est amoris diuini : & quia tale est, Spiritus S. hoc operabitur, vt nulla alia manus accedat : quasi ignis faciendo ex ære tuo purissimi sanguinis serpentem æneum, vt in remedium erigatur eorum quos serpentes momorderunt. hom.15.num.10.

XLVI. *Spiritus S. &c. Obumbrabit tibi.* Primò, obumbrabit, hoc est ne approximet ardor carnalis concupiscentiæ. Secundò, obumbrabit, vmbram extendet, id est humanitatem, quâ sol hic contegatur, insigniori mysterio, quam Sancta Sanctorum velo. hom.11.num.17.

XLVII. *Quòd enim ex te nascetur sanctum.* Verba sunt hæc valde præclara, quibus exponitur sanctitas puritasque Christi. hom. 34. num.7. & 12. hom.39. num.4. ho.42.n.14. Eius symbolum fuit massa à Daniele vate composita, quâ draco dirumpatur. hom.41. num.15. Et sicut fermentum cui se Christus comparat. hom 41.num.68.

XLVIII. *Quod nascetur ex te sanctum vocabitur filius Dei.* Totus sanctus, vnque qui fundatus est Rempublicam Sanctorum. hom. 34. num. 14. & qui liberrimè se posset inscribere filium Dei, & per consequens futurus erat impeccabilis. ibid.n.5.6.7.

XLIX. *Et ecce Elizabeth cognata tua.* Non animaduertit hoc Angelus, quasi in virgine fidelissima quæ in tuisset incredulitas : quinimò fidei fuit integerrimæ, de quâ potissimum illum deprædicat cognata eius Elisabeth. Fides in ea erat tanta, vt super illam fundari potuerit summum hoc miraculum. h.27.n.36. sed hoc addit ad particularem virginis consolationem, & recreationem, quâ demulceretur intelligens cognatæ suæ optatam fœcunditatis felicitatem : & indubiè miracula ad miracula disponunt viamque sternunt. ibid. num.79. Et ita Christus processit, gradus faciendo et minoribus ad alia maiora. ibid.num.80.

L. *Ecce ancilla Domini.* Nulla creatura humiliauit seipsa sicut virgo sacratissima in hac occasione : fuitque tanta eius humilitas, vt omnium simul creaturarum humilitatem anteuerterit : quia in domo Dei, pari passu procedunt, Deus te exaltans & tute humilians : & quandoquidem illam Deus ad supremum euexerit altitudinem nempe matris suæ dignitatem, intelligendum est quòd ipsa se ad infimam deprimerit humilitatem quam quis sibi posset imaginari : namque ipsa confessa est S. Elisabeth Reginæ Hungariæ. hom.21. n.40. Vide Dom.16. post Pentec. illa verba : *Qui se humiliat, exaltabitur.*

LI. *Ecce ancilla Domini.* Ne tibi persuaseris has verba simplicia tantum fuisse consensum Virginis, sed actum planè heroicum tanti meriti vt omnem Sanctorum merita præcesserit, dum Deo suam sacrificat voluntatem animam, corpus & personam, vt de quibuscumque vellet, disponeret ; multò perfectius extra omnem comparationem quam vnquam Abraham, quando filium suum obtulit, quòd Deus tanti fecerit illo tam excellenti sacrificio. ho.25.n.72. Fuitque hæc voluntatis sacrificium, quo se Deo Virgo consecrauit, adeò excellens, vt post filij sui vnigeniti sacrificium, fuerit eminentissimum & gratissimum : quia nec sic obtulit ad patiendum quidquid Pater æternus ab illa tolerandum decerneret, licet fuisset in iis adeò præclaris, qualia præcepit Abrahæ, & in iis omnibus, quæ postmodum omnes passi sunt Martyres fecitque illi tam insigni & heroico affectu, vt tantum, imò plus meruerit hac solâ suæ voluntatis resignatione, quam illi operibus & exercitiis. Quòd si Abraham ille alta

meruerit, vt Deus suum illi ex familiâ eius filium offerret, & diceretur essetque filius Abrahæ; multò magis meruit Virgo videlicet, vt ex ipsâ carnem sumeret, eo planè modo quo cantat Ecclesia: *Dominum omnium meruisti portare. Et iterum: quæ digna meruisti concipere &c.* Ecce nunc quare Deus Virginis postulauerit consensum, nempe vt daret illi filium suum eò modò & mensurâ, quâ ipsa Deo cor suum resignaret: per quod, cum esset hoc opus summæ misericordiæ, quantum scio, dare huic voluit velamen iustitiæ, hoc meritis adscribens Virginis: in quo se Deus ostendit perfectè liberalem summo Virginem honore afficiens, totum illud cœleste Incarnationis suæ mysterium eius imputans meritis. Sapit hic discursus ingenium D. Chrysost. h 25.n.45.vsq; 50. Itaque sicut Rebecca suum dante consensum, dixerunt ei parentes: *Crescas in mille millia, & semen tuum, &c.* Ita quia suum Virgo Deo consecrauit, exaltata fuit super omnes choros Angelorum, qui sunt hæc *millia millium* Danielis, dum illi filius datur idem qui Dei filius est.

IN FESTO S. MARCI EVANGELISTÆ.

I. *Post hæc designauit Dominus & alios septuaginta duos.* Luc. 10. Vt Christus venit animas lucraturus, eumque exercuisse essent prædicatores. h. 40. n. 14. Ad hoc elegit vt Principes & duces ipsos Apostolos: vt autem essent aliqui adiutores eorum, præter ea elegit septuaginta duos discipulos: erant etenim multi lapides elaborandi, vnde plures requirebant lapicidas, sicut ad templum Salomonis. hom. 1. n. 2.

II. *Designauit Dominus.* Vocat illum Euangelista hoc epitheto Dominus, quo raro valde vtitur, nam in hoc se Christus verè esse Dominum ostendit, dum eligit ad sublime ministerium populum adeo vilem, ignorantem & stupidum, ipsos efficiens doctos adeo & potentes, vt totam vicerint mundi sapientiam & potentiam, sicut fuit victoria Dauid, prima in funda & lapide: quamuis postmodum velit sint ministri sui sapientes: sed numquam tantâ pollebunt scientiâ vt ad illam accedant, quâ primis illis infudit. h 29. n. 11. 12. 13.

III. *Designauit Dominus.* Clarè demonstrat se Dominus omnipotentem, quandoquidem ad illuminationem mundi lutum hoc de terra factum colligat ex maximis mundi sordibus, saliuam illi sapientiæ suæ ac gratiæ apponens. h. 30. n. 43. vsque 48.

IV. *Designauit Dominus.* Ipse illos designauit, vt elegat sui: primo vt per hoc in honore haberentur. Secundo: vt verbum eius prædicarent, & non proprias inuentiones. hom. 29. num. 40 41. Tertio: vt effectum notantes quem operabantur, non sibi eum adscriberent, non suis manibus cum Saul, sed Dei cum Dauid. ibid. n. 46. 47.

V. *Designauit Dominus.* Venit in mundum animas saluaturus, vultque vt in hoc ministerio omnes ei Regni sui subditi cooperentur. hom. 22. n. 2. Nec hoc illi satis est, sed insuper iubet, vt sui primates & amici, ipsi sint qui datâ operâ huic incumbant officio: quia sicut illis in gloria locum daturus est primarium, ita munus illis iniungit quod dignius meretur præmium nempe animarum lucrum. hom. 22. n. 55. Minimam enim earum pluris facit, quàm Rex principalem Regni sui curatem. hom. 20. n. 2. 3.

VI. *Misit illos binos.* An illi facilius non fuisset Angelos destinare: sufficeret enim vnus: nam vnicus vnicâ sub nocte centum octoginta quinque millia militum occidit de exercitu Regis Sennacherib? Non nisi homines vult; vt illi sint magistri visibiles, & omnis deceptionis expertes. ho. 14. n. 13. Vide dicta in festo Ascens. ad illud: *Euntes, prædicate Euangelium.* Et Dom. SS. Trinitatis ad illud: *Docete omnes gentes.*

VII. *Dicebat illis: messis quidem multa, operarij autem pauci. Rogate ergo Dominum messis, &c.* Quis vidit vnquàm vt Dominus messis rogetur, quatenùs messores mittat? Ipse sollicitam eius suscipit curam, quandoquidem eius sit prouentus. Signare hic Dominus voluit, quòd in omnibus, quæ bene facimus, atque in illuminatione & saluatione, ipse nullum referat lucrum, nec vtilitatem, sed totum spectet ad ipsam messem. ho. 17. n 34.

VIII. *Rogate Dominum messis.* Non est Deus qualis tu qui messem metis & colligis tibi ad prouentum, ipse namque nihil lucratur quantumuis bonus sis, nec perdit, quantumuis malus sis; hoc etenim indicauit Apostol. recensit is peccatoribus mundi nequissimis; *Qui est benedictus in sæcula* hom. 42. numer 45. Nec Regnum eius subditorum fulcitur facultatibus, sicut Regum terrenorum. h. 41 n. 59. sed est Thronus eius sicut sol totus in tuum commodum. ibid. n. 62. Quocirca illum teneris rogare vt suas tibi tribuat gratias, dona largiatur, & mittat operarios in messem suam; intelligendo in hoc messis consistere beatitudinem, sicut & tua est quod tibi miserit operarios, qui te vocent & stauant in Ecclesia. ho. 17. n 14. 15.

IX. *Vt mittat operarios.* Quam congruum imponit nomen ministris: *operarios*, qui viribus polleant, nec sint effeminati, vt dixit apud Ezechielem. hom. 10. numer. 41.

X. *Mittat operarios.* Et non fabulatores vult Deus, vt facete dixit D. F. Ægidius. hom. 14. num. 6. Et hoc à discipulo suo Paulus exposcit; *Exhibeas te ipsum operarium inconfusibilem.* hom. 10. numer. 33. hom. 29. numer. 12.

XI. *Mittat operarios.* Ecce in quem finem eligat Prælatos,

Prælatos, non vt otiosi sedeant, sed vt laborent strictam reddituri rationem. hom.15. num.33. Atque ideò Prælaturas prudentiores fugiunt. ibid. numer.37. vsque 43.

XII. *Ecce, ego mitto vos.* Domine, numquid expediret Angelos mitti, vel saltem sapientes, vel potentes? Vide dicta in Festo Ascens. ad illud: *Euntes in mundum vniuersum, &c.* Et in Festo SS. Trinitatis ad illud: *Euntes docete, &c.*

XIII. *Mitto vos sicut agnos inter lupos.* Domine, quod hoc aliud est, quam illos occidere, sicut qui ouem tradit lupis. Honoro mysterium. Indicare vult cpus conquisitionis mundi per prædicationem Euangelij: ait illis Christus: *Sicut misit me Pater, & ego mitto vos.* Misit illum Pater vt mundum occuparet, quem tyrannicè diabolus possidebat, & eius manibus extorqueret. Quibus illum armis instruxit? illis quæ per Dauidem refert: *Corpus aptasti mihi.* Non illum munuit æneo & impenetrabili thorace; sed corpore particulariter eo fine forma o, vt in illo pateretur: hic etenim sensus est huius: *Corpus aptasti mihi* hom. 25. n.21. ho.42.n.49. Venit vt agnus nec aperuit os suum ori luporum iniectus. Per hoc diabolum de mundo eiecit, illumque Deo lucratus est: hoc etenim indicatur in illo tenerrimo ligni vermiculo: nam in maxima sua infirmitate & manuetudine, summam abscondit Dei fortitudinem. h.41 n.88. & seqq. Eodem modò ego vos mitto, perficiens illud de septem pastoribus & octo Christis, quibus mundus erat euincendus. ibid.n 91 92. h 22.n.31.

XIV. *Ecce ego mitto vos, sicut agnos.* Hæc est diuinæ sapientiæ potentia, moriendo triumphare, & per infimam infirmitatem & mortis tolerantiam maximam mundi fortitudinem sattumque superare: sic enim pro more habet Deus, vt brachij sui prodat fortitudinem. h. 25.n.14.

XV. *Ecce ego mitto vos, sicut agnos inter lupos* Instituit Deus cœlo soloque munda spectacula: vnde ex parte sua bellatores inducit flaccidos, & infirmitatem præferentes vt tanto clarius pateficat diuinæ potentia fortitudinis. h.4.n.29 h.36.n.5. & seqq.

XVI. *Ecce ego mitto vos* Hortatur ipsos vt animo reuoluant quod ipse sit qui mittat illos, vt omnem eis ad mat formidinem: certum etenim est, quod illos tribulationibus exponens, non defereret, vt facit mundus caro & diabolus. h.4.n.46. & seqq.

XVII. *Ecce ego mitto vos, sicut agnos.* Ne timueritis quia iudicatis vos ire inermes: cum enim vos ego mittam, vobiscum congrediar, sicut quando misit Moysen, non illum infidus desertit, sed illi asseueranter ait: *Ego ero tecum.* Vide dicta in festo SS. Trinitatis ad illud: *Ecce ego vobiscum sum,* & in festo S. Matthiæ ad illud: *Tolliste ingum meum.*

XVIII. *Ecce ego mitto vos sicut oues.* Domine, sicut tuos excipis amicos, tam flocci pendens eorum vitam? Imò idcircò, quia quos diligit, premit aduersitatibus, & hoc est amoris indicium. hom.31. num.2. Et amicis intimioribus tribulationes mittit acerbiores. ibid. num.23. hæc etenim sunt talenta opulenta ad lucrandum. ibid.n.27.

XIX. *Ecce ego mitto vos.* Ite omnemque procul timorem abiicite; & hoc seruum Dei decet, qui dominum secum habet auxilium: nam sicut illi, qui illo caret, sufficit musca à qua occidatur, sic qui hoc habetur tantas comparat sibi vites, vt de draconibus triumphet. hom.5.n.18.

XX. *Ecce ego mitto vos.* Domine, nonne nullos nos monuisti, vt vitemus pericula? Sic est, & tamen illa declinare. hom.36.n.14. vsque 29. Verum cum te Deus illis exponit, non est quod timeas, ipse namque te liberabit. hom 5.n.14.15.

XXI. *Ecce ego mitto vos.* Hæc Dei est erga bonos misericordia. Excellentius longè opus est mundi reparatio quam eiusdem creatio. ho.25.n.4.5. In hac nullius operam voluit ad illam autem hominum summum admisit voluque adiutricem, sic etenim sapienter ordinauit: *In gloriam nostram,* testante D. Paulo; vt discere nobis liceat: *Dei adiutores sumus.* Hoc est adscribimus liberalitati; nam vt honorem assequamur, ille ipse nobis media tribuit, & vult vt simili, qui hoc facimus; vt non solum totum in nos redundet commodum. hom.17. numer.35. sed magnam etiam honoris partem assequamur; vt fecit Abrahæ. hom.25.n.45. & seqq.

XXII. *Ecce ego mitto vos, sicut agnos inter lupos.* Domine, mortem videris tuorum optare. Vide dicta in festo S. Stephani ad illud: *Ecce ego mitto ad vos.*

XXIII. *Nolite portare sacculum.* Vult Dominus huic tantum incumbant, ceterorum omnium [illegible] ferio Deus, vt peram ferentem puniat, qui se [illegible] sequio consecrauerat, vt Ananiam & Moysen. hom.8. & seqq. Seruientibus Deo non deficiet alimentum; nec enim eos vt diabolus, mundus, & caro, deserit destitutos. ibid.n.12. vsque 16.

XXIV. *Nolite portare sacculum.* Ad diuinam spectat prouidentiam; illis quos mittit ad obsequium ministrare necessaria, & sibi vertit ignominiæ si quis illi diffidat. h.27.n.16. vsque 24.

XXV. *Nolite portare sacculum.* Hæc est illa sanctorum tabula, quæ sequi tenentur illi quos mittit cum adeo conspicua potestate faciendi miracula vt ea [illegible] non medicam fibi conciliarent auctoritatem. Nec

ædesse est istâ temperentur in Prælatis & Dei ministris, hom. 16. numero. 25. vsque 28. Sicut etiam ijdem iniunxit ne de studijs essent solliciti, quod ipse illis sapientiam esset infusurus & modò studia requirantur, & Prælati ac Prædicatores tenentur se præparare. h. 29 n. 12. vsq. 15.

XXVI. *Neminem per viam salutaueritis.* Nihil illis permittit, quo vel momento temporis retrahantur â cogitatione salutis animarum: & sæpius distrahunt salutationes & superfluæ vrbanitates: quos deceret omittere quando in Ecclesia de salute animæ tuæ incipis tractare. h. 32. n. 69.

XXVII. *In quamcumque, domum intraueritis, primum dicite: Pax huic Domini.* Vbicumque ingressi fueritis, & gratia Euangelij pacem promittite: nam ibi tantum vera est: etenim vbi peccatum est pœna tolerari suspensi ho. 37. n. 47. vsque 51. Et peccatores tormenta sustinent inferni bello & perpetuis rixis prauæ conscientiæ ibid. n. 53. vsq. 56.

XXVIII. *Dicite pax huic domui:* Hæc igitur vera pax est, quâ gaudent oves Dei. h. 37. n. 57. vsque 67.

XXIX. *Dicite pax huic domui.* Hic vtique verâ quis pace fruitur; cum enim lex Euangelij crucem comprehendat consolationem adfert adeò pacificam, qualem testatus est Arnolphus, & exposuit D. Bern. h. 30. n. 48. Vnde D. Paulus ridebat illos qui credebant eum crucis tormenta sustinere, cum oppositum esset verum Discursus mirabilis h. 37. n. 63.

XXX. *Curate infirmos qui in illa sunt* Ecce qualem illis tribuat potestatem: etenim vult Deus ministros suos honorari h. 21. n. 44. 745. Sic enim commodo conuenit ipsorum hominum atque ideirco non illis pecuniam tradidit, quæ est huius mundi substantia, sed potestatem signa faciendi prodigiosa. h. 16. n. 27. Et hæc miracula, ea erant quæ prædicationi conducebant Euangelij, non qualia petebant Pharisæi tantum in aere apparentia. h. 8 n. 39. Sed illa corporibus & animabus proficiebant, qualia Christus Dominus noster faciebat. ibid n. 41. Et talia esse deberent tua ibid. n. 44 vsque 47

XXI. *Edentes & bibentes quæ apud illos sunt. Dignus est enim* &c. Teneris, inquit Apostolus, subsidijs accurrere corporalibus, cum ipsi spiritualia offerant, eosque lautius excipere. hom. 38. n. 8.

XXXII. *Edentes & bibentes quæ apud illos sunt.* Sufficiant tibi esus & potus, quibus ipsi vescuntur, nec epulas dapesque exigas opparasue: nec has quidem oportet te acceptare, vt per hoc maiorem tibi comparet auctoritatem. h. 38 n. 10. 11.

XXXIII. *Dicite: appropinquauit regnum cœlorum.* Hæc læta mundo renuntiate. Veniebat Dei filius desiderans in eo nouum publicare testamentum, quod in se legatum continet regni cœlorum, quod nunquam mundus audierat ho. 41. n. 77. Tantumque erat ejus desiderium, vt ad ejus confirmationem dicatur: *Eructabat abscondita à constitutione mundi:* quamuis enim videatur verbum esse indecorum, eructare, appositè tamen rem significat: vnde non illi satis fuit illud publicare, sed etiam alios misit qui passim plenis buccis illud publicarent. ibidem numero 80. vsque 84.

IN FESTO ss. APOSTOLORVM PHILIPPI ET IACOBI.

I. *Non turbetur cor vestrum neque formidet* Ioan. 14. Est hoc Euangelium pars quædam illius concionis quam habuit Dominus in cœna mortique proximus, Apostolos suos adhortatus, quibus aduersitates prædixerat, quas eius gratiâ essent toleraturi, & pro prædicatione Euangelij quod illis commendauerat: erant etenim exercitus illius duces antesignani: talibus autem nihil sic opus est ac fortitudine animique robore, quo timorem cordis expellant: nam tales quærit milites Deus, qui præcipit neformidolosos sub vexillo suo admittant: timor etenim multorum est causa & origo malorum. ho. 43. n. 33.

II. *Non turbetur cor vestrum, neque formidet.* Vult Deus cor impauidum ad ea quæ spectant eius obsequium non minus quàm mundani habent ad ea quæ mundi sunt & caruis. hic etenim vocatur â Propheta: *Spiritus robustorum,* quem non perterreant tacturæ semporales ho. 38. n. 46. 49. Et dolendum est videre quam cor tuum parum timeat ad ardua mundi, & quantum formidet ad Dei famulatum. ho. 1. n. 17.

III. *Non turbetur cor vestrum* Non hæret hic Christus illa simpliciter dicendo sed rationes addit efficacissimas, quibus eorum & animum corroboret, omnem mundanam procul abigens formidinem. Prima sit. *Creditis in Deum & in me credite* quibus verbis primo indicat se verum esse Deum, ipsamque Dei habere potentiam, quia aliàs verum non esset: si Deo fiditis, & mihi fidite: quod ei conuenit rationi, quâ suam Iudæis prodidit diuinitatem, dicens quod oves suæ quandoquidem essent securæ in manu. Patris sui, etiam in suis essent manibus. ho. 37. n. 76.

IV. *Creditis in Deum & in me credite.* Ecce non leue securitatis fundamentum, in me fiduciam vestram prouciendo qui Deus sum; mihi credite, sicut iustum est Deo vos credere qui suis de omnibus prouidet necessariis, sic vt stomachetur, quòd seruientes illi diffidant nimis anxij, vt ostendit in Anania & Moyse h. 27. n. 8. & sequentibus.

V. *In me credite.* Cum Deus sim, & videam ac visurus sim vestras tribulationes, mihi fidite, quod

ego vos non derelinquam. Vide dicta in Festo Sancto Matthiæ ad illud *Tollite iugum meum.*

VI. *In domo Patris mei mansiones multæ sunt.* Secunda ratio profertur, adhortationis. Oculos vestros in regnum meum coniicite, ad quod elegi vos; quòd si namque regnum in somnis exhibitum potuit animare Ioseph, quanto magis vos Regnum ita verum. hom. 21. num 3.

VII. *In domo Patris mei.* Nihil sic in periculis timorem expellit & animat ad eorum tolerantiam vt spes præmij, & ciuitatis vnius acquirenda possessio: quantò magis excitabit æterni præmij consideratio? hom. 11. num. 4. vsque 14. & hom. 12. num. 7. vsque 13. Et consulerem vt etiam tu mundi negotiis immersus aliquoties oculos ad mansiones illas attolleres cœlestes, te piscem esse ostendens alatum h. 11. n. 13.

VIII. *In domo Patris mei mansiones multæ sunt.* Status erunt gloriæ maiores & minores: quidam enim alios præcellent conformiter tribulationibus grauioribus vel leuioribus quas passi fuerint: atque idcirco Sancti molestiis vexari tracioribus alacriores exeitantur. homil. 15. nu. 14. 15. Et quanto pœnæ sunt acerbiores quos patiuntur, maioris gloriæ spes crescit eminentior. hom. 32. num. 13. Vnde in adversitatibus grauioribus robur tibi sumendum maius & alacritas: sunt etenim hæc talenta ad lucrandum aptissima ibid. num. 27.

IX. *Vado parare vobis locum.* Tertia ratio sit: vt eos de absentia sua consoletur, & ostendat, quod quidquid agit in eorum sit salutem si conceptus fuerit, si natus, si mortuus, si resurrexerit, si ad cœlos tendat totum nobis proficit: nam idcirco hortatur Propheta Hierusalem, vt gaudio tripudiet: *Quia venit tibi.* hom. 41. num 59.

X. *Vt vbi ego sum & vos sitis.* Quartam cape rationem quâ discipulos demulcet & exhortatur: nimirum quod per has tribulationes eo ventum sitis vbi ego sum, id est ad statum gloriæ, quo Christus iam in anima fruebatur, Insignis prærogatiua, cum Christo esse, quod ipse testatur. *Vt edatis & bibatis super mensam meam & sedeatis*, &c. h. 12. n. 39. & dum cum illo fueris eris etiam cum Regina cœlorum, & virorum illorum eminentium societate. ibid n. 41.

XI. *Quo ego vado scitis, & vitam scitis.* Audi quantam levaminis rationem. Iam scitis quo tendam, & quâ viâ, & hoc vos toborare debet: cum non oporteat vt seruus meliori gaudeat fortuna, quàm Dominus, & propterea Christus toties hæc verba repetit vt ea capias tuoque concludas intellectu. h. 15. n. 10. vsque 14. & circinum applices. Episcopi Sancti Rudesindi ibidem num. 24.

XII. *Et viam scitis.* Hoc te quoque solati debet, si tib. persuaseris quod per illam ad portum tendas securum, valde differenter a mundanis, si namque nesciunt quo vadant, sed se moveri sinunt cum Prodigo à suis passionibus. hom. 18. num. 25. vsque 28.

XIII. *Ego sum via.* O quantum beneficium: quid cum tanta sint pericula errandi, ipse veniat, & se vobis viam statuat iuxta sponsæ suæ desiderium. hom. 14. num. 7. Quo possemus tuto ad vrbem profici, quàm Angelus ostendit Esdræ, cursus iter est angustum. Perpende an non Christus in cruce conclusa hom. 33. num. 40.

XIV. *Ego sum via.* Ecce cur dicat Apostolus viam ad cœlum esse viuentem: *Viam viuentem*, quia Christus est, qui est via viuens. Quanta tu requie gauderes, si ea ipsa via per quam ingredereris, onus nobis leret, sibique totum pondus imponeret, & illud eidem molestum & intolerabile? Tantum est criminum tuorum pondus, vt illud omnis creatura non posse tolerare. h. 25. n. 31. vsque 34. Ad hoc via ipsum sibi imponit; quia Christus tua in se suscepit peccata: eam idcirco per camelum significatur. h. 26. n. 45. Et ostendit Magdalena retro stans ad humeros illius. h. 38. n. 52. 53. h. 42. n. 14. Et hinc processit eius agonia mortalis. ibid. num. 103. vsque 107.

XV. *Ego sum via.* Est via viuens: etenim non tantum onus tuum tollit, sed etiam te corroborat suâ gratia: tantum namque est bonum ipsa gloria, vt ad illam non posses accedere, nec quidem eam optare, si ille sua te virtute minimè sustineret, ita vt meritò de illo dici possit, quàm de Elia, quod currus sit & auriga; currus qui tollit onera, & auriga qui docet. hom. 33. num. 39. & seqq.

XVI. *Veritas.* Audis hic nomen aliud, quo se Christus appellat, indicans: quòd cum via sit, & similiter veritas per eam oporteat vt ad cœlum perueniat: directè oppositus iis qui ad infernum deducunt; auctori fraudum & mendaciorum. h. 37. n. 34.

XVII. *Veritas.* Si Christus via est & veritas, & tantum ad cœlum peruenitur illam admittendo, nemere potes te aberraturum, cum tam parum in dimum tuam admittas veritatem vt illam præterea platea prostratam. hom. 34. num. 41. Et conuertaro vrsus in eum qui illam tibi prædicat sincerè & ter: & multò magis timendum est de potentior qui adhuc minùs illam admittunt ibid. num. 5. Veritas admodum alienа est à palatiis aulisque Pum. hom. 43. num. 36.

XXIII. *Et vita.* Addiscè quòd Deus sit tibi, vi animæ tuæ, vnde sine illa, mortua est. h. 13. n. 7. 8 Vi dicta Dom. 12. post Pent. ad illud: *Seminauit veritas.*

XIX. *Et vita.* Christus vita est, absque illo nia que omnia mors sunt, & hinc concludes optimum animæ sortem eam esse, si Deum habeat secum, quem viuat; sicut summa eiusdem est calamitas, Deum

Dominus ille verus Deus illi deficiat: & ita iudicarunt hoc Israelitæ h.13.n.1. Huius aliquid nos docuerunt Gentiles, eò quòd de Diis suis censuerunt. ibid. n.17. & Iacob lacrymis suis ibid n.20. vsque 25.

XX. *Nemo venit ad Patrem nisi per me,* Nemo potest cœlos sint scala conscendere: hæc autem Christus est: per hunc ascendunt Angeli ad Deum illi innixum: quia omnium ascensus eius meritis innititur. hom.36 num.3.

XXI. *Nemo venit ad Patrem nisi per me.* Ipse mediator est qui pacem omnium cum Patre componit, à Iob desideratus h.26.n.5. vsque 8. Et quotquot vires exeramus vt ad Patrem, atque ad gloriam accedamus, ab illo omnium. *De cuius plenitudine omnes accepimus gratiam pro gratia.* hom 33.num.17.& 47.

XXII. *Nemo venit ad Patrem nisi per me.* Nullum est medium quo ad Patrem pertingamus, nosque admittat ad suam gratiam, nisi Christus, qui quatenùs ad illum perueniamus, nobis reliquit Thij miama compositum efficacissimum, quatenùs Deus nos ad eum accedentes recipiat. hom. 42. num 19. vsque 24.

XXIII. *Si cognouissetis me, & Patrem meum vtique cognouissetis.* Duas complectitur Christus figuras, vnam Patris, & matris alteram. Si cognouissetis in me figuram Patris mei cognouissetis per eam & ipsum Patrem, quia expressa est eius figura. h.11.n.18.19.

XXIV. *Si cognouissetis me.* Filij sunt velut facies parentum, per quos cognoscuntur, vnde viso filio, patrem cognoscet. h 23.n.7.8. & ratione singulari dicitur Christus vultus Patris; vnde vocatur: *Facies Dei vultus Dei.* h.12.n.11. & particulariter à D. Paulo vocatur: *Splendor gloriæ Patris & figura.* hom.33.num.3.4.

XXV. *Philippe qui videt me videt & Patrem.* Hoc ex præcedenti sequitur si namque sit figura eius vna, & propria facies, quicumque illam videt, videt & Patrem. Vnum sunt, vna vita, vna substantia, vna potestas, & dicere potest: *Ego & Pater vnum sumus.* Verba hæc præclara continent mysteria. hom 37. nu.76. vsque 78.

XXVI. *Ego in Patre & Pater in me est.* Hoc loquendo modo significat æqualitatem filij cum Patre secundùm divinitatem, quòd bene declarauit D. Amphilochius Episcopus. ho 34.nu.62. Et si hic sit in Patre, Pater est in ipso, sicut etiam expressit Dauid: quòd si filius resideat ad dexteram Patris, etiam Pater est ad dexteram filij hom.37.num.77.

XXVII. *Amen dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet.* Fides fundamentum est & basis miraculorum, & tantum efficiet, quantum sua vitacitate securam est excitatura fiduciam. ho.27.nu.32. vsque 40. Et quia in nobis infirmatur, ideò tam pauca operantur mirabilia. ibid.num.40 vsque 45.

XXVIII. *Si quid petieritis Patrem* Audi nunc vltimum quo Apostolos exhortetur omnemque expellat metum: orationem *in illis* relinquit velut clauem thesaurorum Dei ad quælibet occurrentia pericula, & necessitates: & quasi scedulam candidam tradit manu sua subsignatam: *In nomine meo* h.9.n. 4. vsque 8. Vide dicta Dom.5. post Pascha ad eadem verba: *Si quid petieritis Patrem &c.* & Feria 2. Rogationum: illa namque omnia hic conueniunt.

IN FESTO INVENTIONIS S. CRVCIS PRÆTER HOM. L.

I. *Erat homo ex Pharisæis Nicodemus nomine.* Ioan.3. Est crucis mysterium, maximè profundum diuinæ sapientiæ Sacramentum atque adeò arduum persuasu mundo, sicut hoc iudicarunt Isaias & D. Paulus. h.34.num.2. & 2. h.42. n.27. h.44.n 25. Voluit hoc Christus indicare Nicodemo Principi Synagogæ sub figuræ serpentis erecti in stipite. Hoc in Euangelio legimus, & disponit Dominus ad hoc alia referens obstupenda, quatenùs iis inter se collatis, reddantur creditu faciliora.

II. *Erat homo ex Pharisæis, &c.* Leute procedit Euangelista, ostendens primò Crucis potentiam: etenim hic Princeps, antequam huius mysterium celebraretur, timidus non audebat confiteri Christum, vnde veniebat ad eum latenter, vmbris noctis contectus: sed quàm primùm celebratum est crucis mysterium: *Audacter introiuit ad Pilatum*: etenim erecto hoc vexillo tantas acquisiuit vires animique robur vt milites quando ducis eorum labarum expanditur: de quo liceat illud interpretari: *Eleua super nos vexillum Crucis tuæ.* hom.12.num.11. hom.34 num.1.

III. *Scimus quia à Deo venisti Magister.* Nemo enim *potest*, &c. Secundò: supponit D. Ioan. confessionem huius Principis admirandam, qui se conuictum fatetur ex signis quæ notauerat in Christo: non sicut alij Pharisæi: qui ex illis quæ videbant, imò maioribus quàm quæ hactenus Nicodemus viderat, inferebant eum esse Dei inimicum vt patet in historia Cæci, & iudicabant, propter illa expedire vt occideretur: quocirca Dauid contra ipsos coram Deo expostulat. h.35. n. 11 12. vocatque eos arcum prauum, & cum Iacob vasa iniquitatis bellantia. h.39.n.8. vsq.13.

IV. *Nemo potest hæc signa facere* Construxerat Deus Hierusalem, vt in ea se manifestaret: vnde ibi prodigia non parua operatus est, iuxta illud Psalterij: *Deus in domibus eius cognoscetur.* hom. 10. num.2.3.4. Et ipsi Iudæi illa cognouerunt, atque vt talia confessi sunt. hom.29. num. 2. 3. & ad ipsa remisit illos, quando percontati sunt, vt diceret, an ipse esset Christus, remittens illos ad opera sua: hæc namque sunt quæ absque omni fraude restantur arbore, & quamuis

Ioannes de illo testimonium perhibuisset, opera tamen dederunt multò splendidius. h. 33 n. 46. 47.

V. *Nemo potest hæc signa facere.* Eadem miracula videbant Pharisæi, non tamen credebant: quia fides bonam requirit in voluntate dispositionem, quàm illi non habebant, Nicodemus autem sic; & malitia voluntatis obcæcabat eorum intellectum: vnde necesse est vt ipsa ad fidei conseruationem emundetur. hom. 29. n. 52. vsque 59.

VI. *Scimus, quia à Deo venisti Magister.* Venit Dei filius sed latenter, & opus erat vt seipsum per miracula reuelaret: sunt etenim illa, per quæ fides assecutur homilia 10. numero 3. 4. Ea dedit adeò manifesta vt multi illuminarentur, qui cæci erant: probæ generationis talis fuit Nicodemus. Porrò alij infirmi manserunt obcæcati, tam peruersæ naturæ, vt ex ipsa luce caligin emagis obuoleerentur: Tales à Domino vocantur *Generatio mala & peruersa.* hom. 8. numero 16. 17. & Oseas illos vt reprobos repellit. ibid. numer. 18. Imò & ipse Christus ostendens frustra cum illis se laborare h. 37. n. 40.

VII. *Amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit denuò.* Instruit Dominus hunc Principem, & vt primum statuit principium, quòd ad hominis salutem necessaria est mutatio in nouam creaturam, & nasci cum nouâ essentiâ in mundo nouo, nouo aere. Ratio est, quia per primam natiuitatem nascimur filij Adam terreni, terreni, terrenis occupati curis, distracti cogitationibus, terræque miseriarum heredes. Si heredes oportet esse Regni Dei, renasci oportet ex Deo, & cum essentia filiorum Dei. Hoc Christus indicat, illud Nicodemo exponens: *Quòd natum est ex carne caro est, & quòd natum est ex spiritu, spiritus est.* h. 2 n. 42.

VIII. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu S.* Admiratur Nicodemus & interrogat: *Quomodo potest homo nasci cum sit senex?* Explicatius loquitur Dominus, docens doctrinam baptismatis, ex quo nascitur homo Filius Dei per gratiam: quæ est participatio quædam diuinæ naturæ in nouo mundo, nempè Ecclesia, cum nouo spiritu, & noua respiratione, scilicet Spiritu S. Mirum est quænam Deus per aquas operetur prodigia homilia 25. numero 61. Atque ex illis aves eduxit per aera volantes in figura baptismi. Ex singulari Dei hoc processit consilio, cum enim nota illi esset nostra socordia, ea quæ necessaria sunt & maximi momenti rebus alligauit valde communibus, & quæ nullo negotio quisque potest inuenire in mundo: sicut corpus suum & sanguinem speciebus panis & vinitrebus adeò familiaribus: & remissionem peccatorum tuorum verbis oris tui. hom. 19. n. 60. vsque 64. Porta cœli patet in aquis baptismatis, & absolutè alligat bona sua tuæ voluntati: nam ea tibi tradit solo tuæ voluntatis ac desiderij pretio. ho. 10. numero. 37. & optimè dixit D. Paul. *Propè te est verbum in ore tuo.* homil. 10. numero 38. homilia 44. n. 41. Meritò plangendum, quòd etiam ita gratis data, & rebus affixa ita facilibus, illa nolint homines; quâ de causa Isaias Deum proponit velut aporiatum, h. 18 n. 28. Et cum diabolus, mundus, & caro bona sua rebus alligent difficillimis, illa tamen anheli quærimus h. n. 73 Bona, quæ sitim non extinguunt. ibid. n. 76. Christi verò vt aqua, adeo sunt obtentu facilia. ibid. n. 78 & bona sunt toto ore talia. ibid. n. 84.

IX. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu S.* Venit Christus erecturus Rempub. Sanctam, inauditam in mundo: in quâ homines qui vitam esse debent noui homines, cœlestes, nouas foueant cogitationes, intentiones supra mundum & caruem. h. 34. n. 35. Et portam ad hoc instituit baptismum, in quo nascitur homo Filius Dei, & per consequens candidatus cœli: hoc enim significat tunica candida hom. 11. num. 6. vsque 14. Et enim hinc discetis ô baptisati quales esse debeant cogitationes vestræ, & quam excelsæ pretensiones. ibid.

X. *Quomodo possunt hæc fieri?* Obstupescit plane Nicodemus: quamuis enim doctrina fidei plana contineat in moribus, tamen etiam necessarium est, vt altiora quoque te & admiranda doceamur, quæ possent etiam Seraphinos rapere in admirationem. h. 29. n. 3

XI. *Si terrena dixi vobis, &c.* Ecce hic respondet ad interrogationem: *Quomodo possunt hæc fieri?* Hæc frequens admodum erat Iudæis: *Quomodo potest hic carnem suam?* Quomodo hic litteras scit? Sic redarguntur insipientes: quia hanc Domini lectionem non capiebant: etenim res fidei hic non possunt comprehendi; si namque ea quæ manibus terimus, non capimus & cum vnus sit quid adeò commune vt nihil frequ in mundo communius, illum tamen sentiens nec vnde veniat, aut quo vadat nec potes illum comprehendere: quantò minùs ea capies quæ eorum transcendant naturam: per quod arguitur blasphemia Hæretici & notanda venit ad rem admirabilis doctrina D. Augustini ho. 29. n. 59. 60.

XII. *Si terrena dixit vobis.* Hæc sunt noui mundi documenta, hoc superiora, in quo natura operatur. Ibi doctrina separata à communi cursu intellectus. h. 36 n. 6 vsq; 10. & requiritur vt intellectus capiatur ut Iosephi. h. 29. n. 9. 10.

XIII. *Si terrena dixi vobis* Sunt capilli spreta nigri velut coruus, illos non licet tibi perscrutari, fidendo illos oculis intueri alioquin excæcaberis, nec tibi mandatur ea intelligere, sed credere. ho. 29. num. 34. & homilia 37. numero 7. 8. & ho. 45. n. 7. Aug. consilium Spiritus sancti. *Altiora te ne quæsieris* ho 5 num. 9 vsq; 12.

XIV. *Si terrena dixi vobis,* Acquiesce consilio Spi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ejus. *S. Custodi pedem tuum ingrediens domum Domini, & appropinqua vt audias.* Non tibi dicitur vt visus accedas, sed crediturus. hom.14.n.10.11. Idcircò vult Christus vt sui conditiones habeant ouium, quibus Pastoris vox sufficit h.37.n.24.

XV. *Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo.* Vt opinor, omnem nobis spem aufert ascensus in cœlum, cum inde non descenderimus. Significat, quòd descendit de cœlo vt eo nos perduceret, & nemo potest ascendere nisi illi adhæserit, vt membra corporis capiti. hom. 15. num. 13. & certo nouimus, nullam aliam futuram viam nobis quam illi. ibid. numer.10. vsque 14.

XVI. *Filius hominis qui est cœlo.* Dicit quòd iam esset in cœlo, quia amodo anima eius erat beata.h.11. n.10. Fiebat in eo mysterium aquarum Iordanis ibid. & hom.42. num.51. & sublimi declaratur Theologia. ibid.num.9. vsque 101.

XVII. *Et sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto.* Habes hic expositum Crucis mysterium sub figura serpentis ænei. Serpentes qui mordebant dicebantur dypsades. hom.19. n.7. Remedium in eo consistebat quod percussi serpentem aspicerent, atque in eo Crucis mysterium; quòd declaratur. hom. 15. num. 10. hom.30.num.42.

XVIII. *Sicut Moyses exaltauit* Sacramentum Crucis profundissimum est, eò quòd cum crux esset quâ nihil in mundo detestabilius, medium sit supremæ Christi exaltationis. Attende illud declaratum in illo serpente, suam etenim exaltationem fundabit in ligno. ho.15. nu.10.11. Non hoc intellexerunt quidam Christi cognati, sed exposuit hoc ipsis eleganter h.36. n.38. & ostendit qualiter ex hoc Christus suam probauerit omnipotentiam. h.30.n.40.41.42.

XIX. *Ita exaltari oportet.* Vocat exaltationem suam, suam in cruce suspensionem: quia hæc medium fuit eius exaltationis, & hoc ait D.Bernard intellexit latro, quando Christum in illa videns credidit quòd per illam tenderet ad Regnum suum. h.44.n.33.

XX. *Ita exaltari oportet filium hominis.* Non ait, necessarium fuit, sed conueniens: sicut etiam sententia de cœlo per os Caiphæ pronuntiata, hoc idem assensit: *Expedit vt moriatur.* h.39. n.33. Et sicut in illa sententia vsus est Spiritus S. verbo passiuo: *Expedit vt moriatur:* sic etiam in eodem vsus est: *Oportet exaltari:* quia exaltatio Christi nostraque salus non consistebat in actione occidendi Christum, sed in voluntarie illam patiendo. Conceptus hic spirat Theologiam. ibid.num.34.

XXI. *Oportet exaltari.* Ecce Crucis mysterium quod expediret vt Christus in illa moreretur, nobis vitam largiturus & futurus vt granum tritici: *Vt omnis qui credit in ipsum non pereat.* h.39.n.35.36.

XXII. *Oportet exaltari* Siquidem certum sit quòd Deo alia non deessent media ad redemptionem nostram, ita quoque est, hoc fuisse omnium ad hoc aptissimum: de quo fusè tractatur. h.39. n.37. vsque 43. & grauiter expenditur; notatis sexto die Veneris Quadrag. ad illud: *Expedit vt vnus, &c.*

XXIII. *Oportet exaltari.* Vides hic quod ait D. Ioann. *Quod factum est in ipso, vita erat.* Sicut hoc appositè declarat D.Ambros. h.30.n.44. Erat Christus vita per essentiam, & Deus per essentiam: vnde ea quæ tangebat, & illa per quæ talia operabatur deificabat, & instrumenta reddebat vitæ, quamuis fuissent mortis: vt explicat D.Ioann. Damascen. ho.36.n.9.vsque 12. Et nominatim Crucem, quæ erat instrumentum mortis, fecit vitæ remedium, vnde in ordine ad eam illâ vtimur, atque talem illam D.Andreas contemplabatur. Ex D.Bern. prodit hic conceptus. h.42. n.62 vsque 66. Illâ tu vtere: nam puella, quia illa se non signauit strepitum audiens à diabolis excitatum, abillis possessa laborauit. h.19.n.21.

IN FESTO S. IOANNIS BAPTISTÆ.

I. *Elisabeth impletum est tempus pariendi.* Luc.1. Dixit D. Thom. quod Deus eò modò processit in reparatione mundi, quo in creatione: nam sicut in hac creans, solem quo mundus illuminaretur, illi Luciferum statuit, qui prior illo oriretur, mundo solem annuntians: ita similiter cum in mundo nasciturus esset sol iustitiæ Christus; ex industria Luciferum creauit, nempe D.Ioann. Baptistam, qui prior illo nasceretur solis antenuntius & præcursor. hom.33.n.47. fuitque prodromus ita promptus, vt non solum ueritatis nascens, sed etiam moriens: quamobrem Christus eius celebrauit exequias. h.27.n.4.

II. *Elisabeth impletum est tempus.* Non fuit natus hic filius ante debitum tempus: tales etenim non sunt vitæ filij: & hæc in suis operibus conditio requiritur, quæ sunt velut filij tui; nec enim nasci debent, nec illa te facere oportet, nisi suo tempore, ne tibi illud Saulis exprobretur: *Stulte nimis egisti.* h.36.n.29.30.

III. *Apertum est os Zacharia.* Obmutuit Zacharias, quando illi Angelus ex parte Dei nuntiauit, quòd filium gigneret, &c. Circa quod ipse dubitauit mouitque quæstionem non quoad Angelum quem talem esse probè callebat, sed quòd iudicaret hoc impossibile; quòd cum grandæuus esset & vxor illius sterilitatis vitio laborare posset habere filium: hæc namque est humana infirmitas, etiam in aliquibus Sanctis, quâ deficiunt in fide, quando modum non capiunt eius quod illis à Deo promittitur: nam etiam Abraham

aliquantulum in hoc titubauit iuxta quorumdam opinionem. hom.27. nu.40. Et hic error frequentissimus fuit in Iudæis. ibid.n.42.43. & etiam tibi valde familiaris est, vt oborta nonnulla rei difficultate diffidas. ibid.num.44.

IV. *Apertum est os eius.* Eius Deus punivit incredulitatem: quia hanc maximè in suis execratur, quod in dubium vertunt quod illis spopondit, quòd scilicet faueret & sustentaret illi seruientes: eam ob causam castigauit Ananiam, Moysen & Aaron. hom.27. num.8. vsque 12.

V. *Apertum est os Zachariæ.* Dubietas Zachariæ non fuit peccatum mortale, sed veniale tantum: nihilominus in eius pœnam nouem mensibus obmutuit: tantum enim malum est peccatum etiam veniale, vt hoc non sit nimis graue supplicium. hom.10.numer. 28. vsque 31.

IN FESTO SS. APOSTOLORVM PETRI ET PAVLI.

I. *Venit Iesus in partes Cæsareæ Philippi.* Matth. 16. Recolimus hodie duos Sanctos ceteris eminentiores, quibus Christus suam exornauit Ecclesiam, meliùs, quàm Salomon templum duabus columnis Iachin & Booz spei liliis coronatis, quam nobis excitant; tam suis exemplis, quàm intercessionibus. hom.43.n.5.vsque 8.

II. *Venit Iesus in partes Cæsareæ Philippi.* Ad fundationem Ecclesiæ suæ, & basis eius fundamentum, quæ est fidei confessio, educit Apostolos de Iudæa, per quam Christus communiter ambulabat, in regionem separatam: etenim doctrina, quam in Ecclesia erat fundaturus, doctrina est separata, iuxta Dauidis oraculum. hom.29.n.6.vsque 9. atque ad eius intell gentiam, educi debet intellectus de terra sua, captiuus velut Ioseph. ibid n.9.10.

III. *Venit in partes.* Discipulos suos eripit de populi tumultu, mysteria sua declaraturus illis altissima: etenim ad eorum intellectum & fruitionem expedit vt paumper egrediar is ab ordinariis quæ in mundo pateris, tumultibus. hom.11.n.12. & seqq.

IV. *Venit in partes Cæsareæ Philippi.* Terminis egreditur Iudææ, tenditque versus regionem, & nullam ingrediens, sed in aperto consistens campo, nullis portis, nullis sepibus circumdato, fundationem suæ tractat Ecclesiæ: nec enim fides eius & cognitio vllis iam coarctabitur terminis intra Iudææ concluſa limites, sed per totum extendetur mundum. hom. 33. num.11.& seqq.

V. *Venit in partes Cæsareæ Philippi.* Relictâ Iudææ terra ad Gentiles proficiscitur, vt pro fundamento Ecclesiæ suæ clàram statuat D. Petri confessionem, prædicens hanc Iudæis de futuram, atque in Gentibus fundandam. hom.33.n.33.& seqq.

VI. *Interrogabat discipulos suos: quem dicunt homines, &c.* Insignem nobis prælegit lectionem Magister ille cœlestis, vt aliquando inquiramus quid de nobis alij sentiant: quinimò conueniens esset, vt ut à teipso inquireres: quid dicant de te oculi tui, manus tuæ, sumpto iuditio & censura (vt ait Christus) à moipso aduersario. hom.34. nu.31.32. Tribunal ascendendo vtilissimum. ibid.num 29.

VII. *Quem dicunt homines?* Domine, an tesseram postulas hominum de quibus tuus testatur Propheta: *Dicunt malum bonum*, qui tot tamque variis reguntur opinionibus, quot sunt capita, quot facies? Insuper idcircò tot sunt sententiæ, tamque sibi oppositæ in cognitione Dei: vt sponsa se lugeret immaturam nescia quam sequeretur: idcircò sponsum suum deprecatur, eam doceret, quâ via pergeret tuto. hom 14.n.7.8. Et hoc ipsum assumpsit Christus vt fundamentum, vt agat quod modò intendit conformes valde diuinæ suæ prouidentiæ, ne vos variæ commoueant hominum opiniones, cathedram nempe statuere visibilem, per quam absque vllo erroris periculo clariùs institueremur. ibid.n.9.

VIII. *Alij Ioannem Baptistam, &c* Quantum homines aberrant in cognitione Christi, eiusque fidei, suis adhærentes mordicus opinionibus erroribus inuolutis. Nonnulli censebant esse Eliam in paradiso consistentem, alij Ieremiam, iam mortuum: alij Ioannem Baptistam ab Herode decollatum: ex quibus patet quòd intellectus hominũ sibi relictus, circa fidei mille parturirent ineptias, suis ductu imaginationibus, mortuos vel visiones consulentes. Et suppnit hoc Christus vt ostendat necessitatem huic applicandi remedium, & hanc habet in hoc actu intentionem, cathedram fundare visibilem, in qua præsidens visibiles & cogniti magistri, non ad singulorum electi voluntatem, fingentium Eliam vel Ieremiam. Argumentum mirabile. hom.14.nu.13.14. & potissimum num.22. Cathedra hæc est omni securitate munita, in qua principalis Doctor Cathedraticus sit ipse Christus, in eius persona loquente illo, qui in illa sedet. ibid.num.10.11.

IX. *Vos autem quem me esse dicitis?* Domine, ne fallat ex inopinato tuos ignominia afficis Apostolos? cum enim eos interrogasses, quid homines de te opinarentur, verbum adiungis aduersatiuum *Autem*, insignans illos non esse homines? Et ita verum est, iuste D. Hieronymo quòd electi in Prælatos opponuntur quid amplius sint quam homines hom. 43. num. Et quid hoc tantum cum etiam Christianis quibus cogitationibus & desideriis conueniat vt sint magis quam

quàm homines : cum se gerere debeant vt filij Dei regnique cœlestis candidati. hom.11.num.6. vnde eis dicit Christus : *Oportet vos nasci denuò*. Vt diximus in Festo Sanctæ Crucis.

X. *Vos autem quem me esse dicitis* ? Maiorem habere cognitionem debent de Deo Christiani quàm Gentiles, & clariorem quàm habuerunt olim Iudæi, perfectam nempe cognitionem, vt ait D. Paul. hom. 33. num.3. iti qua conari debemus vt proficiamus, sic nos exhortante D.Petro. ibid.num 2.

XI. *Vos autem quem me esse dicitis* ? Intendebat Christus ex Apostolis suis vnum eligere in Vicarium suum, caputque visibile in Ecclesia : & quia etiam tunc Apostoli erant imperfecti, & quadam laborabant vitiosa æmulatione, quando Dominus Petro præcepit vt didragma solueret, pensum impositum capitibus familiarum ab Imperatore illique ait : *Solue pro me & te*, quo videbatur illum erigere quasi in familiæ caput: ex qua ratione : *Facta est contentio inter discipulos, quis eorum, &c.* Conatus est illos sedare, agitque quod Moysi præceperat, quando orta est æmulatio inter tribus Israël de summo Sacerdotio, nimirum vt duodecim sumeret Virgas, & illa quæ floruisset designaret tribum, cui summum obueniret Sacerdotium. hom.48.num.6.

XII. *Respondens Petrus dixit : Ego dico tibi, quia tu es Christus*. Licet verum sit quod omnes Apostoli idem senserint, porrò singulariter in hac occasione loquutus est D. Petrus in persona propria : hoc enim est : *Ego dico tibi*. Et ipse est qui in hac occasione retulit eum habuit singularem, quâ confessionem edidit ita perfectam, vt collocetur velut fidei & Ecclesiæ fundamentum, quæ sita est in confessione clara & distincta, quòd Christus sit verus Dei filius per naturam, à Patre genitus ab æterno, & verus homo natus in tempore ex vtero Virginis illibatæ : confessio adeò perfecta atque integra vt vnum sine altero non prosit ad salutem. hom.36.n.2.3.4.

XIII. *Tu es Christus*. Confitetur illum explicitè Dei filium naturalem : nam hoc est *Filius Dei viui*. Et confitetur illum verum hominem, vocando illum Christum, quod non solùm significat hominem, sed hominem vnctum oleo Spiritus S. copiosissimo. hom. 28. num. 57. Ex quo ita repletus est, sicut declarauit Angelus illis verbis : *Quod enim ex te nascetur Sanctum*, quæ præclaris scatent mysteriis. hom.34.num.7. & 11.hom.35.num.4.hom 42 num.31. & potissimum. hom.48.num.15.

XIV. *Tu es Christus*. Incipit confitendo, quòd sit Messias exspectatus, cuius nomen absolutè erat Christus. hom.37. num.32. hunc Christum exspectabant Iudæi, credentes eum solùm hominem futurum ex familia Dauid : quocircà non potuerunt Pharisæi respondere argumento sibi à Christo circa hoc proposito. hom.9. nu.23. Porrò D.Petrus declarat veritatem dicens : quod taliter esset Christus homo vnctus, vt etiam esset verus Dei filius : nam huius vnionis confessio adeo necessaria est, vt quicumque illam dissoluere præsumpserit, sit futurus Anti-Christus : vt dixit D.Ioan. h.28.n.64.h.32.n.67.h.36.n.8.

XV. *Ego dico tibi, quia tu es Petrus*. Ecce in quem finem peruerit, vt dicerent quisnam esset, vt Petro respondente : *Ego dico tibi, quia tu es Christus*, alio simili responso Christus responderet : *Ego dico tibi, quia tu es Petrus* : nam idcircò postulat Christus ; vt largiatur. h.25.n 45. & quâ mensura tribueris, quando te rogat, eadem tibi retribuet : cor etenim tuum mensuram statuit quam vidit Zacharias, eius quod tibi daturus est ibid.n. 50.51. & patet in Abraham, Lot, Dauid & aliis ibid.n. 52. vsque 61.

XVI. *Ego dico tibi, quia tu es Petrus*. Patet hic profundissimus agendi Dei modus, quem expendit D. Chrysost. nam dare vult pallium iustitiæ operibus tuis, quæ sunt meræ misericordiæ eius effectus. Nemo dubitat quin cognitio, quâ D.Petrus, fuerit ex misericordi reuelatione Spiritus Dei, & etiam eiusdem confessionis enuntiatio : nam vt ait D. Paulus : nec nomen Iesu quis perfectè pronuntiare potest absque Dei gratiâ, & nihilominus hoc petit quasi vt tiaulum faciat iustitiæ, ad honorem D.Petri incomparabilem, vt aliquo modò dicere liceat, quòd lucratus sit hanc dignitatem adeò præclaram, sibi concessam ; per quod etiam se Deus ostendit ex integro liberalem. Nota conceptum. hom.25.num.45.vsque 50. Et hic pariter notamus Dei liberalitatem : nam quidquid illo addit, & quidquid ex eius gratia facimus, totum hoc nobis relinquit. hom 17 n.36.

XVII. *Ego dico tibi. quia tu es Petrus*. Eandem cum Petro confessionem dæmones elocuti sunt, quos tamen Christus reprehendit, D.verò Petrum laudat, ob diuersam intentionem & voluntatem. hom.23.nu.72. Nam seclusâ bonâ voluntate, nullum Deo gratum est obsequium, licet fiat id quod Deus iniungit, vt fecit Nabuchodonosor. hom.1.num.18. vsque 22. & etiam principaliter : quia fides eorum standum non est, quia eum diaboli profertur, qui sunt spiritus mendaces : sicut enim mendacium illi proprium est, etiam omnibus eius filiis proprium est ; & si vnam proloquantur veritatem, centum hæc est obuoluta mendaciis : imò sæpè centum fatebuntur veritates, vt vnum persuadeant mendacium. hom 34.n.47.vsque 53.

XVIII. *Super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam*. Hæc magna fuit Dei misericordia : cum enim in cœlo domum haberet suam Patris sui, voluit tamen ædificare alteram in hoc mundi diuerso : vt etiam fecit Salomon : in quâ fuit in figura ; sed ex illa migro-

turus erat, vnde primo aliam extruit, in qua semper esset mansurus vsque ad finem mundi, & hæc ea est quam nominat *Ecclesiam meam*. h.24 n.21.22.

XIX. *Super hanc Petram.* Hoc est super Petrum eiusque confessionem. Habes hic Cathedram visibilem quam fundat in terra, vt diximus, ad securitatem nostram & consolationem, nobis tradens Cathedram & Magistros visibiles, hæc est illa D. Petri. Domine, numquid poteras nobis Angelos destinare? Non expediebat: multæ namque potuissent fraudes irrepere; sed præcepte res statuit visibiles & optimè notos: nam hoc iam in Samuele, Eunucho, Centurione, & D. Paulo ostendit. h.14 n.14. vsque 16. Et primus Doctor Cathedraticus quem ordinat, est D. Petrus: Cathedraticus, quem indice digito designes, sicut illum Angelus Cornelio demonstrauit: *Hic dicet tibi, quid te oporteat facere:* nam intelligitur non tantùm de S. Petro, sed etiam de eius in cathedra successoribus. h.14. num.15,16.

XX. *Super hanc Petram.* Tal ter hic suam plantat fidem & Ecclesiam, vt nihil habere debeas tanquam securũ, nisi quod tibi dixerit Petrus: est etenim mysterium non leue; cum enim sit adeo verum quod Christus sit Filius Dei viui, vt tamen de hoc nullatenus dubitemus decernit vt hoc Petrus ore proprio confiteatur, atque ab eo dictum: sit velut securissimum fundamentum. hom. 14.n.14. vsque 16. Et merito miramur hoc quod D. Hieron. scripsit D. Damaso Pontifici. ibid.n.16.17. sed potissimum.n.28. & alludit vir S. ad dictum insigne D. Iustini Martyris quod rei optimè quadrat. ibid.

XXI. *Super hanc Petram ædificabo.* Hæc est cathedra visibilis, cui subditi sic esse debent etiam potentissimi Principes vt coram illa stent, vt Iosue, & declarauit S. Leontius Episcopus. h.14.n.27.28.

XXII. *Et portæ inferi non præualebunt.* Domus est ædificata supra Petram, quam, asserente Christo, nec turbines, nec tempestates valeant euertere: & hoc ita, vt D. Chrysost. conetur probare, quòd Christus Deus sit, ex veritate verborum eius: *Orat. 2 contra Iudæos.* Quod confirmat duobus ex illis, quæ Dominus prædixit, & cernimus impleta. Primum fuit de vnctione Magdalenæ, quod per totum esset mundum celebranda: obliuioni traditis & sepultis maximè heroicis Reginarum facinoribus. Alterũ quod dixit D. Petro: *Portæ inferi non præualebunt* ho.38.n.67. nam ad oculum conspicimus, nullam earum Monarchiam quas mundus vidit erectas perpetuas perseuerasse sed corruisse, dum Monarcha Monarcham impugnat, velut venti turbulenti, & bestiæ ferocissimæ: sola hæc domus, quam Christus ædificauit pauper, super pauperem piscatorem, stetit immota his, quamuis ab omnibus impugnata nationibus. Ingens est hoc nobis leuamentum. h.41. n.84. Idcircò columna dicitur & firmamẽtum veritatis. h.14 n.10. alludendo ad nauim & columnam sepulchri Machabæorum, quod describitur. h.31 n.15. & applicatur. hom.37.n.73.

XXIII. *Tibi dabo claues.* Binæ sunt claues: alia scientiæ, altera potestatis. Scientiæ, quâ res fideles cognoscantur, & veræ doctrinæ: potestatis, quâ peccata remittantur, & per censuras ligantur, conformiter duobus Christi officiis, Magistri scilicet & Redemptoris. hom.30.n.37.

XXIV. *Tibi dabo claues.* Ecce quam excellens misericordia, quâ nobis in terra reliquit has binas claues homini commendatas, videlicet Petro, e. usque foribus: vt tantam habeamus securitatem in eo quod nobis sequendum est, cum eo quod ipse nobis dixerit, sic vt quamuis sit Caiphas, non exprimet definitionem, quæ non sit in cœlo determinata; & habeamus qui nos à nostris absoluat debitis; quæ sunt infinita: nam eorum vel minimum solui non posse omnibus creaturis: itaque perficit Deus quod Iob indicauerat, nempe se tribunal in terra erecturum vt sic concorditer ordo seruaretur in cœlis. Papæ, quale mysterium! ho.18.n.13. h.37.n.16

XXV. *Quæcumque solueris super terram.* Vestigia his plenè am ostendit potentiam quam largitur in quibus illa fundantur, quæ ipse prolocutus est: *Quæcumque dixerint* hom.14.n.34.

XXVI. *Quæcumque solueris.* Aggressus est Respublicam ædificare Sanctorum. h.34. n.43. Quia ergo hæc non conseruaretur, nisi esset remissio peccatorum, in quæ labimur quotidie, necessitas vigebat plena traderetur potestas, & hæc ea est quam tribuit. Quamuis notandum sit verbum *solueris* quo significatur nullam esse potestatem ad rescindendum, bene quidem ad dissoluendum. h.13.n.61.

XXVII. *Quæcumque solueris.* Expendit D. Augustinus insignem Dei misericordiam: non enim nobis angelos reliquit, qui nobis peccata laxarent, sed Sacerdotes: *Infirmitatem habentes*: vt nobis compatiendo propter hoc singulariter Petri lapsum permisit, vt ipsum eius temperaret, alioquin metiretur, secundum mensum fuerat. Nota conceptum. h.43.n.8. vsque

XXVIII. *Quæcumque solueris.* Tuum hic remedium, inquit D. Chrysost. si quotidie se lapsi illaqueet, quotidie ad eum recurre qui te soluat. h.43. n.70. Operatus est Christus in Petro eiusque negatione id quod in se suaque mortalitate: nam *Christus resurgens iam non moritur* ita similiter D. Petrus. ibid.num.71.72.

XXIX. *Quæcumque solueris.* Vide plures conc. prius suprà Dominicâ in Albis ad illud: *Quorum remiseritis peccata.*

IN FESTO VISITATIONIS B. MARIÆ VIRGINIS.

I. *Exurgens Maria abiit in montana cum festinatione.* Luc 2. Quàm primùm Filius Dei conceptus fuit in vtero SS. Virginis, mouit illam spiritu suo diuino, vt abiret in montana Iudææ, visitatura cognatam suam Elisabeth, & sanctificatura Præcursorem eius, qui præcessurus erat, mundoque Aduentus eius nuntia lætu delaturus. Christus nomini satisfacit sibi à Patre imposito: *Accelera, festina, prædare* Quocirca tantâ properat diligentia prædam, D. scilicet Ioannem, à diabolo ereptur us, quem ille per peccatum originale possidebat. hom. 29. n. 4.

II. *Cum festinatione.* Christus conceptus fuit ex ope re Spiritus S qui amor est, eique ita fu.t immersus vt igni e'ectum, quod vidit Ezechiel. hom. 15. nu. 22. h. 41. n. 24. vnde vocatur: *Visio discurrens*, & per hoc ita festinauit: erat etenim flumen vehemens, de quo Propheta. h. 15. n. 17. vsque 20 & paucis horis omnes in pleuit proph tias de se conscriptas, vt fossas Elisei in torrente ibid. n. 19. vsque 22.

III. *Salutauit Elisabeth, & factum est.* Perpende, qua is esse debuerit salutatio: cum per illam Baptista in vtero matris suæ fuerit sanctificatus. Tales non sunt vestræ; Quinimò sæpiùs tuæ impediunt animæ salutationem. hom. 32. n. 60.

IV. *Factum est vt audiuit.* Sumpsit Christus instrumentum, quo Baptistam sanctificaret, Verba B. Virginis, quæ in illo operata sunt, sicut modò operantur aq æ baptismi in pueris: etenim hic illis pueros sanctificat. Et quid hoc tanti, si quia Christus mortuus est in Cruce, reddiderit illam redemptionis instrumentum, & mundi sanctificationis organum, quam & deificauit, sicut & clauos, spinas & tormenta? Conceptus hic tribuitur D. Damasceno, sed à Caietano explicatur. hom. 36. n. 9. vsque 12.

V. *Exultauit infans.* Quo tempore D. Ioann. sanctificatus fuit, & recepit gratiam, accelerante illi Deo rationis vsum, vt intelligeret quod in eo effecerat, gaudij salmus edidit existens in vtero matris: hoc etenim est quod in anima veram producit lætitiam, scilicet gratia, per quam Deus in illa moratur; iamque quoddam principium gloriæ possidet. ho. 37. n. 58. vsque 61. Et quam non lætitiam sensit D. Ioann. dum se cogitat de vno extremo ad aliud transiisse: factumque ex filio Adam filium Dei, omnium Regnorum eius heredem? Quanto tu quoque gaudio perfunderetis, si subitò mancipium factus crudelissimi Turcæ, in filium potentissimi Regis, eiusque heredem assumeretis: & hoc multò præclarius: quia non solùm factus est filius Dei nomine tenus, sed in veritate; quia per gratiam realiter natura participatur diuina, vt testatur D. Ioann. hom. 2. num. 42. hom. 37. num. 58. hom. 41. n. 80. h. 45. n. 18.

VI. *Exultauit infans, &c.* Quam primùm illi Deus oculos aperuit, lætatur per gratiam se sanctificatum: vnde gratias illi reddidit infinitas; tu quoque reddere deberes, quando apertis tibi oculis, te gaudebis illuminatum, & in Ecclesia constitutum. hom. 17. num. 16. & sequentibus.

VII. *Vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me?* Hæreses prosternit omnes, Virginem non esse Dei matrem, sed tantum Christi hominis. Dicat S. Elisabeth plena Spiritu S. liberrimè: *Mater Domini mei.* Cognouit etenim vnionem Dei & hominis: atque in illa coniunctionem Virginitatis & Maternitatis: vnde magis obstupescit, quàm Moyses ex conspectu rubi igne ardentis. hom. 36. n. 2.

VIII. *Vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei?* Stupore percellitur S. Elisabeth, & ascendit ac descendit, cum D. Petro quando dixit: *Tu mihi?* hom. 43. numer. 5. 6.

IX. *Vnde hoc mihi.* O quam bona verba, dum ad S. accedis Synaxim: nec enim venit Mater Domini, sed ipse Dominus ad te: nam per hoc te iudicans indignum, dignum efficies. hom. 2. n. 32. vsque 37. Et idem effari liceret de reliquis Dei donis, per quæ te Deus filium suum effecit, teque ad gloriam suam heredem vnxit, meliùs quam Saulem ad regnum: qui ad hoc se stupens electum, exclamauit: *Vnde hoc mihi?* h. 11. n. 9. 10. Vide notata in festo Annuntiationis B. Virginis ad illa verba: *Turbata est in sermone eius.*

X. *Beata quæ credidisti.* Omnes actus Virginis fuerunt heroici & excellentes, potissimum autem actus fidei; quorum comparatione, actus fidei Abra'am exiguus valde fuit: qui licet tantoperè laudatus, aliquem tamen habuit defectum, iuxta quorundam opinionem propter dubium quo laborabat circa promissionem Angeli. hom. 27. num. 42. Fides tamen Virginis adeò præclara fuit & constans, vt in ea Deus supremum fundauerit miraculorum, quæ Deus operatur iuxta fidei quantitatem. ibid. num. 31. vsque 40. atque idcircò tam modica in re operatur, ob fidei tuæ languorem. ibid. num. 43. & seqq.

XI. *Vt facta est vox salutationis tuæ.* Si vnica B. Virginis vox momento temporis operari potuit tam præclaros in matre & filio effectus, quid operatura erat toto trimestri, quo ibidem moram traxit: cum Christus fons sit, & D. Virgo canalis, quas non effunderet aquas gratiarum. hom. 30. num. 13. 14 Hic impletur illud Caietani circa verba Christi: *Quamdiu sum in mundo*, &c. ib d. num. 39.

XII. *Magnificat anima mea Dominum.* Vera humi-

litatis magistra, quæ non negat quas in se miratur supremas prærogatiuas, sed illas illicò Deo attribuit, non manum suam cum Saule extollens, sed Dei cum Dauide. ho.29.n.46. vsque 48. & idem faciens quòd Dauid. ibid.n.48. quinimò quòd Christus: qui iam vt Magister virgineo eius vteio concluſus, illam edocebat, dicendo Deo: *Dediſti mihi.* ibid.n.48.49.

XIII. *Manſit apud eam quaſi tribus menſibus.* Notat hoc eleganter D. Ambroſ. & cauſas aſtruit: Primò: vt cognatæ ſeruiret vt verè humilis, in partus ſui tempore. Secundò: quia D. Virgo pudore detinebatur, ſi toties per plateas & extra domum vaga diſcurreret: quo mulieres docet primarias, potiſſimum iuniores, quam ſeriulo diligere debeant ſolitudinem: & ſi forte prodeant in publicum, moneat illas Dei ſpiritus, ad opus aliquod charitatis, ſeruiendi ægrotanti, vel in xenodochio decumbentes lautiùs excipiendi: diſcutiant autem quis illas ſpiritus in plateas expellat: num S. Chriſti ſpiritus, vel proprius ſpiritus, id eſt vanus. hom.32.n.14. vſque 19.

XIV. *In Feſto Mariæ Magdalenæ.* Legatur hom.38. quod ſuprà notauimus ſexto die Veneris Quadrageſimæ.

IN FESTO S. IACOBI APOSTOLI.

I. *Acceſſit mater filiorum Zebedæi.* Matth.20. Hoc Euangelium exponitur hom.15. & vide notata tertio die Mercurij Quadrag. Et quia in hoc eius Feſto cantatur Euangelium, in quo eius detegitur defectus: legatur quòd dictum eſt in Feſto D. Thomæ, & Conuerſionis D. Pauli.

IN FESTO S. LAVRENTII MARTYRIS.

I. *Niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit.* Ioan.12. Vide hoc Euangelium notatum inferiùs in Communi vnius Martyris.

II. Præclaræ fuerunt D. Laurentij prærogatiuæ: doret enim virtutem eleemoſynæ, declarans pauperes eſſe diuitum vectores à Deo conſtitutos, vt eorum bona in cœlum deferant. hom.1.n.40.

III. Dicere licet flammis, quibus eum Tyrannus exurere conabatur, illeſtriorem euaſiſſe, iuxta illud Pſalmographi: *Dum ſuperbit impius incenditur pauper.* hom.23 num.30.

IV. Eius Deus aptius probauit fidelitatem quàm mulierum honeſtarum, harum etenim fidelitas aquis, licet amaris, probabatur. ho.30.nu.6. illius autem ardentibus flammis: & dicere potuit. Gaudeo plurimùm quia hoſtia Chriſti effici merui. Et meo quidem iudicio hunc expreſſit vir ille quem vidit Ezechiel igne circumfuſum, atque ex altera parte maximo gaudentem refrigerio. hom.30.n.48.49.

V. Quantò crudeliùs tormenta cruciabant, tanto lætiorem ſe iactabat: ſpes etenim ampliùs ſummebat incrementum. hom.32.n 23.vſque 27. Intellexit in ſemo Dei cruciatus & aduerſitates eſſe talenta præciora. ibid.n.27.vſque 31.

VI. Vt inſigne Dei beneficium propoſuit D. Sixtus Pontifex D. Laurentio quod acerbiora toleraremus eſſet tormenta, quàm ipſe: quia cum Sancti noueint, ſecundùm eorum amaritudinem ſeruari præmium, quanto ſunt hi cruciatus atrociores, tanto ſe ſentiunt à Deo beneficio cumulari ampliori. h.15. n.14.15. & quanto ſunt hi grauiores tanto illos gaudio recipiunt abundantiori. ibid.& h.32 n.27.& ſeqq.

IN FESTO ASSVMPTIONIS PVRISSIMÆ VIRGINIS.

I. *Intrauit Ieſus in quoddam Caſtellum.* Luc.10. Multa celebramus feſta Deiparæ Virginis conſecrata: eſt enim tabernaculum quod per artes eſt deferendum, vt ſuprà notauimus in Feſto Conceptionis eiuſdem: ſed hæc pars eſt præcipua, ad quam reliquæ omnes ordinantur: atque hic coronam accipit omnium, quæ in aliis digna prouenit. Bona mors ea eſt quæ totius vitæ bona coronat: quæ li defuerit, *nauci* cetera, facienda ſunt. h.13 n.40. Totam hominem feſtum gloriam ſpirat, ſic vt nihil pœne interueniat, ſicut in ceteris, vnde & magis eſt ineffabile: quocirca dicit D. Bernard. *Nihil eſt quod magnificat, &c.* propter eius eminentiam. Vt aliquod de ipſa proponamus & intelligamus, tale legitur Euangelium, in quo Martha recipit hoſpitio Saluatorem cum ſorore ſua Magdalena: ſub quarum ſymbolo declaratur qualiter D. Virgo in domo purißimi ſui ventris receperit Dei filium: vt hinc addiſcamus, quod ſicut illa ipſum recepit à cœlo ad terram deſcendentem, ſic illam ipſe hodie ſuſcepit de terra in cœlum aſcendentem; & ſicut ineffabilis eſt etiam ipſis Angelis modus quo Virgo concepit in viſceribus ſuis caſtiſſimis filium Dei; & quod in ipſa operatus eſt: ita pariter modus eſt inexplicabilis, quo filius illum in cœlo ſuſcepit, nec non gloria incomprehenſibilis, quàm illi contulit. h.11.n.16.h.36.n.2.

II. *Intrauit, Ieſus.* Primo conſideremus iuxta literam documenta nonnulla ſaluti noſtræ profecturi. Ingreſſus eſt Ieſus, & recepit illum Martha in domum ſuam: hæc etenim grata ſunt obſequia, quæ de domo

hoſ

bes nis & facultatibus exhibes, quàm ea quæ de alienis sunt, Deo sunt execranda. h.23.n.55. & sic diligit, vt rehi, te prius satisfacere iis quæ proximo debes, quam sibi. ibid.num.48 & seqq.

III. *Intrauit, & mulier quædam Martha, nomine excepit illum.* Optimè faciunt hæ domicellæ Christum recipientes gratâque illi deferendo seruitia: quocirca angustiarum tempore, tanto possunt illum maiori accedere & rogare fiduciâ, sicut reipsâ rogarunt Lazaro infirmante. hom.32.num.37.38.

IV. *Intrauit Iesus.* Felix illa domus, quam Deus ingreditur; nam illo susceptо, non est quod exoptet amplius; etenim cum illo bonum omne possidetur; sicut suprem: hæc est animæ calamitas, si Deus ab illa discedat. h.13.n.5 vsque 17. & horum aliquid Gentiles intelligebant, dum in ædibus suis Deos suos catenis clausque configebant. ibid n.17. vsque 20. Et eâ ratione lacta fuit & lachrymæ Iacob, ne Deus à se discederet. ibid.n.20. vsque 23. Quod malo suo didicit Synagoga Deo ab illa abeunte. ibid.n 23.24.

V. *Huic erat soror nomine Maria.* Erant hæ feminæ primariæ, & quamuis feruenter Christum diligerent, illum tamen domi suæ præstolabantur; decet etenim maximè tales solitudo & recessus. hom. 32. num. 14. vsque 17. Atque ex inani mulierum cogitatione compedes Deus elicuit, quibus earum moderaretur diuagationes. ibid.n.17.18.

VI. *Huic erat soror nomine Maria, quæ sedens secus pedes Domini, &c. Martha autem satagebat.* Videtur Martha prudentius agere tota occupata vt cibos præpararet mensamque sternat Domino quàm Maria, quæ recipiendis eius verbis, consolationibus & fauoribus intendebat; verùm iam exposuit Christus, Mariam meliorem elegisse partem; etenim non ingreditur Deus animarum nostrarum habitaculum, vt illi quidquam erogemus, sed vt ipse nobis infundat, atque ab illo nos recipiamus. Non est eius regnum simile regno Regum terrestrium, qui esse suum & alimentum a subditis accipiunt. h.41.n.59. sed sicut thronus solis, omnia enim ab illo participant, nec ipse quidquam accipit. Eo fine desiderat vt ti illum in animam tuam recipias, vt illam diter; & hoc est ipsum in ea regnare in gloria. Nota discursum. ibid.n.62 & seqq.

VII. *Huic erat soror.* Ambæ illæ Germanæ recurrunt ad Christum. Martha significat opera corporalia, Maria spiritualia: vtrisque tibi est Deo seruiendum cum ab illo receperis nedum animam sed etiam corpus. hom 23 n.63.

VIII. *Sedens, &c. audiebat verbum illius.* Hæc vtique conuenienter audit verbum Dei; totam etenim se audiendo se impendit, animam & corpus: non quemadmodum multi, qui corpus tantum adferunt, & ad summum, adstant intellectu: porrò cor alio reposuum habent loco, vt diues ille de quo D. Antonius Paduanus. h.29.n.23.24. Quocirca multi cum Pharisæis admirantur, sed non conuertuntur. ibid.n.21.22. & eorum intuitu potest effari Prædicator illud Isaiæ: *In vacuum laborauí.* ibid.num.25.26.

IX. *Audiebat verbum illius.* Hæc vtique mulier est sapiens, quæ audit & tacet: etenim de tali loquitur Salomon: *Mulier sensata & tacita.* hom. 32. numer.19.20.

X. *Sedens secus pedes Domini.* A sua conuersione Christus eam Seraphinis annumerauit; vnde iisdem illam excipit blandimentis, quibus Seraphinos quos per seipsum instruit. hom.38.n.115.

XI. *Sedebat secus pedes Domini.* Saluari non poteſ, nisi accedas ad pedes Christi si non possis illis multo assistere tempore, saltem postula, vt aliquo liceat assidere tempore, sic D. Chrysost & si sol esse nequeas stella esse conare. h.14.n.20.24. Ex illis esto piscibus, qui alas habent, hortatur D.Gregor. vt saltus aliquos edas extra aquas. hom.11.n.13.

XII. *Martha autem satagebat circa frequens ministerium.* Vocatur *frequens ministerium*, quod in præparatione ciborum occupatur: totâ namque vitâ mulieres h s & similibus distenduntur, mane & vesperi.

XIII. *Martha autem satagebat circa frequens ministerium.* Iam te loquentem audio, inquit D. Augustſerm.26 de verbis Domini: *O beati, qui Christum in domum propriam susciperе meruerunt.* Ne queraris, inquit, & hoc etiam tempore viuis: *Non tibi abstulit istam dignationem:* quandoquidem vt hoc illi præstare possſes, se in persona pauperis tibi proposuerit, dicendo: *Quod vnicx minimis, &c.* & lectu dignis probatur exemplis. h.16.n.15. vsque 16. sed eminet exemplum de Abraham: nam idcircò propriis ipse manibus, atque vxoris illis deseruire voluit. h.27.n.66. & seqq. Idem quoque fecerunt Apostoli. ibid. n.68. atque ideo attendas oportet paupere: oculis fidei. h.30.n.24.25.

XIV. *Domine, non est tibi cura, &c.* Contra sororem suam Mariam Martha expostulat, at ipsa tacet, nec se mouet, sicut etiam fecit in domo Pharisæi. hom.38.num.116. quia didicit experientiâ quod suam Christus in se causam suscipiat vt propriam. ibidem num.118. & hoc fauore ipsa gaudet & gaudebunt omnes electi ob imminentem gloriam, quam dixit Isaias. hom.38.num.120.

XV. *Martha autem satagebat, &c Domine, non est tibi cura?* Præclara dantur hic documenta. Sollicitudo Marthæ te docet: æquum esse ex parte tua vt sedulò seruias, & lautè excipias Dei ministros, quibus omnem debes gratitudinem vt Tobias: vnde Christus Marthæ sollicitam non reprehendit diligentiam: sed simul nos imbuit, prædicatores non decere vt delicias sectentur: hoc etenim indicauit: *Porrò vnum est necessarium:*

farium: sufficit frustum panis, seu vt necessaria vitæ suppeditentur, non autem deliciæ: quocirca rarò conuiuia admittant Dei ministri, vt maiorem sibi acquirant auctoritatem, vt confirmat D. Hieronymus. ibid. num. 10 11.

XVI. *Optimam partem elegit sibi Maria.* Hoc dicens, supponit bonum esse quod agit Martha, atque per hoc differentiam exponit Ecclesiæ suæ statuum: quorum alij sunt perfectiores, omnes tamen sancti: atque in omnibus iam potes operari salutem: hæc etenim varietas est vestitus Reginæ, de quâ Psalterium. ho. 24. n. 19. 20. & Sanctus potest euadere qui coniugatus est, si viuat iuxta consilium Apostoli. ibid. n. 19. & se præparet vt viuat *secundum scientiam*, vt dixit D. Petrus. h 26. n. 26. & seqq.

XVII. *Optimam partem elegit sibi Maria.* Adducit Ecclesia hoc Euangelium, vt in sensu mystico intelligamus hæc verba de B. Virgine, cum super hoc *Optimo* Latinus non admittat *Melior*: quia superlatiuum est, nihilominùs quamuis Maria optimam partem elegerit, tamen melior ea fuit quam B. Virgo elegit: quamuis enim ea bona fuit, quam elegit Martha, scilicet actiua, & optima illa quam Magdalena, nempe contemplatiua, melior tamen ea est quam Virgo Deipara elegit, nam vtramque sibi sumpsit, existens perfectè Martha & Magdalena simul. Perfectissimè recepit in aluo sui domo Christum & cum Martha summâ diligentiâ & sollicitudine illi seruiuit, lac illi præbens, panniculis eum inuoluens, atque de penu suo paupere necessaria illi administrans: nec non cum Magdalena, pedibus eius assidens imò & brachiis suis eum constringens, diuina illius & spiritualia percipiens eloquia, eadem quâ Seraphim in cœlo mentis tranquillitate: & hinc intellige qualiter eam Deus hodie in cœlo susciperit. Recepit illa Deum in optima corporis sui animæque parte, atque eadem mensurâ Deus eam susceperit ad optimam cœli partem: etenim passim nota est illa regula: qualis in Deo, talis tibi Deus futurus est. Discursus hic vtilis est, & consideratione dignus. h. 25. n. 50. vsque 61. Atque ex his colligit D. Bern. gloriæ locum ad quem hodie Christus Matrem suam exulit: *Nec in terris locus dignior virginalis vteri templo, in quo Virgo Christum susceperit, nec in cœlo regali solio, in quo Christus Mariam sublimauit.*

IN FESTO S. BARTHOLOMÆI APOSTOLI.

I. *Exiit Iesus in montem orare, & erat pernoctans in oratione Dei.* Luc. 6 Refert D. Lucas Euangel. quomodo Christus ad mundi subiugationem illustrissimos exercitus sui duces nominauerit, & eruditissimos classis suæ magistros, duodecim scilicet Apostolos, qui fuerunt gloriæ illius equi, de quibus Propheta. h. 23. n 5. Nubes sunt quæ pluuiam super terram demittere deberent, motæ Spiritus sancti flamine h. 27. n 69. Lapides sunt mundissimi quibus Gigantem prosternat. hom. 29. num. 13. & victoriam obtinuit toto orbe celeberrimam, quâ nullâ potest dari præclarior. h. 30. n. 45. vsque 47. vnus ex illis fuit D Bartholomæus.

II. *Exiit Iesus in montem orare.* Non egressus est ad orandum (vt ait D. Ambros.) propriâ ductus necessitate, sed ad nostram instructionem, vnde tempore Passionis suæ orauit, quo doceat assumenda esse enema orationis tempore tribulationis. h. 26. n 11. Similiter quando iudicis officio erat functurus in causa adulteræ. ibid. n. 12. vsque 14. & potissimum nunc quando negotium offertur ita arduum, quale fuit, electio Apostolorum regni sui optimatum. ibid. n. 8. vsque 11.

III. *Exiit in montem orare.* Christus nullâ prorsus necessitate ad orationem recurrit: tu ad illam recurre: hæc etenim tibi tradita est, velut clauis thesaurorum Dei. hom. 9. n. 4. vsque 8.

IV. *Exiit orare.* Oratio remedium est vniuersale cordi lætificando, præsertim oratio longa, cum Deo colloquendo: hoc etenim est: *Pernoctans in oratione Dei.* h. 42. n. 68. & seqq. hoc vsi sunt Sancti in omnium remedium afflictionum. ibid n. 71. 72.

V. *Erat pernoctans in oratione Dei.* Oratio namque fieri debet perseueranter, non statim ab illa recedendo. Vide notata die Lunæ Litaniarum ad illud *si perseuerauerit pulsans.*

VI. *Erat pernoctans in oratione Dei.* Primò significat, quod oratione feruenti valde oraueris, Patri summopere placere studens, in se pauperes omnes & peccatores repræsentans: nec enim aroma datur Deo gratius quam eorum oratio: & cum illi toti die miant noctibus, nec in hoc Deo famulentur, velut eorum Christus locum supplere, Patri que gratificans. hom. 9. num. 27.

VII. *In oratione Dei.* Tantò Deus tenetur deliberio vt ab illo homines aliquid petant, vt stomachetur ac sibi displiceat, quando nihil expetunt; & cum illi taceant pro illis Christus efflagitat. h. 8. n. 4

VIII. *Erat pernoctans in oratione.* Optimus orator, à Iob exoptatus, nam vt talis cum vtraque pars agit, vt illas componat, noctu cum Deo, & de die cum hominibus. hom. 26. n. 5 6. 7.

IX. *Erat pernoctans.* Graue Christo negotium imminebat, nempe electio supremorum Ecclesiæ suæ Prælatorum, qui reliquos iis debent antecellere prærogatiuis, quibus Pastor oues, maximum officium, & necessario cœleste requiritur subsidium, vt prudenter eligat illi idoneos: nec enim datur vt sedeant, sedere

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ipsa exerceant potentiæ diuinæ eminentissima: multumque tenemur is ad quem talium spectat electio, se Deo fortiùs commendare, quatenus eum illuminet: etenim eorum defectus imputari possent illi, à quo promoti esse perhibentur. h.15.n.33. vsque 43.

X. *Elegit duodecim, quos Apostolos nominauit.* Domine, tantò ministerio quod tantam requirit sapientiam & potestatem, homines eligis adeò stupidos & infirmos? Vide notata in festo Ascensionis ad illud: *Euntes in mundum vniuersum, &c.* & in festo SS. Trinitatis ad hoc: *Euntes docete omnes gentes.*

XI. *Elegit duodecim. Petrum, &c.* Semper Euangelista, cum Catalogum recensent Apostolorum, Petrum statuunt primicerium: quia Christus eum hoc loco statuit, vt notauimus in eius Festo.

XII. *Et Iudam qui fuit proditor.* Mirot, quòd præscius Christus, qualis esset Iudas, quid ipse facturus, quem finem habiturus, illum assumpserit ea electione, quâ Deum consuluit, & instigante Spiritu S. *Quos elegit per spiritum S.* Respondet D. Ambrosius fecit hoc in bonitatis suæ & misericordiæ confirmationem: vt enim hæc viscera eius est maximè propria, permittere voluit occasiones, in quibus patentiùs innotesceret. hom.17. num. 11. Eo fine hominem creauit peccabilem, passusque est peccare, & quidem ita miserabiliter, vt notat D. Hieronymus. hom.18. num.2. 3. Ob eandem rationem permisit, vt filius prodigus paternas deseseret ædes, & abiret, vt misericordiam ostenderet adeò perfectam vt de ea videantur Sancti velle conqueri, iudicantes eam superabundantem & nimiam. ibid. num.4 5.6. idque eò modò vt Elias contra illam expostulet: Attende quid faceret si modò videret Iudam ad Apostolatum electum, & quando eum esset traditurus, illi diceret, sibi hoc imputaret, qui talem sibi comitem assumserat, mirabilis est hæc hyperbole, quâ Dei demonstratur misericordia. ib. n.60.

XII. *Iudam, qui fuit proditor.* Elegit Iudam, eius præscius traditionis scelus: tanta namque eius est omnipotentia, vt mala permittat, ex quibus bonum eliciat. hom.43.n.2.3.

XIV. *Iudam, qui fuit proditor.* Iudam assumpsit: eius etenim præuouerat malitiam & infernales cogitationes, vt illas sibi assumeret, suaque ex illis proposita perficeret, hoc etenim dixit piissima illa Anna: *Dominus scientiarum est, & ipsi præparantur cogitationes:* etenim superbæ Cæsaris Augusti cogitationes illi militarunt vt nasceretur in Bethlehem: & prudens nauclerus vento vtitur, quem ipse nec fecit, nec mouet, sed illam carbasis apprehendens nauim per hunc ad optatum ducit portum. hom.23.num.35. hom.30. num.59. hom.49.n.23.

XV. *Iudam qui fuit proditor.* Egregium est Symbolum diligentis hortulani, nam vt aquam de puteo hauriat mola aquaria mulam assumit obcæcatam, & ipsam ille eligit, nec tamen quid agat, illa nouit, nec hydriæ, tamen aquam hauriunt, quam sibi ipse assumit, vt per eam hortus flores germinet & fructus. Educenda erat aqua concilij æterni mortis suæ: maledictam eligit asinam, Iudam, qui se Ducem extollit: *Dux eorum qui comprehenderunt Iesum*: per quem mortem & sanguinem eduxit Christi, quem ille vt sedulus hortulanus direxit ad horti Ecclesiæ suæ fertilitatem. hom.39.n.28.

XVI. *Iudam, qui fuit proditor.* Oportet vt operarius materiam eligat proposito suo congruam, vt suam testetur sapientiam & manuum industriam: ita Christus elegit Iudam, in quo probare posset duas eminentissimas virtutes humilitatem & charitatem, humilitas ea est, quæ prima omnium in fundamento collocatur. Charitas in vertice: vt autem ambas has ostenderet virtutes, duos illos exercuit actus, vnum quo pedes discipulis suis lauit, alterum quo carnem suam & sanguinem in cibum potumque tradidit in SS. Sacramento. hom.45. nu.27. sed potissimum enituerunt in Iuda. ibid.n.29.& seqq.

XVII. *Et Iudam, qui fuit proditor.* Quis non obstupescat, quòd id quod tribus Apostolis in maximam cessit eorum felicitatem, Iudæ cesserit ad animæ perditionem: nec enim omnia omnibus conueniunt, & SS. Sacramentum quibusdam est vita, aliis verò mors. ho.2. n.24. Imò hinc colligere potes miseram impiorum calamitatem: etenim quod ex se optimum est, illis cooperatur in malum: sicut iustis quod ex se pessimum est, illis fit salus: vnde nec illis condolendum, nec his congratulandum. Optimum est hoc D. Chrysost. argumentum. hom.32.n.41. vsque 45.

IN FESTO DECOLLATIONIS S. IOANNIS BAPTISTÆ.

I. *Misit Herodes ac tenuit Ioannem.* Marc.6. Ob oculos spectaculum proponitur admirabile, quale vix mundus vidit vnquam: quo maiori inter natos mulierum capite abscindjtur, ob rem adeò leuem, qualis est leuissimum puellæ tripudium. Cepit illum Herodes, & in vincula carcereisque coniecit: eò quòd prædicaret quæ Regi dici oportebat. Nihil ita Reges execrantur quàm veritatem, si miles etenim sunt vrsis. hom.34.n.53.

II. *Misit Herodes & tenuit Ioannem.* Semper molesta fuit veritas peccatoribus & mundi sectatoribus, & malè exceptus fuit eius concionator, vt D. Hieronym. de seipso declarat. h.22.n.28. Et quia illam expresse direrunt, multi SS. occisi sunt. hom 36. nu.50. 51. nullusque eam vult in domum suam recipere,

ſicut nec mulierem Leuitæ in Gabaa. h.34. n.41. ſed qui illam petius excipiunt. ſunt potentiores: ſicut enim primo ſuam intendunt voluptatem, quærunt qui ſibi dicant mendacia & verba adulatoria. ibid. num. 52. Vt autem eis veritas intimetur, neceſſe eſt vt de paradiſo denuntietur ſicut Elias Ioram. ibid n.53.

III. *Miſit Herodes.* Ioannes Prædicator erat veritatis, non nugiuendulus, non mulierecula, quales ſunt plures hom.10. num.41. Zelabat honorem Dei vt verus eius filius. hom.28. num.56. vſque 61. Perpendebat offenſas Dei multò grauiùs quàm ſi ſibi fuiſſent illatæ. hom.22. nu 14. vſque 19. Nouerat peccatum labiorum in Iſaia? quia Regem Oziam minimè redarguerat. ibid. nu.5.6. & hoc quoque non ignorabat, quod propter peccatum vnius Deus reliquos puniat, ibid n. 11. Idcircò ſeruens animo corripiebat Herodem: imò quia plures hoc non facimus, nos in vincula non conijciunt h 36.n.51.

IV. *Miſit Herodes & tenuit Ioannem.* Vide notata Dominica ſecunda Aduentus ad illa verba: *Cum audiſſet Ioannes in vinculis.*

V. *Non licet tibi.* Grauiſſimum peccatum eſt adulterium, cordis cœcitas: cum enim Herodes vxorem haberet propriam, non inferiotibus conſpicuam conditionibus, quam Herodias, illi tamen libellum dedit repudij, vt cum hac ſuis vacaret adulter voluptatibus. ho.26. nu. 19. Crimen hoc eſt ita execrabile, vt contra illud Deus inſtituerit ſacrificium zelotypiæ perpetuo confirmatum miraculo. ibid. n.23.24. & grauiter per illud Deus offenditur: quia auctor eſt Matrimonij. ibid. num. 25. & potiſſimum in lege Euangelica: cum enim matrimonium ſit Sacramentum, adulterium aliquod redolet ſacrilegium. ibidem numer. 26. vſque 31.

VI. *Non licet tibi.* Quamuis in omnibus enorme ſit adulterium, vt dictum eſt, grauiſſimum tamen eſt in Regibus: nam id acerbiſſimè puniuit Deus in Dauide hom.26.n.19. Et propter vnum adulterium quod Rex Abimelech intentauit, illum caſtigauit Deus morbo ſterilitatis: & declaratur ſufficere vel vnum adulterium, præſertim vnius Regis, quo totum regnum euertatur. ibid.n.20.21.22.

VII. *Non licet tibi.* Turpiſſimum & maximè ſcandaloſum erat Herodis ſcelus, fratris ſui vxorem ſibi aſſumentis in pellicem, erat etenim ipſa mulier regalis, & frater eius Tetrarcha primarius, & illuſtriſſimus: huic ſceleri aliud ſuperaddidit non minùs iniuſtum & ſcandaloſum, quo tenuit Ioannem in vinculis: Principes enim illi ſunt qui ſcelera committunt vt inuerecunda, ita turpia: vir popularis quem furatur: porrò Princeps integram ciuitatem, imò regnum depopulatur? vir vulgaris committit cum muliere communi adulterium; ſed Rex cum feminis Principibus & illuſtribus. hom.35. numer.19. 20. 21.

VIII. *Non licet tibi.* Non deeſſe poterant Herodi famuli, qui voluptatibus eius adeò illicitis ad manum deſeruirent. tales etenim Principes ſeruos habent, qui Dominos ſuos in ſceleribus ſeſpræbent comites & auxiliares: vnde ſolemnem in infernum ingreſſum cum Aſſur faciunt. hom.35. n.22.

IX. *Non licet tibi.* Indubitanter Herodi non deſiderabantur ſerui, qui nedum illum à ſua non retraherent libidine cum vxore fratris ſui, ſed illum incommodares prouocarent; vt ſerui Phataonis, illum excitarent vt accederet ad vxorem Abraham illaque abuteretur: vnde Deus in illos ſeuerius animaduertit. homil. num.25.26.

X. *Non licet tibi.* Conatus eſt D. Ioannes arguere Herodem, & prænoſcens feritatem eius pluſquam leoninam, non illum aſperius obiurgauit ſed verbis demulſit blandioribus: vt enim ait D. Chryſoſtomus: *Verbum eſt magis docentis quam reprehendentis* ho.35. num.52.53.

XI. *Non licet tibi.* Vt fructum proferret reprehenſio ad particularia deſcendit D. Ioan. veritatem dicta in communi, omnibus quidem placet ſed non proficit: nemo namque illam pro ſe capit, nec in domum ſuam, vult adducere: hoc etenim morbo miſta eſt. ho. 34. nu. 41. & neceſſarium eſt, quandoquidem eam in domum ſuam non adducat, nec recipiat quaſi ſibi dictam, eam illi applices in ſingulari. ho 35. nu.73.74. & ho.36. n.49. & ſeqq.

XII. *Non licet tibi.* Hoc Herodem maximè pupugit, quod arctè nimis premeret. Placebat illi D. Ioannes, quando in generali loquebatur: *Libenter eum audiebat*, ſed dum vrget & arguit in ſingulari: *Non licet tibi*, tunc vrſum irritanit. ho.34.c.53. quaſi ſumpta teſte Salomone, latroni furanti propoſuit. ho.40 usque 16.

XIII. *Cum dies opportunus*, &c. Cupiebat Herodias teſtante Euangeliſta Ioannem occidere, & optima intentioni illius. & ipſius etiam Herodis adeſſe opportunitas, nempè cœna magnifica & regia, qua Herodes diem natalis ſui celebraret. Mirantur omnes quòd cum Herodes liberè potuerit occidere D. Ioannem tamen nec ipſe, nec Herodias tale facinus auſi fuerint attentare, ſed occaſionem capiant, & pallium aliquod peccatum etenim tantam ingerit verecundiam, vt homo quantumlibet effrons, illi quærat latibulum & operculum. h.19. n.67.

XIV. *Cum introiſſet filia ipſius Herodiadis.* Erat hæc puella filia Philippi fratris eiuſdem Herodis: vnde D. Chryſoſtomus, Herodis expendit impudentiam nam prodeunte in publicum hac occaſione puella magis manifeſtabatur inceſtuoſum eius adulterium, & quaſi de illo ſe iactabat: hoc etenim eſt inſenſatum

mendi filiorum : quod omnes in mulierem insurgant, si animi labatur infirmitate, & se polluat adulterio; vt illi contigit, de qua narrat D. Ioan. quam accusabant Pharisæi : in viris autem, nedum non arguatur, sed etiam in eo illi glorientur : quorum insaniam conuincunt D. Hieronymus, & D. August. argumentis lectu dignissimis. h. 26. n. 33. vsque 37.

XV. *Vae à me, si dimidium Regni mei.* Ecce quantum cum D. Chrysostomo promissum vt vnica vice medium offerat regnum: est etenim luxuria ignis cuncta consumens. Argumentum optimum. ho. 18. n. 34. 35. Patuit in Dauide, Salomone & Israelitis. ibid. n. 36. 37. & nominatim in Samsone. Ratus hic est casus. ibid. n. 38. 39.

XVI. *Et contristatus est Rex.* Nulla subest illi difficultas, nisi quod quamuis perfidus ille gladio cæderet D. Ioan. in eo ipso grauissimam sustineret pœnam, & velut suspensus torqueretur ex vna parte considerans intellecto suo peccatum in quod incidebat, & optans eraltera, pondere peruersæ voluntatis libidini suæ vacare: atque ideirco merito vasi Zachariæ comparandus inter cœlum & terram suspenso. ho. 37. n. 47. & seqq.

XVII. *Contristatus est Rex.* In eo ipso quod illi gratum erat ac volupe dolorem sentiebat, quo à propria pte rebatur conscientia. h. 37. n. 53. est hæc perpetua accusatrix animam perturbans: & hoc tibi quoque contingit. ibid. n. 64. 65.

XVIII. *Sed propter iusurandum.* Vah te proditorem! scrupulũ tibi mouet iurisiurandi transgressio, nec times caput illi auferre times quo inter natos mulierum sanctior non surrexit. Iuramentum non seruare in illo casu, absit vt malum esset, sed nec erat obligatorium; imò potiùs sacrilega erat eius implerio : qui namque viri tribuit impletioni eius quod iuratur, Deus est, & grauè dicimus sacrilegium cogitare, quod Deus nos ad peccata compellat : nam idcirco D. Ambrosius, vt impium redarguit facinus Iephthe filiam suam sacrificantis, sub nomine iurisiurandi Deo præstiti. Considera hic multos, quos Dauid appellat, mendaces in statera suis : qui sibi scrupulum mouent in iis quibus nullus est, nec tamen anguntur vllo scrupulo in peccatis turpioribus. Laudatur scrupulus, sed stultitia reprehenditur. h. 23. n. 15. vsque 19.

XIX. *Noluit eam contristare.* Quamuis propria non esset filia, tamen erat pellicis suæ, vnde eam diligebat ardentius, quam propriam filiam. O parentes, qui ne filios vestros contristetis, offenditis Deum, atque vt illis placeatis, & eorum studeatis commodis, sæpè iniuriã Sanctos afficitis. Hoc primò perpendite quod vobis mala rependant, sintque futuri vestræ mortis occasio, & ansa damnationis. hom. 15. num. 24. Vos quoque coram diuino tribunali condemnabunt, si illos non puniatis & coerceatis, ne fortè contristentur. hom. 23. num. 6. & sequentibus. Sicut ille qui bouem cornupetam non alligauerat. hom. 35. num. 23. Quinimò hoc ipsum occasionem præbebis, quâ vobis mortui domum referantur, si creditis Spiritui S. ho. 31. num. 32.

XX. *Sed misso speculatore.* Habebat ibi confestim ad manum, qui tam horrendam exequeretur iniquitatem: sicut Pater illius habuerat Herodes paratos plurimos ministros ad cædem innocentium, qui ad quotuordecim millia excreuerunt. hom. 41. nu. 101. Atque per hoc tales soli non ingrediuntur infernum, sed magnâ stipante ministrorum caterua. hom. 35. numer. 22. 23.

XXI. *Dedit puella, & puella dedit matri sua.* Quanto gaudio mulcebatur impudica illa pellex, voti iam compos, nullo contradicente, quæ cœlum ipsum iudicabat sibi propitium; & hoc ipsum indicabat iram Dei iam eius cernicibus imminere, vt peccatoribus imminet, quos suis patitur liberè vacare voluptatibus. h. 35. n. 28. vsque 36.

XXII. *Quo audito venerunt discipuli eius.* Ita Deus excepit D. Ioan. inquit D. Chrysost, Primò, vt ex illo discamus patientiam, si persecutionem ab aliis vt Herode, patiamur : cum videamus illum fuisse inter natos mulierum insigniorem, & tamen ita vilipensum vt caput eius vilissimæ meretricis saltationi appenderetur. Secundò, vt nouerimus aduersitates, catenas, & mortes argumentum non esse indignationis sed amoris, cum illa tribuat amicis sibi charissimis. h. 32. n. 24. & seqq.

XXIII. *Quo audito venerunt discipuli eius.* Spectas hic D. Io. capite plexum, vt profana puellæ saltatio præmium recipiat, sed hoc tibi certo persuasum habeas, quod non inultum tantum euadet peccatum, sed dignum responsi pœnæ culpæ supplicium; quocirca mortua est, gelu constrictum transiens fluuium; submergitur, & caput foris emicat, ipsa quasi tripudians suspenditur, donec glacies illi caput dissecet à corpore medium; qualis etenim Deo fueris in sanctis eius, talis & tibi futurus est; & diues epulo qui Lazarum passus est fame interire, ne micam illi panis erogando, sitì peribit æstuans in æternum, vt non sit qui guttam aquæ præbeat æstuanti. hom. 25. n. 50. & 58.

IN FESTO NATIVITATIS B. MARIÆ VIRGINIS.

Liber generationis Iesu Christi. Matth. 1. Vide notata in Festo Conceptionis.

IN FESTO S. MATTHÆI APOSTOLI.

I. *Vidit Iesus hominem sedentem in telonio* Matth. 9. Præ manibus habemus, opus omnino præclarum interea quæ fecit Deus à creatione mundi: conuersionem nempè Publicani ita publici, vt seipsum recenseat inter Publicanos cauteriatam habentes conscientiam, & in puncto de titione inferni, Seraphinum reddidit cælestem, & vnico tractu cupiditatem euulsit; quæ tam profundas egerat radices, vt totum eor ejus occuparet, quo factus fuit dumetum spinarum, & in paradisum commutat omnigenis floribus fructibusque tedundantem. Quod si peccatorem conuertere vulgarem; iustumque eum efficere, actus sit multo mirabilior, quàm cœli terræque creatio: quid erit peccatorem ad meliora reducere ceteris nequiorem; & momento temporis Apostolum creare & Evangelistam. Hoc illud opus est quo Deus seipsum mirificè exaltat. h. 25. n. 4. 5.

II. *Vidit Iesus hominem, &c. Matthæum nomine.* Quis non stupeat, quòd in Festo huius Apostoli nobis Ecclesia ejus propalet crimina; nec enim id videtur ejus honori conducere, sed potiùs palàm eum infamiâ conspurcare: & hoc quidem bonum dicimus, quod ipsemet hoc faciat, proprio se nomine compellans: *Matthæum nomine.* Nam D. Lucas eandem describens historiam proprium Matthæi nomen non apposuit, sed nomen tantum vulgare *Leui*, nomen inquam, ita familiare, sicut modò Petrus vel Paulus. Ipse idem est qui proprium suum nobis etiamen exponit viuis depictum coloribus, & hoc est quod in medium producit ipso die Festi sui: etenim præ reliquis intendit Dei gloriam, consolationem & vtilitatem omnium peccatorum, totiusque Ecclesiæ, imò & proprium honorem. Vide notata in Conuersione D. Pauli suprà. num. 1.

III. *Prætereus Iesus.* Primò præ oculis habet Evangelista, suum exarans crimen, idque exaggerans, Dei gloriam, est enim insignis, & hoc actu scaturiens. Primò quia hic eius excellit misericordia. Vide notata in Conuersione D. Pauli. numero. 3. Hic eius innotuit potentia. ibidem numero 4 Similiter patet fortitudo contra fortem armatum. ibid. numero. 6. Eius liquet industria: nam calamum assumpsit Matthæi quæ erat velut lancea Satanæ contractus eius & fœnerationes scribendo quo illum confodiat, efficient Matthæum Evangelistam, insigniorem ostendens industriam, quam ea fuit ex qua Banaias commendatur, ibidem numero 7, obtinuit hic victoriam quam, cecinit. Dauid, conuertendo ex Basan. ibi. n. 8. Coronat seipsum Christus eo diademate quod Satan possidebat, multò præclarius quàm Dauid sibi tulit & imposuit coronam Melchom. ibid. n. 9.

IV. *Prætereus vidit hominem.* Secundò: suum litteris manifestat Evangelista scelus ad bonum Ecclesiæ, nostramque consolationem: vt per hoc confirmetur peccator credatque firmiter remissionem esse peccatorum In festo Conuersionis S. Pauli numero. 11.

V. *Vidit hominem.* Articulus fidei maximè consolatorius hic est de remissione certa peccatorum, hom. 18. numero 8. vsque 14. Hæc omnia nascuntur de triplici concupiscentia, vt dixit D. Ioan. prima concupiscentia est voluptatum carnalium, secunda ambitionis & superbiæ, tertia diuitiarum. homil. 41. num. 72. Grauia sunt hæc omnia mala, sed venit illis Christus allaturus remedium. ibidem numero 73. Vt nobis testaretur omnia peccata habere remedium, ad meliora conuertit tres nequissimos peccatores, ipsique reddidit eminentissimos Sanctos: Saulum assumpsit à vitio superbiæ & arrogantiæ, quo ducebatur spirans minarum & cædis: Magdalenam à vitio libidinis, cui ad os vsque immergebatur; Matthæum à peccato auaritiæ, quo tenebatur absorptus: quatenus omnigeni peccatores spem habeant, & eorum singuli magistrum, & speculum pœnitentiæ, sicut diuinitus statuit Sanctos variis ornatos virtutibus, quatenus illi ipsi præluceant exemplo, & dicatur: *Dic, dic multa verbum, & nox nocti indicat scientiam*, ho. 38. numero. 5. 6. 7.

VI. *Prætereus Iesus, vidit hominem.* Tandem, ad gloriam cedit eiusdem Apostoli Matthæi tanto clariorem, quanto inter peccata difficilius auaritia superatur: est etenim laqueus Satanæ intricatissimus, a quo maximè prævalet. homilia 28. numero 36. hom. 44. tantoque fuit Dauidis gloria præclarior, quanto Gigantis quem prostrauera, fortitudo constabat superantius. Conceptus hic attribuitur D. Chrysostomo. hom. 38. num. 25. Ex quo probatur, ad gloriam cedere Sanctorum, dum eorum peccata propalantur. ibid. num. 24. Quinimò ideircò in die iudicij reuelabuntur eorum ad eorum confusionem, sed ad gloriam, potissimum autem Dei hom. 6. n. 47. 48.

VII. *Vidit hominem sedentem.* Primo: describit Evangelista culpæ suæ grauitatem, & abyssi existens profunditatem, quia talis est, quâ Deus gratuitò ornditur, quia peccatum hoc directè diuinæ eius repugnat essentiæ eo quod auarus pecuniam Deum statuat. Conceptus hic rarus est. homilia 28. numero 33. tamque fortiter cor constringit vt illo semel apprehenso, videatur quis spem omnem salutis amisisse, vocaturque bene à D. Paulo laqueus diaboli, & ni esset Christus impossibile diuitem avarum salvari. Hæc sunt hæc quæ discipuli maximè admirati sunt, & non

pessimat amplius percellere. h.28.n.36.vsq.40. Vitium hoc animam ad ima demergit.ibid.n 40.41.

VIII. *Sedentem in telonio.* Cum auaritia vitium sit adeò perniciosum, non leuiter corde inhærebat Matthæi sed radices in illo egerat profundiores, ita vt vsurarius esset & publicanus ex professo dataque opera: nec enim rit erat,qui semel tantummodò contractum in erat iniustum, sed erat hoc illi familiare, sui muneris, in quo auaritia non ita locum habebat, sicut adulterium in Dauid, quod Nathan Propheta vocabat peregrinum, sed firmiter & continuò. hom. 38. numer.16.

IX. *Sedentem in telonio.* q. d. ibi cor suum, animam & cogitationem fixerat, hanc enim emphasim tacuit verbum *sedentem.* h.38.n.15.16.

X. *Matthæum nomine.* q. d. publice notæ erant eius vsuræ, & foenerationes, quem omnes vt talem habebant, & eo nomine cognoscebant, ac titulo, ita vt in tantam lapsus esset miseriam, vt iam se iactaret quod hoc nomine passim vt talis agnoscebatur: horum numero censendus, de quibus Dauid: *Laudatur peccator.* h.34 n. 57.

XI. *Præterians vidit hominem* Iam orditur reserare Christi potentiam eiusque misericordiam. Primò: dicit quod oculos suos in eum deflexerit multo præclariori mysterio, quàm illos coniecerat in cœcum à natiuitate. Minatur fortè quis quod illum aspexerit, quia quid in cœco quis videat? illum nihilominus inuitus est, vt diuinos suos testaretur oculos, eosque tales non esse, quales nostri sunt, quos tantum ibi coniectos vbi quidquam spectamus nobis ad lucem. Ipse verò illos coniecit vt aliquid daret, vnde vbi defectus est, quem suppleat. Si ibidem defectus aspicit oculis corporis, hic illos videt oculis animæ: & si ibi illos in hominem coniecerit pauperem, & lacerum quoad corpus, hic illos coniecit in abyssum iniquitatum in animæ quocirca sicut hic grauiores erant suppleudi defectus, ita ferueutiori coniecit in illos affectu. h 30.n.25. vsque 28.

XII. *Vidit hominem sedentem.* Sunt oculi Christi spiritus vinificantes, quasi non aspicientes aspiciunt, ex magna misericordia iustificationem operando. ho. 30.n.18 vsque 21.

XIII. *Vidit hominem sedentem.* Statu iacebat infelici prostratus Matthæus, sedens corpore, sed cor eius rapiebatur vt amphora Zachariæ à duabus mulieribus extructis alis milui, vt illa d in terra collocarent Babylonia; ac perpetuæ confusionis: una femina erat affectio terrenorum, & amor pecuniarum: hæc ecce nim leuissimas habet alas: altera erat animus obfirmatus erga pauperes: hi nam que poterant illi esse subsidio? quocirca cor hoc deferebant ad sepulchrum, sicut dixit anarum. Inuitus est vates Zacharias amphoram illam, illique condoluit, sed non succurrit. hom.18. n.27. &.ho.39.n.19. Christus hunc intuetur, illique subuenit: sunt etenim eius oculi, quales laudauit Pater eius Iacob, vino fortius confortatiui, & effectus producunt struthionis effectibus insigniores. ho.4.n.38 h.18.n.52.

XIV. *Vidit hominem sedentem.* Cum Matthæus opibus affatim prævaleret, Christus autem omnium esset indigus, quis fortasse crederet, Christum intendisse in Matthæum, quo speraret sibi aliquid erogandum: sic enim mendici solent intueri ditiores, vt alter paralyticus D. Petrum & Ioannem. Imò potius hic omninò contrariè: nec enim Christus Matthæum aspicit, nisi vt tribuat: cum enim pectus illius vberiori redundet misericordia, quàm vbera lactantis; sicut hæc non satagit, nisi quâ ratione vbera effundat & exoneret: ita Christus non intuetur nisi vt suas communicet misericordias, quem Isaias proponit vt aporiatum, quia non est qui illas recipiat. hom.28. n. 28. Idcircò perpetuo præstolatur aduenientes. hom. 37. n.17. Quia verò ad illum homines non accedunt, ipse illos indagat, vt illis misericordiam præstet: etenim thronus eius, soli comparatur cursum suum perficienti, nec aliquid recipienti, sed eroganti. hom. 41. numero 62.

XV. *Et præterians.* Verbum hoc apposuit Euangelista, vt eximiam ostendat Christi potentiam: cum enim sit actus ipsa cœli terræque creatione sublimior, eum tamen perficit quasi nihil ageret, hoc est transeundo: ita vt quamuis opus sit Deo valde proprium, modus tamen agendi illi magis propriè conuenit. Ita notat D. Chrysost h 30.n.3.4.

XVI. *Præterians.* Id leuiter transeundo tantum confert cordi beneficium, quid faciet si in corde tuo diuturnam traxerit moram: & quanta erit culpa tua, cum illum in S. Communione sic habeas in te manentem si in te suas non explicet misericordias. hom. 30. numer. 13. 14.

XVII. *Matthæum nomine.* Proprium adscribit Euangelista nomen, ad grauiorem sui verecundiam; quâ Sanctide peccatis suis confundantur tam eximiâ, vt non sit pœna illi conferenda: quia Deus eorum illis infundit cognitionem. ho.38. n.34. vsque 37. quod autem de tuis non confundaris, indicium est, quòd illa minimè cognoscas. ibid. nu.57. vsque 60. Porrò cum tanta sit verecundia, nullatenus tamen claram peccatorum impedit confessionem: quia ab hac eorum dependet remedium: & sicut rationi conuenit, vt de illis confundamur, ita quoque necessarium est illa distinctè ad remedium confiteri. hom. 19. numer. 62. vsque 63.

XVIII. *Matthæum nomine.* Ad maiorem suam ignominiam, se nominat Euangelista, eumdem illa

illa verecundia ipsum disponit ad remissionem suorum peccatorum obtinendam. hom.38.num.59. sed eo vsque non peruenit vt tua verearis peccata confiteri: nam audiuimus Spiritum S. consulentem. *Est confusio adducens honorem, & gloriam.* vnde te monet: *Pro anima tua, non confundaris dicere verum.* ibid.n.54.

XIX. *Matthæum nomine.* Nullus euidentius sua confitetur peccata atque in medium profert, quàm iustus, qualis fuit D. Paulus: *Primus peccatorum ego sum, &c. Fui blasphemus & contumeliosus.* D. Petrus, compulit D. Marcum discipulum suum, vt patentiùs suam scriberet negationem, & eiusdem aggrauantes circumstantias: etenim sic loquitur Spiritus S. *Iustus accusator est sui* hom.43.n.45. Prodi nunc qui tantum tua studes operire peccata, tuumque nomen, etiam in secreto confessionis, similis fallaci Reginæ. ho.19. num.64 65.

XX. *Vidit hominem.* Hoc Dominum stitit: qui non solùm attendit, quòd vsurarius esset, peccator, quodque in ipso nihil boni esset, sed quòd homo esset: etenim eorum minimus pluris valet quam omnes cœli cum stellis suis, & tota terra cum suis mineralibus & diuitijs suis, & hoc tui muneris esset, oculos conjicere in pauperem, quamuis non nisi plenus esset miserijs. h.30 n 21.

XXI. *Sequere me.* Domine, homini vt huic sic loqueris, fœneratori, decepto ij, & pauperum oppressori, vt te sequatur, huncne eligis regni tui optimatem: nihil etenim ab illo sic alienum quàm doli & fraudes: nam in omni regno tuo nec vnus inuenitur, qui fraudem posset technamque componere? ho.37. num.34.

XXII. *Sequere me.* An hunc tibi socias, missis tot viris sapientibus, bonaque fama notissimis? Vtique: nam Dominus est gratiæ suæ, & eligit, quemcumque voluerit. ho.10.n.32.h.21 n.27.28.

XIII. *Sequere me.* Paulo ante iuuenis accesserat ad Dominum dicens: sequar te quocumque ieris, quem tamen Dominus repulit, & huic qui nec semel de illo cogitabat, præcipit: *Sequere me*, ratio est: quia non omnia omnibus conueniunt. ho.2. num 23. & sequentibus.

XXIV. *Sequere me.* Vtrum eligis ira in mysteriis & veritatibus Dei ignorantem, vt versipellem & expertum in mundi negotijs? Eligo. Vide quæ diximus in Festo S. Andreæ n.3. vsque 7.

XXV. *Sequere me.* Educit illum de libris rationum & partibus vsurarum, ad eiusdem vilitatem, & humilitatem, sicut D. Andream de retibus euocauit. Vide in Festo Sancti Andreæ n.11 12.

XXVI *Sequere me.* De codicillis computus elicit illum in scriptorem facti Euangelij, vt tanta hoc scribat solicitudine, quanta illos, & eandem adhibeant pii lucrum honorem spiritualium, & animarum, quæ adhibebat ad lucram diuitiarum temporalium: cum sint animæ Dei diuitiæ eiusque facultates primæ. h.38.n.118.

XXVII. *Sequere me.* Vide notata in Festo S. Andreæ ad illa verba: *Venite post me.* n.14.vsq.21.

XXVIII. *Surgens secutus est eum.* Indicauit Iohannus Apostata hanc esse quandam animi leuitatem, seu impietatem: quia virtutem Christi stupidus ignorabat. Vide in Festo S. Andreæ n.28. & sequentibus.

XXIX. *Surgens secutus est eum.* Sed nec agnoscebat Iulianus ouium Dei conditionem, designatam in eodem Festo D. Andreæ. n.31.vsq 38.

XXX. *Surgens secutus est eum.* Assurrexit de telonio, libros omisit contractuum quibus ad peccandum rapiebatur: ita similiter tibi agendum, assurgendo peccato, & eius occasionibus, quibus in illo tenebaris. h.10.n.34. & seqq.

XXXI. *Surgens secutus est eum.* Hic eximia splendet Christi potentia quâ Matthæum de turpissimo peccatore transmutat in Sanctum eminentissimum. Vide quæ diximus in Conuersione S. Pauli ad hæc. Vade *Anania.*

XXXII. *Surgens secutus est eum.* Hoc inter præcipua Christi prodigia caput attollit: nam Ioseph, licet verbo solem detinuerit, auarum tamen non potuit exhibere, quem Christum monet vt vnico momento infinitam transeat distantiam. ho.28 n.34.

XXXIII. *Surgens secutus est eum.* Radium lucis emisit Christus quo videre potuit peccati sui grauitatem, quòd statim exhorruit, tantoque percussus est timore vt statim egressus sit de loco, in quo ille committebat. Vide dicta in Conuersione S. Pauli ad illa: *Stupens ac tremens.*

XXXIV. *Fecit ei prandium.* Alius Euangelista dicit: *Conuiuium grande.* Per hoc refertur quam grata esset beneficio sib. à Christo præstito, magis quàm Tobias Angelo, per quem lumen acceperat: etenim adhuc est eius memoriam habere qui tali te cumulauit beneficio. h.38. n.8.9.

XXXV. *Fecit ei conuiuium grande.* Non sunt conuiuia ex se conuiuia, imò esse possunt sanctæ, & sanctis multis de causis ho.16. n.23.24. & hoc tale fuit quod Dominus illud acceptauit, non ob delicias cibi corporalis, sed primò, vt hilaritatem ostenderet, quæ profundebatur ob animæ vnius lucrum, vt ostendit Patri filij prodigi. ibid. namque nullus effulget dies accumulatior illo, quo nobis singulariter confert beneficium. ho.7.h.42.n.45.

XXXVI. *Fecit ei conuiuium.* Secundò acceptauit illud conuiuium, vt in Matthæo donum confirmaret quòd illi tributarij & quæsitum ignorabat cuique principale conuiuium, quòd illi præparabat, non à cæ-

de

de fœcul.s instructum corporalibus, quam de corde suo contrito, atque de hoc dici potest contritio, quod accepit, sicut illud Pharisæi propter illud quod Magdalena illi præparabat multo lapidius ho.38. num.12. & seqq.

XXXVII. *Videntes Pharisæi, dicebant discipulis eius: quare cum Publicanis?* D. Lucas Euangelista dicit, quòd hæc loquerentur obmurmurando: vide quæ dicta sunt Dom.3. post Pentec. ad illa verba: *Erant appropinquantes, &c. Et murmurabant Pharisæi.* Quæ omnia hic appositè conueniunt.

XXXVIII. *Dicebant discipulis eius.* Optimè vocat illos Dauid, arcum prauum, & homines præposteros: quando namque iudicant errare discipulos, de ipsis apud præceptorem suum conqueruntur: & nunc quando Magistrum iudicant deliquisse de illo apud discipulos querimonias deponunt. Consuetudo est hæc satis familiaris in mundo: dum enim in aliquo defectum notat, non illum pergit correcturus, sed aliis rotulas h.12.n.43. v. debantur apes esse sed vespæ erant, non enim aliud intendebant quam honori Christi derogare h.25.n.9.

XXXIX. *Quare cum Publicanis manducat Magister vester?* Quare perditis conuescitur peccatoribus? Sic D. Hieronymo hoc quæreret, idem & ipse responderet interrogationi ab ipsis propositæ quare creauit Deus hominem peccabilem, & labilem, nisi vt suam in hoc patefaceret misericordiam h.18 n.2.

XL. *Quare cum Publicanis?* Huic responderet D. Ambros. Adeò misericors est vt malit perferre quòd de ipso murmurent quasi faciente ea quæ dignitati suæ videntur incongrua, quam quod in misericordia deficiat h.18.n.56.

XLI. *Non est opus valentibus medicus, sed male habentibus.* Quis non miretur Christi responsum? medicus etenim conuenit infirmis, & experti sumus medicos, extremè laborantibus. Possemus & ipsum Dominum interrogare: Domine: non solùm pendent à te infirmi & languidi, sed etiam sani & robusti: nec enim tantum peccatores & infirmos iustificas & curas, sed etiam electis tuis das gratiam, sic vt à te dependeant non minùs quàm lux de radijs solaribus: nam idcircò te solem lucemque mundi cognominasti, dixit etiam tuus Euangelista: *De plenitudine eius nos omnes accepimus.* Hæc verba vtpote valde mystica declaramus appositè. ho.33 n.14 vsque 20. Insuper per hoc cognoscentes Angelitus Sancti perpetuis te laudibus depredicant h.22.n.49.

XLII. *Non est opus valentibus.* Verum est quod etiam iustis & sanis sit ipse necessarius: sed propter ipsos non venit in mundum factus viator, sed ouem perditam quæsiturus & peccatores curaturus, hæc ratio mirificè ioslabatur D. Augustl. Domino loquentem; non te Domine ad tetram nostra detraxerunt bene merita, nec sancti ex eo quod sancti erant, sed peccatores eorumque grauissima peccata: quòd ipse fatetur Apostolus.h.38.n.41.

XLIII. *Non est opus valentibus.* Per hoc respondet Dominus malitiæ Pharisæorum, qui non permittebant peccatores ad se accedere: cernebant enim eorum accessu se fore immundos idcircò murmurauit de Christo Simon, Magdalenam ad pedes eius conspicientes. Hebetes erant, nescientes Christum fontem esse, qui reliquos emundans ipse non inquinabatur.h.38.n.103. Erat lux quæ loca pertransiens sordida nullam contraxit malitiam, imo illam consumpsit. h.34.n.13. tangens leprosum non fiebat immundus imò leprosum mundabat.h.31.n 67.

XLIV. *Euntes discite quid est misericordiam volo & non sacrificium.* Dicite quid indicare voluerit Vates Osee, cuius est hoc oraculum, & dupliciter potest intelligi. Primò, interprete D. Hieronym. aliisque Sanctis. Vos vobis persuadetis, in eo omnem meam esse voluptatem, quòd mihi sacrificia dedicetis, in tantùm vt ea de causa filijs vestris persuaseritis, vt deessent in iis quæ parentibus debebant cui contrarium vos docet Propheta Gratius mihi est facere misericordiam peccatoribus, eorum sceleribus ignoscendo, gratiam meam illis tribuendo, quàm quælibet sacrificia mihi à vobis oblata. Iudicabant nebulones illi de Deo sicut de nobis qui velut multorum indigi tantò sumus alacriores, quantò munera sunt opulentiora quæ nobis offeruntur quod ita patet in terrenis Regibus ho. 41.num 50. Porrò cum Deus plenus sit, nec vllius egeat, nostra illi dona non satisfaciunt, quantum ad ipsum spectat, nisi quantùm per illa præparamur ad ad misericordiarum illius receptionem: etenim in illas nobis tribuendo requiescere dicitur, sicut mulier cui vbera lacte turgent, dum illa lactenti puero porrigit. ibid.n.62.

XLV. *Euntes discite.* Secundus sensus est, quòd Dominus illorum designet ruinam. Patres eorum inceperunt facere opera misericordiæ, sed illis defunctis intrauit in pectora filiorum auaritia, & habendi cupiditas, quâ succensi crudeles euaserunt, & hoc illis significat per eundem Prophetam in præcedentibus verbis: *Misericordia vestra, quasi nubes matutina, & ros cito pertransiens.* Reprehendit Deus eorum peccata per Prophetas, dum illi sacrificia consecrant & plurimas offerunt hostias, quibus toti intenti erant, non tam spectantes gloriam Dei quàm propriæ inhiantes vtilitati: quocirca illos Dominum reliquit, dicendo: *Væ vobis, &c. Qui decimatis mentam, &c. Reliquistis quæ grauiora sunt legis, misericordiam & fidem.* Copulat fidei misericordiam, sicut etiam Salomon coniunxerat: *Misericordia & fides vera te non deserant.*

hom.30.n.24.25. Vnde significat, si bene de Deo sentiretis, intelligeretis id quòd dixit, quòd pluris faciat, vt pauperibus sitis misericordes, quàm non auari in victimis offerendis: quamuis enim in affectu amoris, Deus esse debeat primus: in effectu tamen operum, præcipit vt primo subuenias per opera misericordiæ habenti necessitatem. h.23. n.58. & seqq.

XLVI. *Misericordiam volo.* Præclarior misericordia quâ potes aliquot subuenire, ea est quâ salutis prospicias animæ illius, tantoque dignior, quàm succurrere pauperibus victum illis ministrando corporalem, quanto præualet anima corpore: in quo fundat Dominus præceptum de correptione fraterna. h.22. n.3. vsq.11 & n.29.30.

IN FESTO S. MICHAELIS ARCHANGELI ET OMNIVM SS. ANGELORVM.

I. *Accesserunt discipuli ad Iesum dicentes quis putas maior est?* Matth.18. Festum nobis celebrantibus omnium SS. Angelorum proponit Ecclesia hoc Euangelium, in quo Dominus nobis insigne proponit beneficium quòd ab illis accipimus: cum illi sint qui nos custodiunt & defendunt, eosque nobis, mittat protectores, atque de illis nonnulli SS. Patres intelligunt, quòd sepes sint de quibus Christus, quibus vineam saluam tutamque conseruat. ho.17.nu.22. quibus ita circumcingimur, sicut dixit Zacharias, vt si Deus nobis oculos aperiret, sicut apertis Giezi, infinitas illi gratias ageremus, quòd ipsos nobis mittat, & illis, quòd nos custodiant. ho.18. n.20.21.

II. *Accesserunt discipuli.* Designauerat Dominus Petrum futurum Ecclesiæ suæ & Regni caput: cum enim tributorum collectores accederent tributum exacturi, quod tantum familiæ capita debebant, à D. Petro hoc exegerunt dicentes, vt Christus solueret didrachma, quod Petrus Christo significauit, cui injunxit vt ad mare pergeret, atque in primo pisce quem attraheret inueniret pretium pro tributo soluendum, & ait hoc pro te & me solue. Vt autem hoc audierunt Apostoli, hinc intulerunt, quòd iam Petrus vt caput & prima ius esset constitutus, & sicut adhuc imperfectionibus subiacebant, & affectibus regebantur terrenis, potissimum autem ambitionis: accurrit ideo diabolus, & data hac occasione illos tentauit: hæc enim ejus est conditio, tuos considera affectus, & cordis inclinationes, vt oblata occasione velox accurrat te tentaturus. hom.5. nu.30.

III. *Accesserunt discipuli.* Quàm festinè data vel minima occasione Apostolos inuasit superbiæ & ambitionis affectus? Natura nostra vt fomes, est in deposita, vt vnicum verbum sufficiat, quo perturbemur, & ingens in nobis accendatur ignis: dæmon quoque totis viribus sufflat, quare diligenti curâ solicitos viuere nos oportet. hom.4. num.17.18. Idem adeo videtimus in duobus fratribus Iacobo & Ioanne quibus quamum enim Christum audiunt de sua ad Regnum celestare profectione, confestim inuasit illos celebrandi primas occupandi sedes verba Christi media tamen ex parte assumentes. h.15.n.28.29.

IV. *Quis putas maior est in regno cœlorum?* Domine cui primum in cœlo sedem decreuisti? Obtupesco, talem videns contentionem ortam inter viros tantæ abiectissimos, quis eorum ceteris in cœlo maior imperaret. Meo quidem iudicio poterat Christus indignari: iam enim legimus in Prophetis, quòd in homine superbiam summoperè detestaretur. hom.15. nomer.31.32.

V. *Aduocans Iesus paruulum.* Non illis benignissimus Dominus indignatur, nostræ namque cognitæ sunt imperfectiones, nostrique miseretur, vt Pater singulariter hunc permisit defectum, vt doctrinam fundaret in Ecclesia sua necessariam: nam ideò peccata passus est in nonnullis, ad salutem aliorum, particulariter Ecclesiæ suæ Sanctæ. h.43.n.2.3.4.

VI. *Aduocans paruulum.* Non hoc te scandalizet si peccata notes minora in seruis Dei: nam illa exiguli consilio permisit in Apostolis suis. ho.15.24. h.24.n.27.32.

VII. *Aduocans Iesus paruulum, &c. Nisi conuersi fueritis.* Optima foret hæc interrogatio: Quomodo possunt hæc fieri? vt quatenus magni tamus, oportere nos parnulos efficiamus? Eleganter dixit Dauid Domini doctrinam segregatam esse à doctrina mundi ordinaria. Quis audiuit vnquam, quòd vt aliquis dominetur & Regnum obtineat, necesse sit, vt se paupertatem reddat, & requiem obtenturus quærat tribulationes & ad altiora sublimandus, ad infima deprimatur. h.29.n.6.vsq.9. Sunt hi capilli nigri capitis sponsi: enim illos mundus intelligit. ibid n.34.

VIII. *Nisi conuersi fueritis.* Diuina planè est ista instructio, quam Dominus prælegit, quâ corda componat Apostolorum; quos affectus tunc habuerat ambitiosus, & duo dicit in quo prædicationem comprehendit Euangelij. Primùm: esse regnum cœlorum nobis præparatum, & possibile nobis aliud obtinere. O quæ beneficium! Tale vt ipse venerit hoc nobis euangelium annuntiaturus. hom.41. n.8.78. Nolique malè candidatos & ambientes hoc regnum. h.11 n.9.12.

IX. *Nisi conuersi fueritis.* Secundum: quòd in hoc ipso regno cœlorum mansiones sacaque sint maiores & minores: hoc enim loco dixit: *In domo Patris mei mansiones multæ sunt.* Dicat modò Apostolus: Non

oculus vidit, nec auris audiuit, &c. hom. 12. num. 17. Et si ille qui locum obtinet inferiorem, hanc habet gloriam quid de illo dicendum, qui loco residet altiori? Vide dicta in festo SS. Philippi & Iacobi ad illa verba: *In domo Patris, &c.*

X. *Nisi conuersi fueritis.* Quia verò Dominum possemus interrogare: quandóquidem declarasset: nempe esse regnum cœlorum nobis præparatum, atque in eo loca maiora & minora; nobis alia duo manifestaret. Primum; quis regnum illud intraturus sit. Secundum; quis locum obtenturus sit digniorem; vtrique quæstioni satisfacit: primæ respondet; præcisè necessarium esse vt intraturus regnum cœlorum, conuertatur in puerum, expellens superbiam nobis ab Adam hereditariam, & noua paruulorum natiuitate renascens factus Filius Dei, illi similis sit in humilitate: hanc etenim venit nobis propositurus. Vide notata in festo S. Crucis ad illud: *Nisi quis renatus fuerit.*

XI. *Nisi conuersi fueritis.* Perpende verbum hoc. *Conuersi*, id est quasi nouos nos efficiendo; vt vnusquisque omisso eò quòd erat, fiat alius, vt vas Ieremiæ, iuxta illud Salomonis, quòd notat D. Gregor. *Vertumpios & non erunt.* hom. 38. n. 11.

XII. *Nisi conuersi fueritis.* Vt sapio idem dat illis responsum quòd dederat D. Iacobo & Ioanni: *Sedere ad dextram meam, & ex Non est meum.* Conceptum hunc apposite declarat D. August. hom. 15. n. 44.

XIII. *Quicumque ergo humiliauerit se sicut paruulus iste.* Ad secundam interrogationem respondet, quòd ille locum obtinebit altiorem, & futurus sit maior in regno cœlorum qui se profundius humiliauerit, & factus fuerit in terra omnium infimus: ita vt gradus altitudinis in cœlo sumendus sit ex gradu humiliationis in terra; ac profundè potissimum discit Christus se venisse vt hanc doceret virtutem humilitatis: etenim magnitudini eius quàm habuit in terrâ, & meritis eius, attribuitur altissima eius exaltatio, iuxta D. Pauli testimonium: *Humiliauit semetipsum, &c. Propter quod & Deus exaltauit illum.* Et hoc Dauid indicauit: *Qui ascendit super occasum.* h. 15. n. 10.

XIV. *Quicumque ergo humiliauerit se.* Hæc est altissima illa Philosophia, quàm mundus non intellexit, in quo vt aliquis locum assequatur primarium, se exaltat, & nobilitatis suæ buccinat eminentiam, pessimum autem discipulatum abundantiam, sine qua nullus in mundo patet gradus ad altiora: quocircà diuitias nominat D. Ioan. substantiam huius mundi. hom. 16. num. 15. 16. Imò & hoc latuit nonnullos Christi parentes, sed erubant nec credebant supremum celsitudinis gradum ob iendum per infimam illi humiliationem; & hanc hodie proponit lectionem quàm te oportet addiscere. Conceptus egregius. hom. 36. num. 37. & seqq.

XV. *Quicumque ergo humiliauerit se.* Habes hic iter ad cœlum, & quo possis in eo esse maior; hoc etenim est quòd in seipso Christus ostendit, qui nobis datus est in exemplum. hom. 37. n. 45. Cui si pares esse volumus in gloria, etiam pares nos esse oportet in mediis ad eam obtinendam. h. 15. n. 10.

XVI. *Quicumque ergo humiliauerit se.* Nescio quid Dominus dicere potuerit ad nostram consolationem efficacius quam quod modo audimus, media designans quibus cœlos assequamur, & in eo magni fiamus; sunt etenim maximè facilia, & nostræ naturæ magis conformia quàm possemus postulare; nihil enim sic homini naturale, quàm humiliare se, à quo nihil sic alienum quàm seipsum arroganter efferre. Conceptus hic notatu dignus. h. 15. n. 30. vsque 33.

XVII. *Quicumque ergo humiliauerit se.* Audi quam huic congruè loquatur D. Ioann. quòd enim à nobis requirit grauè non est, imò valde facile, si Deus à te requireret, vt quatenùs cœlum obtineres, diues fieres, aut doctus, aut fœminare illustris, aut ardua victor prœlia superares, quàm asperum hoc iter cœli esse ingemiscere? sed à te non postulat, nisi vt te submittas, vt de primatu non contendas, vt te talem censeas qualis es; & quanto hoc diligentius facere studueris, tanto futurus sis in cœlo sublimior. Vtilitatem spirat hic conceptus. hom. 3. num. 10. vsque 14. Et dolendum est quod petente à nobis diabolo ad animæ nostræ perditionem, & descensum in infernum; ardua quæque nobisque factu difficilia, illa tamen tantâ animi voluptate faciamus. ibid. & ho. 25. num. 63. vsque 64. Et optimè hoc callebat nobilis ille de quo D. August. hom 25. n. 74. 75. Et quadrant egregiè discursus de discrimine inter bona Dei & mundi: hæc etenim vana sunt, petitóque à nobis mundus laborem operosum vt illa nanciscamur; illa verò subsistentia sunt, & media à nobis exposcit Deus valde leuia vt diximus. hom. 25. n. 73. vsque 88.

XVIII. *Quicumque ergo humiliauerit se.* Multum execratur Deus superbiam, & sicut ea cogitat ascensum, sic Deus descensum meditatur: hoc enim est: *Deus superbis resistit* hom. 8. n. 47.

XIX. *Quicumque ergo humiliauerit se.* Non tantum loquitur Dominus de cœlorum regno, sed de regno suo nempe Ecclesia, & declarat, illum loco dignum fore meliori, qui fuerit ceteris humiliori: hoc enim respondit duobus fratribus primarias ambientibus sedes vt sederent, adorarentur & colerentur. O discipuli mei, certe parum nostis, quare dentur in regno meo dignitates; non eo animo vt ceteris vos extollatis, sed omnibus seruiatis, nec enim sunt regni mei primatus quales sunt terrenorum Principum: etenim *Principes gentium dominantur.* hom. 15. num. 33. vsque 37. si hoc attendas, intelliges sedes has primatus

tias in regno meo potiùs esse fugiendas, quàm quærendas. ibid. num. 37.

XX. *Quicumque ergo humiliauerit se.* Præclara nobis Dominus proponit documenta; vt in pueros transmutaremur: quales non esse oportet, primò: quantum ad fiduciam in Deum tantâ viuentes confidentiâ quantâ paruuli nutrimur patribus suis: cum non minùs sit nobis Pater cœlestis solliciti⁹ quam carnales parentes. h. 27. n. 16. Vnde contra eum expostulat qui tali non pollet fiducia. ibid. n. 16.

XXI. *Sicut paruulus iste.* Secundò, paruulos nos esse conuenit in simplicitate: hanc etenim teste Christo omnes væ possident, ea quæ dicit credentes, nec contra disputantes. hom. 37. nu. 24. Et præceptæ perficientes, nec illa discussioni subiicientes. ibid. num. 28. Potissimum autem fraudibus, sinistris intentionibus, & mendaciis non versipelles, qui namque his vtitur cœlum non intrabit. ibid. n. 34.

XXII. *Sicut parvuli.* Tertiò: pueros esse nos oportet cum Deo lachrymis agendo: illis indubiè nos violentos ostendemus ad regni cœlestis acquisitionem. hom. 18. n. 75. 76.

XXIII. *Qui susceperit parvulum talem in nomine meo me suscipit.* Admiror cum video nunc à Christo toties repeti sententiam: nulla etenim sæpiùs in Euangelio repetitur: nostra etenim erat illi perspecta inurbanitas & quòd sicut iudicio sensuum ducimur; nam videntes pauperem tantùm consideramus ea, quæ patent oculis obliti eorum quæ dixit nobis, quod ipse sub persona veniat lateatque pauperis: idcircò hoc repetit: nam veraciter dixit D. Hieron. citò virtutis boniquè obliuiscimur. hom. 33. n. 25.

XXIV. *Me suscepit.* Diuino certè consilio latet Deus in paupere vt tuum valeas amorem erga illum testari illique in paupere seruire. hom. 16. n. 13. Vide quæ diximus in Festo SS. Trinitatis ad illud: *Ecce ego vobiscum sum.* Et in Festo Assumptæ Virginis ad illud: *Suscepit illum in domum suam.*

XXV. *Qui scandalizauerit vnum.* Caue ne scandalo sis, nec apertas cisternam: etenim à te damnum exigetur eius, qui in illam inciderit. h. 14. n. 2.

XXVI. *Qui scandalizauerit vnum de pusillis.* Hic patet quanti faciat Deus vel abiectissimum pauperem: qui cum homo sit, illi pluris est quàm totum vniuersum. hom. 30. n. 21. v. que 24.

XXVII. *Qui scandalizauerit vnum de pusillis.* Tanta est animæ nobilitas, vt minimam eorum pluris æstimet Deus, quàm Rex vrbem regni sui primariam: etenim regna Dei sunt animæ. hom. 10. n. 2. 3. Sunt illæ eius diuitiæ & gloria, tamque fert molestè, si vel vnam & minimam earum perdideris ac si oculos eius offenderes. Hic tu paul⁹ super sisse, qui aliam prouocas ad illicita, &c. hom. 3⁸. n. 118.

XXVIII. *Expedit ei vt suspendatur.* Ecce quam horrendum ei supplicium, qui scandalizat, vnamquam perdit animam: sicut & supremum seruauit illa præmium, qui illi vnam lucratus fuerit. Concepti tum hinc tibi serua. hom. 22. n. 55. & seqq.

XXIX. *Necesse est vt veniant scandala.* Permittit Deus scandala, & peccatores qui seruis suis acquisitionis mouent persecutiones (hos etenim peccatores scandala vocat, vt apud alium Euangelistam loquitur, quod *Auferet de regno suo scandala*:) ad seruorum suorum vtilitatem: vnde in tantum illa scandala permittit, in quantum seruis suis cooperantur in bonum. Concepti⁹ hic redolet Theologiam. hom. 31. numer. 21.

XXX. *Necesse est vt veniant scandala.* Necesse est lapidi, vt elaboretur, atque in ædificio collocetur, esse lapicidas: vnde hinc est quod Deus permissos patiatur homines, qui te expoliant vt Esau Iacob, iuxta illud Dauidis: *Dum superbit impius, &c* hom. 23. num. 36. & seqq.

XXXI. *Verumtamen væ illi.* Habes hic insigne mysterium, quod Christus de morte sua declarauit, expedire vt moreretur, non autem vt illum occideretur: etenim eius occisio peccatum fuit, & infelices fuerunt illi, qui illum occiderunt, & Iudas qui illum tradidit, vt illi Christus prænuntiauit. hom. 39. num. 34. & seqq. Necesse fuit permittere scandala: vt esset Iudas & Caiphas, ob bonum quòd ex eorum malitia sequebatur, licet illi hoc non intenderint, necesse est permittere Deum, vt sit aliquis qui te expoliat, etiam iet, quamuis væ illi. ibid. n. 28.

XXXII. *Si manus tua vel pes tuus scandalizat te.* Auser occasionem scandali & offendiculi, omnino grauiter offendes. Nedum vult Dominus vt non offendas seu cerruas, sed insuper vites scandala, & manum tuam abscindas, si ipsa tibi sit offendiculo: nullus etenim in periculis secutus est, & teneram ita euitare. h. 36. n. 27. vsque 32. Quòd nisi feceris, non debet absoluere Confessarius. ibid. n. 21. & seqq.

XXXIII. *Si manus tua vel pes tuus.* Hæc mirorum est insipientia, quod cum alterum scandalo miserfit, tamen abscindit bona, faciendo eleemosynas, alium in ruinam agant contractus illiciti, linquam tamen abscindit, vel illam orationi impendit. Negligunt sortes Israël. hom. 30. n. 51.

XXXIV. *Videte ne contemnatis &c. Angelorum eo.* Ecce quanti Deus faciat pusillos sic vt eos tres deputet Angelos in custodes, & singulis singulos præficiat. Perpende quanti Rex æstimaret qualescumque esset, si singulis præficeret Pastorem Curiæ suæ primarium. Vincit non oportet Dei bonitatem à malitia eius: vnde mal⁹ omnibus bona opposuit Deus contraria: *vnum contra vnum, & duo contra duo.* I. em. 31. n. 11.

Deus

Decernit Lucifer plures diabolos qui nos tentant, sunt enim innumeri qui inter nos obambulant nos perdituri. hom. 5. numer. 25. Idcircò nobis Angelos statuit innumerabiles in custodes. Olim Synagogam custodiebant vt apes apiarium. Illam [Deus desertens & abiens intrauit in Ecclesiam ex Gentilibus congregatam. hom. 24. num. 21. & ipsa repletur Angelis qui iuxta nos versantur iuxta verum Zachariæ promissum. hom. 28. num. 20. 21.

XXXV. *Angeli eorum semper vident.* Circumcingimur Angelis, iam non est quod diabolum timeamus, illum etenim Christus victum prostrauit. hom. 5. numer. 10 hom. 49. num. 11. vsque 16. Et præter hoc nos Angelorum comitatur custodia, qui nobis singulariter adsistunt, postquam Deus factus est homo. hom. 36. numer. 3. & particulariter adstant, quando bonum aliquod facis opus, vt illud ad Deum deferant, eique repræsentent: potissimum dum confiteris, communicas, vel das eleemosynam: illicò namque opus illud sursum deferunt, ad nostram vtilitatem: ex quo collige, quantum illis debeas & præsertim quando oras adsistunt tibi oris tui orationes assumentes, & coram Deo proponentes: si namque tales sunt vt par est, aroma sunt illi fragrantissimum, vt Tobiæ contigit, & declarauit D. Ioann. in Apocalyps. hom. 9. num 27. Ex quo colligit D. Bernard. retinendam, quæ te decet in oratione. Conceptus vtilis. hom. 42 num. 78. 79

XXXVI. *Angeli eorum.* Cum sint Angeli natura nobilissimi: siquidem magna pars eorum ex superbia corruerit, qui tamen saluati sunt, per humilitatem saluati sunt; quâ se Christo sibi proposito submiserunt. Conceptus hic est Ruperti: & iuxta maiorem vel minorem humilitatem fuit eorum exaltatio: sicut iuxta qualitatem superbiæ malorum, inflicta est eorum condemnatio. hom. 34. numer. 48. Sunt autem Angeli boni adeo humiles, vt continuas Deo gratias referant, ob eam quam illis contulit sua illos subsidio fouens, ne caderent, vt alij ceciderant illis similes in natura. & qui similes fuerant in gratia. hom 12. numero 49.

IN FESTO S. LVCÆ EVANGELISTÆ.

POst hæc designauit Dominus. Luc. 10. Vide dicta in Festo Sancti Marci.

IN FESTO SS. APOSTOLORVM SIMONIS ET IVDÆ.

I. *Hæc mando vobis vt diligatis inuicem.* Ioann. 15. Hoc Euangelium pars quædam est diuinæ illius concionis, quam Dominus in Cœna peroranit, ad solamen discipulorum suorum, postquam eis pedes lauerat, & SS. instituerat Sacramentum, quod statuit quasi charitatis & amoris fundamentum. hom. 45. num. 27. satisque sufficiens eiusdem & pignus & argumentum: quandoquidem in illo Christus amorem suum testatus sit adeo feruentem, vt ex vna parte se contrahens, quantum possibile fuit, ex altera se extenderit, donum elargitus, quo non poterat amplius, nempe seipsum. ibid. nu. 20. vsque 23. Amoris opus ita excellens, vt illi ipsi qui hoc accipiunt, non videantur credere. ibid num. 25.

II. *Hæc mando vobis vt diligatis inuicem.* Scribit hoc D. Ioann. etenim in se susceptit verba scribere Domini suauiora, & blandiora: quandoquidem alij Euangelistæ primatio eius opera conscripserant. homil. 27. num. 3. & absque dubio illa referens, dicebat quod poste à litteris tradidit: *Mandata eius grauia non sunt.* Si Christus præciperet odisse proximum, illum conculcare, illum occidere, illum jugulare, quisque obiiceret, mandata illius grauia esse ac molesta: sed illa non præcipit, verum suauia, & dolendum est, quod hæc nobis videantur grauia: & cum diaboli præcepta sint difficillima, nobis videntur esse conuenientissima. Conceptus hic vtilis est. ho. 3. n. 10. vsque 14. & h. 25. n. 63. vsque 67. & experientiâ hoc didicit nobilis ille de quo D. August. ibid. n. 74. 75.

III. *Hæc mando vobis vt diligatis inuicem.* Leges conformes sunt pectori Legislatorum: pectus autem Christi amore plenum est, nostræque salutis desiderio: quocirca lex eius, lex est amoris. hom. 3. nu. 10. hom. 40 num. 4.

IV. *Hæc mando vobis, vt diligatis, &c.* Sibi contrarij sunt Christus & diabolus: in huius schola docetur amor suiipsius, hic regnare debet: ex quo tres filij procedunt, quos declarat D. Ioan. hom. 41 n. 71. 72. & seqq. sed in classe præsidet amor Dei, qui nos impellit, ad amorem proximi, curam salutis illius & commodi. hom. 22. numer. 2. qui namque proximum non diligit, nec etiam diligit Deum, vt ait D. Ioan. ibid. numer. 3. 4.

V. *Hæc mando vobis, vt diligatis inuicem.* Nobis incumbebat proximo nostro consulere, illique duo præstare: benefacere, eiusque sufferre imperfectiones, ad duo hæc nobis Christus idem præscribit medium, quod ipse habuit, vt illæ hominibus conferret: hoc autem

autem medium amor fuit, quo nos dilexit: per ipsum tanta nobis bona contulit, vt traderet nobis quidquid possidebat, vt patuit in Cœna, in quâ seipsum tradidit? quamobrem dixit D. Ioann. *Cum dilexisset suos, &c. In finem dilexit eos.* q.d. extendit amor extremum potentiæ suæ. hom. 45. n. 3. 4. Et ex eodem amore nostras sustert imperfectiones: quæ quantumuis magnæ sint, nos attamen exspectat, agitque quod ait Thecuris: *Retractat cogitans.* Excellens mysterium. ho. 37. n. 22. 23. Quinimò processit vlterius, vt etiam nostra sibi peccata malaque imposuerit pro illis satisfacturus: atque idcirco vulneratus fuit in omnibus corporis sui naturalis partibus: quia in se suscepit omnes mystici corporis iniquitates. hom. 15. num. 5. vsque 9. nostrasque suscepit pœnas in horto hom. 42 num. 37. & seqq. timorem etiam nostrum, & mortis tristitiam, vt nos redderet animosiores. ibid. nu. 59 vsque 61. & hoc conformiter oraculo Isaiæ, & patuit in D. Andrea. ibid. n. 62. vsque 66 hic igitur amor est, qui confert beneficia, malaque sustinet.

VI. *Hæc mando vobis.* Vt idem proximo nostro faciamus, iniungit nobis, vt illum amemus: faciet enim amor in nobis, in ordine ad ipsum, quod fecerat in ipso in ordine ad nos; hoc namque paucis verbis antè dixerat: *Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos.* Primo etenim amando proximum, illi benefacies & tantum quantus fuerit amor: iam iuxta D. Gregor. *Operatur, magna si est. si autem operari renuit; amor non est.* Per hoc ostendit Abraham quod Lot diligeret, & Moyses fratrem suum Aaron. hom. 24. n. 38. Ac hoc argumento probat D. Ioan. defectum amoris in te. hom. 16. n. 11.

VII. *Hæc mando vobis.* Secundus amoris effectus hic erit, perferre proximi sui defectus & imperfectiones: hic etenim eas quantumuis magnas diminuit & extenuat, sicut odium eas extollit & aggrauat, quamuis exiguas. hom. 23. n. 11. 12.

VIII. *Hæc mando vobis.* Proponit Dominus hoc mandatum eo modo, quo reddat illud facile, etiam respectu illius quod videtur adeo difficile, amare scilicet inimicum: quia sicut Dominus, multi, quod illi debetur, amoris, consignationem facit; nec tibi difficile est soluere per consignationem alterius, cui ex te nihil debes. ho. n. 3. n. 14. 15.

IX. *Hæc mando vobis.* Applanat Dominus omnes difficultates, quæ possent occurrere in dilectione proximi, imò etiam inimici, dicendo: *Hoc est præceptum meum,* & ego vobis hoc præcipio. hom. 3 numer. 16. & sequentibus.

X. *Si mundus vos odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit.* O quantum ho. est Sanctis solamen, dum odio habentur, & graues patiuntur persecutiones, dum considerant Christum eadem pertulisse, cum talis tamen esset, tantaque præstitisset beneficia! Præcedit nos, est etenim exemplar à Patre nobis propositum, quod securè imitemur, via namque tutissima ea est, quâ illum sequimur. h. 37. n. 45. & h. 38. n. 50. Nam idcirco vt auguror, Magdalena seipsam capillis suis pedibus eius alligauit. ibid. num. 88. si quando te non videris exosum, & vexatum vt Christus erat: time sola namque vera est illa via, quam ipse ingreditur. hom. 53. num. 40. & seqq.

XI. *Si mundus vos odit, scitote quia me priorem, &c. Mementote sermonis mei, quia non est seruus maior Domino suo.* Nihil sic memoriæ nostræ Christus commendauit, volvitque vt alta mente retineremus, quia hoc: *Non est seruus maior Domino suo.* Hoc te docebit, quâ eundum sit ad cœlum. hom. 15. n. 10. & per hoc compescuit duos illos fratres Iacobum & Ioannem. ibid. n. 11. vsque 14

XII. *Si de mundo fuissetis, mundus quod suum esset, diligeret, &c.* Similes rationes proposuit Christus quibusdam suis cognatis mundanis: *Non potest mundus odisse vos, &c.* hom. 36 n. 49.

XIII. *Si de mundo fuissetis.* Mundus sceleribus & mendaciis regurgitat: hoc enim dixit D. Ioann. Tam *mundus in maligno positus est*: & nihil mundanis quæ veritate est execrabilius. hom. 34. n. 41. 42. & velut vix in illos commouentur, qui illos veritate conuincunt. ibid. num. 53. veritatem à longè cupiunt. hom 35. n. 50. Insuper hinc patet multis prædicatoribus dici posse, quod sint de mundo, quia illos mundus diligit. hom. 36. n. 50 51. hom. 40 n. 12.

XIV. *Si me persecuti sunt, & vos persequentur.* Idem quod ego, debetis prædicare, & eodem quo ego fungi officio: quod si ego ex illo mihi conciliaui inimicos, & me crucifixuri sunt, ne cogitetis quid vos sanctius excipient: nam eo ipso quo frenetem curare volueritis, contra vos irritabitur. hom. 21. numero 28.

XV. *Hæc faciens vobis, quia non nouerunt Patrem.* Vide Dom. Ascensionis ad eadem verba.

XVI. *Vt impleatur sermo &c. quia odio habuerunt me gratis.* Contrarij fuerunt amor Christi & odium Iudæorum: nam Christus ab eis malum recipiens, bona rependebat eosque diligebat, illis beneficia retribuendo, quas Dauid commemorat. hom. 41. n. 41. 42. illi verò bona recipientes mala rependebant, vnde odium eorum vocatur iniquum. *Et odio habuerunt me.* Quapropter sicut amor illius erat eminentissimus, sic erat eorum odium maximè execrandum. hom. 35. num. 11.

IN FESTO OMNIVM SANCTORVM.

I. *Videns Iesus turbas ascendit in montem.* Matth. 5. Habemus hodie ex vna parte Euangelium vniuersale, quod multas complectatur ad cœlum vias: atque ex altera omnes celebramus Sanctos velut exemplaria, qui vias illas perambularunt. Hi per has, illi per alias ingressi sunt; ita vt plenam habeamus doctrinam, vtpote confirmatam exemplis, sicut est doctrina Matheseos, quæ docens ex vna parte doctrinam in materia figurarum, ex altera illam illustrat exemplis: vnum & alterum nobis hodie proponit Ecclesia, vt tibi ostendat qua tibi pergendum sit ad beatitudinem in Euangelio, & tuas rescindere excusationes exemplo Sanctorum: vnde meo iudicio proponit nobis hodie Christum in monte Thabor, vt illum videat Moyses in monte Pharan; qui hinc deferebat in manu sua ignea n legem, & illinc millia Sanctorum. h. 6. n. 35. 36. Tibi persuade quòd hodie tecum Christus ascendat tribunal rationem à te legis suæ exposturus, namque conuincens ex ipsis Sanctis ignauum. ibid. num. 37.

II. Præcipit hodie Ecclesia, vt oculos attollas, eosque in legiones illas dirigas gloriosas quasi turmatim dispositas, quædam vexillum erigunt paupertatis, aliæ lachrymarum, illæ persecutionis; ita namque illas considerare te oportet, vt Dauid indicauit: *Sicut fauum.* h. 6. n. 53. & dicas cum Balaam quando legiones vidit Tribuum populi Dei; sub signis suis consistentes: *Quam pulchra tabernacula tua Iacob.* Sic enim iterum D. Ioann. in Epistola Tribus illas nobis spectandas proponit, & dicito: *Quam pulchra tabernacula tua Iacob!* h. 12. n. 42. 43. porrò ne ita stulteas, vt ille miserrimus, qui male viuens, vt vnus ex illis mori desiderabat, & eadem posse frui gloriâ, quâ illi gaudebant; quod nihil erat aliud, quam velle asinum cum cauda pauonis. h. 37. n. 46.

III. Proponitur nobis hodie status gloriæ Sanctorum tantorum, & tam diuersorum graduum, vitæque formarum, quibus in mundo vixerunt, quatenus sciant omnes, quod in quolibet Ecclesiæ statu spes sit certa beatitudinis; nec enim vult Deus omnes ad eundem constringere viuendi modum, cum omnes non omnibus conueniant. h. 24. n. 19. 20.

IV. Hodie postulat Ecclesia, vt lumina sursum attollas, & finem attendas, in quem te Deus creauit: te namque creauit gloriæ candidatum & cum sit aliquid ita superans omne naturæ desiderium, possis eò peruenire: nam idcirco tibi Sanctos proponit; nam si peccator fis, peccatores fuerunt, si coniugatus, & ipsi quoque; si diues fis, vel pauper, tales ipsos fuisse nouimus. h. 11. n. 9. 10. Et hoc D. Paul. indicauit: *Elias homo erat similis nobis.* h. 24. n. 41. h. 38. n. 6.

V. Desiderat Ecclesia vt omnem vitam nostram recte componamus, nobis hinc obiiciens labrum aquarum limpidarum doctrinæ Euangelicæ, & illinc circumquaque specula; eaque tot, vt singuli reperiant, quid vitæ suæ dirigendæ conueniat. Sunt ibi mulieres, quæ fuerunt infirmæ, sunt & viri libidine polluti, Sancti vitæ puritate innocui, alij qui latebras & secessum elegerunt, &c. h. 38. n. 4. vsque 8.

VI. Ingens hodie sit oportet nostrum leuamentum, cum tot videmus Sanctos fratres nostros, suo nos hortantes exemplo, quinimo & suo adiuuantes patrocinio; sunt enim vt stellæ, quæ non solum terræ luce sua fauent, sed etiam suis influxibus; & ij potissimum Sancti, qui nobis magis sunt cogniti; vel quia ex eodem solo nati, vel ob particularem deuotionem, nec enim amorem perdunt naturalem, quo vnusquisque sibi maximè propriis afficitur, vt patet in Abraham, Moyse & Hieremia; quâ de causâ expedit vt particulares quosdam habeas tibi addictos, eosque colas, vt notat D. Thom. ho. 24. n. 38. & 41. Et si recurrente anno, festa celebrando Sanctorum in particulari, eorum fidamus intercessioni; quanto magis hodie debemus omnium niti suffragiis; quod si hic efficax est oratio Sanctorum. ibid. nu. 39. vsque 46. & multò magis oratio communitatis in terra; quid de illa dicemus tot innumerabilium in cælo regnantium circa fontem misericordiæ. Hoc lego apud D. Chrysost. ibid. num. 46. 47.

VII. *Vidit Iesus turbas, ascendit in montem.* Narrat Euangelista maximam confluxisse multitudinem, eorum qui dispersi vagabantur, vt oues sine Pastore, ex eo quod Sacerdotes & Pharisæi suis deficiebant officiis: vnde mille pleni necessitatibus & infirmitatibus oppressi concurrebant ad Dominum: ipse vero oculos in turbam direxit. Sis ô Domine benedictus: qui sic oculos in pauperes coniicis & miseros si namque talem esse hoc sufficit, vt illos diuites mundi non aspiciant, sane sufficiet, vt tu illos beneficus intuearis. h. 10. n. 51. Clare patet quod oculi sint diuni: & per contrarium constabit oculos Anti-Christi esse humanos. hom. 30. n. 15. vsque 18.

VIII. *Videns turbas.* Oculos coniicit in turbas, vidensque multos pauperes, infirmos, languidos, miseros, non in longum, sicut tu, subsidium protraxit h. 30. n. 24. sed auxiliatus est statim, considerans, illos esse homines manu sua diuina creatos; quorum minimus cœlo terraque præponderabat. ibid. num. 21. Illos oculos suos firmauit, nouam illis respirationem vitamque impertiens. ibid. numer. 18. sunt enim vt dixit Iacob ipso vino & pulchriores & fortiores, ad robo-

roborandum. hom. 18. numer. 52.

IX. *Videns turbas* Dominus ita communiter oculos suos modestè deflectebat, vt numerari possent vices quibus illos attollebat; vnde quasi quid singulare hoc notant Euangelistæ: quantò strictiùs tu teneris tuos componere, per quos mors ingreditur. hom 27. n. 5.

X. *Ascendit in montem.* Quis hic fuerit mons, & quàm appositè illum Dominus elegerit, exponitur. hom. 24. num. 2. 3.

XI. *Ascendit in montem.* Subiit in montem excelsum seorsum, vt etiam fecit gloriam suam manifestaturus, cum hæc enim sit adeo à terrenis aliena, ad illum secedit. h. 11. n. 12. h. 12. n. 15. 16. Doctrina, etiam quam docturus erat ab eâ longè discrepabat, quam mundus docet, idcirco vocat eam Dauid segregatam: nec enim recipitur in locis publicis, & communi hominum conuersatione. h. 29 n. 6. 7. 8.

XII. *Et cum sedisset.* Prædicaturus Dominus doctrinam resedit, tanquam Magister eiusdem principalis; sic enim dixit: *Vnus est Magister vester.* n. 14. num. 38. ad finem: vt etiam ostenderet suorum prædicatorum & ministrorum auctoritatem: cum enim restanti sit momenti, & officio fungantur Legatorum tanti Domini, ipsorum est sedere, aliorum vero stare; hanc doctrinam optimè declarauit Leontius Episc. ibid. n. m. 27. 28.

XIII. *Cum sedisset.* Testari voluit Dominus quam seriò nostræ vtilitatis peragat negotia, satis diuersè à te, qui eius obsequia sic leuiter pertransis. h. 38. n. 15.

XIV. *Aperiens os suum.* Videtur hæc circumstantia superflua, quod os suum aperuerit docturus: non est tamen. Primò: quia Dominus non solum verbis sed etiam operibus docuit: vnde Isaias aures & oculos à nobis postulat. ho. 5. n. 1. Secundò: vt indicet verba, quæ locutus est, præmeditata fuisse, & non loqui cœperit sicut nonnulli, qui sua non aperiunt ora, sed bilis & passio: & vt probaretur quam ab hac liber esset Iob aduersitatibus oppressus: Spiritus S. hanc eandem ponit loquendi formulam: *Post hæc aperiens Iob os suum.* Tertiò: vt desiderium Iob impleret: *Vtinam loqueretur Deus tecum, & aperiret labia sua tibi.* h. 12. n. 41. Quartò: vt illud Dauidis oraculum perficeret. *Fulgura in pluuiam fecit.* h. 29. n. 6. & propter alias etiam rationes. hom. 41. n. 80.

XV. *Aperiens os suum.* Hanc in singulari ponit Euangelista circumstantiam, vt hanc confirmet doctrinam, quam Dominus erat prædicaturus, quia mundi iudicio valde repugnabat. Dicturus erat, pauperes esse beatos, iniurias remittendas, pro inimicis orandum; atque vt firmum haberemus in executione fulcrum, nos præmonet dicendo; hæc omnia fuisse proprio eius ore præcepta. Ex quo primo cor nostrum sedazemus, considerando quisnam sit ille qui talia iniungit. h. 3. n. 16 vsque 27. Secundò, vt ceteris responderemus, quando quidquam faceremus mundi censeri contrarium; coronam nobis ex Dei præceptis imponendo, vt dicitur. h 3. n 38.

XVI. *Aperiens os suum.* Ecce completum Danielis vaticinium. *Aperiam os meum &c. Eructabo abscondita.* Olim fuerat Deus locutus de regno cœlorum, figuris, tropis & similitudinibus; modo vero aperto ore, & voce canora promulgat regnum cœlorum. ho. 41. num. 78. Et quamuis verbum *Eructo* videatur indecens; mysterium tamen est; tantâ namque Christus voluptate publicabat regnum cœlorum, vt illos per os tanta protulerit abundantia, quanta ille qui stomachum eructando euacuat; vnde toties audis repetitum, *Beati, beati: Regnum cœlorum.* Conceptus hic sublimis est. ibid. n. 80. vsque 84.

XVII. *Aperiens os suum.* Venit Christus à Patre suo missus æterno, vt mundo eius nomine nuntia proponat. *Quæ mihi mandauit Pater, hæc loquor in mundo.* Poterant equidem homines timere, quid ipse dicturus esset; quia eo ipso quo Propheta quispiam accedebat, verba propositurus, omnes timore percellebantur; cum semper ex Dei nomine minas intenarent, ob peccata hominum infligenda, quæ nunc grauiora erant quam vnquam fuerant, vnde mea sententia minas timere poterant acerbiores; porro tantum ab illis abest. Christus, vt pleno gurgite promissa effundat Regni cœlorum, & his & illis. h. 41. n. 43. 44. hoc est illud: *Eructabo abscondita,* de quo ante diximus. ibid. n. 80. vsque 84.

XVIII. *Aperiens os suum* Condiderat Deus testamentum vetus hominibus antiquis, successoribus veteris Adam. Erat testamentum infirmum & terrenum. hom. 41. num. 77. Sed nouos nos homines creauit, & filios suos, nouum condit testamentum melioribus sanctum promissiis, vt ait Apost. ibid. num. 80. adeo præclaris, vt *Nec oculus vidit &c.* sunt etenim de beatitudine & Regno cœlorum. Beati: Regnum cœlorum. hom. 12 n. 17.

XIX. *Beati pauperes spiritu.* Domine, quantum non lætificat primum verbum *Beati,* tantum nos perterrent secundum; *Pauperes,* nihil enim sic iudicio mundi repugnat; si namque beatitudo status est, in quo omnia simul possidentur, paupertas tantum ab hoc abest, vt cum illa omnia bona deficiant; nam idcirco vocantur substantia huius mundi, quia nullum est accidens quod non in illa fundatur. h. 16. n. 25. Idem dici potest de eo quod subiungis. *Beati qui lugent.* Vt namque sunt lachrymæ, dolor est, & non gloria. Dicturus hanc doctrinam tam oppositam mundi sententiæ, congruè extra mundum in deserta secessisti. h. 2. num. 7. & conuenienter tua dixit sponsa capillos meos comui nigredinem exprimere. ibid. n. 34.

XXI.

XXI. *Beati.* Laudetur Dei misericordia, qui nobis venit reuelaturus, qui perfectè beati sint; & viam ad cœlum. Hoc ita omnem creatum superabat intellectum, vt non esset qui illud assequeretur: Vnde sponsa rogabat, vt hoc illi sponsus reuelaret. h.14. n.7. Ad hoc venit factus columna, nos tota securitate ad terram ductura promissionis. h.33. n.39. Et necessarium erat; quia diabolus in variis viis duces statuerat, quibus homines ad tartara deducebat. ibid. n.42.

XXII. *Beati pauperes. Beati qui lugent.* Dum tuam Domine doctrinam percipimus de ore tuo vt fluuium aquarum, effluentem; meo suffragio piscis quidam immanis prosiliit qui nos deuoret cum Tobia. Sed sundum nobis est consilio Angeli, nempe vt illum exciceremus: ibi namque salutem lucemque inueniemus; cum regnum cœlorum hic lateat absconditum. hom. 3. nu 46. vnde nos esse oportet de numero eorum, qui lynceis valent oculis, nec nos solo fini ducamus intuitu oculorum, *Sicut equus & mulus.* hom. 11. n.78. Idcirco hanc doctrinam suis inculcat Apostolis; qui futuri erant Ecclesiæ suæ duces, vt bolos illos duriores commolerent, eosque blandos facerent ad animarum alimentum. hom. 3 n.2.

XXIII. *Beati pauperes.* Venit Christus nos eandidatos & prætensores efficiens cœlorum, hoc etenim nostræ debemus intentioni oculisque proponere. ho. 14 num. 9. 10. Et quia statim viam rogaremus, instruit nos, quasi qui nouit illam; & cum multas indicet, omnes tales sunt, vt singuli illam quam voluerint possint intrare, ad ingens nob s beneficium. Si namque viam cœli diuitias assignaret, quid pauperes facerent? Si valetudinem; qui infirmi seruarentur? In medio illas statuit: vt per eas intrare possint, tam hi, quam illi: & cuique liberum est quamlibet ingredi; vt nec ius habeat amplius ad cœlum dives quam pauper, nec sanus quam infirmus; sed prout quisque hæc media fuerit amplexatus. hom. 21. num. 22. *Beati pauperes spiritu.* An hinc exordiris, & paupertatem vt primam stanis viam? Vtique quia pauperes ceteris sunt ad cœli consecutionem aptiores. Non regnat Deus in animabus aliquid ab illis accipiens, vt terreni Reges. hom. 41. n. 39. sed tribuens illis, seque ipsis communicans, nec non sua effundens bona, thronus etenim regni eius similis est throno solis; & hoc modo in hac vita regnat in animabus per gratiam, & perfectè regnabit per gloriam, dans, & implens omnia animæ vacua. Plaudite mysterio. ibid. n. 62. 63. Affectio ad terrena hæc Dei communicationi ponit obstaculum, nominatim autem bonorum cupiditas quia namque hæc bona nolumus accipere, quem idcirco suspectum detinemus arca Isai. hom. 28. n. 28. Itaque quantò magis spiritus fuerit à bonis terrenis euacuatus, tantò magis eris dispositus, vt Deus in te perfectè dominetur: hoc etenim est regnum cœlorum. ibid.

XXIV. *Beati pauperes.* Primi quibus offertur regnum cœlorum, & Beati vocantur, pauperes sunt: etenim nihil sic odit Deus ac pecuniam est namq; idolum, quod eum ad æmulationem prouocat ardentissimam; pecunia namque illi in mundo suam tollit diuinitatem. Agnosco hic D. August. h. 28. n. 33. Nemo dubitat quin Deus hoc ferat ægerrimè, quod Deos præter ipsum adores alienos: solus etenim esse vult, & hoc primicerium statuit mandatum. *Non habebis Deos alienos,* ibid. num. 30.

XXV. *Beati pauperes.* Attende quam libenter suum tradat Regnum. Quandoquidem hoc primò omnium offerat pauperibus. Si hoc non nisi diuitibus erogaret, & nobilibus, & robustis beneque sanis, quid reliqui facerent? Ostendit Rex inuitans ad nuptias desiderium suum, vt illis fruerentur, præcipiens adduci pauperes, claudos & mutilos. Tantam mirare misericordiam, quod pauper laceris vestibus possit esse Rex cœlorum! Cum ad illud obtinendum non petat bona terrestria, sed primo loco eos admittat, quibus hæc magis deficiunt. hom. 12. numer. 24. Optimè solabatur D. Ioann. iustos his verbis: *Filioli, nondum apparuit, quod erimus.* hom 30. num. 23. ho. 57. nu. 58. hom. 41. num. 75.

XXVI. *Beati pauperes.* Nostro semper Christus commodo prospexit, quia verò principale consistit in operibus charitatis erga Deum & proximum, formam nobis reliquit quâ illa excitarentur, atque eo fine pauperes esse permisit, in quibus seipsum statuit, vt unico actu Deo pauperi subueniremus, & idcirco toties se nobis offert in paupere. hom 16. n. 13. Vt illos magni facias, & oculi tui in illos dirigantur, illisque tibi in bonum benefacias, atque idcirco dixit eos esse vectores & portatios, qui te in cœlum recipiant; nunc autem eos altiùs extollit, cum dicat futuros illos cœlorum Dominos ac Reges, cum in illo sint regnaturi. Vide dicta Dom. 8. post Pentecost. ad illa verba: *Vt recipiant vos in æterna, &c.*

XXVII. *Beati pauperes spiritu.* Videtur Dominus diuites omnes contristare, omnesque pauperes lætificare, si enim istis solis promittat Regnum cœlorum, hos fausta sors, illos infausta complectitur. Vt autem hoc non ita capias, addit Dominus *Spiritu.* Pauperes affectu & spiritu. Videtur enim illud spectare Salomonis: *Spiritus quæritur, & in respectu illius benedicetur.* Nec enim te opere diuitem condemnabit nec alium actu pauperem saluabit: multos enim nouimus pauperes, de facto tales, quorum tamen cor ardet auaritia & cupiditate: & multos miramur diuites, quibus pectus est ab omnibus diuitiis absolutum. Deus cor intuetur. hom. 1. n. 18. vsque 24.

XXVIII. *Beati pauperes spiritu.* Diuitiæ ex se malę nō

sunt, nec etiam desiderare moderatas. hom 16. nu.8. Imo potius Sanctis fuerunt virtutis instrumenta, vt Abraham; egressus enim est peregrinos recepturus atque in domo lautius excepturus. hom.27. nu.67.68. Hoc autem nocet perditque animam, diuitem esse anima, id est, habere diuitias temporales cordi intricatas, vt habebat dines ille auarus. hom.16.numer.16. hic enim laqueus est diaboli, de quo dixit Dominus, diuitem non posse intrare in Regnum cœlorum. homil.28.num.37.38.

XXIX. *Beati pauperes spiritu.* Paupertatem petit Dominus voluntariam: hanc enim habere potest dines, vt dictum est, & multo magis pauper, violentiam efficiens voluntariam, exemplo Lazari ad portam diuitis. hom.16.num.40.& 46. sic etiam fecit bonus Latro; hoc etenim est filios illegitimos facere legitimos hom.44.num.27.

XXX. *Beati mites.* Ne credideris omnibus hanc esse virtutem. Dicuntur mites, qui cum possint vindictam sumere ab offensoribus, non tamen sumunt, sed cor erga suos gerunt blandum & pacificum; vnde propriè hæc illis conuenit beatitudo, qui iniurias sufferunt, nec commouentur ira contra contumeliosos, qualis fuit Dauid, qui Deo suam proponebat mansuetudinem, quâ factus est totius Regni sui Dominus, seipsum conferens tenerrimo ligni vermiculo: hæc virtus principaliter in Christo relpenduit: *Mitis sum.* hom.41.num.88 & 93.

XXXI. *Ipsi possidebunt terram.* Tangit illud Dominus quod diximus de Dauid, qui mansuetudine sua sibi tribus omnes subiecit, & pacificè regnum omnium illarum possedit: insuper & hac virtute suos armauit Apostolos, vt totum mundum subiugaret Euangelio: hoc enim egit, dum eos mittit sicut oues, & Pastores, & Christos quod dixit Mitis ædas. hom.41 n.91. Sed hic Dominus non substitit, nam per terram, illam intelligit quam Dauid inscribit terram viuentium ad quam eminentissima & tutissima via est mansuetudo & patientia calumniarum: ex quibus principium sumpsit illa gradatio Apostoli: *Tribulatio patientiam operatur.* hom.32.num.23.

XXXII *Beati qui lugent.* Vix aliquid diuinis gratius est oculis quam lachrymæ non effusæ propter damna temporalia, sunt enim infructuosæ & stultæ, vt dixit Esdras. h.38.n.81. vsque 88. sed quæ ob peccata effunduntur: hæ namque valent disponere ad æternam consolationem, quæ caput collidunt draconis, qui nos grauius & fortius affligit, quam aquæ maris rubri. ibid.n.77. Animam creant thronum Dei; ipsæ namque eam solatur, & limpidiùs emundat quam aquæ torrentis Cison. ibid.n.80. quas Deus tanti facit, vt etiam aquas puras magnificiat, quia similes sunt lachrymis. Nota mysterium. ibid.n.74.

XXXIII. *Beati qui lugent.* Sua peccata; tam enim efficaces sunt hæ lachrymæ, vt etiam crederet Pharisæus, quod Magdalena esset in abysso peccatorum, & per virtutem lachrymarum, iam facta esset Sera huius. hom.38.num.105. Iam in alteram esset mutata mulierem. ibid.num.110.115.

XXXIV. *Beati qui lugent.* Quia se dolent captiuos in hoc calamitoso mundo, dicunque cum Dauide *Heu mihi, quia incolatus meus &c. Isti sunt viri gementes & flentes.* Quos Deus ab Angelo mandauit signari, qui peccata plangunt populi, & deflent offensas Dei, & cum illis nequeant mederi, super illis dolent, & deprecantur Deum. h.22.n.26 27.

XXXV. *Ipsi consolabuntur.* Eo ipso, quo peccata deflentur, & quidem lachrymis, anima mundatur, & latium in ea sequitur ineffabile, & ab omni liberatur cruciatu, quo peccator velut suspensus torqueatur. homil. 37. numer. 47. & ab eo, quo à propria premitur conscientia. ibid.num 53.54. & finis animæ hic ordinatione. ibid. num. 59. & iam particeps sit consolationis & gaudij vitæ æternæ. idem numero 61. vsque 67.

XXXVI. *Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam.* Esurire & sitire iustitiam, est illam desiderare, atque vt omnes boni sint & sancti; & hæc propriè est in Zelosis honoris Dei: qui velut filij eius optant vt omnes illi feruentiùs & feruentiùs famulentur. Et summopere lætantur dum vident Deum honorari & coli, atque in eius iniuriis grauiùs quam in propriis affliguntur. hom.22. num.24. & hom.28. num.46. In quibus maximè incumbit hoc zelo feruere, Principes esse, dicimus, honoris diuini defensores, sic enim hortatur eos Dauid. hom. 28. num.58. Amare debent iustitiam velut sponsam charissimam. hom.35. num.14. Et hoc sæpius facit vt serui Dei commoueri inordinatè videantur, eius honorem protegentes: de quo singularis est apud D.Chrysostom. exaggeratio. h.28. numer.59.60.

XXXVII. *Beati misericordes.* Merito mites proposuit misericordibus; qui a cordis mansuetudo disponit ad misericordiam: etenim eius opera fieri conuenit cum benignitate. hom.22.n.53.

XXXVIII. *Beati misericordes.* Insignem Deus prærogatiuam contulit misericordibus: nec hoc mirum est quod eos esse beatos asserat, ad tantam eos extollens dignitatem, vt fari liceat, quòd Deum ipsum enutriant eiusque medeantur necessitatibus: vnde colligit D.Chrysost. quod Deus per hoc illos altiùs attollat, quam si traderet illis potestatem resuscitandi mortuos. hom.20.num.13. & iam crebro diximus, quòd per se Deus statuat in paupere, ipsumque recipiat, quod egeno distribuitur. hom.16.n.13.

XXXIX. *Ipsi misericordiam consequentur.* Secundam

tibi pollicere Dei misericordiam, si fueris misericors: Quia ea potissimum ratione se pauperem effecit, se statuit in paupere, quatenus te dante ipse occasionem habeat tibi dandi: iuxta illud Isaiæ: *Vt faciat opus suum peregrinum opus ab eo* h.25.n.43. Et hoc agit tibi ad honorem & vtilitatem. Primò, tibi ad honorem disponens vt id quod tibi gratuito tribuit, videaris luctatus esse ex iustitia. ibid.nu.45. vsque 50. Secundò: pro mensura quâ fueris misericors egeno, tibi quoque futurus est: vnde teipsum mensuram reddit, misericordiæ, si namque multum concupiscas, multum poteris obtinere. Documentum hoc insigne, firmatumque exemplis ib.n.50. vsque 61.

XL. *Beati mundo corde.* Fundamentum beatitudinis hoc est, habere Deum intus in anima; nam idcirco isti in hac vita dicuntur beati.hom.37.n.58. vt autem Deum in illa possideas, requiritur cordis tui à peccato munditia: hoc etenim Deum ab illa propellit. hom.13. num.24.vsque 31.

XLI. *Quoniam ipsi Deum videbunt* Hoc maximi referre diximus vt anima habeat de Deo cognitionem, eiusque videat mysteria, si mundum habeat cor, hoc est voluntatem ob magnam vnionem, quam habet cum intellectu. Theologicus, est hic conceptus.h.29.n. 52.&seqq. Insuper eius immunditia disponit ad fidei naufragium, per quam Deum cognoscimus, vt subtiliter exponit D.Gregor. Nyssen & alij SS. hom. 37. num.50.

XLII. *Ipsi Deum videbunt.* Sicut effectus hæc est peccati libidinis immunditæ, quod hominem disponat, vt diabolus eum possideat, & excæcet.ho 18.n.43. Ita effectus est munditiæ virginalis, cælestem adipisci Iudicem, quam dæmones fugiunt. ibid. nu.44. & arescente semore Iacob, mutatur illi nomen in Israel, id est, *Videns Deum.* h.21.n.7.

XLIII. *Beati pacifici* Pacificos appellat iniuriarum & oppressionum remissores, de quibus sic Dauid *Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus*: nec enim te pacificum vocabunt, quia inter amicos sedatus vitus & pacificus es iis qui tibi affliguntur, sicut nec mansuetus dicitur, nisi qui data occasione qua provocatur talis inuenitur, vt patet in Dauid, & in Christo, & paulo superius dictum est. ad illud *Beati mites.*

XLIV. *Quoniam filij Dei vocabuntur.* Audis hic singulare præmium pacificis indultum, iniuriarum remissionibus; sic enim iterum Christus hoc repetit; *Diligite inimicos vestros &c.* vt sitis filij Patris vestri.h. 3 n.57. & hoc illos præmium consequitur; quia vt aliquis sit filius Dei, duo requiruntur. Primum remissio peccatorum suorum. Secundum infusio gratiæ; & ad vtrumque disponit esse pacificum, remittendo iniurias.h.3.n.48.vsque 57.

XLV. *Quoniam filij Dei vocabuntur.* Diuersa est hæc pacificorum beatitudo ab ea quæ est mansuetorum vt declarat D.Thom. sed in rei veritate tantillum differunt, vt eadem videatur beatitudo; sed repetit Dominus vno & altero modo, ob magnam, quam in nobis inuenit difficultatem, parcendi inimicis, perferendi iniurias, & ignoscendi; est etenim maxime arduum legis suæ mandatum h.3.n.4. sed duo addicit illi præmia. Primum mansuetis, datur possessio terræ; nihil enim mihi ostenderis quo facilius cor subiiciatur & possideatur inimici, quam illi bene faciendo vt patuit in Dauid cum Saule ibid n.31.vsque 34. Secundum pacificis promittitur esse filios Dei; donum diuinæ potentiæ supremum, vt diximus.

XLVI. *Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam.* Non sunt beati illi omnes qui persecutiones patiuntur, sed illi qui illas perferunt propter iustitiam, hoc est propter virtutem, sanctimoniam Deique obsequium, vt enim verè dixit D. Cyprian. *Martyrem non facit pœna sed causa.* Et quanto fuerit persecutio propter eminentiorem iustitiam, tantò futura est beatitudo præclarior eius qui illam eius gratia sustinet. Vnde infames non erant Martyres, quamuis publicâ dedecorarentur ignominia, sed beati; atque idcirco vocatur Christi mors beata: quia fuit inflicta propter iustitiam; & hanc voluit ipse confirmationem ante mortem suam declarari, vt liquidò constaret mortem suam beatam esse, & nos propter illam h.34.n.23.25.

XLVII. *Beati qui persecutionem patiuntur.* Licet relatiua sint agere & pati nihilominus nihil sic hominis promouet damnationem, quam agere contra iustitiam & sanctitatem, bonosque persequi, nec similiter est maioris quidquam meriti, quam pati; nam quantum fuit peccatum occidere Christum, tantum quoque fuit meritum, mortem perferre. h.39. n.34. Et idem fit iudicium de SS Martyribus; quantò namque tyranni grauiorem ex martyrum persecutione damnationem sibi comparauerunt, tantò martyres gloriam perferendo tormenta sublimiorem sibi cumulauerunt, sicut Iacob ex Esau, & in singulis eorum illud impletur de psalterio. *Dum superbit impius incenditur pauper* h.23. num.35.36.

XLVIII. *Beati eritis cum vos oderint homines & persecuti &c. & maledixerint.* Ecce generalem hic sagenam, cunctis tribulationibus amore Dei toleratis deuorandis aptissimam; omnes etenim nunc Christus verbo beatificat; quatenus si monilia bonaque quæramus, quibus ditemur, cum patientia recipiamus, imo quæramus aduersitates; dicit etenim illis nos reddi beatos, hoc confirmat illas in se assumens, omnesque perferens, quo opere illas beatificat. Conceptus hic auctore Damasceno scribitur. Vnde nunc Sanctis quanto grauiores sunt tribulationes tanto sunt chariores. h.36. nu.9. vsque 12. Et omnes in se Dominus suscipiens in-

uiam ad cœlum, eas nobis reddidit per faciles. ho. 15. num. 10. vsque 14.

XLIX. *Beati eritis cum maledixerint &c.* Canonizat summus Pontifex Christus, & beatificat aduersitates, & declarat illas esse talenta, quibus ditiora comparantur lucra: quandoquidem cum illis & per illas Regnum Dei possideatur, vnde illas tribuit iis quos diligit, & quibus dare disponit Regnum suum. ho. 32. n. 21. Illi autem quem in illo vult ceteris altius extollere, grauiores immittit tribulationes & persecutiones. ib. n. 23. & quo pede hæc augentur, etiam potest spes augeri sectior gloriæ Dei ibid n 27. & seqq.

L. *Beati eritis.* Hæ sunt octo illæ beatitudines, quibus Angelus vnam superaddit: *Beati mortui qui in Domino moriuntur*, hæc enim non est particularis sed illis octo generalis. h. 13. n. 40.

LI. *Gaudete & exultate, quia merces vestra multa est in cœlo.* Non negat Dominus, quod hic non subueniat eius gratia laborantibus & patientibus, imo hoc ipsum asserit: *Centuplum accipiet in præsenti, & in futuro vitam æternam*; nam in rei veritate, nunc in hac vita tribuit illis in ipsis tribulationibus & angustiis quoddam gloriæ principium. ho. 30. n. 48. Et hoc dixit Dominus de ouibus suis, quod iam in hac vita principio fruantur gaudij vitæ cœlestis. ho 37. n. 57. & seqq. Sed præmium magnum: *Merces magna in cœlo reperdetur*, vbi Deus erit omnia in omnibus, vt exponitur. h. 12. n. 23 & seq. h. 41. n 63.

LII. *Merces vestra.* Laudate Deum: cum enim sit omne nostrum bonum & omne nostrum meritum ab illo procedat eiusque gratia, titulum tamen illi tribuit iustitiæ; hoc enim significat *Merces* vt ait D. Paul. desiderans vt quidquid in nobis & per nos operatur, & quidquid nos eius gratiâ fulti agimus, totum nobis profit. h. 17. n. 36. Insuper nos honorat, dum dici vult, quod nos hoc lucrati sumus, in quo se demonstrat perfectè liberalem. Discursus hic tribuitur D. Chrys. ho. 25. n. 46. vsque 50.

IN COMMEMORATIONE FIDELIVM DEFVNCTORVM.

I. EVangelium quod cantatur pro Defunctis. *Dixit Martha ad Iesum. Domine si fuisses hic.* declaratur. h 32. n. 52. & potissimum id quod multi solent dicere cum Martha; Si hoc fecissemus vel aliud, talis non fuisset mortuus, quam rationem explodit Spiritus S. ibid. num. 56. Magnam adferunt consolationem verba quæ Christus dixit Marthæ; *Resurget frater tuus.* Nulla namque eorum quæ mundi Sapientes protulerunt, eò vsque peruenerunt, licet plurimos de hoc argumento libros conscripserint. ho. 32. num. 57. vsque 60. & potissimum hæc parentes solatur, quibus charissima pignora moriuntur; imo quemlibet, cui excidit quem diligebat affectuose. hom 31. num. 63. & plures adferuntur rationes, cur Deus tibi filium auferat, vel alium tibi addictissimum. ibid. numer. 65. 66.

II. Memoria mortis nobis conducit plurimum vt nostras refrœnemus dissolutiones, & anxias in nobis excitemus solicitudines. h. 1. n. 42. vsque 45. Hoc spiritu quodam cœlesti declarauit Philippus Secundus Rex Hispaniarum, cognomine Prudentissimus, in illo colloquio quo filium suum Regem Philippum hoc nomine tertium admonuit, quem omnes à vitæ probitate bonum acclamant; iam Sacramentum Extremæ vnctionis susceperurus. h. 1. n. 43. Et hoc vnum procurat diabolus, vt longe à nobis mortis auferat memoriam; vel quia iuuenis es, vel quia delitiose enutriris, vel quia diuitiis abundas, ad medicinas tibi comparandas. hom. 31. n. 12. Huic adlabora, ne tibi de memoria exeidat sententia Salomonis. *Vanitas vanitatum.* Discursus memoria dignus ib. n. 8. vsque 11. Oculos coniice in defunctum tibi propositum, de illo namque proloqui licet. *Defunctus.* adhuc loquitur ibi numer. 11.

III. Memoria mortis ventus est occidentalis, qui locustas de Ægypto emundauit h. 31. n. 12. Memoriam hanc diabolus à te non repellat; alioquin peribis vt dixit Amos. ib nu. 16. Nemo vitam habet securam, quia procedit Deus sicut cum vncino pomorum, quem fœstendit Prophetæ. h. 31. n. 17. & experientiâ confirmauit in Alexandro Mag. ib. nu. 19. & constat in quolibet defuncto nobis obiecto.

IV. Vita securior, quæ columnæ videtur firmiori niti, minorem habet constantiam quam nauis. Mysterium hoc exposuit Machabæus. h. 31 n. 22. Et vt dixit D. Iustinus Martyr, dum tibi baptizando candela in manus traditur, significatur vt teipsum attendas quasi iam moriturum. ib. num. 26. Vicinior est iuuenis mortiquam senì, & quamuis paradoxum videatur, argumento tamen probatur notatu digno. h 31. n. 28. vsque 30.

V. Gentiles defunctos non sepeliebant in ciuitatibus, eos etenim vt pestiferum quid execrabantur; nobis autem mortui sunt salutis medecina, vt fuit D. Iacobo Anachoritæ. h. 31 n. 53.

VI. Diligentia in sepeliendis mortuis adhibenda, quâ nostrorum corporum testamur miseriam. hom. 31. n. 33. Non sunt autibus proiicienda defunctorum corpora. ibid n. 38.

VII. Dum sollicitè mortuos terræ mandamus, fidem protestamur resurrectionis, sicut Abraham. h. 31. n. 43. Illa recondimus in locis sactis, ad quæ communiter recurrimus pro virtutum exercitio. hom. 31. n. 40. Olim Sacerdotes non comitabantur funera fune-

functorum, quia per hoc censebantur immundi : nunc quidem bene, vt pateat noui gratia testamenti : nam absit vt cadauera mortuorum Sacerdotes inficiant, imo potius ipsi Sacerdotes defunctis auxiliantur. ho. 31. num. 52.

VIII. Vocatur sepultura *Supremus honor* quia supremus honor, quem possunt homines defunctis impendere, is est, vt eos ad sepulchrum comitentur : exinde eos sua opera comitantur, nominatim autem opera misericordiæ. h. 31. n. 53.

IX. Magnum adfert commodum sepeliti in Ecclesia, sed ad multa obligat, vt testantur casus quos refert D. Greg. h. 31. n. 48. & seqq.

X. Reprehendi non debent lacrymæ moderatæ in morte propinquorum. h. 31. n. 60. Imo Christus Lazarum defleuit mortuum. h. 32. n. 65. 68. cor plorando alleuiant. Notat hoc. D. Ambr. & fuerunt lacrymæ D. Aug. singulares in obitu matris suæ, & D. Bern. mortuo fratre suo. ibid. n. 72. 73.

XI. *Beati mortui qui in Domino moriuntur.* Habes hic bonæ mortis definitionem, quæ est in Domino, quam bene declarauit D. Aug. & eleganter D. Chrys. h. 15. n. 37. vsque 40.

XII. *Beati mortui qui in Domino moriuntur.* Christus omnes proposuit beatitudinis, & hanc inter illas non legimus. Et merito : est enim beatitudo generalis, quæ cunctis illis est annecten la. *Beati pauperes spiritu, si in Domino moriuntur. Beati mites, si in Domino moriuntur* h. 13. n. 46.

XIII. *Beati mortui.* Obiecit D. Amb. quæstionem: vtrum mors censenda sit inter nostra bona, vel inter nostra mala sed concludit cum sententia illa de cœlo. *Beati mortui qui in Domino moriuntur*: nunc enim vita, talis est, vt summa sit beatitudo, illam finire: vnde quidam à mortuis reuocatus, elegit magis mori & detineri in Purgatorio quam remanere in hac vita h. 32. n. 70. vsque 73.

XIV. *Beati mortui qui in Domino moriuntur.* Nulla bona mors est, nisi in gratia Dei, licet omnibus fruatur mundi deliciis: sed nec vlla mala est si sit in gratia, quamuis inter canes quis exspiret ; vt probatur in diuite Epulone & Lazaro aliisque exemplis memoriâ dignis. h. 16. n. 32. vsque 35.

XV. *Beati mortui qui in Christo moriuntur.* Talibus mors est beatitudo, etenim tribulationum illis finis est; *Vt requiescant à laboribus* sic infauste est malorum mors, nam in illa omnia eorum gaudia terminantur. h. 16. n. 35. 36.

XVI. *Beati mortui, qui in Domino moriuntur.* Vt beatus sis in morte, conare Deo placere, vt eius prospicias honori, & amicitiam tibi copules: si namque voluptas deliciis vel pecuniis adhæreat, erit infelix mors tua, qualis fuit Sisaræ. Documentum autumo reuolue. homil 13. numer. 55. 56.

XVII. *Qui in Domino moriuntur.* Multi sunt diabolo annexi, vt erat prodigus, ita vt nec verberibus illos à se diabolus possit expellere. h. 18. n. 45. 46. Quomodo de hoc dici poterit ; quòd morietur Deo annexus? h. 13. n. 56. vsque 64. Et multis accidit quod Saul cum Amalecite ibid. n. 64. & seq.

XVIII. *Beati mortui qui in Domino moriuntur.* Viuere sine Deo, & cum illo velle mori, stultitiam sapit Balaam h. 37. n. 46.

XIX. *Opera enim illorum sequuntur illos.* Tantum opera illorum sequuntur illos: etenim facultates, diuitiæ & amicus non vltra sepulchrum comitantur. hom. 31. num. 53.

XX. *Opera illorum sequuntur illos.* Opera quæ fecerunt illos sequuntur, vnde expedit illa fecisse in vita? nam ipse Christus dixit: *Me oportet operari, &c. dum dies est.* hom. 30. n. 39. & conueniret vt formicam imitareris, & impleres Christi consilium, monentis, esto consentiens aduersario tuo, dum cum illo per mundum ambulas. h. 34. n. 30. & seq.

XXI. Magna est obligatio animabus succurrere defunctorum per suffragia : sunt etenim acerbissimæ Purgatorij pœnæ, si namque in hac vita propter peccata venialia Deus pluribus annis permittat infirmitates & tribulationes, quid ibi faciet propter multa peccata mortalia, quæ quamuis remissa sint quantum ad culpam, non tamen pro illis satisfactum est quoad pœnam? ho. 10. n. 32. quid plura? tibi continuo acclamant: *Miseremini mei &c.* Et si conspiciens hic aliquem pereuntem quoad corpus teneatis illi per eleemosynam succurrere corporalem, quantò magis animæ patienti? Ad holidem hic cadit argumentum D. Ioan. *Qui viderit fratrem suum necessitatem habere, & clauserit viscera sua*, h. 16. n. 11. Et hinc vinculum colligimus fraternæ correptionis ho. 22. n. 4. Et hoc tibi persuade, quod sicut illis fiet misericors, ordinabit statuetque Deus, vt & ipsi futuri sint tibi misericordes. h. 25. n. 50. vsque 61.

IN FESTO VNIVS MARTYRIS.
IN COMMVNI.

I *Si quis vult venire post me, abnegat semetipsum.* Matth. 16. Duo continent omnia Euangelia, quæ leguntur in festis particularium Martyrum. Primum eximiam adfert consolationem : statuitur enim Christus vt eminentissimus Magister nos docens viam cœli, & declarans nobis illac patere ingressum. Secundum nos perterret, vias designando, dicit etenim eas esse crucem, mortificationem vitæ, in ipsa vt mortuum esse. Merito potuit Dauid hanc doctri-

doctrinam vocare separatam, & alienam ab omni mundi commercio. h. 29. n. 6. Similiter & sponsi sui capillos esse nigros instar corui. ibid. n. 34.

II. *Si quis vult venire post me.* Ardua doctrina ea est quam Christus nobis ad primum in classem suam ingressum proponit & meo iudicio non minus illa nos perterret quam piscis Tobiam, eum, vt videbatur, deuoraturus; sed Angeli sequamur consilium eumque executiamus, ac totum inueniemus nobis salutiferum. ho 3. nu. 46. Hoc sit oportet officium prædicatorum, qui velut dentes Ecclesiæ, bolos comminuere duriores, vt comedi, digeri, & esse possent alimento. ibid. numer. 2.

III. *Si quis vult.* Venit Christus, nos candidatos reddit Regni cœlorum, illud mundo manifestans, vbi clarè numquam fuerat auditum. hom 41. n 87. Nobis regnum hoc proposuit, asserens à nobis posse comparari. h. 11. n. 9. 10. Quia verò statim occurrebat illa quæstio proponenda, per quam viam nobis esset eo veniendum; illique dicendum erit. *Ostende mihi viam in qua ambulem*; statim illam nobis demonstrat non solum verbis, sed ipsum statuens antesignanum: vt columnam filiis Israel, dicendo. *Si quis vult &c.* hom. 33. numer. 39.

IV. *Si quis vult.* Grauiter angebatur sponsa, desiderans non aberrare à via quietis sponsi sui: difficile etenim est eam inuenire: nam ex vna parte homines, quorum nullus eam perambulauerat, multum deterrabant. hom. 14. num. 7. 8. atque ex altera, duces statuerat diabolus, qui omnes rectè ducerent ad tartara perituros. hom. 33. n. 42. His adiunge viam esse angustam, & ad aberrandum facilem, vt dixit Angelus Esdræ. ho. 33. num 40. 41. Ingens nobis præstat beneficium, dum nobis hanc viam ostendit verbis, & ducatu, nam præcedens sic nos hortatur. *Hæc est via ambulate in ea* ho. 15. n. 10. ho 33. n. 43. promissum suum complens. *Erunt oculi tui videntes præceptorem tuum.* h. 15 n. 1.

V. *Si quis vult.* Exordiur loqui Dominus duobus verbis non paruæ consolationis. Primum est: *Si quis*; est enim ita generale, vt neminem excludat; & hæc eius est misericordia; cum enim omnibus non sit potestas ad terrenas obtinendum dignitates; illam nobis tribuit, quâ cuncti Regnum cœlorum nanciscamur; pauperes, diuites, nobiles, plebei, coniugati & continentes; nec culpam iniecteris statui, dicens te non posse in eo saluari, obstaculo tibi esse filios, curamque familiæ. h. 2. n. 2. ho. 24. n. 19. 20. Imo ipsi milites saluari possunt tot tamen occasionibus, & impedimentis intricari h. 2. n. 7.

VI. *Si quis.* Neminem à Regno suo & gratia secludit. quantum est ex se nam quoad hoc, tantum potest infirmus, quantùm sanus & pauper quantum diues nec vnus potiori quam alter iure præualet ho. 21. nu. 22. Vult autem vt ministri sui de hoc agant absque vlla acceptione personarum. Conceptus hic solatur pauperes & infirmos. ho. 2. n. 20. 21. 22.

VII. *Vult.* Hoc est secundum verbum summi lenimenti: oculos etenim suos in voluntatem nostram confirmat. *Posuit oculum super corda illorum.* h. 1. n. 1. Voluntas pondus est Sanctuarij. h. 38. n. 115. Et quamuis magnum sit opus, nisi voluntas adsit, nihil illud facit, sicut illud Nabuchodonosor. hom. 1. num. 21. & quantumuis exiguum sit, tanti facit quantus est affectus voluntatis, nam idcirco etiam voluit Christus morte occumbere plane voluntaria. h. 41. n. 20.

VIII. *Si quis vult.* Præclarum beneficium, oculos in nostram conuertere voluntatem, nam illud quod nihil est, tantum potest efficere quantum voluerit faciendo inuentionem oculorum de qua Salomon. loc. cit. n. 22. Hæc est mensura quam vidit Zacharias, in qua Deus oculos firmauerat. h. 25. n. 51.

IX. *Si quis vult.* Tuæ voluntati tuam committens saluationem h. 10. n. 33. Denique si non sis plenus gratiâ, doniisque cœlestibus, ratio est quod illa non quæras. ibid. num. 39. imo Deus quasi angustatus, quotiescumque oblata renuis accipere. ho. 28. n. 28. h 37 n. 17.

X. *Si quis vult.* Tu considerates, quod ipse ex parte sua tibi abundanter prospexerit, vt nihil tibi desit, vt protestari possit. *Non plus vltra.* ho. 17. n. 29. & merito dixit Moyses iuxta Apostolum. *Prope est verbum in ore tuo* h. 10. n 38. h. 44. n 41.

XI. *Si quis vult.* Magnam attende benignitatem, nec enim nos vult vi cogere, nec est domus eius mimis coactorum, sed aula nobilium liberorum. ho. 15. n. 20. Naturæ nostræ iura conseruat integra, cui nemo potest vim inferre, nec tota potentia inferni. hom 5 n 35. quod si tu ipse non consentias, & velis; nullatenus tibi prævalebit. Scribit hoc D. Gregor. explicans Iob; *Connulauerabit lumbos meos.* h. 37 n. 70.

XII. *Si quis vult.* Tanto nos honore vult Deus afficere, cum enim nos non vocauerit, nec conseruasset quo nos creauit, perierit, eum tamen expostet vt nos filios suos efficiat, & saluet, hoc etenim illo modo præstantius est; agitque hoc negotium. per modum lusus societatis. h. 10. n. 33. 34. & h. 24. n. 48. 49.

XIII. *Si quis vult.* Tanto amore nostrum intuetur bonum, vt in omnibus quæ facit, illud attendat; & cum ita sit, quod quæcumque bona agimus, eius sint dona gratiæ, quinimo & ipse consensus efficax nostræ voluntatis; tamen à nobis illum efflagitat; adeoque titulum nostris assignans operibus, quæ velut à nostra voluntate peracta, licet ad iuuare eius gratia, Regnum eius mereantur & vult vt illud velut nostrum morte conquisitum possideamus, ostendens se in hoc perfectè liberalem: Conceptus hic optimè quadrat in genio D. Chrys. h. 25. n. 45. & seqq.

XIV. I

XIV. *Si quis.* Iam ipse quod sui muneris erat, absoluit, tu quæ ad te spectant perage. ho. 15. n. 23. Clamauit, quod ex se præstoletur aduenientes. hom. 37. n. 17. Ne ista tam impudens, vt illum exspectantem deludas. ibid. n. 19.

XV. *Si quis vult.* Certum est quod Deus ab æterno quosdam prædestinauerit, alios autem reprobauerit; porro mysterium hoc est profundum, nec à te petitur, vt illud intelligas, sed credas. hom. 37. nu. 7. vsque 12. hoc autem oportet te intelligere, quòd Deus te non condemnabit, si tu non volueris. ibid. n. 12. Et qualis fuerit tuæ motus voluntaris illum, talis erit & illius ad te, iuxta illud Iob; ea quæ geruntur in terra rationem statuunt agendorum in cœlo. ibid. num. 14. vsque 17.

XVI. *Si quis vult venire post me.* His verbis tertiam abnegationem confolatorium; quia quis ille subditus qui non sibi ducat honori Regem suum sequi præcedentem? Tantopere cupiebat nos Deus ducere in cœlum, vt ipse inde venerit se ducem nobis præbiturus hom 33. n. 39 vsq. 42. de quo disputat elegenter D. Aug expendens dæmonis artificium, qui vt hominibus planam redderet vitiorum viam. illis duces proponit Deos qui itineta illa triuerant, iudicantes illi rem esse omnino claram, quod homo censeret faultum esse, si per illam ingrederetur viam, quam Deus suus fuerat ingressus. ibid. n 42. vsq. 46. Idcirco Deus nobis hoc promisit, venturum se esse pastorem, vt oues suas dux antecedat. h 38. n. 50. 51.

XVII. *Venire post me.* Delirat peccator. & iter suum aggreditur non attendens quo vadat, designatus per portentum Ezechielis; hunc enim oculis terebant obnoxiis. Magna calamitas. Vt autem scias, quò vadas, stamus se Christus antesignanum h 18. n. 25 vsque 28.

XVIII. *Abneget semetipsum.* Vsque modo omnia verba spirant lenimen, vt dictum est, sed sequentia terrorem, nominatim autem hoc primum. *Abneget semetipsum.* Si totum bonum meum consistat in me conferendo, totum inde mihi damnum emanabit; in me abnegando, & si ego mihi deficiam, & denegem necessaria, quis mihi subueniet? vt enim Spiritus S. ait, *Qui sibi nequam, cui bonus?* Miror doctrinam hanc. Incipit Dominus pro fundamento statuens illud quod dixit Nicodemo, necesse esse vt à vertice capitis vsque ad plantam pedis immutemur, & nouâ natura renascamur. Vide notata in festo S. Crucis ad illud. *Nisi quis renatus fuerit denuo.* Ibid. 7. 8. 9.

XIX. *Abneget semetipsum.* Primum principium hoc est, vt desinas esse quod es, vt dixit Samuel Sauli. ho. 15. n. 44. & ideo dixit Propheta quod dies legis Euangelicæ, dies esset occisionis, quâ in te vita carnalis & Adami sit interficienda. h. 38. n. 110. 111.

XX. *Abneget semetipsum* Non Deo satisfaciunt vitulorum ouiumque sacrificia; nam nec illud de Isaac acceptauit, sed propriæ voluntatis cordisque sacrificium, hoc etenim fuit quod tantopere perpendit in Abraham. hom. 23. n. 72. & hoc ipsum sacrificium quod Christus obtulit infinitè Deo Patri acceptum, erat integra voluntatis suæ resignatio. h. 36. n. 31. & hoc indicauit dum in oratione vtrumque flexit genu, fuit etenim perfecta voluntatis suæ Patri subiectio; dum suam abnegat dicendo; *Non mea, sed tua fiat voluntas.* Conceptus hic est *D.* Hieron. declarans, qualiter te propriam oporteat abnegare voluntatē. h. 42 n 68. vsq. 90.

XXI. *Abneget semetipsum.* Non tibi prohibet Deus, ne tua fiat voluntas, & affectus, optando vel petendo hoc aut illud tibi beneplacitum, vel fugiendo hoc vel illud tibi molestum; sed vt illi neges quod postulat, & facias admittere quod non concupiscit: denique vt faciendo contra id quod ipsa postulat, agas quodcumq; fuerit secundum Dei voluntatem ho. 4. n 9. h. 42. n. 86.

XXII. *Abneget semetipsum.* Non potest Deus ne voluntatis tuæ sentias motus, appetitus & affectus rationi legique Dei contrarios: nam etiam Sanctissimi illos sentiunt, sed vt teipsum abneges, & hoc quod à teipso postulas secundum tuam concupiscentiam; quod si tu non concedas voluntate deliberatâ illud quod petit, imo neges, nullum est peccatum, sicut nec est meritum, nisi in eo quod voluntate determinata vis & operaris, vnde ne scrupulis angaris. quia petitiones vocesque sentis importunæ exactoris, si animosè has illi recuses: talis futurus es de quo Iob. *Vocem exactoris non audit.* Vaccis illis merito comparandus, quas boatus & mugitus vitulorum exactorum à recto tramite non retraxerunt. h 4. n. 10. Tandem nota nullum esse peccatum, vbi non est libera voluntas, quæ consentiat. h. 22. n. 66. vsque 72.

XXIII. *Abneget semetipsum.* Hæc tua est calamitas, quòd diabolus teipsum carnemque tuam assumat vt te perdat, ea mediante agens sicut per Euam vt Adam ageret in ruinam: denega illi quod postulat; si namq; hoc minimè feceris te supplãtabit. h. 4. n. 19. 20.

XXIV. *Abneget semetipsum.* Tuam abnega voluntatem: ex se est inordinata, nec eam statuas primiceriam; etenim quia hoc Pharisæi facere voluerunt, illos Christus appellauit, generationem peruersam, & præpostera. h 8. n. 28 vsque 35.

XXV. *Abneget semetipsum.* Tuam abnega voluntatem, illam diuinæ subiiciens; per hoc enim fiet, vt suam Deus tuæ submittat, vt patet in Moyse. h. 24. n. 39. & seqq Per hoc obtinuit Christus quod ait: *Data est mihi omnis potestas.* Quia scilicet voluntatem suam ex parte inferiori abnegauit.

XXVI. *Abneget semetipsum.* Tibi in commodum agit hoc Dominus, quod tibi hoc præcipit: nihil etenim tibi est perniciosus quam tuam sequi voluntatem, quam

D. Bern. vocat bestiam crudelem, feramque pessimam &c ho. 8. n. 32. 33. Idcirco illum defleuit Hieremias, qui propriam suam sequitur voluntatem. h. 18. n. 21.

XXVII. *Abneget semetipsum.* Dixit Christus: quod oues eius iam principio gaudent vitæ æternæ, & hoc, quia sequebantur non propriam, sed Pastoris sui voluntatem, qui namque hoc agit, iam principium gaudiorum possidet cœlestium. h. 8. n. 33.

XXVIII. *Abneget semetipsum.* Adeo inordinata est nostra voluntas & appetitus, vt illi concedendo quod rogat nos agat in ruinam ita vt inter alia supplicia, quibus se Deus iratum ostendit quibusdam peccatoribus, hoc vnum sit, quod voluntati eorum permittit quodcumque voluerint, suasque liberè sectentur voluptates vsque in finem. hom. 35. n. 28. vsq. 34. atque vt singulare promittit beneficium, quod populo suo habenas iniiciet, vt sua non impleat desideria. ib n. 34. 35.

XXIX. *Tollat crucem suam.* Hic secundus est gressus, qui non minus perterret quam primus. Declarat Dominus gratiam noui testamenti: quæ non tribuit quietem, sed crucem vsque ad mortem in illa. hom. 15. num. 27. quia crux est, quæ secum coniunctam habet gloriam. ib. d.

XXX. *Tollat crucem suam.* Crucem posuit in Euangelio suo tanquam fundamentum, cui gloriæ ædificium innititur. h. 15. n. 10. Cœleste mysterium, quod nec Christi quidam cognati comprehenderunt. ho 36. n. 35. vsque 39.

XXXI. *Tollat crucem suam.* Nullus status est à cruce liber, maiore vel minore, secundum eius onus. Nec vult Deus vt grauiorem tollas crucem, quam tuam propriam; sed dolendum est quod tibi crucem velis imponere status maioris vnde cum illis corruis in terram, vires non habens tantæ cruci ferendæ sufficientes; etenim certum est, quod operarius crucem ferre non possit status nobilioris, nisi ipsi contra nosipsos pugnamus, & vltra vires onera nobis imponimus. ho. 27. n. 62. vsque 66.

XXXII. *Tollat crucem suam.* Hoc nos agit in ruinam, timor nempe perdendi vitam vel bona temporalia. Vult Christus vt sic ab omni timore absoluti, ac si ad mortem essemus damnati, & nosipsos consideremus vt iam crucifixos. ho. 43. n. 33.

XXXIII. *Tollat crucem suam.* Non à te deposcit Christus, vt Crucem tuam feras, hæc etenim admodum grauis fuit: hæc namque ceterarum tulit pondera, nec aliquis in mundo tanta quanta ipse pertulit, sed nec omnes simul; nam vt pati posset formauit illi Spiritus. S. corpus omnium corporum maximè passibile. Nota conceptum h. 25. n. 21. h. 42. n. 49.

XXIV. *Tollat crucem suam.* q. d. porta crucem ex parte tua, ipse namq; exparte sua eam tollit tibi auxiliando. Solus ipse, crucem suam portauit, vt dicere potuerit. *Torcular calcaui solus.* h. 44. n. 22. & nihilominus tibi succurrit in ferenda tua. Vide quæ diximus in Fest. S. Matthiæ ad illud *Toll te iugum meum super* vos.

XXXV. *Tollat crucem suam.* Mirabile documentum, vt tollas crucem tuam, hoc est, tuas aduersitates, morbos, inopias: tolle illas, age quod consulit D. Hier. & fac de necessitate virtutem. h. 9. n. 47. Et necessitates ac ineuitabiles calamitates fac voluntarias, quod et quasi legitimare filios illegitimos, ad exemplum Latronis. h. 44. n. 27. & seq.

XXXVI. *Tollat crucem suam.* Mandata Dei sua rationi valde conformia, & à nemine plus petit, quam illi sit possibile: nam sicut non contentus est quodcumque qui plura potest, det modicum, sic nec vult quod det qui modicum potest, præstet multum. h. 17. n. 37. vsq. 42. Non est diabolo similis, qui aspertima quæque & crudelissima exigit. h. 25. n. 64.

XXXVII. *Tollat crucem suam.* Quandoquidem ille suam pro te portauit, cum tanta esset tamque grauis: non multum erit, vt tu pro te ipso, & propria tua salute tuam tollas. h. 15. n. 10.

XXXVIII. *Tollat crucem suam.* Non tibi sufficiat dicere, Christus crucem suam baiulauit pro me & pro omnibus, quamuis enim ita sit, egit hoc ex parte sua, quod sibi agendum incumbebat; superest vt tu quæ tui sunt muneris, exequaris. h. 15. n. 23.

XXXIX. *Tollat crucem suam.* Fuit crux Christi omnibus generalis, sed eam fac tibi particularem, eam appendendo & tibi conformando, vt dicas cum D. Paulo *Christo confixus sum cruci*: nam idcirco crucem affixit adeo latam, vt tibi quoq; daretur locus. h. 15. n. 16.

XL. *Sequatur me* Per hoc omnem tollit Christus difficultatem circa prædicta: vt enim ante diximus, nihil enim esse potest sublimius, quam hominem super Deum suum: nam hoc titulo diabolus mundum præparabat, vt præmonuimus. h. 33. n. 42.

XLI. *Sequatur me.* Sit benedictus Dominus, qui præire voluit cruce sua onustus, & omnigenis tribulationibus, ac cruciatibus, vt illis omnem auferret asperitatem & amaritudinem, & illas in se assumens intercalatas tulit & honorauit, vt diuinum illis esse tribuerit, ea deificans, vt verbo vtar D. Damascen. quocirca dulcedinem illis infudit suauitatem, vt nom solum non differantur, sed etiam delectent Sanctos: nec illis quidquam est in mundo delectabilius. h. 36. n. 9. vsq. 12. ho. 42. n. 39. Id experientia vidimus in D. Andræa ibid. n. 62.

XLII. *Et sequatur me.* Venit Christus vt esset exemplar nostrum, in esse gratiæ & gloriæ, vt fuerat filius in natura peccati & pœnæ. h. 37. n. 45. Potissimum exemplaret in gloria: quia eam in nobis efficere debet eo modo quo peracta fuit in hoc mysterio. Professus est hic Theologiæ conceptus. h. 12. n. 20. vsq. 26. Sicut exemplar est in gloria, sic esse debet in via ad illam,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

non enim alia ad illam patet via, quam ea quam ipse excauit h. 15. n. 10. Et duos illos fratres Iacobum & Ioannem aliud intendentes ab errore reuocauit. ibid. n. 11. Et hæc ratio fuit cur pati voluerit, vt videlicet nobis tutam panderet viam iuxta illud D. Petri: *Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplũ.* ib. Et hinc formare potes circinum, vt tibi pateat verum rectam ingrediaris viam, vt faciebat D. Rudesindus. ibid. 24.

XLIII. *Sequatur me.* Ipse præcedit, nobisque asserit quis sit terminus finisque crucis: nam idcirco de illa differens continuo gloriam illi coniunxit suæ resurrectionis. h. 15. n. 27.

XLIV. *Qui enim voluerit animam suam saluam facere perdet eam. &c.* Audis hæc doctrina separata est. Duæ enim sunt vitæ in homine: vna animalis, qua homo cum animalibus conuenit: altera spiritualis, in qua conuenit cum Angelis. Si vnam velis conseruare, necessario perdes alteram: & si cures vnam, oportet vt alteram negligas. Mundam vitam suam diligunt carnalem: vnde perdunt spiritualem animæ propriam; serui vero Dei, omnino faciunt contrarium. h. 23. n. 23.

XLV. *Qui amat animam suam.* Caro repugnat spiritui, nec in vnum possunt conuenire: si regnet caro, perit spiritus. In hoc consistit remedium, vt cohibeatur vita carnis illam mortificando. Perterruit Nabuchodonosor quod vidit à cœlo decretum circa arborem illam, vt exscinderetur, & vinculo ferreo cõstringeretur, cui Daniel exposuit, in hoc consistere Regis remedium, & in hoc tuum quoque consistit, vt carnis tuæ vitam mortifices. Vtilis est hic conceptus. h. 1. n. 3. 8. Per hoc viuet spiritus, nam comprimendo carnem, vitia exprimuntur. ib. n. 11. exurgit de cœlo cogitatio. ibid. n. 13. & dona obtinentur cœlestia ibid. n. 15.

XLVI. *Qui amat.* Deflendum est quam timidi vitam mortificemus carnis, vt quodlibet nos terrorem incutiat: nec tamen metu percellant etiam difficillima, vt illi placeamus. h. 1. n 17. Miles non es ad pugnam spiritualem congruus: talẽ oportet te esse, quales fuerunt sancti illi iuuenes in Babylonia. h. 43. n. 33.

XLVII. *Qui amat animam suam.* Perdit nos diabolus per propriam nostram carnem, & eiusdem blanditiis de nobis triumphat: vnde necesse est illam mortificare, illoque vti stratagemate, quo Eleazarus prosternendo elephantem, ex quo inimici bellum populi Dei mouebant atrocissimum. h. 15. n. 20. vsq. 23.

XLVII. *Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam.* Hoc Christus intendit, vt vitæ æternæ merita conquiramus, & hoc nobis consuluit. *Thesaurizate vobis thesauros in cœlo.* h. 1. n. 37. vsque 40. Ita desiderat vt vitam tuam disponas, vt eam ad æternam vitam conserues: nam sicut illud quod de bonis tuis pauperibus elargiris, non hoc perdis, sed in cœlo conseruas, ita quod vitæ tuæ in terris aufers, de deliciis, voluptatibus, & lenociniis, hoc illi conseruas in vitam æternam, augmento prorsus infinito. Ita Lazarus inuenit illud quod hic de voluptatibus carni suæ ademerat, vt diuiti epuloni respondit Abraham: vnde sicut totum hoc quod in terra thesaurizas, in illa periturum est? ita quidquid carnis impendis deliciis, periturum est, vt patuit in diuite epulone. hom. 16. n. 15.

XLIX. *Quid prodest homini, si vniuersum mundum lucretur, animæ verò &c.* Finis principalis, ad quem nos Deus, creauit, fuit beatitudo: atque idcirco nobis animam infudit beatitudinis capacem; si hæc perdatur, actum est de omnibus. Quid prodesset multa procurare ornamenta, & odorifera vnguenta corpori, si caput illi amputetur? Gloria principalem obtinebit sedem in anima. h. 12. n. 24. Ex illa in corpus & sensus redundabit, velut torrentes quos commemorat. Vates Ioel. ibid. n. 26.

L. *Quid prodest homini.* Quis valorem & dignitatem exprimet animæ? minimam illarum pluris Deus facit quam Rex ciuitatem Regni sui metropolim. ho. 20. n. 2. 3. Et sicut non potest illi grauior inuri ignominia & iniuria, quam illi animam perdere, sic gratius illi non potest præstari obsequium, quam illi vel vnicam lucrari. ho. 22. n. 55. & seqq. Hoc est regnum illud quod Christus æterno suo tradet Patri, scilicet animas itaque sunt illi regnum maximi illius Regis vt Christus ait: *Regnum Dei intra vos est.* ho. 41. n. 63. Hinc magna tua patebit stultitia quam committis quando illam tam flocci facis, vendis, & tradis diabolo. Tu iudex esto, an tantillo Regnum Regis venderes. appende pretium, quod Deus pro illa tradidit. h. 25. n. 23. Vide Dom. in Albis ad illud: *Mitte manum tuam in latus meum.*

LI. *Quid prodest homini?* Animo reuolue quod non nisi vnam habeas animam: qua perdita, omnia tibi perierunt. h. 5. n. 25. h. 31. n. 54. 55.

LII. *Quid prodest homini si lucraretur vniuersum mundum?* Contingit peccatoribus id quod Iudæis: nam per quod vitam suam conseruare studuerunt, illam perdiderunt, & quæcumque conseruationi suæ munimenta quæsierunt, illis omnia fuerunt hæc detrimento. ho. 39. n. 18. vsq. 23.

LIII. *Quam commutationem dabit homo.* Verè dixit Dauid, peccatoribus statera esse mendaces, quibus iniuste res appendunt & quæ grauia sunt, illa vt leuia considerant, & quæ leuiora ventis sunt, illa vt valde grauia perpendunt: vnde mutationes faciunt valde stultas. h. 10. n 24.

LIV. *Filius enim hominis venturus est.* Ecce quid animam debeat suggerere, præmium nempe adeo præcelleus regni cœlestis quod nobis promittit: si namque Regnum in somnis ostensum tantopere Iosephum animauit, quantò magis verum regnum, quale nouimus

esse ipsius Dei? h. 11. n.3. Considera præmium illud, & tibi crucem reddet facilem ibid. n.4. vsque 12. ho. 12. num.7. vsque 20.

IN FESTO VNIVS MARTYRIS.

I. *Nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit.* Ioan 12 Notauit D. P. Chrysol. eminentiam Magisterij Christi Domini: cum enim Incarnationis eius mysterium adeo sublime sit, vt de ipso dixerit Propheta: *Nec oculus vidit.* & D. Paulus asseruerit esse persuasu difficillimum. *Prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam.* hom. 34 nu. 1. & 22. Illud tamen declarat adeo domesticis similitudinibus, iisque rebus quas manibus tractamus, vt est illa fermenti. hom. 41. nu. 68. & nuncillud exponit re maxime communi, nostrisque oculis conspicua, qualis est granum frumenti: quod nisi terra corrumpat, ibique moriatur, nullum adfert fructum.

II. *Nisi granum frumenti.* Altissimum est nostræ redemptionis mysterium, quod non consistit in credendo tantum quod nobis Deus tribuerit vitam, nostra restauraverit mala, nobisque omnia Dei bona conquisierit: sed etiam quod hæc fecerit per mortem, & ignominias, hæc etenim est omnipotentiæ eius virtus, quæ rebus contrariis quoad oculos carnales operatur id quod vult & prætendit: vt enim ex D. Ioanne intelligimus. *Quod factum est in ipso, vita erat.* ho. 30. n 43. vsque 48.

III. *Nisi granum frumenti.* Christus moriendo nostram operatus est redemptionem, paupertate, infirmitate & cruce; quia sic gloriæ Dei nostroque honori expediebat h. 36. n. 5. vsque 9.

IV. *Nisi granum frumenti.* Sicut fructus grani tritici, & eius renouata & luxurians natiuitas consistit in eo quod cadens in terram moriatur; ita Christi exaltatio, & fructus quem retulit, consistebat in mortis eius nam idcirco canit psalmographus. *Ascendit super occasum.* hom. 15 numer. 10. vsque 12. Diuina profectò philosophia, quam nec eius affines intellexerunt, & omnino conuenit vt nos illam capiamus. ho. 36. n. 37. vsque 40.

V. *Mortuum fuerit.* In eo salus non existit mundi, quod Iudæi Christum occiderint, sed in eo quod ipse mortuus sit vt declarauit Spiritus S. in sententia ore prolata Caiphæ, dicentis; Expedit vt vnus moriatur &c. h 39. n 34.

VI. *Mortuum fuerit.* Hoc magnum fuit Dei consilium, qui exactione adeo sacrilega, qualis illa fuit Iudæorum, mortem eduxit adeo proficuam, agens vt prudentissimus hortulanus: qui animal sumit obvelatum & canales sine iudicio, vt aquam extrahat quã ingatæ arbores horti sui fructus adferunt abundanter h. 39. num. 28.

VII. *Multum fructum adfert.* Cogitabant Iudæi perdere Christum, & nedum illum non perdiderunt, imo potius hinc Deus opus elicuit quod intendebat, iuxta Isaiæ vaticinium *Ducam cæcos per viam, quam nesciunt* h. 25. n. 35. h. 39. n. 30. 31.

VIII. *Multum fructum adfert.* Sibi Iudæi persuaserunt, quod occidendo Christum, & sepulturæ tradendo, iam omnino esset consumptus, nec intellexerunt eius in hoc diuinam consistere renouationem, quid de sepulchro cum noua vita resurgere, qua de causa ab Isaia dicitur gloriosum. h. 49. n. 10 Et hic vitis infinitorum granorum, nascitur enim vt in cœlum tenderent, iuxta figuram quam D. Petrus expressit in Abraham. h. 39. n 36.

IX. *Multum fructum adfert.* Quis fructus emanaret de Christi morte productos? de laboribus eius nostra nata quies est, de eius ignominiis nostra emanauit gloria, de eius morte nostra surrexit vita; vtinam sibi correspondeant illud *Ecce mulier*, & illud *Ecce homo*, h. 38. n. 121.

X. *Multum fructum adfert.* Considera fructus a morte Christi germinantes. h. 39. n. 37. vsque 41. & quod supra diximus sexto die Veneris Quadragesimæ illud. *Expedit vt vnus moriatur.*

XI. *Qui mihi ministrat, me sequatur.* Nouit debet melior serui quam Domini conditio: & tandem adferre debet granum quod nascitur, quam quod natum erat, si fructum ferat, sicut illud. h. 15. n. 10. &c.

XII. *Me sequatur.* Vide quæ diximus in præcedenti Euangelio ad illud. *Sequatur me.*

XIII. *Qui amat animam suam.* Habes hoc in primo Euangelio,

XIV. *Vbi sum ego, illic sit & minister meus.* Explicat hic Christus gloriæ magnitudinem, in qua omnes erunt magni. h. 12. n. 40. 41. Vide quæ dixi in antecedenti Euangelio ad illud *Si quis mihi ministrauerit &c.*

IN FESTO PLVRIMORVM MARTYRVM.

I. *Descendens Iesus de monte.* Luc. 6. Ascendit Dominus vespere præcedente in montem, in quo totam noctem in oratione transegit. Mane elegit Apostolos, & primò illis prædicauit, declarans status, & officij dignitatem: quod illis imponebat, deinde descendit ad planiora ad pedem montis, vbi multitudo magna eum venientem exspectabat. Exactè officio fungitur mediatoris inter Deum & homines. ho. 26. n. 5.

II. *Descendens de monte.* Velut fluuius Iordanis, qui

aquas effunderet doctrinæ saluberrimas. homil. 24. numer. 2. 3.

III. *Stetit in loco campestri.* In loco stetit omnibus communi: etenim omnes admittit, & omnibus patet diuitibus & pauperibus. Non est cur eum tibi appropies, neque statui. Vide dicta in Euangelio: *Si quis vult venire.* Ad eadem verba.

IV. *Omne turba quarebat eum tangere.* Hoc verbo significat Euangelista cunctos summa deuotione motos accessisse; nec enim dicuntur Christum tangere, nisi qui illa feruentes accedunt, vt hoc ipse declarat in eo quod ait, quando mulier sanguine fluens eum tetigit. hom. 1. n. 18. 19.

V. *Et ipse eleuatis oculis.* Super hæc verba, & quæ sequuntur in Euangelio vide notata in festo Omnium SS. *Videns Iesus turbas.*

IN FESTO CONFESSORIS PONTIFICIS.

I. *Homo quidam peregrè proficiscens vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua.* Matth. 25. Demonstrat Euangelium Dei liberalitatem, qui nobis manu adeo effusa sua diuidit & communicat bona: vt omnia nobis tradiderit, vt illis nostram negotiemur salutem & gloriam: hanc enim solam ipse præ oculis habet. Vt autem nos ad hoc impellat, nobis asserit se strictam à nobis rationem exacturum de negotiatione, seruos bonos & fideles remunerando, negligentes autem & desides puniendo: hanc autem concionem ad vltimum vitæ suæ terminum distulit, vt tanto tenacius inhæreret memoriæ, nam finem imposturæ prædicatori biduo ante mortem suam, hanc nobis proponendo exactionem, quam à nobis exiget; expediens erit, vt *Finem loquendi omnes pariter audiamus.* hom. 6. n. 10. 11.

II. *Homo quidam peregrè proficiscens &c. tradidit illis bona sua,* Hoc primum Dominus intendit, vt scias, bona quæ possides diuitiarum, dignitatum, sapientiæ &c. tua non esse, sed illius, nam illa tibi ad negotiandum tradidit. Considerata hæc multis vtilis erit. Vide notata Dom. 8. post Pentecosten, ad illud: *Homo quidam habebat villicum &c. Quasi dissipasset bona ipsius.*

III. *Tradidit illis bona sua.* Lauda insignem eius liberalitatem; etenim omnia sua bona tradidit, & Deus hoc ita effusè fecit, vt nullum habeat bonum, quod tibi non communicauerit ecce quam te sibi habeat deuinctum, vt fari possit. *Non plus vltra.* hom. 17. numer. 29.

IV. *Tradidit bona sua.* Tu ipse perpende vtrum in Deo bonum aliquod ueueris quod tibi non tradiderit; dedit cœlos, terram, Angelos, & Apostolos. ho. 34. n. 28. Et hoc ipse Christus confirmauit in hæc verba: *Nouissimè misit filium suum.* Quod audiens D. Paulus adiungit: *Qui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum;* Confer illud: *Tradidit.* D. Pauli, cum illo: *Tradidit bona sua,* huius Euangelij: *Quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit.* hom. 17. n. 44. 45.

V. *Tradidit illis bona sua.* Tibi Deus tradidit omnia bona sua ita abundanter, vt illis circumualleris & circumcingaris, & meliori ratione quam Ioseph dicere possis. Dominus meus omnia mihi tradidit &c. quomodo possum peccare in Dominum meum. hom. 45. n. 11. 12. 13.

VI. *Tradidit illis bona sua.* Poterat iustè Dauid hortari animam suam, vt Deo benediceret, quia illam bonis suis coronauerat: & is cui hæc sepes deest, quia Deum offendit, verius diabolus quam homo nuncupandus est. h. 17. n. 32.

VII. *Vni dedit quinque talenta, &c.* Non omnia vni largitus est, ne ille, quia omnia reciperet, ex multitudine superbiret, & ceteri ex inopia deficerent: nec omnia omnibus tradidit: quia non esset qui negotiaretur: sed illa variè distribuit, imposita singulis obligatione negotiandi. Vide cur quidam sint sapientes, alij ignorantes, vt omnes negotientur, illi docendo, hi addiscendo: eadem ratione diuites sunt & pauperes ex qua Theodoret. diuinam tuetur prouidentiam. hom. 36. n. 7. 8. Et hoc prosequitur potissimum respectu diuitum, cui Deus copiosiora tradidit terræ talenta. ibid. num. 9. 10.

VIII. *Vni dedit quinque talenta, alij vero duo, &c.* In hac vita Deus omnia non tradit talenta; imo potius non est aliquis cui non aliquod deficiat: hoc enim nobis sic expedit; Quia licet in hoc mundo tot sint in singulis domibus defectus, illi tamen sic afficimur, nec illo volumus egredi; quid faceremus, si singuli omnia talenta possiderent: ita D. Augustin. argumentatur. hom. 24. n. 25. 26.

IX. *Vni dedit quinque, alij duo.* Non creauit nos Deus in hoc mundo quasi in termino, vbi quiescemus, & semper moraremur; tantum nos in illo statuit, vt nostram operaremur salutem: hic enim finis est, quem Philosophi non intellexerunt, adeo fusos, copiosos imo fatuos proferentes discursus circa finem, in quem Deus hominem creauit: quem Dominus nobis exposuit, dicens eum esse, vt nobis cœlum lucraremur: vnde illis tradidit singulis talenta quæ sunt necessaria, & magis conducunt eius acquisitioni: nec omnia omnibus congruunt: nam cum hoc quo salnatur ille, hic condemnatur. Huic conuenit morbus, & infirmitas, vt exponit D. Paul. ho. 24. n. 26. & seqq. Per quod ita conquieuit Apostolus, vt erat melior

doctus. h.42.n.96.97. Et tibi conuenit languor, qui te lecto proſtratum detineat. ho.24. n.28. Argumentum hoc vtile eſt. Alteri prodeſt valetudo: vnus cum ſimplici ſaluatur ignorantia, alius ex ſapientia condemnatur &c. Quocirca non omnibus omnia quadrant talenta, & tibi perſuade, quod tibi Deus tradidit, eſſe tibi maximè conueniens. h.2.n.24.

X. *Vni dedit quinque.* Deus auctor eſt omnis boni, & omne bonum ab illo procedit: ſed non omnibus omnia concedit, hoc etenim cœlo reſeruatur. Myſterium hoc eſt ſublime Theologiæ, & quod noſtrum inflammare deberet deſiderium, conſiderando nobis in hac vita tanta deeſſe bona & talenta; ibi vero complebitur illud Apoſtoli: *Erit Deus omnia in omnibus.* hom.12.n.30.31. h.41.n.63.64.

XI. *Vnicuique ſecundum propriam virtutem.* Hæc verba diuerſimodè explicantur; ſed finaliter ſignificant, quod ſingulis dederit totum illud quod illis erat neceſſarium, quo ſalutem ſuam operarentur. hom.17. num. 29. 30. Itaque nullus conqueri poteſt Deum illi defuiſſe, & non toleranda fuit ſerui vnius huius Domini impudentia, qui Domino culpam adſcribebat, quod nihil lucratus fuiſſet; cum mera eius eſſet & damnanda negligentia, vt bene Dominus ex eius verbis confirmat. hom.37.n.51.52.

XII. *Vnicuique ſecundum propriam virtutem.* Plura Deus vni quam alteri tradit talenta; quamuis enim nos creauerit æquales in natura, quoſdam tamen in loco ſtatuit ſuperiori, alios vero ad inferiorem repreſſit, ad bonum & conſeruationem mundi. ho.14. num.3. vſque 7.

XIII. *Vnicuique ſecundum propriam virtutem.* Mirare ſuauem Dei diſpoſitionem, qui non exigit à ſingulis niſi ſecundum propriam virtutem, nec ad plura te vult obligare quam poſſis, nec ad amplius lucrum, quam eſt tuum talentum; nec ad largiores eleemoſynas, quam tuæ ſint facultates. hom.17. nu.37. Non crudelis eſt vt diabolus qui graniſſima quæque poſtulat, non tantum tuis conformia viribus, & naturæ rationali, ſed quod eidem plane repugnat, vt eſſe nouimus, proprios ſacrificare filios &c. h.25.n 64.

XIV. *Vnicuique ſecundum propriam virtutem.* Per hoc vult Dominus vt ordinate mundus dirigatur, diſponendo talenta & bona ſecundum propriam cuiuſque virtutem; hoc enim eſt quod mundum agit in ruinam, quod aliquis velit expenſas facere viribus ſuis ſuperiores, & opifex manuarius mercatori in his æquiparari, & hic viro in dignitate conſtituto. h. 27. n.62. vſque 66.

XV. *Vnicuique ſecundum propriam virtutem.* Multis aures præbui mihi loquentibus & quaſi contra Deum expoſtulantibus, quòd illis nullum erogauerit talentum, etenim opibus non abundant, nobiles non ſunt, ſalute non valent integra, palmum terræ non poſſident ſibi proprium, vbi pedem figant, & moretur. O te diuina prorſus ignorantem inquit D. Chryſoſtom. hæc ſunt meliora talenta, & quibus lucra conquiruntur eminentiora: nempe tribulationes, penæ, languores, quia in domo Dei lucra ditiora non tam agendo quam patiendo comparantur. hom.32.nu 27. Vide Dom. Sexageſimæ ad illud: *Fructum referunt in patientia.*

XVI. *Vnicuique ſecundum &c.* Talenta in domo Dei ceteris eminentiora ſunt aduerſitates, quod egregiè Iob his verbis exponit: *Si bona ſuſcepimus &c.* ho.32.n.27. vſque 31. vnde videbis illa familiaribus à Deo amicis conceſſa. Tu iudica, numquid Apoſtolis plures tribuit cenſus, opulentas baronias; non illis conceſſit niſi mortales anguſtias, extremam paupertatem, anxias neceſſitates, & plures quam reliquo toti mundo: quibus negotiati ſunt & lucrati nihilo minus quam totum Dei regnum. ibid.n.23. vſque 27.

XVII. *Vnicuique ſecundum propriam virtutem* Præcipua talenta ſunt tribulationes & infirmitates: nec illa videmus, quia carnis tantum oculis cuncta inſpicamus, quocirca nobis Apoſtolus oculos optabat quaſi lynceos, qui ſub terra præterlabentem detegunt aquam. hom.11.n.8.9. h.32 n.21.22.

XVIII. *Vnicuique ſecundum propriam virtutem.* Ne dixeris: Deus nulla mihi tradidit talenta; erunt etenim in magnum tibi commodum illa, quæ tu dicis defectus, morbos, paupertatem, ſi reddideris illa voluntaria, vt fecit Chananæa, grauem illam calamitatem quâ laborabat, & ignominiam quâ à Chriſto notabatur; illis etenim tantum lucrata eſt, vt Dei voluntatem ſuæ ſubieciſſe videatur. hom.9.nu.47.48. Iu quoque latro fecit opera ſua ſpuria legitimandoh.46. n.17. Et hic lucrandi modus Deo perplacet vt primæ ficus. hom.9.n.49.

XIX. *Negotiamini dum venio.* Ne credideris tibi datam à Deo dignitatem vt ſedeas otioſus, nec te Paſtorem inſtituit, vt deſes quieſcas, lacte lanaque gaudens, ſed vt cum illis ouibus negotieris, quas tibi commendauit, nam ideirco dicuntur talenta, quod nomen licet grandem ſignificet bonorum quantitatem, gratiæ etiam ſignificat onus, & hoc apprimè declarat corona in Regibus. hom.15 n.33. vſque 37.

XX. *Negotiamini dum venio.* Animæ vocantur Dei hereditas: tanti nam que illas facit, vt oſtendat eas eſſe principalem eius partem, illas autem ſi quis tetigerit, tangit pupillam oculi eius. hom.38.n.118. Sunt illi chariores & digniores quam ipſis regibus ciuitates. h.20.n.23. & h.21.n.55. quocirca illis attingit, vt ſuper illas diligenter vigilent, & tantum referant lucrum, vt illas reddant virtutibus & meritis perfectiores, vnde Prælatura talentum eſt grane, quod ele-

gantes

ganter exprimit mitra Præsulum, & angustiæ D. Gregorij. h.15.n.37.vsque 43.

XXI. *Negotiamini.* Ne tibi persuadeas ô dives, quòd tibi Deus sua tradiderit bona, vt quiescas desidiosus, illa cuncta digerens nullâ curâ sollicitus per eleemosynas tuam negotiandi salutem: nam in illum finem tibi quotidie mittit pauperes, vt lucreris, illos morum bonorum efficiendo vectores. hom.1. nu.39. illo quoque medio Dei consequaris misericordiam: qualis etenim fueris erga pauperes, talis & tibi Deus futurus est, vt diximus in festo omnium Sanctorum ad hoc *Beati misericordes.* Sufficienter te posset instruere finis diuitis epulonis infaustus. hom.16.nu.5. Quia vero Dominus tuam nouit circa hoc duritiem: hoc confirmauit resuscitando mortuum. ibid.num.4. adduxit illud de alio illo diuite, cui Deus cum abundantiam largitus fuisset bonorum, credebat hæc omnia sibi soli concessa, vnde sic animam suam adhortatur: *Anima mea habes multa bona &c.* hom. 39. numer.16. hom.40.num.5.

XXII. *Negotiamini dum venio.* Bonus Dominus qui bona sua distribuit seruis suis, vt cum illis quæstum faciant, fiantque diuites, & saluentur. Satis multos lugemus, qui seruis suis occasiones exhibent tantum vt perdant eorum animas, cum quibus in æternum damnantur, & occasio sunt causaque damnationis aliorum: vnde solemnem intro.tum facient in infernum illis associati. h.35.n.22.23.

XXIII. *Negotiamini dum venio.* Ecce ratio ob quam tibi Deus sua largitur bona: & si non lucrum facere cum illis in eius obsequium, sufficiens sit causa perditionis: quid erit, si quis illa contra Deum ipsum intraueris, vt multi faciunt, qui Deo bellum inferunt iisdem bonis, quæ illis confert, atque in hoc consistit eorum negotiatio? h.35.n.16.

XXIV. *Negotiamini dum venio.* Multi sunt qui bona Dei recipiunt, non vt illa dent ad mensam, sed diliquent, vt fecit Prodigus: nam accipiens bona sibi à patre tradita, omnia luxuriosus abliguriuit, suamque perdidit substantiam. O fatui nobiles, & dimites illi similes, qui bona Dei inutiliter expenditis, vt io vacantes impudicitiæ quâ tota vestra consumitur substantia. Perpende quod si ille, qui lucrum ex negotio non retulit, bona non adaugens sibi à Domino tradita, damnatus inter it, quid tibi timendum, qui redum non conseruas vt ille, talentum tibi à Deo concessum, sed illud perniciosè dispersis? hom.18. num.28.vsque 37.

XXV. *Negotiamini dum venio.* Hoc officium exigit à Prælatis Deus, vt pecuniam suam expendant cambio & vsuræ: hæ etenim licitæ sunt, imo necessariæ, quantum sunt detestabiles quas committis in facultatibus temporalibus, nec aliud à te postulat, quam te suas elargiri pecunias, nam in se suscepit illas à te cum vsura lucroque repetere: ita vt prædicatori tantum incumbat tibi Dei pecuniam erogare, nempe verbum Dei: nam eius à te rationem exigere, «Deo reseruatur, & lucrum prædicatoris consistit in prædicando vt decet: qui nullum licet referat emolumentum, securum illi suum est præmium. Deus à te verbum hoc exiget quod recepisti, & quem cum eo quæstum fecisti. Sic D. Chrysost. hom.22. num.33.34.35. hom.49 n.28.29.

XXVI. *Peregrè profectus est.* Eleganter exprimit mysterium saluationis: etenim præcipuum, cum quo decet nos eam operari sunt opes & pecunia Dei; sed faciens ipse quod sibi faciendum incumbit, dicitur profectus esse, ostendens, quod tuum est, tibi faciendum. hom.15.num.23.24. Saluatio tua lusus est societatis. h.10.n.33. h.24.n.48.

XXVII. *Peregrè profectus est.* Nunquam Deus longè à nobis abest. *Non longè est ab vnoquoque nostrum,* & particulariter; cum tali modo largiatur sua bona Deus, vt ab ipso dependeant, non tantum in constituendo illa, sed etiam in conseruando, sicut pendet à sole lux, sed dicitur quod abeat, quia nos relinquit adeo liberos, ac si mille leucis à nobis distaret. h.17.n.42.h.18.n.20.

XXVIII. *Peregrè profectus est.* Hoc tibi inter alia maximè prodesset, si Deum semper haberes præsentem, non tantum vt opera tua dirigeret velut ad vltimum finem, sed etiam vt idem te moneret, quatenus prudenter cautèque te gereres, non faciendo coram oculis eius & Angelorum, quod coram me vel alio quolibet agere non præsumeres homine: & hoc ex Moyse & Dauide discimus. h.1.n.30. & h.26.n.15.16. Et hoc medio vsus est Ioseph in prægnanti sua & periculosa occasione. ibid.n.16.

XXIX. *Post multum vero temporà, venit Dominus.* Qua veritate dicitur post multum venisse temporis: cum omne huius vitæ tempus adeo modicum sit, vt etiam dixerit Iob. *Breues dies hominis sunt.* ho. 1.num.47. Et de hoc inter alia Deus te monet, tempus tuum exiguum esse, vt per hoc te reddat sollicitum? *Tempus breue est,* dicebat D. Paul. hom.36. n.42. Et hoc maximè diabolum reddit anxium vt tuam procuret damnationem, quod *Sciat, quia modicum tempus habet.* ibid.n.46.vsque 49. Quomodo ergo dicitur: *Post multum temporis.*

XXX. *Post multum vero temporis.* Quid hoc est Domine, multum temporis dicis? An ergo ignoras, quod ex eo tantum, homines majorem sument licentiam perseuerandi in peccatis suis; nam ex ea ratione in diebus Noë illam sibi acceperunt, sic vt Deũ compulerint præfixum eis terminum viuendi præscindere? hom.31.num.30.

XXXI.

XXXI. *Post multum vero temporis.* Nulla latet hic difficultas, nisi quod tempus breue est, & quamuis in se longum sit (quod tamen non est) illud Deus tam modicè tribuit, vt non concedat nec habeas ex eo securum aliquid, nisi vnum instans, vt eo modo tantò diligentiùs illud conserues, tanquam rem pretiosam. h.36 n.43. & nihilominus dicit Dominus, tempus esse multum, quia phrasi tua loquitur, tibi namque persuades illud habere te ita superfluum, vt quæras quibus illud otiosè transigas, imo quibus perdas; quod grauiter deplorat D.Bern. ibid.n.42.

XXXII. *Post multum vero temporis.* Vocat illud multum, quia tuo iudicio multum est; nam te diabolus fallit, tibi hoc firmiter persuadens, & decipiens vt astutissimus pictor. hom. 36. nu.43. Si Ioseph tempus habens ex diuina reuelatione securum, non passus est ex eo vel punctum perire, colligens triticum; & si diabolus timens ne tempus illi finiatur, dum minus de illo cogitat, ita sollicitus est; addisce quid tibi sit agendum.ibid.n.44. Cane ne tibi contingat quod Regi Balthassar. ibid.n.48.

XXXIII. *Post multum vero temporis.* Multum temporis tibi est, quo tuum lucreris remedium & salutis nem, quandoquidem momento temporis te possis reparare; & vna lachryma valeat omnia tua peccata demergere; multò efficaciùs quam aquæ maris rubri præualuerint ad demergendum Pharaonem. ho. 38. n.78 Si valeas vnico instanti efficere, cum tot & tot habeas horas, multum tibi superest temporis; idcirco dixit Propheta: *Vocabit contra te tempus.* Tempus etenim quod tibi largitus est abundanter, seruire debet faciendæ pœnitentiæ, sed nouis illud impendis sceleribus, vt illa in Apoc. hom.35. num.37. vsque ex nunc; quamuis enim damnatis in inferno videatur breue totum illud tempus quo vixerunt, ipsis testantibus. *Nos nati continuo desiuimus.* hom.1. nu.47. nunc tamen longum censetur quo tu viuis, quandoquidem vno instanti, quod exillo habuerunt, suam potuissent saluare animam.

XXXIV. *Venit Dominus seruorum illorum, & posuit rationem cum eis* Hoc continua Sanctos custodia detinet vigiles, cum sciant Dominum venturum ad iudicium, atque ad hoc perpetuò vigilet, vt dixit Hierem. hom.14.num.61.

XXXV. *Venit Dominus.* In pluribus concionibus, quas Dominus his diebus habuit, idem hoc declarat: in alia namque parabola sic ait: *Venit Dominus seruorum in hora, qua non sperant*: etenim te Deus præmonet, quod inexpectate sit rapturus, & dum minus cogitas; nam quando hoc contingeret, dicere non poteris, te non fuisse præmonitum, denique si horam mortis tuæ scire desideres, illam tibi Christus reuelat, dicens: *Qua hora non putatis.* Quocirca dicit Spiritus S. stultam esse rationem illius, qui dicit, non putabam, quod ita me morbus, morsque inuaderet. Documentum notatu dignum. h.31.n.8.vsque 12.hoc etenim Dominus indicauit in parabola de virginibus, dicens: *Media nocte clamor factus est, Ecce sponsus venit.* Quâ te capiunt velut in muscipula, de qua vatet Amos. hom.36.n.47.48.

XXXVI. *Venit Dominus seruorum illorum.* Hæc consideratio futuri iudicij, in quo Dominus venturus est, & omnes in illo compariturus, summo Sanctos more perterruit. hom.6.num.2. Quam si quotidianam haberes, anima tua mundior fieret à peccatis quam Naaman à lepra ex aquis Iordanis. ibid. n.4. Idcirco hoc Deus magis explicitè hominibus à mundi exordio proposuit. ibid.n.7.vsque 12.

XXXVII. *Posuit rationem cum eis.* Habes hic constituendum sit extremum iudicium, vt Deus rationem exigat ab omnibus & etiam rationem reddat regiminis mundi, quod modo videtur omnino inordinatum & peruersum: hoc est: *Posuit rationem cum eis.* hom.6.n.19. vsque 35.

XXXVIII. *Posuit rationem cum eis.* Nescio quam esse possit maior stultitia, quam cum seruus reddendam rationem Domino ita seuero, vt quendam condemnet, non quia Domini bona perdidit, sed quia cum illis nihil superlucratus est, tamen tanta vtamur incuria, vt his non studeamus componendis rationibus, cum valde contingens sit & proximum, illas à te hac nocte exigendas sicut ab altero diuite, cui dictum est: *Hac nocte repetent animam tuam* Imitari deberemus Ruth & formicam. h.34.n.30.

XXXIX. *Posuit rationem cum eis.* Perpende verbum *Posuit rationem cum illis.* q.d. illas exegit ordinatè & rationabiliter, non enim exigit Deus eosdem ab omnibus fructus: ab illo namque qui plura recepit, plura requiruntur. h.17.n.37.vsque 42.

XL. *Posuit rationem cum eis.* Ratio & computus instituenda sunt: fructus & prouentus Deus à te tuorum postulabit quæ tibi tradidit, & eius quod in te seminauit: fructus etenim ex illis non referens damnationem incurres grauiorem, quam fices & Rex Balthassar. h.17 n.46.47.

XLI. *Accedens vnus dixit: Domine, quinque talenta &c. Ecce alia quinque superlucratus sum.* Ipse dicit, quod lucratus ipse sit alia quinque talenta: & D. Lucas eandem proponens parabolam, dicit, quod dixerit: *Domine mina tua decem minas acquisiuit:* Totum lucrum attribuens talento, & pecuniæ Domini, profundum denotans gratiæ mysterium: qui namque principaliter, operatur & lucrum facit: quamuis dici posset quod in cum illa lucreris, verumen habet doctrina, ipsam esse quæ tecum negotiatur facitque quæstum: sic enim fatetur D.Paul. Sa

ego sed gratia Dei mecum. His conuenienter insignes profecquimur materias Theologicas. hom.29.num.42. vsque 52.

XLII. *Euge serue bone, & fidelis.* Verbum hoc *Euge*, animum signat excitatum congratulantis alteri: nihil enim ita Deum lætificat, quam videre nos locupletes opulentos vt dixit Moyses hom.10.num.7. hic etenim finis est quem intendit, atque hic est ardentium eius terminus & scopus desiderjorum, & hoc verba ista significant: *Quis det eos talem habere mentem* hom.41 num 65.

XLIII. *Euge serue bone & fidelis.* Ita lætatur, & seruo congratulatur, ac si totum ille fecisset, cum tamen ita sit, quod totum Domino sit adscribendum. Ipse namque talenta tradidit, vires & fauorem suum: & nihilominus extollit quod nos facimus ac si lucra hæc nostris fuissent pecuniis & diligentia comparata. Nullus eloquentior prædicator, nec qui melius aliquem laudet, quam Deus seruos suos, magnifa iendo illud exiguum quod faciunt: nam vt Abrahæ celebret encomium, videntur illi verba deficere: vnde sic ait: *Quia fecisti rem hanc.* hom.2 nu.52. hom.3.num.48.

XLIV. *Euge serue bone & fidelis.* Mirare Dei celsitudinem: etenim titulum tribuit iustitiæ ei quod ex mera sua procedit misericordia, famulos suos honore afficiens, & designans se velle, vt gloriam, quam illis tribuit, attendant tanquam suo sibi marte conquisitam; per quod nos honorans se probat perfectè liberalem. h.25 n.45. vsque 50. Vide in festo D.Petri ad illud: *Ego dico tibi quia tu es Petrus.*

XLV. *Euge serue bone & fidelis.* Optimè duo illa conuingit, esse bonum & fidelem; pariter namque gradiuntur bonitas & veritas seu fidelitas, quia vero bonitas tantopere vbique deficit, etiam deficit in mundo fidelitas & veritas h.34.n.39.40.

XLVI. *Euge serue bone & fidelis.* Bonum appellat illum & fidelem; quia seipsum ex bonis Domini sui superbus non extulit, vt Lucifer; hic enim se Dei donis arrogans extulit, atque ideo de illo dicitur: *In veritate non stetit*; tales quoque fuerunt superbi Philosophi, & ex parte etiam Adam, illi fructus non referentes gratitudinis. ho.17. n. 16. Talis arguitur fuisse Saul arcum erigens triumphalem, manumque suam illi superstruens. h.29.n.46. Diuinæ manui negotiationem adscribe, vt Dauid. ibid. nec sis vt Assur. Rex & dicas: *In fortitudine manus meæ* ibid.n.24.

XLVII. *Supra multa te constituam.* Nihil Dominus singulare declarat & præmium nominatim hoc valet exprimere, idem fecit Isaias. hom.11.num.23. & declarauit illud Pauli gradatione oculorum, aurium, & cordis. hom 12.n.17.

XLVIII. *intra in gaudium Domini tui.* Hac lo-

quendi formâ, manifestat Dominus gloriæ magnitudinem vt luculenter expendimus h.11.n.31.32.33.

XLIX. *Intra in gaudium Domini tui.* D.Lucas eandem exarans parabolam, narrat accessisse seruum dicentem: *Domine, mna tua fecit decem mnas.* Cui Dominus respondit: *Et tu esto super decem ciuitates.* Deinde progrediens vlteriùs in ponendis rationibus, auferens talentum illi, qui nullum ex illo fructum retulerat, & præcipiens illi dari, qui cum suo decem fuerat lucratus; audinit à seruis obloquentibus. Domine, habet decem mnas, vel talenta: his concessis, remanserunt illi quinque prima sibi à Domino ad vsuram concessa, & illi quoque decem manserunt quæ lucraturus erat: & illi decem manserunt ciuitates & hæc est conclusio: quod quidquid nobis impertit Deus ad commodum, & quidquid ex illo lucramur, totum nobis remaneat, vt nihil inde Deus sibi comparet, quam nostram tantummodo vtilitatem. ho. 17. n.34.vsque 37. & appositè dixit Propheta: *Exulta, ecce Rex tuus venit tibi.* hom.41.n.59.vsque 68. Insuper quidquid à nobis sumpsit, totum nobis contulit ad salutem. ibid.n.68. vsque 71.

IN FESTO S. CONFESSORIS PONTIFICIS.

I. *Vigilate, quia nescitis, qua hora Dominus vester venturus sit.* Matth.24. Optimè quadrat festo Confessoris Pontificis hoc Euangelium, in quo Christus nobis præcipit, vt perpetuis instemus vigiliis; quibus namque hoc maximè incumbit, sunt Prælati: sunt enim *Vigiles qui custodiunt ciuitatem*: nec solum tenentur vigilare pro se & per se, sed etiam pro aliis & per alios. Conceptus hic depromitur ex D.Hieron. h.15.n.38.39.

II. *Vigilate.* Est hoc Euangelium pars illius sermonis, quem Dominus fecit biduo vel triduo ante mortem suam: nam ex industria ingressus Dominica Palmarum Hierusalem moram traxit in illa prædicando vsque in diem Iouis & Parasceues, quo die oblatus fuit: figuram adimplens Agni, quem quintiduo ante abducebant in ciuitatem & domos, quo tempore inter ipsos domesticos balando ambulabat à quibus erat immolandus. h.41.n.18.

III. *Vigilate.* Specialiter prædicati nem illius quatridui, vel quintidui duobus complexus est punctis. In primo Iudæos de graui conuincebat iniquitate, quam commiserant, illum in pleno concilio mortis reum proclamantes. Hoc fecit in parabola de vinea, & inuitatis ad nuptias quas Rex filio suo præparauerat. Secundum ac principale fuit: iudicium prænuntiare venturum, strictamque in eo reddendam ratio-

nem. Eo fine propoſuit parabolam de talentis, de decem virginibus, & finem impoſuit concioni ſuæ dicens clarè & diſtinctè hiſtoriam de iudicio, qualiter venturus ſit iudex, quâ ratione omnes populi comparituri ſint, quomodo ſententia pronuntianda bonis in ſauorem & malis in damnationem, concionis autem hic erat epilogus: *Ibunt hi in ſupplicium æternum, iuſti autem in vitam æternam.* Quam vt conicio more noſtro concludit; hic per gratiam, & ibi per gloriam. hom. 6. num. 10. Pars huius ſermonis complectitur hoc Euangelium, in quo nobis præcipit vigilandum. Inſignis eſt hæc miſericordia, qui namque nos ſic præmonet, tam que ſerio non libenter nos comprehendit ſocordes & incurios. h. 13. n. 2. 3.

IV. *Vigilate.* Tenemur ſeduló vigilare cum inimicos habeamus perpetuò vigilantes vt nos perdant, qui cum ſint adeo potentes, ſi nt etiam innumeri. Diſcurſus hic excitet te. h. 5. n. 23. vſque 28.

V. *Vigilate.* Quæſtio fuit hæc admodum difficilis, cur Deus tantos rel querit nobis inimicos ſpirituales in mundo: nam ex opinione Origenis de illis dicitur, quod ſint: *Sicut arena maris.* hom. 5. num. 25. Videtur hoc enim paternæ illius repugnare prouidentiæ. Sicut repugnaret patris, ſi multos permitteret inimicos vbi filium ſuum habet; ſed certum eſt illos à Deo non relinqui nobis ad damnum, ſed ad multam noſtram vtilitatem. hom. 19. n. 2 3. & potiſſimum illos permittit duabus de cauſis. Prima ſit, vt ordinariè ad Deum confugeremus, & nos ab illo non ſepararemus, rogantes illum vt nobis ſubueniat, & vires tam crudelium inimicorum roburque confringat. nam id tantum poſſunt quod ipſis poſſe permiſerit. ho. 5. n. 35. h. 19. n. 3. Secunda: vt perpetuò vigilemus: nam idcirco dixit D. Petr. *Sobrij eſtote & vigilate in orationibus, quia aduerſarius veſter &c.* Ratio D. Ambroſ. proponitur. ibid. n 10.

VI. *Vigilate.* Non tantum obligamur vigilare ob prædictam rationem, ſed potiſſimum ob eam quam Dominus intimat: *Quia neſcitis qua hora.* Et abſque dubio ſoli citos nos decet reddere ſtrictum iudicium, quod fiet cum ſententia, quæ fixam habebit executionem, omni poſtpoſitâ appellatione & iudicio, in quo Deus iudex ſedebit. Cujus tantum cogitatio D. Hieronymo oſſa terrore concutiebat. hom. 6. num. 2. & cum illud Proconſul Feſtus non crederet, illo tantum audito contremuit. ibid. num. 3. Omnis tua foret ſalus, ſi hoc comunitèr perpenderes; maiores etenim effectus in te operaretur quam aquæ Iordanis in Naaman. ibid. numer 4. vſque 7. fuit hic articulus magis explicitè propoſitus à principio mundi, & quo Chriſtus ſuam abſoluit prædicationem: quatenus fræno potentiori liberiorem hominum viuendi diſſolutionem reſtrinaret. ibid. num. 7. vſque 12. Et ſi obligatio reddendi rationem Regi ſeuèro nos reddat anxios quanto magis dum eam reddere Deo tenemur? ita D. Gregor. hom. 6. n. 64.

VII *Vigilate quia neſcitis.* Licet ſufficiat ſcire finem eſſe iudicium cum ſtricta executione, veruntamen quod nos magis reddere debet anxios hoc eſſe dictum, quod Dominus nobis prænuntiat, eius nos horam ignorare Diuina fuit hæc prouidentia ſtatuta ad noſtram vtilitatem. Nota diſcurſum. h. 6. n. 40. 41.

VIII. *Vigilate, quia neſcitis.* Deſiderium omnibus vniuerſale hoc eſt, quo Dauid flagrauit, vt mortis ſuæ horam prænoſceret, *Notum fac mihi Domine, finem meum*: & mihi perſuadeo ſingulos veſtrum multa daturos: vt horam hanc ſciretis; ſed iam vobis eam intimabo, vel melius dixero, Chriſtum audite; eſt enim ſapientia æterna, & illam probè nouit, dicitque vobis eam futuram mortis horam, quam minus cogitatis: *Qua hora non putatis.* Conceptus memoria retinendus. hom. 31. n. 20.

IX. *Vigilate.* Per hoc inter alia nos diabolus perdit quod nobis vitam ſpondeat ſecuram: & perſuadet quod quamuis nobis ſit moriendum, non tamen tam cito. Hæc cauſa eſt cur ſceleribus tuis negligens indormias vt dixit Amos: *Elongantes die malum*, appropinquantes ſolio iniquit: tis. hom. 31. num. 21. vſque 25. Præmonet te Dominus certâ doctrina, ne tibi fidas, neſcis etenim horam quâ Dominus venturus eſt, quo que veniet vt fur, horâ minus exſpectata & opportuna; nam vncinum defert, de quo Amos, & te comprehendit ex inopinato, vt Balthaſſarum, & Alexandrum Magnum. h. 31. n. 17. vſque 22.

X. *Vigilate, quia neſcitis.* Ne fidas adoleſcentiæ tuæ, nec vitam tuam arb. treris ita firmam vt columnam eſſe dixeris; te namque præmonet Chriſtus, quod eam vel modicus ventus vt nauim rapiet inopinato. Documentum hoc dico ſolidum. hom 31. num. 22. vſque 28.

XI. *Vigilate, quia neſcitis.* Verba hæc propriè iuuenes magis tangunt, quam ſenes, cum hi poſſint quotidie mortem ſuam timere, quia peccata Domini promouent Aduentum, vt patuit in eo quod contigit in diebus Noë. hom. 31. num. 28. hæc autem frequentiùs iuuenes committunt: atque per hoc dum minus de morte cogitant, & Aduentu Domini, credere poſſunt, quod tunc veniet, iuxta regulam quam ipſe ſtatuit: *Qua hora non putatis filius hominis veniet.* ibid. num. 31. 32. 33.

XII. *Vigilate, quia neſcitis.* Hinc Dominus rationem proponit quâ nobis manus pedeſque ſtringat: quod ſi diabolus vt leo rugiens, circumeat, nos perditurus, nec momento temporis quieſcat; quia neſcitis horam in quâ nos Dominus eſt vocaturus, & ſcit quod ſi tunc eius euadamus manus numquam amplius ex-

ſa-

sit expectatus; quantò magis conuenit te vigilare, qui nescis horam Aduentus Domini; si namque paratus non sis, actum est de te in æternum. homil. 31. numer. 42. vsque 46. Væ tibi misero, te etenim diabolus vt in muscipula comprehendet nihil tale cogitantem, vt prænouit Vates Amos. ibidem num. 46. vsque 49.

XIII. *Vigilate, quia nescitis.* Non tantum te vincit ratio Christi verbo tenus hoc tibi dicentis, sed etiam id quod opere compleuit; etenim *Sciens quia venit hora eius.* Primò disposuit ea quæ ipsum tangebant, ascendens tribunal; quanto magis hoc tibi competit. Qui horam ignoras? Vigila vt Ruth, & formicam imitare. hom. 34. num. 30. vsque 34. vigila & intra in tribunal cum Domino, tuos omnes sensus & potentias introgans: *Quis ex vobis arguet me de peccato?* am enim tui prædixit Apostolus, quod si vt oportet rationes tuas instituas, teque ipsum iudicaueris, non iudicaberis. ibid. n. 29.

XIV. *Vigilate, quia nescitis.* Ne vos Deus inopinato comprehendat: audistis etenim ex Iob, *Si repente interroget, quis respondebit ei?* h. 32. n. 52.

XV. *Vigilate, quia nescitis qua hora.* Hæc Domini sententia tanto tremore Sanctos percellit, vt non audeant se in peccatum dare præcipites: quia quâ hora quis peccatum committit mortale, lata est contra eum sententia, & nescit, vtrum immediatè venturus sit Dominus, nec tempus illi vlterius daturus. h. 13. n. 41. 42.

XVI. *Vigilate, quia nescitis qua hora.* Ex hac Domini sententia metu deberent omnes concuti peccatores; quia peccatis suis sunt quasi clauis affixi, & venente Domino repentè, non possunt se faciliter expedire. h. 13 n. 53. 54. multis contingit id quod Sisaræ, & perterret visio S Theresiæ. ibid. n. 55. 56.

XVII. *Vigilate, quia nescitis.* Attende peccatorum insipientiam: cum enim horam ignorent Aduentus Domini, peccatis suis inhærent pertinaciores: & venente Domino, dum minus cogitant, multis accidit quod gubernatori, cuius tormenta bellica sunt clauis confirmata. hom. 13. num. 56. 57. Tales appellat Isaias delusores, qui criminum suorum nodos multiplicant, nam accedente Domino, inexspectato, vires illis non sunt quibus illos explicent. homil. 13. numero 58. vsque 64.

XVIII. *Vigilate, quia nescitis.* Caue ne tibi contingat quod Pharaoni: adfuit enim derepente Dominus, eumque taliter apprehendit, vt retrogradi non posset: nec etiam quod Sauli, qui computum suum non bene disposuerat. h. 13. n. 64. & seqq.

XIX. *Vigilate, quia nescitis.* Cum diem prænosceret Ioseph futuræ sterilitatis, paratus fuit ab illo die, vt in tempus hoc colligeret triticum, scilicet toto septennio præcedente. hom. 36. numer. 44. Et Noë cum tempus venturi præsciret diluuij sibi à Deo reuelatum, confestim se præparauit, nec in horam distulit. Vide quid tibi sit agendum, qui illam ignoras. hom. 38. numer. 42. vsque 45.

XX. *Vigilate quia nescitis qua hora.* Hæc Domini nostri est misericordia, modicum tibi temporis elargiri, nec statim te in flagranti comprehendere delicto: quod si Dauidi non concessisset. D. Petro, & D. Paulo, quid actum fuisset de illis? *Patienter agit propter vos,* asserit D. Petrus. Caue ubi, ne tempus hoc rebus tuis disponendis, vitæque emendationi concessum eum irritando consumpseris. h. 35. n. 36. 37.

XXI. *Vigilate, quia nescitis qua hora.* Moram trahit Dominus. Quo tempore peccas, peccatum tuum contra te vociferatur postulans iustitiam, & illico proponit Deus illam executioni mandare; sic contigit Caino: nam eius crimina contra ipsum vociferabantur: & Niniuitis, de quibus testatur Deus: *Ascendit malitia eorum coram me.* Et hoc Deus denotauit Nabuchodonosor in illo quod audiuit: *In sententia vigilum.* hom. 13. num. 41. nihilominus conuenienter dixit Thecuitis, quod Deus diutius differat, ne te rapiat incuriosum: *Retractat cogitans.* Discursus hic ad oculum demonstrat Dei misericordiam. hom. 37. numero 22. 23.

XXII. *Si sciret Pater familias qua hora fur venturus esset. Vigilaret.* Dicta confirmat Christus argumento indissolubili. Si præscias venturos hac nocte fures, si horam quoque; illi principaliter & diligenter inuigilas; porro si illam nescias tota nocte pernigil perseueras; & hoc est, ex iudicio D. Gregorij, quod Dominus intendit, dicens se vt furem venturum, & horam tibi non indicans, ad perpetuam compellere te vigiliam. hom 6 n. 4.

XXIII. *Quis putas est fidelis seruus & prudens &c. vt det illis cibum in tempore.* Declarat Dominus, quod quamuis teneantur omnes excubias seruare, multò tamen strictiùs Prælati, quos Deus vt ministros suos constituit super familiam suam: *Quem constituit Dominus super familiam suam, vt det illis cibum in tempore.* Creat illos superiores; vult etenim eos esse in domo sua ad bonum eius regimen, magna namque fuit eorum amentia qui sustinuerunt, quod quandoquidem omnes simus in natura æquales, etiam esse debeamus in potestate. Error hic est intolerabilis: nam statuit Deus ministros suos *Super familiam suam.* Ita Theodoret. hom. 14. num. 3. 4. Et hoc voluit Deus intelligeretur de omnibus legibus, sed potissimum Euangelij. a. ibid. num. 5. 6.

XXIV. *Seruus quem constituit super familiam suam.* Tradidit nobis Deus Prælatos visibiles, cognitos, ad quos vnusquisque recurreret pro cibo sibi necessario. *Vt det illis cibum in tempore,* ad non leuem

familiæ suæ solamen & securitatem hom.14.n.9. nec vult Angelos ordinare huic officio. ibid.n.10. vsque 16. Vide dicta in festo S. Petri ad illud : *Super hanc Petram.* Huic etenim intentioni seruiunt.

XXV. *Seruus quem constituit Dominus super hanc familiam suam.* Eleganter exponit Dominus, officium Prælatorum hoc esse, vt serui sint ; atque in domo eius, is qui dignitate præcellit, debet etiam obsequio præcedere : quocirca Prælatos non extollit, vt sedeant, vt fusius explicatur hom.15.num.33.vsque 39. Bene hoc intellexit D. Gregor. cum electus in summum Pontificem hoc nomen assumpserit : *Seruus seruorum Dei.* Quocirca flebat amariùs iam electus.ibid. num.39.vsque 43.

XXVI. *Vt det illis cibum in tempore.* Maxima indiget prudentia Superior., & qui curam habet animarum, suo tempore subueniens, metens, & conformans quid vnicuique sit dicendum : quia nonnullos reliquere debet vt perditos, nempe hæreticos, qui vigore & supplicijs sunt adducendi. hom.22.n.21. In alijs tempus exspectare debet opportunum, sicut Ionathas in ordine ad patrem suum Saul. ibid. n.38.39. 40. & tempora considerare opus est, vt agit medicus respectu infirmi. ibid.n.45.

XXVII. *Seruus quem constituit super familiam suam.* Potestate fulget Prælatus super familiam Dei, quocirca teneris illum reuereri, nam etiam supremi Principes tenentur stare coram illis. h.14.n.27.& iniurias, quæ illis irrogantur, Deus vt proprias sumit. ibid.n.31. vsque 34. tanta que est eius potestas, vt ei tenearis obedire, iuxta illud Christi præceptum : *Omnia quæ dixerint vobis, &c.* ibid.n.34 35. Vide in festo D Petri ad illud : *Quodcumque ligaueris.* n.23.vsque 31.

XXVIII. *Super familiam suam.* Vigiles sunt super familiam Dei, quos custodes constituit: *Vigiles qui custodiunt ciuitatem.* Vnde rationem ab illis exiget singulorum qui de hac familia perierint, eritque adeo rigorosa prout Spiritus S. declarat nonnullis verbis, quæ D.Gregorio metum incutiunt. h.15.n.42.

XXIX. *Super familiam suam.* Magna sollicitudine vigilare conuenit Prælatis pro subditis, Iudicibus pro Republica, Patribus pro familia : nam defectuum ab illis ratio reposcetur, quasi eorum essent rei hom.23. num. 6. vsque 9. Et Prælatum, Patrem & Dominum qui domesticos suos non cohibuerit, Deus puniet, sicut olim eum, qui bouem cornuperam non refrænabat. hom.35.n.24.

XXX. *Quis putas est fidelis seruus &c. vt det cibum in tempore.* Quid cogitas ô dues, tibi datas diuitias vt tibi remaneant ? Scito te seruum esse & œconomum Domini ; nam tibi traditæ sunt, vt illas in pauperes distribuas ex familia Dei ; nam hi curæ illius commissi sunt, nec aliam habent ratam portionem, nisi illam quam illis per manus vestras elarginr. h.17. n.7. vsque 10. Si dispensator fueris infidelis, Deo iniuriam facies. ibid n.10. Vide Dom.8.post Pentecost. ad illud : *Homo quidam habebat VII. cum.*

XXXI. *Amen dico vobis, super omnia bona sua constituet eum.* Ecce quinam sint, qui præmia Dei sortiuntur ampliora, Prælati scilicet & ministri, qui lucrantur illi animas. h.22.n.55.56.

XXXII. *Super omnia bona sua.* Quis gloriam explicet boni Prælati, qui Deo plures lucratus est animas : cum illis enim ingressum facit solemnem & festiuum in cœlo : eo modo quo terrem Principes, qui sunt occasio quòd multæ pereant, cum illis ingressum celebrant solemnem in infernum, vt declarat Ezechiel. h.35 n 22.23.24.

XXXIII. *Super omnia bona sua constituet eum.* Patet hic quam procul reiciat Deus solutiones & compensationes quas homines fecerunt, quos mundus coluit vt liberales. Quos autem maximè tales nouimus, sunt Assuerus ; hic enim Esther addixit dimidium regni sui, & Herodes qui filiæ saltatrici Herodiadis idem iurauit : sed Deus totum suum & integrum promittit regnum, suaque omnia bona, vt nec vnum desit ; quodque illa dabit seruis fidelibus in perfectè, vt illos super hæc sit constituturus, vt Dominos eorum absolutos. Tu indica verum sufficiens in promissio, quâ seruus excitatus sit & vigilet. Regnum in somnis ostensum ita solertem reddidit Ioseph. quid igitur efficiet regnum integrum, immobile, infinitum. hom.11.n.3.

XXXIV. *Super omnia bona sua constituet eum.* Hoc verbo declarat Dominus magnitudinem præmij gloriæ suæ, nam illam proprio nomine non inscribens, cum sit impossibile illam declarat modo quo potest meliori dicens : *Omnia bona sua.* Vide præcedens Euangelium ad hoc : *Supra multa te constituam : intra in gaudium Domini tui &c.* num.47.48.49.

XXXV. *Super omnia bona sua constituet eum.* Ecce qualiter seruos suos honoret ; cum enim quodcumque agunt opus sit diuinæ misericordiæ, illi tamen tantum adscribit iustitiæ, vt tantò magis honorentur. Ita notat D. Chrysost. hom.25.n.45.vsque 50. Vide quæ dixi in festo S. Petri, ad illud : *Ego dico tibi, quia tu es Petrus.* num.15.16.

IN FESTO CONFESSORIS PONTIFICIS.

I. *Nemo accendit lucernam, & in abscondito ponit, neque sub modio.* Luc. 11. Multa & admiranda documenta continere debet hæc Clarissi-

sententia; cum illam ter iisdam verbis repetierit. Primò vt refert D. Matth. cap. 5. in celebri sermone in monte, statim in principio, Apostolis suis epitheta & nomina adscribens, quibus officij magnitudinem declarabat, quod illis iniungebat, nempe quod illos lucem mundi crearet. *Non accendunt lucernam neque sub modio ponunt &c.* Secundò: de seipso locutus vt legimus apud D. Marc. cap. 4. quando circa mare, plurima accurrente multitudine illi verbum Dei prædicat, docetque variis parabolis, & proposita illa celebri de seminatore, eiusq; successu declarato, hanc tandem subiungit sententiam. *Nemo accendit lucernam.* Tertiò: prout scribit D. Luc. quod habemus præ manibus, quando peracto illo famoso miraculo quo dæmoniacum, cæcum & mutum curauit, illud conati sunt calumniis aspergere Pharisæi, accedentes & alia maiora de cœlo petentes signa, nec non conuictis sacrilegis eorum blasphemiis, aggressus est declarare, quo fine miracula faceret, ipsosque tales esse, qui non solum ex miraculis illum non agnoscebant, sed pertinaciores obcæcabantur. Hoc exponit hac parabolâ. *Nemo accendit lucernam.* Vnde primus sensus hic est, quod Christus de seipso loquatur, dicens, quinam esset; in quem finem venisset, & quid rerum moliatur. Primò declarat quinam sit, vocans seipsum lucernam accensam. Persona Christi ineffabilis est, eiusque diuina mysteria, quia vero vno non possunt nomine comprehendi, illa multiplicat, pluribusque vtitur, potissimum autem seipsum manifestat signo lucernæ accensæ, quæ tria complectitur: ellychnium, ceram, quæ illud operit, & lucem superuenientem. Ita Christus animam continet, corpus & lucem diuinitatis illi vnitam: quo complet Prophetæ desiderium. *Propter Sion non tacebo, donec egrediatur vt splendor iustus eius, & Saluator eius vt lampas accendatur.* In Hebræo lampas idem est ac facula vel lucerna h. 33 n. 2. 3.

II. *Nemo accendit lucernam &c. lumen videant.* Habes hic quo fine hæc lucerna accensa sit, vt scilicet mundum illuminet iis tenebris inuolutum, quales Dauid egregiis describit symbolis hom. 33. numer. 5. vsque 9.

III. *Nemo accendit &c. lumen videant.* Effectus huius lucis fuit, quòd homines Deum agnouerunt, & veram viderunt lucem: lux hæc erat non abscondita sub modio templi, nec limitata ad illum solum angulum latentem legis & Iudææ, sed per totum dispersa mundum. h. 43. n. 9 vsque 14.

IV. *Nemo accendit lucernam &c. vt qui ingrediuntur.* Medium hoc ad illuminationem sumpsit, clarissimos scilicet miraculorum suorum & doctrinæ radios, qui tales fuerunt, vt ipsi inimici se victos fatererentur. h. 29 num. 1. 51 & illi ipsi fassi sunt prodigia, ea esse talia quæ totum possent mundum illuminare. *Omnes credent in eum.* Et hoc ipsum illis dixit: *Opera quæ ego facio, testimonium perhibent de me.* Quocirca dum ab illo postulant vt testimonium daret sui laudatiuum, & irrefragabile, respondit eis: lux vt seipsam manifestet, aliis non indiget testibus, quam propria sua luce. hom. 33. nu. 46. 47 per quod indicauit Dominus claritatem, quâ miracula sua diuinitatem suam affirmabant.

V. *Lucerna corporis tui est oculus tuus.* Quia verò Domino poterant obijcere: si lucerna sis accensa, & lucis emittas radios, tua nempe miracula, quid causæ est quod te Pharisæi per illa non videant nec te agnoscant, sicut videntur & manifestantur sol & candela accensa per lucis suæ radios: Rationem esse respondet, malam oculorum dispositionem, qui corporis tui sunt lucerna, per quos corpus tuum lumen accipit: quod si namque oculi lippi sint, nedum non recipient claram admodum lucem quâ corpus illuminetur, quinimo ad clariorem lucem magis obtenebrabuntur, & corpus tenebris inuoluetur densioribus, & passibus procedes ita inordinatis, sicut ille qui in in tenebris ambulat. Habes hic causam obquam Pharisæi in tenebris manserint: quia eorum oculi, quibus deberent lucem recipere, & qui deberent fieri lux quâ rectè suas dirigerent actiones, corrupti erant ex peruersa voluntatis malitia: nam intellectus & voluntas congrediuntur simul, & voluntas corrupta, excœcat intellectum, sunt etenim mali affectus vt quædam oculorum lippitudo. ho. 29. n. 52. vsque 56. Vnde ad illuminationem intellectus, necesse est purificari voluntatem: hæc etenim est quæ corrumpit intellectum: hoc autem Dominus indicat: *Si autem fuerit nequam.* hom. 29. numer. 56. vsque 59.

VI. *Lucerna corporis tui.* Dominus vt supremus Magister docet vnde damnum hoc quòd homo vt cœcus ambulet tot clarissimis lucis radiis circumdatus: & ratio est, quia oculos habet corruptos, & peruersum in iis humorem; hoc est, quamuis intellectus ad lucem accedat veritatis, eamque cognoscat, malus tamen intermiscetur humor peruersorum voluntatis affectuum, vnde homo quasi suspenditur medius inter id quod cognoscit, & hoc quod vult: quamuis enim bonum & veritatem per intellectum agnoscat, illam tamen per voluntatem execratur, & hæc ita detinet intellectum, & malo suo humore sic excœcat, vt omnem amittat lucem, vt facit lippitudo, vel nubes obscura in oculis semper accrescens. Bonus conceptus h. 37. n. 47.

VII. *Lucerna corporis tui.* Audis rationem cur vna eademque lux miraculorum Christi quosdam illuminauerit vt adamantes h. 2. n. 2. Alios autem excæcauerit vt Pharisæos ob voluntatis eorum malitiam, ex qua Christum non agnouerunt, bellumque intulerunt; qui à patre Iacob vocantur *Vasa iniquitatis bellantia* iram ex eo ipso, quo illum recipere tenebantur vt

Deum, occiderunt vt immicum. ho. 39. num. 8. & seqq.

VIII. *Lucerna corporis tui est oculus tuus.* Habebant infausti illi cordis oculos, quibus recipere debebant lucem vt totum eorum corpus illuminaretur, malitiæ nubibus inquinatos, & inuidiæ, affectibus sordidatos, vnde miraculis Christi in illis lucentibus, videbantur eis modica, quocirca & alia postulabant maiora, non semel sed quater. ho. 8. num. 39. 40. Certum est quòd Christus ea esset ipsis daturus vt se manifestaret; si namque lucerna lucem non det, & sol radios non diffundat, se nequaquam manifestabunt. Ibid. nu. 41. sed sicut ille qui oculos habet lippos, vel nubilosos, quando lux illis affulget, lucernam arguit eiusque accusat lucem, ac dicit eam sibi videri modicam, sic illi quoque faciebant. Miracula patrabat Christus propria & conuenientia quibus populum ad se conuocaret. *Vt qui ingrediuntur lumen videant.* Conceptus hic tribuitur D. Aug. Petebant illi signa maiora quasi defectus non videndi sumeretur ex modica luce, & non erat alius, quam oculorum eorum inordinatio, & hoc commune est, vt lux illis non esse videatur si quis mundanis mirabilia manifestat quæ facit, nisi facta sint in aëre. ibid. n. 44. vsque 47.

IX. *Nemo accendit lucernam &c. vt qui ingrediuntur.* Iudicat Dominus de seipso locutus quod ex parte sua lucem omnibus infundat, & illum omnes possint accipere cuiuscumque sint status; nullam vult admittere personæ acceptionem, sed melius ex illa communicabit, qui mundiores habuerit oculos. Vide supra Euangelium de vno Martyre: *Si quis vult venire post me,* Varios leges conceptus huic propositio congruos.

X. *Nemo accendit lucernam.* Secundus sensus est, quod Christus loquitur de discipulis suis, quibus eadem dixerat ea, ba in sermone in monte, vt notauimus in principio. Venit Christus illuminaturus mundum, & seipsum quasi lucernam accensam publicè expositi, radios emittens doctrinæ & miraculorum, vt dictum est. Ascensurus erat in cœlum vt beatem illam illuminaret ciuitatem, & sic illam conspexit D. Ioan post modum sibi ab Angelo demonstratam: *Lucerna eius est Agnus.* Ne vero maneremus tenebris obvoluti, nobis reliquit non vnam sed multas lucernas accensas. Primæ fuerunt Apostoli, quibus in cœlum ascendens iniunxit, vt in vnum conuenirent, & exspectarent donec cœlestis descenderet ignis, & lucernas has accenderet. Contigit hoc in festo Spiritus Sancti: nam descendens super illos, singulos eorum accendit. *Linguæ tanquam ignis, sedítque supra singulos eorum,* atque per hoc illos reddidit lucernas accensas vt omnes illuminarent venientes ad Ecclesiam. Singulare fuit hoc beneficium. Homines cœci erant incognitione Dei & beatitudinis, & cum hoc tanti non ferat, multum anxia erat sponsa, lucernam postulans quâ illuminaretur. hom. 14. nu. 7. 8. & suauem hic mirate Dei prouidentiam, quâ nobis reliquit non vnam sed multas, nempe Apostolos eorumque successores & quamuis multæ sint, vna tamen dicitur *Lucerna.* Ob vnitatem doctrinæ, fidei, Sacramentorum, & supremæ potestatis vnius summi Pontificis. ibid. num. 9. vsque 27. vide dicta in festo S. Petri ad illud: *Ædificabo Ecclesiam meam.*

XI. *Nemo accendit lucernam* Domine, ad mundum illuminandum faces accendis, quæ magis constant ex terra & luto, quam cera, homines idiotas &c. Vide notata in festo Ascensionis ad illud: *Euntes in mundum vniuersum &c.* & in festo SS. Trinitatis ad illud: *Euntes docete.* & in festo D. Andreæ ad illud: *Veni post me, faciam vos &c.*

XII. *Nemo accendit lucernam.* An non aptius fuisset Angelos, nam lucernæ fuissent clariores? respondebat nobis candelabrum visibile, & magistros habere visibiles, vt tutè viueremus remoto omni dolo. ho. 14. n. 14. n. 13. vsque 16. Vide notata in festo S. Petri ad illud: Super hanc petram. n. 19. vsq. 29.

XIII. *Nemo accendit lucernam.* Domine hoccine munus tuis commendas Apostolis? Aduerte, quod illos tori mundo capitales exponas inimicos, non enim esse potest grauior hostis latroni rapienti sub umbra noctis obscuræ, quam ardens lucerna eius oculis exposita hom. 40. num. 12. vsque 16. Mundus laborat oculis adeo infirmis, vt nihil sic exoretur ac lucerna veritatis, ita vt illum impugnet à quo per illum illuminatur, quod eleganter expendit D. Hieron. hom. 2. numer. 28. Excipit mundus veritatem sicut Gabaonitæ mulierem Leuitæ, quæ prostrata corruit in platea. hom. 34. num. 42.

XIV. *Nemo accendit lucernam.* Sicut ministri quos Dominus statuit, eius supplent locum, illos præmonet ipsis idem euenturum quod sibi: nam illum eo erati sunt, quia vt lucerna sumpsit officium sibi proprium lucem effundere clariorem, & hoc ei cessit ad mortem. Quando à Iudæis coram Pilato accusatur, illum hic interrogat, quod esset eius munus? respondit, esse lucernam, & ita, lucere dicendo veritatem. Hoccine tibi, munus assumpsisti: breui te videbis crucifixum. hom. 22. nu. 28. ho. 43. num 36. Insurgunt homines velut oculi contra lucernas lucentes vt Herodes. h. 34. n. 53. & hoc mihi persuadet illas quæ modo sunt, claram non habere lucem; cum enim mundi oculi tam à obscurentur lippitudine, ex illa non offendumur. h. 36 n. 49. vsque 52.

XV. *Vt qui ingrediuntur lumen videant.* Lucem nominat opera bona & sancta, quæ D. Paulus inscribit opera lucis, quia ex natura sua ad omnium tendunt oculos: sicut è contrario opera mala dicuntur opera tenebrarum

tenebrarum. Hunc conceptum lego apud D. Chrysost. hom. 19. n. 67. 68.

XVI. *Vt qui ingrediuntur lumen videant.* Hoc videre debet populus in Prælato, lucem virtutum, & non tenebras peccatorum; imperfectionum & defectuum, nam ideo vult Deus ministros suos à populo separatos, quos non videat nisi in pulpito vel in altari, sicut in candelabro. h. 21. n. 46. vsque 50.

XVII. *Vt qui ingrediuntur lumen videant.* Par est vt Prælati sic vndique luce præfulgeant, vt nullæ in ipsis tenebræ arguantur: hoc autem indicat D. Paulum præcipit, vt sint irreprehensibiles; verbum hoc terrefecit D. Hieronym. quo ostendit grauem obligationem quam secum trahit Prælatura, Pontificatus, vel dignitas Superioris. hom 15. num. 37. vsque 43. & hinc patet, quam fatuum sit onera prætendere & prælaturas ambire ad sedendum, & honorem assequendum. ibid. n. 33.

XVIII. *Lucerna corpori tuo est oculus tuus.* Docet te Dominus, qualiter hac luce debeas illuminari, nempe si oculos habueris mundos, sunt enim candelæ, quæ lucem recipientes illam toti corpori & animæ communicant; hoc est vt ad recipiendam lucem oculos tuos semper ab omni passione & affectu mundos. Quando ad concionem festinas, sancto accedas desiderio, & simplici cum intentione ex doctrina profecturi, non solum intellectum habens dispositum, sed etiam voluntatem hæc enim stipitudinem causat. Ne tibi contingat quod dicti illi apud D. Antonium Padouanum h. 29. n. 13. & quod miseris Pharisæis, qui non bene dispositos habebant oculos intellectus & voluntatis, vnde non nisi admirantes obcæcati sunt ib. n. 21. & in vobis nullum referet Dei minister fructum, vt aliquando conqueri possit, *In vacuum laborani* ib. n. 25.

XIX. *Lucerna corporis tui* Si vis illuminari, hoc age, vt mundi sint oculi tui intellectus & voluntatis; ne sis similis illis, qui rogantes à Christo vt eos illuminaret, ipso hoc facieute, sæva in illum arripuerunt. hom. 37. num. 35. & hæc tua est ruina, quod accedas lucem accepturus oculos habens plenos nubibus tuorum affectuum & voluntatis. Conceptus hic vtilis est & oppositus. ibidem vsque numer. 38. Et hæc dispositio perfectissimum in potentiotibus requiritur. ibid. numero 38. 39.

XX. *Nemo accendit lucernam.* Christus illas accendit lucernas, vnde & sine studio sapientes euaserunt magno planè miraculo. Ne tu hoc prætenderis, sed assiduum exigitur à te studium vt prædices & minister sis Dei. (Mitor hic D. Augustí) hom. 29. n. 11. & præsertim feruens oratio, vt Deus te adiuuet ad opus peragendum sine illo etenim nihil efficies. Argumentum hoc sumitur ex arcanis Theologiæ, ibid. nu. 14. vsque ad hom. 43. n. 16.

XXI. *Lucerna corporis tui est oculus tuus.* Alius quoque sensus his verbis dari potest, quo intelligamus Christum esse lucernam accensam, eamque esse quæ corporis oculos illuminat, per quos capimus Prælatos; illi namque sunt qui lumen à Christo recipiunt, & per ipsos illuminatur corpus Ecclesiæ: nam illos statuit in ipsa velut oculos qui illuminent, & ita subiicit totam Ecclesiam vt ab illis doctrinæ lucem accipiat. Fuse materia hæc tractatur. h. 14 n. 9. & seq.

XXII. *Si oculus tuus simplex fuerit.* Si Prælati & superiores, qui sunt oculi Reipublicæ, vt par est sint dispositi, nec affectibus ducantur visum turbantibus, totum corpus lucidum erit: sicut turbatis luminaribus cœli, tota continuo terra turbabitur. hom. 39. nu. 23. vsque 26. Et hoc patet in populo Iudaico cuius oculi nubibus inuidiæ, cupiditatis & ambitionis caligabant. ibid. num. 13. vsque 18. atque ex hoc totum Reipublicæ corpus interiit. ibidem numer. 18. vsque 23.

XXIII. *Si oculus tuus simplex fuerit.* Hic liquido constat quid referat Prælati bonitas & sanctimonia; *Non habens aliquam partem tenebrarum* h. 14. n. 36 & hoc Spiritus S. indicauit. *Probata virtus corripiet insipientes* h. 35. n. 21.

XXIV. *Si fuerit simplex &c. Si fueris nequam totus corpus tenebrosum erit.* Omnis bona directio actionum corporis, pendet ab oculis, qui si cœci fuerint, totum corpus necessario tenebrosum erit, & præcipitiis expositum. Idcireo versutia diaboli potissima, quâ homines ageret in ruinam, ea fuit, vt in oculos populi viros constitueret omni scelerum genere depranatos, adlaborans vt eos tanquam Deos colerent, cui se Christus opponit, oculos nobis tribuens huius corporis Ecclesiæ lucidos, sanctos nempe Doctores & Præsules. h. 33. n. 42. Illuminant illi peccatores, qui vt cœci nesciunt quo vadant sicut filius prodigus & alij, quos præfigurauit Ezechiel oculis ambulans obuelatis. hæm. 18. nu. 25.

IN FESTO S. DOCTORIS.

I. *Vos estis sal terræ.* Matt. 5. Venit Christus diabolo bellum illaturus, qui mundum iam occupauerat, eumque expulsurus, sibi mundum hunc æterno suo Patri subiecturus, vt declarauit in parabola de forti armato. hom. 19. numer. 26. quocirca conflat exercitus, militesque conscribit. Fecit hoc ascendens in montem & præmissa longa oratione, in qua cum Patre suo totam noctem transegit, eos nominauit, docens nos quam necessaria sint illibus actionibus fit oratio hom. 26. nu. 8. & facta hac denominatione, declarat illis officium quod committat, vt

sint

sint Duces exercitus, nec prælium agent tormentis bellicis, lanceis, aut gladiis, sed eo modo quo stellæ, quæ vocantur exercitus Dei, Hoc illis exponit per nomina illis attributa salis lucis. &c. h.42.n 14.15.

II. *Vos estis sal.* Extollit Christus vexillum, vt diabolum exterminet, qui per peccatum regnat in mundo: quia vero hoc tripliciter committitur, malitia, ignorantia, & infirmitate, tria Apostolis suis nomina attribuit his directe opposita. h.22.n 1. Tres hæ peccatorum species designantur per triplices infirmos apud piscinam h.10.n 17.

III. *Vos estis sal terræ.* Obiicitur quomodo tanto mysterio populum eligit adeo elumbum, ignorantem, & abiectum? Quis forte dixerit magis expedite exercitus conflare Angelorum, vel mundi doctorum, vel eiusdem Monarcharum. Vide varios de hoc conceptus in Festo Ascensionis ad illud. *Euntes in mundum universum prædicate.* Et in festo SS. Trinitatis ad illud. *Euntes docete.* Et in festo S. Petri ad illud. *Super hanc petram &c. & tibi dabo claues* Et in festo S. Andreæ ad illud. *Venite post me. faciam vos &c.*

IV. *Vos estis sal terræ.* Lauda præclaram Dei misericordiam, etenim illi vires non deficiunt vt faciat quodcumque voluerit, & sicut creare potuit, imo & creauit mundum, nullâ in auxilium sibi adsita creatura, illum similiter posset reparare, omnesque homine iustificare: nihilominus ad hoc opus eorum assumit operam, quod omnipotentiæ suæ fuit suprætmum, ipsa oratione præcellentius ob rationem D. Aug ho.25.n. 4.5. vt per hoc occasionem haberet gloriam illis dandi præclariorem, ex qua non parum honorentur, dicentes cum Apostolo: *Dei adiutores sumus.* Itaque maximæ opus misericordiæ, quam illis confert, habere vult titulum iustitiæ ad ipsorum hominum gloriam. h.25.n.48.49.

V. *Vos estis sal terræ.* Primò indicat, quam separatos illos oporteat esse à mundo eiusque negotiis: etenim eo ipso quo ad illa reuertuntur, dissoluentur sicut quamuis sal ab aqua educatur, nihil tamen sic illum destruit, quam si ad illum reuertatur. h.21.n.46. vsque 50. Prædicatores sint oportet, ex consilio D. Pauli, segregati ab hominibus, vt sal ab aqua ibid.n.48. & ratio lapsus D. Petri ea fuit, quod cum sal esset, se aquis iniecerit. h.43.n.39.

VI. *Vos estis sal.* Sal conficitur recipiendo plenissimè radios solis, & hi maximè necessarij sunt prædicatori Euangelico: quia opus quod illi faciendum incumbit, perficere debet virtutem secum trahendo diuinam. illique Deo assistente vt effectum operetur, sicut Moysi contigit ad petram. h.29 n.11.

VII. *Vos estis sal.* Tota virtus & actiuitas salis procedit à sole, & hac indiget Prædicator & Minister Euangelicus, quia ei negotium est cum corde humano & libera voluntate, in qua nulla creatura potest efficaciter operari nisi solus Deus, sine cuius assistentia in vacuum laborat Prædicator: vnde frequenti opus illi est oratione ac primò seipsum exponat vt aquam radiis solis, qui reddunt illum salem: tale dat illi sapiens consilium. ho.29.nn.14. vsque 18. & hoc ex mente D. Aug. indicauit Dauid his verbis, *Nisi Dominus ædificauerit domum.* h.43.n.16. & 53.

VIII. *Vos estis sal.* Magna posset sal viuacitate, & quamuis sit aliquis mundi robustissimus, si vulneribus eius sal iniiciatur, effectum operabitur: tales etenim decet vt sint ministri Dei, homines & verbo & opere, qui potentissimos mordeant & exurant, nec sint exterminati vt dixit Deus Ezechieli. ho.8.n 48. Et talium defectu multa vulnera cancro inficiuntur, non enim sal sunt vt putredinem consumant. h.10.n.41.

IX. *Vos estis sal.* Sal viuacitatem habet magnam, & sicut ait Tertull. duo in vnum congesta, quæ vix coniungantur contraria: ex vna parte mollitiem habet aquæ, quæ statim dissoluitur, ex alia parte fortitudinem habet & viuacitatem ignis, vt ignis videatur exurere. Talis par est vt sit Ministet Euangelicus, ex vna parte mollis & blandus peccatoribus compatiens, rogans pro illis, illos demulcens, procedens ex consilio D. Pauli. *In spiritu lenitatis.* h.22.n 49. non baculo terrens, non enim baculo reuiuiscit puer sed facias id quod Eliseus ibid.num. 44 vsque 47. Non indignans peccatori vt Pharisæus Magdalenæ. h 38. num.104. & ficus Pharisæi adulteræ. ho 26.n.41. Attrahendus est benignitate vt Christus allexit Samaritanam. h.25.n.89.

X. *Vos estis sal.* Siquidem ex vna parte seruare debeat ministet, Euangelicus benignitatem erga peccatores qui conuertuntur: ignis tamen feruorem offerat viuo inardescens zelo pro honore Dei ex eo quod ignis charitatem spiret & gratiam, qua redditur filius Dei: & erga peccatores pertinaces sit rigidus, & illos opponat se generose flagellum arripiens, si necessitas id exposulet ad exemplum Christi. hom. 28. num. 58. & 59. 60.

XI. *Vos estis sal.* Domine populi significantur aquæ nomine: *Aqua multa populi multi* Si populi aquæ sunt, & discipuli tui sal, illos destinans ad populos, quid hoc aliud est quam quærere vt dissoluantur & consumantur, & hoc est quod intendit; nam sicut iniicis salem in aquam vt illi sapor addatur, & illum recipit aqua, resoluto sale, eiusque dispendio, ita similiter mittit discipulos suos vt aquis hominum insipidis saporem ingerant, & ita ipsi dissoluantur, vitamque suam perdant; etenim hoc medio Eliseus aquas Iordanis iniecto sale suaues reddidit & fructiferas. Hinc patet quam desideret Deus vt aquæ id est homines curentur; cum vt illud fiat, periculo exponat vitam amicorum sibi maximè familiarium, & velit vt ipsi

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

sudent & laborent vsque ad mortem, vos viuatis. ho. 17. n.42. Et quid hoc tantum, vt Christus hoc modo suos mittat discipulos, quandoquidem ipsum factum salem Pater miserit, vt eius resolutione, morte dico, saporem gratiæ consequeremur? Vnde dixit D. Aug. *Dilexisti me Domine plusquam te &c.* ibid.n 44.45.

XII. *Vos estis sal terræ.* Ecce munus Apostolorum, & prædicatorum Apostolicorum saporem illis infundere qui non habent, idcirco dicuntur dentes Ecclesiæ quorum officium est masticare bolos diuinæ legis dutiores, vt deglutiri possint & digeri.h.3. n.2.

XIII. *Vos estis sal.* Est sal tyn bolum prudentiæ, & nullus illa magis indiget quam Prælatus Euangelicus: quia diuersissimi sunt subiecti & humores, & non omnis remedia vni conueniunt; imò potius quod vni satisfacit, alterum offendit, & quod vnum sanat, alterum infirmat. hom.2.num. 23. Idcirco iudicauit D. Greg. Nazian. nullam artem maiorem requirere prudentiam; quod admirabili confirmat similitudine. ho. 19.num. 34. Et hinc patebit difficultas, quam inuolunt officium Prælati, nempe vt non sedeat, sed dissoluatur vt sal vt saporem aliis infundat. Hoc argumentum latè deducitur. ibid. n.33.vsq.43.

XIV. *Vos estis sal.* Mundus repletur amaritudine, & sufficit habere peccatum, quo omnis boni tollatur gustus; nam idcirco dicitur: *Radix amaritudinis.* hom. 37. num.17. & sic est. vbi namque peccatum residet, perfecta non potest esse dulcedo ob contrietatem veritatis intellectus, cum deprauato voluntatis affectu, quæ animam quasi suspendit. hom. 37. num. 47. Iam peccator particeps est tormentorum inferni ibid.num. 53.vsque 55. & ita iudicauit D. Paul. mundanos vere primatos esse omni suauitate, & crucifixos. ibid. num. 63. Desiderat Christus vt aquæ illæ hanc amittant amaritudinem, & dulcedinem acquirant gratiæ: idcirco statuit salem, doctrinam scilicet Euangelicam, quæ totum dulcorat, melius quam farina Elisei in olla. ho.36.n 11.

XV. *Vos estis sal.* Optat Dominus vt vitæ cibos manducemus, nempe tribulationes, mortificationes, pœnitentiam, iniuriarum & paupertatis tolerantiam &c. Nihil palato nostro amarius. Ad hoc mittit salem. Apostolos dico & Ministros Euangelicos qui lætis Euangelij nuntiis hoc reddant delectabile ostendendo, tribulationes illas, aduersitates, & pœnas viam sternere ad beatitudinem per quam Christus ingressus est, nec iustum esset vt melior sit seruus quam Domini fortuna.h.15.n.10. vsque 14.

XVI. *Vos estis sal.* Suauitatem dare te conuenit aduersatibus, probans eas esse pretiosas. atque sub illis gloriam abscondi, nam idcirco Iob illas vt thesauros inuestigabat. h.15 n.14.15.

XVII. *Vos estis sal.* Hoc nomen primario conuenit Christo, est enim auctor gratiæ, quâ animæ Deo delectatur. Hunc salem posuit Deus, vt Eliseus, in vase nouo purissimæ suæ humanitatis, sicque illam iniecit in aquas quibus mundus non gustauit amariores, pœnarum, iniuriarum, crucis, & mortis, & per hoc eas ita sapidas dulcesque reddidit, vt nihil sit illis iucundius, ita vt numquam satientur illis iusti; hoc etenim est quod dixit D. Damascen. quod Dominus Deificauerit pœnas & cruces, illas sibi assumendo. Mysterium hoc summam redolet Theologiam. ho. 36. nu. 9. ho. 42 nu. 59. vsque 62. & confirmatur in D. Andrea. ibid.n.62. vsque 66.

XVIII. *Vos estis sal.* Christus Apostolis nomen hoc salis adscribens, etiam ab illis rogat, vt ipsi suo exemplo amaris illis aquis dulcedinem infundant; etenim subditis valde facile est, facere quod à Prælatis actum conspiciunt; nam idcirco diabolus illos statuit peruersos, vt homines compelleret, vt tanquam bonum iudicarent quod ipsi faciebant h.33.n.36.

XIX. *Quod si sal euanuerit, in quo salietur?* Si in sale sapor euanescat, cespes erit adeo inutilis, vt nulli sit vsui aptus. Aquæ suauitatem gustumque infundet Prædicator in eo quod ipse non habet; & si talis non sit, qualem esse par est, quidquid prædicauerit, cedet in eius confusionem; quia in quo reprehendit & condemnat alios ipse condemnabitur, idcirco D. Paulus à discipulo suo Timotheo postulabat. *Cura teipsum exhibere ministrum inconfusibilem*, id est. *Irreprehensibilem.* hom. 15. numer. 37. Si namque habeat aliquid in quo sit reprehensibilis, vocibus eius Echo respondebit, quâ grauius terreatur quam Ægypty, hom.23. num.41.42.

XX. *Quod si sal euanuerit.* Meo iudicio ius perdit corripiendi & vrendi sicut sal, qui saporem perdidit virtutis: proprium etenim peccatum ei os oppilabit, vt talentum quod vidit Zacharias.ho.34. n.26.27.

XXI. *Vos estis lux mundi.* Primò dicit: *Vos estis sal.* Ob bonitatem, & deinde lux ob doctrinam: etenim ægrè potest quis habere lucem, qui non fulget bonitate, potissimum circa mysteria cœlestia, & fidei, quæ voluntatem requirunt bene dispositam & ita multos conspicimus Sanctos qui nullo præmisso studio maximam in intellectu lucem obtinuerunt, quæ de bona voluntatis dispositione dimanabat. hom. 29. num. 52. vsque 59. & accidit vt crescente pondere peruersæ voluntatis. lux extinguatur intellectus, sicut multis contigit hæreticis. h 37. n.40.

XXII. *Vos estis lux mundi.* Hoc nomen *Lux* proprie conuenit Christo, & hoc ei adscribit Diuus Ioannes *Erat lux vera*, & ipse protestatur; *Ego sum lux mundi*, & mirabiliter illi quadrat. h.33.n.3. & vt talis apparuit in mundo repleto tenebris, sub quarum præsidio liberè per illum vagabantur fetæ tartareæ. ibid.

ni,5. Et sicut lux vera cœpit has fugare feras. ib.n.9. Sed quia ascensurus erat in cœlum, reliquit Apostolos suos & successores, vt locum eius quasi supplentes, officium illius obirent, atque ideirco creauit eos velut soles, & illuminauit vt adamantes. h.2.n.2,3.

XXIII. *Vos estis lux mundi.* Domine, si illos vt lucem statuas mundum illuminantem, ipsos arbitror vt perditos: neque enim mundus quidquam ita prosequitur ac lucem, sicut nec est aliquid quod grauius irritet latronem, ad vmbram tenebrarum noctis sapientem, quàm facem illi succensam opponere. ho.40. n.12. vsq. 16. Vide discursus in Euangelio præcedenti: *Nemo accendit lucernam* ad illud; *Lumen videant.*

XXIV. *Vos estis lux mundi.* Denotat Dominus opus ab ipsis patrocinante diuina sua gratia perficiendum, nempe mundum illuminare, dissipare ex illo tenebras idololatriæ; hoc vnum inter opera præclariora per illos Christus effecit. h.33.n.9.10.

XXV. *Vos estis lux mundi.* Per illos illuminari debebat mundus in cognitione Dei, iuxta illud Isaiæ vaticinium. *Parum est &c. Dedi te in lucem gentium &c. vsque ad extremum terræ.* h.33.n.11.12.13.

XXVI. *Vos estis lux mundi.* Domine, nonne satius fuisset illum per Angelos illuminare vel saltem per viros scientiâ conspicuos? Voluit Christus diuina sapientia suam testatam facere potentiam cum mediante luto lucem mundo cœcutienti infudit; vt pateat salutaris suæ virtus, nempe suæ sapientiæ efficacia. hom.40. n.45. Vide dicta in Ascensione ad illud: *Euntes in mundum vniuersum,* & in festo SS. Trinitatis ad hoc: *Euntes docete omnes gentes.* & in festo S. Andreæ circa hoc, *Venite post me &c.*

XXVII. *Vos estis lux mundi.* Hoc vestri muneris est esse lumen mundi, absolute omnibus, illud doctrinæ vestræ & Sacramentorum communicando, nulla habita personarum acceptione, non aliquem quasi dignitem præferendo, nec alterum vt paupertem postponendo. h.2.n.20.21. Vide dicta de vno Martyre ad illud; *Si quis vult venire post me.* Varios hic inuenies conceptus proposito seruientes.

XXVIII. *Vos estis lux mundi.* Omne mundi detrimentum consistit in tenebris, & quod peccator ambulat in caligine nesciens quo vadat, nec attendens funestum sum exitum, progrediens velut vas Zachariæ, & Ezechiel oculis obuelatis. ho.18.n.25.vsque 28. ho. 38. nu.31. Conceptus hic vtilis est. Remedium in eo latet si lux illi proponatur, statum eius illi reuelando. Sic egit Christus cum Magdalena & D. Paulo. ho.38. nu.39.40. Vide notata in festo Conuersionis D. Pauli ad illud: *Circumfulsit illum lux de cœlo &c. & stupens ac tremens.* n.19 vsq.24 n.33.vsq.38.

XXIX. *Vos estis lux mundi.* Ratio cur homines manibus complicatis hæreant otiosi, nec operibus eos applicent virtutis, est, propter tenebras, ita palpabiles, quales fuerunt in Ægypto, quibus iuxta S. Scripturam ita defixi tenebantur, vt se de loco non mouerent. Hominum oculi vera non deregunt gloriæ bona: etenim eorum respectu quasi tenebris immerguntur, necesse ergo est, vt illos illuminetis, & his illa bona reuelentur, quæ *Nec oculus vidit, nec auris audiuit &c.* Cum enim sit homo adeo cupidus & amicus bonorum, hæc agens, sciens, periculosè se exponet, & fortunam tentabit. In hoc præcipuum est Ministrorum Euangelicorum officium, horum bonorum manifestare magnitudinem, huius Regni celsitudinem; quod si vnum Ioseph ostensa in somnis illi potuit cor accendere, quid hæc alia non efficient, oculis visa manifestis? Proinde munus est Prædicatorum in ordine ad hoc illuminare, & quandoque ad dexteram nauigij sagenam extendere. h.11. num. 2. vsque 12. Bona sunt hæc adeo præclara, vt tale præmium alas ingerat boui ad volandum. ho.13. num.7. vsque 20.

XXX. *Vos estis lux mundi.* Declarat Dominus Sacerdotum & ministrorum Euangelicorum præ ceteribus excellentiam: tam infirma pollebant illi potestate, vt tangendo mortuum, vel immundum quidquam contaminarentur. h.31.n.67. Et hoc ita, vt nec permitterentur eis vel mortuum comitari sub pœna immunditiæ. h.31. n.52. Porro Apostoli & ministri Euangelici successores eorum tanta pollent potestate, vt sine velit lucem cui propria est tanta puritas, vt lutum & sordes non pertransiens non maculetur. h.14.n.13. Et sunt terribus similes, qui non solum non inficiunt quicquam quæ sordida sunt purificant. h.38.n.103.

XXXI. *Vos estis lux mundi.* Multi licet sint Apostoli, non illis tamen dicit: vos estis lucis in plurali, sed in singulari, lux: quia licet plures sint, vna tamen est lux, hoc est vna fides, & vna doctrina. h.14.n.16. vna cathedra. ibid n.18.vsque 23. vsque ad vnum pastorem. ibid.n.23. eadem Sacramenta ib.n.25.

XXXII. *Non potest ciuitas abscondi supra montem posita.* Hoc est tertium epitherum datum Apostolis. Ciuitas in sublimi posita, patens infirmis omnibus ad remedium. Inter alia hoc vno magis indigebat mundus. cathedra, nimirum visibili, ad quam posset remoto omni dolo confugere pro vera doctrina & cognitione & via cœli in veris Sacramentis, recreari animæ; & habere in eâ magistros visibiles quos posset & in vno atque in altero consulere, seclusis fraudibus: hoc nobis proponit ad dolorum nostrorum remedium dans nobis Apostolos præceptores adeo visibiles, vt sint quasi ciuitas in excelso fundata h.14 n.7. vsque 17. Vide quæ diximus in festo D. Petri ad illud: *Super hanc petram.*

XXXIII. *Non potest ciuitas abscondi.* Grande Deus in lege veteri concessit beneficium, reis ciuitates refu-

gij-

gi? designans? quamuis multi essent quibus istæ ciuitates non poterant impertiri remedium, nec omnes illud in his inueniebant; sed hæc Dei maxima est misericordia Euangelij, quâ nobis ciuitates concedit refugij toti mundo parulas, in quibus omnes remedium inueniunt, sine exceptione personarum, aut culparum. Beneficium hoc tale est, circa quod discursus proferuntur vtiles in festo D. Petri ad illa verba. *Tibi dabo claues.*

XXXIV. *Non potest ciuitas abscondi.* Admodum inopes erant ciuitates quæ olim Deus designauerat peccatoribus ad salutem, quandoquidem eò tantum accedebant, vt morbos declararent & vulnera, nullo tamen in eis efficaci inuento languoribus remedio. Venetur hunc conceptum, ad quem reduco festum antiquum expiationis peccati. Porro ciuitas quam hodie Christus proponit de Apostolis suis, & ministris Euangelicis, ita cunctis abundat, vt perfectum dare queat pœnis culpisque remedium ex virtute Sacramenti pœnitentiæ, & thesauri Indulgentiarum. ho.1. n.4.h.19.n.57.58.59.

XXXV. *Non potest ciuitas abscondi supra montem posita.* Viri Apostolici ciuitas sicut in monte situati altiori, ad designandam altitudinem quæ in vita & moribus illis conuenit præ ceteris eminentior; vt enim dixit D. Hieron. tantò debent aliis præcellere, quantò pastor ouibus. h 15.n 34 Imo Christus indicauit eos esse debere Deos h 43.n 39.

XXXVI. *Ciuitas supra montem posita* Hæc illis competit vt ciuitas sint in montis altioris vt olympi vertice collocata ad quam non accedant motus & turbationes ex vaporibus terræ; sed ipsa nubibus, tonitrui, & tempestatibus concussâ, ipsi quiete perfruantur placidissima. ho.19.n 21.

XXXVIII. *Neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio.* Ecce quare Deus illos creet lucernas, atque illis lucem suam communicet, videlicet vt eam ceteris communicent, Deus etenim dolenter fert vt quis sibi talenta retineat, quæ illi distribuit. Vide dicta in Euangelio de talentis, & in præcedenti Euangelio ad hæc eadem verba. *Nemo accendit lucernam.*

XXXVIII. *Non potest ciuitas abscondi supra montem posita* Minister Euangelicus stare debet in monte præcelso loco proprio orationis, illum equidem ascendere debet ante prædicationem, diuinam implorans gratiam, vt efficaciter in cordibus liberis operetur, sine qua nullus in illis operatur efficaciter. Hoc mihi consulit Spiritus S. ho.29. num. 14. 15. Eandem cum Esther fundat orationem, quam expendit D Augustin. ibid.num.16.

XXXIX. *Supra montem posita.* Similiter esse debet supra montem sapientiæ & doctrinæ SS. Doctorũ, quæ est vt mons sublimis, in quo sedere debet vt fortitudine polleat iuxta illud Salomonis. *Sapientiam antiquorum exquiret sapiens.* ho.29.n.14. Et notandum est, quod siquidem primas illas lucernas Deus de tenebris eduxerit, ad omnipotentiæ suæ demonstrationem, teste D. Paulo, qui tamen nunc esse debent lucernæ, hanc sibi lucem oratione multa & studio necesse est vt assequantur. Sic mirabiliter D. Aug. ibid. nu. 13.

XL. *Sic lucent lux vestra coram hominibus.* Ni fallar, Christus sibi contradicit quia statim in eadem concione præcipit bona opera fieri in abscondito: sed nulla hic inuoluitur contradictio, imo doctrina est elegantissima. h.1. n.27.28. Oportet eo modo bona opera facere, vt ea hominum oculi non intueantur, nisi ad gloriam. ibid.n.29. vsque 33.

XLI. *Qui fecerit & docuerit.* Optimè coniunxit Dominus doctrinam actioni; quia ad docendum, actio multum proficit. ho.14. num.36.

XLII. *Qui fecerit & docuerit.* A ministro Dei nihil amplius exquiritur quam bona opera facere ad obsequium Dei, diuinam eius legem custodiendo, & viuum eius atque operè completum ostendendo Euangelium; bonamque tradere peccatoribus doctrinam eosque admonere; nam per hoc suo satisfaciunt officio, & præmium suum nanciscuntur infinitum, licet peccator ad meliora non conuertatur: nam hoc illis satis sit. ho. 22. n.34 35.

XLIII. *Qui fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur.* Non video quod Dominus potuerit amplius extollere præmij dignitatem, quam his verbis. Multum est magnum esse in aula Regis potentissimi, & tantò hoc dignius est, quantò Rex vel Regnum fuerit eminentius. Tu iudica num potentior esse possit Rex aliquis ipso Deo, vel Regnum opulentius ipso cœlo. Hic optime quadrat D. Pauli gradatio. *Nec oculus vidit.* &c. ho.12.num 17.

XLIV. *Magnus vocabitur in Regno cœlorum.* Expende in cœlo omnes esse magnos: vnde quod Dominus dicit, quod mandati transgressor sit futurus minimus in Regno cœlorum, significat quod eo non intrabit; quia ibi nulli sunt minimi, minor etenim magnus est, vt dixit Isaias. *Minimus erit in millia.* Quod per piscationem Apostolorum designatur. Sapit hoc intellectum. D Aug. h.12.n.40.41. Si igitur ibi omnes magni sint, qui ibi magnus vocabitur, inter magnos magnus erit.

XLV. *Qui fecerit & docuerit.* O quam rarum hoc præmium dandum à Deo ministris suis Euangelicis animas illi conquirentibus: etenim earum minimam pluris facit Deus quam Rex præcipuam Regni sui metropolim. homil. 20. numer. 2. 3. Et sicut nihil sic rependit Rex, ac ciuitatis alicuius aut Prouinciæ acquisitionem, ita nullum seuerius castigat, quam Gubernatorem perfidum, qui hosti

trad.dit vniuersam: ita Deus. Conceptus hic ab elegantia & vtilitate commendatur. hom. 22. num. 55. & seqq.

XLVI. *Magnus vocabitur in regno cœlorum.* Animæ sunt Dei hereditates, facultates, imo & gloria teste Apostolo. Quocirca nihil tanti facit ac earum lucrum, sicut nec quid fert molestius quam earum iacturam. hom. 38. num. 118.

XLVII. *Magnus vocabitur in regno cœlorum.* Regnum Dei sunt animæ, de quo sic D. Ioan. *Fecisti nos Deo nostro regnum.* Nec est Dei regnum, vt Regnum terrestrium: nam horum celsitudo crescit ex illis quæ à subditis accipiunt. ho 41 n. 59. vsq. 62. Nihil ipse sumit ab animabus, nisi regnare in illis, & dare illis ac communicare; vt enim summum est bonum, eius hæc est inclinatio vt se communicet, & tunc lætior conquiescit quando se latiùs communicat, velut auis ouis incubans; & sicut ignis, si sensu polleret, violentiam pateretur, si suum non posset calorem communicare, & quasi requiesceret, si cui illum communicaret: vnde non quietit Deus in vlla mundi creatura donec creasset hominem: eò quòd aliæ creaturæ non sint capaces recipiendis bonis eius supernaturalibus gratiæ & gloriæ. Idcirco dicitur quod regnabit in animabus se perfectè illis communicando. Discursus hic profundam redolet Theologiam. hom. 41. num. 62. vsq. 65. Hoc dato, qui lucratur illi animas, lucraretur illi regnum, eumque extollit. ibid.

XLVIII. *Qui fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur.* Proponit Vates Ezechiel nonnullos primarios peccatores, qui aliis ad ruinam lapides fuerunt offensionis dicens, quod solemnem cum illis ingressum faciant in infernum; ibique omnes illos circum cingunt, cruciatus illorum pœnas, multiplicantes. Ita considerat D. Hier. Animum infinitis circumuallatum, quos sua perdidit doctrina, & contemplari possumus Mahometh & Lutherum. h. 35. n. 22. vsq. 25. Hac posita proportione illos pensende quorum curæ est animas lucrari, quod multis stipati cœlum intrabunt, ex quibus illis gloria accresceret accidentalis; nam idcirco D. Paulus nominat à se conuersos, coronam suam quibus honoratus in die iudicij coronabitur. *Corona mea in diem Christi.* Quantâ torquebitur pœna in illo die perfidus Mahometh tot carnificibus circumcinctus ad nominis sui dedecus? & quantâ D. Paul. gloria decorabitur tot sanctis eius opera conuersis circumstipatus?

XLIX. *Qui fecerit & docuerit.* Domine quidquid tui faciunt ministri nonne hoc donum est tuæ gratiæ? Gratia fuit singularis illos eligere, reddere idoneos, & quemcumque effectum in animabus operati sunt, tuo adscribendus hic est concursui. te cordibus earum loquente, quando illi corporis aures pertingebant. h. 29. n. 11. Si ergo totum hoc tuum sit opus quæ ratio vt illis propter hoc mercedem rependas? Hæc Dei est misericordia, sed nobis ad honorem hoc eo modo disponit, vt titulum habeat iustitiæ, se demonstrans perfectè liberalem. Ita iudicat D. Chrys. h. 25. n. 45. vsque 50. Vide dicta in festo S. Petri ad illud. *Ego dico tibi, quia tu es Petrus.* Et quæ diximus de talentis in vltimo tomo ad illud. *Intra in gaudium Domini tui.*

L. *Magnus vocabitur in regno cœlorum.* Si tanti Deus illos faciat, quia tuæ consulunt saluti, quanto pluris tu illos facere debes, propter effectum quem in te operantur. *Propter opus eorum.* Sic monet D. Paul. teneris illis non minorem exhibere gratitudinem, quam Tobias Angelo à quo lumen receperat. h. 38. n. 34.

IN FESTO S. ABBATIS.

I. ECce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Matt. 19. Dominum accesserat adolescens & interrogabat affatim diues; qui salutis suæ præferens desiderium ab illo percunctatur: *Quid faciendo vitam æternam possidebo?* cui Dominus: *Serua mandata.* Replicauit ille, hæc omnia à iuuentute mea studiosè custodiui: quomodum mihi præscribe quo perfectus sim, & præmium in cœlo referam amplissimum. Respondet Christus: *Si vis perfectus esse, vade vende omnia quæ habes, & da pauperibus.* Quo audito tergà vertit. nihil enim in corde diuitis vlcerat, quam eius monere denarios. h. 41. n. 41. hac data occasione Christus discipulos suos aliquitur de difficultate quâ diues saluabitur. ibi n. 51. Porro D. Petrus audiens quæ Christus adolescenti dixerat: *Vende omnia quæ habes &c. & habebis thesaurum in cœlo.* His attendit, & occasionem iudicat non capessendam, quâ præmium sciat sibi suisque eo discipulis à Domino dandum, qui hoc opere complacuerat: cum enim licitum est Sanctis pro bonis suis operibus optare præmium, illudque procurare, sunt enim mercenarij, vt dicit Iob, & qui talis est, oculos suos certissimo præmio, vt eius consideratione se fortius animet, quin & ipse Dauid oculos conjecit in præmium a Saule propositum, vt tanto feruentius in arenam contra Goliath descenderet. h. 12. n. 10.

II. *Ecce nos reliquimus omnia.* Perpendit D. Chrys. quod quamuis Christus Dominus noster vt nos alliceret ad sanctimoniam, Deique famulatum, & peccati confessionem impelleret, vsus sit terriculamentis, pœnas proponendo inferni sempiternas: tamen suauiter ac benigne egit, magis frequenter, alliciendo præmia, vt tantum vt infernum voce tantum interdum addiderit: sed cœli propotypon quoddam oculis obiecit in Transfiguratione sua & valde familiaris erat illi sermo de cœlo concio: nec enim semper stipitibus agitandi sunt peccatores, sed rete ad dexteram frequenter iaciendum. h. 11. num. 2. Hæc est illa piscatio, in qua piscat

pisces capiantur & certo numero. Loquitur hic D. Auguſt. hom.12.n.40.

III. *Ecce nos reliquimus omnia* Feruentem in obſequio & ſequela Chriſti ſe ſenſit D. Petrus audiens ingens illud præmium, quod Dominus adoleſcenti ſponderat, atque vt animum hunc excitaret à Domino rogat, quandoquidem ipſe aliique eius aſſeclæ iam hoc perfecerant, & præter hoc, eum fuerant ſecuti, quale præmium tantumque conſequeretur? nec Dominus hanc repulit interrogationem, ſicut illam ante propoſitam, quis maior futurus eſſet in regno cœlorum, quinimo conſultum eſt præmium illud perpendere eiuſque reuoluere magnitudinem, quo mens excitetur: ſi namque regnum in ſomnis præoſtenſum tantum potuit in Ioſeph operari, quid regnum efficiet oculis promiſſum excitatis? hom.11.num.2.3. Oculos conuce in terram illud, ſicut in illud Ezechielis ibid.n.4.vſque 12.

IV. *Ecce nos reliquimus omnia. Quid ergo?* &c. O grantas ſpes vires miniſtrat! *Theſaurum magnum in cœlo*, de quo Chriſtus adoleſcenti. Bonum ad volandum excitat ſpes præmij. ho.12.n.7.vſque 13. Omnia ſuperat, quæ mundus poſſidet, vnde non declarat hoc Dominus in rebus terrenis, ſed dicendo: *Sedebitis ſuper ſedes &c.* ibid.num.15. Et indicauit hoc Apoſtolus ſubtili gradatione oculorum, aurium & cordis. ibid. num.17.

V. *Ecce nos reliquimus. Quid ergo?* Non poſſet animus D. Petri tanta bona concipi cere, quæ omne ſperam deſiderium, niſi prius Dominus oculos eius illuminaſſet, ad talia bona cognoſcendum illi hæc declarans, ſicut declarauit adoleſcenti, eius roborans voluntatem ad eorum deſiderium. h.12.n.13.14. hoc etenim eſt eximium illud donum, quod nobis præſtat, exoleſcens vt ſimus filij Dei no que creans heredi atis cœleſtis regni candidates. h.11. n.9.10 Et conſultum feret, ſi pueris eſſes alacus, eo aliquando tuas attollendo cogitatione. ibid.n.13.

VI. *Ecce nos reliquimus omnia.* Primò indicat D. Petrus diſcrimen ſtat. endum eſſe præmiorum, plura facienti plura eſſe reddenda. Vide dicta in feſto SS. Apoſtolorum Philippi & Iacobi ad illud: *In domo Patris mei manſiones multæ ſunt.*

VII. *Ecce nos reliquimus omnia.* Sanctiſſime Petre, Chriſtone dicis vt attendat quænam eius gratiâ fecerint? An ignoras illud Spiritus S. *Oculi eius ſuper omnes viam filiorum Adam: vt reddat vnicuique, &c.* Ad hæc noſti quod tibi dixerit quod vſque ad verbum otioſum obſeruet de eo rationem in die iudicij petiturus? Eſto ſecurus: nec enim ad paſſum progrederis ineas famulari, quem non numeret, vt bene dixerit Ieb: *Greſſus meos dinumeraſti.* Et ſtulta fuit eorum querimonia qui querebantur quod Deus eorum non attenderet obſequia, & ſatis patenter oſtendit hoc, dum adeo ſincerè perpendit acta Magdalenæ. ho.38. nu. 113. Nemo pius dubitat quin omnia ſint Deo cognita, ſed plurimum ipſi placet, quod homines ad illum recurrant agantque cum eo ſic, vt velit quod coram eo conſiſtentes cum eo conferant, & neceſſario atque occurrentia proponant, aliquando ſuas illi ſuggerendo tribulationes, ac ſi Deus illas ignoraret. Ita fecit Ezechias obſeſſus à Rege Sennacherib. hom.32. n.35.& ho.42. n.72. Alias peccata ſua & miſerias illi proponendo, ac ſi Deus illas minimè videret, rogando veniam, vt Dauid: *Delictum meum cognitum tibi feci.* ho.19.nu.62. vſque 67. Et ſicut illa quæ dicebat: *Vide Domine & conſidera.* h.32.n.36. Modo opera bona exhibendo ad eius facta obſequium, vt præfatus Ezechias: *Memento Domine, quod ambulauerim in conſpectu tuo, & quod rectum eſt in conſpectu tuo fecerim.* Nec enim pater aliquis ita delectatur, quod filius accedat ei placidiſſimè locuturus, vt Deus. hom.42. numero 71.72.

VIII. *Ecce nos reliquimus omnia.* Optimè Petre, meâ quidem cenſura, incongruè loqueris: nemo enim relinquit quod non habet, & cum omnia non poſſideas, ſed non niſi laceram nadem ac rete diſcifſum, multum abes à regnorum, dominiorum omniumque renuntiatione. Congruè loquitur D. Petrus, & propoſitum Dominus admiſit, dicens: *Vos qui reliquiſtis omnia.* Sciebat Petrus cui loquebatur, nempe Deo, qui corda intuetur, qui quod hic fit & intenditur, vt iam factum accipit: quia ſicut coram Deo vtiſ homicida, ſufficit eſſe corde & voluntate; multò magis vt dicatur quod omnia dimiſeris, ſufficit, quòd omnia corde & voluntate reliqueris: & hoc fecit D. Petrus: nam eo modo quo nauim quam habebat, dimiſit propter Chriſtum relinqueret Regna & Monarchias ſi eà poſſideret. h.1.n.18.vſque 35. hanc doctrinam appoſitè declarat D. Auguſt. h.41 n.29.

IX. *Ecce nos reliquimus omnia.* Sapientiſſimus fuit Petrus, cum nouerit inuentionem facere oculorum, de qua Salomon, quam ſi tu ſimiliter noſſes, tibi id foret vtiliſſimum. Exercuit hanc Abraham, tantum meritus in coniugio ac D. Ioannes in virginitate. homil.1.num.23.

X. *Ecce reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te.* Parum refert, inquit D. Hieronym. Petrum omnia reliquiſſe, niſi hoc ſecundum actungeret: multi namque Philoſophi facultates & poſſeſſiones abdicarunt, vt quietius viuerent, vt Crates Thebanus hom.28.n.40. hom.42. nu.n.88. Et multi mulieribus ac filiis renuntiarunt, quia horum cura eos torquebat vt proſequitur D. Hieronym. in compendium redigens tractatum Theophraſti. hom.24 num.9. Sed hoc præmium habet, qui omnia deſerit vt Chriſtum ſequatur, illique

bsque impedimento seruiat. voluptatem rescindens in cunctis appetitibus, deliciis, bonis, & dignitatibus. Vide in festo Omnium SS. ad illud Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. n. 46. 47

XI. *Reliquimus omnia & secuti sumus te.* Insignem Petrus ostendit cordis eminentiam non reliquisse omnia quæ possidebat, alterius gratia, qui Deo eiusque regno fuisset inferior. Hæc in Abraham commendatur, faxit Deus & in te. ho. 1 n. 25, 26.

XII. *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te.* Quid ergo? Petre, quid inde Christo commodi, quòd omnia reliqueris, eumque secutus fueris? An non melius feciſses, si omnia tua illi nautica detulisses? Vallis de male nobilis Regem accederet, dicens illi Domine, vidi te pauperem, & adsum tibi socius ad hæsurus: & omnes meas dimisi diuitias: sed bene adesset ille, qui multos secum adduceret subditos & milites, dicens: his omnibus adsum lanceis tibi seruiturus. Nouit D. Petrus cum quo agat, etenim apprimè cognoscit illum, quòd Rex sit terræ regibus valde dissimilis: hi namque nolunt vt subditi vacuis manibus accedant, imò potius illi sunt gratiores, qui plenis accedunt manibus: sicut enim ex se nullam habent celsitudinem, illam à subditis coguntur emendicare hó 41. num. 59. vsque 62. Hic autem Rex subditos habere non vult vt aliquid ab eis accipiat, sed vt largiatur, & in hoc regni illius stat summa celsitudinis, quòd bona sua subditos quibus imperat, elargiatur ibid. numer. 62. vsque 65. Quocirca illi melius accedunt, & festiùs excipiuntur qui accedunt animo à terrenis expediti-ori. Vide dicta in Festo Omnium SS. ad illud. *Beati pauperes spiritu.*

XXIII. *Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te, quid ergo?* Bone Petre, nonne expediret vt aliquid tecum adferres, quo gratius à Christo reciperetis in classem suam? Non ignorat, quàm promptus sit Christus vt bona sua gratis tribuat, vt quòd pro illis non exigat aurum, argentum, & opes tuas; imò potiùs hic melius excipitur, qui pauper accedit: nouà etenim illi est hominum conditio, qui ita terrenis inhiant, vt dum illis cœlestia gratis dantur; imò vltro offeruntur, illa respuant: quid agerent, si bona eorum opesque pro illis exigerentur? hom. 28. num. 28. 29. & hoc dolendum est, quòd diabolo petente ab illis qui ad ipsum accedunt, opes eorum salutem & vitam: nam hæc omnia Prodigus eius seruitio dedicauit ho. 18 nu. 28. vsque 37. & nihilominùs illum fame passus est ad suile interire, quem idcirco à suo non repulit obsequio ibid. nu. 45. vsque 51. Et nihilominùs accurrunt illi homines gratissimâ liberalitate profusissimi. Conceptum hunc ne prætereas. hom. 25. n. 64.

XIV. *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te.* Habes hic vitæ Apostolicæ compendium: omnia relinquere, expeditum esse & liberum ab omnibus, quæ diuinum impediunt obsequium: vnde qui in primitiua Ecclesia viam hanc sectabantur, manu mittebant si coniugati erant, vxores. hom. 24. num. 15. quia matrimonium ex se obstaculo est, ne quis se totum tradat Deo. ibid. num. 9. Et ex eo quòd Sacerdotes Euangelici ad hanc tendere debeant perfectionem, tenuntur coguntur matrimonio, quòd commune fuit Sacerdotibus veteris legis. ibid. num. 7. Sed potissimum relinquendæ sunt diuitiæ: hæ namque sunt quæ ordinarie hominem remorantur, ne ad Deum confugiat; non potius hæ Dei volunt Dominium occupare, quorum illas Deus particulariter æmulatur. Vide dicta in Festo SS. ad illud: *Beati pauperes spiritu.*

XV. *Ecce nos reliquimus omnia, &c.* Diuitiæ eò malæ non sunt, & hoc primario pertur, vt ex corde relinquantur: sicut enim esse potest paupertas corporis cum corde cupiditate flagrante: sic esse potest vacuitas auaritiâ vacuum in magna bonorum temporalium abundantia. Vide dicta in eodem Festo ad eadem verba. *Beati pauperes.*

XVI. *Amen dico vobis, quod vos.* Tanta sunt quæ Deus promittit D. Petro, vt incipiat à communi iuramento: videtur enim impossibile quòd homo terreno, qui quidquid agit nullius est momenti, aut Deo quidquam prodest, estque ejus respectu actus numquam fuisset, integrum suum addicat regnum, & videtur illos velle sibi statuere collaterales: *Cum sederit filius hominis, sedebitis & vos.* Quando namque promisit Abrahæ, quia res erat tanti ponderis, à iuramento incepit: *Per me metipsum iuraui.* Cum enim opus esset adeò præclarum quod Abraham fecit, nihilominùs videbatur incredibile tale addici præmium tam inæquale, quantum Filius Dei differt à filio Abrahæ: quantò magis mirari debemus hoc Domini promissum factum D. Petro eiusque condiscipulis: hoc ex certo hoc vatis dicere licebit: *Cum feceris miracula non sustinebimus* h. 45. n. 32. Ad confirmationem præmissa iniurandum: etenim hoc idem Latroni præstitit ho. 44. num. 12.

XVII. *In generatione cum sederit filius hominis.* In mundi renouatione quando noua cum natura nascetur. Loquitur Dominus de mundo sicut de homine: non vt componatur, requiritur vt denuò nascatur. Mundus est incompositus & dissolutus, atque in illo apparet vetus Adam, necesse est vt renouetur, & omnia in ordinem redigantur. Hoc fiet in die iudicij h. 46. 29. vsque 25. Vt autem hoc fiat mundum creauit adeò limpidum, vt omnes quidquid in eo est, videant. ibid. num. 38. vsque 42.

XVIII. *Cum sederit filius hominis, sedebitis &c.* Ecce quam singulare hoc promissum. Dicere potest Domine: *Vos autem dixi amicos,* cum eos ita para-

sedilas actus adeò excellentis, tibi proprij: & merito: cum ipsi fuerint amici adeò veri vt nihil habuerint quod Christo, & propter Christum non traderent. hom. 32. num. 45. & seqq.

XIX. *Sedebitis & vos super sedes duodecim.* In supremo illo iudicio omnes sancti erunt iudices contra peccatores quandoquidem vitâ sua sancta, malam eorum condemnabunt: hi etenim sunt illi libri, quos dixit D. Ioann. aperiendos ex quibus Deus improbos condemnabit. Sic lego apud D. Augustin. hom. 6. num. 35. vsque 38. Nec hoc multum est, quandoquidem Christus dicat Iudæos in die iudicij à Niniuitis & Regina Saba condemnandos: sed Apostoli iudicabunt vt iudices, quorum actus notatur cum dicitur quod sedebunt, per quod eorum patescit auctoritas. homil. 26. numero 41.

XX. *Sedebitis super sedes.* Non loquitur Christus, inquit D. August. de Apostolis tantum personaliter: quia ibi non aderat D. Paulus, qui tamen seipsum iudicibus illis annumerat, dicens: *Angelos iudicabimus:* & certum est ibi sedem illi non defuturam, sicut nec ceteris, sed quod nomine Apostolorum intelligat omnes illos, qui vitam duxerunt Apostolicam, sint viri, sint mulieres, vt ait D. Thom. mundo renuntiantes, & se pauperes propter Deum efficientes atque ad exemplum Apostolorum vitam suam eius dedicantes obsequio. Quanta tunc futura gloria D. Petro, D. Paulo habere coram se in iudicio adstantem Neronem: & D. Ioanni Baptistæ Herodem: & D. Catharinæ Martyri Regem Maximinum: & vndecim millibus virginum? quod si hæc rite perpenderemus: homines examines curarent vt tantum bonum adipiscerentur, vt diximus, mortem diuitis & Lazari truinantes. hom. 16. num. 34. Itaque faciet Christus cum suis SS. Apostolis, & virginibus Apostolicis, quod sicut illi Pater ad singulare præmium concessit esse iudicem omnium, sed eorum singulariter à quo iudicatus fuit & damnatus (hoc mysterium Iob indicauit. hom. 6. numer. 21.) Ita Christus Apostolis tribuet: vt iudices omnium existentes, nominatim tamen sint eorum, à quibus vt rei iudicati sunt hic & affecti Martyrio. homil. 16. num. 47.

XXI. *Et omnis qui reliquerit, &c. Centuplum accipiet in hac vita.* Alij Euangelistæ clarius hanc exponunt sententiam, quodque Christus dixerit: *Centuplum accipiet nunc in hoc tempore & in futuro, &c.* Difficultatem hæc verba, sed in illis gratia declaratur Euangelij, quam explicat D. Bernard. & patet in S. Amadeo Monacho. hom. 48. vsque 51.

XXII. *Centuplum accipiet in hac vita, & in futuro vitam æternam.* Duabus manibus Deus suis succurrit: etenim huius vitæ necessaria illis subministrat, atque in altera vitam tribuit sempiternam. hom. 27. num. 2. Mentitur diabolus dicens: quod Deus sibi seruientes fame finat emori. ibid. & hom. 5. numer. 31. Secuti sunt qui Deo seruiunt: non enim eos patietur fame langueſcere: nam qua hoc illi non confiderunt Moyses & Aaron eodem modo in illos animaduertit. hom. 27. num. 8 & seqq. Et patet experientia in SS. Monachis, quibus relicto mundo prospicit: atque de hoc plurima legimus miracula de S S. Abbatibus: & propter vnam rem cui renuntiarunt, plures tribuit illis eminentiores, nempe Monasteria, & propter fratres quos dimiserunt, substituit illis alios, digniores & meliores, scilicet Religiosos, &c.

IN FESTO S. CONFESSORIS.

I. *Sint lumbi vestri præcincti*, &c. Luc. 11. Venit Christus Rempub. fundaturus ex viris Sanctis, cuius institutum fuit homines Sanctos reddere, per hoc illos disponens, vt gloriam assequantur ad quam fuerunt creati. Conuenit hoc institutum Domino tali, qui nos prædestinauit: *Vt essemus Sancti & immaculati.* homil. 34. num. 34. vnde eius hæc fuit cura fundare leges quibus perfectè tales essemus. Hoc agit in hoc Euangelio docendo qualiter omnino ordinate sancti fiamus. Homo tria respicit, seipsum, proximum suum & Deum: docet nos quomodo eradamus sancti in ordine ad omnia, quantum ad nos, nostros cingendo lumbos, quoad proximum operibus præfulgendo lucis: & in ordine, ad Deum expectando: tria hæc D. Paulus innuit: *Sobrie & iuste, & pie viuamus.* Et respondit hoc Dominus Prophetæ qui salutis suæ auidus scire volebat quid esset sibi agendum: *Ostendam tibi, &c. diligere misericordiam, facere iudicium & solertem ambulare cum Deo tuo* ho. 1. n. 2.

II. *Sunt lumbi vestri præcincti.* Intelligit D. Greg. per lumbos affectus motusque carnis nostræ: & inde fieri debet reparatio, vnde ortum est damnum. Hoc principium ducit à carne nostra quam assumit diabolus Spiritum perditurus sicut visus est Eua qua Adamum prosterneret. Opus est primo illam mortificare. hom. 5. numer. 19. 20. & cum illa agere quod fecit Eleazarus cum elephante ad Sanctorum exemplum. ibid. num. 21.

III. *Sint lumbi vestri præcincti.* Hoc est nostræ salutis principium mortificatio carnis rigorosis ieiuniis, fletibus, cilicijs, pœnitentijs: & quamuis videatur expallescere, tamen in hoc nostra consistit salus vt dixit Daniel Nabuchodonosor quando offensa fuit illi arbor resecta, cuius radicem annulo forti æreo & ferreo constrinxerunt ho. 1. nu 3. ita fecerunt Niniuitæ ibid. numer. 7.

IV. *Sint*

IV. *Sint lumbi vestri præcincti.* Primum & principale remedium ostensum Nabuchodonosor fuit constrictio radicis arboris annulo ferreo & æreo : & hoc idem demonstratur. hom.1.n.8.9. nam hoc significat, quòd ieiunium, mortificatio & pœnitentia, vitia comprimit. ibid.nu.11. præparat vt cogitationes in cœlum erigantur. ibid.nu.13.14. nec non te disponit vt rotem cœlestem accipias. ibid.n.15.

V. *Sint lumbi vestri præcincti.* Lugendum est quod ita timeamus carnem nostram ejusque affectus præcingere, nam omne quod redolet mortificationem, perterret nos, cum tamen alia quæcumque nos minimè percellant: habemus ni fallor duo corda cum elephante. hom.1. num.17. non est quòd timeamus ; illa enim mortificatio & compressio etiam fœminis est vtilitatis in eo quòd ipsæ maximè desiderant, quòd est earum promouere venustatem vt probat D. Athanas. ibid.num.16.

VI. *Sint lumbi vestri præcincti.* Hoc inter cetera tibi incumbit vt affectus motusque carnis tuæ refrænes : quamuis enim verum sit quòd illi primò prodeant & te non cogitante, tamen necesse est vt illicò illos comprimas manumque injicias, sicut fecit Iacob Esau quando primes natus est, ipse verò posterior : nam plantam pedis eius manu tenebat, qua fratrem detinens: hoc non minimum est supplicium, quod Deus hominibus permittit vt liberè suis vacent carnis affectibus, sibi pernicioſis ? quocirca dum taliter viuunt lugendi sunt vt reprobi cum filio prodigo liberè paternis excedente latibus. h.18.n.21. & solidè declaratur qualiter Deus suam erga aliquem declaret indignationem, permittens vt suos liberè sectetur appetitus : & magnam econtra testetur misericordiam dum illos cohibet & refrænat. h.35.n.28.vsque 34. & probatur Dei misericordia cum populo suo, in eò quòd ipso etiam invito desideria eius repressierit : sic tibi cum carne tua agendum. ibid.n.34.35.

VII. *Sint lumbi vestri præcincti.* Necessarium est vt in actionibus vestris cauti sitis vestrosque lumbos præcingatis, nec viuatis pro vestra libidine, sed in verbis vestris operibus & gressibus sitis admodum prudentes & timidi. h.23.n.17. & quamuis hoc laudabile sit, omnem tamen in hoc vitate stultitiam. ibid.n.18.

VIII. *Sicut lumbi vestri præcincti.* Affectus illos carnis vestræ præcingite : quia illis diabolus vtitur, & attendit quisnam prodeat & se ostendat vt illicò manum injiciat vosque perdat. h.5.n.30.

IX. *Lucernæ ardentes in manibus vestris* Hoc est secundùm quod Christus requirit in ordine ad proximum opera scilicet misericordiæ & nominatim eleemosynas spirituales & corporales in beneficium proximi tui : hæc intelligit D. Ambros. oleum esse, quod quia defuit virginibus fatuis, interierunt. h.16.n.3.

X. *Lucernæ ardentes in manibus vestris.* Curam discipulorum oportet proximi tui : ad hoc enim tenebar discipulus Christi : nam sui tantùm curam gerere, conuenit discipulo Satanæ. ho.22.n.1. & illi dandum est quo indiguerit, & quod illi dare tu poteris in operibus spiritualibus & corporalibus. ibid.n.3.4.

XI. *Lucernæ ardentes in manibus vestris.* Opera lucis in manibus vestris. Opera virtutum dicuntur opera lucis ex singulari ratione. h.19.n.52.hæc lucere debent in manibus tuis, ne sis sicut virgines fatuæ quæ lucere voluerunt oleo alieno. h.37. n.42.

XII. *Lucernæ ardentes in manibus vestris.* S.Iustinus Martyr ait : dum nobis in baptismo candela traditur, quasi monemur vt nosipsos consideremos quasi tam animam exhalantes : talibus enim candelas tradi lucens. ho.31. n.26. imò nosipsos consideremus quasi mortuos & in pheretro depositos, velut Noe in archa sic lego apud D.August. h.1 n.48. atque in hac dispositione oporteret nos semper mortem considerare propinquam : hoc etenim nos ad opera bona & iusta compellet, & ad illa singulis horis augenda, nec non ad adhibendam diligentiam quam laudamus in Ante & miramur in formicis. h.34.n.30.vsque 34.

XIII. *Et vos similes hominibus expectantibus.* Hic est tertium à Domino propositũ in ordine ad Deum. Plures fuerunt opiniones apud Philosophos inquirentes in quem finem Deus hominem in mundo statuisset. Epicurus credebat quòd vt deliciis ejus fruerentur. Alij, vt aliquis esset qui solem intueretur, sed expositio hoc D.Paulus dicens,nos hic viuere vt expectaremus Aduentum Domini, in quo ipse nos ad locum desiderium ad quem nos creauit : *Expectantes beatam spem &c.* atque in hoc statu nos vult Christus vt simus sicut Israëlitæ in Ægypto, illis enim præcepit vt præparati & facultatibus suis compactis in fasciculis,cæteris rebus dispositis,parati essent ea nocte quà egredi debebant, vt quàm primùm Moyses diceret : eia pergamus, omnes continuò excederent. Vide quæ diximus ad Euangelium : *Vigilate quia nescitis* in Festo Confessoris Pontificis.

XIV. *Similes hominibus expectantibus.* Noluit nos reuelare horam in qua venturus esset, sed tantum dixit vt semper expectaremus, & sciremus eum esse Dominum temporis : atque hoc in eius cedit gloriam quòd sibi scientiam reseruet horæ mortis vnicuique & ejusdem pro beneplacito suo dispositionem. h.35.n.38. atque per hoc radices in tertam non figimus sicut in eo loco illas non infigit serum in quo perpetuo Dominũ suum expectat vt cum illo progrediatur. & propter alias rationes quas indicamus in Festo Pontificis ad illud: *Vigilate quia nescitis horam* notate ad illa verba Christi : *De die illa & hora nescit, neque Angeli, neque filius hominis* h.6.1.1.h.36.1.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

XV. *Beati serui illi, quos cum venerit Dominus, &c. præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis.* Fateor quod non videam me in toto Euangelio inuenire verba, quibus tanta promittuntur; vt his. Si Christus promitteret seruis suis in hac vita, quod illos discumbere faceret, ipseque seruiret eis; iam meo iudicio hoc vidimus in cœna, quando *Surgit à cœna & mittit aquam in peluim, &c.* Sed quod dicat quod existens gloriosus in cœlo sedensq; ad dexteram Patris gloria sibi debita conspicuus assurget, faciesque illos discumbere qui in hac vita illi seruierunt, illi que ministrabit ex vno loco ad alium transiens quasi seruus: *Transiens ministrabit illis*: quid amplius dici potest? Magna promisit Apostolis spondens quod accumbere illos faceret ad mensam suam quandoquidem sciamus quantum sit beneficium quando Rex aliquem suæ mensæ conuiuam assumit: sed multo præclarius est spondere, quòd in iudicio sedere faciet illos iudices sibi collaterales, vt dictum est in præcedente Euangelio ad illud: *Sedebitis super sedes.* Porrò dum ait hoc quod nunc, omnem superat sponsionem. Nihilominus valde conuenit ei quod Dominus promiserat; quod scilicet faciet sanctis suis in cœlo, quod ipsi fecerunt ei in terra: & quandoquidem ipsi Christum in persona venientem pauperis ad domum eorum, discumbere fecerint, & stantes illi multis eorum seruierint; his verbis omnimodam respondet correspondentiam: Hoc egit Abraham, adstans seruiuit peregrinis, eosque coegit discumbere: similiter & multi sancti. Vtilitatem habet hic conceptus. hom 27 num.67.68.

XVI. *Transiens ministrabit illis.* Ecce hic toties repetitum quod qualis tu Deo fueris talis & ipse tibi futurus est; teque ipsum in eo quod illi feceris, mensuram statuit eius quod tibi facturus est. hom.25. n.50. vsque 56. & ostendit in Dauid, Lot, & aliis. ibid n.56. vsque 61. & hoc nostram redarguit negligentiam; quàm verè tantam miraremur, cum præclara sint adeo præmia.

XVII. *Faciet eos discumbere, & transiens.* Non vult Dominus vt vera illa intelligamus prout sonant, sed significat ingens beneficium, sanctis suis à se præstandum in mensa gloriæ suæ: non enim erunt necessarij ministri qui seruiant: nam erit ipse Dominus qui illos inuitat, mensa erit ipse eiusque diuina essentia: cibus erit ipse, lux erit ipse: qui corpori & animæ subueniat, erit ipse: hoc namque valde Theologicè dixit Apostolus: *Tunc euacuabit omnem potestatem & principatum & erit omnia in omnibus.* hom.12. numer.30. hom.41.num.36.

IN FESTO S. CONFESSORIS.

I. *NOlite timere pusillus grex, &c.* Luc.12. Cum sciret Dominus suas illas oues infirmas esse & paucas, totumque mundum in eas commouendum, nec non occasionem habere timoris plurimam præsertim eas quæ eius se tradiderant obsequio & sequelæ, timentes ne si renuntiarent iis quæ hic possidebant, fame deficerent: atque in persecutione sibi à gentibus excitanda, hoc quoque adiungeretur quod inopes essent, quodque tanto seuerius illos persequerentur, quanto viderent illos pauperiores conatur eorum animare: etenim milites sub eius vexillo militantes oportet ait vt sint violenti: nihil enim sic nocet in verba Dei iuranti quàm metus: quocirca hunc illis auferre satagit. hom.43.num.33.

II. *Nolite timere* Aliàs ipsos exhortatus est, omnem adimens formidinem ex persecutione populorum commouendam: nunc autem illam illis adimit, causandam ex eo quòd relictis opibus se pauperes esse conspicerent; est etenim pecunia substantia huius mundi eaque ablatâ omnia terræ corruunt accidentia, sic vt nullas habeat homo vires, nullaque gaudeat defensione. hom.16. num.25.26.27. atque ideò desiderantes Prophetæ Aduentum Christi in illa forma, magis ad ignominias & opprobria compositâ, postulant vt pauper adueniret. n.41.n.76.

III. *Nolite timere pusillus grex: quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum.* Hac ratione corda confortat Apostolorum: *Non turbetur cor vestrum, neque formidet; in domo Patris mei mansiones, &c.* Verè namque nihil sic cor excitat metumq; propellit quàm magni spes præmij, vide dicta in Festo SS. Philipp. & Iac. ad illa verba: *In domo Patris mei.*

IV. *Nolite timere, &c. Complacuit Patri vestro dare vobis regnum.* Si Regnum in somnis exhibitum tantopere confortauit Ioseph & omnem ab eo metum propulsarit: quid aget regnum cœleste non somniatum sed ab ipso Deo promissum? h.11 n.3. & vide notata. ibid n.4. vsque 14. h.12.n.7. vsque 20.

V. *Complacuit, &c. Dare vobis regnum.* Inquire omnes quos mundus coluit vt liberales, & confideta vtrum simile inuenias promissum. Attende promissum Assueri, factum Esther: etenim iudicans se extremum impendere potentiæ in promissis suis, obtulit illi, vt licet ab illo peteret dimidium regni sui, continuo hoc ei traderet. Idem iurauit Herodes pellicis suæ filiæ? *Quidquid petieris dabo tibi, etiamsi dimidium regni mei.* Ecce quanta differentia inter illos reges & Deum; & inter illa regna, & Dei regna & me-

dium illorum, & totum Dei regnum. Totum suum regnum decreuit tibi dare mera sua liberalitate totum singulis. Argumentum est Theologiæ Superioris. ho. 22.n.23.vsque 26. h.41.n.63.

VI. *Nolite timere quia complacuit Patri vestro.* Tentat diabolus & ait, quòd si Deo seruias mundéque vale dicas fame interibis: etenim hanc Christo proposuit tentationem. hom. 5. num. 35. & ita respondebant nonnulli vati Hieremiæ: si Deo seruiamus, fame languebimus. hom. 27. num. 2. Hunc Christus metum expellit, dicens primò, Deum esse nostrum Patrem, quodque singulari consilio Christus hoc nobis beneficium contulerit quo cum eius venia illum sic toto corde inuocaremus, vt nostram excitaret fiduciam in petendo necessariam, nec enim maior est vlla quàm filij erga Patrem suum. hom. 42. n. 83. 84.

VII. *Complacuit Patri vestro.* Est Deus Pater vester, & pro vobis mundum creauit, sustentat animalia & plantas, imò multos peccatores, inimicos suos & infideles, ô quantò minùs vestro deerit alimento! hoc veneror argumentum. h. 27 n. 16.

VIII. *Nolite timere: complacuit Patri vestro.* Offenditur Deus si quis illi seruiens, non diffidat sibi ab illo regnum esse dandum, dubitet tamen vtrum vitæ huius necessaria sit largiturus. Idcirco puniuit Ananiam & Saphiram. Nota casum hom. 27. num. 8. 9. 10. Insuper Moysen & Aaron. ibid. spes ma excitetur considerando, qualiter subuenerit Danieli. ibidem numero 11.

IX. *Nolite timere quia complacuit Patri vestro.* Expende verbum *Complacuit*, quod significat per meram suam gratiam, absque vllo tuo merito, imo etiam te non cogitante: insuper qui mille annis antequam fuisses, & per totam æternitatem decreuit tibi dare regnum sunni te prædestinando. Hic enim non deficiet quin tibi tam exigua sit largiturus, quæ ha sunt vitæ tuæ necessaria. Ex defectu considerationis huius rationis multi præ timore corruerunt, & omnem spem abiecerunt, ita Rex Asa cui dixit Prophetа: *Stultè nimis egisti.* hom. 27. num. 43. 44. Vide dicta Domin. 14. post Pentecost ad illud: *Nonne anima plus est quam corpus.*

X. *Complacuit Patri vestro.* Mera fuit Dei gratia velle tibi regnum suum dare, te primum adducere ad hoc Ecclesiæ suæ regnum, vt ex hoc militante sustollat te ad triumphans: nec enim illum tua merita compulerunt, nec ratio suberat cur te potiùs quam alterum eligeret in China vel Turcia. hom. 17. nu. 14. 15. Nulla dies transeat quo non propter hoc Deo gratias agas, ne te puniat sicut Adam & Philosophos. ibid. 1. num. 16. & sqq.

XI. *Pusillus grex.* Quàm pusillus erat ille grex quem Christus elegit: pauci erant, pauperes & idiotæ, atque in hoc suam ostendit potentiam per ipsos triumphum referens de fortissimis, sapientissimis, potentissimis, nobilissimis, & mundi ditissimis. h. 30 n. 41. Vide notata in Festo Ascensionis ad illud: *Euntes in mundum vniuersum.* Et in Festo S. Andr. ad illud: *Venite post me & faciam vos &c.*

XII. *Vendite qua possidetis: Facite vobis sacculos qui non veterascunt.* Miram Dominus doctrinam docet, nec enim credat ille qui sua omnia pauperibus largitur, eorum se pati iacturam: imo potius sibi ipsi illa in perpetuum lucratur & conseruat, hic impletur illud Dauidis: *Qui replet in bonis desiderium tuum.* homil. 33. numero 26. Vnum ex illis est esse diuites, & nostras seruari facultates. Nullum ad hoc aptius medium quam opes in sacco coniicere pauperum: nec enim illi vmquam tibi veterascent. Primo quia in se Christum continent, hic enim se inter illos repræsentat, recepitque quæcumque dederis. hom. 16. num. 13. vsque 16. Quocirca pauperem considera oculis fidei hom. 30. num. 24. 25. sic illos considerabat Abraham aliique sancti. hom. 27. num. 67. 68. Imò & ipsi Apostoli. ibid. n. 68.

XIII. *Facite vobis sacculos.* Secundò pauperes sunt sacculi sed tibi: nam tibi particulariter illos mittit Deus: quatenùs in illis reponas quod tibi sit profuturum: quod enim his non commendaueris non tibi profuturum est sed heredibus tuis, illisque, qui tuo malum rependent gratiam. h. 1. n 37. 38. atque eo fine tibi pauperes mittit, vt illis mediantibus tibi thesaurizes. ibid. nu. 39. 40. Et hoc est quod Dominus addit: *Facite vobis sacculos, &c. Thesaurum non deficientem in cœlis; quo fur non appropiat, nec tinea corrumpit.*

XIV. *Facite vobis sacculos.* Maxime tenemur Christo qui nos docet qualiter bonis ipsis corruptibilibus & aereis lucremur æterna, & ponderis infiniti, multo melius quam illi se deuinctos iudicarunt Stertinio quem gentiles Romæ Deorum albo inscripserunt eo quod ex sordibus & stercore domuum douasset commessem colligere copiosam. h. 27 n. 74.

XV. *Facite vobis sacculos.* Offenditur non parum Deus quod agricola suam fidat terræ facultatem, & non illam eius manibus diffidas, dando eleemosynas: quæ nanque eas recipit: noueris igitur nullum hoc esse certius lucrum. h. 27. n. 76. 77.

XVI. *Vbi enim thesaurus vester est, &c.* Hoc est quod Dominus prætendit corda scilicet nostra eradicare a terra, vt illa cœlis infigamus vbi namque thesaurus est, ibi est cor tuum. Væ tibi misero, quia nanque in mundo tuum habes thesaurum, ibi est & cor tuum, vt confirmatum est in diuite, de quo D. Antonius Paduanus & hinc est quod veniens ad concionem & Ecclesiam exiguum referas fructum: quia cor habes in mundo & facultatibus. homilia 29. numero 23. & sqq.

sæpè tibi contingit quod Phariſæis, vt audiendo ſermones, admireris ſed non conuertaris. ibid. num. 21. Vide quæ diximus die Cinerum ad illud: *Vbi eſt Thesaurus tuus.*

IN FESTO S. VIRGINIS.

I. *Simile eſt regnum cœlorum decem Virginibus*, Matth 25. Fuit hæc parabola quaſi finis prædicationis Chriſti, qui ingreſſus Hieruſalem Dominicâ Palmarum ibidem quintiduo moram traxit vſque ad mortem ſuam, vt ſupradictum eſt in Feſto Confeſſoris Pontificis ad illud *Vigilate*. num. 3. patrem conuincens Iudæos qui eum morti adiudicarant; ſicque hæc parabola quaſi vltima concionis eius pars vt illam tenacius memoriæ infigeremus, vt aliquid maximi momenti quo ad perpetuas excitemur vigilias hom. 6. num. 10. 11.

II. *Simile eſt regnum cœlorum*. Noſtræ ſaluti maximè conueniens eſt timor Dei. hom. 6. num. 12. & nihil ſic poteſt eum excitare, quàm id quod noſtram tangit ſalutem: nam hæc ea eſt ſollicitudo quâ ſancti magis affliguntur. hom. 37. num. 2. & conſiderare quod Deo reddere debeamus rationem: nam ex hac tantum imaginatione Dauid totus contremuit. ho. 6. n. 2. vſque 7. & bene hoc Daniel declarauit. ibid. n. 12. vſque 21. eriſque maior ſi huic adiungas id quod Dominus poſtulat, vt nimirum ex hac parabola intelligamus quod venturus ſit inexpectato: vide ſuprà Euang. *Vigilate quia neſcitis quâ horâ.*

III. *Simile eſt regnum cœlorum decem virginibus, &c.* Obſtupeſco quod cum Euangelium ſit lex amoris, primum opus quod Chriſtus fecit ſe mundo manifeſtans, actus fuerit timoris, flagellum manibus ſuis arripiendo templúmque cædendo profanatores: ſimiliter & quo eiuſdem Euangelij ſimiuit prædicationem: etenim agit de timore iudicij; itaque principium & finis ſpectant timorem, & merito; quia fundamentum amoris vt ſtabilis ſit & non temerarius, eſt timor potiſſimum illi qui cor habet abiectum, quale habent miſerifilij Adam, qui niſi virgam videant, fiunt inſolentes. Nota conceptum. hom. 28. num. 5. & ſeqq. & hinc patet ratio quare Dominus à flagellis inceperit, & finem impoſuerit hac parabola nos perterrens; quod ita à pectore ſuo blando & amico eſt alienum. ibid. num. 2. vſque 5.

IV. *Simile eſt regnum cœlorum decem virginibus*. Loquitur de Eccleſia quæ dicitur regnum cœlorum ob rationes à Sanctis expenſas, & fideles dicuntur Virgines: non quia coniugati non pertineant ad Eccleſiam, quinimo ſtatus matrimonij ſanctus eſt, vt vidimus in Enoch & Noë, &c. hom. 24. num. 17. vſque 21. ſed propter integritatem fidei; dum enim Synagoga illam caſtodiebat, dicebatur, *Virgo Iſrael*: quaſi do vero ab illa deficiebat, arguebatur vt *Adultera & fornicaria*: & etiam propter ſingulare myſterium; nempe quod anima per fidem Deo deſponſetur & hoc deſponſorium nullam in anima corruptionem operetur ſicut terrena in corpore deſponſatorum: imo vero munditiam & integritatem Virginibus proprias: & hoc zelo animarum flagrabat Apoſtolus quas lugebat corruptas per idololatriam, violatas, traditas diabolo, ſponſo corruptori, quas deſponſare deſiderabat Chriſto; hic etenim ſponſus, eiuſque ſponſalia, illas crearent caſtiſſimas Virgines: *Æmulor enim vos, &c. deſponſi vos vni viro Virginem caſtam exhibere Chriſto*. q. d. notate quod vos deſponderim viro celeberrimo, Chriſto ſcilicet vt animas ſingulorum Virgines reddat caſtas & mundas nam tales Deus vult animas in hac Eccleſiæ ſuæ republica quæ ſint Virgines; eo namque fine illam inſtituit, intendens non vt animæ Virgines violentur, ſed potiùs violatæ Virgines euadant & mundæ. h. 34. n. 54. 55.

V. *Decem Virginibus quæ accipientes lampades ſuas*. Virgines erant vocatæ & inuitatæ ad ſponſi nuptias. Hic conſidera Chriſtianorum felicitatem; nam idcirco dicuntur *Vocati* eo modo quo dixit Apoſtolus: *Vocauit nos vocatione ſua ſancta*. Nos creauit candidatos & prætenſores regni cœleſtis. Quantum hoc eſt beneficium! h. 11. n. 9.

VI. *Decem Virginibus quæ accipientes*. Magna fuit hæc puellarum felicitas vocari ipſas, & expectare vt ſponſi nupti s fruantur. Multæ erant aliæ, ſed has in particulari ſponſus inuitauit ex mero ſuo beneplacito, & hoc nobis indulget ad ſuam nos vocans Eccleſiam, omiſſis aliis infinitis, nam illi tantum qui in ea ſunt expectare; oſſunt nuptiarum fruitionem; qui namque fidem habent Ieſu Chriſti ſpe certa fulgent: quia *fides eſt ſubſtantia rerum ſperandarum*. h. 17. n. 14.

VII. *Decem Virginibus, quæ accipientes*. Quando D. Ioann. oſtendit Angelus locum nuptiarum ſponſi, illiſque dixit multos ad illas inuitari, vocemque audiuit: *Beati qui ad cœnam nuptiarum agni vocati ſunt*, ad pedes ſe proſtrauit Angeli ſibi talia demonſtrantis nuncque annuntiantis; quanto magis decet nos eſſe gratos cœleſti ſponſo, qui nobis has demonſtrat nuptias, atque ad illas inuitat merâ ſuâ gratia. hom. 11. n. 1. Iudicauit D. Paulus nos ad perpetuam ob tale donum teneri Deo gratitudinem. Illi gratias age ne tuam puniat ingratitudinem ſicut Adam & Philoſophorum. h. 17. n. 16. vſque 22.

VIII. *Decem Virginibus, quæ accipientes lampades*. Habes hic deſcriptum Chriſtianum: Virgo eſt qui cum lampade expectat vt ſponſi potiatur nuptiis. Lampas fides eſt, quam D. Petrus vocat lucernam accenſam, quæ nos in nocte illuminat; quia fides docet

nos & declarat in quem finem nos Deus creauerit, atque in mundo statuerit: circà quod multi errores leguntur apud Philosophos: quidam dicebant hominem à Deo in mundo constitutum vt eius deliciis bonisque gauderet, talis erat Epicurus: alij vt esset qui opera Dei contemplaretur: nonnulli vt in hoc theatro essent perpetuæ repræsentationes: porrò lucerna fidei nos illuminat: etenim docet nos cum Apostolo nos hic viuere: *Expectantes beatam spem*: talia namque sunt hæc bona vt illa non possemus naturali luce cognoscere, vt declarat D. Paul. *Nec oculus vidit*. h.12. n.17. vsque 20. nec illa tota natura creata desiderare, si præcedente lampade fidei spes non adiungeretur quæ est eius fundamentum. ibid.

IX. *Accipientes lampades*. Optimè comparatur fides lampadi, cuius lux oleo fouetur, quo deficiente lux obscuratur: quia fides alitur & lucet charitate eiusque operibus: & quantò hæc amplius crescunt, tanto crescit & lumen fidei, prout videmus in sanctis: quantò namque maiori feruebant in voluntate charitate, tantò eiusdem mysteria clariùs agnoscebant, vt probatur exemplis. hom.29.num.56. Idque eo modò vt aliquando ex integro deficiente hoc oleo, fides etiam extinguatur vt constat in multis Hæreticis. ibid. numer.52. vsque 56. Itaque sicut oleum quamuis non accendat lucernæ lumen, tamen necessarium est ad eius conseruationem: ita charitas eiusque opera fidem non accendunt: hæc etenim ex mera Dei procedit gratia: *Non ex operibus*, vt dixit Apostolus verumtamen munda non conseruatur & pura sine charitate. ibid. & hoc significarunt lampades quas vidit Zacharias iuxta quas septem erant suffusoria oleo plena & duæ oliuæ. hom.30.num.25.

X. *Decem Virginibus, quæ accipientes lampades*. Expediret vt aliquones hanc optimam perpenderes sortem, nec semper oculos in hæc temporal a deflecteres: nam præterquam quòd habitu sint difficilia, vt Dominus ostendit Samaritanæ. hom.25.n.73.74. Deus te non creauit ad res adeò abiectas vt dixit Salomon. h.11. n.1. Consultum foret finem tuum considerares iuxta consilium Abbatis Moysi. ibid.n.10. & piscis esses alatus vt dixit D. Gregor. ibid.n.12.

XI. *Quinque erant prudentes & quinque fatuæ*. Declarat Christus quòd in duobus ordinibus fideles Ecclesiæ suæ comprehendantur: quidam enim saluandi, alij damnandi; quod exponit sub figura prudentum & stultorum: quia quicumque damnabuntur, ob stultitiam suam damnabuntur, vt dici possit illud Prophetæ: *Perierunt propter suam imprudentiam*. Idcirco ita laborat Christus vt simus prudentes. Idcirco tantum nobis ministrauit salem, symbolum prudentiæ, scilicet Apostolos & Sanctos Doctores: quibus hoc imprimis commendauit, vt de mundo stultitiam eliminarent. Vide dictâ in Festo Ascensionis ad illud *Euntes in mundum vniuersum*: & in Festo SS. Trinit. ad hoc: *Euntes docete omnes gentes*.

XII. *Quinque prudentes acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus*. Declarat Dominus harum prudentiam in hoc notari quòd sibi oleum comparauerint: etenim hoc prudentiæ est officium, si lux adesse debeat, necessaria ad eius conseruationem comparare: imprudentia & fatuitas aliarum arguitur eò quòd oleum sibi non emerint. Verè iuxta D. Chrysost. fatuas ostenderunt: quandoquidem peracto potius & molestiori, in minori & leuiori defecerunt: quòd principalius erat fecerunt, quia Virgines fuerunt & virginitatem suam seruauerunt illibatam nec hunc Christus in illis defectum redarguit: & hoc est quod adeò magnum, vt si ad castitatis custodiam multa quiratur mortificatio carnis, perpetuæ vigiliæ, strictæ solitudo & cautio: multò magis hæc requiruntur ad virginitatis custodiam. Lampades sibi compararunt, & impleto hoc magno, defecerunt in hoc paruo quòd de oleo sibi minimè prospexerint. Hæc est Christiani fatuitas, qui impleto difficili & graui, languescit in leuiori. Nihil ita operosum fuit in mundo, quam fidem Iesu Christi recipere, illam credere & libenter subiicere intellectum rebus adeò non probabilibus, vt necesse sit illum captiuare. Memento huius conceptus. hom.29.n.9.10.

XIII. *Prudentes acceperunt oleum*. Patet hic imprudentia: nam peracto grauiori, minus negligunt, maxima difficultas, quam mundus passus est, ea fuit vt crederent hominem crucifixum esse Deum, in morte latere vitam, in cruce gloriam: hoc etenim asserere Apostolus mundo persuaderi posse difficillimè. hom.42.num.27. hom.44.numer.25. idque taliter, vt cum Christus esset diuina sapientia, tantaque faceret mirabilia ad huius confirmationem illi tamen Iudæi fidem adhibere noluerint: ita vt miratus sit tantam cecitatem præsuppositis talibus operibus incredulitatem. homil.34.num.43. tantum opus perfecisti adiutrice Dei gratia, fidem hanc recipiens, tuum submittens intellectum illumque captiuans, libertatem tuam refrenans & cohibens insolentiam: hæc autem tua est stultitia, vt superato difficiliori, animum abiicias in facilibus: etenim credens sub gloria latere crucem, crucem tamen exhorrescas, & credens diuitias æternamque requiem abscondi sub aduersitatibus, illas tamen fugias: nam idcirco dixit D. Chrysost. gentiles sibi non posse persuadere quod Christiani credant id quod dicamus credere. ibid.n.44. vsque 47.

XIV. *Prudentes Virgines acceperunt oleum*. Prudentes fuerunt: nam supposito quod coniugium admiserunt & cum lampadibus expectarunt, sibi comparârunt quod minùs erat difficile, quod alię non fecerunt

quarum symbolum fuit vxor Lot quæ egressa de Sodomis, vbi suis vacabat voluptatibus, quod summum erat quod facere poterat, minus non perfecit; nempè ne caput reflecteret: & idcircò conuersa est in statuam salis, vt nos prudentes efficeret. ho.8.n.49.

XV. *Quinque fatuæ.* Stultæ fuerunt quandoquidem non argumentabantur, quod si expectarent, de necessariis sibi debetent prouidere: & hæc ea est multarum insipientia, quas Spiritus S. vocat animas indisciplinatas: non enim discurrunt nec circa id quod credunt, nec id quod audiunt à prædicante. hom. 29. num.11.12.

XVI. *Acceperunt oleum in vasis suis.* D. August. per oleum humilem intelligit cognitionem beneficiorum Dei: quæ quia defuit Angelis, perierunt & similiter superbi Philosophi teste D. Paulo. ho. 29. num.51. atque idcircò tu peribis; quia receptis Dei misericordiis in donis naturalibus & supernaturalibus, illis te exaltas, & receptis opibus pauperi non succurris; nobili tua progenie pauonem non imitaris vt pedes tuos contempleris. hom.17. n.16. quinimo aliquoties iisdem ipsis donis à Deo tibi concessis illum offendis. ho 35. num.16. vsque 22.

XVII. *Acceperunt oleum in vasis.* Necessaria sibi procurarunt, & quia dispositio rationum cum Deo, maximi refert, hanc præuenerunt ad exemplum Ruth & formicarum. h 34.n.31.vsque 34.

XVIII. *Acceperunt oleum in vasis suis.* Magna fuit hæc prudentia oleo vasa sua replere, propriis nimirum; non autem agere sicut fatuæ, quæ oleo lucere voluerunt alieno; frequens hoc valde est in mundo, fulgere velle ex alienis prædecessorum suorum operibus. h 37. num. 42. vsque 45.

XIX. *Acceperunt oleum in vasis suis.* D. Ambros. cum opinione communi Sanctorum per oleum intelligit misericordiam eiusque opera, sed potissimum eleemosynam, hanc etenim Deus diuitibus reliquit in peccatorum suorum remedium; & quidem conuenienter; Statim etenim adiungit Dominus historiam de iudicio, in quo tantum producit in publicum opera misericordiæ iustorum quibus in præmium regnum tribuit cœleste, & eorum defectum in reprobis ob quem illos condemnat. ho.6.num.56.

XX. *Oleum in vasis suis.* Hæc est illa prouisio tibi facienda; sed particulariter diuitibus; etenim propter hunc ejci defectum te Deus cum diuite epulone damnabit. hom.16. nu 7. vsque 16. hanc tibi tradit prouisionem in tuorum remissionem peccatorum cum modo alia non facias opera pœnitentiæ; hoc designatur in lampade oleo abundanti quam vidit Zacharias. ho. 30. num.15.

XXI. *Moram faciente sponso.* Conquerebantur aliqui in diebus D. Petri, quare Deus tantoperè tardaret, quandoquidem semper illos perterrebant dicentes: Iam venit, propè est iudicium, & respondet; *Patienter agit propter vos nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiam reuerti.* Magne tribuitur hoc Dei misericordiæ modicum expectare modicumque tempus elargiri. hom.35. num.36. & quamuis peccata multa illum vrgeant, procrastinat tamen, ne te perdat iuxta illud Thecuitis *retractat cogitans* sic explicant D. Ambr. D. Hieron. D. Chrysost. hom. 37 num.22.23. caue tibi ne sis ita peruersus vt hæc mora tibi sit occasio peccata multiplicandi, sicut illi fuit de qua conqueritur in Apocalypsi. ho.35.nu 37.

XXII. *Moram faciente sponso.* Expectat te Dominus vt dixit Isaias. h 37.n.18. ne tu sis ita impudens vt ex eo ipso illum detineas expectantem. ibid. numer. 19. 20. 21.

XXII. *Moram faciente sponso.* Qua veritate dicimus tardare Deum, si tam breuis sit hominum vita? vide quæ diximus in Euangelio de quinque talentis ad illud; *Post multum verò temporis venit Dominus.*

XXIV. *Dormitauerunt omnes & dormierunt.* Quo tempore sunt in hac vita, omnes dormiunt hoc est cadunt in delicta; sed de bonis dicitur quod dormitent; quia eorum delicta leuia sunt sicut somnus eius qui dormitat, quibus hæc Deus delicta permittit vt eos in humilitate conseruet. ho.15 n.45.h.24.num.27. similiter quia ad vnam vocem quâ vocantur, in se reuertuntur; sunt enim oues Dei, sicut Magdalena. hom. 38. n 41. nec fixum habet in illis locum ipsum peccatum, sed est vt peregrinus, sicut Nathan de peccato Dauid explicauit. ibid. numer. 26. de reprobis dicitur quòd dormiant, quia se tradunt somno peccati sine vlla formidine & ita profunde obdormiunt: vt licet multipliciter illis acclametur, non tamen curant non recordentur, vnde merito comparantur ollæ immundæ Ezechielis, quam hic non potuit emundare. h 25.n.30. & argento reprobo Ieremiæ.h 13.num.49.

XXV. *Dormitauerunt & dormierunt.* Prudentes pleno non se tradiderunt somno, sed *dormitauerunt*, sicut ille qui expectat: nam vigil adstat quatenus paratus sit, timens ne singulis horis & momentis veniat Dominus. Fatuæ verò socordes obdormierunt, sibi persuadentes vt quid certum quòd Dominus non veniret: nam hoc significauit Dominus in alia parabola eidem proposito conueniente, de malo seruo qui expectans Dominum ad somnum se recepit dicens: *Moram facit Dominus meus. &c.* & hæc fiducia, siue potius præsumptio occasio est vt somno peccati obdormias. Etenim hoc tibi in ore frequens est: est mihi tempus sufficiens, sanus sum & hac præsumptuosa fiducia fultus, pertinax in peccatis tuis perseueras, longoque tempore obdormis, vt Dei patientiam fatigare videaris. ho.37. n.20.21.

XXVI. *Media nocte clamor factus est.* Tu iudicanum clariùs potuerit loqui Christus & verbis apertioribus tibi prædicere, se venturum inexpectatò. Non desiderat iudex comprehendere latronem si prænonet illum de hora quâ venturus est ; & adagium habet : qui te prænonet non te decipit. hom.13. n.2. 3.

XXVII. *Media nocte clamor factus est* q d.horâ minimè expectatâ & importunâ, audita vox est eorum qui præcedebant dicentium : Iam venit Sponsus : etenim hora in quâ quis dormit minùs sollicitus : est mediæ noctis hora. Argumentum expenditur ho.36.n. 47. & vide supradictam Euang. de Pontifice Confessore; *Vigilate* ad illud; *Nescitis qua hora Dominus vester.*

XXVIII. *Tunc surrexerunt omnes Virgines illæ.* Ita Christus loquitur de hora mortis singulorum, sicut de hora iudicij, & eleganter describit angustias quibus mali in hora mortis affiguntur, dum se vident sine lumine & ornatu necessario ad recipiendum sponsum, & hoc melius capimus ex eo quod quotidie oculis conspicimus, & peccatoribus contingit, dum enim minus cogitant, morbo se lugent oppressos mortali, audiuntque vocem intonantem: *Ecce Sponsus venit.* Quales tunc turbationes, quales tunc patitur cor eorum angustias? Quanta tunc oleum quærendi sollicitudo, illudque à Virginibus petendi prudentibus: vt missæ celebrentur, instituantur peregrinationes : & orationes seruorum Dei, quibus animæ eorum negotium ritè disponatur, ecce quod toties diximus quod ita negligenter viuens, in hora mortis his dolebis te obrutum angustijs & in te Dauidis illud implebitur, quod clauis confixus morieris. ho.13.n. 53.54. tibique id quod Sisaræ contigit. Conceptus hic tibi horrorem incutiat ibid.n.55.

XXIX. *Date nobis de oleo vestro.* Hæ sunt angustiæ peccatoris in hora mortis, illique accidit quod gubernatori qui ab hoste circumcinctus luget tormenta sua bellica clauis obfirmata ho.13. n.56.57.

XXX. *Date nobis de oleo vestro.* O fatuæ ! an igitur hac horâ quæsistis quod vobis erat ita necessarium? merito tales vocat Isaias delusores ho.13.n.58. illisque prædicit quod morientur in peccatis suis : quandoquidem tot constrictis à se nodis, sine dubio non soluendi sunt vnico instanti nisi summa difficultate ibid. num. 61

XXXI. *Date nobis de oleo vestro.* Quandoquidem vsque modo distulistis oleum quærere, non illud inuenietis: satis paret quod illud quæratis hora mortis, ostendentes quòd vos peccatorum pœniteat, sed vobis euenier vt Pharaoni, & nisi suo tempore peccatum occidatis dum viuitis, ipsum vos tunc occidet, sicut Amalecites Saulem hom.13. n.64. & sequentibus.

XXXII *Date nobis de oleo vestro.* Quàm diligenter quærebat Antiochus oleum misericordiæ sed illud non inuenit in hora adeo misera. Horribile est hoc exemplum h.35.n.8.9. h.38.n.46.

XXXIII. *Venit Sponsus & quæ paratæ erant introierunt cum eo ad nuptias.* Non dicit introierunt ad nuptias illæ quæ tunc se præparauerunt, sed tantum illæ quæ tunc paratæ erant : etenim valde difficulter tunc in hora mortis legitimus fieri potest apparatus : qua requiritur vt homo sit sibi valde præsens, & sicut dixit Tertullianus, non quælibet satisfacit pœnitentia, sed illa quæ est Myrrha probatissima.h.38.n.46. atque in illa hora omnes turbatæ sunt potentiæ, & quamuis videatur quòd infirmus nonnulla verba & ratiocinia proferat ad animæ suæ salutem ; attamen illa non intelligit videturque magis echo quam vera vox. ho.35. numer.55.

XXXIV. *Quæ paratæ erant.* Ne differas in illam horam præparare quæ necessaria sunt : nam etiam voluit illa Christus præuenire ; tibique consuluit vt cum aduersario rem componas antequam ad tribunal accedas. ho 34.n.30.

XXXV. *Et clausa est ianua.* quamdiu vitis porta habet Deus apertas, ita vt qualibet horâ tibi pateat illum accessus vt misericordiam ab eo postules: deprecanter admodum ante : nam vt Deus tecum agat, aperiat occasionem.ho.36. n.40.41. Sed finitâ hac vita : *Clausa est ianua*, sicut illis quicum sponso ineratur, numquam enim egredientur: ita & illis qui foris manserunt, etenim numquam ingredientur : & hoc Abraham epulonì asseruit. *Magnum chaos inter nos & vos positum est, vt non possint &c.* Ecce hic bonorum in gloria æternitatem : etenim conducit ad illam, scire eam fore perpetuam hom. 11.n.34.& malorum in pœna, quarum maxima erit, eiusdem æternitas. Hæc inter alia terrebat summopere D. Basilium, atque si hæc audita te non moueant, quod ipse te iudicet omni salutis expertem. hom.6.n.64.

XXXVI. *Nouissime veniunt & reliquæ Virgines dicentes Domine Domine aperi nobis.* Accedunt illa sera dies epulo ad Abraham: *Abraham miserere mei*; quidquid enim petijt amentiam redolebat & stultitiam.ho. 16. num.47.& seq.

XXXVII. *Amen amen dico vobis: nescio vos.* Clausa est ianua : quia imprudentes estis & stultæ in hoc; etenim domum stulti non ingrediuntur. Excellentem hic attende status beatorum : non enim illum ingredientur Virgines imprudentes, iuxta illud Propheta: *Populum imprudentem non videbis* ho.12. n.34.

XXXVIII. *Amen dico vobis : nescio vos &c.* Nulla potest esse grauior insipientia quam transacta vita cum fatuis, velle sponsi gaudere nuptijs cum prudentibus: fuit hæc stultitia Balaam & eius qui sibi persuadet inueniri posse asinum cum cauda pauonis. hom. 37.n.4.

IN

IN FESTO S. MVLIERIS.

I. *Simile est regnum cœlorum thesauro abscondito in agro Matt.* 13. Continet hoc Euangelium tres parabolas: de thesauro abscondito, de gemma perdita, & de sagena; quibus Dominus altiora declarat mysteria: nec enim omnibus sunt obuia, & ita credit D. Chrys. hom. 48. in Matth. quamuis enim Dominus turbæ prædicasset multasque proposuisset parabolas, de seminante, de fermento, de grano sinapis & de zizanijs, secedens cum Apostolis has illis expositurus ad eorum instantiam, tres alias superaddidit huius Euangelij. In duobus prioribus sublime declarat nostræ iustificationis & saluationis mysterium quod Dominus sic operatur, ac si nos nihil in hoc operaremur, & in tertia quasi opus hoc à sola nostra penderet diligentia. In primo de thesauro quem casu prospero inuenit homo, gratiam declarat diuinam: etenim illam nuenire, nostris non adscribitur diligentijs, sed casui & optimæ sorti de qua sic Apostolus: *Sorte vocati sumus.* In secunda de gemma pretiosa, quam Mercator industriâ sua studioque inuenit, declarat nostram requiri diligentiam, vt cum talentis Dei negotiemur ex quo patet nostræ negotium iustificationis lusum esse Societatis hom. 10. nu. 33. atque ad Dei manum, qui nobis hunc reuelauit thesaurum requiritur vt nostra quoque accedat cooperando h. 24. n. 18.

II. *Simile est regnum cœlorum thesauro.* Multis rebus SS. P. P. Hoc thesauri symbolum attribuerunt, sed diuinam intelligamus gratiam, quæ thesaurus est adeo dives, vt maiorem Deus non habeat, in omnibus omnipotentiæ suæ thesauris: quia per illam hominem tribuit esse filij Dei iuxta sententiam D. Pet. Thesaurus est quia illam habens, totum possidet Deum qui est: *Omne bonum*, quia sicut nulla potest maior esse paupertas, quam vbi hic thesaurus deficit, ita maiores esse non possunt diuitiæ quam vbi hic possidetur, & ita intellexerunt hoc Israelitæ. hom. 13. num. 5. 12. vsque 17. imo aliquid huius gentiles intellexerunt dum Deus suos clavis configebant ibid. nu. 17. & in lucta sua declarauit Iacob ibid. nu. 20. vsque 23. & experta est synagoga Iudæorum ibid. n. 83.

III. *Simile est regnum cœlorum thesauro.* Thesaurus est gratia Dei per quam totus Deus possidetur, vnus in essentia & trinus in personis idem ipse quem beati possident, vt declaratur similitudine adamantum ho. 37. num. 38. sicut per peccatum homo possidet in anima sua malorum abyssum: quia peccatum equus est per quem Diabolus in animam ingrediuntur. ho. 19. num. 15. & operatur effectus mortis & inferni ibid. num. 13. 18. 29.

IV. *Thesauro abscondito in agro.* Sicut opulentissimus thesaurus est possessio Dei per gratiam in anima; ita summa miseria est per peccatum Dæmonis in ea inhabitatio; multoque grauior quam si in corpore, dumtaxat moraretur prout variis probatur exemplis. h. 19. n. 20. 21.

V. *Simile est thesauro abscondito.* Hic itaque multò melior est quam lapis Philosophalis quem Philosophi confingunt qui lutum & lapides suo contactu conuertit in aurum: hoc agit gratia Dei: quidquid enim agis ad Dei gloriam, hoc efficit vitæ æternæ meritorium, etiam comedere, bibere, dormire, ipsas tribulationes & pauperiem, quæ te inuito tibi contingunt, additque illis pretium infinitum: vt patet in Chananæa & mendico Lazaro ho. 9. n. 47. & in S. Latrone h. 44. n. 27. 28. vbi hæc deficit nihil est quo Deo placeat, vt declarat D. Paulus locutus de charitate comite gratiæ: quia opera sine illa, vitam non habent, & potest hoc declarari per nomen illud quo nurus Heli filium suum appellauit ho. 13. n. 7. 8.

VI. *Thesauro abscondito in agro.* Declarauit Christus in his concionibus quòd mundus sit campus: *Ager est mundus.* Circa quod aduerti potest: quod quo tempore hoc in mundo viuimus periculo subiacemus ne messis adhuc in agro ab animalibus, auibus, nebula, grandine deuastetur; & similes multos videmus in mundo qui multa meritorum congregata messe, eam tandem vel nebula vel grandine peccati cordibus eorum superincidente perdiderunt ho. 4 nu. 12. vsque 19. quod declarat Propheta Ioel verbis illis quibus exponit id quod agro sæpe contingit, quicum instar horti floreat, superincidente grandine velut desertum sterile efficitur. Ante ipsum quasi hortus voluptatis, & post ipsum solitudo deserti h. 19. n. 11. hinc collige præcautionem periculorum & sollicitudinem quâ tibi ab illis est cauendum, in quibus nemo securus est: etenim vt hoc ostenderet Christus, ipse ea declinauit. Hunc retine conceptum. ho. 36 n. 16. vsque 29.

VII. *Thesauro abscondito in agro.* Dixit Isaias venturum Deum sed latenter, eiusque dona fore abscondita: *Erit quasi qui absconditur à vento* Quod Septuaginta sic legunt: *Occultans sermones suos* sub nomine: *Sermones* non tantum verba capit sed thesauros & secundum hoc veniens in mundum suos videtur velle thesauros abscondere primò sui ipsius: etenim diuinitatem suam sub nostra occului: humanitate, diuitias suas in nostra paupertate, & gloriam in nostris lacrymis vt illi dicere potuerit Propheta. Verè tu es Deus absconditus, ibid & hoc ipse Dominus exposuit similitudine fermenti abscondi in farinæ satis tribus. Insigne mysterium ho. 42. n. 70.

VIII. *Thesauro abscondito in agro.* Latebat hic thesaurus Christus absconditus in mundo sub ro-

ſtra humanitate ob rationem quam Deus Moyſi declarauit. hunc veneror conceptum. h.41.n.75.76.

IX. *Theſaurus abſcondito in agro.* Sicut ſeipſum abſcondit, ſic etiam gratiæ ſuæ theſauros, abſcondit gloriæ ſuæ gratiam ſub paupertate, gaudium ſub lachrymis, & gloriam abſcondens ſub aduerſitatibus. h. 11. num. 15.

X. *Theſauro abſcondito in agro.* Aſcendit montem; & officium ni fallor obit occultatoris ſuorum theſaurorum, regni ſci cæleſtis ſub paupertate, conſolationis æternæ ſub fletibus, ſaturitatis ſub fame & ſiti. Illos theſauros ita latenter abſcondit, vt illos oculi ſapientiſſimorum mundi non detexerint: vnde ſic orabat Apoſtolus, vt Deus concederet nobis oculos illuminatos, quibus illos inueniremus, & eſſemus ſimiles illis quos Hiſpani vocant Zahori, qui ſub aridiſſimis locis aquarum fluenta manifeſtant. h.11. n.7.8.

XI. *Quem qui inuenit homo.* Nota vim verbi: *Inuenit*; quod ſignificat fortuito inuenire id quod non quærebatur. ho 28. num.44. & declarat Dominus quod inuentio huius theſauri tuæ diligentiæ & inquiſitioni non ſit attribuenda, ſed eius gratiæ: tibi namque dicit: *Inuentus ſum à non quærentibus me* optima ſors hæc tibi eſt quâ Deus tibi ſuos reuelat theſauros, dans tibi ius & media ad illos obtinendos: etenim hæc omnia ex mero eius prouenium beneplacito, qui hoc tibi conceſſit vt illos inuenias, non Mauro, non Chinenſi, cum tamen non plura tu quam illi haberes merita. ho. 17.nu.14.15. ob hoc illi gratus eſto, ne tanto te priuet bono. ibid.n.16. & ſeq.

XII. *Quem qui inuenit homo.* Magna eſt hæc Dei miſericordia & felicitas hunc theſaurum inuenire. Ne tibi fidas in peccato perſeuerans præſumens quod illum inuenies quotieſcumque volueris: nam ſicut illius inuentio caſualis fuit iuxta vim verbi. *Inuenit* vt patet in eo qui illum inuenit, proſpera eius fortuna: ita fieri poterit vt hæc tibi bona ſors deficiat, nec illam tibi Deus largiatur, vt contigit Eſau de quo ſic Apoſtolus: *Non inuenit locum pœnitentiæ, quamuis cum lacrymis inquiſiſſet illam.* Confer illud: *Inuenit homo* huius Euangelij cum illo: *Non inuenit* de Eſau: ſicut enim inuentio theſauri mere fortuita eſt, non eſt mirum quod illi deficiat qui fuerit vt Eſau h.38 n.46.

XIII. *Quem qui inuenit homo.* Huius theſauri inuentio ſorti tribuitur diuinæ miſericordiæ: time ne propter tua demerita ea tibi denegetur ſicut aliquibus iuſte denegatur. ho.13. nu.43.44. Et male confidit illam in Dei miſericordia inuenire, qui peccata multiplicans aut in eis perſeuerans, illam non meretur ibid. num.50.51. caue tibi ſicut D.Petrus de Simone Mago timuit.h.43 n.60.61.62.

XIV. *Quem inuenit homo, abſcondit.* Neſcio melius hæc verba declarare quam argumento eius quod videmus in Sanctis: etenim quantò magis hunc inueniebant theſaurum, tantò illum latentius abſcondebant, quia quantò magis deteguntur diuitiæ ſub paupertate, quies æterna ſub mortificatione & gloria ſub cruce, tanto magis video quod ſe reddant pauperiores, carnemque actius mortificent, & pœnitentiis incumbant, iudicatque mundus tantò longius eos abeſſe à diuitijs conſolatione & gaudio: & quantò magis proficiunt in cognitione horum theſaurorum quos illis Deus reuelat, tantò magis arripiunt paupertatem & neceſſitatem, & diligentius quærunt tribulationes: ſic vt qui vnum exillis videt, iudicat nullum poſſe hunc poſſidere bonum nullaque potiri conſolatione. Confirmatur hoc exemplis. ho.15. nu.14. nominatim autem Iob ibid. num.15.

XV. *Quem qui inuenit homo abſcondit.* qui hunc inueniunt theſaurum, de nouo illum abſcondunt nouis pœnitentiis: quantò namque hæc magis acciſcunt, tantò ſunt de huius theſauri fruitione ſecuriores: hæ etenim ſpei portam aperiunt. ho 32.num 15. & tantò ſe credunt beatiores, quantò diligentius hos theſauros laboribus, perſecutionibus, & ignominijs abſcondunt ibid. nu.24. vſque 27. Et clare hoc manifeſtauit Iob, ſicut vxori ſuo verbis illis indicauit, quibus illam alloquutus eſſe perhibetur, & D. Stirum illis quibus. D. Laurentium ibid.num.27. vſque 31.

XVI. *Pra gaudio illius vadit & vendit* &c. Quo gaudium explicet animæ, quod in hoc theſauro percipit? Tantum eſt vt omne ſuperet quod eſſe poteſt in mundo, quocirca ille qui hunc theſaurum inuenit, omnia bene credit impenſa, vt gaudio illo perfruatur. Hoc experientia & exemplo nonnulli martyres teſtificati ſunt: h 30 n 48. & præſertim Arnulphus Monachus: & hæc doctrina meretur notari. ibid n 49.50.

XVII. *Pra gaudio illius.* Hoc eſt illud gaudium quo bona conſcientia exultat: quando hinc oculum conijcit in theſauri magnitudinem, quem inuenerat Dei miſericordia, ſecura confidit ſpe ſe aliquando illum adepturam: de qua ſic. D. Paulus: *Spe gaudentes.* Vitalis eſt hic conceptus. h.37. n.61. vſque 64.

XVIII. *Vendit vniuerſa qua habet.* Si vir hic beatus teſſe pauca poſſideret bona quæ ſufficiens non eſſet pretium ad agri coëmptionem, in quo lateret theſaurus: qua ratione illum ſibi compararet? Hæc Dei ſancta eſt miſericordia vt illud ſufficiat quod habes. Non eſt vt diabolus crudelis, qui quandoque à te poſtulat ea quæ tuas ſuperant vires: Deus autem quod eſt ſecundum tuam virtutem: inſuper dolendum eſt: quod cum talia tantaque à te diabolus exigat, illa tamen ei libens offeras, nec Deo tribuis quod ipſe à te requirit cum ſit tuæ conueniens potentiæ. hom.25. num.47. vſque 67.

XIX. *Vendit omnia qua habet.* Iam ex D. Gregor. [illegible]

quidimus: *Nostra quantumcumque parua Deo sufficiunt.* Sicut à nobis nostra non flagitat quasi ijs indigeat, sed vt cum illis cor illi tradamus, placet illi quodcumque quisque potest: & sicut ab illo qui modicum potest, non multum exigit: ita ab illo qui multum potest, modicum illi non sufficit. h.17.n.37. vsque 42.

XX. *Vendit omnia quæ habet.* Vide dicta in festo S. Abbatis ad illud: *Ecce nos reliquimus omnia.*

XXI. *Iterum simile est regnum cœlorum homini negotiatori.* Sicut in prima parabola Christus explicauit negotium nostræ salutis primario pendere à sua misericordia, quam concedit cui placuerit, itahac secundà proponit nostram requiri diligentiam: etenim Deo ex parte sua faciente quod ad eum spectat, ex parte nostra nobis est cooperandum. & illud Domini verbum indicauit: *Consummatum est.* h.15.num 23.24.

XXII. *Homini negotiatori.* Conuenit hoc illi quod Dominus fernis suis imperauit quibus bona sua tradidit: *Negotiamini dum venio.* Vide supra in festo Pontificis de talentis, ad prædicta verba.

XXIII. *Inuenta una pretiosa Margarita, dedit omnia sua.* Proprium homini est, quærere Margaritas: etenim naturali ducitur desiderio obtinendi bona, & potissimum beatitudinem, eo modo quo Theologi declarant. Has margaritas inuestigarunt Philosophi, & mundi potentiores, sed pretiosam illam non inuenerunt, veram nempe beatitudinem; quia illam Deus eis non reuelauit ex occulto suo iustoque iudicio; & ob eorum peccata, ita vt etiam huic negotiatori casus fuerit fortunatus quod pretiosam illam margaritam inuenerit, bona scilicet gratiæ & gloriæ: nam illa fides manifestat; quocirca Dominus in secunda parabola Eodem vtitur verbo: *Quem qui inuenit*, quo vsus fuerat in priori de thesauro. *Quem qui inuenit homo*, sublimius indicans mysterium: nam etiam in nostris spiritualibus negotiationibus, præter nostram diligentiam quantumuis magnam, necessaria est misericordia Dei, & efficax eius gratiæ subsidium, sine quo hæc bona manifestari nequeunt, nec tali efficacia hæc pretiosa quæri Margarita, vt re ipsa inueniatur. Mysteria hæc summam redolent Theologiam designata in eo quod ait Propheta de Orione & Arcturo. h.43.n.57. vsq. 60. Vide quæ paulo ante diximus ad illud: *Quem qui inuenit homo.*

XXIV. *Iterum simile est Regnum cælorum sagenæ missæ in mare &c.* Hæc est tertia parabola, & ad Apostolos dirigitur, illis iniungens vt rete emittant quo cunctos capiant, nihil sollicitt, vtrum hic futurus sit bonus, & alter malus: hæc etenim diuisio fiet in fine: *Separabit malos de medio iustorum, & separabit eos ab illis.* hoc namque præcipitur ministro Euangelico, vt ipse conetur omnes piscari, atque in gremium Ecclesiæ introducere, confidetans, hic non posse sciri, quis bonus sit vel quies reprobus. Non sit ex parte ministri defectus, quandoquidem ex parte Dei nullus sit, omnes etenim vocat. Vide dicta in festo Ascensionis ad illud: *Prædicate Euangelium omni creaturæ.* Et in festo SS. Trinitatis: *Euntes docete omnes gentes* Itaque patet, Deum omnia necessaria ministrare ad tuam salutem: & si te perdas, culpæ tuæ imputabitur. ho.17. num.29. vsque 32.

XXV. *Elegerunt bonos in vasa, malos autem foras miserunt.* Nota verba Saluatoris: quamuis sint in Deo actus æterni prædestinationis & reprobationis, non dixit, quod quosdam in vasa collegerint quia erant prædestinati, & alios foras emiserint quia erant præsciti: sed quod aliquos collegerint, quia boni, alios autem reijcerint quia malierant: quia quod ad cœlum tu colligaris, vel ad tartara dejiciaris, ex bonitate tua vel malitia prouenit. hoc mysterium D. Aug. vtiliter exposuit. ho.37. n.12. vsque 17.

XXVI. *Omnis scriba doctus similis est homini patrifamilias.* Concludit Dominus dicendo quod minister Euangelicus proferat noua & vetera. D. August. intelligit vetus & nouum testamentum: illud erat timoris, hoc autem amoris. Ambo prædicanda sunt. Illud erat testamentum operum, multorum sacrificiorum, quod à D. Paulo vocatur: *Lex factorum*: hoc autem testamentum est gratiæ: ambo hæc duo requirunt: gratiam Dei, opera nostra: nam: *Qui fecit te sine te* (vt ait D. Augusti.) *non saluabit te sine te* ho.10. n.33.

IN FESTO DEDICATIONIS ECCLESIÆ.

I. *Ingressus Iesus perambulabat Iericho.* Luc. 19. Cum Dominus à Hierusalem discessisset (quia eum Principes morti addixerant) declinauit in terram Ephrem: vt ostenderet quod sponte sua se traderet in mortem; ipse reuersus est, vt solemnem instituret ingressum in Hierusalem dominica Palmarum, per illam profectus accessit Hiericho illi in via occurrenti, non vulgares in illa largitus misericordias: ostendens se velle tollere maledictionem illi à Iosue imprecatam, quam incurrit Hiel de Bethel. ho.38. num.48. nominatim autem ibi operatus est vnum præ ceteris perillustre miraculum, quo Zacchæum publicanum ad meliora conuertit: qui non solum talis erat, sed etiam inter eos præcipuus: *Princeps publicanorum & ipse dives.* Vide circa hæc quæ supra notauimus in festo S. Matth.

II. *Ingressus perambulabat Iericho, & ecce Princeps Publicanorum &c.* Vt nobis magnitudo miraculi innotescat, describit Euangelista, qualitas huius peccatorit;

foris: vnde dicens nobis, quod Dominus Iericho intrauerit, & perambulauerit, quasi videt, Euangelista, quod oculos in Christum eiusque gressus conijciamus: nam merentur conspici & attendi, quocirca nos ab eo diuertit, & vult vt hominem in vrbe illa commorantem consideremus: *Ecce homo.* Notus erat ex nomine cunctæ ciuitati, & dicebatur Zacchæus, à duobus descriptus: primum quod ex se diues esset: aliud quod ita pecuniarum esset auidus, vt diuitijs, quibus affluebat iisque opulentis non contentus: *Ipse diues* insuper lucris iniustis, & vsuris eas augere conaretur, tantum eis accumulandis studium impendens, vt inter Publicanos vsurarios primus censeretur. Non repugnat honori Sanctorum eorum peccata exaggerare & in publicum proferre, quibus fuerant inquinati: quinimo necessarium est ad Dei gloriam, nostrum & totius Ecclesiæ emolumentum. Vide dicta in Conuersione D. Pauli num. 1. vsque 14. & in festo S. Matthæi nu. 1. vsque 21.

III. *Princeps Publicanorum & ipse diues.* Dicendo quod diues esset, declarat omnes cogitationes eius, studia, & cor diuitiis esse immersa, sicut etiam scribitur de diuite Epulone: *Homo quidam erat diues.* ho. 16. num. 16.

IV. *Princeps Publicanorum & ipse diues.* Cum affatim opibus turgeret, tantâ nihilominus auaritia flagrabat, vt eas studeret lucris adeo iniustis abundanter accumulare, vt Princeps esset fœneratorum. Hoc supposito videtur spem omnem salutis amisisse, sicut ille qui in laqueum incidit diaboli, nempe auaritiam: nam ipse Christus quasi damnatum reputat, qui in illum lapsus fuerit. ho. 28. n 36. vsque 40. Et conuenit illi quod expendit D. Basil. de diuite adolescente ad Christum accedente. ib. n. 40 41.

V. *Ingressus Iesus perambulabat.* Euangelista opus declarat, quod Dominus in hoc vno perficit: ad hoc, primo trutinat quod hoc fecerit ambulans, sicut etiam cœcum illuminauit præteriens, & quia talia facit in animabus perditis opera pertransiens, qualia faciet vbi in eis sedem fixerit: h. 30 n. 13.

VI. *Quærebat videre Iesum quis esset.* Absque dubio eo momento quo Christus intrauit Iericho radium aliquem diuinæ suæ lucis in cor misit viri huius cum velle non posset videre Christum idque bono affectu, sine eius gratia, vt dixit amicus ille Iob: *Neque enim est in hominis potestate, vt veniat ad Deum.* hom. 18 n. 52. hoc diuinæ lucis suæ radio excitauit in illo desiderium videndi eum: vnde hoc ardenter optabat: nam hoc significat: *Quærebat videre Iesum, nec poterat quia pusillus erat.* Incipit Christus cor eius accendere, velut Eliseus pueri cadauer. h. 25. n. 88.

VII. *Quærebat videre Iesum &c. Et ascendit in arborem sycomorum.* Statura pusillus erat & corpore exignus, sed magnus & infamis peccator, vt erat Publicani, & hanc credo rationem esse, quod quamuis soleat mundus reuereri diuites, & accedentibus secum cedere, & transeuntibus viam aperire, huic tamen viam non aperuit vt Christum videret, quasi vellet eum ab eius gratia repellere: nam ni fallor, illi contigit quod cœco ad ingressum huius ciuitatis, etenim illum Domino vocante, illi ipsi remorati sunt, qui modo Zacchæum, nec ad hoc locum concedebant: quo non obstante Dominus illum clementer intuetur: est enim suæ gratiæ Dominus, & cui placuerit, illam infundit. Ratio hæc sumitur ex D. Bern. hom. 10. numer 32.

VIII. *Quærebat videre Iesum & non poterat.* Turba illum præpedichat, licet diues esset, quia pusillus omnes tanto confluebant affectu Christum visuri, vt ille qui viribus præpollebat, propius accederet, sic de Salomone scribitur: Vniuersa terra desiderabat videre vultum Salomonis: & hæc ratio erat, quia Christus omnes miraculis & beneficiis afficiebat: nam infra paucos dies, dum captum illum audiunt, videntque crucifixum, omnes eum deseruerunt. ho. 31. n. 5.

IX. *Ascendit in arborem sycomorum: & suspiciens Iesus vidit illum.* Quando Christum contemplo inter turbam totamque Iericho nobilitatem obambulantem & oculos sursum attollentem, vbi diuitem Publicanus: si quid sapio suspicari & timere possumus, ne forte seueriori illum plecteret supplicio qua semper toruo vultu diuites intuebatur, exterminio zelo, quo pecunias persequitur; videtur enim quod in corde hominis supplantet eius diuinitatem, vnde non legimus, quod flagellum arripuerit, nisi opera diuites. Conceptus hic dignus est D. Aug ho. 28. nu. 33. vsque 36.

X. *Suspiciens Iesus.* Coniecit in eum oculos suos vt Publicanum deleret, viuum relinquens Zacchæum, sicut fecit in Magdalena, & cum enormibus facit peccatoribus, quinimo cum ipsis Ninuitis, iam enim tempus aduenerat occisionis, vt dixit Isaias. ho. 38. nu. 110. III. Et sicut eius oculi sunt vitificantes in illo creditatem occidens, qua mortuus iacebat, illum vitificauit, vitam illi gratiæ elargiendo. hom. 30. num. 15. vsque 21.

XI. *Suspiciens Iesus.* Vide circa verba hæc argumenta quæ protulimus in festo S. Matthæi ad illud: *Præteriens Iesus vidit hominem sedentem in telonio.*

XII. *Suspiciens Iesus.* Etenim certum erat, quod cum Zacchæus tanto studio contendisset videre Iesum, Dominus suos etiam oculos dare operi illum recreaturi; est etenim speculum, quod te videntem ipsum quoque videt h. 25 n. 50. 51. Confirmatur in Abraham. ibid. nu. 52. vsque 56. In Dauid Loth & aliis. ib. n. 59. vsque 61.

XIII. *Zacchæe festinans descende; quia in domo tua oportet me manere.* Quid ais ô Domine? an tibi hoc expedit, an vero illi? Num forsitan ex diuitiis eius tibi postulas aliquid? An nonnullis indiges ducatis? hæc enim tanta bonitas est, vt tanto studio nostrum sectetur commodum, vt id quod nobis conducit, dicat sibi conuenire. hom.21. numer. 42. Vide notata in festo S. Marci ad illud. *Rogate Dominum messis.*

XIV. *In domo tua oportet me manere.* Illi, dicit, expedire: quia eius desiderium in nostra non fertur bona, nec enim illis indiget, nec vt suis medeatur malis, quibus nullis opprimitur, sed vt sua nobis bona largiatur, nostrisque malis consulat: est enim misericordiæ plenus est, atque in eo delectatur si illas effundat, sicut mulier cuius vbera lacte turgent dum puer adest qui sugat: ita dicit hic: *Oportet me &c.* sicut paulo post dicebat de iumentis: *Dominus his opus habet.* hom. 41. numer. 65. vsque 71.

XV. *In domo tua oportet me manere.* Tanto flagrat desiderio Dominus salutis tuæ, vt illud quod ipsi conuenit sic petat ac si suæ saluti sic expediret: sicut eandem ob causam fructus expostulat vineæ. hom.17. numer.35.36.

XVI. *In domo tua oportet me manere.* Tantopere Deum delectat in anima morari, vt dicat sibi hoc conducere, idque taliter vt ab illa non discedat nisi quasi stipitibus expulsus. h 13.n 25.vsque 31.

XVII. *In domo tua oportet me manere.* Donum singulare quod ipse seipsum inuitet ad prandendum in domo Zacchæi. Alias rogauit illum ad conuiuium Pharisæus, nec admisit, licet importunè rogatus, nisi quando futurum erat ad conuersionem vnius peccatricis: nam ad huius confirmationem quod hoc in conuiuio desideret, ipse se inuitat, vbi confluxuri sunt peccatores, & emendandi: ex quo clarè confunditur Iouiniani epulonis blasphemia. h.38.n.12. & seq.

XVIII. *Zacchæe festinans descende.* O beatum peccatorem. Ante Deus rogat? Intellige quod hoc ipso tibi dare proposuerit; etenim iam dixit Propheta. *Vt faciat opus suum, peregrinum opus eius ab eo.* Ita egit cum Samaritana. h.25 n 43.

XIX. *In domo tua oportet me manere.* Deus intrat petendo à Zacchæo: ostendens se perfectè liberalem erga eum, eumque se velle honorare, titulum illi tribuendo iustitiæ, quod meræ adscribendum erat Dei misericordiæ, quatenus illum honoratet. Ita lego apud D. Chrysost h.25.n.45. vsque 50.

XX. *Et festinans descendit.* Statim descendit festinanter bona sua perficiens proposita, quibus impletur infernus, quia statim illa executioni mandata non sunt; illos vero qui prudenter faciunt, sic Dauid describit: *Sicut sagittæ in manu potentis* hom. 18. numer. 55. Vide in festo S. Andreæ ad illud. *Continuo secuti sunt eum.*

XXI. *Festinans descendit.* Non sicut tu, qui Dominum exspectantem detines. h.37. n.19.20.21.

XXII. *Suscepit illum gaudens.* Intrauit Iesus domum eius, eamque gaudio repleuit. Sibi repugnant Christus & diabolus. Hic secum trahit infernum, omniaque eius tormenta: quocirca replet illis domum quam ingreditur. Christus gaudium est cœli, vnde vbi ingreditur, maius adfert quam verba possunt exprimere. ho.19. n.13. vsque 31. Et idem prosequimur, hom.37. nu.53. vsque 57. Ineffabile est gaudium, quo fruuntur animæ ad quas Deus ingreditur. ibid.nu.57. vsque 67.

XXIII. *Suscepit illum gaudens.* Merito miramur, quod Domino seipsum inuitante ad domum Centurionis, hic tamen eius ingressum subterfugiat, dicens: *Domine non sum dignus* Et Zacchæus, nedum se non excusat, sed eum gaudio magno suscipit accedentem. Ambo prudenter fecerunt ex diuersis moticonsiderationibus. hom.2.nu.45.

XXIV. *Suscepit illum gaudens.* Satis multi ex vobis qui hic adstatis, dicetis, quod idem feciſſetis, si fuissetis in illo tempore, & Christus domum vestram ire voluisset: sed respondet D. August. Idem hodie potes facere, illum sub specie pauperis in domum tuam recipiens. Vide quæ diximus in festo Assumptionis ad illud. *Mulier Martha nomine excepit illum in domum suam.*

XXV. *Murmurabant Pharisæi.* Plenis organis murmurabant: eò quod cum Zacchæus Princeps esset Publicanorum, accurrerent ad illum, cum eo parem sumpturi, qui ceteris erant nequiores, magisque diffamati. Vide notata in festo S. Matthæi ad eadem verba. n.34 vsque 46.

XXVI. *Ipse stans dixit; Domine ecce dimidium bonorum meorum.* Firmo stetit pede, id est *stans.* vt notat D. Ambros ho.38 nu. 47. Et declarat Euangelista robur & fortitudinem, quâ stetit vt peccata sua prosternerer, contereret, & deleret nominatim autem auaritiam, à qua captiuus detinebatur. Hoc vult Euangelista vt consideremus ad gloriam Zacchæi: nam sicut adscripsit magnitudinem gigantis auaritiæ à qua deiectus iacebat, amplior nunc crescit eius gloria, dum eum exhibet stantem, & in medium eius pedibus substratum: eo modo quo Dauid gigantem Goliath prostrauit auferens illi caput. Erat peccati corpus, instar gigantis, cuius caput erat auaritia: hoc erat capitale vitium regnans in hac domo: ecce qualiter illud conculcet. *Stans.* Conceptus hic prodit de S. Chrysost ho.38. n.25.

XXVII. *Stans.* Veram hic attende conuersionem eorum qui se violentos ostendunt, quos Christus di-

rapere regnum cœlorum, & quibus Deus spiritum infudit robustorum, de quo Isaias: nam sicut fortis stetit sectatus auaritiam, ita nunc fortior stat inhærens iustitiæ. h.38. nu.48.49.

XXVIII. *Domine, ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus, & si quid aliquem defraudaui reddo quadruplũ.* Hæc est perfecta satisfactio; nam statim Zacchæus incipit iniustè parta restituere, non solum in quantitate, quam abstulerat, sed in quadruplum: quamuis enim verum sit quod in conscientia satisfaceret idem restituendo quod defraudauerat, seipsum tamen iudicem instituit, seipsum ad id condemnans ad quod non tenebatur, donec à iudice iuridicè condemnaretur. Hoc igitur verum est remedium medicinam adferre, vbi malum erat; etenim male satisfit alienum retinendo, licet plura legas rosaria & facias celebrare missas. Imitare Zacchæum; qui fuit ex fortibus Israel ho 30.nu.51.

XXIX. *Si quid aliquem defraudaui reddo quadruplũ.* Vt video voluit seipsum condemnare, sicut Dauid nescíens contra quem loqueretur, seipsum condemnabat, ad iuteg am satisfact.onem: *Quem reddet in quadruplum*, qualiter hoc perfectum explicatur hom. 26. num. 19.

XXX. *Domine, dimidium bonorum meorum do pauperibus, & si quid aliquem defraudani.* Incipit largitione eleemosynarum: etenim sæpè diximus hoc esse remedium ad remissionem peccatorum, h.30.n.25. Sic enim extendere debet manus diues vt suorum scelerum obtineat indulgentiam. ho.30.n.25. Sed nota, quod fieri debeant ex propriis, & non ex alienis: nam asserui Zacchæum ex propriis fuisse locupletem & insuper multa possedisse male parta, ex propriis erogabat eleëmosynam, & male parta in quadruplum restituebat; etenim Deo non placent eleemosynæ ex furto direptæ; imo. sunt ei detestabiles, sicut oblationes cum detrimento tertij. hom. 23. numer. 55. vsque 57.

XXXII. *Hodie salus huic domui facta est.* Credit Caietanus omnes qui in domo erant à Christo fuisse iustificatos, vivam illis fidem de sua persona infundente: si namque accedendo ad domum Reguli, solum per miraculum quod in ea à longe patrauit, filium eius sanitati restituendo: *Credidit ipse & domus eius tota.* Melius hoc in domo hac efficeret, cum in illam tam libenter intrauerit, ad salutem peccatorum, qui ad illam confluxerant: & hoc Christo familiare fuit, vt quocumque intraret, omnia suis impleret misericordiis. h.45.

XXXII. *Hodie salus huic domui &c. eo quod ipse sit filius Abrahæ.* Dicitur Abraham pater credentium; & dicendo Zacchæus erat filius Abrahæ, viuæ fidei eius [illegible] magnitudo, in qua similis fuit Abrahæ, cuius fides potissimùm se prodidit in susceptione in domum suam peregrinis; ex quo ipsi ea manarunt beneficia, quæ ibidem illi promissa sunt. h. 27. n.67. Itaque sicut extulit fidem Centurionis, sic etiam Zacchæi magnificat; tantam in eo fidem, quantam in Abraham commendans; nemo etenim sibi seruientem elegantiùs deprædicat, quam ipse. ho. 2. num.52. Et attribuit fidei illius Dominus opus quod in eo, atque in illa domo fecit, quia prodigia illius & dona iam fidem aliorum conciliant. ho.27.n.32.vsque 40. Atque idcirco tam pauca in domo tua peragit, ob defectum scilicet viuæ tuæ fidei. ibid.n.41.vsq.45.

XXXIII. *Eò quod & ipse sit filius Abrahæ.* Confundit Dominus Pharisæorum incredulitatem eorum ipsum obloquentium ostendens Zacchæum ipso sanctiorem; cum ipse mutatus esset in filium Abrahæ in eo quod principaliter in Abraham prædicatur, nempe fide: ipsi vero manerent filij Abrahæ tantum secundum carnem; & idem discrimen quod est inter spiritum & carnem, erat inter filiationem huius & illorum in ordine ad Abraham, quodque melius ipse quam illi, posset dicere: *Filij Abrahæ sumus.* Igitur his potest respondere sicut Pharisæo murmuranti quod Magdalenam reciperet, ostendens illis Zacchæum multo illis esse sanctiorem; non enim tam peccator erat sed sanctus, in quo declarauit pœnitentiæ virtutem, & gratiæ suæ efficaciam. ho.38. num.9. vsque 112.

XXXIV. *Ipse sit filius Abrahæ.* Probat Christus Pharisæis peruersum eorum esse iudicium, iudicando Zacchæum esse peccatorem; iam enim ab eo ita longè distabat, vt sedere posset proximus Abrahæ, vt legitimus eius filius, illum iudicando non ex præteritis operibus, vt illi iudicabant, sed ex præsentibus: & vt sapio, eandem dare voluit sententiam, quam in casu Centurionis, quando dixit: *Multi venient & recumbent cum Abraham &c. filij autem regni eiicientur foras.* hom. 38. numer. 112. vsque 115.

XXXV. *Filius enim hominis venit quærere.* Dicendum hoc responso, quo dixit in conuersione D. Matthæi: *Non est opus valentibus medicus &c. Enimuerò quid est &c.* Vide in eodem festo.

XXXVI. *Hodie huic domui salus facta est.* q.8. Hodie mutata est domus hæc in domum salutis: & cantat hoc appositè Ecclesia in Dedicatione templi: hæc etenim est legitima templi definitio. *Domus mea domus orationis.* h.7. num.40.41.

XXXVII. *Hodie salus.* Domum habebat Deus in cœlo sua majestate dignam: verumtamen ad nostrum solamen & salutem, domum possidere voluit in terra. In eum finem illam elegit in Synagoga, & fixum sibi statuit locum in eius templo. [illegible] de illo

de illo ob non tolerandas populi nequitias ; ingressus est Ecclesiam Christianam , atque ad maiorem nostram opportunitatem, particularem domum in singulis locis elegit , vt illum tanto habeamus magis ad manum præsentissimum nostris indigentiis remedium. h.24.n.21.22.

XXXVIII. *Hodie huic domui.* Templum domus est salutis: quia in illo Deus adest modo quodam singulari. h.28.n.18. Quocirca licet fieri possit oratio in omni loco, tamen templum locus est propriè dedicatus orationi. ibid.n.21.vsque 34.

XXXIX. *Hodie huic domui.* Sedente Deo in templo, velut in domo sua, replet illud Angelis vt particulari signo hoc ostendit Zachariæ ; quocirca locus est omni timore & reuerentia dignissimus. hom. 28. num.10.11.

XL. *Hodie huic domui.* Multum efficax est oratio, sed maximè ea est quæ fit in Ecclesiis, ad quas fideles confugiunt. h.28.n.21. Et potissimum Sacerdotes. Hic agnosce D.Chrysost. h.24.n.46.47.

XLI. *Hodie huic domui salus.* Templum domus est salutis : quia in illo Deus adest modo quodam singulari ex assistentia Christi in SS. Sacramento , in quo notamus prærogatiuas in ordine ad Synagogam: in qua Deus tantum erat in vno templo, nempe Hierusalem, cum expressa prohibitione, ne alia haberent templa, nec extra illud offerrent sacrificia : quocirca illi qui illa volebant offerre , nisi in vltimis mundi plagis morabantur, eo tenebantur proficisci ; deinde tantum in figura aderat ibi Deus in propitiatorio & arca ; hic autem verè ac realiter præsens est sub speciebus panis & vini, & non solum in vno loco , sed in quibusuis Prouinciis, Regnis, ciuitatibus & locis in Ecclesia , & in qualibet ciuitate , in multis Ecclesiis , & in qualibet Ecclesia in multis altaribus iuxta vatis Ioëlis oraculum. hom.17.num.41. & Malachiæ. hom.33.num.11.12.

XLII. *Hodie huic domui salus facta est.* In templo salus est pro viuis per Sacramenta , & pro defunctis per suffragia, quæ in illis fiunt ; & magnæ adscribendum est misericordiæ quod fideles possint in illis sepeliri ad eorum nostrumque beneficium. hom.31. n. 46.47. Quamuis notandum sit quod particularem requirat dispositionem in eo qui in templo sepelitur, vt grauibus confirmatur exemplis. ibid.n.48.vsque 52.

XLIII. *Huic domui salus facta est.* Sunt erecta templa ad honorem Dei, nostramque vtilitatem ; vnde illa supra modum coluerunt Imperatores Theodosius & Valentinianus quorum notanda pietas,& singulare D.August. argumentum. h.28.n.24.

XLIV. *Domui salus facta est.* Si templum ædificetur in domum salutis , ad quam videtur Deus confugisse , quia illum homines de mundo suis exturbant sceleribus , quisque iudicet quanta futura sit malitia Deum in illis offendere, & ibidem laqueos tendere, vt ait Propheta , & esse lamiam. Conceptus hic vt considerationem ita vtilitate præclarissimus est. ho.28. num.14.vsque 18.

Pro Festis Sanctorum in singulari vide Indicem materiarum sub nomine *Sanctus* : nam in illo multa notantur de pluribus Sanctis particularia.



ANTVERPIÆ.
Apud GVILIELMVM LESTENIVM.
M. DC. XLIX.

INDEX
HOMILIARVM QVADRAGESIMALIVM
QVÆ HOC TOMO PRIMO
CONTINENTVR.

Primo die Mercurij Quadrageſimæ.

HOMILIA PRIMA.

De Ieiunio, Intentione Sancta, Eleemoſyna & Cineribus.

Cum autem ieiunatis nolite fieri ſicut Hypocritæ triſtes. Matth. 6.

Pagina 1.

Primo die Iouis Quadrageſimæ.

HOMILIA SECVNDA.

De Centurione.

Cum introiſſet Ieſus Capharnaum, acceſſit ad eum Centurio. Matthæi 8.

Pagina 61.

Primo die Veneris Quadrageſimæ.

HOMILIA TERTIA.

De dilectione Inimicorum.

Audiſtis, quia dictum eſt antiquis: Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Matthæi 5.

Pagina 109.

Primo die Sabbati.

HOMILIA QVARTA.

De Apoſtolis in tempeſtate.

Et cum ſerò eſſet, erat nauis in medio mari, & Ieſus ſolus in terra. Marc. 6.

Pagina 160.

Dominica Prima Quadrageſimæ.

HOMILIA QVINTA.

De Tentatione.

Ductus eſt Ieſus in deſertum à ſpiritu, vt tentaretur à diabolo. Matth. 4.

Pagina 205.

Primo die Lunæ Quadrageſimæ.

HOMILIA SEXTA.

De extremo Iudicio.

Cum venerit filius hominis in Maieſtate ſua, & omnes Angeli eius cum eo, &c. Matth. 25.

Pagina 242.

Primo die Martis Quadrageſimæ.

HOMILIA SEPTIMA.

De ingreſſu in Hieruſalem.

Cum intraſſet Ieſus Ieroſolymam, commota eſt vniuerſa ciuitas, dicens: Quis eſt hic? Matth. 21.

Pagina 300.

Secundo

Secundo die Mercurij Quadrageſimæ.
HOMILIA OCTAVA.
De mala generatione.
Tunc reſponderunt ei quidam de Scribis & Phariſæis, dicentes: Magiſter, volumus, &c. Pagina 335.
Secundo die Iouis Quadrageſimæ.
HOMILIA NONA.
De Chananæa.
Egreſſus Ieſus ſeceſſit in partes Tyri & Sidonis, &c. Matth. 15. Pag. 374.
Secundo die Veneris Quadrageſimæ.
HOMILIA DECIMA.
De Paralytico apud piſcinam.
Erat dies feſtus Iudæorum & aſcendit Ieſus Hieroſolymam. Eſt autem Hieroſolymis probatica piſcina, &c. Ioannis 5. Pagina 410.
Secundo die Sabbati Quadrageſimæ.
HOMILIA VNDECIMA.
De Transfiguratione Domini.
Aſſumpſit Ieſus Petrum & Iacobum & Ioannem fratrem eius & duxit illos montem excelſum, &c. Matth. 17. Pagina 476.



SVMMARIVM

HOMILIÆ PRIMÆ SEQVENTIS.

MENS prædicatorum ea est, vt hominem, tanquam lapidem viuum expoliant, qui dignus sit in templo gloriæ collocari. In tria hoc Euangelium diuiditur puncta; quibus docemur, quâ ratione labor ille sit impendendus: nimirum circa omnes partes. *a* Prima pars sit, in ordine ad seipsum per pœnitentiam, & opera mortificationis, præscindendo ipsum peccatum, *b* tam rigorosum sibi indicendo ieiunium, quale legimus fuisse Niniuitarum, *c* quod tale si fuerit, tres illos operatur effectus; quos annulus ferreus in radice arboris Nabuchodonosor, & quos Ecclesia mater exponit; vitia comprimit, mentem eleuat, virtutem largitur & præmia. *d* Pars secunda in ordine ad Deum per puram sui nominis & gloriæ Intentionem; quâ rectè dirigamus cor nostrum, quod Deus præ cæteris intuetur. *e* Tertia pars, designatur in ordine ad proximum per eleemosynas pauperibus erogandas, quos Deus in hoc mundo velut portitores creauit, quorum manibus bona nostra præmittamus illò, vbi nos præstolantur, quò tandem nobis est deueniendum. *f* Vt verò doctrina hæc, quæ animæ inscribitur, non expungatur, additur quartum punctum de Cineribus: quos nobis vt pulueri, Ecclesia mater affricat, præclara his connectens documenta, verbis his concluſa: *Memento, homo, quia pulvis g* &c.

a §. 1.
b §. 2. 3.
c §. 4.
d §. 5. 6. 7. 8.
e §. 9. 10. 11. 12. 13.
f §. 14. 15.
g §. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22.

§. 1. *Homo vt lapis in templo gloriæ collocandus, ex triplici parte expoliri debet: quod nobis hodie Christus in Euangelio proponit.*

§. 2. *Labor primus in ordine ad nos impenditur cum ieiunio, præscindendo arborem peccati.*

§. 3. *Magno mysterio vocatur tempus quadragesimæ, tempus acceptabile, in quo melius, quàm in festo Expiationis destruitur peccatum, eiusque radix forti ieiunio constringitur, quemadmodum & illa Regis Nabuchodonosor.*

§. 4. *Ostendant nobis Niniuitæ quomodo sit agenda pœnitentia.*

§. 5. *Forte debet esse ieiunium, vt antiquitus, & discretum, vires vestras bene perpendendo secundum Prælati iudicium.*

§. 6. *Primus ieiunij effectus, est compressio vitiorum, carnem affligendo, vt eorum radicem.*

§. 7. *Secundus ieiunij effectus est, mentem sursum erigere, ad contemplationem autem apprimè necessarium est ieiunium.*

§. 8. *Tertius ieiunij effectus est, dona à Deo consequi: cui molesti sunt, qui hoc formidant, similes Elephanti.*

§. 9. *Secundus labor: Expoliendus est homo in ordine ad Deum, in eum cor suum dirigendo, quod ipse Deus præ cæteris intuetur.*

§. 10. *Non tanti Deus opus æstimat, quanti ipsum cor: est autem hoc in magnum bonum nostrum, vt possimus facere oculorum inuentionem: sic loquitur Salomon.*

§. 11. *Ne vendideris opera tua bona oculis hominum; est enim eorum merces sine fructu vanitas, vt dixit Dauid.*

§. 11. *Pretende pro operibus tuis bonis non minorem mercedem, quam Abraham: & D. Thomas, vt te mulier illa cœlestis informat.*

§. 13. *In abscondito facito opera tua bona, sicut Christus sua, vt integra conseruentur.*

§. 14. *Superabis artes, quibus infernalis Pha-*

rabionatur perdere opera tua bona, si ea ab oculis hominum abscondas, sicut Amram & Iochabed filium Moysen ab oculis Ægyptiorum.

§. 15. *Bona opera à præstigiatoribus liberabuntur, si oculos vestros in Deum fixeritis, componentes structuram, quam Deus statuit candelabri luminum, & Altaris aromatum.*

§. 16. *Imaginare te adstare conspectui Dei, quando oras, & in eum tuos defige oculos cum Dauide, & vt sancta Ezechielis animalia.*

§. 17. *Tertius labor. Expoliendus est homo in ordine ad proximum, idq; eleemosynis, quibus in cælo thesaurizatur.*

§. 18. *Posuit Deus pauperes in vectores diuinos. Dixit hoc S. Franciscus, quod & Sancti agnouerunt.*

§. 19. *De Cineribus insurgunt in nobis anxiæ sollicitudines, quæ à somno excitent, vt muscæ Ægyptios.*

§. 20. *Omnia mors redigit in cineres, vt lapillus ille omnia metalla statuæ Nabuchodonosor.*

§. 21. *Habeatur amodo vt puluis, qui adhuc viuit, vt mortuus positus in pharetro, sicut Noë conclusus in arca.*

§. 22. *Est homo lutum sed illitum, instar Idoli; ex suorum pedum sonitu dignoscendus, sicut altera Regina vxor Regis Hieroboam.*

HOMILIA PRIMA.

DE IEIVNIO, INTENTIONE SANCTA, ELEEMOSYNA, ET CINERIBVS.

Primo die Mercurij Quadragesimæ.

Cum autem ieiunatis nolite fieri sicut Hypocritæ tristes. Matthæi 6.

1 IAM, per Dei misericordiam, peruenimus ad sacrum Quadragesimæ tempus; tempus (vt ait S. Ambros.) non ex desidetio, aut hominum cerebro institutum: verùm Diuinâ authoritate consecratum: *Non ab hominibus constitutum, sed Diuinitus consecratum, non terrenâ cogitatione inuentum, sed cælesti maiestate præceptum.* Quid verò Deus in hoc prætendat, asserunt S. Basil. *a* S. Ambros. *b* hoc esse, nos permouere, vt tam durum, ac sanguinolentum vitiis peccatisque bellum indicamus, vt eis perfectè finem imponamus. Idcircò statim in huius temporis principio, Sanctus prodit propheta Ioël, legem omnibus prædicatoribus præscribens, nobisque ex parte Dei mandans, vt vobis classicum intonemus: *Canite tuba in Sion.* Quasi nobis diceret; Eia prædicatores, & Euangelij mei ministri, bellum publicate, conclamate, ad arma. Optimè proposito nostro nobis occurrunt illa verba quibus olim fortissimus ille Dux Ionathas milites suos animauit. *Surgamus & pugnemus contra inimicos nostros: non est enim hodie sicut heri & nudiustertius: ecce enim bellum ex aduerso.* Otio & socordiâ torpuerant hi milites, elapsis proximè diebus; accidit verò, vt manè surgens generosus ille Dux, videret accedentes inimicos, qui castra eius aggressuri, conflictui sese offerebant: præcipit eis, quibus ex officio competebat, vt fortiter pleniſque buccis tubis insonent; ipse verò conuersus ad populum, sic ait: Eia fortes, eia milites vtinam animosi, an non tubas clangentes percipitis? ad arma, ad arma. *Surgamus & pugnemus contra inimicos nostros.* Attendite: hodie mis enim dies multùm differt ab hesterno; *Non est enim hodie, sicut heri & nudiustertius.* Ecce sese conspectui nostro audax offert inimicus: *Ecce bellū ex aduer-*

D. Amb. *Serm* 36. *in princip* tom 5.

a *Hom.* 1. *de ieiunio.*

b *Lib. de Elia c.* 1.

Ioel 2. 1.

1. Mach. 4. 7.

1. Reg. 17. 10. Bellum

sus

ſo. Proinde vnũ de duobus neceſſariò eligendum, aut vincere, aut mori: *Surgamus & pugnemus* &c.

Idem vobis dicit hodie S. Mater Eccleſia. Eia agite milites, ad regnum cælorum inuadendum conſcripti, tubas illas audite, ex Diuino præcepto clangentes, ad arma, ad arma. Surgite, ſepelnantur modò voluptates, æternum valeant deliciæ, ceſſet temporis perditio: Diſſimilis enim valde hic eſt dies heſterno, & præcedenti: iam finem habeant, ea quæ ad tripudia parabantur, iam ſileat muſica carniuororum, & pariter commeſſationes, laſciuiæ, luxuria, gula, potus, eſus, quibus vos magis exhibuiſtis ſeruos Epicuri, aut cuiuſdam Heliogabali, quam Chriſti Ieſu diſcipulos. Omnes (loquente propheta) vult Deus ad bellum iſtud præparari, & omnes eius tuba prouocat, *Vocate cœtum, congregate populum, ſanctificate ieiunium, coadunate ſenes, congregate parvulos, & ſugentes vbera: egrediatur ſponſus de cubili ſuo, & ſponſa de thalamo ſuo.* Sacerdotes & ſæculares, diuites & pauperes, viri & mulieres, quinimò nouiter deſponſati, ſenes & iuniores, nec omittantur pueruli ſuſpenſi ab vberibus matrum, *Sugentes vbera*; excipitur nemo, omnes vſt in aciem prodire.

Erauit in hoc maximè Dauid, quod accedente tempore, quo ſolebant Reges in hoſtes ſuos inſeſta ſigna proferre: *Eo tempore, quo ſolent Reges ad bella procedere*, in palatio ſuo manſerit otioſus, nihil de bello ſollicitus; & iuſta fuit ens negligentiæ pœna (ait D. Chryſoſtom.) Deum permittere, vt caderet tam enormiter, tam luctuoſe, vt haberet quod totâ ſuâ defleret vitâ.

Eia igitur; Chriſtiani, Ecce nunc adeſt tempus bellis inſtitutum, tempus, quod iam inde ab ipſis Apoſtolis, peccatores omnes conſueuerunt pugnis dedicare. Ad arma, ad arma. Omnibus illa loquitur tuba, & prouocat omnes Vide, ne, ſi tempore hoc belli hæreas otioſus, non habeas, quod de cætero ſemper lugeas. Vt verò ſcias, quibus armis, his diebus debeas hoſtibus præualere, proponit nobis S. Eccleſia Euangelium, quod audiſtis; in quo ſuſcemus Dux noſter Chriſtus, nobis id primum aſſignat, vt manum ieiunio applicemus, nam ſic orditur, dicendo in Euangelio: *Cum ieiunatis.*

Et ex ratione (vt aiunt D. Baſil. *a* & D. Chryſoſtom. *b*) quando enim Deus hominem poſuit in paradiſo voluptatis, ſola & prima arma, quæ eius manibus tradidit, vt in illo perſeueraret, fuêre ieiunium, quòd ſi ea conſtans teneret, hæc ſufficerent; verum ea manibus excidere permiſit, & comedit, ſicque victus fuit, & exul paradiſo. Hæc eadem nobis traduntur in manus, hæc primo loco, vt vincamus & reſtituamur paradiſo. Nec ſolùm hæc in lectione nobis oſtendit hæc arma ieiunij, & cætera pœnitentiæ atque mortificationis opera, quæ ſecum bonum trahit ieiunium, quæ Diuus Paulus nominat, *Arma lucis.* At inſuper te docet quâ ratione ſit tibi cum illis ludendum, dicens, quod iſtud ſic fieri debeat; non proponendo oculis veſtris vt ſcopum, ſeu intentionem, hominum oculos, vt hypocritæ faciunt, ſed Dei ſatagendo his ſolis ſatisfacere, his ſeruire, his gratulari. Et quia (vt dicit D. Petrus Chryſol.) vt luceat ieiunium, neceſſario indiget miſericordiâ, vt lampas oleo ad ardendum, (*Quod eſt oleum lucernæ, hoc eſt ieiunio pietas.*) Ieiunio miſericordiam Dominus adiungit; & vt hilariter & abundanter præſtetur, te præmonet, id quod pauperi largiris, te minimè perdere; quinimò hoc ipſum ſolum eſt, quod tibi theſaurizas in cœlo. Doctrina hæc altiſſima eſt & ſuprema, quæ illuminatis explicari indiget oculis, Diuinæ gratiæ lucem; quæ huius eſt mater puriſſima, hanc nobis negotiabitur, ſi eam deuote flagitemus, dicendo: *Ave Maria.*

Roman. c. 13. 12.

Serm. 8.

§. 1. *Homo, vt lapis, in templo gloriæ collocandus, ex triplici parte expoliri debet, quod Chriſtus nobis hodie in Euangelio proponit.*

VEnerabilis Beda multos conſcripſit tractatus, eoſque tam graues, pios & doctos, vt Britanniæ Epiſcopi determinarint, ipſo licet adhuc ſuperſtite, eos publicè in Eccleſiis, vt de ipſius homilias, prælegi. Cùm verò decens non eſſet, Venerabilis congruum, viuenti adhuc nomen ſancti vocabulis. ce publica per Eccleſias aſſignari. Venerabilis cœpit nominari, quod ei nomen perpetuò adhæſit & deinceps Venerabilis nominatus. Inter hos tractatus, ſingularis exſtitit ille de Templo: in quo contendit exponere hiſtoriam, quam nobis ſcribit, narrat que Spiritus S. de fabrica famoſiſſima toto terrarum orbe, templi Regis Salomonis, cum (teſte D. Paulo) hanc non ſcripſerit, niſi ad vtilitatem noſtram, ſicque ſub cortice litteræ, & hiſtoriæ, magna recondidit ad noſtram eruditionem ſacramenta. Propoſuit inclytus ille Rex ædificare templum percelebre; in Dei gloriam, hominumque ſalutem, voluitque illud extrui de lapidibus exciſis de lapicidina in deſerto. Ad hoc verò (ait Spiritus S.) *Numeravit Regin ta millia, qui caderent lapides in montibus.* Eorũ; officium erat, eos in ipſa lapicidina cædere, expo-

1 Beda vnceat adhuc ſuperſtite, eos publicè in Eccleſiis, vt de ipſius homilias, prælegi. Cùm verò decens non eſſet, Venerabilis congruum, viuenti adhuc nomen ſancti vocabulis. ce publica per Eccleſias aſſignari. Venerabilis cœpit nominari, quod ei nomen perpetuò adhæſit & deinceps Venerabilis nominatus. Inter hos tractatus, ſingularis exſtitit ille de Templo: in quo contendit exponere hiſtoriam, quam nobis ſcribit, narrat que Spiritus S. de fabrica famoſiſſima toto terrarum orbe, templi Regis Salomonis, cum (teſte D. Paulo) hanc non ſcripſerit, niſi ad vtilitatem noſtram, ſicque ſub cortice litteræ, & hiſtoriæ, magna recondidit ad noſtram eruditionem ſacramenta. Propoſuit inclytus ille Rex ædificare templum percelebre; in Dei gloriam, hominumque ſalutem, voluitque illud extrui de lapidibus exciſis de lapicidina in deſerto. Ad hoc verò (ait Spiritus S.) *Numeravit Regin ta millia, qui caderent lapides in montibus.* Eorũ; officium erat, eos in ipſa lapicidina cædere, expo-

Rom. c. 15.

2. Paralip. c. 2. 2.

1. Reg. c. 11. 1.

Hom. 3. in illud. Vidi Dominũ

a Hom. 1. de ieiunio.

b Hom. 1. de paradiſo.

lire, adæquare, & per omnes partes elaborare, eò planè modò, vt in templi structuram delati, & suò locò assignati, tam perfectè conuenirent, vt nihil vltra in eis superesset elaborandum, aut adnitendum. Hæcque causa fuit, eius quod Spiritus S. maximè notat, quòd in tota illa constructione fabricæ templi: *Et malleus, & securis, & omne ferramentum non sunt audita in domo cum ædificaretur.* Nec mirum, cum eò lapides afferentur tam ad normam perfectè dolati, vt nihil vltra foret morandum, sed pro vt afferebantur, singuli suò locò collocarentur.

3. Reg. c. 6. 7.

II. Salomon figura Christi. Psal. 28. 9. Heb. c 11.

Magnum hic latet mysterium, (ait Venerabilis Beda) Res est luce clarior, sapientissimum hunc Regem Christi gessisse figuram, qui proposuit ædificare templum gloriæ, de quo cecinit Dauid: *Et in templo eius omnes dicent gloriam.* Nemo namque poterat teste D. Paulo, ædificare templum, adeò magnificum, tantaque maiestate splendidum, qui Deo & opibus cederet & viribus esset impotentior, *Cuius artifex & conditor Deus.* Voluit enim templum hoc ædificare Deus de lapidibus præcisis de lapicidina Adam, quæ est in deserto huius mundi, & sumus nos homines.

III. Templū eius cælū exprimit: Cap. 23. 27.

Numquam elatus est de lapicidina lapis adeò inæqualis, tortuosus, inconcinnus, inutilis ad ædificium quique magis discongrueret operi, cæteris que componi non pateretur, sicut ex lapicidina nascimur Adami; homines mille peruersis inclinationibus, & motibus deordinatis incompositi, rudes, prorsus templi gloriæ incapaces, omni ex parte inelaborati, vt in eo collocemur. Ad lapides illos elaborandū, adscribit sibi Deus mille lapicidas, scilicet nos prædicatores, vt opus hoc agamus securi & malleo, verbo, inquam, Dei: hoc enim nomine Deus per Propheram Hieremiam Verbum Dei appellauit: *Numquid non verba mea, &c. quasi malleus conterens petrā?*

IV. Dolandi sunt lapides, id est, homines. 2. Tor. 5. 18. Ad Coloss. 1. 28.

Hunc malleum, hanc securim tradidit manibus nostris, vt ait D. Paul. *a Dedit nobis ministerium reconciliationis*; Ad hunc effectum, & huius rei causâ ipsemet Apostolus, prædicatorum Coryphæus se cæsorem lapidum fatetur, & declarat hoc eius esse officium, ad quod eum Deus in Ecclesia elegerat: *Corripientes omnem hominem, &c. vt exhibeamus omnem hominem perfectū in Christo Iesu.* Quasi diceret; Cæsorem lapidum ago, lapides expolio, *Corripientes omnem hominem*, muneris mei est corripere, arguere omnes, auferre partes inæquales, prominentes, impolitas, indecentes, perfectasque formare ad Christi mentem, vt in templo gloriæ collocentur. Cum omni hominum genere hoc nobis agendum. omnes corripiendi, *Corripientes omnem hominem*: Ecclesiastici, & sæculares nobiles & plebeij, diuites & pauperes, superiores & inferiores, Prælati & subditi, omnes corripiendi, vt omnem lapidē adaptemus, planum, detersum, perfectum, & ex omni parte sibi constantem, eò modò, vt rectè conueniat iis, quibus lateraliter destinatur coniungendus; *Vt perfectum exhibeamus omnem hominem.*

V. Homo lapis triangularis, & memoriam, quas habet; verùm etiam, quia ad trianguum, ad Deum, ad proximum; & omnes, quos committit defectus, seu peccata, referuntur ad istas tres partes, seu respectus, sicut optimè ad rem probat Doctor noster Angelicus *b.* Ad triplicem hunc respectum præscindi & perfici debet hic lapis, adeò vt tam perfectè in omnibus sit expolitus, vt æqualiter cum cæteris conueniat. Quomodo verò hoc nobis agendum? Apprehendenda manibus est securis verbi Magistri nostri, quod nobis Ecclesia proponit hoc in Euangelio in quo loquitur Dominus, quid à vobis requirat; & docet quâ viâ perfectè possis expoliri in ordine ad tres illas partes, tria hæc tibi prælegendo ieiunium, intentionem sanctam, & eleemosynam, in his tribus describitur Euangelium, quinimò vestra omnium salus, est que id omnino necessarium, vt sitis, quod votis omnibus optabat D. Petrus, *Tanquam lapides viui*, & in illo gloriæ templo digni collocari: ieiunio enim perficeris in ordine ad teipsum, intentione bona, in ordine ad Deum, & eleemosyna cæteris que misericordiæ operibus respicis tibi proximum.

a Hom. 1. de iuun. b Hom. 1. de pœnit. c Epist. 21. ad Eustoch. d Homil. 1. de pœnit. 1. Pet. 2. 5.

§. 2. *Labor primus in ordine ad nos impenditur cum ieiunio, præscindendo à horem peccati.*

Cvm ieiunatis. Optimum ad expoliendum lapidem, principium: & securissime laboratre incipimus ex illo latere, vt rectè probant D Basilius. *a* Diuus Chrysost. *b* D. Hier. *c* bene notantes primam huius lapidis inæqualitatem ex esu & ingluuie processisse. Reliquit Deus hominem in paradiso, vt lapidem optime vndequaque manu sua elaboratum, adeò vt nihil aliud, quod ageret, haberet, quo posset de terreno illo paradiso, ad cælestem transferri, & in templo gloriæ collocari; *Fecit Deus hominem rectū d.*

Verum

pergulam pertransit. a Eccles. 7. 30.

Verum enim verò protulit hic lapis tubera, inæqualitates, factus est totus rudis & asper, cuius defectus principium exstitit gula, appetitus comedendi, quem homo solutis frænis liberè vagari permisit, illum minimè rationi subdendo, vt debebat, ex quo tam inæqualis rudis & hispidus euasit, plenus inordinatis affectibus, vt non solùm indignus esset paradiso cælesti, verùm nec ipso terrestri diutius potiri meruerit, vnde eiecit illum Deus.

II. Inde lapis, homo reparandus vbi desiit.

Adest Christus, hunc lapidem reparaturus, modumque præscripturus quo exoliatur, omniaque illa tubera præscindantur, sitque perfectè cælesti paradiso adaptatus. Verum vnde conueuientius exordiendum, vt ad rectum ordinem redigatur, quam ex quo cœpit hic ordo destrui, & deuiare? Vbi primo laborandum, vt paradiso collocari dignus habeatur, nisi vbi cœpit producere tubera; & qua fuit parte paradiso eiectus? Peruersus hic ordo sumpsit initium ex gula, eaque principium fuit, ex qua rudis asperque prodiit; sumat igitur inde labor principium. Venit Christus imponendo abstinentiam, quàm necessarium sit reinnium declarans, vt res sit credenda quasi omni certitudine veracior.

Cum ieiunatis. Vides hic, vnde primum labor sit inchoandus, scilicet, rectè, & in ordine teipsum disponendo, macerando carnem tuam & teipsum rigoroso ac stricto ieiunio. Admiratione dignissima fuit illa visio, olim Regi Nabuchodonosor in somnis exhibita, eam referente Propheta, cui licet immerito, & homini idolatræ Deus plurima contulit beneficia, & somnis mysterio plenissimis instruxit, quibus tandem ad fidem conuersus & æternum saluatus creditur à D. Hier. a D. Aug. b & D. Epipha. c Inter diuersa verò somnia, vnum fuit adeò terribile, vt eum summo horrore pertulerit.

Daniel 2. 47.

a Epist. 2. ad Lætam. b Epist. 121. ad Victorium. c In vita Damasceni.

III. Somnium Nabuchodonosoris narratur.

Narret ipse quod vidit: *Videbam & ecce arbor, in medio terræ, & altitudo eius nimia. Magna arbor & fortis, & proceritas eius contingens cælum. Aspectus illius erat usque ad terminos vniuersæ terræ. Folia eius pulcherrima, & fructus eius nimius: & esca vniuersorum in ea, subter eam habitabant animalia, & bestiæ, & in ramis eius conuersabantur volucres cæli & ex ea vescebatur omnis caro. Videbam in visione capitis mei super stratum meum, & ecce vigil & sanctus de cælo descendit. Clamauit fortiter, & sic ait: succidite arborem, & precidite ramos eius, excutite folia, & dispergite fructus eius; fugiant bestiæ, quæ subter eam sunt, & volucres de ramis eius. Verumtamen germen radicum eius in terra simile & alligatur vinculo ferreo & æreo, in herbis quæ foris sunt, & rore cæli tingatur, & cũ feris sit pars eius in herbis terræ.* Perterruit hæc visio Regem, & cogitationes eius, & visiones capitis sui conturbauerunt eum; clamat fortirer; adducantur Sapientes, Diuini, Chaldæi, Augures: Non est qui visionis aperiat mysterium. Tandem adducitur Daniel, intrat Regis cubile, quem inuenit rumore prostratum, animo suspensum. Narrat illi Rex somnium, quod viderat; cui Propheta: ô Rex hoccine te prosternit, te suspendit, te perterret? scito tuum in hoc remedium contineri, & quod ad tuam tibi est agendum salutem. Censet D. Hieron. in hoc Deum voluisse nostrum significare remedium; hic enim depictum ostenditur, quid agatur in peccatore, & quid eidem sit agendum in sui remedium. Ex radice carnis vestræ rebelles, & de malè ordinata concupiscentia nascitur in vobis arbor peccati: *Concupiscentia cum conceperit, parit peccatum.* Protera adeò arbor est hæc, vt pertingat ad cælum; offendit enim summam Dei Maiestatem, eiusque Angelos: *Ascendit malitia eius coram me.* Ipsemet ait Deus, loquens de ciuitate peccatrice. Extenduntur rami eius vsque ad terminos vniuersæ terræ: ab vno enim aliena rapuisti bona; alteri honorem abstulisti: matrimonio iunctam ad inhonesta perduxisti, puellam offendisti: viduæ fuisti lapis offensionis & petra scandali. Quiescunt sub vmbra eius animalia, id est, in anima vestra peccata carnis impudicitia, gula, ira, vindicta, & volucres cæli plurimæ hic nidificant, quæ sunt vitia à Theologis dicta spiritualia, ambitio, inuidia, superbia, auaritia, vanitas, proximi contemptus, dolus, mendacia.

In c. 4. Daniel. Iacob c. 1. 15. Iona c. 1. 2. IV. Homo similis est arbori Nabuchodonosor.

Quid remedij? interputetur arbor, præscindantur omnes rami eius, diffugiant abea animalia vniuersa, dispergantur aues cunctæ, ne hæc vna remaneat. Verumtamen radix viua remaneat præscinin terra. Succidatur omne peccatum, cùm omnibus ramis suis & operibus, omninò exscindatur peccatum, finemque accipiat. Desine modò, ô homo carnalis, ab ista luxuriosa tua conuersatione, finem impone, ô vsurarie rapax, vsuris tuis; sufficiant ô iracunde rancores & odia; eiicito ô luxuriose, scandalum illud, lapidem offensionis, illam quam domi tuæ detines puellam: *Lauamini* (vrget Dominus) *mundi estote: auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis: quiescite agere peruersè: Discite benefacere.* Hoc necessarium est, hoc prætenditur, *Ipse est omnis fructus, vt auferatur peccatum.* Hoc de cœlo vox illa intonat: *Succidite arborem, & præcidite*

V. Arbor hæc est præscindenda. Isa. 1. 16. Isa. c. 27. 9.

præcidite ramos eius; Vt penitus peccatum destruatur & id omne quod ad peccatum trahit.

☞ 4 Coloss. 3. 8. Hoc nobis indicat D. Paulus verbis optimè proposito nostro hodie seruientibus: *Nunc autem deponite & vos omnia, iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, turpem sermonem de ore vestro. Nolite mentiri inuicem, expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis.* Primùm perpende hæc verba: *Deponenentes & vos omnia: expoliantes vos veterem hominem.* Hoc nobis innuit, id quod Propheta Samuel ex parte Dei Regi Saüli præcipiebat, vt totum destrueret regnum Amalec, internecione deleret omne viuens, flammis cuncta deuastaret. *Nunc ergo vade & percute Amalec, & demolire vniuersa eius.* (1. Reg. 15. 3.) Verum seipsum perdidit infelix; quia opus aggressus, populum & animalia est demolitus, quæ minoris erant momenti: vitam verò Regi indulsit, & animalia crassiora reseruauit, incendio tradens viliora, à maioris pretij animalibus abstinuit. *Pepercit Saul & populus Agag, & optimis gregibus ouium, & armentorum, & vestibus & arietibus, & vniuersis quæ pulchra erant.* Hoc ruinæ ac mortis eius caussam dedit. Hoc idem vobis mandat Apostolus, *Nunc ergo deponite & vos omnia: nunc ergo vade, & demolire vniuersa.*

VI. Saul, quia pepercit melioribus, reiicitur.

Tibi dico, ô Christiane, vide quæ tibi Deus præcipiat, interfice cuncta, quę ad regnum peccati pertinent; *Succidite arborem & præcidite ramos eius.* Caue ne demoliendo viliora, Regi vitam concesseris, & electiora seruaueris. Quid refert, quod accedente Quadragesima ramos præcindas aliquos itineris tui ad domum meretricis, si vitia supersit inordinata ad illam affectio, & mutuæ correspondentiæ? Quis fructus, quòd ludo tempore illô abstineas, si thoro non abstineas inhonesto? Quid emolumenti, si sileant comœdiæ; & remaneant profanæ collocutiones, conuersationes lasciuæ, murmurationes? Quid lucraris, si paulò citiùs lectulo exsurgas, vt in templum concionem auditurus festines, si in cistis tuis aliena bona custodiantur? Attende, quid tibi de supernis vox illa pręcipiat. Non tibi sufficiat sparsim aliquos arboris ramos detruncare verùm totam exscindas, cuncta dispergas animalia, auesq; fugentur; *Succidite arborem.* Præscindito thori impudici arborem & ramos eius, litteras amatorias, nuntios, munuscula, blandimenta, promissa, gressus & regressus. Finem imponito periuriis, blasphemiis, & ramis eius; frequentationibus pheristeriorum, tabernarum, lupanarium. Silentium indicito diffamationibus proximi, & ramis eius, recedendo ex locis otiosæ conuersationis.

VII. Ne hoc tu feceris.

Nota deinceps aduerbium hoc temporis, *Nunc autem.* Modo, statim, absque mora, quasi diceret; aduerte temporis qualitatem, quod hodie incipit. Hoc maximè tibi considerandum hodie occurrat, tempus scil. quod inchoamus, tempus (inquam) maximè celebre, quod solemnius Ecclesia transigit. Et hoc esse credit (D. Ambr. a) de quo ad litteram loquitur Rex Dauid his verbis b, *Buccinate in Neomenia, tubâ, in insigni die solemnitatis vestræ.* Quænam est solemnitas propria peccatori? illa scilicet in quâ de pœnitentia agenda cogitat ad vitam salutemque animæ. Hoc est tempus Quadragesimæ, quod hodie ordimur in sonitu buccinæ, quæ per totam concrepat Ecclesiam per os Prophetæ Ioël: *Canite tubâ in Sion, sanctificate ieiunium.*

a Lib. de Eliae c. b Psal. 80. cap. 2.

Dies est solemnis, insignis dies solemnitatis vestræ. Multa festa celebrat per annum Ecclesia in profectum nostrum: verùm hæc omnia ab ipsa sunt instituta, directâ & per Spiritum sanctum inspirata; attamen hæc insignis solemnitas, quæ hodie cœpit, tanta est, vt communis sit Sanctorum sententia, illam ab ipso Christo decretam & institutam. Ita censuerunt D. Hyeron. D. Chrysost. D. Ambros. D. Aug. D. Petr. Chrysol. & alij quos in tractatibus nostris retulimus, explicando, quomodo hoc Christus instituerit, illis quadraginta diebus, quibus à mortuis iam resuscitatus cum discipulis suis est conuersatus, antequam cælos penetraret, tum illis decreuit ea quæ bono Ecclesiæ suæ regimini expediebant, quam vocat regnum Dei; & hoc indicare voluit D. Lucas his verbis. *Per dies quadraginta apparens eis, & loquens de regno Dei.* Instituit verò hanc solemnitatem ob plurimas rationes, quarum præcipuas declarat D. Paulus illis verbis, quæ D. Ambros. a credit ad litteram accipienda, quem sequitur D. Leo b *Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis.*

VII. Quadragesima festum est solemne. Tract. ... Act. 1. a Lib. de Elia & ieiun. b Ser. 2. & 4. de Quadrag.

Pensanda sunt duo illa epitheta Quadragesimæ assignata, quibus indicat institutionis eius rationem. *Dies salutis, & tempus acceptabile,* Non minori curâ Deo fuit prouidendum saluti animæ nostræ, quàm corporis nostri sanitati. Ad corporis valetudinem particulare tempus ordinauit, cum singularibus qualitatibus, ad valetudinem recuperandam, scilicet ver, à Spiritu sancto per os Salomonis dictum: *Tempus sanandi.* Quòd satis manifestè declarat textus Chaldaicus: *Tempus idoneum ad curandum ægrotum.* Licet verò procurari possit quolibet tempore valetudo, maximè tamen in vere potest hæc aptè reparari. Afflig eris diuturna quartana febri, aut distilla-

2. Cor. 6. 2. VIII. Quadragesima tempus acceptabile. Eccles. 3.

tione

ſatione dolorosa, aut ventris fluxu perpetuo, qui corpus debilitat, petis à medico te curari. Respondet; Domine, non est modo tempus, sol nimium à nobis distat, breues sunt dies, radij solares vix vllas habent vires, multi decidunt humores, herbæ ad curandum parua vigent virtute, tota se contrahit natura. Ver exspectandum, tunc in Aprili & Maio, cum sol propior nobis assulserit, dies longiores, herbæ nouâ virtute germinarint, arbores fronduerint, omnia ad meliores qualitates disponantur; tum bene Syropi lambuntur, ventet euacuatur, aperitur vena, fomenta adhibentur, & ideo vocatur *Tempus sanandi*. Tempus hoc instituit Deus sanandi corporis, congruens erat, vt & tempus aliud institueretur singulare, quo particulari cura infirmitatibus animarum inuigilaretur, & hoc est Quadragesimæ tempus: *Ecce nunc dies salutis*. Quod si nullum sit tempus, in quo quisq; non teneatur animæ suæ infirmitatibus curandis insuadare, habent tamen hi dies particulares magisque cong uas circumstantias. Modò maiori studio ac sollicitudine prodeunt animarum medici spirituales, nempe prædicatores, Confessarij, de his rebus tractaturi; singulis namque diebus, nouas præscribunt medicinas infirmis, ductas non ex Aphorismis Hypocratis, aut Galeni libris, verùm quas in suo Euangelio Christus medicinæ primarius professor dereliquit, tradidit, ordinauit. Modò se accingunt, vt egrotantium pulsum explorent, & quales sint cordium eorum motus inuestigent. Modò diligentiùs student vsurarijs aperiendo venam, pauperumque sanguinem extrahendo quem venis suis inclusum gerunt; Item & euacuando libidinosos immundis repletos humoribus, vt foris eiciant inhonestas omnes conuersationes. Modò præparata sunt fomenta obduratis, quibus cordis eorum durities emolescat, qui odio, vindictaque furunt in proximum. Modò pinguedo, adeps, oleumque applicantur, vt obstructiones illæ alienorum horum aperiantur, quibus arcæ vestræ redundant; cùm vires vobis desint, vt vel gressum vnicum figatis in via charitatis, cùm captiuis, pupillis, viduis, puellis, afflictis omnibus. *Tempus cælestis medicinæ vocatur*, D. Ambros. (*a*) & D. Augustin. (*b*) *dies salutaris & anima medicinalis.*

D. Ambr. serm. 17. tom. 5.

D. Aug. serm. 11. tom. 10. IX.

Quadragesima tempus est medicinæ.

Modò prodeunt prædicatores, vt feruentiùs Dei Verbum proponant; modò rem cordi capiunt Confessarij; modò singulari modo aperiit suos thesauros Ecclesia, stationibus, & indulgentiis. Modò Diuina officia lachrymas & deuotionem conciliant; modò summa pietate cantatur, *Miserere mei*. Modò in antiquis Ecclesiis, quin imò & modò in aliquibus vigent publicæ pœnitentiæ; modò in Rebuspublicis optimè constitutis clauduntur recreationum domus, comœdiarum, ludorumque prohibentur voluptates. Omnia ad hoc collimant, vt infirmi animæ suæ studeant sanitati.

Eia, igitur, ô amici, nos ipsos ad hæc disponamus; Eia prædicatores, ecce tempus, ecce dies ordinandi Syropos, euacuationes, fomenta, sanguinis extractiones, venarum sectiones, vnctiones, cauteria. Eia Confessarij ecce tempus, ecce dies, quibus cum efficacia & virtute magna sunt adhibenda remedia.

Aperiantur venæ vsurario illi, quem alienus sanguis oppleuit; emundentur molles illi pepones, quos luxuriæ peccata corrumpunt; euacuandi opibus ad luxuriam pleni, qui ex nimia nummorum abundantia præfocantur; & lucrum pudori anteponunt. Fomentandum est obdurati pectus, & iracundi & vindictæ flagrantissimi. Eia peccatores corde sincero vestras hodie curare incipite calamitates, quod si modò curare vestram salutem negligitis, æterna vobis est perditio formidanda. *Ecce nunc dies salutis, hoc solemne ieiunium, quod animabus corporibusque curandis salubriter institutum est.* Hoc autibus nostris suggerit Ecclesia; hæc sunt ieiunia, quæ in eum finem nobis à principio præscribuntur, vtait (D. Athanas. *Vides quid faciat ieiunium? Morbos sanat, distillationes corporis exsiccat, dæmones fugat, prauas cogitationes expellit, corpus sanctificat, denique ad thronum Dei hominem sistit.*

D. Athan. Lib. de Virgin. ad Virg.

§. 3. *Magno mysterio vocatur tempus quadragesimæ, tempus acceptabile, in quo melius, quàm in festo Expiationis destruitur peccatum, eiusque radix forti ieiunio constringitur, quemadmodum & illa Regis Nabuchodonosor.*

ALiud epithetum tempori huic congruum dat Apostolus, *Tempus acceptabile*; & communis sensus habet, eum velle significare, tempus meritò à vobis suscipiendum, & apertis ambabus vlnis animæ complectendum, summò gaudio percurrendum, vt quid maximè à vobis desideratum, & optatissimum, eo modo quo dixit D. Paulus de

2. Cor. 6.

ipsa-

gratissimis illis nouis, quæ promulgabat, Verbum carnem factum, Filij Dei Incarnationem: *Fidelis sermo, & omni acceptione dignus.* Verùm D. Chrysost. *a* cui consentit Magister noster Angelicus D. Thom. *b* hic ad rem nostram optime; vt intelligamus finem, in quem Christus hoc tempus ordinauit: *Quid cogitas* (inquit) *quid significet tempus acceptabile?* Tempus in quo peccatores in gratiam sunt recepti, & cum peccatorum remissione admissi. *Acceptabile hoc tempus vocat, quoniam eos quoque, qui innumeris sceleribus se obstrinxerant, admittit. Tempus acceptabile*, ait D. Thom *id est, gratificationis.* Et idem ipsum est quod Rex Dauid tantoperè desiderauerat, *Tempus beneplaciti.* Et Isaias ab Apostolo Paulo relatus, *Tempus acceptum.* Et verè credo D. Paulum voluisse indicare, maiores gratias, fauores & dona, quibus Deus modo nobis occurrit, quàm populo suo antiquo ludæorum. In veteri illa lege, vt rem ponderat D. Paulus, instituit Deus singulare festum, cæterisque magis celebre; quod vocauit *celeberrimum & venerabile*, ad hoc præcisè sancitum, vt in illo satagerent se à peccatis omnibus reddere puriores, ideoque voluit illud nominari Festum Expiationis peccati; *in hac die expiatio erit vestri, atque mundatio ab omnibus peccatis vestris, coram Domino mundabimini.*

Et hanc instituti festi assignat Deus rationem: si enim per anni decursum sint tempora particularia, instituta ad ea quæ hominum naturæ conueniunt, ad comedendum, ad cœnandum, dormiendum, seminandum, metendum, vindemiandum, arbores scindendas, fructus colligendos, fruteta purganda; plus æquo est, vt & tempus assignetur rei tanti momenti; quocirca *semel in anno*, ait Deus: introuertat se homo, animam suam perscrutetur, ab immunditiis se emundet, curentur infirmitates, præscindatur, expurgetur omne inutile & nociuum, & per aliam vitam homo renouetur. Vt verò hoc ex cordis imimie, & sincerè fieret, aliis rebus minimè vacando, quæ hominem distraherent in diuersa, decreuit hoc festum celebrari decimâ Septembris; in horreum iam collectâ messe panis, vini cæterarumque frugum; cumque nihil aliud sese necessariò offerret peragendum. Quia verò emundare à peccatis animam, spectat ad pœnitentiam peccatoris, & Sacerdotum beneuolentiam, voluit Deus, vt omnes Sacerdotes sese disponerent, vt in illo festo peccatores orationibus, & sacrificiis adiuuarent, & præcipuè summus Sacerdos, cui vnico illô totius anni die fas erat intrare in Sancta Sanctorum, cùm totus adspersus esset, & tinctas vestes haberet sanguine agnorum, caprarum, taurorum, & vitulorum, vt hoc schemate sese Deo offerret afflictum & sanguine manantem, pro cunctis peccatoribus supplicando. Peccatoribus autem (omnes enim erant) statutum, vt illô die pœnitentiæ opera assumerent, idque ita ex animo & candidè, vt nemini licitum fuerit illô die, aut ridere, aut capite elatô incedere, aut lætitiæ signa dare; verùm essent omnes tristes, collecti, omnes gemebundi, suspirantes, lachrymosi, capite incuruo afflicti, qui verò inueniretur effusus in risus, vel cachinnos, & mœstitiæ signa non ederet, mortis reus damnabater. *Affligetis animas vestras in eo die: omnis anima, quæ in hac die afflicta non fuerit, peribit de populo suo* Num. 29. 7.

Ea autem mens Dei fuit, vt tam synceræ & viribus omnibus intenderent soli huic operi, vt nullum daret locum alienę occupationi, nec quidem permitteret, vt vel bolum cibi coquerent ad esum, nec ignem accenderent in domibus suis; cura enim hæc peccatorum, totam secum rapere debebat animam: *Omne opus seruile non facietis in tempore diei huius: quia dies propitiationis est, vt propitietur vobis Dominus.* Ad hoc igitur instituit festum illud Deus ab ipso dictum celeberrimum & solemnissimum: si enim decurrente anno sint tempora quædam rebus tuis curandis destinata: vepote campis, vineis, arboribus, pecorum gregibus: iustum est vt sint & tempora curandis animabus assignata. *Semel in anno* Hæc verô hoc agebantur die: omnes iudicium cum Deo, & animâ suâ instituebant, strictum quisque offensarum subibat examen, quibus toto illo anno Dei præcepta fuisset transgressus, prostratus verò coram Diuina & suprema Maiestate eorum omnium reum se confitens Dei exorabat misericordiam; de cætero vitæ culparumque spondebat emendationem. Aderant tum Sacerdotes, pro illis Deum supplicantes, vt ipsis & peccata remitteret, & misericordiam impertiret. Quòd si in tempore illo legis mortuæ necessaria fuerit annualis illa festiuitas, quâ quisque emundandæ animæ negotium assumere tenebatur; an par fuerit Deum in hac vitæ lege negligere præceptum similis celebritatis, vt sic eo volente, semel in anno quisque emundandæ animæ totis viribus incumberet? Hoc postulat iustitia, sic cogit necessitas, vt sit in Ecclesia Christiana tempus particulare, quod singulariter peccatis curandis, & ineundæ cum Deo vitæ rationi gnauiter impendatur.

Creuerant Absaloni crines, *Grauabat eum ces* 2. Reg. 14. 26.

1. Timoth. 1. 15.
a Hom. in 2. ad Cor.
b in c 6. 2. ad Corint. lect. 1.
Chrys. Tom. 2. Isal. 684. Isa. c. 49. 8.
Hebr. 10. 1.
Tempus Quadragesimæ Festum Expiationis.
Leuit. 16. 30.
Num. 29. 7.

sartes. Vrgebat necessitas singulis annis tempus tondendis capillis assignari: *Semel in anno tondebatur.* Exprimunt capilli peccata, teste D. Hyeronimo quæ quasi de radice & capite carnis nostræ enascuntur, & plus ipsis crescunt capillis; *Multiplicata sunt super capillos capitis mei*: Ingemiscit Dauid *a* adeoque grauant animam, vt æquale pondus non inueniatur: *Sicut onus graue, grauata sunt super me.* *b* Deplorat idem Dauid. Vnius pondus peccati Angelici, cælestis illa machina sustinere non valuit, nec ipse paradisus vnum inobedientiæ primi hominis, nec terra vnum rebellionis Datham & Abiron Leuitarum. Ratio requirit, & vsus habet, quotquot Domini alicuius bona administrant, ad minus semel in anno sese reddendæ rationi disponant; quomodo partes singulas distribuerint, expenderint, seruauerint, restauraudi damni ex integro alioquin obnoxij.

Isa.3. *Ifa* II. *Absaloni* caesaries, id est, peccata semel in anno rescindenda *a Psal.39.* 13. *b Psal.37.* 5.

III. Similitudo.

Ecce quid Deus prætendat, qui nobis commendauit bona sua, legem suam, fidem suam, sacramenta sua, sanguinem suum, animam nostram, intellectum nostrum, voluntatem nostram, & quidquid habemus, quæ omnia bona sunt Dei, cuius hęc est intentio, vt semel in anno rationem ineamus & cum tabulis Diuinæ legis conferamus omnes partes operum nostrorum, verborum ac cogitationum. Videat vnusquisque, vbi defuerit officio, quomodo Deum dilexerit, Diuinam eius fuerit reueritus Maiestatem; quomodo nomen eius sanctificauerit, quomodo festa coluerit, proximo quomodo responderit, parentes tum carnales tum spirituales quomodo honorauerit; charitatem inter fratres quomodo custodierit, eis non nocendo in honore, bonis, aut persona; quomodo animam à carnis vitiis integram seruauerit.

Vides ad quid spectet huius institutio solemnitatis. Verùm non est obiter prætereunda optima sors nostra, quam his verbis declarat Apostolus: *Ecce nunc tempus acceptabile*; Quod significat, ait D. Chrysostom. ecce tempus, in quo recepti sumus ad gratiam, longè aliter quàm in lege veteri. In celebri, isto expiationis festo, quod in peccatorum purgationem sanciebatur (loquente D. Paulo) nec sacerdotes auctoritate pollebant ad remittenda peccata, nec sanguis pecorum effusus ad hoc sufficiens erat. *Impossibile enim est sanguine taurorum, & hircorum auferri peccata*: Nec quanta peccatores facerent in sui remedium, ex se vim habebant ad plenariam peccatorem suorum indulgentiam consequendam. Sicque si scire desideres (ait Apostolus) in quem finem destinaretur tota illa celebris, solemnisque festiuitas? hæc studia, afflictiones hæ omnes ad hoc valebant, vt singuli peccata sua in memoriam reuocarent, eorumque facerent publicam exomologesin; *In ipsis commembratio peccatorum per singulos annos fit.* Hoc quisque agere debebat, cum Deo computum instituere, & partium singularum rationem inire, in quarum singulis nemo non grauatus censebatur, deinde accusare se harum omnium debitorem tenebatur. *Reuocatio in memoriam erat* (teste D. Chrysost.) *id quod tunc fiebat, peccatorum erat accusatio, non solutio, accusatio infirmitatis, non ostensio virtutis.*

2 Cor.6. *Hom.12. cuius.*

Hebr.10. 4.

IV. Qualis

D. Chr. Tom.4.

Erat (docente D. Thoma) Confessio quædam, quâ quisque debitum suum erga Deum fatebatur, nec illum tamen absoluebant sacerdotes, nec sacrificia liberabant, nec ipsorum lachrymæ se ad tam præclarum effectum pertingebant. Verum enim verò in hac nostra celebri festiuitate Quadragesimæ: *Ecce nunc tempus acceptabile.* Admissi sumus nos & computus nostri, cum gratia & remissione debitorum. Proh! quàm bene cum œconomo ageretur, qui ad reddendam rationem accedens ministro Domini eius occurreret, qui plenariam illam recipiendi haberet potestatem, in tantùm ad sui emolumentum, vt auditis rationibus, & visis codicillis, illo manente grauato debitis infinitis, hæc ei diceret; grauia sunt, quibus opprimeris, debita, eaque tanta, quod si & te & bona tua venumeremus, nec sic posses pro minima parte satisfacere, nedum integrum soluere. Attamen hæc tibi omnia remitto. Anne hic sanè non maximè felix! an non verè dixerimus eum in tempore illo accessisse, quo recipi potuit in gratiam? In lege Moysi omnium erat cura, his diebus Expiationis computus suos Deo exponere; verùm tempus erat triste, tempus iustitiæ, inuentis enim debitis infinitis nullum ex eis remittebatur vigore eorum, quæ tum agebantur, nec orationibus sacerdotum, nec sacrificijs, oblationibus, nec aspersione sanguinis vaccæ rufæ, quæ tum singulariter offerebatur, Deoque immolabatur, nec cæteris cæremonijs intercedentibus; omnia hæc adhærebant homini, & grauabant debitum peccatoris, cum obligatione soluendi pœnas æternas, si hic aut non solueret, aut non satisfaceret.

V. Similitudo.

Nec similiter valebant ministri vel vnum atomum remittere eorum, quæ Deo debebantur, pauperes erant, & vel vnicum idque minimum absoluere peccatum impotentes, hoc ipsis adhærebat irremissibile, eratque soli Deo reseruatum. Nunc autem: *Ecce tempus acceptabile,*

VI. Qualis verò notæ legis sit expiatio.

O beatum tempus à Deo consecratum quò constitutos habet suos ministros sacerdotes approbatos, qui nobis rationes nostras exponentibus, licet millenas & millenas scedulas inueniant obligatorias, nosque grauatos debitis excedentibus numerum arenæ maris, nos omnibus his absoluant, & ex toto remittant. Quid huic potest conferri felicitati? vt auditis omnibus vestris rationibus, id est, peccatis, visisque codicillis, & repertis debitis tam grauibus, vt nec tu ipse, nec omnes Angeli cælorum, nec omnes terrarum homines sufficienter possint ex iustitia soluere eorum vel minimum; auditò vnò, *Ego te absoluo*, supernà prolatum auctoritate, vi verborum, cuncta vestra delicta deleantur.

O si, qui Principum, Regumque ac Prælatorum curant bona, tales inuenirent ministros, quibus computus suos exponunt, vt omnes remitterent schedulas, & debita condonarent. Hæc est, ita hæc est optima sors nostra, ita hæc est nostra festiua celebritas, in qua tripudiat præ gaudio cor nostrum. Ita hæc est festiuitas, quam (sicut præfati sumus) Propheta regius an-
Ps. 80. 1. nuntiando, ita exorditur. *Exultate Deo adiutori nostro, iubilate Deo Iacob &c. in insigni die solemnitatis vestræ.* In celebri Iudæorum festiuitate, orabant sacerdotes, minimè verò absoluebant, ingrediebatur in Sancta Sanctorum summus Pontifex, egrediebatur autem vacuis manibus. Nunc autem non solùm preces fundunt, sed & absoluunt efficaciter sacerdotes. Summus Pontifex, qui & Papa, aspersus non sanguine taurorum, hircorumve vel arietum, at dispensationem habens sanguinis pretiosi ipsius Filij Dei, eius meritorum, & Sanctorum satisfactionum ingreditur Sancta Sanctorum, thesauros Ecclesiæ infinitos eosque plenis manibus communicat, concedendo Indulgentias, quæ nobis singulis diebus offeruntur sanctas obeundo stationes: ita vt per absolutionem peccata, & reliquiæ pœnarum per Indulgentias remittantur.

Tale igitur, ait Apostolus, cum vobis tempus concedatur: *Nunc autem deponite & vos omnia: succidite arborem & ramos eius.* Nunc verò, q. d. per totum annum incessisti animam tuam peccatis inquinando, vt eam reddideris equorum stabulum & fœtidissimum sterquilinium, cubile draconum, serpentium, scorpionum, auaritiæ (inquam) ambitionis, sensualitatis, impudicitiæ, iræ, inuidiæ, rancoris &c. arborem peccati excrescere adeo permisisti, vt ad cælum vsque pertingat Diuinam iram prouocando, arborem, inquam, peccati, cuius malitiæ rami se extendant per vniuersos terminos orbis terrarum; quandoquidem, quidquid tibi suggesserit appetitus inordinatus, hoc illico opere compleueris. His Baccho consecratis diebus, vt Epicurus vel Heliogabalus vixisti, toto impetu effræmis in omnia libertatis & lasciuiæ genera, velut sensus omnis & inops rationis; *Nunc autem*, nunc igitur, nouo hoc tempore, *nunc autem* cum dies solemnitatis nostræ celebraturi accingimur, ad hoc institutos, vt de expiatione agamus animæ vestiæ, eam perfrictemur, & ab omnibus peccatorum sordibus emundemus. *Deponite & vos omnia*, Velle videtur Apostolus coniungere suum (*Nunc autem deponite & vos omnia*) illi verbo prophetæ Ioël, quod in Epistola legimus: *Nunc* Ioel 2. 12.
ergo hæc dicit Dominus: Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio & fletu & planctu: scindite corda vestra. Et ambo illi voci de cælo: *Succidite arborem* Nunc succidito, ô impudice, lasciuam amicitiam, & tu ô leuicule tuas contrahito libertates. Tu autem ô auare, tuæ finem imponito auaritiæ. Manum remittito, ô vindictæ cupide, vestris legibus duellorum. Tu quoque murmurator à detractionibus parcito linguæ: *succidite arborem.* Nunc autem sæuage ex tota mente arborem peccati succidere; radix autem caro tua viua superfit. *Radicem eius in terra dimittite:* Non enim licet eam nobis occidere, sed teste D. Chrysost. alliganda est vinculo fortissimo æris & ferri, id est, strictò ieiunio, integrò rigoroso quod de facili ob leuem caussam non frangatur; non tale sit quale obseruatis, non ex ferio, sed ex lana, quæ extenditur & attrahitur & qualibet occasione summa facilitate dirumpitur. Ieiunia, (vt ait D. Aug.) quæ non solùm carnē non macerant aut mortificant, verùm eam colunt opiparè, recreatā mille condimentis; adeò vt maiori tibi curæ sint corporis deliciæ diebus ieiunij, quàm illis, quibus ad ieiunium non adstringeris; quasi ad hoc esset ieiunium institutum, vt ex eo corpus accrescat, & pinnia sollicitudine vegetius insolescat.

VII. Exhortatio ad melioremvitam frugem.

Homil. 14. de ipsis fab. ad Roman.

Serm. 71. & 72. de diuers. Tom. 10.

§. 4. *Ostendunt nobis Niniuitæ quomodo sit agenda pœnitentia.*

VIsionem istam Regis Nabuchodonosor clarissimè perspicimus expletam in Niniuitis, de quibus aiunt (Diuus Basilius *a* & Diuus Ambrosius *b*) quod Deus illos posuerit & quasi tam admirabilem acceptamque decreuerit historiam de eorum peccatis atque pœnitentia, vt eam voluerit, propheta Ionas conscribe-

a Hom. 8. in initio quadrag.

b Serm. 40.

ret,

ret; vt & nobis contingat optima illa sors, & qui illis similes sumus in peccatis, simus & in pœnitentia. *Pœnitentiam illorum* (ait D. Basil.) *ad communem vitæ doctrinam Diuinus sermo scripturis mandauit.* Primò nobis propheta depingit vrbis huius ac totius populi peccati arborem, tam procerem, vt pertingat ad cælum: *Malitia eius ascendit vsque ad cælum.* Ita enim semper legit D. Chrysost. hoc quod nostra vulgata lectio habet: *Ascendit coram me.* Volens Deus his (inquit Chrysost.) verbis exprimere altitudinem grauitatemque peccati, quæ tanta sit, vt pertingat ad cælum; quasi quis dicat, non potuit altius ascendere; sicut illi, qui conati sunt ædificare turrim in Babel, summum, ad quod credebant, eam posse pertingere, hoc erat: *Cuius culmen pertingat vsque ad cælum.* Erat pariter & arbor hæc tam latè extensa, vt ramos suos ad vniuersos terminos terræ protenderet, sicut eam describit Propheta Nahum, quæ ab eo sic vocatur: *Ciuitas sanguinum, vniuersa mendacij.* A leoque idolis redundans, vt dicat, quod ipsa sola simul tot haberet idola, quot in reliquo orbe terrarum vbiuis essent dispersa; hisque omnes terrarum populos infecerat, atque in æternum perditos detinebat, facta lapis offensionis & petra scandali, & hoc est quod statim adiungit: *Vendidit gentes in incantationibus suis, & familias in veneficia.* Vt declarat Theodoretus.

I. Ninivitarum malitia describitur.

Ierem. 51. Quid sibi velit grauitatem que peccati.

Cap. 3. 1.

Ion. c. 3. Nahum.

Eritne huic ciuitati remedium? Erit planè. Intrat Ionas, prædicat, ostendit illis vindictam & ruinam, quæ iam nunc super illos decidenda erat; illis sententiam denuntiat, vt alter Angelus Nabuchodonosor. Ingreditur Ionas prædicando, comminando, prædicendo: *Adhuc quadraginta dies, & Ninive subuertetur.* Contremiscunt omnes, corda turbantur, de remedio cunctis tractare decernunt veram pœnitentiam amplectendo. Hico videbis quòd primùm succidant totam arborem cum ramis suis, cesset peccatum cum omnibus eius speciebus atque operibus. (Ita notat D. Chrysost.) expendens verba Spiritus S. *Conuersi sunt vnusquisque à via sua mala.* Clarissimus modus declarandi, quomodo peccatum præscindatur: nemo enim magis ex animo potest relinquere iter quod ingrediebatur, quam reuertendo ad contrarium, & priori oppositum. Hoc (teste Spiritu S.) egerunt Ninivitæ; reuersi sunt retrorsum ex suo itinere, non solùm, non vlterius sunt progressi in via peccatorum, verùm contrarium omnino iter arripuerunt. *Conuersi sunt.*

II. Ninivitarum pœnitentia. Homil. 4. in 2. ad Corinth. ad finem & Hom. 5. ad populum.

Si optimus sit hic modus peccati arborem præscindendi, eam phrasi subtili declarauit D. Paul. in praxi illum specificando *Deponentes mendacium, loquimini veritatem, &c. Qui furabatur iam non furetur, magis autem laboret operando manibus suis, quod bonum est, vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti. Sermo malus ex ore vestro non procedat, sed qui bonus est ad ædificationem fidei, &c. Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor & blasphemia tollatur à vobis cum omni malitia. Estote autem benigni, misericordes, donantes inuicem.* Non sufficiebat Ninivitis arborem præscindere peccati, sed ad radicem scilicet eius inimicum suam, apposuerunt vinculum fortissimum ex ferro & ære, vt illam affligerent, ieiunium dico forte, rigorosum, vniuersale, quod omnes ad sui obligationem constringeret, & velut circulo ferreo coarctaret. Tale autem fuit hoc ieiunium, quod Rex promulgauit ex propria persona, suorum Principum & totius Regalis Concilii auctoritate: *Homines & iumenta & boues & pecora non gustent quidquam, nec pascantur, & aquam non bibant, & cooperiantur saccis homines & iumenta, & clament ad Dominum in fortitudine.* Attende primùm magnum hunc circulum, qui omnes constringat, Regem ipsum, Principes, plebeios, viros, mulieres, senes, iuniores, pueros, boues, iumenta, oues, & pecora. Vidistin' circulum tam extensum, & qui tot constringat, & coarctet tantos? Verum ieiunium eorum perpendas velim, tam forte tam strictum; sic vt nec homines, nec animalia gustent quidquam ad esum pertinens, nec bibant quidem vel guttam aquæ. Tota refectio describitur in comedendo, & bibendo: ex esu minimum est, quidquam gustare; ex potu guttam aquæ. Tantum absunt à comedendo, vt nec gustent quidquam cibi, *Non gustent quidquam*; itidem à bibendo, vt nec aquæ guttam lambant; *Aquam non bibant.* Hoc est, tale sit ieiunium, vt nec imaginatio quidem sit comedendi aut bibendi, macerationi carnis suæ solùm intendant. Huic ieiunio superextenditur cilicium asperum, lamenta tristia, planctus lachrymosi, funesta suspitia, & clamorosi eiulatus.

III. Ieiunium Ninivitarum.

Ephes. 4. 25.

Vers. 7.

Admirabilem valde descriptionem ediderunt D. Basil. *a.* & D. Chrysostom. *b.* pœnitentiæ a perditæ huius ciuitatis. Seniores crinium suorum canitiem conspersione cineris adaugebant, fame marcidi, aspero contecti cilicio, pusiones vbera sugentes plorabant, huc illucque se vertentes matrum suarum vbera conquirentes, & hi sacculis pro panniculis inuoluti. Delicatæ domicellæ decolores, exesæ, & vestium, loco opere

a Hom. 2. in diuites. b Hom de Iona, & Hom. 1. de pœnit.

IV. Niniuitarum pœnitentia describitur.

plumario textarum, serico & auro grauidarum, videas illas modò aspero cilicio horridas; capillos illis flauescentes & aureos, modò cinere sordidos: boues, vaccæ mugiunt, balant oues, agnelli balatibus suis replent aëra: quid plura? Omnes cinericij, cilicini omnes, magnis eiulatibus funebrem tristemque planctum emittentes; Ita hoc est forte & bonum ieiunium. Idcircò eos Christus viros vocat: *Viri Niniuitæ.* Quid ergo, nec mulieres erant, nec pueruli? Erant quidem; verùm ex natura tales, ieiunii & pœnitentiæ fortitudine omnes viri censeri merebantur, & erant; aggressi sunt enim pœnitentiam fortissimam, & ieiunium strictissimum ferro & æri conferendum.

Matt. c. 12 41.

V. Admonitio ad pœnitentiam.

O amici, iudicate, si iustum est, cum illis pares simus in sceleribus, simus & pares in pœnitentia? Quæ sunt scelera nostra? An non ascendit malitia nostra in cælum? O quantum Dei iram irritauimus! An non sese proteruia nostra extendit ad terminos terræ vniuersos! Quod scelus non commisistis? quas impudicitias? quas lasciuias? quas leuitates? quæ iuramenta? quas blasphemias? quæ odia? rancores quos? crudelitates quas, dolos atque mendacia? Verumtamen quam longè disparem agimus pœnitentiam? Quis est, qui tam rigorosum assumat ieiunium? Omnes nos excusamus: senex, quia talis est; iuuenis, quia properat ad senectutem; hic quia ætate annisque prouectior, ille quia ad illos ei peruemendum; vnus, quia ei deficit prospera valetudo, alter ne illam perdat; vna, quia lactans, altera, quia prægnans, aut desiderat inprægnari. Quis ille, qui aggrediatur ieiunium tam validum? qui carnem maceret asperò cilicio, durâque castiget disciplinâ? Idcircò autem nostræ carnis radix manet tam parum alligata ac mortificata, vt eodem planè modo germinet peccatorum stolones in Quadragesima, quo extra illam, aliove tempore germinaret.

§. 5. *Ieiunium, debet esse forte, vt antiquitus, & discretum, vires vestras bene perpendendo secundum Prælati iudicium.*

MAiora insuper vinculum illud continet mysteria & magna comprehendit illud, quod ex ære ferroque constare debeat. *Alligetur vinculo ferreo & æreo.* In S. Scriptura & præcipue hoc loco, & in alia visione quam habuit Rex Nabuchodonosor quamque illi exposuit Daniel, ferrum symbolum est fortitudinis; ita fatus, explicando pedes ferreos illius statuæ, qui Romanorum significabant Monarchiam; quia sicut ferrum omnia domat & comminuit, talis futura esset Romanorum potestas, quæ cæteras omnes sibi subiugaret nationes. Æs verò hieroglyphicum est sapientiæ; ita D. Hieron. *a* D. Augustus *b* D Gregor. *c* quia sonorum est: *Æs est vocalissimum*, ait D. Hieron. *d* & eâ phrasi declarat ipse Daniel statuæ ventrem ex ære signare Græcos, qui toto orbe vt sapientissimi colebantur, de quibus ait D Paul. *e. Græci sapientiam quærunt.* Duæ sunt ieiunio necessariæ qualitates, prima: vt sit ex ferro in duabus rebus; vna sit, vt carnis domet petulantiam & mortificet, & affligat vehementer. Secunda, ne de facili, leui ex causa frangatur. Conqueritur D. Ambros. vt vidit quamlibet nos arripere occasionem frangendi ieiunium: hunc ob nimios calores, quibus ait sibi vires resolui; illum ob intensum frigus, cui necessarium esse affirmat per esum vires reparare; alium, quia capitis patitur vertigines, quæ eum placidè dormire non patiuntur; alterum stomachus debilis afficit, & numquam, vt quereris, desunt tibi prætextus, seu frivolæ rationes, diebus Veneris & Quadragesimæ non ieiunandi.

a In c. 1. Dan. b Serm. 101. de tempore. c l. 32. Moral. d In Dan. c 1. Cor. 1.

1. Duæ ieiunij qualitates. Serm 32.

Quis modo confideret, quàm fortiter olim Christiani fideles obseruarint hæc ieiunia. Refert D. Hieron. de Sancta Paula, quòd infirma & grauiter quidem, non solùm, non potuerit à medicis eò adduci, vt ieiunio abstineret, sed nec quidem vt vel vnam vini guttam biberet. D. Gregor. *b* ex occasione laudandi S. Monachum Eleutherium, narrat de seipso, quod cum in periculosum morbum tempore Quadragesimæ incidisset, cui sæpè sæpius deliquia accidebant, quibus medendis, qualibet hora sumere temebatur cordis confortatiua: *Nisi me fratres frequenter reficerent, vitalis mihi spiritus funditus interciditi videbatur*; Lachrymari cœpit, non ob corporis infirmitatem, & pectoris oppressiones: verum quia illi deficerent vires ne ieiunans persueraret. Quocirca ad se euocauit S. Eleutherium, de quo intellexerat, quòd orationibus suis mortuum suscitasset ad vitam, eumque totus lachrymis infusus rogabat, vt pro eo apud Deum supplex intercederet; Non migi (inquit) dolores auferat, aut tollat ægritudinem, sed ita dolores temperet, & morbum mitiget, vt ad minus possim seruare ieiunium, vel aliquo die, si sic ei placuerit, factumque est ita, obtinuit hoc illi

2. Exempla ad ieiunia. D. Greg. b Lib. 3. Dialog. c. 33.

2. Quam rigorosè Veteres olim ieiunia.

illi S. Monachus à Deo, quo mihi testor, ait D. Gregor. omnis pœna deinceps supersedit. Non erat, sic confirmat D. Basilius, aut Princeps aut Nobilis, aut senex, aut adolescens, aut vir aut mulier, aut dux aut miles, qui non tam integrè & mente hilari quadragesimæ dies obseruaret, vt vel vna vidua. Moris erat, quem notat D. Chrysost. vt is qui ieiunium seruare non posset, domo egredi non præsumeret; & error videbatur intolerabilis & libertas minimè ferenda, sanos se ostendere ad negotia & corporis oblectamenta, ad ieiunium verò viribus deficientes. Non sicut nos: multos enim est reperire cæteris rebus sanos & integros, soli ieiunio infirmos & debiles; suis profanitatibus satis bene valens est decrepitus senex, & illis exequendis se iuniorem ostendit. Sufficiunt adolescenti vites suis lasciuiis, nocturnisque diuagationibus grauiori ferro onusto, quàm equus validus sufferret. Officialis robustus suis curandis bonis, mercator suis diurnis itineribus, & discursibus per varias mundi plagas; & vt vnicò verbò plura dixero, omnes ludibus, iocis, vanitatibus, traductioni temporum, & quibuscumque rebus, quas prosequi intendunt, valentissimi, soli autem ieiunio tenues, macilenti, exhausti, & prætextus distillationibus, humoribus, defluxui, stomachi debilitati imputatur.

Hom 1. de ieiun.

Hom 10. in Gen. f.

III. Excusationes vanæ reiiciuntur.

Maximè conueniret sic suadente D. Leone, & ab antiquis obseruato, vt qui ad ieiunium habetur impotens, sese subtrahat, & ploret, vt cui vires ad peccandum suffecerint, & ad ieiunandum modò deficiunt, rubore perfundatur, cum sese inter ieiunantes aspiciens, ipse fortioribus his armis nudus inueniatur. *Qui ieiunare non valet*, (hortatore D. Augustino) *cum gemitu & suspiritu, & animi dolore manducet, pro eo quod aliis ieiunantibus, ipse abstinere non potest.*

Serm. 2. de Ieiunio 7. mensis. D. Aug. Serm. 62. de tempore 10.

IV. Ieiuandi modus antiquus.

Non comedebant nisi valde serò, & post solis occasum, vnde dictum fuit, quod diebus ieiunij, cœnarent; & hoc postquam integrum quasi diem impendissent sacris officiis audiendis orationibus & eleemosynis: vt tradunt D. Ambros. *a* & D. Aug. *b* Sic instituit S. Syluerius Papa & ordinauit Concilium Cabilonense *c* quod declarat, vt nullo modo habeatur ieiunio satisfeciisse qui hanc horam cœnandi præuenisset, cuius hanc desigoat rationem. *Concurrendum est enim ad missam, & auditis missarum solemniis, & vespertinis officiis, & largitis eleemosynis ad cibum accedendum.* Huic conuenit relatum à D. Thom. decretum Concilij Chalcedonensis in hæc verba. *In Quadragesima nullatenus credendi sunt ieiunare, qui ante manducauerint, quam vespertinum celebretur officium.* Quin & modò, vt eius rei memoriam recolat Ecclesia, in more habet dicere vesperas ante prandium. Et narrat D. Augustinus quod Romæ & Mediolani viderit seruari ieiuninm, vt multi non cœnarent de triduo in triduum; nec solùm viri, sed & mulieres.

a Ser 33. b Serm 59. & 78. de temp. & l. de moribus Eccles. c. 9. D. Syluest. c. 1 c Cap 4.

D. THO. 2. 2. q. 147. a. 7. Lib. de moribus Eccles. cap. 10.

Cæna verò communiter solis fructibus constabat, & iis quidem minoris substantiæ, seu alimenti; absolutè autem pisces remittebantur delicatiores, maiores & vegetiores; solis verò infirmis concedebantur *pisciculi viliores*, idque de gratia & indulgentia speciali, vt patet ex Concilio Gerundinensi *a*, & Concilio 4. Toletano. *b* Non permittebantur cupediæ, nec vini potus, nec mellis esus, sicut optimè ad rem tractarunt D. Clemens Papa. *c* D. Chrysostom. *d* D. Hieron. *e* D. Cyril. Hierosol. *f* Ex quo vt notant D. Basil. *g* & Ambros. *h*. Dicebatur quadragesimæ tempus: *Requies coquorum*: Quia toto illo tempore non necesse erat coquinam intrare, nec curam habere de condimentis delicatis; de quibus egimus in nostris Tractatibus *i*. In absentia verò à carnibus quantus seruaretur rigor, quis nobis dixerit? Refert historiam Nicephorus Callistus *k* annò quodam Constantinopolim; tam graui oppressam fame, vt in ea deficerent omnes cibi quadragesimales. Visum fuit Imperatori Iustiniano, extremam adeò necessitatem à lege ieiunij absoluere, nec in tanta rerum inopia posse seruari præceptum; quocirca præcepit carnes ad emendum exponi. Mandatum hoc Imperatoris populus tam grauiter accepit ac indoluit, vt non solùm non esset qui carnes emeret, insuper vniuersi Imperatorem adierunt protestati se malle fame emori, quàm carnes tempore stricta quadragesimæ manducare; do vobis auctoris verba: *Mortem sibi potius adeundam esse censent, quàm vt quidquam de patriis moribus & traditionibus mutarent.* Siquis verò infirmitatis gravitate pressus ad esum carnis teneretur, auctore D. Augustino hac tam secretò vescebatur, vt nullus eum videret edentem, quasi rem rubore dignam patraret: & hoc ita fiebat, vt ægroto non darentur aues aut delicata iusculà, quæ palato satisfacerent, sed sola simplex caro, quæ seruiret necessitati.

a Cap 3. b Can. 9. c L. de Constit. Apost. a. 7. d Hom 3. ad populum. e In Epitaphio Paulæ. f Catech. 4. g Hom. de ieiun. h Lib. de Elia. i Tract. 2. p. 1. n. 113 & seqq. NICEP. k L. 17. hist. Eccl. c. 32.

V. Exemplum de ieiunij obseruatione mirabile.

Simile huic quiddam egit Magnus Rex noster Dominus Iacobus Conquisitor, cui cùm præciperetur esus carnis in quadragesima, & diebus Veneris, vrgente maxima necessitate, comedit frustum vnum arietis, sale non cocti, vt minùs eius gustui saperet esus carnis quàm qui-

libet alius quadragesimalis cibus. His nostra velim opponas ieiunia; qualia sunt? quàm longè ab his distant? quàm facilè, & leui occasione illa omittimus? quo die autem ieiunamus, quibus vtimur conditutis? quæ cœnarum commenta? quàm piscium varia species, frixorumque fructus? quot pisces aceto, aliisque liquoribus demersi? quæ atrocreæ differentes? quot dissimiles modi apparandi ouà? quot genera placentarum? quot diuersa edulia? Modò impletur, quod ait D. Augustinus, quòd ne in minimo quidem delectamento cibi detrahitur, nisi quod mutatur in cœnis: & deliciæ quæ extra quadragesimam cum carnibus, modò mille aliis condimentis, & cupediis vigeant in piscibus. *Serm. 71. 73. tom. 10. ex duobus.* *Illi, qui sic à carnibus temperant, vt alias esas & difficiliores præparationis, & pretij maioris inquirunt, multum errant: non enim hoc est suscipere abstinentiam, sed mutare luxuriam.* Luxuriam vocat delicias. Modò verò si de collationibus loquamur, quæ paucis abhinc annis in Ecclesiam fuerunt introductæ, quam multi tales sumunt, vt cœnis æquivaleant opulentis? Tempore D. Antonini Archiepiscopi Ordinis nostri, qui plus minùs centum & quinquaginta abhinc annis vixit, nullatenus admittebatur in collatione panis, vnde scribit fuisse mortale peccatum in collatione vesci pane. Contemplare, quæso te, quæ modò sumantur, quomodo ieiunemus? mane opiparè comedimus, & vesperi moderatè. Hic noster modus ieiunandi explicauit mihi id quod Spiritus S. ait de Dauid: *Ieiunauit Dauid ieiunio.* Quis igitur non ieiunat ieiunio? Tu, & tu, & multi, qui maiorem curam habent esus & potus in die ieiunij, quàm aliis; de quo latiùs in nostris Tractatibus.

VI. Veteres collationes. *2. Reg 12. 16.* *Tract. 7. n. 104. & seqq.*

2. Conditio requisita ea est, vt vinculum ex ære cudatur, quod (vt diximus) symbolum est sapientiæ, prudentiæ & discretionis, id quod vno verbo dixit D. Paulus. *Rationale obsequium vestrum.* Habemus enim, vt aduertit D. Chrysost. suauem & misericordem Deum, qui, vt nec ipsa eius Ecclesia pia mater nos intendunt vltra vires nostras obligare, qua ratione ab obligatione ieiunij eximuntur multi, seu propter molestum laborem, seu ætatem lassatam, seu ob infirmitatem, seu ob necessitatem. Ad hoc autem magna requiritur prudentia & discretio. Ita nobis protestatur Spiritus S. dum ait: quòd si carnem nostram subiectam habere contendimus, & concupiscentiam refrænatam, incumbat nobis eam domare victu aspero, disciplinis, ieiuniis, ciliciis loquens de illa sub figura iumenti, seu equi indomiti qui baculo ac ouctibus mansuescit; & seruiendum est, qui nisi securiculâ, & flagris terreatur continuas versat & meditatur traditiones Sic autem loquitur: *Cibaria & virga, & onus asino, & disciplina & opus seruo. Operatur in disciplina, &c. Laxa manus illi quæritlibertatem, iugum & lorum curuant collum durum &c. Seruo maleuolo compedes & tortura &c. Curua illum compedibus &c.* Addit: *Verum sine iudicio nihil facias graue.* Sint pœnitentiæ, sint mortificationes, quando eas aggrauas, cùm iudicio & discretione: & hoc vinculum æris. Quia verò si ipsa sis iudex, cùm similiter sis pars, in tui fauorem facilè sententiam deflecteres, & libenter tuæ carnis exciperes rationes, carnis, inquam, versipellis & adulantis; eiusque prætextus frangendi ieiunium videbuntur tibi sufficientes, quinimo plusquam iustæ. Decreuit octauum Concilium Toletanum: vt nullus ex proprio iudicio & sententiâ omittat ieiunium: non enim æquum est, vt quis iudex sit in propria causa, verùm ille sit aut Prælatus aut Confessarius. *Quos aut ætas incurvat, aut languor extenuat, aut necessitas arctat, non ante probata violare præsumant quàm à Sacerdote permissum accipiant.* *Ecclesia. Can. 3.*

Eiusdem sententiæ longè antè fuerat D. Cyrill. Alex. quam ingeniosè defendit ex quodam Dei decreto, quod ipse ad rem exponit; quo præcipit Deus; quòd si voto quis se obstrinxerit, & ad aliquid in Dei famulatu agendum obligauerit, si post ei videatur effectui res impossibilis, eam ex proprio iudicio non omittat, verùm recurrat ad Sacerdotem. *Stabit coram Sacerdote & quantum ille æstimauerit & viderit eum reddere posse tantum dabit.* Consulat Sacerdotem, ille vires eius examinet, attendat an senex sit, vel adolescens, vir an mulier, lactans an libera, sanus an infirmus. Quòd si viderit votum ex toto non posse implere, ex parte verò equidem, hoc ipse diiudicet, & disponat vt exequatur. Hoc igitur agendum est. Expone medico spirituali & corporali necessitatem tuam, indigentiam tuam, examinet hic vires tuas, expendat rationes, ne forte per totam non possis ieiunare quadragesimam, mediam perfice; si verò vires omnino deficiant ad ieiunium, eleëmosynis & orationibus defectus ille suppleatur. Vt hic bene explicant D. Leo *a* & Aug. *b* & nos latiùs *c*. *Lib. de arder. spir.* VII. Quod ieiunij obligationem conscius Sacramentes velit pensare Deus. *a Serm. de ieiunio septimi mensis.* *b Serm. de tempore 205.* *c Tract. 7. n. 104. & seqq.*

§. 6.

§. 6. Primus ieiunij effectus, est compressio vitiorum, carnem affligendo, vt eorum radicem.

§. 11 PRofundiùs insuper mente perpendentes vinculum hoc, seu circulum ex ferro, si attentè textum inspiciamus, reperiemus tres vinculi effectus circa hanc radicem in terra manentem. Primus sit, quòd illam grauiter coarctatet, ne liberè ac fœcundè frutices suos protruderet, & *alligetur vinculo ferreo.* Secundus, quòd illam discoopertam & cælo patentem teneret. Tertiùs, quod illam disponeret recipiendo tori cælesti *rore cœli tingatur.* &c. Vide, hic modo subtiliore proposito tres effectus, quos operatur ieiunium, quando forte, strictum & tale est, quale esse debet, suntque hi, quos Ecclesia nobis proponit, vt mentem nostram ad res tam cælestes accendat, & diuinæ misericordiæ capaces efficiat. *Corporali ieiunio vitia comprimit, mentem elevat, virtutem largitur & præmia* Deum sic laudat Ecclesia.

2.2.q. 147.a.1. Breuiter de his cum nostro D. Thom. discurramus, qui doctissimè illos declarat. Primus effectus stricti ieiunij, quòd *vitia comprimit.* Res est omnibus luce clarior, quam proponimus, quòd caro nostra radix est nostrorum motuum inordinatorum, ex qua prodeunt appetitus & affectus qui nos præcipites agunt, & vi quadam admirabili impellunt, vt captiui peccati & diaboli hæreamus. Hos sentiebat D. Paul dum diceret, *Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati* &c. Non est mens Apostoli dicere, (eum ite explicante D. Aug.) quòd absolutè nobis vim inferant, & captiuos ducant, hoc enim fieri libero nostro arbitrio minimè potest, verumtamen significare intendit vim, quâ nos propellunt, vt captiuemur & sic: *Captiuum me ducentem, ait, est captiuare me comitem.* Quo, dic mihi, impetu puellæ pulchritudinem spectantem te, mouet appetitus ex vestra concupiscentia progenitus ad libidinem? quis impetus tam vehemens te agitat ad vindictam, cùm quispiam te offenderit. Quæ pecuniæ cupiditas dum tibi possibile lucrum arridet, ô quot ex hac radice pampini? *Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditie, luxuria, idolorum seruitus, veneficia, inimicitie, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ* &c. enumerat D. Paul. Quando caro impinguatur, & suis permittitur cupiditatibus libera, quàm validas, quàm innumeras profert commotiones? velut cùm radicem nutris, foues, & copiosè rigas, tiorũ illquàm luxuriosos, & fœcundos germinat fruti- lecebraces? Et licet motus hi in seipsis peccata non sint, tanta nihilominus est eorum vis, tantus impetus, vt plerumque ob vestram imbecillitatem captiuos vos ducant in legem peccati, ad quod vos prouocant. Hinc lucem accipiunt duo loca S. Scripturæ: Vnus est, quo dixit Christus, de tempore Noë, quando diuina vindicta homines inuenit incuriosos & socordes, & si quæras, quid rerum agerent? Respondet Christus: *Erant comedentes, & bibentes.* Solliciti erant de esu & potu. Aliter esset quò, si scire appetas, quales tum temporis essent homines, ait S. textus, toti repleti erant iniquitate, omnia erant horrenda corruptio. *Corrupta est terra coram Domino, & repleta iniquitate.*

Sic se habet veritas, vt nobis D. Ephrem Syrus pro vero affirmat: Ardebant omnes in adulteria, stupra, incestus, bestialitates, homicidia &c. At si hoc ita sit, vt S. Scriptura narrat, quòd tota terra esset corrupta, & repleta iniquitate coram Domino, quibus diuinam irritabant vindictam: qua ratione Christus in Euangelio tantummodo notat, quòd intenti essent cibo & potui? *Erant comedentes & bibentes.* Quid? edere & bibere hoccine est repleri iniquitate? Voluit Christus ad radicem omnis damni recurrere. Ante dixerat Spiritus S. quòd omnes pleni & superpleni essent sceleribus, si huius causam inquiris, & vnde crimina tanta? *Erant* (ait Christus) *comedentes & bibentes.* Hoc idè nobis ponderandũ sese offert de Sodomitis, de quibus Christus eodem loco ait: *In diebus Lot, comedebant & bibebant.*

Apud Lirum pro vero affirmat. Genes. 6.

Luc. 17.

17. *Gen. 6.* 11.

Gen 6. 11.

Gen. 6.

Luc. 17. 28.

Quid sperandum (quærit D. August.) de terra persœcunda, quæ suis visceribus multa eaque mala semina recondit, si eam insuper copiosè irriges, nec eam aut ates aut fodias, nisi zizania, spinæ & tribuli? quid tibi sperandum de terra carnis vestræ maledicta, quæ tu se totius mali radicem (fomitem & concupiscentiã intelligo) circumfert, si eam pœnitentiæ aratro non proscindas, sed foueas, & sagines multâ potus & cibi causa viabundantiâ? *Spinas & tribulos germinabit tibi*, dixit Dominus ad Adã. Hinc bene capimus phrasim quandam S. Scripturæ, quæ multoties describens peccatorem omni sordidum iniquitate, nobis de hoc nihil aliud dicit, quàm quòd carnem suam opimaret, farciret, saginaret. Ita D. Gregor. obseruat id quod Christus ait de diuite epulone. Quæ, rogo te, narrat eius crimina, quibus hanc meruerit pœnam, quod, *Mortuus est diues & sepultus*

III. Gula causa viabundantiæ rorum. *Gen* 3 18.

12

Li 1 *Mor.* c. 5.

sepulcus in inferno? De eo non dicit, quod fuerit latro, aut luxuriosus, aut detractor, aut vindictæ cupidus, aut scortator: hoc verò solùm dicit: *Induebatur purpurâ & byſſo, & epulabatur quotidie splendidè.* Quis hoc æstimet peccatum tam enorme? In hoc attende (monet D. Gregor.) quasi in origine omnium genera peccatorum. Quid cogitas euenturum ex vestitu regali & quotidianis splendidioribus epulis, nisi mille fœditates, lasciuias, impudicitias, leuitates; ob quas infelix hic damnatur inquinatus. *Luc. 16. 19.*

Tract. 2 p. 6. §. 6. Huic proposito multa loca S. Scripturæ retulimus lectione dignissima: si ex deliciis & petulantia carnis hæc enascuntur vitia, quid remedij, vt illa reprimantur? refræna illam, castiga illam, affligе eam; Prohibe terræ rorem, zizania non producet: aufer equo hordeum, & non subsiliet. Hinc ortum habuit tum acuta, tum vrbana illa reprehensio nobis facta à D. Paulo: fixis ille vos oculis intuetur, qualiter carnem vestram farcinetis, & quàm ex animo, totoque conamine illi in omnibus satisfacere studeatis, quæ à vobis desiderat. Deinde anxiam diligentiam, quâ vndequaque delicatum frustulum conquiritis, vinum maximè pretiosum, selectissimum, lectum mollissimum, hyberno frigore vestem calidissimam, at caloribus æstiuis refrigerantem, sic ait: *Fratres, debitores sumus, non carni, vt secundùm carnem viuamus,* q.d. Ignoras fortè, quid carni illi debeas, quòd eam ita nutrias delicatè & foueas opiparè. Hoc, quo Dalilæ Sampson, vt propositò conformiter annotauit D. Basil. Afficiebatur ille huic mulieri, nec quidquam ei erat adeò curæ, quàm illi in omnibus gratificari, abblandiri, negare quidquam eorum, quæ poscebat nec ausus. Quomodo illi soluit aut satisfecit fallax illa Philisthæa? hoc ipso, quo ei satisfecit; sc. eidem cauſſam apetendo, quâ tantâ polleret fortitudine, viribusque cæteris omnibus antecelleret, captiuum reddidit, & manibus tradidit inimicorum. Hoc idem carni tuæ peccati illecebræ, debes, quæ, dum eam, modis omnibus studes fouere, lautissimè excipere, omnia concedere, denegare nihil, tradit te peruersa & infidelis, & malè ordinatas contra te suscitat passiones, quæ te manibus peccatorum, & dæmonum prodant protestati. Et nemo melius hoc dicere potuit ipso D. Paulo, si enim ille castigans corpus suum, & in seruitutem redigens, sentiebat carnem recalcitrantem, nouos, fortioresque quotidie motus excitantè, quibus eum conabatur captiuũ ducere in lege peccati, ſicut ipse magno affectu, & doloris sensu verbis suprà citatis ingemiscens conqueritur, quid faciet vobis? Audi monentem Spiritum sanctum: *Si præbes animam tuam concupiscen-* *Eccl. 18.* *tiæ tuæ, faciet te in gaudium inimicis tuis.* *31.*

Ad Rom. 8, 12.

Hom. 2. de ieiuno.

IV. Dalila est caro nostra, quæ nos tradit inimicis.

Quem (quæso te) finem accipient hæc, ita corpus opimare, ventrem colere, cibo potuque distendere, ei vel minimum negare aut subtrahere imbecilles, omnia concedere parati. Famescis? comedis: sitis? ad pocula curris: grauaris somno? illico ad stratum: paululum laboraris? molliter quiescis, Non sic, non sic, sed vinculo fortissimo alligetur, sic faciebant D. Paulus, Antonius, Hilarion, Dominicus, Franciscus, aliique quàm plurimi, de quibus alias. *Tract. 34. 1. §. 10.*

§. 7. *Secundus ieiunij effectus est, mentem sursum erigere, ad contemplationem autem apprimè necessarium est ieiunium.*

IAm secundum exponimus ieiunij effectum: scilicet hoc vinculum tam arctè comprimés radicem, quod eandem discoopertam seu nudam tenebat, & cælo patulam: hoc idem nobis ingerit Ecclesia, & operatur in nobis ieiunium, nempe coarctando carnem nos disponit, vt cælum versus mentem nostram eleuemus. Hoc nostrum corpus: pondus quoddam est, cui Deus animam nostram alligauit. *Corpus quod corrumpitur aggrauat animam.* Notat hæc verba D. Augustin. *quod corrumpitur*: Quia corpus, in quantum corpus non grauat, aut deprimit animam, sed non nisi quia corruptioni subiectum est: quando enim illud Deus creauit, non absolutè eam aggrauauit, cum animam non impediret in altissima rerum diuinarum contemplatione; nec in statu resurrectionis graue illi erit aut ponderosum; ita vt, id quod animam grauat corpus est, quia corruptibile est. *Sap. 9. 15. Lib. 12. de Genes. c. 35. & in ps. 56.*

Videamus verò, quid sit, quod illud reddidit corruptibile? Clarum est (teste D. Chrysost.) quod pomi esus corpus mortale effecerit. Ecce hic, quid corpus graue reddiderit, sic vt aggrauet animam, vnius scilicet pomi vetitus esus, in paradiso. Quàm igitur graue reddent illud cætera poma, quæ in hoc miserabili mundo manducamus? Hoc est, quod corpus graue reddidit, *de pomo* vt declarauit Christus: *Attendite autem vobis, ne* *Luc. 21.* *forte grauentur corda vestra in crapula & ebrietate.* Auis, licet aquila sit velocissima, si luteo ponderi alligetur, non nisi difficulter se poterit de terra sursum attollere, aut per aëra volitare, & si huic ponderi appendas aliud, ex plumbo, aut lapide,

1. Quid reddit corruptibile corpus humanum? Hom. 2. de ieiuno.

III. Similitudo.

lapide, omninò impossibile erit ei ad superna volare? Visne posse volare? alleua pondus & lapidem dissolue. Admiror Dei sapientiam, quando legem statuit de curandis leprosis; vt ille à lepra iam mundatus, offerret duos passeres viuos, eô modô, vt eorum vni guttur diffinderetur, alteri vero liberè per aëra concederent volitare.

Leuit. 14

Magnum mysterium & stupenda connexiò, quod vt passerum vnus ad altiora volaret, alterum occidere sit necesse, & mortuum relinquere. Sic se res habet. Sacrificium quod à vobis Deus exigit, duos complectitur passeres: corpus & animam, vterumque ei offerre obligaris: verùm quomodo? trucidando corpus, guttur ei diffinde, non materiali cultro, sed ieiunio: hoc enim eo tendit, non ei infligendo mortem violentam & naturalem, sed moralem. Sic contra quosdam

a Hier. ep. ad Rom.

hæreticos prosequitur D. Chrys. *a* & ad rem optimè declarat Origenes. Mortifica carnem tuam, ieiunio illam subiuga, vt eius debilitetur superbia, & petulantia adeò deprimatur, vt aliquando

b Hom. 1. in psal. 37

non possit subsistere, Dauidis exemplo: *Genua mea infirmata sunt à ieiunio, & caro mea immutata est propter oleum.* Non est ea, quæ solebat, caro mea, nec eam opiparè nutrio, sicut quando me ad adulteria impulit, tam eius crassities macruit & petulantia deferbuit, hoc enim vocat oleum: *Propter oleum id est, propter defectum pinguedinis & virium.* Mortifica illam; age, ad quod te hortatur D. Paul. *Mortificate membra vestra quæ sunt super terrã.* Ex his videbis, & gaudebis, quam leuis sit futurus passerculus spiritus, vt superna per aëra volet, quinimo vsque ad sidera penetret.

Psal. 108. 24

Ad Coloss. 3.

Aduerte id quod D. Paul. contigit in sua conuersione, cum virtute lucis Christi, quæ circumfulsit eum, corpus eius concideret ex equo in terram, vt mortuum, eratque illic tam arcto viuens ieiunio, vt totum triduum nec ederet, nec bibe-

Act. 9. 9.

ret: *Erat tribus diebus, non videns & non manducauit, neque bibit.* Dum passerculus ille corporis

III. Paulus ieiunans in tertium raptus cælum.

2. Cor. 12. 4.

corruit in terram, vt mortuus, ecce anima quò euolet, *a. Vsque ad tertium cælum, & raptus est in paradisum & audiuit arcana verba quæ non licet homini loqui.* Hanc doctrinam prosequitur D. Hieron. *b.* telam admirabilem contexens.

Contemplare (inquit) Moysen, quomodo, vt montem Sinai conscendat, cum Deo collocutu-

b Lib. 1. ad Nepotian. de Ieiunio.

rus, disponat corpus & animam suam arctissimo ieiunio quadraginta dierum & totidem noctium: *Vacuo ventre legem accepit scriptam digito Dei,*

D. Hier. Tom. 2. Tom. 1. de

non tantum eius corticem intelligens, sed ad sacratiora illius sacramenta pertingens. Hoc autem tẽpore, ait D. Hier. & cum illo D. Bas. populus de-

orsum in terra vitulo suo sacrificat, illũ adorat, *ieiunat.* Deum proclamat, ad quod idololatriæ peccatum illum præparauit impulitque cibus & potus, vt testatur D. Paul. Elias vt montem Dei Oreb subeat, magna cum Deo communicet, primò ieiunauit quadraginta diebus & quadraginta noctibus. Hoc ieiunio, sic credit D. Basil. *a. Meruit quantum fas est homini, Deum videre.* Hoc effecit ieiunium, eius corpus adeo leue, vt censet D. Ambr. *b* quod licet mortalis esset, rapi tamẽ posset igneis equis, curruque flammeo in paradisum, id est, summâ velocitate: quia inter animalia, cursus celerrimi ieiunio creditur equus; & inter quatuor elementa, ipse meruit ignis. Quinimò in duobus his Moyse & Elia Dei vitam excellens laudatur ieiunium, vt ambos dignos reddiderit (inquit D. Hier.) qui cum Christo adessent in monte Thabor, & in propriis *Elia & ieiun.* corporibus tam ineffabilem & reuerendam susciperent claritatem, vt meritò dicat Euangelista: *Visi sunt in maiestate.* Danielem (dicente D. Basil.) disposuit ieiunium, capaceque reddidit mysteriosis visionibus & somniis potentiosis, &c. quæ nec ipsi totius regni sagacissimi nouerant perscrutari. Cuique intellectum suum quodam die, Diuinis Sacramentis vellet præparare, trium hebdomadarum ieiunium celebrauit. Hæc erant ieiunia bona, ita sanè optima erant.

1 Cor. 9. 3 Reg. 19. D. Basius. a Hom. 1. de ieiun. b L. 1. de Tom. 1. Luc 9. 30. Hom. 1. Dan. 5. 1

Tantum profuit D. Ioa Baptistæ (qui viuens corpore in terra, mente & spiritu sursum deliciabatur) arctissimum ieiunium, vt de illo veraciter veritas ipsa Christus potuerit pronuntiare: *Venit Ioannes, neque manducans, neque bibens.* D. Petrum verò, vt contemplationi vacaret, illamq; de linteo cælestem visionem caperet, quòd è cælo dilabi videbatur, suscepit Deus ieiunantem, & fame dehiscentem. *Cum esuriret, voluit gustare, parantibus autem illu cecidit super eum mentis excessus.* Quis, rogo te, disposuit S. P. N. Dominicum, vt intellectum ad tam sublimem intenderet rerum cælestium cõtemplationem, vt corpus suum post se traheret, & ad duas vlnas sursum raperetur? strictum ieiunium. Quis in eundem effectum Seraphicum Franciscum, cuius tanta vi corpus in aëra elatum fuit, vt vehementiori spiritus impetu, eum amplexantem socium suum fratrem Masseum pariter secum ad superna traheret amplexatum? De his latius egimus in tractatibus de ieiunio.

IV. D. Ioan. Baptista à ieiunio commendatur. Matth. 6. 11. 18. Act. 10. 10.

Tract. 2. p. 1. §. 15. vsque 24.

Hinc arguit D. Ambr. quorundam malitiam quæ eius tẽpore vigebat (& hoc nostro ævo multos similes repetias) qui censent ad contemplationem conducere caput optimum, ad quod necessarium sit delicatum, abundans, & opiparum

D. Ambr. Tom. 1.

alimentum. Heu infelices (ingemiscit) an non vobis constat, quod raptus in tertium cælum, ille
1.Cor 9. 27. sit qui ait: *Castigo corpus meum & in seruitutem redigo.* Ille, qui *in labore & erumna, in vigiliis multis, in fame & sit, in ieiuniis multis, in frigore & nuditate,* Corpus suum affligebat. *Quosdam nouos Epicureos* (sic tonat D. Ambr.) *nouæ schola misit? O stultum Iudæum, qui syluestribus ramis, & amoris pascebat Prophetas.* Contra eosdem disputationem habet D. Bernard. dicens, eos magis
Serm. 30. in Cant. vocandos populos Hypocratis & Galeni, quàm Christi discipulos, qui sapientiores sunt Medicæ artis, quàm Euangelij professores.

VI. Ex gula nullum orationis exercitium.

Hinc etiam traho causſam, vnde tam ignorantes sitis orationis, & contemplationis, vt vobis hi discursus Arabici videantur, idq; causſa sit, quod non contingant vobis, neque vos tangant, sed Monachos, Religiosos, & à mundo segregatos. Quàm parum nostis, quot oratio partes contineat, & quid vos ad contemplationem disponat; quanto minus, quomodo illam exerceatis? Multum vos præstare putatis quando orationem vnam vocalem ore tenus pronuntiatis, sine spiritu, sine consideratione, sine attentione enim, quæ dicitis? & in hac quidem statim fatigamini, obdormitis. Si vero, paruper à somno vos contineatis statim videre vos licebat oscitantes, patens signum vestræ socordiæ & ignauiæ. Hoc inde oritur, quod corpus geratis graue, & carnem vestram petulcam, nec mirum, vtique bene farcinatam, quę sit tibi promptior ad garriendum, quàm orandum, & multo celerior vt curis ac cogitationibus circa profanas mundi vanitates discurrat, quam vt ad connexa cælorum properet. Hoc
D. Hier. *Epist. 2. ad Nepotia. de vita clericorū,* arguebat D. Hier. illa sententia de Græcis, quam laudat: (*Eulchrè dicitur apud Græcos, & nescio an apud nos aquè resonet. Linguis venter non gignit mentem tenuem.*)

§. 8. *Tertius ieiunij effectus est, dona à Deo consequi: cui molesti sunt, qui hoc formidant, similes Elephanti.*

☞ 51 VLtimum quod vinculum ferreum operatur circa radicem, hoc erat, quod eam aptaret cælesti rori suscipiendo: *Rore cæli irrigatur,* estque tertium, de quo laudat Ecclesia Deum, per ieiunium *virtutem largiris & præmia.* Nihil adeò frequens in S. Scriptura nobis proponitur, quàm efficax medium cælestes fauores obtinendi, hoc esse ieiunium: Ob quam causam D. Basilius ieiunium vocat *Sanctorum thesaurum*, sicut
Hom. 1. de ieiun. enim diues quispiam, qui thesaurum possidet, si quo indiguerit, manum in illum mittit; ita Sancti, ad ieiunium recurrunt. Optimè hoc intellexit Ieiunij Moyses, cum nullâ re aliâ ita sibi præsidio fuerit, vt quidquid vellet, à Deo impetraret, quàm est theieiunio; sicut ipse paulò ante mortem fatebatur suorum beneficiorum omnium recolens numerum, re- Deut. 32
censens insuper tres adstupendas Quadragesimas, quas celebrauit, singulas earum quadraginta dierum & totidem noctium. Quocirca cum primùm populum de Ægypto eduxisset, desiderio desiderauit à Deo tantam obtinere gratiam, vt eum eo loqueretur facie ad faciem, vt amicus solet amico colloqui, Diuinam eius le- Deut. 9
gem acciperet, claramq; eiusdem notitiam, omnium denique mysteriorum, quæ in ea continebantur. Vt verò rem tam prodigiosam, & hac etenus inauditam, singulare hoc priuilegium consequeretur, illicò manum misit ad ieiunium, tam strictum vt cõtinuos quadraginta dies & noctes comprehenderet, quò absolutò, quidquid optauerat adipisci nactus est, sic ex D. Hier. Audia
Lib. 2. cap. 1. mus autem illum de hoc suo tam celebri ieiunio tra
loquentem: *Perseueraui in monte quadraginta Deut. 9. diebus, & quadraginta noctibus, panem non comedens, & aquam non bibens deditque mihi Dominus duas tabulas lapideas.* Sed paulo post offendit po- II.
pulus Deum illâ tam infami & pudendâ vituli Varia conflatilis adoratione toti mundo notissimâ, ob prodigium quam statuit Deus totam hanc fœcẽ populi dis- exercitu perdere. Recurrit Moyses, manumque mittit in Moys. thesaurum suum, ieiunium inquam idque tam Elias. strictum & continuum, vt denuò quadraginta diebus ac noctibus omni cibo & potu abstineret, quo tantæ culpæ consequitur indulgentiam. *Prosecidi ante Dominum sicut prius quadraginta diebus Deuter. 18. & quadraginta noctibus, panem non comedi, & aquam non bibens propter omnia peccata vestra.* Anno reuoluto, dum Deus vellet populum in Num. 13. terram promissionis inducere, pro eo, vt illi pro tanto beneficio gratias ageret, ecce prosiliunt omnes, blasphemi, diffidentes, incredduli, Deo infideles, inclamant, quod eos impotens sit possessores constituere terræ Chanaan, & gentem potentissimam debellare, quæ eam incolebat; Ob quod peccatum incandescens Dominus, omnes fœdâ consumi peste decernit. Reuertitur Moyses, & manum iam tertiò mittit in thesaurum suum, illud rigorosum ieiunium aliorum quadraginta dierum & noctium, cuius rei gratiâ ei Deus remissionem concessit omnium totius populi peccatorum. *Et iacui coram Domino quadra- Deut. 9. ginta diebus, & quadraginta noctibus.* 25.

Elias quæ beneficia ieiunio non obtinuit? Ea

pet-

perpendit D. Ambrosius, cui videtur inter illa hoc maximè excelluisse, quod sacer textus sæpè commemorat, nimirum: quod lingua eius clausus esset cæli, quâ pro libitu illud aut clauderet aut aperiret, quâ aquam de desursum traheret, quomodo, & quando sibi placeret, quâ ignem, ad suum præceptum. Verum tamen, ne miteris, ait D. Ambros. erat enim verbum eius, verbum ex ore ieiuno egrediens, quod ad ieiunium ita videbatur formatum, vt vnicâ vice quadraginta dies & noctes consumeret ieiunando.

Lib. de Elia c. 2.

Præterea notat D. Ambros. quod quantò maiora poscebat beneficia, tantò strictius abstineret. *Plus meruit, quando plus ieiunauit.* Piissima illa Esther pro libertate populi sui sollicita, & ob ferox Regis Assueri cor multùm anxia, quod tantum sumpsit sibi præsidium, nisi strictissimum ieiunium? Tres pueri Babylonici ieiunatores per ieiunium saluificum rorem inter flammarum globos receperunt, quo per fornacis æstuantis incendium, vt inter flores ambulabant.

Esth. 4. 16. & c. 14.

Dan. 3.

¶ 16 Omissis autem aliis exemplis (quibus S. Scriptura redundat, & quæ alias recensuimus) duo nobis veniunt maximè consideranda, quorum vnum primum sit fortissimæ viraginis Iudith, quam D. Ambros. maximè extollit. Stupet orbis vniuersus videre mulierem iuuenem, quæ tantam à Deo obtinet prudentiam, vt libertate masculina prodeat in publicum, doceat, reprehendat, sitque ipsa magistra Sacerdotum & Seniorum, hos erroris conuincat, sermonem habeat, qualem vel proferre posset Apostolus. Tanta viget fortitudine, vt integros non timeat exercitus Assyriorum, quibus sese vltro dedebant & fortissimæ & potentissimæ ciuitates. Hæc (inquam) quæ stellas pulchritudine vincebat, vt secura tendat inter armorum fragores, militumque lasciuiam tantam, quantam vix orbis vidit, de quibus testatur Spiritus sanctus illis infame fuisse mulieri transitum concedere, quâ non abuterentur. *Fœdum est enim apud Assyrios, si fœmina irrideat virum, agendo vt immunis ab eo transeat.* Tam magni spiritus mulier, vt gladium manu arripiat, caput discindat Duci, Duci (inquam) qui solo suo nomine fortissimos terræ Principes terreret. Tantâ prudentia, vt ipsa, quasi foret exercitus totius Ducissa, ordinet quando contra inimicos prosiliant de ciuitate, & faciant impetum: & reipsâ omnes in apertam fugam præcipites compulit. Nec miteris: talia enim dona à Deo illa recepit, cui nihil erat frequentius, quàm ieiunium: *Habens super lumbos suos cilicium* (sic testatur de ea Spiritus sanctus) *ieiunabat omnibus diebus vitæ suæ, præter Sabbata, & Neomenias, & festa domus Israel.*

Tract. 1. p. 1. §. 23. num. 18.

Lib. de viduis. c. 1.

III. Iudith.

Iudith 13. 11.

Iudith 8. 6.

Aduerte, quæso, in hac muliere, id quod D. Athanas. sorori suæ scribit, quod ieiunio non abstineret, vetita debilitatem, & faciei suæ fœdam contractionem, quam venustæ mulieres tantâ curâ contuentur, aitque ieiuntum in Sanctis potius ipsas reddidisse venustiores. Propositio aptissimam narrat historiam de Daniele, eiusque sociis, qui eò pulchriores apparebant, quò strictius ieiunabant. Et id quod Spiritus S. narrat de Esther; præcipuam cerussam, quâ vtebatur, vt pulchrior appareret, fuisse arctum ieiunium, aspero comitatum cilicio. Eoque modo adeò pulchra, gratâque euasit, vt cæteras puellas, prout omnibus notissimum, pulchritudine præcederet, sicque ipsa vna magis placuit oculis Regis Assueri. *Esther pulchrior facta est ieiunio: Dominus enim gratiâ sobriæ mœris augebat, & illa, qua triduo ieiunauit continuo, plus placuit.*

De Virg. IV. Esther. D. Amb. Lib. de Elia & ieiun. c. 9.

Non datur optanda, ait D. Chrysost. mulieri maior pulchritudo, quàm ea, quâ Iudith & Esther placuerunt; cum ipse Spiritus S. de ambabus dicat, eas ornatas fuisse *incredibili pulchritudine.* En quomodo illam extollat; nihilominus lege eius historias, quas alteri scribendas non fidit, sed ipse proprio eas calamo exarauit, nec inuenies Anachoritas strictiora seruantes ieiunia, „sed nec longiora, nec cilicio indutos asperiori. Secundum exemplum, quod D. Chrysost. considerat de Niniuitis. Non video turpiori *ieiun. & perditionis* abysso posse hominẽ demergi, quàm ciuitas illa Niniue absorpta iacebat, cum Deus cum illa computus suos absoluerat, & sedens pro tribunali in cælo, sententiam contra illam fuerat prolocutus, vt infra quadraginta dies Niniue subuerteretur, ob enormia eius scelera, criminaque abominanda. Quomodo verò sententiam ab ipso latam, & quasi per Angelũ suum ministrum prouuntiatam, credat quis esse reuocandam?

Hom 1. ex variis supra Matt. Hom 1. de ieiun. & Iona.

Quando Samuel Propheta Regi Sauli sententiam intimauit, quam contra eum Dominus tulerat, quod ei regnum auferret, & sceptro priuaret; attristatur Saul, supplex factus instat Samueli, vt roget pro eo Dominũ: cui Samuel quid quæris, vt pro te Dominum deprecer; iudicium iam datum est per ipsummet Deũ & indicatum contra te: *Triumphator in Israel non parcet & pœnitudine non flectetur.* An credis Deum esse vt 1. Reg. 15. 29. labarum omni vento mobilem? His non obstantibus, audiunt sententiam Niniuitæ publicari, credunt esse latam, & intelligũt eam sibi à Propheta intimari; nihilominus contendunt illam

reuocari, & de facto eius reuocationem audierunt. Quibus igitur talem gratiam meruerunt, quò vsi medio ad sententiæ reuocationem? Strictum lego ieiunium, de quo superius, quo mortis sententiam reuocari meruerunt: Fuit & illis concessa remissio & vita: Hoc est enim, quod quis exequendo, vt decet, obtinet à Deo beneficia magna, gratias singulares, absolutiones minimè expectatas, & misericordiam admirandam.

D. Cyp. *Lib. de ieiun. & tent. Christi.*

Vltimò perpendenda venit D. Cypr. sententia resolutoria, quâ hanc concludit materiam. Neminem Sanctorum quidquam à Deo accepisse absque ieiunio; hæc eius sunt verba. (*Quotquot viros virtutum videmus, sine ieiunio non legimus ascendisse, nec aliquid magnum moliti sunt, nisi prius abstinentia præcessisset.*) Hinc ieiunij collige necessitatem. Si quæris Dei gratiam, ieiuna; si peccatorum remissionem, abstine; si bonam instituere confessionem, moderantiam serua; si orationem deuotam, temperanter viue; si vt prosperè succedat tibi contra proximum iuridica contentio, iter, matrimonium, Quadragesimæ initium, &c. ieiuna. Hinc D. Chrys. demiratur homines, tempore accedente ieiunij, illud cum formidine & anxietate præstolari, præmunientes se multo cibo & potu, & mille comessationibus, coplanè modo, quo, dum hostes imminent, vrbem armis suis cincturi, omnes sibi prouident de rebus necessariis. quibus resistant inimico, vt illis nequeat damnum inferre. Horrent ieiunium, vt feram, quæ eos dilacerat aut occidat.

Hom. 1. de pœnit.

Tob. 6. 4. Quid piscem times quasi ab eo deuorandus? ait Angelus, attrahe illum. tibi affirmo, quod non solum eum tibi non inferet necem, quin potius, in hoc latet domus tuæ, patrisque tui certissimum remedium. Debilitatem times? Porrò hæc præterditur in salutem tuam, vt carnis tuæ petulantia deferueat, & proteruia infirmetur. Anxiaris quod requiescere non possis? Porrò, hoc tibi maximè conuenit, vt vigiles, & te ad vitæ excites emendationem. Admirabilis est illa D.

D. Bv. *Tract. de vita solit.*

» Bernardi ad fratres de mõte Dei, doctrina. Supponit carnem domandam esse, non occidendam, nec reddendam illam ad diuini famulatus operam inhabilem: at retrahere nos minimè debet leuis quidã timor; quòd si caput doleat, aut langueat, non ob hoc omittendum ieiunium, nec carnis deserenda mortificatio: *Iustum est vt caput aliquando doleat in seruitio Dei, quod olim sæpe vsque ad dolorem laborauit in vanitate sæculi, esurire ventrem vsque ad rugitum, qui sæpe repletus est vsque ad vomitum.* Admiramur sententiam Spiritus S. quâ vt perditum execratur hominem duplici corde: *Væ duplici corde.* Videtur ad id alludere, quod Ælianus refert de Elephante, ipsum videlicet duo corda habere, vnum fortissimum, vt integrum exercitum adoriti non vereatur, seu duo barietem ex quadro lapide, seu quercum instar turris altissimam: Alterum pauidum adeò vt eum dares minimæ terreant, stupefaciant, & solo aspectu fugam incutiant. Paruulâ sanguisugâ terretur, rubros vermiculos horret in aqua genitos, ad grunitum nefrendis fugit, ad camœleontis præsentiam seu contuitum, qui est instar lacertæ, trepidat, quinimò & musculum reformidat. Liberet te Deus à talibus hominibus, qui ex vna parte cor habent intrepidum, infractum ad maxima mundi pericula: ex alia vero, tam puerile, & pauidum, vt rebus nihili terreantur. Quot sunt eiusmodi?

Eccl. 2. 14. V.

Eliphas.

Vos, qui ad delicias vestras nocturnum aërem non timetis, nec eiusdem pericula, nec cælo huiusmodi decidendos. Vos, qui biduum lusibus consumitis absque cibo & potu, aut loci mutatione. Vos, qui ob conspirationes vestras non terremini gelu, nive, bombardis. Vos, qui ad venationem vestram quatriduanas fustinetis inedias discurrendo per inuia, & deuia, per dumeta & spineta; vobis autem diei ieiunium vos deterret, vna disciplina metum incutit, vnius noctis vigilia affligit, vnum panis & aquæ prandium exposcitis. De his per Prophetam suum conqueritur Deus: *Factus est cursus eorum malus, & fortitudo eorum dissimilis.* Homines qui tanto impetu ad malum currunt, vt nihil eos possit detinere, vt effrœnes equi, acuto suæ passionis calcari instigati, eurunt ad adulteria, impudicitias, vindictam, vsuram, lucrum iniustum; & hæc est *eorum dissimilis fortitudo:* q. d. Hi qui tantâ vigent fortitudine ad malum, vt nihil sit quod timeant, nec calorẽ, nec frigus, nec aërem nocturnum, nec famam, nec sitim, qui perdurare possunt duas treſve noctes ludendo, & quatuor aut quinque horis assuti domus alicuius angulo iacere, ob leuem voluptatem, nihili faciunt pruinas hybernales; Videbis eos tam pigros, debiles, infirmos ad bonum, vt vires non habeant ad vnius diei abstinentiam, nec ad pœnitentiæ opera, quorum quodlibet abhorrent, velut hostem fortissimum, planè inualidi, vt illi fortiter & alacriter sese opponant. Ad omnia hæc eis animus & cor deficiunt. Hoc idem est, quod dixit Spirit. S. & a *Iob* exposuit D. Gregor. *a. Cor stultorum dissimile est sapientiæ.* Cor tam generosum, vt vultum cuilibet labori & impendio exponat, quando de lucro & voluptate agitur, verùm adeo marcidum, & flaccidum ad

VI. Incertum non timemus.

Hier. 23. 10.

a Iob 39. 19.

b Prou. 7.

ad bonum, vt ei vires deficiant, vel ad vnicum
Isa.5.22. ieiunium, eleëmosynam, & disciplinam. *Væ qui potentes estis ad bibendum vinum* (ait Dominus) *& viri fortes ad miscendum ebrietatem* &c. *opus autem Domini non respiciunt.* Ita vt ad patrandum malum, diabolo seruiendum flocci facias abstinentiam, pericula, vigilias, panem & aquam. Vt verò Deo deseruias, omnia tibi mortiferam ingerunt formidinem. Sic autem orat Ecclesia sacrum hoc tempus incipiendo: *Præsta fidelibus tuis, vt ieiuniorum veneranda solemnia & congruâ pietate suscipiant, & securâ deuotione percurrant*; vt illis ieiunium hoc, non solùm non noceat, sed plurimùm prosit ad salutem.

§. 9. *Secundus Labor: Expoliendus est homo in ordine ad Deum, in eum cor suum dirigendo, quod ipse Deus præ cæteris intuetur.*

☞ 18 SEcundum vult Christus, vt ex altera parte dolemus lapides, ipsos disponendo in ordine ad Deum. Inæqualitas maximè homini nociua hæc censeri potest, quod tam ex transuerso & obliquè Deum aspiciat: ad eum bonum omne non referendo, quod operatur, nec ad eius gloriam & famulatum; sed quòd sui memor, Dei verò immemor, propriam prætendat gloriam, honorem, æstimationem. Hæc erat primaria hypocritarum disconuenientia, ob quam in ecclesiæ ædificio minimè poterant collocari. Vnde necessarium est, bene te disponas in ordine ad Deum. Quomodo fiet istud? oculos vestros (docente Christo) sursum elatos habete & velut clauis affixos in eum dirigite, prætendentes in omnibus vestris bonis operibus, non placere hominibus vestram sectantes laudem, vt hypocritæ, sed eius oculis, & ad eius gloriam omnia disponentes.

I. Bona intentio est necessaria Ioel.2.

Nolite fieri sicut hypocritæ, tristes. Et in hoc correspondet Christus, quod à nobis desiderat in Euangelio, cum illo, quod reposcit Propheta Ioel in Epistola: *Sanctificate ieiunium*; quod declaratore D. Hieron. proprio idiomate significat facite ieiunium sanctum. Parui sunt enim fructus, quo quot ieiunia peragis aut potes peragere, nisi sancta sint, & Deo accepta; & quantumlibet vos componant in ordine ad vos, mortificando omnes carnis vestræ motus & passiones, & sensualitates, si ea non dirigas in ordine ad Deum. vt patet in ieiuniis illorum peruersorum hypocritarum, qui facies suas demolichantur ea intentione, vt ab hominibus velut ieiunatores, abstemij & sancti colerentur. Tu verò te dispone in ordine ad Deum, modet Christus, quod facies, si in eum oculos tuos, cor, & intentionem direxeris. *Tu autem cum ieiunas*, &c. *sed Patri tuo.*

Nomine ieiunij, intenduot D. Aug. *a* & D. Basil. *b* Christum intelliget, & à nobis flagitare omnia opera mortificationis, possumus insuper capere omnia virtutum opera: quia ad hæc omnia multùm conducit ieiunium. Desiderabat Christus Dominus noster quòd opera illa, quæ multo nobis constant labore, nobis non perderentur, sed lucrum facerent: Optas & tu hoc idem? Opto. Quando igitur ieiunas, aut legis, aut obis stationes, aut das eleemosynam, aut capis disciplinam, aut confiteris, aut communicas &c. oculos tuos in homines non deflectas, volens ipsis bonus videri, vt te ipsi tanquam sanctum vereantur: si enim hæc tua sit mens & intentio, hoc solo potes reputare tibi satisfactum; at dirige illos in solum Deum, quærens illi solùm gratificari & complacere.

a *Tract. 17. in Ioannem & l. 2. qq. Euang. c. 16.*
b *Hom. 2. de ieiun.*

Nunquam fuit Deus latro, nec manum misit, vt aliena raperet, si ieiunium tuum, eleemosynam tuam des oculis hominum, vt illis satientur, ne timeas, quòd illa sibi rapiat Deus, aut tibi pro illis soluat; Quæris vt ille tibi soluat? quæro. Opera tua agito propter illum solum. Admiror discursum D. Aug. Deus non indiget, nec vobis, nec vestris operibus propter ipsamet, quia nec quando abstines, panis eius parcis, nec quando vigilas, bona eius custodis, nec quando eum sanctificas, sanctum facis, nec quando das eleemosynam, ei famem enecas: satis enim tibi est illa Dauidis propositio: *Bonorum meorum non eges.* Illa quoque Eliu amici Iob, *Si iustè egeris, quid donabis ei? &c. Filium hominis adiuuabit iustitia tua.* Satagebat Spiritus S. hanc probare veritatem, supponens pro vero, Deum esse omnium creatorem, & quod fuit tota æternum esse sine ipsis *Qui viuit in æternum, creauit omnia simul. Deus solus iustificabitur, & manet inuictus Rex in æternum.* Hæc vox (*solus iustificabitur*) significat quòd ipse sibi sufficiat, nihil illi desit; ex hoc principio statim infert, quòd nullatenus Deus hominis operâ indigeat, nec eius, quantumcumque possit agere. *Quid est homo, & quæ gratia illius? & quid est bonum, aut quid nequam illius?*

Serm. 13. & de ieiun. 11. Deus non eget nostrorum operum. *Psal. 15. 2. Iob 35. 7.*

Eccl. 1⁰. 31.

Eccl. 18.

Misit quondam Deus per Prophetam Zachariam, vt quibusdam hominibus, diceret, quibus videbatur, quòd sibi multùm Deum deuinxissent: quia multoties ieiunabant, vt scire

quòd sibi nec atomo valerent omnia eorum ie-
Zach.7.5. iunia *Cùm ieiunaretis & plangeretis, numquid ieiunium ieiunastis mihi?* Quid mihi per hoc dediti? quid mihi inde lucri, quòd ieiunes, aut
☞ 19 non ieiunes? Ad quod Deus oculos figit, & id
Eccles.17. quod maximè desiderat, est cor tuum ac vo-
7. luntas. Hoc dixit Spiritus S. id esse quòd creando hominem ab illo Deus prætendat. *Deus creauit de terra hominem, & secundum imaginem suam fecit illum &c. Creauit ex ipso adiutorium simile sibi &c.* quid ab eis exigebat? Ad quid aspexit? *Posuit oculum suum super corda illorum.* Non posuit oculos suos super manus ipsorum: hoc enim faciunt, qui aliorum operâ & donariis indigent, vt ait Dauid de illis]seruis & ancillis, qui eos defixos tenent in manibus
Ps 122.2. dominorum suorum ac dominarum: *Sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorum, & sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ.* Hoc quod
Hom.28. de te flagitat Deus, cor tuum est, ac tua voluntas; hanc petit, hanc desiderat, hac illi satisfit, hac deuincitur (vt alio loco dicemus).

D. Aug. Tom.8. in psal. 50. sacrif. Deo. Mich. 6. 6. ff. » Hinc deduxit D. August. quàm magnum nobis Deus præstet beneficium, cùm atali nos liberet sollicitudine, quæ nos posset grauiter affligere, sicut quondam hæc cura pressit D. Prophetam Mich. vbi totus anxius quærit: *Quid dignum offeram Domino?* Si enim tenentur subditi cum muneribus recurrere ad Reges suos & Principes, in suæ subiectionis recognitionem; si tenentur Principibus offerre dona in grati animi signum, & tesseras eius quod sperant lis, qui ab eis magna receperunt beneficia, & priuilegia nobilitatis, qui ab eis dependent, adhuc maiorum spe ducti; quàm arctè tenetur homo Deo occurrere oblationibus suis, vt Regum Regi, & Dominorum Domino, à quo recepit, & recipit esse suum, vitam, respirationem & quidquid habet in ordine ad naturam, & beneficia, quæ omnem excedunt considerationem in ordine ad gratiam, ac expectat eam, quam nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec potuit cor hominis, in in ordine ad gloriam, imaginari si conuenire debet munus eius, cui offertur, magnitudini, quod dignum Deo offeres, & quod supremæ atque altissimæ correspondeat Maiestati? *Quid dignum offeram Domino!* Quid? tantane sunt maiestate digni agni, & vituli, quin etiam omnia terræ animalia, imò & ipse meus primogenitus? *Numquid offeram ei holocausta, & vitulos anniculos &c. Numquid dabo primogenitum meum?* Insuper quidquid aut habeam aut possim ei offerre, hoc totum eius est: & licet Dei non esset, nihil eius indiget, nec meis alitur vaccis, nec ouibus meis pascitur, nec auro meo fulget splendidius, nec ditescit argento: quam ipse rationem declarat ex ore Dauidis Regis: *Si esuriero non dicam tibi: meus est enim orbis terræ, & plenitudo eius, &c. Numquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo!* Ne te afflixeris, ait S. Doctor, extra te quærens quod offeras Deo, & ei placeat: hoc enim ipsum intra te contines, cor, inquam, & voluntatem tuam. *Sanè in te habes quod offeras. Noli extrinsecus thura comparare, sed dic: (In me sunt Deus vota tua.) Noli extrinsecus pecus, quod mactes, inquirere, habes in te, quod occidas. (Sacrificium Deus spiritus contribulatus.)* Hoc præcipuum Deus considerat, aptat, & à te repositi; cætera verò in tantum admittit & præcipit in quantum cor, voluntatem & spiritum habent, quo illa ei offeris; nulla denique erit Deo grata oblatio, si eam ex corde non obtuleris. Proinde, primam, quam à te poscit, oblationem, & super quam ponit oculos suos, cor, voluntas & spiritus est.

Quando Dominus descendit super montem Sinai, legem populo suo daturus, præscriptis iam moralibus præceptis, decē scilicet præceptis Decalogi, & post hæc iudicialibus, vtique bono plebis regimini necessariis, quæ proinde statim iussit promulgari, progressus est viteriùs ad ceremonialia, tabernaculi, altaris, sacrificiorum, oblationum, quas sibi voluit præsentari, & ante omnia, pro fundamēto in hac materia ponit, & præcipit Moysi vt omnibus indicet, vt quisquis illi quidquam offerre intendit, sciat primam oblationem esse debere cordis sui ac voluntatis, *Loquere filijs Exod. Israel, vt tollant mihi primitias ab homine qui ob- 25.v. ferat voluntarius, accipietis eas.* Notauit hæc verba III. Rupertus Abb. & singulariter ea perpendit noster Cardinalis Caietanus; vbi aduertit, quòd Cor regio- Hebræus textus legit: *Ab omni homine, qui sponte* ris Deus. *vult ipse cor eius, accipietis elevationem meam.* Transfert Lypoma. *Ab omni homine qui sponte offert cor suum, vel ab omni homine, qui voluntarie exhibuerit cor suum.* Duo (inquit Caietan.) requirit Deus à quocumque, qui voluerit aliquod Deo sacrificium offerre, vel obsequium: primum, vt voluntarium sit & ex corde: (*Offeret spontanee.*) Secundum, in tantum sit voluntarium, vt cum oblatione pariter coniungatur ipsum cor ac voluntas: illa enim est, super quam primariò Deus Cap. oculos suos ponit. *Cōditiones offerentis Deo, describuntur ab ipso Deo duæ. Altera quòd sponte velit, altera appositiuè, quòd cor eius velit; vult enim quòd non solū spontè, sed ex intimo corde debeat offerre quia-*

» *quicumq; offert.* Illas, quæ tales non fuerint, oblationes, non vult Deus in cõpitũ suum acceptari.

» Hoc mandatum intimauit Moyses populo iisdem verbis quibus Deus illi hoc proposuerat. » *Iste est sermo, quem præcepit Dominus. Omnis.* » *voluntarius & prono animo offerat Domino: aurum, argentum, & æs, hyacinthum, & purpuram, coccumque bis tinctum, & byssum pilos caprarum.* » Cerne ordinem (monet Caiet.) Primò significat » conditiones offerentis vt sit talis, qui ex corde & » voluntatie offerat: & deinceps signat illa, quæ » possunt offerri, aurum, argentum, æs &c. vsque » ad pilos caprarũ. Tam bonus est Deus, vt res tam » viles recipiat, verũtamen hoc ita est, supponendo » primùm cor, quàm illas vt clariùs ostendit in sanctificiis Abelis & Caini, de quibus Spiritus S. » ait eum primò spectasse voluntatem & cor offe- » rentium, quàm ipsa oblata. *Respexit Dominus ad* » *Abel & ad munera eius.* de quibus infrà.

Est equidem hoc nobis, magnum beneficium per hoc quòd Spiritus S. exponit propriis suis verbis: *Spiritus timentium Deum quæritur, & in respectu illius benedicetur.* Quærit Deus in seruis suis spiritum, & pro eius mensura dabit illi benedictionem suam & præmium. Per spiritum intelligit cor & voluntatem: sic explicat D. Bernard. *a.* corde enim & voluntate indigos vocat Deus pauperes spiritu. Hic ille est, quem quærit Deus, & ponit super eum oculos suos, hoc est, ad opera facta ex corde, cum spiritu & vitâ. Olim dixit Christus: *Spiritus est, qui viuificat, caro autem non prodest quidquam.* Opus sine voluntate, carò est sine spiritu, est mortuum, opera viua petit Deus. *Holocausta medullata offeram tibi,* promittit Dauid. Holocausta vitulorum plena medullâ, quia parum oriebatur os medullâ vacuum. Hoc (teste D. Aug.) voluit Deus nobis significare per Moysen, quando ait: *Considerabo nouissima eorum.* Et quod de Deo nobis loquitur Iob: *Vniuersorum finem ipse considerat.* Quia *in omnibus quæ agimus, finem intentionis, magis quàm actum operationis intendit.* Quandoquidem & homines nobiliores ingenio, in eo quod illis offertur, magis inuentur bonam voluntatem, & arctiùs ipsa cordis affectu obligantur.

Stupendum quid narrat nobis Fortunatus Auctor veteranus, *a.* quod conscripsit de miraculis S. Hilarij Episcopi. Mortuus multa edidit miracula, accesserunt ad eius sacellum mercatores duo panem offerentes cereum magni ponderis. Ait alter alteri: Offeramus panem istum cereum integrum Sancto illi, qui licet sit minoris pretij, spero ei gratum fore. Contestatus est alter, se nolle partì suæ cedere & illam perdere: nihilominus, accessit alter ad altare, & in nomine amborum integrum panem obtulit, ponens eum in altari. Illico in conspectu omnium qui aderant, diuidebatur panis ille per medium, & Sanctus ille recipiens partem eius, qui eum offerebat ex corde libero & bona voluntate, alterum quasi scopo explodere, fortiter reiecit: hoc facto indicans, nullatenus se hoc acceptare, quod liberâ non offerebatur voluntate.

Hoc idem egit insignis & fortissimus ille Martyr Mamantus, vel vt alij Mamas; de quo hoc D. Gregor. Nazianz. refert: Imperator Constantius duos habebat consobrinos, Gallum & Iulianum, qui cùm essent adolescentes, & præclara sancti Martyris Mamanti facinora attenderent, resoluerunt ambo permagnificum & regium super eiusdem sepulchrum templum extruere, cuius inter se dipartiti sunt structuram, vt hic medietatem vnam, ille verò alteram susciperet ædificandam: prospere partem suam Gallus, vtpote pius, fidelis, deuotus absoluit, Iulianus verò minimè: cùm enim fundamenta templo foderet, tota contremuit terra, vbi sepulchrum erat Martyris Mamantis, & pars illa corruit: erat enim Iulianus, impius, & aggressus est opus illud, tantummodò vt opinioni plebis satisfaceret: Si hoc egerit Sanctus ille, quid faciet Deus? si oculos suos Sanctus hic posuit in cor eius, qui panem offerebat, & est intuitus eius voluntatem, & intentionem perpendit, quid aget Deus? Nemo dubitat, quin id, quod integra non offers voluntate, illud tibi in faciem sit reiecturus, conformiter verbo illi: *Dispergam super vultum vestrum stercus solemnitatum vestrarum.* Malach. 2. 3.

Semper admiratus sum quod S. Scriptura nobis narrat de Chaldæis & Babyloniis, eorumque magno Monarcha Nabuchonosor. Refert Hieremias Propheta, principes eius iniisse consilium ac dixisse: Offenderunt ciues Hierusalem grauiter Deum suum, qui idcirco eis minatus est per manus nostras ciuitatem & oppidanos se castigaturum, consultum igitur est, vt accingamur ad exequendam huius pœnæ sententiam. His auditis decreuit Nabuchodonosor validum exercitum conscribere, ascendere contra Hierusalem, & ciuitatem cum ciuibus demoliri. *Hostes eius dixerunt, non peccabimus, pro eo quòd peccauerunt Domino, decori iustitiæ, & expectationi patrum eorum.* Executus est hoc suum decre- Hier. 50. 7

Exod. 35. 5.

Gen. 4. 4

Exod. 34. 14

IV. Quærit à nobis Deus spiritum, id est intentionem bonam. 2 Sam. 1. omnium 56. Ioan. 6. 64. Psal. 15. Lib. Solil. cap. Deut. 32. 20. Iob 28. 3

Apud Surium Iunio de S. Hilario. a Lap. 1. V. Miraculi

21

decretum per duces suos & exercitus, & in tantum placuit eorum opus Domino Deo vt eos sanctificatos suosque seruos nominauerit, fassus quod eis præcepisset, hanc sententiam exequerentur in Iudæos; ita loquitur. *Ego mandaui sanctificatis meis, & vocaui fortes meos in ira mea* &c. *Dominus exercituum præcepit militiæ belli*: Et per prophetam Hieremiam. *Pro eo quòd non audistis verba mea, ecce ego mittam & assumam vniuersas cognationes Aquilonis, & Nabuchodonosor Regem Babylonis, seruum meum, & adducam eum super terram istam* &c. Et in alio loco. *Ego dedi omnes terras istas in manu Nabuchodonosor serui mei.* Insuper cum Rex ille armis suis cinxisset Hierusalem deuastans incendio & ciuitatem & templum, habitatorum quosdam occidens, alios in captiuitatem ducens, ostendit Deus sibi opus hoc placuisse. Sicut in simili occasione vocauit ad se prophetam suum Ezechielem, & conferens cum eo, ait: O, Propheta, iam tibi notum est, Regem Nabuchodonosor, & Principes eius, & exercitus labore permagno mihi deseruisse, nec ipsum militesve vllum recepisse, nec aliud quoddam beneficium obtinuisse in satisfactionem tanti laboris. Certè æquitas requirit, vt illis satisfaciamus, proinde statui illis tradere manubias & spolia Iudæorum, quos pupugerunt, sicut tortori traditur latronis suspensi tunica. *Fili hominis, Nabuchodonosor Rex Babylonis seruire fecit exercitum suum seruitute magna* &c. *& merces non est reddita ei, neque exercitui eius.* Contemplare (obsecro) Regis huius opera, quæ adeò Deo placuerunt. Attende, quàm ex voluntate Dei fuerit id omne, quod ipse & milites eius effecerunt: verumtamen scito, quod Deus se ab illis tam grauiter offensum quereretur, vt multis ante temporibus, voluerit vt propheta suus Isaias prædiceret, à Deo Regem illum castigandum, omnes milites perdendos, & terram eius desolandam, ob id quòd contra Hierusalem commiserant. *Onus Babylonis* incipit propheta Isaias, audite supplicium, quod Deus super Babylonem est sumpturus, & prosequitur mille minas ei intentans: *Et erit Babylon illa gloriosa in regnis, inclyta superbia Chaldæorum, sicut subuertit Dominus Sodomam & Gomorrham: Non habitabitur.* O exsorum Deus, quid hoc? Ex parte vna, dicis tibi placitum, quod Rex ille exercitu suo executus est, ab altera verò, ita graviter te ostendis exasperatum, vt æternum omnibus exitium clademque miniteris. Cum hoc propheta agis iustum esse illis laborem suum solui, quo laborauerunt ad mentem vestram & famulatum. Cum alio verò illis cædem crudelissimam intentas: Reuera autem & ipso effectu omnes illos neci crudelissimè tradidisti, vt refert & ipse propheta Hierem.

VI. Difficilis scripturæ locus exponitur.

Isa. 13. 3.

Hier. 25. 9.

Hier. 27. 6.

Ezech. c. 29. 18.

Isai. 13. 1.

Hier. 50. 40.

Isai. 10. 5.

Casus hic est, quem Deus exposuit per Isaiam, quòd certo certius, opus illud, quod Rex ille viribus & armis exercituum suorum effecit, bonum esset in quantum pœna decreta à Deo, ob peccata populi sui, ac ciuitatis Hierusalem, & ad eum finem Deus ita illam disposuerat. Verumtamen opus bonum non fuit, secundùm quod procedebat Rex ille, & Principes & milites eius; quia id non egerunt, vt Deo complacerent, aut famularentur, neque eâ intentione, vt ille ex hoc glorificaretur. nec tale quid cogitabant, sed proprij honoris ambitiosi, & intentione superbâ, quâ ipse Rex, & exercitus eius intendebant occupare Hierusalem, & sibi dominium arripere totius Regionis, omniumque ciuium: sibi persuadentes, quòd brachij sui fortitudo, & non Deus esset, qui ciuitatem, ac ciues in eorum traderet potestatem: Optimè hoc ij sum Deus professus est per Isaiam: *Væ Assur virga furoris mei* &c. *Ad gentem fallacem mittam eum, & contra populum furoris mei mandabo ei* &c. *vt prædet illum in conculcationem* &c. *ipse autem non sic arbitrabitur, & cor eius non ita existimabit, sed ad conterendum erit cor eius* &c. *Dices enim: Numquid non Principes mei simul Reges sunt?* &c. Hoc erit; (ait Deus) faciet Rex quod volo, vt fiat; quo meæ iustitiæ satisfiet. castigando peccata populi mei per manum eius. Verumtamen opere illo ad latus seposito, inibo rationem cum corde eius, inquiram intentionem eius, quid in illo opere prætenderit in quantum laborauit ipse cum suo exercitu, vt omnibus pateat, quòd hoc non egerit, vt mihi complaceret, ad ideo solùm, vt ambitioni, & superbiæ suæ satisfaceret & hanc eius peruersam intentionem seuerius castigabo. *Et erit, cum implauerit Dominus cuncta opera sua, in monte Sion. & in Hierusalem, visitabo super fructum magnifici cordis Regis Assur, & super gloriam altitudinis cordis eius.*

Isai. 10. 12.

Peracto iam opere, licet id quod factum est, sit in se secundum beneplacitum meum, defectam oculos meos ad cor, ex quo hoc prodiit, & quo hoc fecit, examinabo intentionem eius, secundùm quam ei vel soluam, vel eum puniam. Ex quo videre licet id, quod modò declaramus: quod *Spiritus intentium Deum quæritur, & in respectu illius benedicetur.* Possunt equidem opera vestra in se esse optima, excellentissima, & quibus id agatur, quod Deus intendit, vt fiat: aduersus

adiutus pauper, redemptus captiuus, hospitalis domus restaurata, amplificatus cultus Diuinus; vt autem tibi Deus soluat, eò quòd hæc & illa egeris: non tantùm considerat in his, id quod agis, quantùm cor tuum & voluntatem, ex qua hoc agis, & ita licet opera vestra in se sint præclara, bona & proficua, attendit nihil ominus Deus ad voluntatem vestram, examinans vestram intentionem, cor & spiritum, hoc enim expendit Deus, & super hoc ponit oculos suos.

Isa. 26. *Cum acceperotempus, ego iustitias iudicabo.* q. d. Ne tibi persuaseris, iam omnia perfecta esse, dando eleemosynas, ieiunando, obeundo stationes, visitando hospitalia, licet illa opera in se sint iusta & sancta, aliter longè ea Deus conuerret, circum circa considerabit, iuxta eam intentionem, quâ ex corde proferuntur, examinabit quid in eis ob oculos mentis habueris, quid te ad illa agenda permouerit & instigauerit: quia tantùm tibi retribuet, secundùm quod intendisti eius gloriam & seruitium. *Spiritus quæritur* &c. Congruenter huic materiæ declaranimus hoc quod præhibuimus, quod Spiritus Sanctus de primæuis patribus nostris ait; mox vt eos creauerat, *posuit oculos suos super corda eorum.*

Tract. 2. nu. 189. & seq. Genes. 35

§. 10. *Non tanti Deus opus æstimat, quanti ipsum cor: est autem hoc in magnum bonum nostrum, vt possimus facere inuentionem oculorum: sic loquitur Salomon.*

12 HAnc tradunt Doctores caussam (& quidquid ad hanc materiam pertinet, luculenter scripsit D. Augustinus) cur Deus Abelis sacrificium approbauerit, reiecerit autem illud Caini; quando enim accessit Abel Deo oblaturus sacrificium, in sacrificio primùm omnium posuit cor suum, & seipsum; vnde conuertens Deus oculos suos ad sacrificium, primò vidit ipsum Abelem & cor eius, deinde intuitus est ipsum sacrificium. *Respexit Dominus ad Abel & ad munera eius*, & ideo acceptauit tanquam victum, cùm cor haberet vitæ principium; verumtamen cùm Cain sacrificaturus ade, posuit vnicum & nudum sacrificium, non apponens cor suum, nec seipsum, vnde velut sacrificium mortuum sine corde, sine vita, illud Deus non respexit, non acceptauit, à se repulit. Et quidem in sacrificio Iulij Cæsaris cùm tantum ab hoc distet, augurati sunt aruspices vt signum mortis, quod vitulus diis sacrificandus corde careret, vt refert Appianus & nos aliàs retulimus.

Lib. 15. de Ciuit. c. 7

1. Cor Abelis non Cain. Dominus respexit sacrif. eius. Gen. 4.

Quod inspicit, attenditque Deus, coreſt. D. Augustinus illud exponens Psalmi quinquagesimi: *Sacrificium Deo, spiritus contribulatus.* Quid? inquit, cogitasne Dominum sibi tauros, sibi vitulos acceptare? Olim ea grata habuit, in quantum figura erant, & ea acceptat secundùm cor tuum, quo illa dedicas. Visne Dei placare vindictam? *Offer, quid? sanè in te habes quod offeras. Noli extrinsecus thura comparare, sed dic, in me sunt. Deus, vota tua. Noli extrinsecus pecus, quod mactes, inquirere; habes in te quod occidas: sacrificium Deo spiritus.*

» Lib. 2. c. 25. » Tract. 2. » p. 1. » §. 56. » Ps. 50. » D. » Aug.

Petit & vult Deus sacrificium viuum. *Hostiam viuentem*, ait D. Paulus. Nec esse potest sine corde vita, de quo ait Spiritus sanctus: *Ex ipso vita prodeunt.* de quo latius. Et hoc tibi maximè conducit (inquit Spiritus sanctus) quia *in respectu illius benedicetur*: Soluet tibi Deus in respectu illius, quod viderit in corde tuo, in voluntate tua, & in intentione tua. Ex nobis ipsis pauperes sumus, si nobis tantummodò Deus vellet compensare in respectu manuum nostrarum, paruum esset præmium, & merces exigua, cùm sint illæ tam exiguæ suis operibus, vt ob paruas suas vires, parua sint, pauca sint, tam imperfecta sint, vt merito de illis dicat Isaias: *Quasi pannus menstruata vniuersa iustitia nostra.* Miseros nos, si Deus nobis non vltra soluueret, quàm opere expleimus; quia eo modò, cùm damus frustum panis pauperi, alio pari nobis solueret, & pro dissciſſa chlamyde, quâ nudum vestis; aliâ itidem facerâ satisfaceret, & hoc nos à pauperie non liberaret. Magnum certè beneficium: quia nobis retribuet, iuxta quod viderit esse cor nostrum, quod sic se habet, vt quantò sunt manus minores ad agendum seu operandum, tantò potest se plus extendere volendo & desiderando, & hoc sine termino: & Deo soluente in respectu illius, erit & sine termino merces. Ita constat, quòd satisfecerit Abrahæ, & eius sacrificium ac obedientiam tanti fecerit, ac si de facto filium detruncasset, quia licet illum exteriori opere non occiderit, occidit tamen voluntate, & iam occisum obtulerat, cuius factum Deus acceptauit, illum pleno ore sic affatus. *Quia non pepercisti vnigenito filio tuo propter me.* Quomodo? numquid illi pepercit si de facto eum non decollauit & liberum dimisit? quia licet illud fuerit in opere; in corde tamen & promptâ voluntate, iam quasi eum capite plexerat, & hoc cotam Deo ludos agit, cumque valde recreat. De vidua, quæ solùm duo minuta misit in

Tract. 2. p. 2. per tot. cit. Eccl. 34. Isa. 46. 6.

II. Eadem de caussa gratum habuit sacrificium Abrahæ. Gen. 22. 16.

Marc. 12. 41. dona Dei, dixit Christus, quod *plus omnibus misit*. Quia sic erat in voluntate eius, & desiderio plus omnibus dandi, licet in opere minus cæteris dederit. Apostolis dixit, quòd illos remuneraturus esset; quia propter eum reliquissent omnia, quæ mundus continet: quia licet in effectu non dereliquerint, cùm numquam habuerint, & nemo relinquat id quod non habet, omnia tamen voluntate reliquerunt. Quia licet omnia possedissent, & fuissent omnium regnorum orbis Domini, omnia propter Christum, eius sequendo vestigia, & seruiendo abdicassent, & hoc sufficit, vt illis toto pectore dicatur:

Matt. 19. 27. *Reliquimus omnia*. Et tantum præmium offeratur, quasi possidendo omnia reipsâ & effectu totum floccipendentes abiecissent in gratiam Christi.

Es. 17. 21. Hoc olim cogitauit Dauid, dum diceret: *Retribuet mihi Dominus, secundum iustitiam meam, & secundum puritatem manuum mearum, in conspectu oculorum eius.* Retribuet mihi Dominus, iuxta bonum quod egero, non in seipso, sed secundùm quòd fuerit in oculis eius. Et quid est,

1. Reg. 16. 7. quod ipsi consipiunt? Cor. *Homo videt ea quæ parent* (testatur Samuel Saùli) *Dominus autem intuetur cor.* Ne credideris, quòd quando non potes dare nisi parum, paruam das eleëmosynam, reipsâ Deus parum tibi soluet: si cor enim, si voluntas, si animus magna sint, etiam secundùm hæc erit merces tua. Hoc indicauit Spiritus sanctus nobis bonum suggerendo consilium admirabilis inuentionis, quâ parua faciendo lucrum multum, & paruis obsequiis mercedem nanciscamur infinitam. *Bono*

Eccl. 35. 12. *animo gloriam redde Deo, & ne minuas primitias manuum tuarum* &c. *bono oculo adinuentionem facito manuum tuarum: quoniam Dominus retribuens est.* Proh, quàm pulchra verba! Animo generoso da gloriam Deo. Animoso pectori proprium est, cum honore prosequi, quem debet honorare. Fidelis & bonus subditus Regis sui consulit honori. Filius nobilis pluris ùm defert patri suo. Seruus ingenuus Dominum suum reuereretur. Tu quoque quidquid agis in laudem referas Dei, qui Rex tuus est, Pater &

1. Cor. 10. 31. Dominus. *Siue manducatis, siue bibitis, siue aliud quid facitis omnia in gloriam Dei facite*: ita monet D. Paulus. Addit insuper, & *non minuas primitias manuum tuarum.* Id est, opera quæ facis in eius gloriam: ex se enim nihil sunt; si ea diminuas, minus erunt nihilo. *Ne minuas*, quin potiùs stude ea maiora facere, & vt crescant. Et si ex se parua sint, fac maiora. Das fructum panis famelico: res parua est, fac magnam: das detritum pallium: res parua est, fac pluris valeat. Ieiunas vno die, parum hoc est, adnitere, vt dictum plurium ieiunio æquiualeat. Quomodo hoc efficiam? Num mihi forsitan sunt manus Dei, qui de paruo, imò de nihilo eduxit cælum, terram, stellas, arbores, lunam, maria, & de quinque panibus ac duobus piscibus prandium creauit quinque hominum millibus? Quâ arte possim ego ex paruo magnum facere? Dicam tibi (inquit): facito inuentionem boni oculi manibus tuis. *In bono oculo adinuentionem facito* &c. Arabicum hoc sonat, non capio. Vt ego Diuinis oculis illudam? Egone visum eius inficiam? Egone comœdias exercem manibus vltro citroque colludendo?

O quanti refert respectu Dei bonus oculus sanctæ intentionis in manibus bonorum operum! Nescio quo meliori modo illud vobis exponam, quàm eo, quòd singulis diebus præ oculis videritis. Numquam vidistis specilla illa acuta formatis in eis variis notulis seu punctulis in formam quadri, quibus positis ante oculos vestros, res vna visa, videtur tibi non vna sed multæ, tot quot sunt puncta specilli? Quod artificium tam vtile ac magnum esset mercatori Genuensi, qui negotiatur mutuando Regi pecunias, qui sciret tale conficere specillum, quod positum supra monetam argenti quinque assium repræsentaret oculis Regis centum mille ducatos aureos, & hoc tam veraciter, vt Rex efficaciter crederet illam monetam valere centum mille ducatis, seque sincerè obligaret in isto pretio, negotiatori soluturum? Quod tam præclarum foret inuentum in lucrum vestrum, quòd vendendo cuiusmodi lignis, superponeres specillum, ita vt videretur aurum probatissimum, cum gemmis immensi valoris in oculis eius, qui eum viderer, tam syncerè, vt pro talibus tibi aurifex totius mundi expertissimus solueret, seu Princeps quis potentissimus?

Hoc ipsum, quod apud homines censeretur oculorum præstigium, petit Deus vt agas cum illo: *In bono oculo adinuentionem facito manibus tuis.* Superaddas operibus tuis vitrum seu specillum sanctæ, puræ & omnibus numeris absolutæ intentionis, & quantum illud vitrum repræsentabit, tantum Dei oculi in operibus tuis videbunt, & tantum pro tanto (ne dubites) tibi persoluet. Elargiris fructum panis: ô quàm paruum quid! superadde specillum bonæ intentionis ac desiderij: vt Deo dicas: Domine Deus, elargior fructum hoc panis huic famelico,

eo, non do plura, quia plura non habeo: verùm hoc scito, me desiderare, & illi & omnibus tuis pauperibus elargiri, quotquot habes in mundo sufficiens alimentum. Hoc modo crescit frustum panis in oculis Dei tantùm, quòd in eo Deus consideret, totum omne quod optasti pauperibus ob eius amorem elargiri, & vt tale, remunerabitur. Egrederis de templo, pluribus pauperibus occurris, vni soli das eleëmosynam vnius quadrantis: quia plura non habes, nec tibi sufficit quod cæteris dare possis; superpone huic nummulo specillum maximi desiderij: die Deo: Domine, sicut hoc parum do vnico pauperi, vellem dare plura in tui honorem, omnibus istis indigentibus: quotquot hi fuerint, quos vitrum illud repræsentat, tot erunt in oculis Dei, & tanti opus illud æstimabit, quasi reipsâ omnibus dedisses sufficiens eorum necessitatibus alimentum. Ieiunas in Quadragesima præmio communi contentus: quia non sufficiunt tibi vires ad arctius ieiunium: huic superadde desiderium & voluntatem in oculis Dei, quòd optares ad ipsius obsequium omnibus diebus in pane, & aqua ieiunare, & firmiter crede, quòd omnes illos dies videat Deus in hoc communi ieiunio, ita sincerè vt te sit præmiaturus, quasi totam Quadragesimam solo pane & aquâ parcus transegisses.

Ad hanc doctrinam Theologorum Princeps D. Thom *a* declarat D. Augustinum, quòd tantùm meruerit Abraham iunctus matrimonio, vt eius pluribus mulieribus, procreans filios, quantùm D. Ioannes Euangelista manens virgo, & conseruans virginalem pudicitiam, eámque tam excellentem, vt ob eam Christus matri suæ sanctissimæ & purissimæ filium eum adoptauerit ac consignarit. Sic habet: *Non impar meritum est continentis in Ioanne, qui nullas expertus est nuptias, & in Abraham, qui filios generauit.* Indubium est apud omnes statum virginalem & continentem, prærogatiuis toti mundo notissimis præcellere statui coniugali, de quo nemini licet dubitare. *Continentem coniugato præferre* (docet D. Aug.) *quis ambigat?* Nihilominus potest quis vxoratus, intus ita affici virginitati, vt æquiparetur ei, qui eam opere ipso custodit, & talem credimus Abraham, qui licet ex Diuina dispositione plures duxerit vxores (qui vtique in Patriarchis suis statum virginalem non permittebat) licet eum effectu non seruaret, eum tamen tam integrum habuit in affectu, corde & voluntate totate totâ vitâ suâ, sicut Ioannes in opere. *Continentiam Ioannes in opere, Abraham in solo animo & habitu habuit.* D. Augustin.

Circa hoc prosequitur D. Thom. expendens D. Aug. doctos & graues articulos, quos mirâ eruditione exponit eius Interpres Cardin. Caietanus; insuper etiam declarauit D. Augustin. loco citato. Quomodo plus meruerit Abraham sæpius vxores ducens, quàm Isaac eius filius, qui solùm Rebeccam habuit vxorem: quia hoc egit Abraham exteriori opere, quia Deus hoc eo modo de illo decreuerat, corde tamen & affectu magis optans & desiderans continentiam, quàm Isaac. Circa quam materiam varia tradit hic Sanctus documenta. Licet hic videre, quantùm excrescat meritum in paruis operibus, eis superaddendo specillum bonæ intentionis. O quantum hoc beneficium, vt diuites simus in bonis operibus, licet in se pauca sint, & vix vllius meriti. Cuius rei hanc do rationem: quia Deus est, qui illa remunerat: *Quoniam Deus retribuens est*, & respectu illius, cordis desideria pro operibus computantur.

VI. Mala intentio quàm pernicio sa.

Nota est hæc doctrina Theologorum Deum esse effusiorem in operibus nostris bonis compensandis, quàm in malis puniendis; in his non tantùm punit opus externum, quantem internam intentionem & cordis affectum. Ore tenus dixisti mala proximo, improperia, calumnias, exprobrationes, quibus eum pudore confudisti, in corde & mentis affectu optasti ea fuisse glandem plumbeam quâ eum transfigeres, eo modo (crede mihi) te punier Deus, ac si eum glande traiecisses. Cùm mulierem intuereris viro nuptam, eius tibi placuit faciei venustas, desiderasti eâ abuti, ita seuerè te puniet Deus, ac si opere cum ea adulterium commisisses: quia Deus intuetur cor.

Quantò igitur liberalior præmiabit opera tua bona, & non secundùm quod in se sunt, sed iuxta quod fuerint in corde & mentis affectu. *Frater* (ait D. Augustin. *hoc attende, si non habes facultatem, habeto voluntatem.* Si media tibi non suppetunt, quibus paupertibus succurras; si non integræ vires ad ieiunium, si non fortitudo ad maiora opera in Dei famulatu, habeto magnum desiderium, magnam voluntatem, hanc enim Deus intuetur, & in consideratione huius tibi satisfaciet, non solùm pro eo quod agis, verùm & pro eo quod agere optasti: *Quoniam Dominus retribuens est.* Non est similis hominibus, qui ex hoc quòd sint indigentes eis desideria non sufficiunt, sed operibus solis ipsis satis fit, quæ primariò petunt. Facito igitur in operibus

tuis adinuentionem Diuinis oculis intentionis sanctæ, sit illa ardentibus desideriis exæstuans. Sit tibi exemplo vidua illa, de qua superiùs, quæ duo parua minuta elargiens, (Deo teste) plus cæteris omnibus misit, & eo modo est ei à Deo satisfactum.

§. 11. *Ne vendideris opera tua bona oculis hominum: est enim eorum merces sine fructu vanitas, vt dixit Dauid.*

☞ 24 THO. MOR.

» Quis non admiretur sententiam sancti illius Martyris Thomæ Mori? *Bene ac laudabiliter facta pro merito compensare mundus hic nec ingratus solet, nec gratus potest.* In hoc

a *Psal.* 118. 37

» fundata est petitio illa Regis Dauid a: *Auerte oculos meos, ne videant vanitatem.* Hæc verba

b *Con.* 12. *in ps.* 118.

» perpendit D. Aug. b Quæ est petitio tua, ô Rex » sapientissime (inquit D. August.) An non melius » nosti, id, quod filius tuus Salomon postmodum

Eccles. 1. 1.

» intellexit, quod omnia quæ sunt in mundo, vana sunt. Hâc enim propositione orsus est con» ciones illas Ecclesiastes: *Vanitas vanitatum, &* » *omnia vanitas.* Et hoc voluit pròbare inductio» ne quadam admirabili, sumens argumentum ex » eo quòd ipse aut manibus tetigerat, aut oculis

Eccl. 1. 14.

» viderat, & conuertit se ad illud affirmandum. » *Vidi* (inquit) *cuncta quæ fiunt sub sole, & ecce* » *vniuersa vanitas.* Si ores, ne videas id quod » vanum est, & vanum est quidquid in mundo » est, & sub sole residet, nihil tibi reliquum erit » quod videas, proinde, aut tibi effodias oculos, » aut de mundo excedas: sicut in alia simili ma» teria, quasi notissimum inconueniens resoluit D.

I. Quid sit vanitas. D. AVG. *Tom.* 8. *Con.* 12 *in Ps.* 118.

» Paulus: *Oportet de hoc mundo exire: Numquid* » (quæreit D. Aug.) *quamdiù sumus in hoc mundo,* » *possumus non videre vanitatem? Omnis enim crea» tura vanitati subiecta est, & omnia vanitas.*

» Duos huic petitioni tradit sensus D. August. » primus sit, Prophetam hic loqui de oculis ani» mæ: videlicet, intellectu, ac voluntate, postulat » autem à Deo sibi præstet, illos nulli mundi hu» ius creaturæ affici: quia quidquid in mundo » est, vanitas est: sed his tantùm quæ supra cæ» los sunt, vbi bona sunt permanentia, & firma. » Hoc autem est (inquit) quod postmodum nobis

Col. c. 3. 1.

» consuluit D. Paulus: *Quæ sursum sunt quærite,* » *vbi Christus est in dextera Dei sedens; quæ sursum* » *sunt, sapite, non quæ super terram.* Bona hæc est » (ait D. August.) explicatio: verumtamen vide» tur mihi altera esse magis propositio conueniens, » si considerens id, quod in mundo pleno gurgite magis meretur nomen vanitatis, esse mundanam » gloriam, hominum laudes ob præclara quælibet » opera. Vanum est id quod habet quamdam ap» parentiam & non substantiam, vt nux, quæ pa» rens bona, intus verò nihil habet. Quàm pul» chram apparentiam habet mundana gloria? » quàm videtur excellens æstimatio & mundi ap» plausus vniuersalis? quid dicis, quid sentis? de » generalibus gentium laudibus, quæ vident, lau» dant, æstimant, promulgant, & magnificant? » Quot oculos suos in hæc collimarunt? Quot » post illa currunt anheli, arduas difficultates ag» gredientes, vt hæc consequantur? Quot fortis» simi militum Duces sese stupendis facinoribus » iniecerunt, solùm vt hanc gloriam adipiscerentur? Quot sapientes impenderunt labores suos, » vigilias, studia, legendo in Cathedris, scriben» do libros, vt hanc nanciscerentur? Quot homi» nes, qui suspensum trahebant mundum, open» bus verisimiliter tantùm sanctis strictis iemu» nis, » eleemosynis effusis, orationibus frequentibus, » hoc vnum in intentione habebant, hominum » æstimationem? Tales erant Scribæ & Pharisæi, » de quibus Christus: *Omnia sua faciunt, vt vi-* » *deantur ab hominibus. Exterminant facies suas,* » *vt appareant hominibus ieiunantes* Verumtamen » quid esse potest minoris subsistentiæ, seu sub» stantiæ? An fumus, qui citiùs euanescit? An » ventorum flatus, qui tam velociter nullo relicto » vestigio pertranseunt? An auis datur tam celer, » quæ nullo sui signo per aërem relicto, æquè di» spareat? An bulla in aqua, quæ sic tota dehiscat? » An floris cardui lanugo quæ sic à vento diripi» tur? Symbola sunt omnia hæc Spiritus sancti, » quibus voluit exponere mundanæ huius gloriæ » vanitatem, ac laudis, & æstimationis hominum, » in quæ oculos suos & spem suam collocant in» sipidi. »

Spes impij tanquam lanugo, quæ à vento tol- » Sap. 5. *litur & tanquam spuma gracilis, quæ à procella* » 15. *dispergitur, & tanquam fumus, qui à vento dif-* » *fusus est, & tanquam memoria hospitis vnius diei* » *pretereuntis.* Quid dicam? ipsimet hæc pro» prio suo damno cognouerunt, qui, vitâ tam » finitâ, sese tam omni bono vacuos, quàm omni genere tormentorum plenos in inferno ge» mentes deplorarunt. *Quid nobis profuit superbia?* &c. *Transierunt omnia illa tanquam* » Sap. 5. *vmbra, & tanquam nuntius perturrens, & tan-* » 9. *quam nauis, quæ pertransit fluctuantem aquam,* » *& tanquam auis, quæ transuolat in aere, cuius* » *nullum inuenitur argumentum itineris, sed tan-* » *tùm sonitus alarum verberans leuem aerem &c. ita* » *& nos* »

» *& nes &c. & virtutis quidem nullum signum valuimus ostendere.* Non dicit, quòd opera bona » non fecerint, quinimò multi eorum illa fecerunt, sed quòd illis, nec argumentum nec signum » eorum vllum manserit, quod ostendere potuissent.

II. Præmium non solùm merces est operis. Isai. 58. 16. Sap. 5. 4.

» Est autem ipsa corona seu præmium, non solùm merces bonorum operum, sed & signum ac » indicium, quod ea facta ostendat. Sicut accidit » Sanctis in illa mercede, quam in cælis recipiunt; » illis verò qui ea fecerunt ob solam æstimationem & hominum laudes, ne leue quidem argumentum, sicut nec præmium in alia vita remanebit *virtutis nullum signum.* Descende consideratione tua (monet D. Bern.) in infernum, hoc » est enim quod à te requirit Propheta Rex: *Descendant in infernum viuentes.* Illic intelliges » planctus illos, quos & edunt & in æternum edent illi tam stulti, vt seipsos tali cognomine » dignos censuerint: *Nos insensati*: quia pro tuis » tam præclaris operibus nihil aliud, quàm hominum acclamationes & nomen sunt aucupati. » Considera illos, quos Spiritus sanctus vocat: *Potentes à sæculo viri famosi* Et Propheta Baruch: » *Gigantes nominati scientes bellum.* Attende gigantes illos mundo tam celebres vt refert Spiritus sanctus illos Romanorum Duces toto terrarum ambitu notissimos: testante sacro eloquio Adeò laudatos & omni honore exceptos, » victoriosis illis triumphis & coronis, modò ex » lauro, modò ex spicis, modò ex ferro, modò ex » auro, nomina sua toto orbe gloriosè ac superbè » diffundentes? Quid Pompeio de suis triumphis » superfuit? Quid Iulio Cæsari? Quid Lucio Lucullo de illo triumpho per tres annos publicè decantato, qui per Ciceronem ad finem illorum ei » concessus est ob deuictum Regem Mithridatem » & Tigranem? Quid Philosophos illos memorem, nominatos, & vt admirabiles dictos, qui » omnem suum finem & curam eò direxerunt, vt » nomen suum & famam æternitati traderent, laboriosis suis studiis, continuis vigiliis, contemplatione cælorum, & eorum motuum obseruatione, ac aliorum, libros in omni materia, & de » qualibet arte componentes? Quin mihi proponо » infaustos illos Scribas & Pharisæos: quid illis » mercedis retributum, pro suis strictis ieuniis, » quibus exhauriebantur, pro suis orationibus, cùm » incederent quasi obcœcati ex continuo in cælum » intuitu, pro suis eleemosynis ad sonitum campanæ distributis, solâ mundi complacentiâ sibi » complacentes?

» Cuncta hæc opera, & cætera virtutum, quòd si in Dei gloriam fecissent (prout dicebant) ad » lucrandum æternas glorias, æternaque regna, » sufficiebant. Ne mireris, ipsos omni re subsistente manere vacuos: posuerunt enim oculos suos » super vanitatem: viderunt vana. Mi Domine » Deus, rogat Dauid: *Auerte oculos meos, ne videant vanitatem.* Ne permiseris tantam mihi accidere excerebrationem seu insipientiam, vt sint » oculi mei tam abiecti, & animus adeò vilis, vt » vanitati affigantur, illam prætendant; esset enim » summa stultitia & insipientia. An possit vlla maior inuentri, quàm si habeas gemmam pretij infiniti, quâ ditissimo Regi venditâ, in solutionem » eius is tibi celebrem consignaret ciuitatem; & » tu eandem venderes pauperculo cuidam, qui eam » laudaret & Rege dignam æstimaret; & hanc » eius laudem in pretium reciperes; quid (quæso » te) inde tibi lucri?

Ab hac stultitia & insipientia securos reddere » nos voluit Christus, (teste D. August.) qui nostrum desiderans bonum, prænonet: *Attendite, ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis, alioquin mercedem non habebitis apud Patrem vestrum qui in cælis est.* Adfer & » offer Deo opera tua bona: cognoscit ille pretium iustum & eorum valorem tibi persoluet, ad » minus Regnis æternis. »

III. Adhortatur ad bonã intentionẽ. Ps. 118. 37.

§. 12. *Pretende pro operibus tuis boni non minorem mercedem, quàm Abraham, & D. Thomas, vt te mulier illa cœlestis informat.*

TV autem cùm ieiunas. Tractat nobiscum Deus, vt vir quidam spectabilis, cum operatio ignorante alicuius pagi. Incidit casu quodam manibus eius pretij magni adamas purissimus, & ab omni leui puluisculo, & spuma defœcatissimus, credit esse quandam vilis vitri particulam, seu ad summum crystalli, quærit emptorem. O amice (ait vir ille præclarus) quàm parum nosti quanti illud valeat, quod reperisti, scito hoc esse quid dignum Rege, & solis eiusdem manibus bene impensum: est enim Adamas magni pretij, cuius tibi valorem solus Rex, & is quidem potens, dare potest. Ne eum in hoc pago vendideris, hic enim non æstimatur tanti, quanti valet; adito Curiam: illic enim scient eius valorem, & iustum tibi pretium soluent, dabuntque tibi in commutationem eius tantam pecuniæ summam, vt ex ea omne damnum resarcias, & toto vitæ tempore dives viuas.

I. Quantũ sit boni operis meritum.

Quis dixerit tanti valoris esse opus bonum factum in gratia Dei ? Tanti profectò est, vt in hoc mundo nemo, nec Angeli cælorum naturali suo ingenio valeant comprehendere. *Nescit homo pretium eius.* Minimum eorum, vnius diei ieiunium, lachryma vna, vnum suspirium, calix aquæ frigidæ, pluris valet, quàm cælum cum suis stellis, quàm sol cum sua luce, quàm cum suis plantis terra, & quàm fodinæ cum suis mineralibus auri, argenti & margaritarum pretij infiniti : *Omne aurum in comparatione illius arena est exigua, & tanquam lutum æstimabitur argentum in conspectu illius.* Pretio valet infinito & excedit omne creatum in æstimatione ; res est verè digna Rege, & quæ sola bene ad eius gloriam expendatur, & eius manibus consignetur. In huius mundi pago tam parui fit, vt pro maximè pretioso summum eius sit pretium onus straminis, laus terrena, verba, quæ vento leuiùs rapiuntur. Videt Christus in manibus nostris has bonorum operum gemmas, & ait : Amici, ne hic eas vendideritis, quia paruum vobis pro illis rependent pretium. Quàm flocci merces foret illa vnius adamantis maximi valoris, seu aqualis auro mirificè elaborati, arte, ingenio & sumptibus præstantissimi, si pro illo tantummodò peteretur, vt artifex tantum videretur & laudaretur. Quàm inops foret, qui illum tantillo venderet? pro solo pretio solam laudem recipiendo. Defer ad curiam supremi Regis, ascende cælos ; offer illum magno Monarchæ Patri vestro, ille, qui eius nouit pretium, reddet tibi quantum iustò valet, quod tantum est, vt ex eo dives sis, & prosperè totâ viuas æternitate.

Iob 28. 13.

Sap. 7. 9.

II. Ostendit hoc Abraham.

Lib 4. de ador. in spiritu.

Proh Abraham virum sapientissimum ! quàm bene doctrinam hanc intellexit, & quàm profundè eam medullis suis insculpsit, ostenditque illo facto, quando cordis sui nobilitatem patefecit (vt aduertit de illo D. Cyrill. Alexand.) In actie prodeunt quatuor illi Reges potentissimi, Amraphel Rex Sennaar, Arioch Rex Ponti, Chodorlahomor Rex Elamitarum, & Thadal Rex multorum populorũ, bellum indixerunt Regi Sodomæ regionis tam fertilis, vt dicat Spiritus S. eam fuisse instar paradisi : *Sicut paradisus Dei euntibus in Segor.* Deuastarunt hi regnum eius, populum cepruum abduxerunt, cuncta eorum bona diripuerunt, insuper & Lot nepotem Abrahæ, reuertuntur victores tantâ prædâ diuites. Res ad Abraham defertur, qui illico spiritu Dei instigatus, domus suæ populum congregat, ex quo sibi conflat exercitum, erat enim tantus, vt soli vernaculi vltra trecentos excrescerent. His comitatus obuiam procedit contra quatuor illos Reges, qui, præter vires suas, tantò triumpho insolescebant, illos oppugnat, iniuit certamen tanto feruens animo, adeò viriliter, vt illos deuincat, & in apertam fugam profliget : recuperans omnem prædam, hominum & bonorum, quæ rapuerant, magnoque cum triumpho ad propria reuertitur. Obuiam occurrit illi Bara Rex Sodomorum, totus eloquens in laudem talis fortitudinis, victoriæ & triũphi, vtpote quòd esset victor suorũ hostium, liberator suorum subditorum, & omnium recuperator rapinarum. Visum est Regi Sodomæ inuitum fore nullam pro tam præclara opere Abrahæ victori mercedem rependere. Rationi repugnat : ô vir fortissime (ait Rex) facinus tam præclarum carere iustâ mercede, & æquâ satisfactione : quocirca in tanti beneficij recognitionem cedo tibi omnia bona meorum subditorũ. vestra sunt enim ista : *Da mihi animas, cætera tolle tibi.* Intuitus eum Abraham, ait : *Leuo ad cælum manum meam, ad Dominũ Deum excelsum, possessorem cæli & terræ, quod à filo subtegminis, vsque ad corrigiã caligæ, non accipiam ex omnibus, quæ tua sunt*

Gen. 13. 10.

Gen. 14.

Sublationem istam manuum ad cælum, erediderunt aliqui, esse iuramentum : quia modus tunc temporis communis iurandi erat hic, leuare manum seu digitum, quasi signando Deum in testem. Quinimo & quando aliquid affirmatur, ad maiorem illud confirmandum, attollitur digitus versus cælum. Insuper & Deus ipse tali phrasi vsus est (vt notat noster Cardinalis Caietan.) Volens enim iurasse declarare Moysi, se iurasse Abrahæ, Isaac & Iacob, quòd posteris eorum daret terram promissionis, leuauit manum suam, illam promittendo. *Inducam in terram, super quam leuaui manum meam, vt darem eam Abraham, Isaac & Iacob.* Hoc quod hic dicit, quòd leuauerit manũ suam, alio loco dicit, quòd iurauerit. *Ad terram quam iurauit Abraham, Isaac & Iacob.* Et iterum orat Moyses : *Recordare Abraham, Isaac & Iacob, quibus iurasti per temetipsum.* Bona est hæc expositio, credo tamen, plus aliquid voluisse significare Abraham, quasi illi diceret : O Princeps maxime, licet Rex potens, & dives Dominus sis, pauper nimis es, vt tale opus, talem triumphum dignè compenses, aliam quæro mercedem, alium compensatorem expecto, qui mihi daturus est præmium & dignam tanto lauream triumpho, quem eius gratiâ & beneficio sum consecutus : ipse enim est magnus cæli terræque Dominus : *Dominum possessorem cæli & terræ.* Quid inde secutum ? Loquatur D. Ambros. *a Quoniam sibi Abrahæ mercedem ab homine non quæsiuit, à Deo accepit.*

III.

Exod. 6. 8.

Exod. 32. 13.

Exod. 33. 1.

D. Aug. a Lib. 2. de Abrah. c. 3. tom. 4.

Vide

IV. Abraham non ab hominibus, sed à Deo boni operis mercedē expectat. Hebr. 11. 6.

Vidē autem, quàm citò illi appareat Deus, quasi abblandiens. *b Ego protector tuus, & merces tua magna nimis.* O seruе fidelis, ô prudens eorum operum æstimator, quę adiutrice gratia mea operatus es, bene egisti, eorum præmium à mundi huius hominibus non desideraus, ne quidem ab ipsomet potenti Rege, totum enim vniuersum hoc, parum est nimis, vt in compensationem veniat tantæ victoriæ, cùm verò in mei gratiam hoc feceris, ego me solutorem obligo, & nullatenus volo vt merces sit meipso inferior, ego tibi præmium sim, & totum meipsum tibi in mercedem, & dignam retributionem consignabo. *Ego merces tua magna nimis.* Hæc est, ita hæc est iusta bonorum operum æstimatio; Hæc est, ita hæc est vera cordis celsitudo, quâ nihili ducimus, omne quod habet mundus, & nobis largiri potest in nostrorum bonorum operum compensationem, vtque nobis nihil minus sufficiat, quàm cum omnibus suis Deus ipse diuitiis.

☞ 26 Orabat Deum quotidie feruentiori spiritu Doctor noster Angelicus, petiitque supplex sibi à Deo dari cor nobile *Da mihi, Domine, cor nobile quod nulla deorsum trahat terrena affectio.* Nouerat ex doctrina D. Basil. *a* esse quandam cor lis altitudinem, sed malam, & hæc est superbia principium omnis peccati. Est & altera bona principium omnis boni; quando homo suam ipsius nobilitatem considerans, & animæ suæ dignitatem, cuncta creata despicit, & in æstimatione sua omnia pedibus suis substernit, ipsi nihil infrà Deum satisfacit; ipse solus eius merces. Talem habuit Angelus hic humanus, & eodem modo illi cōtingit. Cum enim Christus ei vellet ostendere, quàm sibi placerent eius labores & studia: ait illi: *Bene de me scripsisti, Thoma, quam ergo mercedem pro tuo labore recipies?* Volo mercedem dare condignam tuis continuis studiis, vigiliis grauioribus, & libris laboriosè conscriptis: quid pro mercede reposcis? Respondet ille: *Domine, non aliam præter te.* Non tam vili æstimo, Domine, tuæ gratiæ dona, & opera quæ illâ obstetricante ad tui nominis honorem in lucem edidi, quòd crediderim esse creaturā aliquam tam præclaram, aam nobilē, quæ meo labori æquiualeat, non cō quiesco minori mercede, quàm teipso, Domine.

V. Quæ sit vera cordis celsitudo. 2. Cor. 2. 14.

Hæc est cordis vera nobilitas, & planè eadem, quam ostendit D. Augnst. his verbis: *Auge desiderium, & da quod peto: quoniam si cuncta, quæ fecisti, mihi dederis non sufficiet seruo tuo, nisi teipsum dederis. Da ergo teipsum mihi, Deus meus, redde te mihi.* Et hanc cordis celsitudinem à te requirit Spiritus S. per os Salomonis: *Renela Domino opera tua, & dirigentur cogitationes tuæ.* Noster Cardinalis Caietanus legit: *Verte ad Dominum opera tua,* conformiter textui Hebraico, qui habet *Volue ad Dominum opera tua.* Quibus in verbis videtur alludere ei, quod communiter dicitur de Aquila regali, id referente D. Augnst. vt filios seu pullos suos legitimos agnoscat & naturā magnanimos, radiis eos solaribus exponit (hoc enim est proprium aquilæ nobilissimæ fixis oculis, & itreueberata acie intueri) si quis eam deorsum declinauerit, ab vngue tanquam adulterinus dimittitur: quia acie palpita uit. An nobilitatem operum vestrorum vultis dignoscere, quæ perfecta, quæ legitima, quæ Deo accepta, quæ præmio digna? expone illa soli iustitiæ, vt Deum velut scopum intueantur, fige in eum tuæ intentionis aciem. Hæc est enim celsitudo animæ regalis & magnanimæ, & talis decet hominem Christianum. Non debet sacerdoti suffirere, pro suis orationibus & missarum sacrificiis temporale stipendium, quod ei datur in alimentum. Nec iudex contentus esse salario suo sibi à Republica constituto, vel ab ipso Rege, nec tu, qui seruus, eo quod tibi ab hero tuo conceditur: nec tu, qui operarius diurnus, eo, quo cum Domino conuenisti: certum est enim hanc mercedem tibi parum prodesse, quā vix possis detestere. Quando te labori accingis, licet abiectioni, cogitatum tuum erige ad altiora & superna, propone tibi Deum, nec ita procures laboribus tuis dominis terrenis satisfacere, sicut Deo, & pro his in mercedem prætende bona cælestia, imo ipsum Deum. Non ego hoc tibi dixero, loquitur D. Paulus & sæpius idem vobis inculcat. *Ad Coloss. 3. 22. Serui obedite per omnia Dominis carnalibus non ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes, sed in simplicitate cordis, timentes Deum. Quodcumque facitis, ex animo operamini, sicut Domino, & non hominibus scientes quod à Domino accipietis retributionem hereditatis: Domino Christo seruite.*

Hoc tibi quoque agendum in bonis operibus tuis, non ea in terra relinquas: hic enim mercatus paruus est, & inops, eritque parunla merces vt panperum esse contueuit. Ascende sorum cæleste, vbi & cognoscuntur & æstimantur, & iusto pretio soluūtur; est enim & terra ditissima. Verūm quā viā ascendero? Mente, corde, voluntate desiderio, intentione, vt ea propter Deū moueris agere. Nota est & sæpius repetita visio illa D. Ioannis de pulcherrima illa muliere, quæ erat *amicta sole & luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duodecim.* Hanc vidit in cælo doloribus parcus cruciari, adstat draco ante mulierē iam pa rituram, i.

VI. Qua rationis allegoria

Apoc. 12.

VII. Bonæ in

rituram, vt filium eius recens natum deuoraret. Videre hic licet draconis desiderium mulieris filium rapiendi. Quid illa? Eâ quâ peperit hora, magno impetu sustulit filium, ad Deum misit, throno eius obtulit. *Et peperit filium masculum &c. Et raptus est filius eius ad Deum & ad thronum eius.* Quàm graphicè describit animam sanctam, amodo est in cælo, spe & desiderio ibi viuit, quòd de iustis hic adhuc degentibus intelligit D. Paul. (sic eum explanantibus D. Chrysostom. & D. Thom.) his verbis: *Consedere fecit in cælestibus.* Et in eorum nomine dicebat ipse: *Nostra conuersatio in cælis est.* Prægnans est bonorum desideriorum, sed in ea non remanent: enititur enim ea per bona opera parturire, id est, opere exequi, & ob hoc dicitur, quòd in pariendo dolores sentiat: quia non dubium est, quin dolores prouocent, & animam crucient opera bona, quando pariuntur & in lucem eduntur. Quando capitur disciplina, à cibis abstinetur, dormitur in terra, iniuria remittitur.

Ad Ephes. 2.6.
Ad Philipp. 3.20.

Sunt verò hi filij masculi, fortes, & tanti animi, vt cælorum regnum capiant, vt bene prosequitur Origen. declarans cur Pharao occidi iusserit omnes Hebræorum natos masculos, puellas verò reseruari. Quali desiderio ardet draco hunc masculum deuorandi, & vt eum hic relinquas, & iudices tibi hominum oculis satisfactum. Hoc modo illum rapit, dilacerat, deuorat. Sicut rapuit quotquot masculos enitebantur animæ illorum Hypocritarum, qui eo momento quo nascebantur, rapiebantur occidendi: cum qui illa opera faciebat non haberet sperandum pro illis præmium aliquod: *Amen dico vobis receperunt mercedem suam*, ait Christus. Non ita, sed actu feruido, forti animo, corde inuicto rapito filium hunc masculum ad Deum, eum throno illius offerto, draco eum non deuoret. Hoc est, vt agas id quod dixit idem Apostolus: *Omnia in gloriam Dei facite.* Domine Deus, ad tuum obsequium sit ista pœnitentia. Domine Deus, ad tuam gloriam sit illud opus pium &c.

Hom 1. in Exod.
Matth. 6.
1. Cor. 10. 31.
Vide Tra. 2. n. 148.

§. 13. *In abscondito facito opera tua bona, sicut Christus sua, vt integra conseruentur.*

☞ 27 NOtanda sunt autem verba, quibus vtitur diuinus Magister. *Ne videaris hominibus ieiunans*, quæ profunda continent mysteria. Non ait, vt non videant homines opera vestra bona, sed, vt ea non hac intentione facias, sicut & in præcedenti verbo expendit D. Chrysost. quòd non dixerit, quando ieiunatis non fitis tristes: cum præterquam, quod ieiunium cum carnem affligat, secum etiam trahat quandam tristitiam & capitis demissionem: nulla res magis congruit peccatori, & quæ sit illi vtilior, quam tristem incedere, & sic conueniret vt omnes tristes incederent, qui tales sunt. Id quod Dominus dicit: hoc est, *Nolite fieri*: quod propriè & genuinè significat: ne tristitiam ostentes fictam, compositam, & violentam, vt ieiunium ac pœnitentiam vestram decantetis; ita in eo quod subiungit. *Ne videaris hominibus ieiunans*, non intendit, vt non videant homines opera vestra bona, quia multa eorum non potes ab oculis hominum excusare, sicut audiendo missam, confitendo, communicando &c. sed vt ea non facias eâ intentione, vt ob ea videaris, & illi illa videndo oculos suos in te deflectant, te laudantes, & pro viro sancto & optimo colentes. Sed vt ea videntes illi & tu oculos sursum in Deum erigatis, illum & pro illis, & per illa collaudantes.

Hom. imperf.
Tract. 13. §. 1.

Hinc declarauit & enodauit D. August quandam difficultatem, quæ ei adeò grauis videbatur, vt Diuinum quoddam lumen inuocaret, quo illam intelligeret. Videtur quòd vnâ eademque concione Christus nobis contraria præcipiat. Sedens in monte, suosque docens discipulos, eos ad præclara, sanctaque opera exhortatur, quæ dicuntur lux, & ea oculis hominum exponant videnda. *Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona.* Progreditur vlterius, & ait in hoc Euangelio, vt agatis opera vestra in abscondito procul ab oculis hominum, ea tantummodo Patris vestri cælestis oculis pateant: *Ne videaris hominibus ieiunans, sed Patri tuo, qui videt in abscondito.* Videntur hæc sibi contraria, agite opera vestra, vt ea videant homines, &, sic agite opera vestra in abscondito, vt ea homines non videant. Verumtamen non sibi contradicunt (ait D. August.) Magister enim noster veritas est, & veritas sibi ipsi non contradicit. Ambo sunt facienda. Ad huius difficultatis enodationem, aduerte duo documenta.

Serm. ad pop. Dom. 1. Quando debent occultari bona opera. Matt. 6.

Primum certum est, communiter bonum esse agere opera vestra bona in abscondito, ob periculũ vanæ gloriæ, quæ in illis est, vt tinea cocco & nebula florenti campo, quia illico consumit eius substantiam, et nudum stramen relinquens. Opus bonum tantæ est excellentiæ, vt naturaliter excitet in eo, qui illud agit, appetitum & voluntatem illud manifestandi, & ideo vocatur lux, quia ipsi maximè proprium est, se oculis detegere,

tegere, ac manifestare, & vt tale illud sequitur, ac manifestat honor, & post se trahit laudem & gloriam, & quando hæc se offert, ait D. Aug. res est difficillima eam repellere, & licet inueniamus aliquos, qui laudes non quærunt, paucos tamen reperias Baptistas, qui oblatas reiiciant, & dicunt, *Non sum*, sincerè, & sine fuco, *Non sum*. Cum verò hoc sanctis pernotum sit, ad agendum opera bona secedunt in deserta antra, angulos noctium secreta rimantur, dissimulant & fingunt. Ita Abraham se subtraxit, cum solo suo filio, quem ibat sacrificaturus, deserendo vxorem, domum, familiam, quinimo & duos famulos, quos eatenus secum duxerat; prætendens, vt solus esset Deus, quem haberet spectatorem.

Phil 64. ad Aurel. vide Tra. 1. n. 33. Gen. 22.

Ad rem ponderat D. Gregor. quod natura, quasi prouida mater, vt conseruet arbores, earumque fructus, illas duro cortice contexerit, & grana, quæ facilè ab auibus deripiuntur, multis inuolucris, tunicellis, quasi panniculis, seu linteolis abscouderit, insuper & aristarum apponit velut propugnaculum, ex stimulis pungentibus: si enim ea clarè & nudè exposuisset & oculis subiecisset, illico ab auibus deuorarentur & solis ardore siccarentur. Huic proposito congruum exponit D. Gregor. id quod Dominus dixit per Prophetam I e: *Ficum meam decorticauit: albi facti sunt rami eius.* Corticem abstulit, qui fici substantiam contegebat, apparuit eius albedo ante abscondita omnium oculis, hinc eius perditio: statim enim ventus eam desiccauit, & consumpsit, & aresecit.

Lib. mor. c. 31.

II. Natura mater est pauida.

L. 1. Dial. c. 9. Iud 1. 7.

☞ 28 Interrogauit quondam eundem S. Doctorem, Petrus eius Diaconus, quem habebat vt filium, vt ei exponeret quomodo hæc se haberent relata ab Euangelistis: quòd Christus patrando opera quædam excellentiora cæteris, procurarit vt ea nec foris, nec in publico diuulgarent, & quantò magis ipse ostendebat se hoc velle, eò amplius diuulgabant. Narrat D. Marc. quòd egressio de finibus Tyri, ei obtulerint surdum & mutum, deprecantes, vt eum curaret; curauit eum, præcipiens eis, vt silentio tegerent opus illud quod viderant: *Præcipit illis, ne cui dicerent, quanto autem eis præcipiebat, tanto magis plus prædicabant.*

III. Quomodo sua Christus præcepta impera rit occulta.

Marc. 7. 36.

Idem refert D. Matth Accesserunt ad eum duo cæci rogantes, vt lumen perditum mererentur recipere: at ille solo oculorum attactu eis lumen restituit, quibus vehementer præcepit, vt miraculum illud celarent, nec vlli hominum manifestarent: *Comminatus est eis Iesus, dicens: videte ne quis sciat.* Expendit Euthymius vim huius verbi: *Comminatus est*, & ait, quod in textu Græco positum est verbum, quod significat, præcipere

Matth. 9. 30.

syncerissimè; circumflectendo oculorum supercilia, caput agitando, comminando, si secretum reuelauerint. Et hoc ipsum notat D Chrysost. *Nulli eos dicere iussit, non simpliciter, sed magna cum vehementia iussit: acriter enim infremuit, dicens caueto, ne quis resciat* His non obstantibus, cæci iam illuminati non solum non seruauerunt sub silentio miraculum, sed se publicos prœcones, & testes illius miraculi reddiderunt, & vt illud proclamarent, linguas suas clangentes tubas effecerunt. Petiit à S. Gregorio hic eius Diaconus. Pater sancte quid est hoc? vel id quod Christus præcepit, syncerè & sine fuco præcepit, volendo vt fieret, vel ioco solùm, & fictè verbis aliud indicans, quam reuera volebat voluntate suâ: Illud secundum, dici non potest de eo, qui summa est & purissima veritas, cui non quadrat, vnum habere in ore, & contrarium in corde. Non est Christus de numero hominum huius mundi, qui dicunt, nolo, nolo; sed proiice illud in pileum meum. Si in rei veritate & candidè voluerit hoc quod eis præcepit; quomodo non fuit completum? cum sit eius voluntas omnipotens, & possit, quod syncerè eius vult voluntas *Numquid vnigenitus Dei hac in re velle habuit, quod non potuit implere?* Attende, fili mi, ait D. Gregor. supponere debes primò quod ea quæ egit Christus, ad instructionem nostram pertinebant, & erant omnes eius actiones, nostris actionibus documenta. *Redemptor noster, omne quod per mortale corpus egit, hoc nobis in exemplum actionis præbuit, vt eius vestigia sequentes &c.* Secundò suppone, quòd licet in Christo non plures sint, quàm vna persona, quæ simul est Diuina & humana. Et sicut vnaquæque earum suam habet propriam voluntatem, erant in Christo duæ voluntates realiter distinctæ, vna Diuina, quâ erat æqualis Patri; humana altera, quâ similis erat nobis. Et licet voluntas Diuina esset omnipotens, vt de ea, & propter eam dicat Dauid: *Omnia quæcunque Dominus voluit, fecit in cælo & in terra*, non erat tamen ex se, talis humana. Non erat Christus exemplar nostrum secundum quòd operabatur, solummodo volendo res ipsas voluntate Diuinâ quia in ea impossibile est homini eum imitari: *Quid est homo, vt possit sequi Regem, factorem suum?* At bene quidem secundum quod procedebat operando voluntate humanâ, quâ nobis erat similis.

Chrys. Hom. 33. in Matth. tom. 2.

D. Gre. l. 1. Dial. c. 9.

Ps. 134. 6.

Eccl. 2. 12.

Ad hoc aliquoties voluit aliqua solâ voluntate humana, & sicut hæc non est omnipotens, non omnia faciebat, quæ præcisè hac voluntate intendebat; vt ostenderet, & nos eruditet, quid sit,

quod homo debeat velle suâ voluntate, & quomodo procedere debeat in actibus talis voluntatis (de quibus suo loco dicemus, agendo de oratione in horto.) Alterum huius exemplar fuit (in quo hoc clare patuit) casus de quo modo agimus. Realiter & syncerè volebat Christus (teste D. Gregor.) abscondere hæc præclara opera, & non præclamari, nec à b aliis cognosci. Verum hoc solùm voluit voluntate humanâ, totum hoc agendo, quod merus homo, & potest, & solet, vt in vulgus non spargatur, & id quod agit, hoc est, petere & commendare caudidè, vt maneat secretum, & multis nutuum gestibus comminari, demonstrans se graviter offensum iri per contrarium, vt per hoc homines instruat, quando faciunt aliqua bona opera, procurent pro suo modulo, & velint realiter & candidè, vt illa nesciant homines, ob graue periculum, cui exponuntur. Ita vt quando Deus voluntate Diuinâ vellet ea publicari, ob aliorum salutem, sit quasi contra eorum voluntatem. (*Prodantur inuiti*) dicebat D. Gregor. eo modo, vt ipsi de suo agant quod possunt, & quantum possunt, vt sub silentio tegantur. Et si Deus per suam voluntatem voluerit absolutè illa detegere & publicare, hoc erit, quod maximè conueniet.

D. AGATHON. *Epist. ad Augustos, habetur in 6. Synodo Gener. Marc. 7. 24.*

Ex hac doctrina declarauit postmodum D. Agathon Pontifex, D. Gregorij successor, verba quædam difficiliora ex D. Marco, qui ait: Ingrediens Iesus terram Tyri & Sidonis voluit latere, & non potuit. *Ingressus domum, neminem voluit scire, & non potuit latere.* Volebat Diuinam suam lucem abscondere, & minimè potuit: Quomodo verò hæc dici possunt de eo, qui omnia merâ & liberâ sua voluntate continet? Intellige ait, quòd loquitur de Christo, secundùm quod homo erat. *Latere voluit: quia tanquã homo, vt latere, quantum satis erat, fecit. Ingressus est enim domum, occultauit se, discipulis imposuit silentium.* Ad hoc tanquam Magister noster vult, vt opera sua planè Diuina silentio contegantur, licet in illis nullum subesset periculum, etsi sole clarius omnibus forent cognita: Ad instructionem nostram, vt si seruare velis opera tua bona (quibus tantum subest periculum,) si publicè sint facta, contende, quantum est in te omnibus modis, & syncerè, secretè ea peragere, vt non videantur, aut sciantur, committens Deo eorumdem manifestationem, qui in hoc sapienter prouidebit, quod magis viderit expedire, ad sui nominis gloriam, & aliquando reddet illa cognita & manifesta, magis syncerè & in rei veritate, quàm tu ea conaris abscondere, vt pereiantur.

IV. Quomodo Christus idem & noluerit & voluerit.

§. 14. *Superabis artes, quibus Pharao infernalis conatur perdere opera tua bona, si ea ab oculis hominum absondas, sicut Amram & Iochabed filium Moysen ab oculis Ægyptiorum.*

HVic proposito valdè quadrat consideratio Origen. circa historiam, quam Spiritus S. nobis refert de filiis Israel in Ægypto. Extremam molestiam & anxiam sollicitudinem inferebat superbo illi & tyranno Regi Pharaoni, videre Hebræos tam fœcundos in natis filiis, ipsique omnibus tam sanis & formâ venustis: timens, ne succrescentes intrà se & regnum suum insurgerent, & omnes interficerent; vt se huic periculo opponeret, cogit sapientes suos & concilium, quibus ait: Amici, parum solliciti viuimus, cum vita & libertas nostra magno subiaceat periculo: ecce enim aduenæ hi Israelitæ in tantum excrescunt numerum vt videtis, & quis ambigat, quin possent in nos & regnum nostrum insurgere, quocirca necessariò præcauendum huic damno, idq; valde subtiliter atque eo modo, vt priusquam conspirent in vnum & sumant arma, eos omnes deleamus: *Ecce populus filiorum Israel, multus & fortior nobis est, venite sapienter opprimamus eum.* Ad hoc primò, modum initur reperire, quo nec viri filios generent, nec mulieres concipiant: Hic autem fuit vt illos tam grauibus opprimeret laboribus, qui lassatos consumerent. In quem finem dicebat, quod statuisset eis nas ciuitates & eas valdè celebres ædificare, in quibus posset aulam suam Regalem constituere, & illi futuri sint, quibus incumbat prouidere & omnia materialia aduehere, lateres, cespites, calcem, & quidquid necessarium fuerit huic operi: & hoc innuit facer textus his verbis: *Omni se mulatu.* Atque ad hunc finem omnes conscribit, constituit operum præfectos, cuique assignat certum pensum tot laterum, quod eorum vires longè excederet, & si illud non explerent crudelissimè virgis illos ex vepribus, spinis sentibusque flagellabant.

Et ait Philo latè describens hanc historiam, quòd illos, qui se infirmitatis causâ excusabant, occiderent: Erant hi labores tam intolerabiles, vt eos adeò defatigarent, vt felices se æstimarent noctibus præ graui somno in terram decidere, quo medio videbatur, quod omnino obliuiscerentur & cessarent inordinati motus carnis, & ad filios procreandos fierent imbecilles. Insuper, narrat.

(narrat Spiritus S.) agebant vitam tristem, amaram, illos irridentibus Ægyptiis: *Ad amaritudinem ducebant vitam eorum, operibus duris luti & laterii, omnique famulatu, quo in terræ operibus premebantur.* Veruntamen non ex animo successit hoc consilium Pharaoni: *Non est consilium contra Dominum*; qui præclaro miraculo rem ita disposuit, quod exponit D. Augustus, quòd ipso eodem medio magis & magis filij Israel multiplicabantur, ita vt, quò amplius crescerent eorum labores, eo & illis magis augerentur filij. *Quantò opprimebant eos* (ait Spiritus S.) *tantò magis multiplicabatur & crescebant.* Cum verò hoc superbus ille aduerteret tyrannus, crudelitatem exorditur suo cordi propriam, hanc nempe, vocat obstetrices, quibus præcipit, vt quãdo parerent Israelitarum mulieres, eorum filios suffocarent. Nihil tam facile (teste Arist.) quam obstetrici suffocare puerulum recens natum, impediendo illi respirationem, vel permittendo vt proprio matris sanguine suffocetur, & hoc ita fit, vt in eo obstetrix non habeat, quòd multum sit sollicita. Sed nec illud Pharaoni feliciter successit consilium: adeo enim Deus diuino suo timore permouit obstetrices, vt Regi pro excusatione referrent, feminas Israelitarum a leo hac in re esse exercitatas, vt eas ob partus necessitatem non vocarent, & quando ipsæ accederent, filios iam inuenirent natos, & extra omne periculum incolumes.

II. Quid tum Rex ille impiissimus & immisericors? pro vltima resolutione mandat omnibus Ægyptijs, vt quos viderint ipsi Israelitarum pueros, raperẽt, Niloque flumine demergerent, qui est cursu rapidissimus: *Præcepit ergo Pharao omni populo suo, dicens; quidquid masculini sexus natum fuerit in flumen proijcite.* Ad quæ verba sic Rupertus Abbas ait: (*Tria scelera commisit Pharao, primum: quòd hoc intendit opprimendo filios Israel, quatenus voluptate generandi mortuâ, filij non procrearentur. Secundum: quòd obstetricum dolo agere nititur, vt nati paruuli clam interimerentur. Tertium: cum apertâ sæuiens persecutione præcepit omni populo suo, vt masculos in flumen proijcerent.*) Quærit Origenes, quid remedij in hoc casu superesset Israelitis? Respondet, nullum aliud, quam filios suos subtrahere oculis Ægyptiorum, cum euidens esset, quòd videri illos, & perire vnum quid esset, & hoc remedio sibi præsidio fuerunt parentes Moysi & Aaron scilicet Amram & Iochabed, vt filios suos incolumes conseruarent, & illum tantò magis elaborarunt abscondere, quantò viderunt eum elegantiorem & ita eum tribus mensibus occultarunt: quando verò viderunt non posse vlterius puerum celari, recluserunt eum mater in fiscella ex iuncis pice circumquaque illitâ, & eum defluxui fluminis commisit, eo modo vt puerulus non videretur. O Deus optime: & quæ hæc cura tanta abscondendi pulcherrimum filiolum, vt non appareat nec eum videant Ægyptij: ne mireris: sciunt enim tantum puerulo superesse vitæ, quantum quæ illum peperierat, eum illis abscondisset, ne eum viderent. Hæc est illa historia, (ait D. Gregor. Nazianz.) quæ licet in se sit admirabilis, tamen nobis ea est specialiter considerãda, spirituali sensu ad nostram instructionem.

Casus autem hic est, nihil vehementius torquet Pharaonem infernalem, quod quod videat Israelitas, id est, animas fideles, concipere & parere filios masculos id est opera pia & insignia in obsequium Dei, liberales eleemosynas, orationes feruentes, stricta ieiunia, pungentia cilicia, confessionem lachrymosam, Communionem deuotam: hæc enim filij sunt, qui ei bellum inferunt, & regnum eius euertunt. Filiabus se non opponit, quæ sunt opera tepentia carnis vestræ: quinimo ea potius exoptat, cænam opiparam, confabulationes de vita proximi, spectacula comœdiarum, ambulationes sub aëre, visitationes ob solam conuersationem: itaque admittitur primariò ne filios masculos concipiatis. Paulò ante diximus animam illis impræguari, quando concipis ieiunandi propositum, confitendi peccata tua, communicandi, dandi eleemosynam, & hoc est quod dixit Isaias de bonis animabus. *A facie tua Domine, concepimus.* Consistentes, Domine in conspectu tuo impræguatæ sumus & concepimus. Quoties positus ante Christum crucifixũ, & eum pro te mortuum considerans, ais: O Domine, quid ego pro te faciam, qui tanta pro me fecisti? dedisti sanguinem tuum pro me, dabo ego bona mea pro te: creasti me regno tuo in regem, volo igitur ad illud accedere per contemptum bonorum tam vilium, qualia sunt huius mundi. O Domine: quàm plus æquo est nudis tabulis me vti pro strato in pœnam meorum peccatorum, cum tu pro eis in cruce clauis, confixus pependeris. Corpus hoc disciplinis affligere me decet eum carnem tuam flagellis lacerari intueor.

Conatur autem diabolus, istorum filiorum impedire conceptus, detinendo te rebus nouis, auferendo tibi orationis quietem, in qua filij concipiuntur. Quid agit, vt te ab oratione retrahat? te detinet occupatũ luteo & paleis superbus ille Pharao, & conceptus ingerit ædificandi in

» terra, ea quæ sunt bonorum, honoris, ac deliciarum. Hoc ipse intendit, quando non valet » te in hoc perturbare; si quando videat te bonum » aliquod concepisse propositum, faciendi aliquod » opus pium, accurrit totis viribus adnitens, vt » quo momento, illud paris, & in lucem edis, præ» focetur, occludendo respirationem & spiritum. » Hoc esto, prægnans, bonam tibi molitur auferre intentionem, vel eam detorquere, vt enim » iam diximus, spiritus boni operis, quem Deus » quærit, est intentio, voluntas, & actus cordis vestri; Contendit ipse extinguere feruorem & vi» uacitatem intentionis, vt cum boni operis corpus illud in lucem prodierit, sit sine spiritu, sine » desiderio placendi Deo, nec gratum diuinis eius » oculis. O Deus me custodiat; & in quot ho» minibus producit hunc effectum? qui opera bo» na pariunt, sed sunt velut mortua sine spiritu » feruoris, quo Deo illa offerant, supplicantes, vt » ea in sui honorem acceptet, & in remissionem » admittat peccatorum, & animæ suæ beneficium; » opera faciunt & pariunt, sine feruore, sine spiri» tu, & sunt vt sine anima corpus, opus exanime. » Quando nec in ipso aliquid efficere prævalet Sa» tanas, sed videt animam tuam in partu robu» stiorem progredientem bonis desideriis, ea in lu» cem perfectè producendo: dando huic eleemo» synam, alteri sanum consilium: eum humilita» te prostratum te ad pedes Confessarij, & post» modum summâ deuotione ad altare, recipiendo » sacram Synaxim: illud modò præuendit, vt illa » exponas & perdas in oculis Ægypti, id est mun» di, illa faciens vt ab vno bonus videaris, & te ex» tollat alius, & te magnificiat alter, & te videat » vt misericordem, pium, Deo deuotum. Caue tibi » ab hoc, quòd si hoc egeris (ait Origines) pura » tibique persuade quòd filios istos exposueris, vt » eos in præterfluentem deiiciant; quòd eos laus » & hominum æstimatio sustollat, & sic pereant.

ORIGEN. » *Denique refert scriptura, quòd de tribu Leui,* » *quadam genuit masculum, & videns infantem es-* » *se elegantem, occultauit eum mensibus tribus. Vide* » *si non propterea nobis præcipitur, ne bonos actus in* » *publico geramus, ne iustitiam nostram coram ho-* » *minibus faciamus, sed vt clauso ostio oremus Pa-* » *trem in occulto & quod facis dextera nostra, ne-* » *sciat sinistra. Nisi enim in occulto fuerit abripietur* » *ab Ægyptiis, inuadetur, in flumen iactabitur, vn-* » *dis & fluctibus submergetur. Ergo si facio eleemosy-* » *nam, quia opus Dei est, masculum genero, sed si ita* » *faciam, vt hominibus innotescat, & ab hominibus* » *lauder, quasi non eam occulturo, rapta est ab* » *Ægyptiis & eleemosyna mea, & in flumen demer-* » *sa est, & tanto labore & tanto studio Ægyptiis* » *masculum genui. Propterea ô vos populus Dei, qui* » *hæc auditis, nolite putare, veterum vobis fabulas* » *recitari, sed doceri vos per hæc vt agnoscatis ordi-* » *nem vitæ, instituta morum, fidei virtutisque cer-* » *tamina.* Et non leuiter prætereas in hac historia » duo quæ singulari curâ nobis repræsentat Spiritus S. Primum, quòd tantò plus sollicitudinis habuerit mater Moysi sollicita esset & anxia, vt filiolum » suum oculis hominum occultaret, quantò vidit » eum esse elegantiorem. *Videns eum elegantem ab-* » *scondit tribus mensibus.* Iam præterlapsi erant di- » cem anni, quibus Pharao edictum tam immane » promulgarat, vt omnes filiorum Israel pueruli» vndis Nili demergerentur. *a* In illis peperit Aaro- » nem, & vt eum indemnem conseruaret, certo » credendum est, quod eum in partu absconderit; » verum maiorem habuit curam Moysi: quia eum » conspexit formosiorem. Et credunt *b* D. August. » *c* & Rupert. *d* & affirmat Iosephus *e* & D. Ste- » phanus indicauit, patrem eius habuisse reuelatio» nem, filium illum fore populi sui liberatorem. » Secundum: filium illum, cui mater, quæ eum » peperit absconderido plùs insudabat: eum fuisse, » quem Deus lucidiùs exposuit oculis Pharaonis, » populi sui & totius Regni. Rem etenim ita dis» posuit, vt Princeps filia Pharaonis Moysen in» ueniret, reuelaret, & ad patrem deferret, in cuius » palatio educaretur: ipsomet Rege superponente » capiti eius diadema suum, quod puerulus detra» hens in terram deiecit, pedibus substrauit, & » contriuit, ita Iosephus.

Quàm sunt hæc diuina mysteria, ait Origen. quæ te docent, quid tibi sit agendum, pariter & credendum. Primum. Quòd si magna cura tibi » sit inuigilandum, vt opera tua pia & mascula » hominum oculis abscondas, Illud tibi tantò ma- » iori studio conandum, quantò hæc fuerint præ» clariora: hæc enim euidentiori periculo subra» cent submersionis visa ab hominibus, te eorum » laudibus adhærente. & de iis exultante. Quantò » liberalior fuerit eleemosyna, & quantò strictior » pœnitentia, & durius cilicium, & disciplina san» guine profusior, tantò maiori studio tibi con» tendum, vt ea hominum conspectui subtrahat. » Hoc enim est, sicut diximus, quod Christus » egit in stupendis illis operibus, illuminatione » cœcorum, & præcipuè orationibus suis, quibus » elegit loca semota & noctis secreta. Sed partic» lariter, quando gloriæ suæ facere voluit osten» sionem, in illa tam mysteriosa sui corporis trans» figuratione, quâ summopere discipulis suis pro» hibuit ne publicarent. Verùm enim vero secundò

» cipe, quod quantò diligentius hoc egeris tantò Deus amplius in se suscipiet illa detegere, &
» oculis præcipuorum huius mundi exponere, summa cum vestra gloria, efficiendo, vt ipsimet potentissimi coronam capiti vestro imponant, &
» summis te præconiis extollant: hoc est enim
Isa. 58. 6. » quod (teste Origen.) prædixit Dauid: *Et educet quasi lumen iustitiam tuam, & iudicium tuum tanquam meridiem.* Pensandum est verbum illud. *Educet*; videtur enim creationi lucis alludere, quam, dixit D. Paul. Deum de tenebris produxisse. *Deus qui dixit de tenebris lucem splendescere.* Eodem planè modo educet in conspectu totius mundi lucem tuorum bonorum operum,
» quæ in ipsis profundissimæ noctis tenebris patrasti, & ea quæ operatus es inter obscurissimas
» vmbras, in lucem meridianam producet spectanda, te nesciente quomodo, aut quâ ratione: de quibus alias egimus perlatè explicantes diuersa loca S. Scripturæ, & historias sanctorum
Tract. 142 vsque 151. » notatu dignissimas. Hoc autem nota, fortissimum & magnanimum hunc Moysen non admisisse laudes has, nec gloriam sibi à Pharaone
» oblatam, superponente eo capiti eius regium
» diadema, è contra verò pedibus suis substrauisse: hoc enim tibi agendum de præclarissimis tui
» laudibus, quibus te mundus excipiet, substerne illas pedibus tuis, protere, conculca: quære autem & opta, vt honor ille Deo cuius est omne
» bonum, deferatur.

§. 15. *Bona opera à præstigiatoribus liberabuntur, si oculos vestros in Deum fixeritis, componentes structuram, quam Deus statuit candelabri luminum, & Altaris aromatum.*

30 EXplico vobis secundum documentum. Non prohibet vobis Christus opera vestra bona agere in oculis hominum, sed agere illa, pro ipsis prætendendo, vt ipsi vos videant, & attendant vt tu sis eorum scopus, vt te laudent, & bonum habeant, hoc enim dicit: *Ne videaris.* Videant opera vestra, sed tu ne propter illa videaris, sed Deus ipse ob ea extollatur, & glorificetur, & quia ea vident, fiant bene ædificati, & feruenter excitati, vt similia ad Dei gloriam exequantur. Hoc est, *videant opera vestra bona & glorificent.* non vos sed Deum, *Patrem vestrum* &c. Et vt vno verbo dixerimus, non dixit vobis, vt non exponatis opera vestra bona hominum oculis, sed vt illa exponendo, simul oculos vestros in Deum dirigatis, non expetendo vestram laudem, & æstimationem bonam, sed Dei gloriam, alios que permouere, vt Deum glorificent, & vestrum sequantur bonum exemplum.

Præcepit Deus, vt summo sacerdoti fierent vestes pretiosissimæ opere plumario summo labore, lapidibus maximi pretij interextis, qui hinc inde lumen, fulgoremque dispergerent, quibus sic indutus prodiret in publicum, ostentans, & totius populi oculis vestes has præclarissimas obiiciens, volùitque Deus, vt omnes oculos suos in eas dirigerent, earumque pulchritudine oblectarentur. Idcirco vocavit Spiritus S. hunc vestium ornatum, *Desideria oculorum.* De quo particulariter scribit D. Hieron. *Eccl. 45. 14. Epist. 128. ad Fabiol.*

Verumtamen voluit Deus, vt sacerdos præter hunc ornatum, gestaret in fronte laminam auream ante oculos, in qua sculptum erat ineffabile Dei nomen: quasi quis dicat. Exponat Pontifex magnificas vestes suas oculis totius populi, & cuncti suos in illas defigant, Pontifex vero suos in solùm Dei nomen. Hoc agere conuenit viro sancto, viro in vera pietate bene instructo & fundato, Apostolicæ vitæ imitatori. Apostolis enim ait Christus, vt vestibus induantur pretiosis, fulgentibus, vestibus lucis, & eas omnium oculis exponant; *Sic luceat lux vestra* &c. Illi vero suos in solum Dei nomen dirigant. Plus æquo est Episcopum dare eleëmosynam in conspectu totius populi, & omnes Magnates & nobiles accedere ad confessionem, ad sacram Synaxim, visitare nosocomia Et vos videant, ô Domini, famuli vestri Ecclesias frequentantes, obeuntes vestras stationes. Vos quoque videant ô Dominæ, filiæ vestræ, pedissequæ & ancillæ intrantes oratorium, multum temporis contemplationi rerum Diuinarum impendentes; oculos suos in vos collimant; vos verò non in ipsos, sed in solum Deum, his optantes solam eius famulatum; sicque nullum damnum sed magnum vobis lucrum proueniet. Tàm est difficilis quàm admirabilis philosophiæ doctrina, sententia quædam prolata à Spiritu S. per os Salomonis: *Fascinatio nugacitatis obscurat bona.* Quæ meo iudicio, sic sonat. Fascinatio vana obscurat, & bonorum consumit pulchritudinem, obtrubilat, & obumbrat. *Sap. 4. 12. 11.*

Conueniunt omnes Philosophi, insuper & viri sanctitate præclari, (vt alias notauimus) ipsa ingenti oculos quosdam, qui solò visu fascinant, non præstigiis, seu magicis artibus, sed vi quâdam naturali. Quosdam est inuenire

I. Superiori, incumbit aliis prælucere.

Quid sit oculorum fascinatio. *Tract. 2. num. 31.*

Hom. 11. de iniidia.

(teste Basil.) tam peruersi qualitatibus infectos, vt etiam oculis suis eas eiiciant, & per illos exeant, velut per quosdam canales, solo visu fascinent, & corrumpant ea, quæ sunt tenera ac delicata. Videbis puerulum venustate gratissimum, solem dixeris tibi admirationi, alacrem, festiuum, lubundum, ipse totus tibi arridet; pauco interlapso tempore, contueris eum languentem, decolorem, tristem, capite inclinatum, emorientem, qui solis ossibus hæreat; vt nescias quomodo, vel vnde hoc illi aduenerit: quereris: fascinauerunt puerulum, præstigium quoddam malũ obscurauit eius pulchritudinem vigoremque consumpsit. Quomodo credis fieri hoc præstigium? Dicunt naturalistæ fieri concursu & occursu oculorum amborum; quando ambo se mutuo aspiciunt, fascinator puerulum, & puerulus fascinatorem. Quod si solus fascinator aspiciat infantulum, non verò ipsum infantulus, è contra autem defigat oculos in patrem, vel nutricem, nihil ei nocere possunt fascinatoris oculi. Præcellens philosophia, & magnum hoc est secretũ in operibus naturalibus, & maius quoddam in virtutum operibus. Hominum oculos bene dixeris similes esse oculis fascinatoris, qui visu rapiunt bona opera, ea deperdunt, & ita denudant, vt solis ossibus hæreant, sic vt ex illis nihil reliqui maneat, quam quædam exterior figura & ornatus. Hoc verò fit quando est occursus oculorum; & hi qui ea opera faciunt, homines intuentur, desiderantes vt ipsi eos etiam intueantur, & homines reipsâ eos intuentur. Sic contigit infaustis Pharisæis hypocritis; exercebant magna & multa virtutum opera, ieiunia, eleëmosynas, orationes, sed fascinabantur, & obfuscabantur, & perdebantur; solâ ipsis remanente exteriori figurâ & decore. Fiebat enim oculorum & visus occursus, quo ipsi homines intuebantur eâ intentione, vt ab ipsis viciſsim viderentur, & laudibus extollerentur, & eâdem intentione alij eos intuebantur, laudibusque extollebant. *Omnia sua faciunt, vt videantur ab hominibus.*

III. Oculus hominis fascinat opera bona.

Mat. 23. 5.

IV. Illum declinans Dei oculos intuere.

Quando volebant dare eleëmosynam tubâ canebant, vt alij oculos suos in eos deflecterent, & nihil ipsi aliud quærebant, quam alios intueri. Vt orarent, vicos & angulos captabant platearum, in conspectu omnium qui illac transibant. Infelices! talia enim opera præstigiis inficiebantur, & fascinatio vana, quâ omnia in vanã laudem euanescebant, hæc enim consumebat & exedebat eorum valorem, ipsi quoque cum operibus suis incapaces permanebant omnis iuris ad aliud quodcumque præmium, quàm id, quod ex vana laude recipiebant. *Tu autem*, ait Christus, *cum ieiunas*, quod tibi præstandum est, hoc sit, fuge occursum oculorum, te videant homines, tu ne conspexeris illos, vt ab illis videaris. Defigant ipsi oculos suos in opera tua, tu autem tuos sursum dirige in Patrem cælestem, *Ne videaris hominibus ieiunans sed Patri tuo.* Si largitis eleëmosynam, ad Deum oculos tuos conuerte, eumque in paupere considera, sit illa tua intentio, eam ipsi Deo & ob eius amorem elargiri. Si ieiunes, sit ita, dirigendo cogitatum tuum in eum, intendens carnem tuam mortificare, vt illi veliori modò deseruias. Si confitearis peccata tua, si reuerendo Christi corpore pascaris, si Sacro interſis, si stationes obambules: hæc ita fiant vt primùm oculos tuos sursum dirigas ad Patrem tuum cælestem, optans ei seruire, & desiderans, vt in hoc opere glorificetur. Hoc est secundùm litteram, quod Dominus nobis voluit dicere verbis illis, quæ paulo ante ponderanda habebamus: *Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum qui in cælis est.* Opinatus est Venerabilis Beda, Christum voluisse tangere, id quod Deus antiquitus disposuerat circa fabricam candelabri luminum & altaris aromatum; quæ Moysi præcepit fieri in mysterioso illo Tabernaculo. Fac tibi, inbet Deus, tabernaculum de pulcherrimis cortinis, quas tibulæ ex lignis setin id est incorruptibilibus connectant. Habeat hoc tabernaculum in prima & principali parte quadrangulum speciosum optimè compositum, quod sit quasi locus meæ habitationis, quocirca in ipso statues Arcam, scabellum pedibus meis cum propitiatorio, quod duo sustineant Cherubim, quasi sedem quietis meæ, in qua assistam ego vt Deus, Rex & Dominus vester. Partem hanc cooperies velo pretioso ex Hyacintho, purpura, bysso &c. & vocabitur *Sancta Sanctorum.* Quò nemini licitum erit ingredi, nisi soli Pontifici semel in anno, vt pro totius populi peccatis precator intercedat. Immediatè ante hæc exstruies secundam partem, quæ vocetur *Sancta*: quam soli sacerdotes intrare poterunt, hic duo pones Primum candelabrum totum ex auro ductile, habens septem calamos modò prosus singulari elaboratos: *Facies & lucernas septem & pones eas super candelabrum*, quæ semper lucebunt ante *Sancta Sanctorum.* Quasi coram me & præcipies filiis Israel, vt in nutrimentum ignis adferant tibi oleum purissimum, non de lino, vel nucibus, vel cetis, sed de arboribus oliuarum: *Afferant oleum de arboribus olivarum purissimum,*

Exod. 25. 26.

» *vt ardeat lucerna.* Ardebunt verò semper hæ
» lampades, claram continuò lucem emittentes à
» mane vsque ad vesperam, & à vespera vsque in
» manè. Iuxta candelabrum hoc, quod lucebit an-
» te Arcam, & consequenter coram me colloca-
» bis altare incensi & aromatum, in quo mihi
» offeres aromata Thymiamatis composita ex di-
» uersis suave olentibus aromatum speciebus.

V. Aromatū altare descriptio & candelabrum. Exod. 37.

» Altare hoc primò debet fieri ex ligno incor-
» ruptibili, *De lignis Setin*; Secundò habere cu-
» bitum longitudinis, & alterum latitudinis, sic vt
» sit quadrangulum. Tertiò pones in angulis py-
» ramides ex auro, rectas, vt flammæ ignis, & vi-
» deantur quasi volitare & sursum ferri: hoc signi-
» ficat: *Ex ipso procedent cornua* Vt probat Lipo-
» ma. Vltimò circumdabis ei coronam ex auro,
» instar aureolæ, qua victores coronantur: *Facies*
» *& coronam aureolam per circuitum.* Hic, ait
» Deus, offerantur mihi aromata bene olentia, &
» quæ nemini alteri possunt incendi, sub pœna ca-
» pitis. *Homo quicumque fecerit simile, vt odore il-*
» *lius perfruatur, peribit de populis suis.* Hoc erat ex
» officiis præcipuis sacerdotum, ingredi locum il-
» lum dictum *Sancta*: & semper manè odoriferum
» incensum offerre Deo, itidem & vesperi. Et hoc
» ipsum fuit, quod intendebat Zacharias Pater
» Ioannis Baptistæ quando intranti hunc locum,
» vt fungeretur hoc officio: *Apparuit ei Gabriel*
» *Angelus, stans à dextris altaris incensi*: vt narrat
» D. Luc. candelabrum hoc, & altare. (sic vult
» Deus) sint simul coram me & hoc agendum est,
» vt ad vesperam intrent Aaron & filij eius sacer-
» dotes, vt componant lucernas, infundant oleum,
» & emungant eas vt clarè tota nocte luceant; &
» idem præstabunt ad ortum solis, vt toto die ful-
» geant. sit vero eo modo, quod componentes lu-
» cernas vt luceant, pariter incensum & thymiama
» ponant in altari incensi, vt vapor & odor fra-
» grantiæ ascendat coram me. *Et adolebit incensum*
» *Aaron suave fragrans manè, quando componet lu-*
» *cernas, accendet illud. & quando collocabit eas ad*
» *vesperam, vret thymiama sempiternum coram Do-*
» *mino in generationes vestras.* Aduertit Diu. Au-
» gustinus quod alia littera habet: *Et incendet super*
» *illud incensum continuationis*: Quibus verbis si-
» gnificare Dominus intendit, illius actus conti-
» nuationem, & credo quod itidem voluerit de-
» clarare quòd ita simul deberent adesse candelabri
» lampades, & suave fragrans incensum coram
» Deo, vt quasi essent inuicem continua. Insuper id
» aduertit antiquus & celebris Philo, quod in tota
» illa fabrica altarium & sacrificiorum, hoc quod
» pro primo locabatur fundamento, fuerit adolere
incensum & aromata bene olentia coram Deo:
Non est fas immolare foris, hoc est in altaribus
holocaustorum & sacrificiorum, quæ erant ex-
tra secundam hanc partem tabernaculi: *Prinf-*
quam intus à summo neome factus fit fustitus.

Quis hæc suprema mysteria non admiretur,
& quam sunt omnia nostro themati marime
conuenientia? Candelabrum hoc hominem Chri-
stianum designat, Dei misericordia in taberna-
culo Ecclesiæ suæ constitutum: Totum ex au-
ro, ob fidei puritatem, cuius symbolum est au-
rum purificatum, purum & defæcatum seu im-
permixtum: & ob hanc rationem septem illi
Episcopi (teste Rupert.) quos Deus D. Ioanni
Euangelistæ ostendit, visi sunt sub schemate se-
ptem candelabrorum aureorum, ob fidei purita-
tem: Et ob eandem rationem Hiere Prophe-
ta, (vt notat D. Gregor.) vt exponeret, quo-
modo Synagogæ fides paulatim deficeret, vsus
est hâc metaphora: *Quomodo obscuratum est*
aurum. Est autem candelabrum ductile malleo-
rum ictibus formatum: non enim credat vir,
Christianus sibi solam fidem sufficere, sed quòd
insuper expoliri & elaborari debeat pœnitentiis,
molestiis, mortificationibus, & persecutionibus,
iuxta id quod ait D. Paul. *Omnes qui piè volunt*
viuere in Christo Iesu, persecutionem patientur.
Vt luceat, à Christo collocatur in Ecclesia, & vt
operibus sanctis resplendeat, quæ lucis opera di-
cuntur: *Collocabunt illud Aaron, filij eius, vt lu-*
ceat coram Domino. Tales hi erant, quibuscum
loquebatur. D. Paul. *Lucetis sicut luminaria in*
mundo: & ad hoc nos exhortatur: *Nox præcessit,*
dies autem appropinquauit, abijciamus ergo opera
tenebrarum & induamur arma lucis. Nox præ-
cessit, in qua cum infidelitatis tenebris omnia
nostra opera, opera erant tenebrarum: illuxit
iam lucis Euangelicæ dies: sicut autem in noctis
obscuro, cuncta nostra opera tenebrosa erant,
ita sint in hac die lucis, fulgentia, lucida, clara.
Sint autem numero septem, secundum virtutum
septenarium: quarum tres sunt Theologicæ, &
quatuor Cardinales: vel significant opera om-
nis generis virtutum: septenarius enim nume-
rus, teste D. Greg. in S. Scriptura quandam de-
signat vniuersitatem.

VI. Candelabrum significat Christianum.

Lib. 18. moral. c. 20. & 2. Pastor. monit. 7. Thren. 4. 1. 2. ad Tim. 3. 12. Ad Philip. 2. 15. Ad Rom. 13. 12.

Quocirca relucendum tibi est omni genere
virtutum; pius sis oportet & religiosus respectu
Dei: per orationem ad illum recurrens, & hu-
miles effundens querimonias: fidelis, eius san-
ctam fidem confitendo, patiens, molestias quas li-
bet perferendo, quas tibi immittit; gratus,
recognoscendo eius beneficia, quæ ex diuina

» eius manu suscipis. Sis iustus respectu proximi, cuique quod suum est, dando; misericors pauperibus afflictis consolator necessitate oppressis » eleemosynarius. Tui respectu sis compositus, » pœnitens, corpus tuum mortificando, & domando appetitus inordinatos, ieiuniis, pœnitentiâ, vnô verbô totum dixero: id age ad quod te monet D. Paul. *In omni opere bono fructificantes.* Luminaria hæc nutriri debent oleô charitatis: per illud enim bene charitas intelligitur: vt enim cæteris liquoribus oleum supernatat, sic cæteris virtutibus charitas. Audi sic docentem Apostolum D. Paul. *Nunc autem manent fides, spes, charitas, tria hæc: maior autem horum est charitas.* Et iterum: *Super omnia autem charitatem habete, quod est vinculum perfectionis.*

Ad Coloss. 1, 10.

1. ad Cor. 13. 13.

Ad Coloss. 3. 14.

» Est autem hæc necessaria: sine illa enim, licet » eminentissima in sua specie exerceas opera, & » ad multa vobis sint vtilia, nullum tamen eorum » ad æternæ gloriæ meritum, valere potest, vt » prosequitur idem D. Paul. solemni illâ induc- » tione. *Si linguis hominum loquar & Angelorum, charitatem autem non habeam &c. si habuero fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habeam, &c. si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas &c. si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem non habuero &c. nihil sum.* Attende, quàm bene Deus » candelabri fabricam componat; verumtamen » scito, mentem eius esse vt candelabrum ad latus » statuatur, & sit ei quasi contiguum altare Thymiamatis, quod Deum versus ascendit: hoc in- » de disce, vt peragens opera tua lucis, odorem » bonum, & eorum suaue fragrantiam Deum ver- » sus & cælum remittas, eiusdem tantummodò » gloriam, non tuam affectando: sit cor tuum altare » ex talibus conditionibus, quæ huic correspon- » deant.

1. ad Cor. 13. 1.

VII. Altera cor hominis denotat.

Primo ex ligno incorruptibili, affectus car- » nales edomando iuxta D. Petri consilium. *Vt per » hæc efficiamini Diuinæ consortes naturæ, fugientes » eius, quæ in mundo est concupiscentia corruptionem.* » Erige in eo pyramides, quæ sic vocantur, ex » figura & similitudine flammarum ignis, ex Græ- » co nomine πῦρ ignis: hoc est ex corde vestro » ferantur sursum affectus, & in altum volitent, » instar flammæ ignis, monente nos D. Paulo: » *Quæ sursum sunt quærite, non quæ super terram.* » Sursum mittantur affectus vestri, solam Dei » gloriam spectantes, & eius oculis studentes com- » placere. *Ne videaris hominibus ieiunans sed Patri tuo qui in cælis est.* Sic Christus tibi consulit. Sit »

2. Pet. 1. 4.

Ad Coloss. 3. 1.

altare illud quadrangulum, in signum constantiæ & stabilitatis, quod sic V. Beda exponit: » sint semper oculi vestri defixi in Deum, quando » opera vestra bona facitis, nec eos vnquam in ho- » mines deflectatis: vt possit de vobis dici id quod » Spiritu S. commendat in illa Sancta muliere » Anna Samuelis Prophetæ matre: *Vultus illius non sunt amplius in diuersa mutati.* Hinc ascendat fumus suauissimus vestrorum bonorum: quæ » velut aromata ex diuersis virtutibus composita » ignis ille charitatis ad Deum mittat protestari: » *Non nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam.* »

1. Reg. 1. 18.

Psal. 113. b.

Ex hoc altari procedit corona seu aureola: » sola enim illa coronabuntur in cælo opera, quæ » eo modo sunt facta; quare deficiente hac con- » ditione, Pharisæorum opera, licet in suo gene- » re, & in se bona; hac tamen coronâ seu præmiô » priuabuntur, quia eorum lauream ab hominibus » receperunt, teste Christo: *Receperunt mercedem suam;* & licet candelabra essent, quæ exterius lucebant, operibus in specie sua sanctis, altare tamen thymiamatis & suaue olentium aromatum » non exerunt, Deo opera ista non retulerunt. Et » hoc (docet V. Beda) oportet sit vestrum exer- » citium quotidianum: cum candelabrum sis au- » reum ob puritatem fidei, & credis bonorum » operum retributionem; omni mane composito » lucernas tuarum potentiarum & sensuum, emun- » ge illas, vt clarè fulgeant, intellectum tuum » actibus fidei, voluntatem tuam affectibus amo- » ris, manus tuas eleemosynis, orationibus & di- » uinis laudibus os tuum, gressibus sanctis ad ho- » spitalia & stationes pedes tuos: Patrem lumi- » num deprecare, vt tibi lumen suum concedat, vt » ipse alios quoque bono tuo exemplo valeas illu- » strare: oratio tua sit illa Dauidis. *Tu illuminas lucernam meam Domine Deus meus, illumina tenebras meas.* Domine mi, Pater es luminum: » sine te lux boni operis non fulget, si tu Domine » lucernas, potentias animæ meæ tuæ claritatis » lumine non accenderis. Hanc mihi præsta gra- » tiam, vt omnes potentiarum mearum lucernæ » bonis operibus eluceant. Faueto mihi, vt ore » confitear tuam solam fidem, & peccata mea: au- » ribus diuinam doctrinam & laudem: manibus » adiuuem in necessitate pressos: pedibus curram » in satisfactionem peccatorum. Easdem lucernas » præparato ad vesperam stricto conscientiæ exa- » mine, Deo gratias agens, pro eo, quod egisti, » bono, si quid egisti, & pro delictis veniam de- » precans. Cum sis igitur tot lucernarum can- » delabrum, quot tibi potentias & sensus Deus est » largitus

Psal. 17. 29.

» largitus ad bene operandum, lucero, homines
» fugiendo. *Luceat lux vestra coram hominibus, vt*
» *videant opera vestra bona.*

» Cum autem altare aromatum erexeris, id est,
» cor tuum, pariter primò omnium, offert Deo o-
» perum tuorum suaue fragrans thymiama, vt sint
» in eius honorem, hæc tua sit mens, & exemplò
» tuò cæteri Deo seruiant, eiusque nomen glorifi-
» ceut. *Vt videntes opera vestra bona glorificent Pa-*
» *trem vestrum qui in cælis est.* Conuenit Magistro
» discipulus & D. Paul. Christo: dum sic monet
» *Sive ergo manducatis, sive bibitis, sive aliud quid*
» *facitis, omnia in gloriam Dei facite.* Et hoc idem
» tibi incumbit, in quolibet sacrificio, quod Deo
» conferas, siue pœnitentiæ pro peccatis tuis, siue
» orationum, Confessionis, Communionis, siue
» eleëmosynarum antequam illa offeras, pro fun-
» damento sacrificium facito incensi & aroma-
» tum, sanctâ tuâ intentione remittendo, quidquid
» sis arcturus, in summi Dei honorem, velut cui
» primariò & principaliter optas complacere, ser-
» uire & gratulari.

§. 16. *Imaginare te adstare conspectui Dei, quando ieunas, & in eum tuos defige oculos cum Dauide, & vt sancta Ezechielis animalia.*

SI autem scire desideres, quomodo hæc pos-
sis in praxim redigere, accipe doctrinam
D. Chrysost. quam dedimus *a.* & consulit
D. Bern. *b.* quando bonum aliquod opus aggre-
deris: imaginare tibi excelsum quendam thro-
num, in quo tibi proponas Deum sedentem to-
ta cælesti curia circumcinctum, te verò in con-
spectu diuinæ Maiestatis & clesitudinis adstan-
tem, eò planè modò, quò dicit D. Paul. adhi-
tisse Moysen: *Qui inuisibilem, tanquam videns*
sustinuit. Recogita, Deum cum toto suo cælo te
spectantem. Hoc est agere id, quod dicit Spiri-
tus S. de iusto: *Qui in sensu cogitabit circum-*
spectionem Dei. Qui sibi imaginabitur, se adesse
conspectui Dei, qui intueatur attentè & cir-
cumquaque id omne, quod operaris.

Notatu dignum est verbum hoc; *Circumspe-*
ctionem: declarat enim, Deum non simpliciter
seu perfunctoriè opus intueri, sed videre, ite-
rumque videre, ex omni parte circumspicere, eius
radicem, principium, medium & finem, & hoc
est, circumspicere; quod bene dixit D. Aug. *Tu*
es enim spirituum ponderator, & vtrum radix
dulcis sit, an amara, de qua foris pulchra folia e-
mittantur. Tu iudex interius melius ipse nosti &
etiam medullas radicum subtilius perscrutaris, &
non solùm intentionem; sed radicis eius medullam
intimam dissertissimâ tua lucis veritate colligis nu-
meras, intueris, & consignas, vt reddas vnicuique
non solummodo secundùm opera, vel intentionem,
sed etiam secundùm interiorem absconditam me-
dullam radicis, de qua procedit intentio operantis.

Magni sunt hæ ponderis verba: Imaginare
tibi in sensu tuo Deum residentem, illò modò
perscrutantem opera tua, cor tuum, intentionem
tuam, *Medullas radicum intimas* &c. *In omnibus*
quæ agis (docet te D. Bernard.) *Deum esse præsen-* D. Bern.
tem cognosce. Et considera supremam tantamque
Maiestatem, profundâ humilitate offerto illud,
quod agere intendis, vilem tuam paupertatem
agnoscens, & quam nihil sis, ei referens gratias
infinitas, quod sibi placuerit obsequium susci-
pere tam abiectæ creaturæ, & vermis proiectis-
simi, idque in rebus, quæ illi tam parum con-
ducunt.

Hoc autem agebat Dauid, homo secundum
cor Dei: *Providebam Dominum in conspectu meo* Ps. 15. 8.
semper. Hæc mihi erat perpetua sollicitudo, sem-
per mihi ante oculos Deum considerare præsen-
tem. Aduerte cum D. Basil. illud *semper*, quod
bene capietur, ex declaratione alicuius difficul-
tatis circa mysteriosa illa animalia, quæ Deus
ostendit Ezechieli, nobis in his verissimum in-
dicans symbolum suorum sanctorum. Dicit de
illis primò Propheta: *Vbi erat impetus spiritus il-*
luc gradiebantur, nec reuertebantur cum ambula-
rent. Et duabus lineis infra, statim dicit: *Ani-*
malia ibant & reuertebantur in similitudinem
fulguris coruscantis. Opponit D. Gregor. subsistle
paulisper, ô prophetа, videtur quod cum vix
rem vnam dixeris, statim illam recantes. Si di-
cis: ibant & non reuertebantur, quomodo sta-
tim adiungis: ibant & reuertebantur. *Valde sibi*
hæc videntur esse contraria: ibant & non reuerte-
bantur, & ibant & reuertebantur.

Visa fuit aliquibus tanta hæc difficultas, ut
referente D. Hieron. opinati sint & voluerint se-
cundam hanc sententiam eradendam, cùm tam
contraria priori videatur, dixeruntque Septua-
ginta Interpretes eam ex proprio cerebro addi-
disse. Non potest hoc dici, replicat D. Hieron.
nec tale responsum admitti: quia iuxta illud,
multas deberemus ex sacro textu expungere sen-
tentias, quæ sibi videntur contrariæ. Videto
idipsum in Prouerbiis quòd duas simul ponat
sententias: Primam: *Ne respondeas stulto iuxta* Prou. 26.
stultitiam suam, ne efficiaris ei similis. Secundam: 4. 5.

I. Locus Ezechielis difficilis explicatur.

In c. 1. Ezechiel. To. 6.

Hieron. Bapt. de Lanuza, Tom. I.

a. Ep. 28. ad Rustic. a Trall. 2. p. f. 12.
b. In medit. c. 6. & ad fin.
Ad Hebr. 11. 27. Eccl. 14. 22.
D. Aug. Tom. 9. de Trinit. lib. 4. cap. 14.

Responde stulto iuxta stultitiam suam, ne sibi sapiens esse videatur. An non tibi videntur hæ duæ sententiæ ex diametro esse contrariæ? Verbis verè sunt; in sensu verò minimè: earum enim auctor est Spiritus sanctus qui cum semper proloquatur veritatem, sibi contradicere non potest, & in hoc quòd sibi contrariæ esse videntur, diuina continent documenta, quæ modò non vacat declarare.

Quâ igitur ratione duas has facies conuenire sententias? *Ibant & non reuertebantur; ibant & reuertebantur.* Ego tibi explanabo, ait D. Hier. Hoc intellige de capitibus eorum ac faciebus: quando dicit non reuertebantur: quia progredi vertendo caput, signum est leuitatis; quando verò ait, *ibant & reuertebantur*, hic sensus sit de eorum corporibus, reipsâ enim ibant & reuertebantur corporibus suis, modò ante, modò retro, vbi, & quomodo eos impetus spiritus propellebat. Hoc indicare voluit ipsemet Prophèta his verbis: *Vnumquoque eorum, coram facie sua ambulabat.* Expositio est hæc literalis, quæ D. Theodoreto visa est legitima, & nostro optimè conducit intento.

Ezec. 1. Ezechiel.

Ezec. 1. Ezechiel hom. 5. circ. fin.

II. Deus semper habendus est præ oculis.

Negari non potest (asserente D. Gregor.) viros sanctos debere coram facie Dei ambulare operibus pietatis & cultus diuini, orationibus, confessionibus, communionibus, stationibus & actibus religiosis. Itidem ipsis esse necessarium reuerti ad proximum eleëmosynis in pauperes, captiuos, xenodochia, viduam nudam clamyde, algentem veste; & etiam ad se ipsos, vt carnem subiiciant rationi, ieiuniis, disciplinis & actibus mortificationis, prout Spiritus sanctus illos suo impulsu monet interiùs, & præceptis Dei, ac S. Eccleſi exteriùs. Verumtamen totum faciant, oculos suos semper in Deum habentes defixos; nec caput, nec oculi retro vertantur, ne id contingat (terrente nos D. Hieron.) quod gratiæ Dei expers passa est vxor Lot, quæ montem sursum ascendens festino gradu, vt incendio Sodomorum incolumis eriperetur, seque ibidem saluam tutamque seruaret, oculos tamen retro deflexit, profanam intuita ciuitatem, quo aspectu omnes eius passus fuerunt irriti. O magnum infortunium, gressus figere salutionis sursum ad montem, & oculos retro Sodomam versus reflectere? Sic agunt stolidi & malesuadi Christiani, gressus cælum versus dirigentes ieiuniis, eleëmosynis, orationibus, stationibus, missarum sacrificiis, aliisque bonis operibus, reuertuntur, oculos retrorsum ad mundum conuertunt, vt illi complaceant, & sancti videantur. Non ita ego, testatur Dauid, Auctus religiosos ad Dei gloriam exequor, & reuertor operibus charitatis, proximo meo succurrendo, oculos numquam deflectens retrorsum: illos enim perpetuò fixos detineo in Deum cælum versus: *Prouidebam Dominum in conspectu meo semper.* Intendit dicere (explicat D. Thom) id quod in alio Psalmo dixit: *Oculi mei semper ad Dominum.* Vel vt aduertit Brixianus ex Hebræo: *Constituebam è regione mei Deum tanquam spectatorem.* Videtur autem spectare, id quod Deus Moysi præceperat, quando primum posuit ab ipso aquam populo sitienti: præcepit ei, vt senioribus associatus pariter & nobilioribus petram scandat, sitam in cacumine montis Oreb; & quod ipse Deus staret supra petram, visibiliter se ostendens. Credit Lipoman. hoc factum, supra petram columnam illam ignis collocatam, quæ populum ducebat, quæ erat instar throni Dei. *Ego stabo ibi coram te supra petram.* Hoc autem tibi erit agendum: *percuties petram,* oculis tamè in me defixis, qui stabo supra petrâ.

33 D. Psal. 24. Psal. 15. Exod. 17. 6.

Hoc est quod à te poscit Deus, verbera in petram; disciplinas in carnem tuam, ieiunium in corpus tuum, eleëmosynas in pauperes, vestitum in nudos, gressus in nosocomia, oculos tamen fixis in Deum; idque iuxta Christi consilium: *Ne videaris hominibus ieiunans, sed Patri tuo qui videt in abscondito & Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.* Si verò ad alteram partem deflectas oculos, non habes, quod ab ipso possis speculare, quia tales ab illa opinione reuocat, dum ait: *Receperunt mercedem suam.* Vt verò te ad hoc obliget, loquitur tibi Christus, te præueniens, vt huic rei diligenter inuigiles, & gnauus sis, & prudenter progrediaris. *Attendite, ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud Patrem vestrum.* Ratio est: cum sit enim vana gloria, & humanæ laudis appetitus tinea quàm maximè nociua, & quæ bonorum operum deperdat & valorem, & meritum, & ea re linquat sine subsistantia curculionis instar, quæ consumpto optimo tritici grano, relinquit solam paleam, & exteriorem apparentiam; Est pariter vitium summopere fictum, dissimulatum & quod suauiter, & inaduertenter se ingerit pectoribus sanctissimorum etiam virorum, estque superatu perdifficile. Non est peccatum vilius, ac sordidum, quod vilia ac sordida corda oppugnet, & terrena, quæ rebus vilioribus, inferioribus, ac nihili occupantur, sed viros aggreditur præclaripres, qui & sidera transcendant operibus

III. Otium inimicum. Psal. 118. Matth. 6. Vana gloria. Sanctorum insidiæ.

bus religiosis, ac toti mundo stupendis. Non inquietat sordidum sensualem, fœtenti luto suarum turpitudinum demersum, nec gulæ deditum; qui non alterius magis sit sollicitus Dei, quàm sui ventris. Non molestat auarum vilem, cui totum cor sit infimis terræ bonis affixum; ad illos, nec oculos quidem deflectit, vt illos aspiciat: sed illum aggreditur, qui carnem suam debellat disciplinis, ieiuniis, & asperioribus pœnitentiis: illum, qui altissimæ contemplationi intentus conuersatur in supernis: illum, qui nihil aliud curare videtur quàm confessionem, communionem, Sacramentorum frequentationem, opera misericordiæ, visitationes hospitalium, orphanorum subsidium, pauperum remedium; cuius hanc scito rationem esse, quam dedit D. August. expendens huius peccati condition em seu naturam, quæ adeò singularis est, vt omninò contraria naturæ vitiorum in genere esse videatur, & eorum quæ agnoscimus in particulari.

Res est notissima vitium per virtutem destrui eidem contrarium, & iuxta scitum philosophicum, vnumquodque corrumpitur per sui contrarium: deinde in alphabetico nostro septem esse peccata mortalia in particulari legimus, & hæc per septem alias virtutes illis contrarias superari: superbia enim humilitate deuincitur: auaritia liberalitate repellitur: luxuria castitate exterminatur &c. Hoc autem vitium vanæ gloriæ, non solùm non destruitur aut virtutum actibus emoritur; quinimò ex eisdem nascitur & excitatur, & tantò insurgit vehementiùs, & tantò vires sumit fortiores, quantò virtutum actus sunt excellentiores, & superioris meriti: & ex iis actibus virtutum maioti efficaciâ sibi robur sumit, quas ex diametro illi cognoscimus esse oppositas. Ruminant hoc subtiliter D. Hieron. [a] & August. [b] quod & vnusquisque in seipso potest aduertere. Videbis prædicatorem celebrem habentem concionem, in qua eloquentiâ quadam diuinâ, conceptibus exquisitissimis ex intimis visceribus S. Scripturæ haustis, & omni genere Doctorum, totis viribus vitium istud studet eradicare, oculis spectanda offerens eiusdem damna, & ea quàm magna producat in animâ, quâ ratione destruat opera sancta, quantâ sollicitudine debeat repelli id quod tantam edit stragem; & quantò vehementius in illud inuehitur, lucidius perorat, illud exterminare conatus & annihilare, vt omnibus videatur exterminatum; eò fortius insurgit, & cor prædicatoris inuadit, & eo ipso illum aggreditur, cruento satis conflictu: ab intus enim eum alloquitur. O amice, sis quietus, quam oratoriè contra vanam gloriam perorasti! ô quis non admiretur orationem adeo bene fundatam? ô quam gratus auditorio? ô quales applausus in populo commouisti! Ipsemet D. Augustin. fatetur, hoc se expertum; cum enim statuisset die quodam contra hoc vitium detonare, iamque discursu sui intellectus plus Angelico quàm humano optimè fundato peroraret, maiori enisu rem cordi haberet, ac eloquentiâ suâ admirabili, omnium animos ab ore suo suspenderet, vanam gloriam abrogaret: medio orationis inchoatæ decursu sistit; & ait: Notate, quæso, Fratres, quis ille sit inimicus tam ferox, qui quò plus illum aggredior, & fortiores in eum explodo globos, ipsis rationibus quas & auditis & videtis, quibus eum oppugno, eò se feruentius erigit contra me, bellum mouet, sed suaue, & cor meum impugnat, sed magnarum virium adulationibus, me effetendo; O Augustine, quàm eloquenter peroras, quam aptè auditoribus tuæ quadrant rationes! quàm altè suspensos tenes populos, quàm ab ore tuo dependentes, quid te plura posset Angelus? *Hæc mihi ipse quotidie canto &c. Tamen vehementer cum aduersario dimicans, sæpe ab eo vulnera capio.*

Quàm virulentus, & venenatæ naturæ foret draco ille, qui durissimo ictu quo eum percuteres, & auferres caput, magis roboraretur, vires illi accrescerent ex vulnere, & furiosiùs in te assurgeret? quis eum speraret posse superari? quis ignis tam difficilis extinctu, qui quò maiora aquæ fluenta, vt extingueretur ei super infunderes, eò feruentius accenderetur, & ex ipsa aqua flammas reciperet ardentiores, vt his te in cineres redigeret? Hoc mihi contigit (testatur D. August.) cum dracone illo infernali, & igne consumente omne bonum; vnde ei enata est perpetua suspicio, quam ipse fatetur, dum sibi foret prædicandum. *Credite cordi nostro, quod videre non potestis, scit ipse, qui mitescat nobis, qui propitius sit nobis, cum, quando sub illo tremore, ad vos loquimur.* Quin imò idem de se fatetur Magnus ille D. Gregor. Absoluto enim opere illo satis numquam laudato, Expositionis moralium in Iob; vbi multoties subtiliter agit contra hoc vitium; cùm absoluto vero opere illud relegeret, & sibi videretur esse optimum, ex ipsa sui operis excellentia, ecce insurgit vitium illud, & tanto cor eius impetu pulsat, dicens; ô Gregori, quam subtiliter scripsisti, quàm eminentem excellentiam includunt tui discursus: quàm ad

[a] *Epist. 64. ad Auit.*

[b] *Lib. 5. de Symb. ad Catech. c. 4. ad fin.*

[a] *Epist. 64. ad Auit.*

V. D. Augustinus contra vanam gloriam prædicans ab ipsa molestatur.

VI. Similitudo.

In illud Ps. 50. Auditui meo.

D. Aug. *tom. 8. VII.* Ipsa quoque D. Greg. grauiter impugnat.

» viuum huius vanæ gloriæ damna expressisti! vt
» S. Pontificem in tam arctas compulerit angu-
» stias, vt ne hoc vitio superaretur, totis animæ
» suæ viribus ad Deum recurreret, supplex auxi-
» lium petiturus, & orationum suffragia, ab iis
» qui eius hoc opus essent perlecturi, emendica-
» ret. Hanc ob caussam monet nos D Hieron. vt
» solliciti & anxij ambulemus seu viuamus: au-
» dientes D. Paulum *Non efficiamur inanis gloria*
» *cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes.*
» Vitium hoc tale est, ait, vt si vel vnò momentò
» negligenter & incuriè te geras quantò magis
» sincerè velis illud exstirpare, eò ipso magis in-
» surget nouasque contra te vires recuperabit. Ca-
» pe experientiam, ait, in eo quod etiam aduertit
» eloquentiæ Princeps Cicero de alio, qui ex pro-
» posito magno labore, ac vigiliis integrum li-
» brum composuit contra illud vitium, tantùm vt
» illud eradicaret, & de hominum cordibus erue-
» ret appetitum illum vanæ gloriæ, & laudis ter-
» renæ desiderium; hunc præmonuit *De contem-*
» *nenda gloria.* Et si rem intimius rimeris, inue-
» nies, quòd quantò illo in opere vlterius progre-
» dietur, tantò magis excitatur in auctore ipso vi-
» tiosus ille vanæ gloriæ affectus, cuius sit deside-
» rium, vt omnes librum videant, legant, rumi-
» nent, extollant. Ita vt, eo ipso, quo contra vi-
» tium illud debacchatur: quæreret, optaret, in-
» tenderet vanam hanc gloriam, vnde quantâ po-
» tuit emphasi principio libri nomen suum præ-
» scripsit. *Videas plerosque (quòd etiam Tullius ait)*
» *libros suos de contemnenda gloria scribere, & caus-*
» *sâ gloriæ proprij nominis titulos præmotare.*

» Hoc etiam liquet in multis Prædicatoribus,
» quòd dum prædicant contra illud vitium, & op-
» tant illud mundo eliminare, hac viâ eorum cor-
» dibus infigatur: & patet propriam gloriam esse
» primam in intentione & eorum desiderio, in eo
» quòd affligantur & contristentur, quando pera-
» ctâ concione, qui eos laudibus efferat, aduertant
» esse neminem. Quid ergo (ait) quando concio-
» nem & prædicatorem vituperant, reprehendunt,
» reiiciunt, vel alios sibi vident præferri? viuunt,
» vt dicit D. Paul. *Inanis gloriæ cupidi, inuicem*
» *prouocantes, inuicem inuidentes.* Hinc D. Hie-
» ronym. educit hanc propositionem, quòd si
» possint aliis sancti admirationi esse ob præclara
» eorum cùm opera, tùm miracula, sicut multi
» eorum nobis sunt admirationi, inde tamen ma-
» iorem ansam admirationis præbent, quando
» præterilla, admiramur, illos vincere vanam glo-
» riam potuisse, quæ ex ipsis cùm virtutibus, tum
» miraculis soleat exoriri: proinde vitam S. Hi-
» larionis describens, postquam stupenda eius re-
» tulit miracula, abstinentiam prodigiosam, ieiu-
» nia penè fidem omnem excedentia, superemi-
» nentem S. Scripturæ notitiam, demum his ver-
» bis concludit: Quod in Sancto viro illo summa
» admiratione dignum fuit, supra tot & tantas
» prærogatiuas virtutum, hoc erat, quòd pedibus
» substrauisset & conculcasset gloriam, bonam
» opinionem & hominum laudes, non tantùm eas
» non acceptando, sed seipsum semper vilipen-
» dendo. Hæc sunt D. Hieron verba: *Mirentur*
» *alij signa quæ fecit, mirentur incredibilem abstinen-*
» *tiam, scientiam, humilitatem, ego nihil ita*
» *stupeo, quàm gloriam & honorem illum conculcare*
» *potuisse.* Idcirco notat Ecclesia, & summis
» effert laudibus Angelicum Doctorem S. Tho-
» mam; quòd præter tot prærogatiuas, quibus
» cæteris eminebat, vtpote nobilitatis (erat enim
» patre natus inter principes præcipuos Regni
» Neapolitani: matre verò duarum regnatrum
» sorore legitimâ) sanctitate præclarâ, quâ singu-
» lis penè horis in aëra extaticus suisum tapieba-
» tur; sapientiâ cælesti & Angelicâ ab ipsomet
» Christo comprobatâ: nunquam aduersus eum
» hoc vitium præualuerit: ita vt nec quidem pri-
» mas senserit titillationes *O munus Dei gratia vin-*
» *cens quoduis miraculum, pestifera superbia numquam*
» *persensit stimulum.* Pensanda sunt illa verba
» (*nunquam persensit stimulum*) Opus agere præ-
» clarum, & de seipso humiliter sentire, nec locum
» dare vanæ gloriæ, ipso opere est magis mirandum, hinc D. Bernard. *Mirabilem apparere, & contemptibilem reputare, hoc ego ipsis vitiatibus mirabilius iudico.* Hac occasione idē addit quod
» ex D. Hieron. retulimus, valde raros esse, etiam
» inter sanctitate præclariores, quos hoc vitium
» non oppugnet, & si eos non superet, ad minus
» non summopere coarctet; Est autem hoc vitium
» tale, & superatu adeo difficile, vt vix vllum D.
» Hieronym. inueniat qui ex eo omnimodam re-
» ferat victoriam; hoc verò asserebat verbis certè
» diuinis, conueniens vniuscuiusque iudicium:
» *Conueniat vnusquisque cor suum, & in omni vita*
» *inuentes, quàm rarum sit fidelem animum inuenire,*
» *vt nihil ob vanæ gloriæ cupiditatem, nihil ob re-*
» *musculos hominum faciat &c. Difficile est Deo*
» *tantum iudice esse contentum.*

Sæpius aduertunt D. Cyprian. *a.* D Gregor. *b.* id quod refert D. Luc. *c.* de septuaginta duo-
bus Christi discipulis elegit eos, nominauit eos,
misit illos prædicare, cum plenaria curandi in-
firmos potestate, & dæmonia eiiciendi aucto-
ritate. Profecti sunt, & laudabiliter officio
sub-

§. 35. *Lib. in opist. cit. Gal. 5. 26.*

VIII. Vana gloria difficile superatur.

D. Hier. *Tom. 9.*

Ad Gal. 5. 26.

a Lib. 3 *b* Lib. 1 *c* Luc. 10.

mor. c. 4. & hom. 19. in Exech. & lib. 9 Reg. Epist 36. & Luc. c. 10.

suo functi reuertuntur, perpendunt, quàm feliciter eis opus hoc successerit, quod egerant; exsurgit illico in eorũ cordibus affectus, nescio quis, vanæ gloriæ, cum magna complacentia fructus illius, quem messuerant, accurrit pariter feruens desiderium, vt totus eis orbis propter hoc congratuletur. *Complacebant sibi in miraculis gratulabundi*, ait D. Cyprian. Qui id non aduertentes,

D. Cyp.

illi frœnum laxabant, eo modo, vt necesse fuerit Christum illos reprimere, redarguendo, & exemplum proponendo casus ac perditionis supremi Angeli, quem similis inanis sui complacentia mutauit ex nobilissima creatura in dæmonem maximè abominabilem, eumque cælis exturbauit. *Videbam Satanam sicut fulgur* &c. *Repressa est* (dicente D. Cyprian.) *increpante Domino simplicitatis eorum præsumptio.*

Luc 10. 18.

Hoc contigit illis discipulis. Quis est, qui idem non patiatur? Communiter euenit, quòd eo momento, quo opus aliquod excellens ad Dei gloriam ordinatur, statim homo sentiat in se eiusdem magnam complacentiam, cuius in pectore gloriola quædam oriatur, desiderium inflammetur, & exurgat cupiditas, vt omnes id videant, magni faciant, & auctorem collaudent. Oritur tibi (ait Or gen. hoc desiderium & vanæ gloriæ cupiditas in occursum, post opus pium ac bonum, quod fecisti. Sicut Duci Iephte vnica occurrit filia, tota festiua præ gaudio, & signis congratulationis, quando cruento prælio deuictis hostibus, insigni victoriâ clarus pater domũ remeauit. Quãdo tibi tunc occurret, occide illam, vt Iephte filiam, sanctæ intentionis cultro, soli Deo illud offerendo, vt declarauimus. Viue sollicitus, conseruans in oculis Dei illud quod pro eo agere incepisti, præcauens ne oculos tuos declines ad oculos hominum, vt docuit Moyses, erigens manus suas, & sursum elatas vi magnâ detinens, vt de hostibus victoriam reportaret. Vide eosdem Tract. vbi valde fusè egimus de iis quæ ad hanc rem spectant.

Iud. 11. 34. Tract. p. 2. § 64 & seq.

Orig. Illam vt Iephte filiam suam, occide.

§. 17. *Tertius labor. Expoliendus est homo in ordine ad proximum, idq; eleemosynâ, quibus in cælo thesaurizatur.*

37 REstat pars vltima, eaque tertia, per quam lapis denuò dolari debet, idque quâ parte respicit proximum. Nascimur omnes propriis nostris commodis inclinati, vt non solùm velimus nobis id quod nostrum est, sed insuper adhuc viget in nobis auaritiâ, quâ manum mittamus ad aliena. Tam longè ab hoc oportet te distare (monet Christus) vt iniuriam proximo non irrogare præsumas, ei quod suum est, adimendo, quin potiùs, dum videris eum premi necessitate, & de tuo succurras, dans ei eleemosynam, & adiuuans eius inopiam.

Hoc tertium est, quod nobis Christus in hoc Euangelio decernit, dare pauperibus eleemosynam. Ita intelligunt D. Chrysost. *a* D. Petrus Chrysol *b* D. Augustt *c* & optimè ad rem probat D. Basil. *d* Aduerte, quæso te, artificium Christi Saluatoris, vt eleemosynam des libenter, & hilariter, non tibi dicit absolutè, vt des bona tua alteri, sed eorum tibi diuitem thesaurum congreges in cælestibus: *Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, vbi ærugo* &c. *Thesaurizate autem vobis thesauros in cælo.* Nolite facere sarcinas de thesauris vestris, neque illos colligatis, vt in terra dimittatis; mille namque subsistabunt periculis, hinc ne tineâ corrumpantur, inde ne ærugine pereant, aut à latronibus auferantur. Facite thesaurorum vestrorum cistam, cælum, illosque ibidem recondite: illic enim eos non absumet tinea, rubigo non exedet, nec ditipient latrones: est enim ab his omnibus liberum. Et cum ibidem habueritis bona vestra, eritis & vos pariter illic: res est enim notissima, quòd quisque illic habeat cor & animam, vbi habet & thesauros.

a Ho 21. in Matt. b Serm. 7. & 8. c Ser. 37. ex diuers. d Dean. stituendis venienti. bus ad Baptismum. I. Eleemosyna est thesaurus in cælo.

Mille rationes offeruntur, quibus ad eleemosynam obligamur (quas aliàs declarauimus.) Hanc solummodò volo expendere, quam Christus nobis indicat, dum ait, date eleemosynam, ita cedere ad emolumentum nostrum: vt non solùm nos perdamus ea quæ largimur, sed potiùs ea nobis in cælo reddamus securiora. Vt nobis Christus vitam inspiret, id agit quod olim Elisæus, vt puerum mortuum suscitaret: quid egit? coniunxit oculos oculis, & suos posuit super oculos pueri, & eo modo illuminauit, & vitam dedit. Oculos hominis, & id quod maximè attendit, hoc dixero esse, quomodo possit diuitias congerere, thesauros congregare, augere, custodire, vt dum voluerit, eis vti possit. Super istos Christus suos ponit quoque oculos: & ait: ego idem tecum prætendo, vt multùm dies sis, diuitias tuas certo loco seruatas habeas, securas & omni periculo liberas. Et ita statuit, vt eas in terra non dimittas: subiacebunt enim illic plurimis periculis. Verùm vbi ab omni periculo sint liberæ, hoc est in cælo.

Tract. p. 2. § 10. vsque ad 20.

Thesaurizate vobis &c. Notate, diuites (ait D. Augustt.) verba hæc. Non vult Deus bona tua tibi

In Ps.48. & 85 & serm.50. de temp.

tibi perire, sed accrescere, & loco reponi securiori. *Vbi.* Et hoc tecum agit, quod fidelis quispiam amicus posset agere, qui domum tuam ingrediens, vidensque te habere triticum in vitæ

II. Similitudo,

tuæ alimentum, sed repositum loco humili, madido & pleno curculionibus, vbi facilè corrumpatur, tibi diceret: Amice, attende tibi, quod si eo loco triticum reliqueris, totum consumetur, & vermes corrodent, transfer in altiùs cubiculum versus austrum, siccum, bene purgatum, vbi illud conserues, quando tempus tibi necessarium fuerit: *Noluit Deus* (ait) *ne perdas diuitias tuas, sed*

D. Aug. *Tom.3. & 10. Serm 7.*

vt locum illis mutes consilium dedit &c. Addit D. Petr. Chrys. *Quid tam paternum, tam prouidum de charitate consilium? Nihil tibi perire vult, qui tua in thesauris cælestibus vult reponi. Quàm securus dormit, qui Deum suorum meruit habere custodem? Quàm nescit curas, quàm deponit angores? quàm non est anxius, quàm seruorum curet fastu, qui sua Patri cælesti seruanda committit?*

Serm. de Laud. Monach.

III. Similitudo,

Quale beneficium (teste D. Chrysost.) faceret operario auaro qui ei campum indicaret, vbi neque arando, neque rigando absque lapidum, vel nebularum, vel animalium vllo periculo spargere posset semen suum, securus de messe, & quòd plusquam centum pro vno colligeret? Hoc Christus agit, hunc agrum tibi indigitat, vbi multiplici fœnore triticum tuum semines. *Felix est ager pauperum.* Addit idem Doctor aliud simile,

IV. Similitudo,

suo conformiter ingenio. Si in pago quodam habitares, diuitiis abundans, certoque, scires infrà paucos dies te illinc eiiciendum, & dum migras, omnia quæ possides, tibi ab aliis auferenda, qui te cogerent ibidem omnia relinquere, sic vt nec vel aciculam tecum auferre liceret, & deducerent in alium locum, & regionem, in qua nihil inuenias præter id, quod ex eo pago illuc transmisisses. Quantum ille tibi præstaret beneficium, qui tibi modũ suggereret, quo quidquid ibidem possides in aliam transferas regionem & securũ redderet te ibidem conseruatum, ac multiplicatum totum, cum illuc intraueris, reperturum? Quàm non sollicitus esses; illuc, quidquid haberes transferendi, nihil omittens omninò? Insuper

Tob.14.6.

refert proficuum illud consilium olim à Tobia filio, nepotibusque suis aptè propositum. Vt peregrini habitabant hi in ciuitate Niniue, vbi multas sibi diuitias congregauerant. Sciebat autem vir hic pius diuinâ doctus reuelatione, infrà paucos dies maledictam illam ciuitatem funditus euertendam omnesque eorum diuitias certò perdendas. Vocat ad se vir grandæuus filium suum ac nepotes morti iam proximus; Hæc enim illa hora est, quâ dantur & consilia certiora, & veritates iudicantur puriores: atque: Filij mei charissimi, estis hic vt aduenæ, notum sit vobis, breui ciuitatem hanc penitus eradicandam, omniaque quæ hic possederitis, demolienda atque diripienda. Educet Deus vos hinc, adducetque in Hierusalem vestrum natale solum. Hoc vobis curandum, hic non figatis sedem aut diutiùs hæreatis, quin potius omnia vestra sic componite, vt ea in Hierusalem transmittatis, vbi deinceps vestrum erit fixumque domicilium. *Propè est interitus Niniue* &c. *Audite ergo filij patrem vestrum* &c *Nolite manere hic* &c.

Hoc idem Christus nobis, vt pater optimus & fidelissimus amicus consulit, videt nos in hoc mundo (qui, vt dixit D Petr. consummandus est, & cuncta quæ in eo fuerint.) Nouit etiam, quòd, quanta vos, ô diuites, hic possederitis, sint in hoc mundo relinquenda, vt ne pilum quidem permissum cuiquam sit hinc auferre, & secum conferre. *Dies cum interierit, non sumet omnia.* Nihil licebit in discessu auferre, nec crumenam aureis ducatis grauidam, nec argentea scrinia, nec tapetes pretiosos. Repone ergo illa loco securiori; & præmitte in illam regionem in quam tendis peruenire, cælestem (inquam) Hierusalem: illuc thesauros tuos transmitte: *Thesaurizate vobis thesauros in cælo.* Quia verò videtur (ait D. Basil.) quod Christus vos anxios videat, & dubios, quâ ratione has opes possitis transferre, quis eas portet, quis illuc scandat? & quasi interrogantes, id quod tam difficile erat sapienissimo Salomoni: *Quis ascendit in cælum.* Idem Christus id vobis exposuit, dum ait, pauperes eos esse, qui cunctis vestras opes eò transponent, & hoc ipsum vult alio loco intimare, dum declarat, id quod hic dixerat: *Date eleemosynam. Facite vobis sacculos, qui non veterascunt, thesaurum non deficientem in cælis.* Date eleemosynam, vestras reponite diuitias inter manus pauperum; eas hi in cælum transportabunt.

Ps.61.

Serm. de conuers. ad fin.

Prou.30.

Luc.12.

Ita hoc exponunt D. Basil. *a* D. Chrysost. *b* D. Greg. *c* Quinimò & in prauo voluit Christus illud indicare, sed non intelligebatur vt narrant Euangelistæ. Accedit Adolescens diues valde, Christum interrogat: *Magister bone, quid faciendo vitam æternam possidebo?* Ait illi Iesus: *Serua mandata:* Replicat ille: *Hæc omnia custodiui à iuuentute mea.* Volo autem salutem animæ meæ reddere securiorem, & vlterius proficere. Respondet Christus: si hoc intendis: *Vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo.* Hæc audiens adolescens abi-

a Hie.33. ex variis. b Ho.17. ad pop. c Lib.18. mor.c.12. Matth. 19.17. Marc.10. 21. Luc.18. 22.

bitratus

bitratus est, Christum velle, vt omnia sua perderet, & illis orbatus pauper remaneret, & omnium indigus, hinc contristatus est valde, & totus melancholicus, terga vertit & abiit. O stulte, clamat D. Basil. ad vltima verba non attendisti, sicut ad prima. An non capis, quòd ipse tibi minimè dixerit, da pauperibus bona tua, vt ea perdas, sed potiùs vt ea conserues securius, & habeas ditissimum thesaurum in cælis asseruatum: *Et habebis thesaurum in cælo.* Vide modò, quàm malè intelligas (ait D. Basil.) id quod tibi dixit, vade opes tuas da pauperibus: sonat enim tibi, quod velit datum à te pauperibus, perditum iri. Certè hinc parum liquet vina fides tua, quam si haberes, cognoscereres clarissimè, id quod tibi Christus consulit, non malè impendi, quod pauperi tribuis, sed illud tibi reddi securius. Certò denique scias, id tibi solummodo remansurum, quod pauperi fueris elargitus, reliquum verò tibi non proderit, sed filiis tuis, aut hæredibus, aut latronibus.

Dist. 45. Hanc rationem (dicit D. Augustl.) voluit D. Paul. proponere discipulo suo Timothæo, quando ei mandauit, vt cum rigore diuitibus præciperet, vt darent eleemosynas, & ex bonis suis diuiderent pauperibus hilariter & libenter, nullam opponentes difficultatem, nec trahentes moram, sed largâ celeri, leuique manu exporrigerent *Diuitibus huius seculi præcipe &c. facile tribuere communicare.* O Apostole Sancte, quid vis, vt illud cum rigore præcipiatur? Contentus esses, quod me rogante, & ab ipsis gemibus flexis pauperibus mendicantibus, darent eleemosynam. Quid vt eis hoc præcipiam ais? Amplius, an præcipis, vt ipsi succurrant, dent eleemosynam, bona sua dispertiant hilariter, statim & leui manu? Sufficeret mihi, si facerent etsi malâ voluntate, & vi quâdam ad hoc coacti.

1. Tim. 6. 17. V. Diuitibus cur præcipiendum, vt dent eleemosynam.

Nequaquam, replicat D. Paul. quinimò volo, sit illud, quod iniungo. At quomodo hoc exequar? Expone illis Euangelicam veritatem, quòd id, quod pauperibus largiuntur, xenodochiis, viduis, captiuis, sibi in commodum cedant, & illo modico, quod indigentibus distribuunt, seorum sibi cumulent thesaurum firmatum & bene fundatum: proinde sicut ipsis præcipis, vt sibi prospiciant, ita & eis iniungas, vt pauperibus prospiciant, & hoc est sibi prospicere. *Thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum.* Pergende illud *thesaurizare sibi.* Videtur Christus in memoriam reuocare id, quod Spiritus sanctus dixit. *Benefacit anime sue vir misericors:* qui dat eleemosynam, sibi & animæ suæ benefacit. Sed quomodo non benefacit pauperi? non subleuat eius inopiam? id quod dat, an non cedit in beneficium eius, cuius occurrit indigentiæ? Equidem, verumtamen eo ipso magis cedit in beneficium tuum, quòd si pauperi dedisti, quo corporalis eius paupertas subleuetur, thesaurizas animæ tuæ thesauros æternos & inæstimabiles, & necessitati animæ tuæ spirituali remedia concilias: cum eleemosyna maximè ad hoc conducat.

Vide tr. 2. nu. 490. vsque 521.

Vide inf. 2. q. 23. a. 3. ad 2. & 3. in corp. & ad 3. Prou. 11. 17.

§. 18. *Posuit Deus pauperes in vectores diuitibus. Dixit hoc S. Franciscus, quod & Sancti agnouerunt.*

EX hac doctrina colligunt SS. Basil. *a* D. Chrysost. *b* D. Augustl. *c* D. Petr. Chrysol. *d* Rationem cur Deus pauperes, & quidem tot in hoc mundo posuerit. Aduertit Theodoret. *e* fuisse quosdam infideles, qui crederent Deum non habere prouidentiam, nec regimen huius mundi: si enim hoc esset, quomodo posset fieri, id quod passim videmus, aliquos ita diuitiis onustos, vt eas ferre non possint; alios verò adeo omnium inopes, vt quod ori apponant, non habeant. Deus iustus est, & iustitia seruat æqualitatem. Quis ergo credat terræ rectorem, vbi tantus est iustitiæ defectus? O stulti, quàm ignorantes! Potius hoc optimo conuenit mundi regimini, & Deus ipse est, qui in illo diuites creat & pauperes. Ita testatur Spiritus S. *Diues & pauper obuiauerunt sibi. & vtriusque operator est Dominus.* Posuit pauperes, vt diuitibus obuiarent. Poterat equidem facere, vt omnes diuites fuissemus, vel qui iam pauperes creabat; potens erat illos alere siue diuitum auxilio, sicut Israelitas in deserto manná; ministerio Angelorum, & Eliam per coruum: habet enim manus adeo rebus omnibus plenas, vt illas aperiendo, impleat omne animal benedictione. Verùm enim verò volu.it, vt pauperes ad diuites recurrerent, ad victum sibi quotidianum conquirendum, & illis obuiarent ad eorum vtilitatem: quâ ratione Deus magis in hoc prouidit diuitibus (teste D. Chrysost.) quàm pauperibus: *Magis propter diuites, quàm propter accipientes.* Volebat enim diuitibus procurare vectores, vt haberent quibus suas opes, & thesauros ad cælum transmitterent. Quid cogitas (petit D. Petrus Chrysol.) esse pauperes? *Vectores thesaurorum tuorum in cælum*: quos D. Augustl. nomi nat *lauratios*, id est, portatores siue vectores.

a Hom. 6. in dites. *b* Hom. 27. ad pop. *c* Ser. 25. de verb. Dom. *d* Serm. 7. & 8. *e* Serm. 6. de prouid. Prou. 22. 2.

Serm. de eleemos. Serm 8. Tom 10. serm. 50. de temp.

I. Pauper & diues obuians sibi.

Quando Princeps migrare debet de loco in locum, quid ageret si non haberet muliones, ve II. Pauperes

tatores thesauro-rum.

ctores, aurigas, qui sarcinas & vasa transuehe-rent, & necessaria hinc illuc transportarent? Hæc tibi sit ratio, cur tot sint pauperes in hoc mundo. Doctrinam hanc docuit terrestris ille

D. Fra. *In vita S. Fran-cisci c. 7.*

Seraphim S. Franciscus, de quo refert eius filius legitimus S. & Seraphicus Doctor Bonauentu-ra, quòd qui religionem suam erexerat & funda-uerat in altissima paupertate, fratribus suis hoc soleret intimate; *Filioli mei: cur, creditis quòd in hac vltima mundi ætate nos Deus elegerit, vo-lens nos viuere pauperes, panem nostrum ostiatim mendicantes, eleemosynam rogantes? Cogitatis quod pro nobis? Nentiquam.* Multa enim Deo suppetebant media quibus nos aleret, & facilli-mum erat ei nobis frustum panis elargiri, cum nobis proprium sanguinem & carnem concesse-rit: sed in totius mundi profectum, & copio-sum hominum prouentum; vt nos ipsos quotidie ad eorum portas illis offeramus, vt vectores suo-rum bonorum, & ea ex hoc mundo in cælum deferamus, & mediantibus nobis illa inter Chri-sti manus ipsi consignent, in quibus ea reperient postquam hinc emigrauerint. Audite modo eum loquentem: *Ite, quoniam hæc nouissima hora Fratres Minores commodati sunt mundo: vt electi in ipsis impleant, vnde à iudice commendentur, il-lud audientes suauissimum verbum: quamdiu fe-cistis vni ex his fratribus meis minimis, mihi fe-cistis &c.*

Ecce quomodo excipiendi sint Religiosi, qui accedunt domos vestras, & quâ ratione pauperes ostiis vestris ingemiscentes: Videtur enim vo-bis, quòd in commodum suum veniant & vt il-lis ex bonis vestris largiamini: procul absit: ve-niunt autem non sibi, sed vobis à Deo mittuntur ad vestrum emolumentum. Sic de pauperibus vi-ri sanctitate celebres æstimabant, vitâ fide illos contuentes, proinde illi ipsi pauperes quærebant, quasi in eo lucrum spectantes, vt vellent paupe-res, eorum thesauros acceptare. Ad rem valde congruenter considerant D. Chrysostom. *a* & D. Ambros. *b* anxiam Abrahæ sollicitudinem, quâ pauperes inquirebat. Numquam pauper qui-piam adeo sollicitè diuitem quæsiuit, vt ab eo eleemosynam acciperet, sicut ille pauperes, vt illis quid largiretur, in via consisteus illorum præstolatur aduentum, quâ patebat transitus, Aduentantium pedibus prouolutus supplicabat, vt sibi in eo gratificarentur, si dignarentur do-mum suam subire, ac gratum habere, id quod in ea maximè gustui foret acceptum, maximè pin-gue. Sciebat enim vir pius, quòd maiorem sibi gratiam præstarent pauperes recipiendo, quàm ipsis ille, erogando. Hoc idem præstitit nepos eius Lot ad portas ciuitatis anhelus exspectabat, & genuflexus intrabat, ac rogabat, illis gratum accideret in domo sua hospitari. Erant ambo hi patreus & nepos ditissimi ac nobilissimi, & eo modo pauperes excipiebant. Ita vt (sicut notat Origen. perpendens hæc D. Pauli verba: *Hospi-talitatem sectantes.*) Illimet obuiam currerent, & pauperes insequerentur, hospitalitatis gratiâ, vtque illos in domum reciperent, magis quàm ipsi, pauperes illos sectarentur. Magni facit D. Paul. pium spiritum illorum primitiuorum fi-delium Corinthiorum, quòd quisque accederet, & quasi humi prostratus illos deprecaretur, qua tenus apud illos diuertere dignarentur, & circa hoc orta est quædam contentio inter diuites, quis eorum pauperem secum in domum adduce-ret, vt mensæ suæ alendus accumberet.

Hinc primi illi Macedonienses Christiani, ipso D. Paulo referente, Apostolum instanter, humiliter & mille votis obsecrantes vrgebant, vt dignaretur eorum bona recipere pauperibus in eleemosynas distribuenda, quos sanctos nomina-bant, eò quòd personam Christi repræsentent. Do vobis eius testimonium: *Cum multa exhor-tatione, obsecrantes nos gratiam & communica-tione ministerij, quod fit in sanctos* Expende ver-bum illud, *obsecrantes*. Id est: ponentes inter-cessores, Christi Domini passionem, ac Dei mise-ricordiam. Sed omninò planè contrarium mo-dò conspicimus euenire, rogat, supplicat, obse-crat pauper, interponens Christi passionem, cu-tem, sanguinem &c. Habebant autem illi fidem magis viuam, quâ cognoscebant, magis cedere in eorum emolumentum, dare eleemosynam, quàm ipsis pauperibus eas acceptare. Quid egit Iob misericordiæ ac patientiæ speculum? Quid Paulus, quid Rex Franciæ Ludouicus, & alij de quibus alias? Hinc rectè concludimus ideirco D. um creasse pauperes, vt eis detis bona vestra, non vt ea perdatis: quin potius, vt eadem in cæ-lum vectores hi deferant, & intelligatis id quod noster Hispanus S. Laurentius dixit Tyranno: *Facultates, quas requiris, in cœlestes thesauros, manus pauperum deportauerunt.* Verum enim ve-rò, cum possit tibi dubium oriri, an secutè pau-peribus possis bona tua commendare, Deus tibi affirmat (ait D. Petr. Chrysol.) & oppignorat verbum suum, quòd eo ipso, quo eleemosynam tuam tradis manibus pauperum, tibi concedat hoc idem à tempore receptionis, in manus suas recipi: *Nemo de fraude baiulorum dubitet; ne timeam, tua est ista translatio, Deo fidei insere repor-*

a Hom 7. in Luc. & ser. 31. in epist. ad Rom.

b Lib 1. de Abra-ham c. 5. Gen. 18.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

reportatur. Iam ex nunc dedit nobis scedulam, quâ ipsemet fatetur eius receptionem, quando dixit: *Quamdiu vni ex minimis meis feciſti, mihi feciſtis.*

Matth. 25. 40.

Hom. 5. de pœnit. & ea Pſal. 108. 31.

An non audiſtis (interrogat D. Chryſoſt.) id quod Dauid de Deo eſt locutus: quòd *aſſitit à dextris pauperibus.* Ibi eſt à dextris pauperis: quia ſi tibi videtur, quòd ſicut vides, quòd ille, qui à te petit opes tuas, vt talis, non poſſit te ſecurum facere, vt illi eas confidas, eſto ſecurus, cum illo adſtat ipſe Deus, qui fatetur & cautionem præſtat à tempore receptionis, tibique dicit (vt acutè notat S. Doctor.) *Non credis huic per inopiam? mihi per diuitias credo: ſemetipſum dedit pignus.* Hic ô Chriſtiani (clamat D. Petr. Chryſol.) fides eſt exercenda, quâ credas manus pauperum, manus eſſe Chriſti noſtri Saluatoris, qui adſtat à dextris pauperis, id, quod das pauperi recipiens. Hoc ſolum, quod his in manibus tradideris (teſte D. Baſil.) tibi remanebit, cætera verò, ſi non ſint in damnum tuum, certum eſt quòd non erunt tibi in ſalutem, cum te moriente, nihilum quidem tecum auferes eorum quæ poſſederis; non enim mentiri poteſt, qui ait: *Diues cum dormierit, nihil ſecum auferet: aperiet oculos ſuos, & nihil inueniet. Apprehendet eum quaſi aqua inopia, nocte opprimet eum tempeſtas.* Exemplo tibi ſit auarus ille diues Epulo, qui nec guttam aquæ reperit, & æternum ſitiet adeò eius indigus, vt numquam ſit illam acceptarus. Finem imponamus conſilio Spiritus ſancti: *Propter mandatum aſſume pauperem, & propter inopiam eius, ne dimittas eum vacuum.* Eſto ſollicitus, ô diues, curam gere pauperis: hoc enim ſignificat: *Aſſume pauperem.* Primò: quia hoc tibi mandat Deus: ſecundò: ob eius inopiam.

Hom. 6. & 7. in Matth.

Iob 27. 19.

Tolet. tract. 1. p. 4. nu. 42.

Ecclı. 29. 13.

Aduertit Tanſenius Gandenſ. Epiſc. hoc loco: bene textum inſpiciendo, non eſſe legendum (*eius*) ſed abſolutè, *propter inopiam*: q.d. Hoc tibi perſuade, te pauperi largiri eleemoſynam, vt euites, & liberes te ab inopia, tibique proſpicias in tempus neceſſitatis; inſtante namque neceſſitatis horâ, ne te lugeas, cum virginibus fatuis, non habere, vnde lampadem tuam accendas, & ad eas reductum angustias, quas diues paſſus eſt epulo, qui ſi inuidico Lazaro vel hilum viuens dediſſet, hoc mortuus inueniſſet, ſed qui Lazaro micas panis auarus negauit, guttam aquæ ſitibundus petiit, ſed paſſus repulſam non obtinuit. Tibi ipſi prodes, quòd eleemoſynam das pauperi, multò magis, quam illi: *Benefacit anima ſua vir miſericors*, ait Spiritus S. At ex Hebræo legitur: *Retribuit animæ ſuæ vir miſericors*: In animæ tuæ ſalutem tribuis, quando pauperi benefacis, factus illi mi- magis ſericors. Optimè S. Tobias hoc intellexit, cuius quam conſilium, tanquam ſenioris & ſanctioris viri, eſt pauperi attendendum. *Quomodo potueris, ita eſto miſericors, ſi multum tibi fuerit, abundanter tribue ſi exiguum tibi fuerit, libenter impertiri ſtude; præmium enim bonum tibi theſaurizas in die neceſſitatis.* Vos quibus multum eſt, multum date. Credis forſan, ô diues auare, cui gurgitant opibus arcæ, Deo te ſatisfacturum fruſto panis corroſo, & ſemicorrupto, an veſte detritâ? ſi parum tibi ſit, libenter da, deſiderans, poſſe plura præſtare, vt vidua Euangelica: non tibi dies præteruolet, quo non aliquid largiaris; theſaurizas enim tibi in diem neceſſitatis. Hoc bene declarauit S. Ioannes cognomine Eleemoſynarius, a illo pane, quem alter in pauperem fremens proiecit, eum in faciem eius defigens, nihilominus, hoc ei profuit, vt non damnaretur. Cum vero hanc materiam alias latè pertractauerimus, his ſupereſſedemus.

Prou. 11. 7. Tob 4. 8.

a Habetur in eius vita apud Sur. 23. Ianuar. & tract. 2. n. 531. Tract. 2. p. 2. per tot.

§. 19. *De Cineribus inſurgunt in nobis anxiæ ſollicitudines, quæ à ſomno excitent, vt muſcæ Ægyptios.*

VT nobis auxilium præſtet S. Eccleſia, illud 41
agendi, quod Deus à nobis exposcit, vtitur hac ſolemni ceremoniâ, quam modo videmus, capitibus noſtris cineres imponens, vt nobis etiam inuitis ibi maneant, & vſque ad intimum cordis peruadant, cogantque nos de eis cogitare, eoſque tangere. Ex diuina ſapientia proceſſit, quod Moyſes egit cum Pharaone & Ægyptiis. Erat cor Regis huius obduratum adeo, vt Deum non curaret, præceptis eius non obediret, eius verbis aurem ſurdam præberet, & commiſſiones, quas ex parte Dei percipiebat, eluderet. Accipit Moyſes (iubente Deo) virgam illam prodigioſam, quâ ſuas omnes dirigebat actiones, eâque terræ puluerem percutit; & ecce, vt terram tetigit virgâ, emergunt infiniti muſcarũ ac ſciniphũ exercitus: *Omnis pulluis terræ verſus eſt in ſciniphes.* D. Aug. a ſecutus Philonem b & Orig ea ſecutus Philonem b & opinatur ſciniphes ſpeciem quandam crudelium muſcarum quæ ſuo ſtrepitu, & aculeo acutiſſimo illos requieſcere non ſinebant, vel ad momentum, itaque contigit, vt è cineribus excitatæ mu- ſcæ, tam acriter eos pungerent, ac tot adularent, vt nec Regi, nec cuiquam ex eius domeſticis, aut aulicis, quinimò nec totius Ægypti vlli homi- num concederent vel ad horam dormire aut vllo loco quietum conſiſtere, aut oculos in ſtrato in- I. cenſi occludere. O terribilis virgæ ictus in terræ puluere, per mi-

Exod. 8. 17.

a Trin. c. 7. Lib. 3 de ſer. 87. de temp. b Lib. de Hom. 4. Exod.

ocas de cinere ex citatas excitamus.

puluere, quàm efficax ad producendum pungentes muscas, quæ somnum impediant & suscitent profundissimè soporatum.

Ecclesia Sancta Mater intuetur nos, vt alto sopore grauatos Dei oblitos, nostræ saluti, quinimò & nostri immemores, qui neque Deum audimus, neque eius legem seruamus, & vt alter Pharao, eius voces nihili facimus, prædicationes ridemus, nuntia ex parte eius nobis insinuata in tergum reiicimus. Quid remedij? Hoc est agendum, virgâ terræ puluis percutiatur, virgâ actionum nostrarum directiuâ: Quæ est (amabo) hæc virga? intellectus vester; hic est per quem anima ducit, regit, & suas gubernat actiones. In hoc vos maximè estis infelices, quòd virgâ hac vix vnquam terræ puluerem percutiatis. Aliquando virgâ hac aurum percutis, consideras, & perpendis, qua ratione dives euadas. Iterum & dignitates, inquietus quibus mediis ad eas sis ascensurus. Item & delicias, perscrutans quomodo illas obtinebis. Iterum venustam faciem eius quam heri intuitus es, & pulchritudinem eius, cui hodie occurristi. Consultum (crede mihi) foret, vt aliquando virgâ intellectus tui terræ puluerem concuteres, considerando substantiam tuam, te puluerem esse, & in puluerem reuersurum.

II. Virga Moyses. est intellectus.

III. Terra virga percutienda est.

O si nunc terram percuteres, meditando, quod paucis ab hinc annis, aut mensibus, quinimò forsitan diebus, vel horis hoc tuum corpus modò ita farcinatum, adornatum, vestitum, deiicient in sepulchrum planè nudum, solo vili linteamine coopertum, quòd terrâ recondent, ligone percutientes oculos istos, quos tanti facere consueuisti: quod facies illa, quam tam inaniter tibi perliniisti, erit puluere lurida, vermium esca, propediem in puluerem lutumque resoluenda! Anima verò vestra, præceps rapta, & ad Dei iudicium producta, supremo illi astabit tribunali, de quo non licet appellare, vbi accusatores dæmones, erunt præsentes velut leones, vt eam sibi in prædam diripiant, & secum ducant æternis pœnis affligendam. Quod insuper & hæc bona vestra, vestris sunt heredibus permansura, qui nui non magis recordabuntur, ac si numquam vixisses, sed eorum quisque tantò erit hilarior, magisque tui immemor, quò ei pars tuorum bonorum sorte maior obtigerit.

O si cogitares aliquando ad tales te redigendum angustias, in quibus tibi non possint amici esse subsidio, & quod in terris remansura sit pecunia illa tam diligenter asseruata, domus tam sumptuosè ædificata, porticus & deambulacra tam ludiosè erecta, & te maneat æternitas, quam ingrederis, sola tecum bona tua opera educens, dubius quæ tibi sors sit obuentura. Non percussisse eo modo terræ puluerem, caussam dedit profundæ socordiæ cuidam male sano diuiti, cuius historiam tot circumstantiis expositam narrat D. Lucas circa quas multa dixerunt D. Aug. a D. Gregor b sed particulariter D. Ambros. c de verbo ad verbum parabolam explicans & ante omnes D. Basil. d *Homo quidam erat dives*, ait Christus, cui horrea erant turgentia fructibus anni præcedentis, & agri adeò frugiferi, vt quò fructus reciperet, prorsus ignoraret.

a Serm. b Lib. c Serm. d Hom.

Cubito innixus cogitare cœpit. O me diuitè, quanta domus meæ abundantia, crepant horrea frugibus, quæ erexi, non capiunt vinum cellaria, noua ac maiora sunt erigenda. O quantis affluo bonis! O quam bene his omnibus munitus? *Anima habes multa bona, reposita in annos plurimos.* Nihil timendum, nullius rei te premet defectus. Eia age, gaude, bibe, epulare, lætos duc dies, nulla te affligat sollicitudo. O vecors, ô stulte, quid tot ictus tui intellectus virgâ, das tritico, vino, rerum affluentiæ, diuitiis, voluptatibus, vitæ longiori? melius tibi conueniebat percutere puluerem, cõsiderando, quòd in momẽto possis emori; cum autem ipse non percusserit, percutit Deus, qui ait: *Stulte, hac nocte animam tuam repetent à te, & quæ parasti, cuius erunt.* O stulte, insipiens, fatue, quid tam incurrius vitis eius quod es, & tam pronus rationi ineundæ vitæ ad multos annos, qui adhuc longè distant, sed nec eos videbis; & tam parum anxius de morte, quæ tibi proxima imminet: hac enim nocte tibi ex rahent animam tuam, & secum rapient cacodæmones infernales. *Et quæ parasti* (ô infelix) *cuius erunt?*

Heu quam multis hoc accidit! quam sæpius altet strato suo recumbens ratiocinatur, de prospero rerum suarum successu: disponens pio hoc anno & sequentibus, tam mortis oblitus, quasi immortalis, & tam super securus, quasi fœdus cũ morte & sepulchro percussisset, similis eis, de quibus refert Isaias, qui affirmare ausi sunt. *Percussimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum.* O pauper, quis tu? caue, ne, quod possibile est, hac nocte hinc improuisus rapiaris. *Et quæ parasti, cuius erunt?* Inquirit Rex Dauid quę possit subesse caussa, quòd viuant homines tam socordes, prorsus immemores Dei, diuinæ legis, & suiipsius, studentes solis deliciis, voluptatibus lasciuiis & huiusmodi bonis. Fusè circa hoc discurrens, ait: *Non est respectus morti eorum*: Legit D. Hier. *Non recogitant de morte sua.* Expende verbum hoc (*recogitant*) quod significant ex professo, semel,

Isa. 28. 15.

Psal. 48. 13.

D. Hier. in Psal. 77. Nouies

morũ oblivio sordis.

semel, & iterum cogitare: O qualis oriretur fructus ex *cogitare, & recogitare de morte*: cogitare & continuò vitæ nostræ finem meditari, mortis angustias perpẽdere Hæc enim cogitatio hominem subdit Deo, vt alterum Sennacherib Ex qua prouenit, vt qui hac occupatur, festum diem agat Deo, id est, pœnitentiã. *Relquiæ cogitationis diem festum agent tibi.* Considerat D. Chrysost. *a* quod licet nihil magis sit in ore hominũ, quam mors, nihil tamen sit, de quo minus attentè, & sincerè cogitetur. Licet videre, quòd perpetuò tractent oretenus de morte, quando matrimonia ineunt, contractus matrimoniales componunt, quod maximi gaudij tempus esse consueuit; ad singula verba mors occurrit, & in tali casu sit disponunt; si maritus primò obierit, si vxor, si primogenitus discesserit, si natu secundus, ita vt (ait ille) filiis nondum viuentibus, sed nec conceptis de eorum agatur obitu Verum hæc omnia dicuntur oretenus, nec sincerè aut attentè perpendunt eam vt sibi vicinam, & quæ eos versâ chartâ retro præstolatur, vt hinc abripiat minus de illa cogitantes, & imparatos: *Non recogitant ile morte.*

Hinc oritur non timere mortem, differre pœnitentiam, radicem seu sedem hic in terra figere. Percute intellectu tuo puluerem, & ecce quot emergent curæ, quæ tibi somnum excutiant Contigit autem hoc Dauid An non vides eum adeo vigilem, vt primus excitetur de somno & præueniat ipsos vigiles? *Anticipauerunt vigilias oculi mei.* Plus ego vigilabam, quam ipsi qui b, s ex officio vigilias agere incumbebat. Videamus modo, ô Rex piissime, quis te excitauit? quæ curæ tibi somnum impediuerunt? illæ forte quas secum trahit regni totius gubernatio? Hæc enim sine dubio Regibus permolesta An forsan hæc sollicitudo filios vestros tangebat, intelligens eorum vitam dissolutam, aut filias tuas anxius de earum custodia, & certa collocatione? Nihil horum; quę ergo? Expergefecit me timor adeo vehemens, vt mihi adimeret loquelam, & vt atronitum suspenderet *Turbatus sum & non sum locutus.* At quis ille terror? Num forsan alicuius exercitus copiosi, qui ciuitati tuæ imminebat, aut hostis, qui tibi bellum parabat indicere? Nec hoc: sed ex alia nascitur cogitatione. Et quę, obsecrò, hęc? *Cogitaui dies antiquos, & annos æternos in mente habui.* Ad memoriam cœpi, reuocare præteritos annos, & eam, quæ restat, æternitatem.

Multa de præcedentibus diebus mente reuoluebam, ex quo tempore mundum Deus condidit ex nihilo, perpendens tot populorum diuersitatem, qui omnes perierunt, & hinc discesserunt. Vbi, quæso, famosissimi illi gigantes, qui solâ suâ præsentiâ hominem deterrebant? Quid actum de tot illustribus viris, qui prima iecerunt fundamenta tot familiarũ toto orbe celebrrimarum? quis mihi ostendat potentissimos illos Monarchas, qui suâ & auctoritate & nomine mundum implebant vniuersum? Quid modò tot tantique fortissimi Duces, suis stipati exercitibus, & his adeo numerosis, vt arenæ maris comparentur? Quis nunc videat mulieres ob corporis venustatem & faciei pulchritudinem notissimas, quæ ab omnibus prudentissimæ æstimabantur? Euanuit totũ, instar pueueris, idemq; de me breui futurũ, sum anguratus. Demum conuerti mentem meam ad futura, & sine fundo mare cõtucor & abyssum, nec finem, annos æternitatis, qui me manent; vel æterna cum Deo, & Angelis eius gloria in regno cælesti, vel pœnæ æternitas, cum Lucifero & dæmonibus in puteis seu carceribus sempiternis. Egóne ille, qui tale subeo periculum, in quo me breui deprehendendum sine remedio perhorresco? Gloria æterna, aut pœna æterna: quomodo dormio? quomodo quiescò? quomodo rideo? quomodo delector? quomodo me non totum absumit anxia sollicitudo? Hoc me (ait Dauid) habet vt atronitum, vt turbatum, vt nescium loqui: *Turbatus sum & non sum locutus.*

V. Mundi vanitatis consideratio vtilissima.

Hæc te, ô charissime, expergefaceret anxietas, si (vt docet D. Basil.) oculos tuos ad annos præteritos reflecteres, sed nec necessarium est recurrere ad annos antiquos, peruolando, priscos illos Monarchas Chaldæorum, Babyloniorum, Medorum, Persarum, Græcorum & Romanorum, quos non vidisti: iam enim tibi liquet, quam latam de his posses instituere meditationem, ex iis quæ legisti in historiis exarata, ex Propheta Baruch colligendo: *Vbi sunt Principes Gentium, & qui dominantur super bestias, quæ sunt super terram? qui in auibus cæli ludunt, qui argentum thesaurizant, & aurũ, in quo confidunt homines* &c. Quid actũ de illo Nemroth, qui tyrannicis suis actionibus quoscumq, suæ subiiciebat seruituti? Hic ille qui cælo bellum parabat, quinimo debellare statuerat, excelsam illam, cælũ versus, turrim erigẽdo Quid illa celebris Semiramis fundatrix murorũ Babyloniæ, quos spectaculũ proposuit orbi vniuerso? Quid Cræsus innumeris & interminis diuitiis satur, si satur? Quid Alexander Magnus suis tot præclaris triũphis inclytus, cui sese quasi in momento subdidit mundus? Quid Cæsares voco, quos vocant inuictos? Imperatores augustos? *Exterminati sunt & ad inferos descenderunt.* Verùm horum euentus præteri velut antiquos,

quos à longè minus dignoſces. Cogitatio tua modernos annos percurrat,& ea quæ oculis tuis, diebus vitæ tuæ, ſpectator conſpexiſti; Quot enim viros ditiſſimos noſti,potentes, ſanos,proſperè agentes? Quot Principes, quot nobiles, quot dominos, quot dominas? quò deuenerunt? quò euanuit talis domicellæ leuitas, venuſtas, & grata ſodalitas, quæ totam recreabat ciuitatem, cuius gratiâ feſta, & torneamenta ſunt inſtituta? quò receſſit gratiſſima amaſiæ tuæ gratia,quâ omnium ſibi conciliabat affectum? Quò fugit Comes ille, quem in luctis & arundinibus videre, omnibus erat oblectamentum, qui equo reſidens curſu oculos præuolatet ſpectatorum? Vbi talis iudex conditus iacet? talis Prælatus, talis Canonicus? Vbi mercator, qui ob plurimas quas poſſidebat opes,digito ab omnibus deſignatus, ſuperbiit. Quomodò tacet modò ille Prædicator eloquentiæ flumen, Magiſter tam doctus? *Exterminati ſunt.* An aliter de vobis futurum, & in longum protrahendum, cogitatis ſperatis, confiditis?

43 Hæc verba, hi fuere diſcurſus noſtri magni Regis Philippi primi Aragoniæ, & ſecundi Caſtiliæ optimè ex iuſtitia meriti nomine Prudentis celebrati,qui iure hoc loco memorati poteſt, & celeberrimis Eccleſiarum pulpitis prædicari.

VI. Philippi ſecundi Hiſpaniarum Regis ad filium vltima verba.

Huic Deus longos conceſſit annos, ſeptuaginta nempe duos,ad quos vixiſſe neſcimus Principem ex domo Auſtriaca quempiam, & perpaucos Monarchas poſt Dauid ad illos peruenifſe. Conceſſit autem Deus tanto Monarchæ tot vitæ dies, quia ſic beneficio Eccleſiæ ſuæ expedire iudicabat,cuius tam ſingularis vixit defenſor,vt cæteros omnes longè anteuerterit, Catholicos & Principes piiſſimos, quos mundus agnoſcebat. Circa finem vitæ, multis, magnis, moleſtis,& fœtidis morbis,oppreſſus decubuit; quòd ſi natura, verius dixero autor naturæ Deus, ei tot conceſſit annos, noluit eum mors ſolo proſternere, niſi prius ei oſtendiſſet, Principes & mundi huius Monarchas tam pudendum & miſerandum ſortiri vitæ terminum, ſicut pauperrimus quiſque conſequitur: eum itaque tam vili & dolorosa ſame oppleuit, vt omnia corporis eius membra, manantes iugiter fontes eſſe viderentur: Cui acceſſerunt multa alia & maximè dolenda accidentia: quæ omnia tali pertulit conſtantiâ & fortitudine animi regalis & pectoris tam Religioſi, quali præditum non ignoramus.

Verùm cum talis eſſet præſens eius calamitas, non tantum hæc ei dolorem inflixit, quantum apprehenſio futuri: ſuo enim viuaci acutoque iudicio meditatus, profundas iuſtitiæ diuinæ abyſſos: computus, quos propediem eſſet redditurus tot vitæ ſuæ dierum, tot & tam diuerſarum actionum, quales diſpoſuerat & mandauerat executioni, tot regnorum, populorum, Prouinciarum, quibus præfuerat, tantorum exercituum, quos conſcripſerat, tot bellorum, quæ fuerat aggreſſus; tot prouiſionum in Eccleſiaſtico & ſæculari ſtatu, quas fecerat; tantarum & tam variarum ſententiarum, quas erat executus: optabat, ſe potius pauperem ouium paſtorem prodiiſſe in lucem, quam Regem natum Hiſpaniarum, vel in iuuentute mortuum; ſatis clarè præ oculis demonſtrans: exiguam non eſſe probationem, Dei in hominem amoris, ſi eum maturè ex mundi huius periculis, & calamitatibus eripiat; licet totâ ſuâ vitâ pius, iuſtus, religioſus, & ſollicitus vixiſſet Princeps. Appropinquauit igitur hora, quâ ſacramentum reciperet extremæ Vnctionis, quæ fuit prima Septembris anni ſupra milleſimum, nonageſimi octaui, vt erat tam pius, religioſus, præcautus, & in omnibus ſuis actionibus prouidus & ſagax, vt eam reciperet, Archiepiſcopum Toletanum interrogabat formam & modum, quo illud Sacramentum aliis adminiſtratur: numquam enim occaſionem nactus fuerat, vt præſens adeſſet, dum alicui illud in extremis miniſtratur: ſuſcepit autem hoc Sacramentum magno feruore ſpiritus extraordinariâ pietate actibus Religionis ardentibus, valde conformiter ei quod ſemper oſtenderat. Aderat his omnibus præſens filius eius Princeps; accepto iam Sacramento iuſſit, vt omnibus foras ſecedentibus; ipſe ſolus cum eo remaneret, tum religioſâ conſtantiâ, & animo valde ſedato, erupit in hæc verba, æternâ memoriâ digniſſima. *Hæc mea fuit voluntas fili, vt hâc horâ præſens adeſſes, & qualis fum inueneris, & qualiter receperim extremæ Vnctionis Sacramentum. Primò: ne tibi, quod mihi contingat, & quod ego ignoraui, tu ne ignores formam ſc. quâ hoc miniſtratur Sacramentum. Secundò: vt perſpicias quem finem accipiant totius orbis Monarchiæ, quis earum vltimus terminus. Ecce fili mi,qualiter me Deus omni gloriâ & Regiâ maieſtate denudarit, & vobis hanc conſignet inueſtituram. Infra paucas horas erit mihi pro his vilis linteamen: hoc autem vnicum, quoad res temporales,mihi ſupereris, ex omnibus meis diuitiis, honoribus, & Regiis dignitatibus; quod abiecto ſum funè cingendus, quo in terram dimittar: ſum nunc cadis de capite meo corona Regia Maieſtatis: hanc*

» *hanc mihi intervenientè morte Deus tollit, vt tibi eam imponat. Et tandem decidet de capite tuo eadem quoque corona, sicut modò vides mihi eam delabi, vt tradatur alteri. Iuuenis es sui & ego, numerati sunt dies mei, & iam completur eorum numerus: tuorum autem nouit Deus, & pertransiuerunt, nec tibi aliter succedet, quam vides modo mihi contingere. Contemplatus hunc polum, rationes tuas dirigito, negotia tua componito gressu tuos deducito, & vitam tuam instituito: in qua duo quasi omnium curarum tuarum primitèria sunt obseruanda. Primum; vt lapis fundamentalis omnium tuorum bonorum successuum, sit erga Sanctam Ecclesiam Romanam Catholicam obedientia & erga summum Pontificem, vt eiusdem supremum caput. Secundum: subditis tuis seruato iustitiam, & iuxta illam eos gubernato*, &c. O qualia verba, æternâ memoriâ & consideratione dignissima, & quæ ad viuum verbis demonstrant, præter id, quod vobis præ oculis contingit, quam parua sunt hæc omnia, quàm cito pereant, etiam illa, quæ maxima, quæ solida, quæ solidè fundata esse videbantur. Vt verò vester hoc consideret intellectus, & capita vestra ac frontes huic cogitationi applicetis, vt hinc in vobis nascantur curæ & anxietates, ideirco capitibus vestris cineres affricantur, quo hinc discedentes, hoc vestrum caput cinere conspersum & velut mortuum, cinerem hunc quærat, illum offendat, ita vt velitis, nolitis, cogitatio vestra cineribus occurrat; quod si renuerint & fugerint, ipsi vos detineant, manu apprehendant, & secum rapiant, vt nolentes, volentesque de ipsis hoc cogitetis. *Puluis es, & in puluerem reuerteris.*

§. 20. *Omnia mors redigit in cineres, vt lapillus ille omnia metalla statuæ Nabuchodonosor.*

Dan. 2. 44. SÆpius facta est mentio visionis, quam habuit Rex Nabuchodonosor, quam narrat Daniel: Verumtamen tam profundis scatat mysteriis, vt semper noua detur reuelare. Erat magnus hic Monarcha in cubili suo noctu prostratus, & cogitare cæpit de prædecessoribus suis, qualiter imperia sua adeo extensa & dilatata fundassent; quàm opulenti, quàm potentes, quàm fuissent honotati, & quomodo tandem esse desiissent: alij hoc modò, alij aliò, de quibus fulè narrant historiæ, tam sacræ, quam prophanæ. Ex consideratione tam variorum euentuum, ortum est in eo anxium desiderium sciendi, qualè ipse finem esset habiturus. O si vos hoc faceretis, & vos & omnes, quandò in cubilibus vestris soli stertitis, ac serio cogitaretis prædecessorum varios euentus, finesque tragicos! O siderasi tu circumitres funestos ac infaustos successus tio Nabucho- & exitus huius mundi, quos perpendens subsisteres in cogitando, & quis erit meus? cui sudo? donosor. quid mea refert sollicitum viuere de filiis, & mei obliuisci? An melior forsan sit mea sors futura, quàm parentum meorum, aut atauorum? sumnè alterius ab illis subtilantiæ? An hic perpetuò in mundo permansurus? An ego mecum delaturus, id quod ipsi, quia auferre non potuerunt, hic reliquerunt? Hâc anxiâ sollicitudine pressus Rex, obdormiuit. Voluit autem Deus eius huic desiderio satisfacere, & hâc celebri statuâ quasi stupendô Hyerogliphicô præsignare, hoc quod ipse scire cupiebat. Ostendit illi per somnium statuam excelsam, aspectu terribilem & portentosam: *Huius statuæ caput ex auro optimo erat, pectus autem & brachia de argento, porro venter & femora ex ære, tibiæ autem pedum quadam pars erat ferrea, quadam fictilis.* Stupet rex, rem videns tam nobilem in auro, tam diuitem in argento, tam sonoram in ære, tam fortem in ferro. Videntur huic non posse obesse vllæ vires, nec quod eam demoliri valeat aut paupertas: aut necessitas, aut versutia, aut violentia. Eâdem horâ ecce lapidem de monte præcisum sine manibus, qui impingat in pedes statuæ ex luto. Quid inde? aurum, argentum, æs, ferrum, omnia hæc subitò contrita, & *redacta quasi in paleam æstiuæ aræ, quæ rapta sunt vento*, vt ex his omnibus ne vel atomus superesset. Hoc viso ita raptus, attonitus, & totus anxius Rex hæret, vt ei vires deficiant & eiusdem visionis penitus obliuiscatur, solus eum detinet horror. *Conterritus est spiritus eius, & somnium fugit abeo.* Adsunt diuini, aruspices, magi, Chaldæi, nullus Regem solatur, quietat, aut petitioni satisfacit, donec veniat Daniel, hic Regi somnium indicat, & explicat ænigma. Quod ô Rex vidisti, scito esse imaginem, per quam tibi voluit Deus ostendere, hoc quod tantopere scire desiderabas, quem sis finem habiturus, & quid de te postmodum futurum.

Aurum, argentum, æs, ferrum, omnia in puluerem sunt redigenda. Fieri ne potest? Fieri potest; omnia enim luto innituntur? nihil potest esse firmius eo fundamento, cui innititur: fundamentum horum omnium lutum est, & puluis, in quod hæc omnia sunt redigenda, nisi in

puluerem ? Noueris mundum hunc talibus plenum esse statuis. Quid enim Princeps, nisi statua vna grandis, qualem vidit Nabuchodonosor? Caput ex auro optimo, est genus illustre, quod descendit ex Cæsaribus Romanis, Gothis seu aliis Principibus familiarum inclytis ac splendidis. Argentum signat diuitias, census, tura, prouentus. Æs; famam, honorem qui toto resonet orbe. Ferrum, potentiam, sanitatem, vires. Cui vero cuncta hæc nituntur, nisi luto? *Memento homo.* Homo es; quid est homo, nisi lutum? Quid domicella nisi statua visu pulcherrima, nobilis, diues, discreta, pulchra; verùm cui hæc innituntur, nisi vili luto? *Memento homo.* Quid est Archiepiscopus, Episcopus & Prælatus nisi statua gratissima, illustris in seruis, annulis, mitra, pectorali, baculo, vestibus, auro, gemmisque fulgidis. Cui hæc innituntur? luto. *Memento homo.* Aduerte autem in statua hac lutum fuisse in pedibus, vbi minus videri possit, quod verò statua euidentius ostentabat, & cæteris præualebat, & quod primum spectantium oculis obiiciebatur, aurum erat, loco altiori, & omnibus spectabili. Argentum vero & æs, & ferrum paulo infesius, in pedibus autem lutum erat, vbi non videtur, nisi caput inclinaueris, & oculos deorsum deflexeris. Contuere, obsecro, mundi statuas. Hoc quod minus cupiunt videri, lutum est, in quo tota hæc statua fundatur, hoc est, substantia & esse hominis. Hoc quod alius appetit vt excellat, & videatur, est, quod sit Princeps, Comes, sapiens, Iudex. Videatur in alia, quod sit Domina, nobilis, pulchra prudens, diues. Quod vero rarius nominatur, hoc est quod sint homines, ex luto: quia ex luti massa fictus est homo. Clarissimè hoc Dauid intellexit, vt notat D. Bernard. in illa petitione, quâ Deum obsecrabat. *Vt sciant gentes, quoniam homines sunt.* Quid hoc ô Dauid? quis est homo, qui nesciat se hominem; vult dicere: Domine Deus, quàm sunt homines pauoni similes, vanè incedentes, ostentantes solas suas venustas, & gratissimas plumas, quas ventus in altum erigit, oculis hominum eas obiiciens. Hic iactat se Principem, ille Ducem: alius se comitem, alter se Gubernatorem. Hic Episcopum, ille Canonicum: hæc se dominam prætendit illustrem, famosam, diuitem. An non efficies, Domine, vt oculos suos ad pedes deflectant, & eorum fundamentum addiscant; *quoniam homines sunt?* quoniam lutum sunt, puluis, & cinis, & in ea basi subsistat omnis illa venustas, diuitiæ, nobilitas, fortitudo; At de fundamento tam debili, quid sperandum?

VI. Visio statuæ declaratur.

Epist. 48. ad Henricum Senonc. Archiep. Ep. Ps. 9. 21.

Lapillus sine viribus, *sine manibus*, quem nemo proiicit, nec igne impulsus cecidit, vt glans ex sclopo maiore, nec violenter ab aliquo emissus, vt sagitta ex æreo arcu contorta; nec fortè alicuius brachio proiectus, vt lapis ille quo David fortissimum prostrauit Gigantem, sed sine manibus, hic omnia hæc, in ictu oculi in cineres rediget, vt leui vento per aëra dispergantur.

VII. Lapis quid significet sine manibus præcisus.

Nullum lego Hyeroglyphicum, inter omnia quæ sapientes Ægyptij commentati sunt, quod tam admirabili proprietate depingat id, quod desiderabant, vt lapis ille mortem designat. Abscissus est de altissimo illo monte Adam; hinc processit, sicut dixit D. Paul. Et sine manibus: illæ enim, quibus omnia condita sunt, lapidem hunc, mortem dico, non fecerunt: *Deus mortem non fecit.* Continet & aliud mysterium, nobis indicans quod vt mors veniat, manus pluriman non requiruntur, nec multi militum exercitus, nec multi gladij, seu lanceæ, seu bombardæ; licet enim nemo eam eijciat, suâ venit sponte mors. Quot singulis diebus morte abscindi intelligis, quin & vides sine manibus? vides adolescentem robustum, diuitem, in deliciis enutritum subitò corruisse; quis hunc occidit? Vides aliam prosperè vigentem, cui deseruiant famuli sui, vt nihil illi desit, heri vegetabat alacris, viua & hodie mortua. Quis ei vitam abstulit? quæris & petis, quis mortem adiecit? si ab hoc, si ab illo, & tandem non inuenies, quæ illam manus deiecerint.

Rom. 5. 12.

Sap. 1. 13.

Conuiuium celebrabat Rex Balthassar; ecce digiti manus conscribunt mortis eius sententiam: quâ viâ, quâ portâ (rogo te) ingressi? Non inuenies: Lapillus ille impegit in lutum, in hominis substantiam, qui ex eo, quòd ex luto sit, mori debet: *statutum est hominibus semel mori.* Omnibus Regibus, subditis, diuitibus, pauperibus, nobilibus, plebeis: Et eam eandem assignas rationem: quando admiratus conciuit tui mortem, causam inquiris, & post multa concludis his verbis: quid plura? homo erat. Lapis hic impingens in pedes luteos, & fundamentum euertens, omne quod ei nitebatur subitò redigit in puluerem, spargit in aëra, conuertit in nihilum: *Omnia redacta sunt in fauillam, qua rapta sunt à vento.*

Dan. 5.

Ad Hebr. 9. 27.

Quid actum de Chaldæorum nobili prosapia? quid de Medorum ac Persarum infinitis diuitiis? quid de Græcorum admiranda sapientia? quid de inuicta potentia & viribus Romanorum? quid de nobilium comica vrbanitate, de gratiæ

gratissima domicellæ conuersatione? Iam nunc videbis ea ex loco facta subitò vento in altum rapi, & in nihilum redigi.

Serm. 48. ad fra. in Erem. Descende (ait D. Augustl.) ad sepulchra ista & vide, num aliquod possis istorum metallorum inuenire. Vide num possis discernere, quis nobilis fuerit, quis ditissimus, quis fortissimus, quæ formosa domina, quæ turpissima. Postquam D. Ambros. a latè de eis fuisset prosecutus, quòd idem ante ipsum fecerat D. Basil. b tandem præclaris his concludit verbis. *Nulla discretio inter cadauera mortuorum, nisi forte, quod grauius fætent diuitum corpora distenta luxurie*, &c. Cum igitur hæc ita sint, quæ tua debet esse sollicitudo? Licet nobis dicere, quod D. Petrus asserit de hoc mundo: Notum sit vobis fratres, quia omnis hæc pulchritudo, diuitiæ, nobilitas, palatia, ædificia igne deuorante sint dissoluenda: *Cum igitur hæc omnia dissoluenda sint, quales oportet vos esse in sanctis conuersationibus, & pietatibus*, si in hæc redigenda sunt, & aurum nobilitatis, & diuitiarum argentum, & æs pulchritudinis, & fortitudinis ferrum, an non optimè deceret, quòd modo inciperes te præmunire ac disponere, pœnitentiis, macerationibus carnis, eleemosynis, humilitate?

a Li. 6. Hexæ. c. 8. b Ho. 3. in Psal. 48. 2. Pet. 3. 11.

IV. Mors omnia dissoluit.

Aduerte autem modum loquendi D. Apostoli: *Omnia dissoluenda sunt*. Nobilitas non est tua, solummodo eam tibi mundi cursus attexuit. Opes non sunt tuæ, auaritia tua tibi eas alligauit, aut hereditas proauorum: Corporis venustas non est tua, ipsa natura tantùm eam tibi fœcundi in facie, idque pro paruo tempore. Vide, conspice, quòd mors dissolutura sit eum nexum, & te omnibus eis nudum relinquet, quæ tibi alligata possidebas. Hoc est quod toties repetimus ex Psalterio. *Ne timueris cum diues factus fuerit homo, quoniam cum interierit non sumet omnia, neque descendet cum eo gloria eius.* Non te perterreat, nec attonitum reddat, si videris diuitem, potentem, superbum, omnia quæ sunt in mundo possidentem. *Ne timueris* in ictu oculi in puluerem conuertetur, & ipsa eius hora, ipsa mundi gloria eum omnibus orbatum destituet. Videtur alludere ei consilio, potius dicere, mandato Dei dato Moysi & Aaroni: ingrediuntur Ægyptum, sistuntur coram Pharaone, contemplantur eius regiam maiestatem ac celsitudinem, quâ perculsi subsistunt. *Tollite* (præcipit Deus) *manus plenas cinere de camino, & spargat illum Moyses in cœlum coram Pharaone.* Ad quid hoc Domine? Cinis hic aperiet vobis oculos, & pro collyrio deseruiet, vt cognoscatis, quis sit Pharao, quæ eius maiestas, quæ gloria: nihil est præter cinerem, quem ventus dispergit, quia in cinerem eius hæc gloria conuertetur. Hoc quoque voluit, Sancti Dei viri intelligeret, vt mundi Principes discant non timere: clamat apud Isaiam. *Audite me, qui scitis iustum*, &c *Nolite timere opprobrium hominum, & blasphemias eorum ne metuatis; sicut enim vestimentum, sic comedet eos vermis sicut lanam, sic deuorabit eos tinea.* Vestes habentur pretiosæ, de illis ipsis euascentur vermes, qui in sepulchro eas corrodent. Sunt ligna inaurata, de his ipsis germinabit tinea, quæ illa deuorabit. Hac ratione animum dabat filiis suis Mathathias, quando eos Græcorum robur & Rex Antiochus perterrebant: *A verbis viri peccatoris ne timueritis: quia gloria eius stercus, vermis est. Hodie extollitur, & cras non inuenitur: quia conuersus est in terram suam, & cogitatio eius periit.* Vos ipsos agnoscite, ô viri, intelligite vos non esse id, quod esse videmini: alligata & appensa sunt omnia & ea hic relinquetis. *Cum interierit non sumet omnia* Hic optimè quadrat præclara D. Basilij concio, circa illa verba Moysi. *Attende tibi ipsi*, de quibus alias actum est.

Isa 51. 7. 1. Mach. 2. 62. Ho. 3. Deut. 4 9. Tract. 1. p. 2. §. 29. & seq.

§. 21. *Habeatur amodo vt puluis, qui adhuc viuit, vt mortuus positus in pheretro, sicut Noë conclusus in arca.*

OMnibus his dictis supereſt nobis magna difficultas, circa verba illa Ecclesiæ nobis hodie intimata: *Memento homo, quia puluis es, & in puluerem reuerteris*, quæ prima facie videntur falsa. Primo, ex oculorum testimonio, vt possis dicere. Video, quòd non sim puluis, homo sum ex carne & ossibus, fortis, vegetus. Video quod Domina sim, formosa, sagax, iuuenis. Secundò, homo non reuertitur in puluerem, nisi per mortem: hoc enim tempus est, de quo Prophetat Dauid: *Exibit spiritus eius, & reuertetur in terram suam.* Mors nondum venit, verè enim viuo ego, comedo, dormio. Tertiò. Videntur sibi verba hæc contradicere: quia secundùm Philosophiæ axiomata, hoc quod in aliud conuertendum est, nondum hoc est, nec aqua ventus est, antequam in illum conuertatur, nec lignum ignis est, antequam accendatur, nec puluis, antequam consumatur: tunc enim in puluerem lignum conuertitur. Secundùm hanc doctrinam, si homo in puluerem sit conuertendus: nondum dici potest, quod

46 I. Declaratur hæc sententia: *Memento homo* &c. Pſ. 145. 4.

puluis,

puluis, sit, nec erit, donec fiat ista conuersio, quando scilicet mors venerit. Verum enim verò, tam indubia ac vera est hæc sententia vtpote ipsius met Dei ore promulgata, vt fallere non
Ad Tit. 1. 2. possit. *Non mentitur Deus*: ait D. Paul. post priorum nostrorum parentum peccatum, relictis Adamo ex totius vitæ decursu nongentis triginta annis, statim dixit ei Deus, *puluis es & in puluerem reuerteris*. Huius rei plurimas dedimus
Gen. 3. c. 19. rationes. Nunc succinctè dico quòd modo ex
Tract. 1 p. 2. §. 31. vsque 47. veritate possis teipsum pulueren nominare, & vt pulverem credere: eò modò loquendi quò quando ducunt furem ad patibulum suspendendum, & is iam nunc ad mortem procedit, dicere solemus: illum iam suspendunt: iuxta enim philosophicum scitum: *Quod parum distat, ni-*
a L. 3. de Ciuit. c. 11. *hil distare videtur. a.* A momento conceptionis tuæ progredi cœpisti versus mortis patibulum, vt probat D. Aug. cuius rationes exposuimus.
b Tract. 1. p. 2. §. 41. & seq. *b* Res est frequentissima nostra phrasi loquendi, (ait D. Chrysost. *c.* hoc ipsum exponens) quòd eâ horâ quâ contra reum sententia pronunciatur, principaliter si non subsit appellatio, illam
c Ho. 17. in Gen. habeamus quasi executioni mandatam. Et quando iudex in tres proloquitur sententiam: in vnum, vt affigatur patibulo: in alterum vt virgis cædatur: in tertium, vt exilio multetur: dicimus: iam pronuntiata est sententia in furem vt suspendatur: in talem vt exterminio puniatur: non quòd iam executioni sententia mandetur, sed quòd confestim executioni mandabitur. Nunc igitur considera, quamdiu credis differendam sententiam, quam contra te tulit Deus cunctosque mortales in hæc verba: *puluis es & in puluerem reuerteris*? breuissimo tempore: non disputo quando futurum sit siue hoc annò vel hoc mense, quinimo hodie, sic vt viuens hac non egrediaris Ecclesia; Et tu qui mane sanus de strato surrexisti, noctem mortuus non transigas. Hoc verò ago, vixeris tot annis, quot naturaliter homo potest viuere, septuaginta, vel

II. Breues dies sunt hominis.
Iob 14. 5. Iob 20. 5. Lib. 15. Eccl. c. 2. octoginta vt summum, adest Iob. qui ait: *breues dies hominis sunt*. Cui addit amicus eius Sophat Naamathites: *ad instar puncti*. Qui octoginta vixisti annis, quærit D. Gregr. imò & octingentis, vt illi qui ante diluuium vixerunt, per Deum vestrum vos obtestor, quanto vobis videtur tempore vita peracta? vno instanti.

Quoties dicis: certè mihi videtur, me heri iunctum matrimonio, heri talem vidi iuuenem, & modo Episcopum. Si tam breues tibi octoginta videantur anni iam transacti, quales credis futuros, tres aut quatuor adhuc venturos? si ex vitæ tuæ vestimento resciderit tot plicæ quot præterierunt anni, & omnes tam breues videris, credisne venturas fore longiores? Tam breues visi sunt quibusdam, quos Salomon notat, qui eum multo tempore deliciis & carnis vacassent oblectamentis, secuti vernum inconstutis florem, quando mentis oculos ad annos iam elapsos reflectebant, ut eis nihil visum sit celerius super terram decurrisse, nec vmbram, nec cursorem, nec nauim, nec auem, quodque cum primum nati fuissent, statim finem accepissent. *Nos nati continuò desiuimus esse*. Huic videtur *Sap. 5. 13.* conuenire, quod idem Salom ait: qui statuens ac designans singulis rebus tempora, nullum vitæ designauit, sed natiuitati tantum & morti: *Tempus nascendi, tempus moriendi*. Nullum ergo *Eccles. 3.* restat viuendi tempus? videbatur dicere debuisse: Tempus viuendi, & tempus moriendi: quia cum statuat (sicut statuit) rebus contrariis tempus: *tempus ridendi, & tempus flendi, tempus aedificandi, & tempus destruendi* &c. Sic & statuere conuenisset duas res contrarias: & tales non videntur esse nasci & mori; bene equidem viuere & mori; sic optimè quadraret: Tempus viuendi & tempus moriendi. Præclaro sane loquitur *1. Rat.* ingenio. Primo: definiunt enim viri sanctissimi *III.* nullum esse tempus, quod proprie sit tempus vi *Cur spe-* uendi: quia quo quis nascitur momento, eodem *randum.* incipit & mori, & finem accipere: sicut quo *nullum* momento candela accenditur, eò incipit & con- *viuendi* sumi: quia ardendo consumitur, & incipere ar- *assignan-* dere, & consumi conuertuntur & idem sunt. Ita *tempus.* D. Ambro *a Vitæ namque principium, mortis a L. 2. in exordium est; nec prius augeri incipit ætas, quam Luc. ca. 2.* minui. Huic concinit D. Hieron *b* confirmans *b Epist. 3.* idem quadam Manilij sententia: *Nos ex quo nascimur, mori incipimus, vt Manilius ait. Nascentes morimur, finisque ab origine pendet.* Adest vt *ad Heliod.* ridicus Angelus Sacerdoti Esdræ sic de homini- *c 4. Esdr.* bus ad huc viuentibus proloquens: *Et quoniam 8. 55.* *scientes, quia moriuntur. c.* Hanc materiam ex *d L. 13. de* professo tractauit D. Aug. *d.* proponens accura- *ciuit. c. 11.* tè & distinctè quæstionem hanc curiosam; *& L. 22.* quando veraciter dicatur homo mori, de qua *Gen. ad* lias diximus *e* *lit. ca.*

2. Quòd Spiritus S. nullum viuendi tempus *& ex* assignauit ratio est; quia hoc tam breue est, vt *e Tract.* in computum venire non possit, ita vt ponendo *n. 25.* tempus nascendi, possis statuere tempus moriendi vsque
Quinimo ipse Deus (vt aduertit D. Hier.) *vsque 25.* est mira prorsus phrasi loquendi, de magno illo *2. Rat.* agens Monarcha Nabuchodonosor. Multis enim *Aput.* ante eius natiuitatem, quinimo & conceptionem annorum

annorum curriculis, iam nunc illum repræsentat quasi consumptum versumque in cineres. Proinde Prophetæ suo mandat, vt eo modo illum describat, & de eo dicat, multo tempore, priusquam viuere aut esse, incepisset: *Finitus est* Isai. 16. 4 *puluis, consummatus est miser, defecit, qui conculcabat terram.* Si tantum Regem, & potentissimum Monarcham, qui pluribus victurus erat annis pulueream nominat adhuc centum annis antequam nasceretur, quid de vobis futurum, quibus forte vitæ centum horæ non supersunt?

Magni ponderis sunt verba illa, quæ dixit Angelus D. Ioanni Euangelistæ declarans illi mundi euentus, & quando venturus esset Antichristus. Ad hoc ostendit illi in bestiæ cuiusdam decim cornibus, velut in decem Hieroglyphicis: (quæ S. Martyr Hyppolitus exposuit) decem Reges, qui post trophæa & gloriam Romanorum succederent, quos ipse dicit futuros decem, ponendo numerum determinatum pro indeterminato (vt notat D. Aug.) qui secundum meam supputationem principium traxerunt de Regibus Gothorum, per quos incepit decrescere Romanum imperium & post secuti sunt, & sequentur alij vsque ad Antichristum. Et ait illi Angelus, quòd omnes illi reges regnaturi essent vnâ horâ: *Potestatem tanquam Reges vnâ horâ accipient.* Vnâ horâ! Ex quo tempore cœperunt Gothi, inter hos Reges, fuit quidam qui regnauit quadraginta annis, & alij triginta. Et quidem nostra ætate Illustris Rex Don Philippus secundus qui iure optimo Prudentis nomine gloriatur, & exemplo potest esse cæteris Regibus, regnauit quadraginta duobus annis, etiam à mille annis incœperunt isti regnare, & supersunt multi Reges, & anni adhuc venturi.

Quid ergo dicit, cunctos regnaturos vnâ horâ? Respondet D. Ambros. vult significare, quàm breue sit huius vitæ tempus in seipso, & magis adhuc in iudicio & sententia, illorummet Regum. Interroga (ait D. Greg.) eum qui pluribus, cæteris Regibus, annis regnauit, quando extrema ei illucet hora, quàm longi fuerint dies vitæ ac imperij sui. Procul dubio, dicet minus vna hora. Sic iudicarunt infausti illi, qui transactis pluribus annis in lasciuiis & deliciis huius sæculi, descenderunt in infernum, illic has ediderunt voces, quas sapiens audiuit, & nobis tradidit Spiritus S. *Transierunt omnia illa tanquam umbra*, &c. *tanquam nuntius percurrens*, &c. *tanquam nauis* &c. *aut tanquam auis* &c. *aut tanquam sagitta emissa* &c. *nos nati continuò desiuimus esse.* O quàm celeriter dies vitæ nostræ transuolarunt, deliciæ, voluptates? tanquam vmbra, tanquam nuntius, tanquam nauis, tanquam auis auolans, tanquam sagitta. Cur tot adducunt similitudines? quia verisimiliter, quod vnus vnâ dixerat, non satis rem explicare videbatur, quare addunt & alias; & sic tandem concludunt: *Nos autem continuò desiuimus esse.*

Notandum est illud Aduerbium (*continuò*) quo solet sacer textus explicare magnam celeritatem, vt videatur vna res alteri coniungi, seu cum illa continuari: ita refert D. Matth. à Christo vocatos Petrum & Andream & alios, de quibus addit, *Continuò secuti sunt eum.* q. d. nullâ facta aut interpositâ morâ, nec ab inuicem separata Christi vocatio & Apostolorum sequela, sed ita fuere coniuncta, quasi esset vna eademque res continuata, vt nec momentum temporis effluxerit, inter Christi vocationem, & Apostolorum obedientiam. Eodem Aduerbiô voluerunt infelices illi signare, quòd illis tam paruo tempore visum est durasse hanc vitam, vt natiuitas & mors sibi continua fuerint, tam enim breuis extitit hæc vita, vt nec momentum quidem eius possit numerari: hoc enim sufficeret ad disconuinendum vnum tempus ab alio. O quàm breuis est vita nostra! O quàm citò elabitur homo! vix prodit in lucem, quin statim marcescat instar lenioris floris, cui nullum præterit tempus inter nasci & marcescere: *Quasi flos egreditur, & conteritur.* Nullum datur medium inter hoc (*egreditur*) & illud (*conteritur*) Aliquando cogitatione mea pernagatus sum totam Hispaniam, & vidi, quam breues fuerint & sint vitæ dies, quot vno momento perierint, & nullum est theatrum, in quo maiori festinatione, intrent & hi, & egrediantur alij comœdi. Vix vlla sedes est, quam non viderim habuisse diuersos sibi superpositos.

Mortuus est inuictissimus Rex Philippus II. & in regnum eius filius successor viuit, qui mille annis (sic voueo) illud possideat. Quot pontifices obierunt? Pius V. Gregorius XII. Sixtus V. Vrbanus VII. Gregorius XIV. Innocentius VIII. Clemens VIII. Leo. XI. Quot gubernatores ciuitates mutarunt. Quot Concilia cum suis consiliariis & Præsidibus, non semel, sed sæpius mutata? Quot Capitula, quot Episcopi suas Cathedras mutarunt? Viginti annorum spatio, quo Rex noster regnauit, mutauerunt Prælatos suos Ecclesiarum aliquæ ter, aut quater. Hinc ansam acceperunt viri Dei, vt sese iam mortuos reputarent, & vt tales esse crederent, vnde sese munichant contra fluctus huius maris

IV. Vitæ dies breues, exemplis comprobantur.

tempestuosi, & contra eiusdem inflatas undas, procellas, & pericula sibi prouidebant.

48 Conueniunt ingenio D. Aug. conceptus, quem ex eodem hausit Rupert. *b.* De his quæ contigerunt in fabrica monstruosæ illius Arcæ Noë. Hanc præcepit ei Deus erigere, vt in ea ipse, eius vxor, filii quoque tres saluarentur liberi à naufragio, & periculis tam horrendis, quæ omne viuens super terram absorbuerunt. Res quoque est admiratione digna, considerare, quàm Deus fuerit curiosus, ac diligens in signando figuram, quam arca hæc habere debebat, specificè præcipiens, vt esset longitudo eius trecentorum cubitorum, latitudo, quinquaginta, altitudo vero triginta, ita vt longitudo esset sexties tanta, quanta latitudo, & decies tanta, quanta altitudo. Quæ est, ô bone Deus, hæc figura? Corporis humani per terram extensi. Quòd si corpus hominis consideres communis staturæ solo protensum, velut mortuum; inuenies, quod longitudo eius sexies excedat eius latitudinem, & decies eius altitudinem: *Si hominem iacentem metiaris*, ait D. Aug. *supinum, seu pronum, sexies tantum est longus à capite ad pedes, quam latus à dextra ad sinistram, & decies quàm altus à terra.* Secundùm hanc dimensionem, voluit vt arca præferret expressam & lucidam figuram pheretri, quæ eadem est corporis humani in terra iacentis: & vt Noë, quique cum illo ingrediebantur arcam, sese quasi iam mortuos crederent, ac pheretro conclusos. Sic vero recluſos, nulla disperdet tempestas, nullæ submergent procellæ, nullum absorbebit periculum: securè nauigabunt hoc pheretro concluſi.

V. Hominis partium mensuratio.

Hoc vero te securum redderet, si te iam vt mortuum crederes, & quasi in pheretro considerares, depositum finitâ iam vitâ quâ de qua solum tecum deferes vilia linteamina, & fœdè oleus pheretrum, in quo te sic iacentem corrodent vermes; Et quod tam morti vicinus sis, vt te possis quasi iam mortuum existimare. Quàm leuiter impressè tibi manerent deliciarum à quę, & præterfluentia huius vitæ bona, ambitionis procellæ, superbiæ fluctus, quibus huius sæculi mortales demerguntur. Hæc erat S. Pauli meditatio rapti in tertium cœlum, quum his verbis intimate intendit; *quotidie morior*, ita bene exercuerunt S. Hyeron *a.* S. Ambros. *b.* annotantes inter omnia pietatis exercitia, quæ Christiano homini conueniunt, illud maximæ fore vtilitatis, si singulis diebus existimaret se mortuum, & hunc sese suprèmum ad esse diem. *Quotidie morior*, dicis Apostolus, teste S. Ambrosio, *Melius quam illi, qui meditationem mortis philosophiam esse dixerunt: illi enim studium prædicarunt, hic ipsum mortis vsum exercuit, qui mente sua se quotidie mortuum regitabat.* Vnde hoc infero, quòd diebus singulis non præparare oporteret ad mortem, aut mortem experiri. *Sit quidem in nobis quotidianus vsus moriendi.* Quod si qui comœdus agunt, aut tornamentis aut luctis se destinant, qui Regem Cegu, alloqui prætendunt, sese prius probant, & exercent; & omnes artes, atque exercitia primò discuntur, addiscuntur, ad majorem securitatem quanto sæpius pluries referret probare seipsum, seu exercere ad bonam mortem. Suppone te iam moriturum, & cuncta sic relinquere, te extremo cum spiritu luctari, te iam solius Dei conspectui comparere, quodque nullus sit, qui se tibi socium præstet, & iam nunc rationem redditurus sis tuarum omnium actionum. Vide qualem te inuenias, & quomodo tibi hæc proba succedat. Hoc est autem mente iam esse cinerem existimare.

VI.

§. 22. *Est homo lutum sed illitum, instar Idoli; ex suorum pedum sonitu dignoscendum, sicut altera Regina vxor Regis Hieroboam.*

49 PLus quàm ex rei veritate de quolibet viuente iam nunc dici potest, quod puluis sit: quia ipse, ea est materia, de qua factus est. Sumito poculum ex luto inaura illud, depinge illud, argento incrusta illud, quantumcumque lutum cooperueris, lutum est, etiam taliter coopertum. Talis est homo. Quod credis te esse, ô vir nobilissime, domicella pulcherrima, dux fortissime, Prælate excellentissime, Princeps supreme? Vas luteum vestibus pretiosis auro & serico coopertum. Quid est facies illa nisi lutum, variis coloribus & fuco illitum? *Memento quæso, quod sicut limum fecerit me*, sicut illud, fucatum, leuiori illo vitæ velo, & laruâ verisimilium hujus mundi. Tolle laruam illam, liturarn illam, cooperimentum illud, & quid inuenturus sis mirabundus inspicies. Dignus D. Bernardi Spiritu fuit ille discursus quem dedicauit Papæ Eugenio tertio. Fuerat hic Pontifex Monachus & D. Bernardi Discipulus, quem semper vt Patrem & Magistrum suum reuerebatur, proinde semper eum de statu vitæ suæ consulebat. Quocirca, misit illi D. Bernerd. celebres illos duos libros *de Consideratione*. In quorum vni considerationem scribit, quam semper sui ipsius habere oporteret, quæ ad cognitionem

L. 15. de Ciuit. c. 26.
b L. 4. in Gen. c. 17.
1. Cor. 15. 13.
a Epist. 3. ad Nepotia:
b Orat de fide resurrectio.
Tit. 4.
Conf. l. 2. ad Eug.

» tionem sui ipsius maximè conducit. Secundum
» enim totius Philosophiæ naturalis axioma &
» fundamentum, pariter & diuinæ præ cæteris
» cuique conuenit illi consilio parere. *Nosce teip-*
» *sum.* Hæc tibi Pater sancte sit cura principalis,
» noscere teipsam. Iam video, quod si quæras
» quis sis, ratim habebis ad manum veram re-
» spensionem. *Qui es? sacerdos magnus, summus*
» *Pontifex. Tu princeps Episcoporum, tu heres Apo-*
» *stolorum, tu Primatu Abel, gubernatu Noë, Pa-*
» *triarchatu Abrahæ, ordine Melchisedech, digni-*
» *tate Aaron, auctoritate Moyses, iudicatu Samuel,*
» *potestate Petrus, vnctione Christus Tu es, cui cla-*
» *ues traditæ, oues commissæ* &c.] Tu Pastor vni-
» uersalis, tu caput Ecclesiæ, habent alij Prælatî
» Ecclesias particulares, in quibus solum superio-
» res sunt, & habent oues certo numero sibi sub-
» ditas. Tu vero Pastor vniuersalis, cæteris Pasto-
» ribus & omnibus superior. *Habent illi suos assi-*
» *gnatos greges, singuli singulos, tibi vniuersi creditî,*
» *tu omnium vnus es Pastor.* Hoc autem clarè pa-
» tet ex eo quod Christus Petrô dixit, cuius tu suc-
» cessor: *Pasce oues meas*, non dicit, has aut illas, sed
» omnes quæ eius fuerant, ita vt, quicunq; se gau-
» deat esse Christi ouem, se tibi subditum credat.
» Nec solum ei commendauit ouem sed etiam a-
» gnos ouium, cum dicat: *Pasce oues meas, pasce a-*
» *gnos meos*, indicans se illi concredere & subiicere
» Prælatos & subditos, sint illi omnes, inferiores.
» Quâ ratione mirabili planè stylo rem prosequi-
» tur sic est ac te talem esse, vt talem te fatemur vt
» talem veneramur, vt tali obedimus. *En quis es.*

» Verum tamen Pater sancte, opto consideres,
» quòd non solum hoc es, sed quod pariter & ho-
» o lis, & hoc ita, vt hoc tibi magis sit proprium,
» & inseparabile: duo enim es, vnum per naturam,
» in quo natus es, hoc est, quòd homo sis morta-
» lis corruptibilis, miseriarum saccus, frustulum
» terræ, & in terram reuersurus. Alterum ex acci-
» denti, quòd huic supernaturali esse superuenit:
» quod summus sis Pontifex, supremus Princeps,
» & caput Ecclesiæ, omnibus qui hic viuimus su-
» perior. Hoc quod es, per naturam, tam est tibi
» proprium, vt hoc non esse non possis quandiu vi-
» dis, vbicunque & quomodocunque fueris. A-
» liud est superpositum, & sicut sine illo natus es
» & sine illo multis fuisti annis, sine illo potes vi-
» uere. Hinc esse vnum, alterum non tollit, nec
» nouum hoc tibi superpositũ tollit id in quo na-
» tus es, & bene quidẽ hoc cooperculũ est alterius,
» quo cooperitur, adornatur, & venustatur instar
» imaginis ex loto pretiosis vestibus, gemmis, au-
» ro, sericis ornatæ. Consideratio istius, auferre
non debet cognitionem alterius. *Vna sane considera-* »
tio: quid fueris, & quid sis: nam quis sis factus, »
altera. Non oportet, vt ista extrudat illam in seru- »
timio tui. Es enim vt dixi adhuc quod eras, & non »
minus hoc es, quam quòd factus es postea forte & ma- »
gis. Denique illud natus es: mutatus hoc: non in »
hoc mutatus. Non refectum illud, sed istud adiectũ. »
Hic igitur siste, quod si intueatis, quis sis, inue- »
nies, quòd ex natura homo es, ex accidenti Epi- »
scopus & Princeps Episcoporum. Iuxta illud ini »
tecum rationem, & vide vtrum ex his duobus sit »
magis purum, proprium & inseparabile, illud in »
quo natus es, quod tibi conuenit ex natura, vel »
illud secundum, quod post es factus, quod tibi »
venit ex accidenti? *Quid tibi horum videtur ad* »
purum esse tui, & ad te principalius pertinere, quod »
factus, an quod natus? Quod igitur, Pater Sancte, »
tibi consulo, hoc sit, vt ita consideres illud quod »
es ex accidẽti vt oculos non diuertas ab eo quod »
es per naturam: Consideratio tua non hæreat, in »
cooperculo, sed quo magis hoc eminet, & oculis »
huius mundi tuisque irradiat, eo magis erigatur »
anima manu intellectus & contempletur esse co- »
opertum hominis mortalis, pulueris, terræ, luti, »
hoc enim es, & in hoc breui conuertendus. *Me-* »
mento homo, quia pulvis es, & in pulverem reuer- »
teris. Dele fucum fugacis honoris, & malè colorata »
nitorem gloriæ: vt nudè nudum consideres: quia »
nudus egressus es de vtero matris tuæ. Numquid in- »
fulatus, numquid micans gemmis, aut floribus se- »
ricis, aut coronatus pennis, aut sufforcinatus me- »
tallis? si cuncta hæc veluti nubes quasdam matu- »
tinales velociter transeuntes, & cito pertransituras »
dissipes & exfusses à facie considerationis tuæ; oc- »
curet tibi homo nudus, & pauper, & miser, & mi- »
serabilis, homo dolẽs quòd homo sit, erubescens quòd »
nudus sit, plorans quòd natus sit, murmurans quòd »
sit homo natus ad laborem, non ad honorem.

Plausu digna fuit historia illa Laruæ, Reginæ 50
vxoris Regis Ieroboam & vt talem eam narrat 3. Reg. 14.
Spiritus sanctus. Erat hæc Regina, & ex consilio
viri sui immutauit vestem suam, ne eam Pro-
pheta Ahias agnosceret, quem consulere volebat
de morbo filij sui; Vestes assumpsit vt operaria
diurna & vili contecta læna, longe alia visa est
quàm ipsa erat. Sic induta, domum accedit
Prophetæ, qui cœcus erat, & sicut quòd cœcis
natura negauit in visu, hoc supplet in auditu,
ingrediente Regina, substitit, vt intrantis gres-
sus perciperet; audit illam, & à Deo illumina-
tus, Reginam agnouit: *Audiuit Ahias sonitum* Vers. 6.
pedum eius introeuntis. Cui ait: Ingredere, ô Re-
gina, ingredere, licet omentito habitu, optimè

te agnoſco, quòd illa non ſis, quam te eſſe mentitur alienus ille habitus. *quare aliam te eſſe ſimulas?* Secretum certè ſtupendum debet pedum ſonitus continere, cum ex illo Propheta cognouerit, quod hæc non eſſet mulier illa, quam ſe eſſe fingebat, ſed alia longè diuerſa. Eſt ille pedum ſonitus, qui rei veritatem luce clarius aperiat.

Quo: quot viuunt in hoc mundo incedunt omnes larnati, alios ſe mentientes, quàm reipsâ ſint cooperientes ſeipſos veſtibus à ſua eſſentia prorſus alienis: quòd forſan ille dicere intendit, qui huius rei tam claram habebat notitiam,
Pſ. 38.7. Propheta Dauid: *Verumtamen in imagine pertranſit homo.* In Hebræo habetur verbum, quod ſignificat figuras idolorum; nam idola ſtatuebantur ſecundum exteriorem formam, tanquam poteſtate præclara & maieſtate veneranda; intus vero, nihil aliud hæc erant, quàm ſegmen ligni. Talem fingebant Iouem totum auro fulgidum, excelſo reſidentem throno, vt qui cœlos regeret, & pro beneplacito ſuo terram quateret tonitru, & fulgure terreret, flammanteſque radios iacularetur. Mercurium erigebant ornatum ſuo caduceo, vtpote repletum omnigenâ ſapientiâ, & eiuſdem ſapientiæ Principem. Martem collocabant euaginato gladio terribilem, vt qui ſolo armorum ſtrepitu potentiſſimos quoſque ſuperabat exercitus: ab intus verò, hi omnes & eorum ſinguli, non erant niſi luti quoddam figmentum, puluere obſitum, aut lapis rubigine ſordidus, aut lignum a tinea corroſum. Ita Propheta Habacuc de quodam loquitur idolo, ſplendidè adornato, depicto, veſtito: *Ecce iſte coopertus eſt auro & argento, & omnis ſpiritus non eſt in viſceribus eius.* Quid ſunt omnes homines hic ambulantes, niſi puluis & lutum? qui veſti- Habac. 2. 19.
bus cooperti incedunt ſumptuoſis. Hic ſuo Regno, alter ſuo Ducatu, ſuo Comitatu alius, hic ſerico, diuitiis ille, hæc venuſtate, illa veſte plumaria, alia denique mille laruis adornata. Hic apparet Iupiter quidam potentiſſimus, qui tonet & ſonet, qui mandet & vetet; Alius Mars quidam, qui conturbet & domet omnia. Verùm ſonitum pedum attende, videbis extremum vitæ, dum duplicantur campanæ, dum ſepulchrum aperitur, dum te mundus è ſe repellit, ipſe verò cum omnibus tuis diuitiis maneat ſuperbus, pedibus ſuis omnes tuos conterat titulos, tibi tantummodo relinquat vile linteamen puluerì tuo contegendo, terrâ te obuoluat & cinere, his accedat ruſticus, qui ligone vel ſarculo os tuum oculeſq; concutiat. Hic ille ſonitus pedum tuorum, dum portam ingrederis æternitatis: quod eſt mirii: *Quoniam ibit homo in domum æternitatis* Ein ig tur horratur nos Iſaias poſtquâ diuinâ quâdam eloquentiâ cuncta hæc deſcripſit) *Memento horum Iacob* O Iacob, luctator, qui Dei tui benedictionem Exod. 32.
ſatagis obtinere. *Memento horum*, & tuam comprimito arrogantiam, tuæ ſuperbiæ alas demitto, vt verus Iacob coram Domino p'orato, ac
humilibus precibus, & feruentioribus orationibus, eius gratiæ poſtulato benedictionem, quâ cœleſtis obtineas gloriæ fruitionem, Amen. Prou. 3. Tract. 5. pa. 3.

SVMMARIVM
HOMILIÆ SECVNDÆ SEQVENTIS.

DOcet nos præſens Euangelium, quomodo Chriſtus Centurionem, vt adamantem & ſpeculum illuminarit, ex quo clariſſimi
a §. 1. lucis radij prodierunt. *a.* Miles fuit Hiſpanus, qui omnes eneruat
b §. 2. 3. prætextus, quos allegant mundani, cur ſancti non ſint. *b.* Lucis radij quibus nos & illuminat, & erudit, decem computantur;
c §. 4. 5. 6. quorum Primus hic ſit: Chriſtum accedere vt verum Deum, mediantibus ſacerdotibus. *c.* Secundus: Recurrere ad Deum
d §. 7. principaliter corde & animo. *d.* Tertius: Hoc autem optima diſpoſitione, meliore quam Regulus: cui Chriſti miniſtri diligenter attendant, ne fiant perſonarum acce-
e §. 8. 9. ptores, cuiquequæ illi expediat, conſcribentes medicinam. *e.* Quartus: fide magis
f §. 10. viuâ, quam ſacerdotes, qui Centurionis peruerterunt commiſſum. *f.* Quintus: Appelletur Chriſtus, Dominus ſine termino. *g.* Sextus: ſibi ipſi, non domini ſuæ in-
g §. 11. digni-

dignitatem imputare. *b.* Septimus: Hæc sint prima orationis verba: *Non sum dignus*, & se indignum reputans, & præcedentibus bonis operibus: fit dignus. *i.* Octauus: intelligere, modum operandi Deo proprium esse; solo suo verbo. *k.* Nonus: Excusat se, ne Christum in domum suam recipiat, considerans celsitudinem Maiestatis. *l.* Decimus: Ex regimine militiæ, deducere modum imperandi Dei omnipotentis. *m.* Speculum tam lucidum, vt eius verè Christus fidem admiretur. *n.* & secundùm rei veritatem de eo pronuntiarit: *o. Non inuenit tantam fidem in Israel.*

b §. 12.
i §. 13. 14
15.
k §. 16.
17.
l §. 18.
m §. 19.
n §. 20.
o §. 22.

§. 1. *Christus lux vera omnes illuminat, quosdam vt lateres, alios verò velut speculæ: quorum vnus extitit hic Centurio.*

§. 2. *Prodit Ecclesia cum milite Gentili, sed sancto, qui negligentiæ vestræ rationes, cur sancti non sitis, exscindat.*

§. 3. *Tribus militibus, quorum duo Hispani, confundit Euangelista vestras obtentiones: inter hos censetur noster Centurio Hispanus.*

§. 4. *Accessit Christum Centurio per Iudæorum seniores, quòd enim per alios agis, hoc agere per te censeris.*

§. 5. *Centurio Christum verum Deum confitetur, dum ad eum accedit per sacerdotes, quales ipsi sunt mundo vniuerso.*

§. 6 *In omni lege, accessurum laici ad Deum, per sequestros sacerdotes, etiam Balac Rex Idololatra.*

§. 7. *Verius dixerim accessisse Centurionem ad Christum, licet dissitum, quàm illos quos præmisit medios, & qui propius cum eo sunt locuti.*

§. 8. *Centurioni placidè respondet Christus, Regulo autem asperius: quo nos docet, vt alter Elisæus, non honorare quempiam, eo titulo, quia diues, nec pauperem reiicere, quia pauper.*

§. 9. *Christus expertissimus medicus diuersis morbis diuersa præscribit Medicamina: non enim omnia omnibus expediunt.*

§. 10. *A Centurione missi legati, eiusdem inuerterunt mandatum, quos modica fidei redargueras, sed excellentioris commendes Centurionem, qui palmam eripiat Moysi & Aaroni.*

§. 11. *Conuenienter Centurio Christum appellauit Dominum: nomen Deo ab æterno proprium.*

§ 12. *Euincit Salomonem Centurio: dum indignitatem suam non domui, sed sibi adscribit: nulla enim Deo indigna, nisi quam peccatum reddit indignam.*

§. 13. *Prudentissimè orationem suam ab his verbis inchoat:* Domine non sum dignus: *aptissimum orationis principium.*

§. 14. *Dum se indignum, accusat, fit Deo dignus: hunc imitantur, qui dignè ad Christi Domini accedunt Sacramentum.*

§. 15. *Opera bona subsidio veniunt Centurioni tempore necessitatis; mala verò tibi erunt obstaculo vt videre licet in mysterio Christi.*

§. 16. *Credidit Centurio Christum operarò quælibet posse, solo suo verbo, vt Deus, cui hoc est proprium.*

§. 17. *Ex eo, quòd ait Centurio, confunditur Iuliani Apostatæ blasphemia; pariter S. Ioannes Euangelista verus B. Virginis filius esse declaratur.*

§. 18. *Virtutem Diuini verbi intellexit Centurio, vt alter Abraham. Optimè rem suam egit recusando, & Zacheus admittendo: nos verò vtrumque imitemur.*

§. 19. *Admiratione dignus fuit illius argumenti discursus, ex militari obedientia desumptus, in qua ipse viuebat Centurio.*

§. 20. *Admiratur Centurionem Christus: verè enim & realiter hunc assumpsit defectum, ipsâ morte maiorem: vt in eo Centurionem honoraret.*

§. 21. *Quâ ratione verum sit: fidem Centurionis fidei Israelitarum palmam præripere.*

HOMILIA II
DE CENTVRIONE

Primo die Iouis Quadrageſimæ.

Cum introiſſet Ieſus Capharnaum, acceßit ad eum Centurio. Matthæi 8.

1 MIlitem hodie nobis diuinus proponit hiſtoriographus S. Matthæus, inter fiſtulas & tympani ſonitus educa-
eum, & eum tam præclarum, vt licet ob armorum dexteritatem, in Romano exercitu ad Centurionis fuerit præmotus dignitatem, ob eam tamen, quâ in ſpiritualibus armis cæteris anteceſſit, in militia Chriſti nomen meruit celebris Capitanei; *Cohortis Romanæ Centurio* (ait D. Petr. Chryſol.) *factus eſt Dux militiæ Chriſtianæ*: Equidem iure optimo: tam dexterè enim nouerat huius militiæ armis ludere, virtutibus inquam & principaliter, fide, vt ipſe cælorum Rex, multo ſubſiſteret tempore, eum contuendi gratiâ, cuius dexteritatem admiratus, eum continuò inter milites ſuos adeo promouerit, atque ei & locum & nomen magnis Ducis dederit, vt latus cingeret ſupremis illis Principibus & Ducibus populi ſui Abraham, Iſaac & Iacob; quem oculis omnibus vt Prototypon proponit, ex quo diſcamus, vt optimè edocto, in militia Chriſtiana, & exercitiis ſpiritualium armorum verſato deuotam orationem, humilitatem profundam, viuam fidem, ſpem ſecuram, inflammatam charitatem, & reuerentiam adeo gratam, vt toti Eccleſiæ & eiuſdem doctiſſimis Magiſtris, compoſuerit illa verba, quibus ſeſe offerant, illi actui, qui hæc maximè requirit, ſcilicet Communioni: *Domine non ſum dignus*,

Serm. 15.

Miles, Sacerdotum Magiſter, & totius Eccleſiæ plebis piiſſimæ Doctor: rata auis in terris, Capharnai morabatur, cum alis multis Capitaneis, & militum cohortibus, quas illic alebat Imperator, vt Imperio Romano ſubditam ciuitatem illam, Galilææ Metropolim, conſeruaret. Huic erat ſeruus, vehementi adeo paralyſi oppreſſus (a) vt iam cum extremo ſpiritu luctaretur, omni ſpe ſalutis abiectâ: & hoc (teſte D. Chryſoſt.) indicare voluit D. Luc. his verbis: *b Erat moriturus.* Eodem tempore, intellexit, Chriſtum ingredi ciuitatem, & audito hoc nomine, confeſtim lumen cœleſte adeò mentem eius peruaſit, vt hominem illum, Deum crederet, & ex conſequenti, talis poteſtatis, qui ipſis mortuis dare poſſet vitam; proinde virtutis Chriſti brachiis ſeu potentiæ ſeſe committens, accurrit, domus ſuæ proponit calamitatem, cui dum Chriſtus reſpondit, *Ego veniam & curabo eum*: pedibus eius prouolutus, profundiſſimâ exclamat humilitate. O Domine tali me non dignor honore, vt domus meæ limina teras, plus mihi ſatis eſt vel minimum verbum, quod, vt veſtrum, quodlibet poterit opus efficere, & eius potentiâ ſeruus meus reſtitui ſanitati, etiam mortuus. Admiratur Chriſtus, & coram copioſo illo confluxu populi, tam ſacerdotum, Phariſæorum & Doctorum, quam Capitaneorum, qui Centurioni comites aduenerant, concionem virtutum eius encomium aggreditur. Noſtra verò eaſdem & illi laudes ſoluet, & cum fructu quidem, *i* Domini Spiritus ſuâ nos gratiâ comitetur: quam cum interceſſione virginis, quæ patrem non habet, imploremus eam ſalutando: *Aue Maria.*

(a) *Como garote le dana la perleſia la vltima buelta.*

§. 1. *Chriſtus lux vera omnes illuminat, quoſdam vt lateres, alios verò velut ſpecula: quorum vnus extitit hic Centurio.*

D. Hieronymus, cui Eccleſia nomen adſcribit Doctoris maximi in ſuperlatiuo gradu, transferens ex Græco in Lati- num quaſdam Homilias, ab Origene compoſitas ſuper Cantica, & S. Pontifici Damaſo eas dedi- cans, vtpote meliores, quas Origines ſcripſit, notum nobis facit, quod licet Origenes in multis errauerit, in iis tamen quæ bene ſcripſit, me-

b Hier. in Matth. Luc. 7.

Tom. 7. In præfat. ad Hom. Orig. in Cant.

eam

ram cæteris præfixit Doctoribus: vel vt ipse ait: (a) Hazin γὰ alos Doctores vincit. Inter hæc, mihi videntur, reputati posse tria verba, quibus difficillimam D. Ioannis Aquilæ regalis exposuit sententiam; quando Ioan. 1. 9. loquens de Christo ait: *Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Nosse cupis, quis fuerit Christus? scito: erat lux vera, tam potens, vt illuminaret omnem hominem venientem in hunc mundum. Confestim occurrit circa hæc verba difficultas, qua ratione omnem hominem illuminet, si plures, etiam ex illis, qui eum circumdabant, non solùm luce eius non fuerint illuminati, sed obtenebrati & obcæcati, eius splendore & præsentia? si noctis obscuro facem accenderes, & eo momento, quo lux eius radiaret eam quidem aliqui viderent, sed alij ex illa obcæcarentur non fas esset tibi dicere, quòd omnes illuminet. Quot, dixeris mihi ex Christo luce fuere obtenebrati? Ipsemet magnodolore, fatetur hoc ipsum Nicodemo: Ioan. 3. 19. *Lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem.* Insuper & Ioannes Euangelista, clarè cum summa admiratione declarauit: tractans enim, quomodo Diuinus ille Sol postquam Zodiacum suum percurrisset, vellet subsistere, non tantùm, omnes non illuminauit, quinimo clarioribus lucis suæ radiis multos ob Isa. 6. cæcarit: vt prædixerat Isaïs: *Cum autem tanta signa fecisset coram eis, non credebant in eum, vt* Ioan. 12. *sermo Isaïæ compleretur: Excæcauit oculos eorum.* 37. q. d. Tantus extitit splendor radiorum lucis eius, vt eis oculos obcæcarit. Quinimo, ait Apostolus: hinc natæ est occasio eum crucifigendi: quòd eum non cognouerint: *si enim cognouissent, numquam Dominum gloriæ crucifixissent.*

Orig. Admirabiles conceptus ediderunt Sancti, ad verba illa declaranda, verum ante omnes subtiliter paucis verbis Origenes exposuit: *Illuminat autem hominem, quosdam vt lateres, alios vt adamantes & specula.* Omnes illuminauit, sed non omnes eodem modo lucem eius receperunt quidam enim vt lateres, alij vt adamantes & specula eam receperunt. Oritur Sol splendens, quaquauersum radios suos extendit, per mundum lucem suam diffundit vniuersum; & quidquid in eo est, Psal. 18. 6. illuminat: *Sol illuminans per omnia respexit, & gloriâ Domini plenum est opus eius.* Verum licet I. Varij modi illuminandi. omnia illuminentur non tamen æqualiter: sed magna cum differentia; sumpta ex illa quam inter se habent. Aliqua illuminat tantùm secundùm exteriorem partem, quæ ab interiori manent in obscuris tenebris, absque lucis alicuius radiolo, vel vestigio. Alia ita lumen recipiunt, vt interius sint perlucida, quasi splendentes faces: Illuminat sol lapides, & idem illuminat adamantes & specula: verùm cum sit lapis frustum luti, ex qualitatibus terrenis luci contrariis: quia est corpus opacum, in exteriori parte tantummodo illustratus, in interiori manet obscurus; Adamas autem est velut particula quædam cælestis, dispositi luci recipiendæ, cum sit corpus transparens: en quomodo radiis suis talem reddat, vt fons quidam lucis videatur, qui ex eo oculis vestris irradiat. Sic declaratur locus iste (ait Origenes:) *Illuminat omnem hominem, quosdam vt lateres, alios vt adamantes & specula.* Erant aliqui, vt lapides, habentes cor, obscurum lutum, ob affectum rerum terrenarum; erant lateres duri, crassi malitiâ: præterea, siquidem illos illustrarit lucis supernæ splendor, & doctrinæ suæ radiis eorum illuminarit mentes, fulgore ac miraculorum eorum oculos, in anima tamen palpabiles tenebras patiebantur. Tales fuerunt Scribæ & Pharisæi.

Alij verò fuere velut specula & adamantes, 3 qui licet ante iacuerint in tenebris, vt sol iste ortus est, & eis lucis suæ radios diffudit, adeo corda eorum penetrauit; vt stellæ radiantes euaserint. Tales fuere Apostoli, de quibus D. Paul. *Nos reuelatâ facie gloriam Domini speculantes, in* 2. Cor. 3. *eandem imaginem transformamur, à claritate in* 18. *claritatem.* Sancti Græci Patres legunt. *Gloriam Domini inspeculantes:* quod significat, (ait D. Hom. 7. in Chrysost. ad Corinth.) recipimus gloriæ radios 2. ad Cor. ex Christo in nobis ipsis, velut specula. Irradiat sol speculo cuius talis est dispositio & transparentia, vt in intimis plenè sic solis radios recipiat, vt in ipsummet solem transformari videatur, proinde ex se tam lucidos emittit, vt qui eum intuetur, illuminetur; & ex solis claritate prouenit in speculo tantus fulgor, vt velut fons lucis, lucem ex se dispertiat. Hoc est, *à claritate in claritatem.* Hoc, inquit Apostolus agitur in nobis, qui velut specula luce solis Christi illustrati, in animis nostris ab intus ita clarificamur, vt ex nobis aliis lucem diffundamus, mundum illuminemus, perficientes verbum Christi ad suos: *vos estis lux mundi.* Matth. 5. 14.

Hanc doctrinam speculatiuè propositam, nobis hodie demonstrat D. Matth. in praxim redactam, & opere completam. Ascendit Christus (ait) montis cacumen, vt clarissimus sol mundum illuminaturus, ex se clarissimos scientiæ suæ radios emittit, (prædicabat enim doctissimè) & II. Christi lux variè mortales illuminat. similiter miraculorum: descendens enim parauit nac-

quam

quam plurima, vt quotquot eum tangerent, sanaret; & particulariter, cum ad pedem montis subsisteret, leprosum mundauit, præcipiendo
Matt. 8. 3. tantum: *Volo; mundare.* Vbi Caphatnaum proximus erat hic mons, proinde statim ad illum lucis suæ radij peruaserunt, famâ præcurrente, quæ de cunctis hisce prodigiis peruolabat; Hanc versus Christus iter suum arripit, eam ingreditur, tum omnes illuminati; verumtamen, quidam vt lateres, Pharisæos, Scribas & Sacerdotes intelligo, quorum magnus illic numerus habitabat: ad quos cum lux illa peruenisset; Audierant enim famam celebertimorum Christi miraculorum, insuper & oculos eorum perstringeret (multi enim ea viderant) lux illa tamen corda illorum minimè penetrauit, aut perluxit: cum diuinæ personæ non cognoscerent essentiam. Verum enim verò fuit illic præclarum speculum Romanorum cohortis Centurio: nam solis primis radiis ad eum accedentibus famæ Christi, adeo lux Diuina cor eius peruasit, vt adinstar fulgidissimi speculi, radios ex se emitteret clarissimos, in Christi Domini cognitione. O quæ fides tam viua, quæ post se relinquit perfectissimos in fide Israelitas? Quæ charitas adeo flammiuoma, quod cor tam humile, quæ humilitas tam submissa, quæ personæ Christi confessio tam integra? quæ protestationes tam omni ex parte completæ, quæ reuerentia tam religiosa, quæ religio tam sapiens, qui virtutum actus tam heroici? Admiratur hunc D. Basil. & earum, quas in ipso considerat: virtutum magnitudine stupefactus
D. Bas. Hom. in Vord. de Centurio. ait: *Inter arma sanctus, inter ludos militum iustus, inter aureos baltheos humilis, orationis magister effectus.* Nec multum, D. Basil. admiratum tantam fuisse lucem, cum ipse sol Christus eam sit admiratus. Et nos illam consideremus, & faxit Deus, vt illuminemur.

§. 2. *Prodit Ecclesia cum milite Gentili sancto, qui negligentiæ vestræ rationes, ne sancti fitis, exscindat.*

☞ 4 CVm sit hoc speculum tam lucidum, & adeo fulgidos à se emittat virtutum radios, quibus nos modum agendi cum Deo doceat, Ecclesia illud nobis ob oculos ponit, statim in principio Quadragesimæ, vt simul ex illo no-
D. Amb. Serm. 7 de militantibus, To. 5. stram confundat negligentiam, & radicitus cunctas nostras exscindat excusationes. Aggreditur D. Ambros. instituere concionem de militibus, & notat quod Deus per illos velit pluri-

mos conuincere, qui reprehensi ob suas libertates, dissolutiones, peruersos agendi modos, deuotionem flaccidam, socordiam in Sacramentorum frequentatione, in excusationem prætendunt obligationem seu vinculum status sui: vanas legales interroges, vt quid sic mundi vanitatibus addictus viuat, reditus suos immodicè prodigens, eleemosynas non largiatur, debita non soluat, grauet sibi seruientes? Respondet, hoc à se exigere statum suum, nec posse principale suum conseruare, nisi illo modo viuat. Si adolescentem arguas, cur sic effrænis, libertinus, immemor Dei, ac cæli, hanc inquietans, illam sollicitans, tempus nugis deperdens? Respondet, hoc secum ducere iuuentutem feruere sanguinem, & eo modo viuere sibi coæquales. Si mercatorem adeas: quare ne paruo quidem tempore sese recolligat, vt cum Deo vitæ suæ instituat rationes, quas cum habeat valde confusas & in longum dilatas, iustum fore, attendat diligenter, & debitorem & debitum, & cum debitum sit infinitum, vix vlla, seu minima fit solutio? Respondet, his statum suum locum seu tempus non concedere, qui tot eum deuinciat correspondentiis, cum altero mercatore cambitis, censuum constitutionibus, vt sibi ad alia nullum supersit tempus. Si opificem manuarium reprehendas: cur tot dolis, fraudibus ac mendaciis circumuemiat proximum? Respondet, quòd sine illis officium suum minimè possit sustentare. Si ab vxorato requiras, quid sit quòd vnâ per diem horâ se non subducat, legendo suum rosarium, perscrutando animam suam, se ad recipienda dona cælestia disponat? Respondet. Domine status meus hoc mihi non permittit, qui tantis me obstringit nodis, vt iam dixerit D. Paul. *Qui cum vxore est, sollicitus est quæ sunt mundi.* 1. Cor. 7. 33. D. Amb.

Magnam excitas seditionem (ait D. Ambros.) criminum tuorum culpam statui & officiis imputando, cum officium seu statûs, culpam non habeat, sed malitia tua, & cor inordinatum: nullus enim est status, ætas nulla, nullum in Ecclesia S officium, in quo Deo seruire non possis, & bonus euadere, si modò vitam rationis legibus conformem duxeris, quibus quilibet status submittur. *Cunctis officiis in sacris litteris præscribitur forma viuendi omnis ad bene agendum prouocatur sexus, ætas & dignitas. Nemo igitur publicis se excusat actibus.* Hoc tibi non negauero, status aliquos esse magis liberos, & ampliores præbere occasiones Deo seruiendi, præ aliis; ac in quibusdam maiora occurrere acquirendæ perfectioni quàm in aliis, impe-

impedimenta : patet enim statum Ecclesiasticum & religionis aptiorem esse, & multo minora secum trahere obstacula perfectioni, quàm sæcularem. Hoc autem tibi confirmatum volo, in statu nobilis, juuenis, mercatoris, ministr, vxorati, serui, & militis, te sanctitatis posse apicem adipisci.

I. Prosequitur hoc argumentum magnâ suâ eloquentiâ D. Chrys. (*Multi nuptias prætexunt, alij filios, alij militiam, alij negotiationem, alij artificium, alij seruitutem, alij diuitias, alij inopiam. Volo declarare vobis, quod neque diuitiæ impediant, neque inopia, neque militia, neque negotiatio, neque nuptiæ, neque pueri, neq; seruitus, neque opificium.*) Ad hujus probationem mirabilem texit inductionem, quam etiam colligit D. Hier. idem intendens confirmare. Quid ais, vxoratum te, & statu illo detineri, ab oratione, pietate, & jejunio? Vxoratus fuit & Moyses, qui tamen vnâ & alterâ vice quadraginta dierum & noctium jejunio sese disponebat, vt familiari cum Deo conuersatione potiretur. Vxoratus fuit & D. Petrus, lapis Ecclesiæ fundamentalis, & vt omnes nouimus, tam perfectus euasit. Vxorem habuit Isaias, & ipse fatetur filium se procreasse Iasub, (ait D. Chrys.) qui adeo rebus diuinis & cælestibus erat visionibus dispositus, vt videre meruerit. *Dominum sedentem super solium.* Sanctorum Machabæorum matrem, à sanctitatis perfectione, filiorum septem educatio minimè retardauit, quinimo, & ipsos illa ad virtutem laudatur promouisse. Hæc ergo, illi ergo, sunt Ecclesiæ soles lucidissimi. Quid audio? te Principem, Dominum ac Nobilem! Princeps fuit Dauid, fuerunt & Ezechias & Iosias; de quibus Dominus testatur, fuisse sanctos & sibi amicissimos. Quid igitur: diues es? Diuites fuerunt, Abraham, Isaac, Iacob & Iob, & ex ipsis diuitiis media sumpserunt ad majorem virtutem & sanctitatem. An quia juvenis? Talis fuit & Daniel, tales & ejus comites, qui in Babylonia inter idololatras adeo casti, puri, & jejuni vixerunt, vt cælesti roborati auxilio flammantem Babyloniæ fornacem potuerint superare, quinimo & ipse Daniel, non semel ora leonum legitur obturasse, rem vt planè admirabilem perpendit D. Paul. cum de illis ait: *Obturauerunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis.* An te seruitus premit? Talem video Onesimum, & quidem talem, vt herum suum Philemonem ad perfectionem promouerit, insuper & D. Paulo in piis officiis adjutor fidelissimus, vnde de illo Philemoni Domino suo in eius laudem ita scribit. *Mihi & tibi vtilis fuit.*

D. Chr. Ser. 3. tra. Dolus Gentiles & Hæreticos de nuptiis. Tom. 1. Epist. 3. ad Salonia.

Hier. ad. in Vit. Dominum. Isai. 6. 1.

II. Refellitur obiectio. Ratio non explicit.

Heb. 11. 33.

Ad. Philem. vers. 11.

Qvis (amabo) vxoratum te retrahit, nè vel paruo tempore cum Deo possis conuersari, & vt Moyses agere familiariter? Quis, te diuitem impedit eleemosynas largiri, vt Abraham? quis te nobilem, auctoritate tua, pauperi viduæ, pupillo te præbere defensorem, vt Iob? Vt verò his nihil opponas aut replices, en tibi militem, qui talis totâ suâ vixerat vitâ (non enim dux crearetur, nisi ante talis extitisset) Sanctum, pium, fide viuâ, religione pia, feruenti oratione, profunda humilitate, ardenti charitate, tam perfectum, qui inter fistulas, tympana, lanceas, gladios, & continuos tumultus bellici apparatus seu fragores, sanctiores totius Israel longius antecurrit, quem ipse Christus admiratur: *non inueni tantam fidem in Israel.* Quem dixeris mihi statum à virtute magis alienum, qui plura offerat obstacula perfectioni, qui rationes obtendat efficaciores recollectioni, pietati, deuotioni, humilitati & homini dedito orationi? nullum, præter militiam; in qua agitur vita in strepitu, & fragore militari, perpetua cura hostem aggrediendi, repedandi, & propriæ vitæ discrimine. Quis status plures ingerit libertati & distractionibus occasiones? Hic semper vigent bombardæ, gladii, chartæ lusoriæ, alearum lusus, occursus & ingressus, mulierum & vasorum? quis status ad immunditias, stupra, adulteria, furta, rapinas, crudelitatem procliuior? Vt rem certo certiorem ait Poeta Lucanus.

Lucan. lib. 9. Lib. 10. contra Faustum c. 9. & L. 22. c. 74. Tom. 6.

Nulla fides, pietasque viris, qui castra sequuntur.

Hanc ob rationem, (vt notat Aristoteles, & prosequitur D. Aug. sapientiores Poetæ quos Theologos dicebant, fabulati sunt, Deam Venerem, Cupidinis matrem, Vxorem Vulcani, Fabrorum Deorum deprehensam cum Marte militiæ Deo in adulterio: adulteria enim inter milites maximè regnare nullus inficiatur, ibi etenim plures vigent occasiones, & comessationes ac ebrietates, quas D. Paul. impudicitiis conjungit, dum ait: *Non in comessationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitiis.*

Rom. c. 13. 13.

Dic mihi vbi magis locum habeant, furta, rapinæ, deprædationes, direptiones, grauamina, quam inter milites? Et siquidem hæc inter illos vigeant etiam modò, multò tamen magis hæc inter Gentilium milites locum habebant, qui sicut viuebant, sine fide, sine Deo, sine legibus, sine timore gehennæ, & sine spe præmii cælestis; tota eorum vita, mores & actus, adulteriis, stupris, rapinis, latrocinijs, deprædationibus constabant. Refert D. Aug. colloquium, (relatum à Sallustio, quem prænotat: *Nobilitata*

III. Vita militaris plerumque scelesta.

veritatis autorem) habitum à primo illo Imperatore, & celeberrimo Duce Iulio Cæsare, coram Romano senatu, vbi egit de militia, & ait vitam eorum qui castra sequuntur omnimodo componi rapinis, adulteriis, periuriis, sacrilegiis, iniuriis: *familiare est enim bellis* (ait) *puellis inferre vim, puerulos dulcipere, ab vberibus illos matrum diuellere, vxoratos ladere, mulieres violare*, cunctis quantum possunt, iniuriari, vt nec ipsis Diis pareant, eorum templa deprædari, aras profanare. *Rapi virgines, pueros, diuelli liberos a parentum complexu*: Hinc Spiritus S. ait, quod inter milites hæc conuerterentur, & idem significarent, ad bellum procedere, & adulterare ac stuprare. Proinde agens de Philisthinorum exercitu, qui ad bellum egrediebantur: hoc quod nostra vulgata lectio legit. *Egressi sunt ad prædandum de castris Philisthinorum, tres cunei ad prædandum.* Hinc Chaldæus & Græcus textus, secundum Septuaginta: *Egressi sunt ad corrumpendum.* Porro apud Assyrianos milites, erat hoc tam frequens & familiare, vt teste Spiritus S. lex esset, quòd velut infamis ille miles haberetur, qui mulierem intactam dimisisset, quam potuerat violare: *Fedum est enim apud Assyrios, si fœmina irrideat virum, agendo, vt inmunis ab eo transeat.* Furta, rapinæ, deprædationes illis erant tam frequentia, & tam perfricta ac libera fronte committebantur, vt hæc duo conuerterentur: miles & latro, seu prædo: & communi idiomate nomina essent synonyma, qui in omnibus, & per omnia idem significarent. Ita notat Varro autor antiquissimus. *Veteres, latrones, milites vocabant.* Idem confirmat Sextus Pompeius & eo sic vtitur Plautus Poeta celebris: denique sacra Scriptura, quos dixit latrones, eosdem dicit milites; dum loquitur de duobus illis latronibus occisoribus Isboseth: *Erant duo principes latronum.* Originale legit: *Erant duo principes militum*: insinuans tam grauiter accipi latrones, ac milites. Hinc deducit D. Hieron. quod aptè volens Hieremias prædicere, quòd Deus missurus esset Nabuchodonosor & milites eius aduersum Hierusalem, ait: *Adduces super eos latronem repente.* Item propheta Oseas, dum describit Ducem exercitus introeuntem, de eo sic loquitur: *Ingressus est fur spolians & latrunculus foris.* Ecce, (dicunt D. Chrysostom. & D. Ambros.) statum illum, qualis sit, adeo perditum, destructum, alienum à bono, implicitum occasionibus. Nihilominus poterant in eo esse boni & sancti, si militiæ legibus vellent obtemperare;

D. Aug. Lib. 1. de Ciuit. c. 5. Tom. 5.

2. Reg. 13. 24.

Iudith. c. 12. 11.

Lib. 6. de lingua latina.

Lib. 10. in mil. Vide Riberam in c. 7. Osee n. 2.

Lib. 2. Reg. c. 4. 2 Esd. 4. in c. 18. Hier.

Hier. 18. 22.

Ose. c. 7. 1

Et ita videbis, (ait D. Ambros.) dum etiam milites D. Ioannem Baptistam accedunt, eiusdem prædicatione compuncti, quem sic consulunt, *quid faciemus & nos?* non eis præcepit, vt militiæ cingulum deponerent, at vt secundum rationis iudicium, qua regitur, viuerent: Audite ipsas regulas. *Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis, & contenti estote stipendiis vestris.* Et hanc ob rem etiam per illos vult Deus nobis pudorem incutere, & nostros refellere prætextus in suo hoc Euangelio. Refert Diuus Basil. de Sancto Martyre Gordio Centurione quòd inter salutis suæ timeres, ex eo quòd militiam sequeretur, hoc eum magnopere solaretur, quod videret perfectissimos ac præcipuos Sanctos ex Gentilitate conuersos, fuisse milites; qualem nobis hodie ex his vnum proponit S. Euangelista.

Luc. 3. 14.

Hom. in Gordium Centurionem Martyrem.

§. 3. *Tribus militibus, quorum duo Hispani, confundit Euangelistæ vestras obtentiones: inter hos censetur noster Centurio Hispanus.*

TRes Capitaneos licebit inuenire, qui omnem vitam suam inter armorum fragores egerunt, & perfectissimum fuerunt fidei exemplar, charitatis, orationis, pietatis, eleemosynæ & iustitiæ prototypon. En tibi Centurionem, militem veteranum, emeritum, de quo referunt Euangelistæ: Qui dum Iudæorum populus Christum in cruce pendulum blasphemat, & vt rabidi leones, milites occidunt, fugerant Apostoli, Iudas eum vendiderat, Petrus negarat, & omnes deseruerant, ecce prodit in medium, intimidus, audax, & ita cælesti luce perfusus, vt inter medias profundissimæ noctis tenebras, Christum agnoscat, confiteatur, & filium Dei liberrimè proclamet: *Vere filius Dei erat iste*: primus Christi mortui annuntiator & prædicator.

Matth. 7.

Matth. 27. Luc. 23.

D. Bas. Hom. in Gord. Mart. Tom. 1.

Recordor, (ait inuictus ille martyr Gordius fiduciam suam excitans:) *Centurionis illius, qui in Golgotha astans Cruci Christi, eius Diuinitatem per signa facta cognoscens, non est veritus Iudæis furentibus, nomen eius palam fateri, quod enim animo sensit, ore subitò manifestauit: aiens, Vere filius Dei erat iste.*) Intuere, (monet D. Bernard.) inter tam palpabiles tenebras, tantam lucem, & inter tam horrendas blasphemias tam præclaram confessionem: *Vitam in morte agnouit.* Videtur autem D. Hieronym. in eo completum esse quod Habacuc propheta prædixerat: Filium Dei in medio duorum latronum cognoscendū:

S. Bern. Ser. 3. in Ps. Qui habitat. Habac. 3. 2. Aug. Lib. In

In medio duorum animalium cognoscêris. Quod alibi legunt: *In medio duorum latronum.* Suspendunt eum inimici inter duos celebres latrones medium: vt quisquis eum eadem videret sententia damnatum, eum cæteris parem crederet, & hoc modo prorsus esset incognitus, eiusque virtutes obliteratæ etiam iis, qui eum propter sua miracula fuerant confessi; Parum hoc tibi, Domine, nocebit, ait Propheta; in medio enim eorum, erit, qui te cognoscat, proclamet, prædicet: Quis ille, quæso te? Centurio, qui licet in militia temporali fuerit Capitaneus, nobilior tamen in spirituali, in qua sic se ipsum in fronte, ac inter primipilos statuit, claram de persona Christi promulgans confessionem, vt eum omnes pariter milites sequerentur; facti prædicatores & confessores Diuinitatis, eius qui in cruce medius inter duos prædones morietur. *Centurio & qui cum eo erant, custodientes Iesum*: &c. de quo refert D. Chrysostom. quod postmodum fuerit, inuictus Martyr, & celebris gloriæ Christi prædicator. O qualem militem, quo nostra potest illustrari Hispania; fuit enim Hispanus, nomine Caius Oppius. Ita testatur antiquus Lucius Dexter vir præclarissimus, Sancti Paciani Episcopi Barcinonensis filius legitimus, in libro quem obtulit D. Hieronymo amico suo integerrimo, de quo ipse Hieronym. *a* sæpius laudabiliter meminit, ei celebrem illum librum dedicans, cui titulus: *De scriptoribus Ecclesiasticis*, vbi de eo hoc legitur encomium: *Clarus apud saeculum, & Christi fidei.* Ex Hispania igitur prodiit primus Diuinitatis Christi mortui prædicator: & qui inter magis horrendas Christi iniurias, blasphemias, & calumnias, pro eius honore stetit immobilis; quinimo D. Bernardus huius de Christo confessionem non veretur præferre, latronis confessioni: qui si eum vt Regem proclamarit. *Domine memento mei, dum veneris in regnum tuum.* Hic rectum verum, & naturalem Dei filium confessus est. *Vere filius Dei erat iste.*

O Milites Hispani, en quali gaudetis Capitaneo, en Hispanum in statu militari perfectum, qui vobis dicat, & vos in statu vestro posse perfectos euadere. Alius est ille, de quo refert D. Luc. Euangelista fuisse primum ex Gentibus, qui à D. Petro baptismi donum poposcit, tam præclaris circumstantiis, & ab Euangelista diligenter annotatis, vt quælibet earum fusas requirat conciones. *Vir quidam erat in Cæsarea, nomine Cornelius, Centurio cohortis, quæ dicitur Italica.* Hunc volunt aliqui trahere originem ex familia Romanorum Cornelia ita Bozyus. Qualis verò fuerit eius vita, ita describit Euangelista: *Religiosus, ac timens Deum cum omni domo sua, faciens eleemosynas multas plebi, & deprecans Deum semper.* Admirare Epitheta: quid amplius requiras in perfecto Religioso, ac Prælato pijssimo? Has eius virtutes expendunt D. Basil. *a* Diuus Chrysostomus. *b* Diuus Hieronimus. *c* Religiosus, pius, ac timens Deum, cum omni domo sua quæ Religiosorum conventus haberetur: quis vnquam talem vidit militis domum? magnus eleemosynarius, & in oratione continuus, *Deprecans Deum semper.* Quid hoc? Capitaneus cui ex officio incumbit inter milites conuersari, *& deprecans Deum semper?* In medio excubiarum, & quando magis videbatur versari inter fistulas & tympana, magis orationi deditus, magis corde sursum in cælo, quam corpore in terra demoratur: quàm & vos similiter potestis aliquantulum temporis impendere orationi, & plures etiam horas: quàm bene & vos similiter potestis viuere tam exemplariter, vt ad vestrum exemplum, omnes vestros domesticos ædificetis ad meliorem frugem. Ecce militem tanti meriti, vt publicè & palam cum eo Angeli conuersentur. *Is vidit in visu manifestè, quasi horâ diei nonâ, Angelum Dei introeuntem ad se.* Certè vides ei militiam obstaculo non esse, quo minus agat cum Angelis & sanctus euadat. *Nihil nocuit militanti* (ait D. Hieronim.) *paludamentum, & baltheus, & apparitorum caterua.* Habitu & exercitiis miles, legem Dei obseruabat, tanti meriti, tantæ orationis vir, vt mores corrigeret domesticorum, & cohortis suæ promoueret sanctitatem. Ante, ne militem quidem, non confunderet, & te, qui minoribus detineris impedimentis, non compellit ad pietatem? Certè quàm maximè.

Tertius sit, de quo in hodierno Euangelio moratus Capharnai centum militum dux: quem consideres, adeo pium ac religiosum, vt Deo Synagogam exstruat, & animarum saluti; qui Sacerdotes veneretur, qui fide viuat, ardeat charitate, humilitate deprimatur, ferueat oratione, & Dei cognitione adeo profecerit, vt Sanctorum pene dixerim omnes, in virtutum eius encomium linguas suas impendisse videantur; quid plura? Christus ipse earundem splendore stupefactus fidei ipsius agit prædicatorem.

Non inueni tantam fidem in Israel. Hoc verò Christus dixit, vt dum eum audis fidei Centurionis laudatorem, oculos tuos ad eum deflectas quo eum possis imitari. *Admiratus fuit*, ait D. Chryſ. *vt tantâ turbâ hominum præsente, atque audiente, imitandum ipsum cæteris proposuerit.* Simul aduerte & hunc fuisse Hispanum (teste Lucio dextro) quem licet D. Pet. Chrysol. nominet Romanum, non ob hoc dixit, quòd genere talis esset, verùm quia quòd spectat ad militiã, dux seu miles erat Romani Imperii; ob quam rationem à quibusdam vocatur: *Miles Romanus*, & à D. P. Chryſ. *Romana cohortis Centurio.* Porrò nattione seu genere fuit Hispanus In hoc milite igitur Hispano, fides Christi Iesu tam perfecta floruit, vt eam ipse Christus admiraretur, & post se relinquat cunctos Israelitas, omnem Dei populum. Audire lubet D. Chryſ. *Centurio primus fructus ex Gentibus, ad cujus fidei comparationem, omnium Iudæorum fides infidelitas est inuenta.* Ad esse Hispani, adest miles Hispanus hodie nobis exemplar propositum, inter lanceas, scuta, gladios educatum, ad sonitum fistularum, tubarum ac tympanorum euocari consuetum, piissimæ tamen orationis studio intentum, deuotionis, & profundæ humilitatis prototypon: Quid vos ad hæc? vos quibus persuasum est militiæ statum locum & tempus negare horatiæ orationi, humilitatem aspernari; qui nimò occasionem ex illo sumitis superbiendi, pauperem infirmum despiciendi? Hic vos in die judicii, vt Niniuitæ Iudæos, condemnabit. Vt verò vobis id minimè contingat, Ecce miles, obstupescite, ecce exemplar, imitamini.

D. Chr. Hom. 27. in Matt. Tom. 2. Ser. 102.

Ser. 15.

D. Chr. Hom. 22. in Imperf. Tom. 2.

§. 4. *Accessit Christum Centurio per Iudæorum seniores, quod enim per alios agis, hoc per te agere censeris.*

10 COnsideremus modò particulariter, qua ratione Capharnai quidam radiis lucis Christi illuminati sint, vt lateres; alii vt specula. In montis cacumine Christus prædicabat, ex quo descendens, millena patrabat miracula, sic rem narrante D. Luca, etiam in iis, qui vel hilum tangerent eius vestimenti. Vlterius progressus versus Capharnaum, occurrit illi *vir plenus lepra*, Gratiam postulat mundationis, quam illi Christus cont. nuò solo verbo præstitit. Cui post emundationem duo Christus præcepit, Primum, vt miraculum silentio tegeret, nec cuiquã hominum reuelaret. Secundò, vt se sacerdotibus jam mundatum ostenderet. Quo vltimo suo præcepto Christus voluit, inquit Orig. vt Sacerdotes ejus diuinam virtutem testarentur; erant enim hi Iudices à Deo constituti, & examinatores, num vera esset infirmitatis illius curatio; vt per hoc ipsimet oculis suis intuerentur quàm integrè leprosus ille à sua sanatus esset immunditia. Hoc secundum Christi præceptum leprosus adimpleuit, non verò primum quin potius intrans Capharnaum, & pleno gutture vociferans miraculum proclamauit, quod vnico verbo Christus in ipso fuerat operatus: ita D. Marc. *At ille egressus cœpit prædicare & diffamare sermonem.* Diffamare verò hoc loco significat famam ac nomen ejus extendere. Videri qua ratione diuinus ille Sol lucis suæ radios in Capharnaum ciuitatem diffuderit, efficiens, & adimplens quod de ipso prædixerat Abacuc, juxta lectionem Septuaginta, quam ponderat D. Aug. *Ante faciem ejus ibit verbum.* Nostra verò vulgata lectio legit: *Ibit mors:* & significat expediebat, vt rumorem primum spargeret de se priusquam diuinus ille Sol ciuitatem aliquam ingrederetur, (a) idque fama de miraculis eius præuolante: hæc enim radius quidam erat lucis, quem præmittebat, vt initium quoddam daret cognitioni suæ diuinitatis. Eodem plane modo egit, dum Samariam ingrederetur, primùm enim beatam illam mulierem elegit, quæ egressa fuerat ad hauriendam aquam, vt ante se in ciuitatem reuerteretur, vocem extollens diffamando Christi personam, plenis buccis omnibus acclamans: *Venite & videte hominem*, &c. ita Capharnai, radios illos suæ lucis per leprosi jam mundati diffamationem, præmittebat; quibus alii illuminabantur vt lateres se. Sacerdotes & legis Doctores, qui licet cogitarent Christum hominem pium, & ad summum Prophetam, non tamen eorum corda lux diuinitatis ejus penetrauit. Centurio autem illuminatus vt speculum; quo namque momento famam de Christo percepit, *Cum audisset de Iesu*, adeo cor eius cœlestis illa lux perusit, vt fide viua Christum verum Deum crederet, cui vtiqi & seruire & obedire oporteret. Ita opinantur D. Aug. a D. Hier. b D. Ambros. c & D. Chryſ. d In cuius persona populi Gentilis cœpit fides rutilare: quod Deus per Regium Prophetam prædixerat, plebis suæ Iudaicæ condemnans infidelitatem in peccatis suis inueteratæ. *Populus quem nõ cognoui, seruiuit mihi, in auditu auris obedijt mihi.* e Sic eũ nobis describit Euangelista, vt adamantem pretiosissimum, & speculum clarissimum illuminatum: f

Luc. 5. 11

Hom. 5. in Matth.

(a) Ita Ter. Phorm. Act. 1. Sc. 4. Ante aduentum meum fama id perfugit.

a In Luc. 5.
b Matth. 8.
c Luc. 7.
d Hom. 32. in Matth.
e Isa. 55.
f Cum

Cum ingrederetur Iesus Capharnaum, accessit ad eum Centurio.

Vt hoc planius explicemus, nota quod circa verba hæc nata est aliqua difficultas, visum est enim Manichæo Hæretico Fausto Euangelii infenso hosti, D. Matth. & Luca, in verbis illis posse argui contradictionis. ita D. Augustinus testatur, vbi contra eundem scribit. Dicebat enim hos duos Euangelistas inscribenda hac de Centurione historia minimè conuenire, Matthæus enim de eo narrat; *Accessit ad eum Centurio.* D. vero Lucas, non eum accessisse, sed misisse dicit Seniores Iudæorum: *Misit ad eum seniores Iudæorum.* Accessit, & non accessit, maximè discrepant. Porro non sibi hæc contradicunt.

Lib. 33. contra Faust. c. 2. & 3. item lib. 2. de Consen. Euang. c. 2

Primo: an ignoras non esse mendacii argumentum, vnam eandemque rem diuersis narrari verbis? cum hoc in ipso experiaris, si enim rem vnam, quæ tibi contigit primum narraueris, si eandem denuo referre volueris, impossibile tibi dixero, eam ita uniformiter edicere posse, vt ne verba aliqua mutasse arguaris. Ratio sit hæc, quam sæpius repetit D. Aug. & ad rem optime expendit, id quod Spiritus S. narrat: Misit Abraham Oeconomum suum Eliezer Mesopotamiam, vt filio suo Isaac prouideat vxorem; vtrimque inter Abraham & Eliezer intercesserunt verba plurima, dum ex eo Abraham postulat iuramentum, dum disponit quid ei sit agendum, si venire mulier recusarit, aut parentes eam dare noluerint. Iter suum seruus aggreditur, & Rebeccæ occurrit virgini pulcherrimæ, circa aquarum fontem; quam cum agnouisset, recta in domum Nachor patris eius tetendit, cui cum itineris sui causam exposuisset, nimirum se missum ab Abraham, filio suo Isaac, vxoris conquirendæ causa; & referens mutuum colloquium inter Abraham & se, clare videbis, quod eandem rem narret in substantia quidem, licet verbis planè non isdem: cum tamen esset ille ipse, qui cum Abraham fuerat collocutus; deinde Scriptor huius colloquii inter Abraham & Eliezer, idem fuit, nempe Moyses. Nemo enim tam vniformiter vnam eandemque rem narrat, modo hic, modo ibi: vt vtrobique eadem prorsus sint verba. Quanto minus eadem erunt verba, si res eadem a duobis enarretur. *Hoc* (ait D. Augu.) *admonendum putauimus propter stultos & indoctos homines, qui Euangelistas hinc calumniantur, quod in aliquibus verbis, non omnino conueniant.*

11. Conciliantur Euangelistæ, de Centurionis accessu Lib. 99. in Gen. 24.

D. Aug. Tom. 3.

Secundo, delitas (ait D. Augustin.) nec capis eos nedum sibi non contradicere, quinimo miro modo conuenire: cum vnus narret, quid egerit Centurio, nimirum: quod ad Christum accessit, alter modum exponat, quod in propria persona non accesserit, sed quosdam miserit interessores; Vulgate enim est, vt quod alienis perficimus manibus, seu aliorum opera, sine præiudicio veritatis aut nota mendacii, dicamur hoc ipsum ipsi præstitisse. Id probat D. August. ex modo loquendi, quo Deus ipse vsus est, quando Moysi, ad eliciendam de petra aquam qua populus potaretur, sic ait: *Antecede populum, & sume de senioribus Israel, & virgam, qua percussisti fluuium, tolle in manu tua.* Totum attentus perlege sacrum textum, nullibi reperies quod Moyses virga fluuium quemlibet percusserit: quod si Nilum Ægypti percusserit, quo factum, vt aquæ in sanguinem fuerint conuersæ, & ranæ emerserint coaxantes, tam molestæ Pharaoni. ac Ægyptiis: hoc Moyses non fecit, sed germanus eius Aaron: *Dic ad Aaron, tolle virgam tuam, & extende manum tuam super aquas Ægypti*, &c. *vt vertantur in sanguinem.* Quomodo igitur ait Moysi: *Virgam, qua percussisti fluuium?* Quibusdam verba hæc videntur difficiliora, proinde per fluuium intelligunt mare rubrum, quod Moyses virga percutiens, continuo filiis Israel ad gradiendum aperiebatur. Verum tamen textui non conuenit, nec sunt verba sic premenda, vt huic difficultati satisfiat: Sciamus igitur, quod si Aaron virga fluuium percusserit, fecit hoc, sed ex præcepto Moysi, sic enim Dominus voluerat: *Dic ad Aaron: Tolle virgam.* Et quid hoc tanti, si sic intelligamus, cum eodem loco Deus de seipso dicat, quod ipsemet, virga percuteret, quam manu sua tenebat, fluuium, vt aquæ in sanguinem verterentur, & hoc, vt suam ostenderet potentiam: *In hoc scies, quod sim Dominus: Ecce percutiam virga qua in manu mea est, aquam fluminis, & vertetur in sanguinem.* Nec habet Deus manus, quibus virgam teneat, nec unquam eam sumpsit, nec ipse aquas fluminis virga percussit; sed tantum ipse Moysi præcepit vt hoc Aaroni mandaret, & sic factum est, vtente Deo manibus & opera Aaronis; ac proinde dicitur, quod ipse manibus suis aquas virga percusserit.

Lib. 99. in Ex. q. 64. 2 Exod. 17. 5.

Exod. c. 7. 9.

Exod. 7. 17.

Hoc idem tibi dico (respondet D. August.) in hoc casu: Accessit Centurio, ita D. Matth. D. Chry. non per se, sed per internuntios Sacerdotes, *ho. 22. in Qui per Sacerdotes rogat Christum, ipse rogare videtur*, ait D. Chrysost. Morti adiudicant iudices populi

imperfect. Tom. 2.

populi iustum Naboth, at periurum, & blasphemum: sic condemnatus, à populo lapidibus obrutus suffocatur: fisco bona illius addicit Rex Achab. Citat Dominus Eliam, iniungit illi, Vade & dic Regi Achab: *Occidisti insuper & possedisti*: Lues. Quid Domine: Non occidit ille: iudices eum morti addixerunt, populus eum lapidauit. Verum est, sed ipso negotium totum composuit, vxore sua intermedia, quocirca ipse ob suam auaritiam innocentem oppressit, & vt huius cædis auctor principalis, punietur. Exponit Ioab fidelem Dauidi militem Vriam, in fronte exercitus, vbi ei certa mors imminebat: hostes eum primo concursu transfigunt. Mittitur à Deo Nathan, qui dicat Dauidi; *Vriam Hethæum occidisti*. O te traditorem! Fidum Vriam interfecisti. Domine, non ille eum occidit, e at enim tum temporis in Hierusalem, longe dissitus ab exercitu. Sit ita: eum tamen ipse occidit, ipse mortis Vriæ reus: telam enim hanc ipse texuit: ex cuius litteris secuta est proditio hæc, & mors perfida. Et vos, o Iudices, estis qui fructus colligitis, qui peccatis mulierum vestrarum consentitis & vos qui puellas peruertitis, quas per tertiam personam ad peccandum pellicitis. & vt à talibus perditio earum à vobis exquiretur. Sic similiter reputa, te dare xenodochiis eleemosynam, quando eam per seruum tuum transmittis. Te redimere captiuum, cuius per eleemosynas tuas litro cooperatis, & vt talem te Deus intuetur, vt tali tibi remunerabitur, quodque & tu sis qui ad Deum accedis, quando per Sacerdotes accedis, remissionem tuorum peccatorum efflagitans, & necessitatibus tuis postulans subsidium.

3. Reg. c. 21. 19.

2. Reg. 12. 9.

§. 5. *Centurio Christum verum Deum confitetur, dum ad eum accedit per sacerdotes, quales ipsi sunt mundo vniuerso.*

12. 12 HOc ipso (testatur D. Chrysost.) voluerunt Euangelistæ insinuare, quam illuminatus fuerit cælestis ille adamas, in Christi cognitione, & quam præclare illum verum Deum agnouerit. Nouerat Christum ingressum Capharnaum quærit ad eum accedere, vt beneficium aliquod ab eo impetret, verumtamen per se ipsum accedere non præsumit, sed ut internuntios & mediatores statuit Sacerdotes quos D. Chrysost. autumat illos fuisse, quos D. Lucas nominat Seniores, quando dicit: *Misit ad eum Seniores*; per hoc (teste D. Chrysost.) indigitans, quam ex animo & sincere crederet Christum, Deum esse; cum ageret cum eo & eum reueretur, ut Deum, cui proprium est, habere Sacerdotes, qui ex suo munere sint sequestri inter populum & Deum, sintque illi qui principaliter orationes hominum Deo efferant: *Per Sacerdotes mittens mysterium demonstrauit, quod omnis populi petitio per Sacerdotem debet transmitti*. Doctrinam tenemus Catholicam vnumquemque orationes sua posse ad Deum accedere, & ei libellos offerre supplices, suis necessitatibus congruos: cunctis enim ait Dauid: *Accedite ad eum & illum in animi, & facies vestræ non confundentur*. Cui innixes D. Paul. nos omnes adhortatur, vt accedamus ad thronum gratiæ? *Adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ, vt misericordiam inueniamus*. Sed non minus Catholicam doctrinam tradunt D. Aug. [a] & D. Thom. [b] quod semper & in omni lege necessarii fuerint Sacerdotes, quibus ex officio incumberet esse medios inter homines & Deum, quorum ministerio orationes eorum Deo offerrentur, & qui pro eunctis sacrificia ded carent. Ex Deo pendet hic mundus, non solum in fieri, quinimo & in conseruari. Ipse enim est, qui eum regit, gubernat, & de cuius munere venit quidquid boni possidemus· *Cum ipse det omnibus vitam, inspirationem & omnia; & in ipso viuimus, mouemur & sumus*. Nec datur vita, nec respiratio, nec quidquam quod de manu Dei non prouenit. Hinc sequitur, mundum conseruari minime posse, non agendo cum illo; multo minus quam Respublica, nisi cum Domino seu Superiore, qui eam regit, & gubernat vltro citroque negotietur. (a)

Hom. 27. in Matth. & h. 22. in imperf.

Elem. 22. in imperf. Tom. 2.

Ps. 33. 6.

Hebr. 4. 16.

a Lib. 1. de cons. c. 4. & sup. b. 2. q. 81. a. 1. & 2.

Act. 17. 28.

a sic in. mr. ad. m. 3 perfect.

Mox sese offert difficultas: quis facie ad faciem agere cum Deo præsumat? Quis tam temerarius vt ingredi portas eius audeat? Hic apud nos quispiam de vulgo adire Regis præsentiam non præsumet, ambo licet vermes sint, Huic vt prouideatur, sunt illi familiares quidam ac Secretarii, quorum medio libelli supplices offeruntur. Hos creat Deus, & eorum vult hoc esse munus, ministri sui sint, vt cum eo agant homines, & sunt Sacerdotes, quibus hoc sit officium sequestros esse inter populum & Deum; quorum persona, & manibus offeruntur homines, & omnes creaturæ, denique mundus vniuersus supremæ Maiestati, eo medio diuinam eius clementiam exoraturus. Hoc ipsum intendit Deus proponere in celebri illo ornatu, quo, singulari sapientiæ suæ præcepto disposuit, vt vestiretur Sacerdos, diuino comparaturus aspectui. Mandat, primum tunica linea vestiatur, & su-

I. Sacerdotes sunt sequestri inter Deum & homines. Exod. 28.

& super eam alia ex purpura, hyacintho, & coccobis tincto cum malo granatis, & tintinnabulis ad pedes eiusdem tunicæ, denique super humerale cum duodecim lapidibus pret. osissimis vt cingulo, quo totum circumcingatur eius corpus. Mitram in capite habeat vitta hyacinthina circum ligatam ex qua dependeat lamina quædam aurea imminens fronti pontificis: cui insculptum legebatur nomen Dei. Et his omnibus rite adornatus Sanctuarium ingrederetur, & diuino compareret conspectui misericordiam rogaturus. Continent omnia hæc plurima mysteria: attamen apud Hebræos, maximè communis & recepta est expositio D. Hieron. quam sumpsit ex doctissimo Philone: Mens autem Dei fuit, vt Sacerdos intraturus Sanctuarium, toto vestiretur orbe, ita vt ingrediente Sacerdote, totus cum eo terrarum orbis ingrederetur, omnesque sese Diuinis oculis sisterent creaturæ. Audiamus D. Hieron. *Quatuor colores ad quatuor elementa referuntur, ex quibus vniuersa subsistunt: byssus terra deputatur: quia ex terra gignitur, purpura mari: quia ex ouis cochleis tingitur, hyacinthus aeri propter coloris similitudinem; coccus igni & æthere.* Mala punica significabant fructus terræ, inter quos præ cæteris eminent; tintinnabula, tonitrua & fulgura, impressiones formatas in aere, cingulum Sacerdotem circumcingens mare Oceanum; duodecim lapides, duodecim signa zodiaci; mitra in capite, cælos, vbi sedes est Dei. Prosequitur D. Hieronym hanc doctrinam & eandem singulari quadam scientia exposuit D. Thom. Voluit insuper Spiritus sanctus vt idem intelligeremus, dicendo; *In veste poderis, quam habebat, totus erat orbis terrarum.* Si vero inquiras cur tam ingeniosam Deus vestem ordinarit, quasi Sacerdotem toto grauans mundo, ad Deum accedentem? Respondebo (ait D. Hieronymus) vt insinuaret, mundum vniuersum, & quæ in eo continentur omnia misericordia & beneficio Dei conseruari; veruntamen hæc omnia per Sacerdotem esse negotianda, in cuius nomine & manibus omnes creaturæ Diuino conspectui sunt præsentandæ. *Iustum ergo erat* (ait D. Hieron.) *vt Pontifex creaturarum omnium typum portans in vestibus suis, indicaret, cuncta egere misericordia Dei & cum sacrificaret ei, expiaretur vniuersalis conditio, vt non pro libertate, ac parentibus, & propinquis, sed pro cuncta creatura & voce & habitu precaretur.* Dignum & iustum est, vt omnes creaturæ hanc supremam agnoscentes Dei Maiestatem, illius propriam vilitatem, neque in se ipsis, neque perse ipsas audeant coram illâ apparere, nisi medio Sacerdote.

Lib. de Monarchia.

D. Hier. lib. 2. ad Fabio. Loc. 3.

1.2.q. 102. a. 5. ad vltimum. cap. 18. 44.

En quæ sit ratio constituendi Sacerdotes: quam graphicè D. Paulus exprimit: *Omnis Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in ea, quæ sunt ad Deum, vt offerat dona & sacrificia* &c. In hominum magnum beneficium, ait ordinari Sacerdotes: *Pro hominibus.* Ad quid? vt mediis Sacerdotibus Deo sua transmittant ne sacrificia, dona, & deprecationes, Tenentur subditi & inferiores Superiotibus ac Regibus pendere census ac tributa, tam in recognitionem subiectionis suæ, quam in solutionem debiti, quod ex ista subiectione resultat. Strictiori multo iure tenentur ad hæc Deo cuncti mortales: cui & sacrificia & dona offerre obligantur, partim in suæ subiectionis & obligationis testeram, partim in debitorum suorum satisfactionem. Quos ad hæc, mediatores habebimus? Sacerdotes ex hominibus assumptos; *Ex hominibus assumptus.* O magnum beneficium, quod Deus mediatorum officium Angelis non concesserit, ait D. Thom. at Sacerdotibus ex hominibus assumptis. Quanta tibi ratio gaudendi: Si Rex in expeditionem negotiorum tuorum, in quibus agitur de vita tua, non extraneum quempiam delegaret, sed conterraneum tibi nominaret? Hoc facit Deus, ex cuius dispositione Sacerdotes ordinantur, *vt offerant dona & sacrificia* &c. idque ex parte hominum. Hinc apte deducit D. August. quod sicut Deo proprium est, vt illi soli sacrificia conse-crentur, sic & illi proprium est, habere Sacerdotes. Solus Deus hos habet, ac proinde ad hoc debent institui, vt ministri sint & sequestri inter Deum & homines. *Vos autem Sacerdotes Domini vocabimini, ministri Dei dicetur vobis.* Quis hic non videat inordinatam sæcularium insulsitatem, qui volunt sibi Sacerdotes, seruos & stipatores; de quibus expediret agere, si nobis tempus superesset. Indicabunt tibi Dei Sacerdotes vestrum esse munus; seruire Deo, ipsorum vero, esse medios inter Deum & homines, per quorum manus dona, precationes, & sacrificia dedicentur supremæ Maiestati: vt misericordiam consequamur.

14 Hebr. 5. 1.

Isai. c. 61. 1.

II. Ea ratione à Deo institutum.

Loco citat

Lib. 10. de ciuit. c. 4. & seqq.

§. 6. In

§. 6. *In omni lege, accesserunt laici ad Deum per sequestros sacerdotes, etiam Balac Rex Idololatra.*

¶. 15 HInc clare tibi patebit: rem vsu valde frequentatam, etiam apud viros eximiæ sanctitatis fuisse, vt quando beneficium quodlibet à Deo optarent impetrare, ad eum accederent, non per se, sed mediis Sacerdotibus: & licet quisſibet per se possit corde & voluntate sua Dei adire præsentiam, vt dictum est; & ei cordis sui aperire desideria, vt omnibus nobis Christus præcepit, ut accederemus: orantes: *Pater noster, qui es in cælis.* Nihilominus, quando magis efficacius optabant felicioremrerum suarum expeditionem: salutem in infirmitatibus suis, vires in tentationibus, in mentis intentionibus exitum desideratum, in pusillanimitate quietem, resolutionem in anxietatibus, victoriam in bellis, Sacerdotes sibi sumebant in subsidium; sese ex magna humilitate indignos iudicantes, qui sese tantæ sisterent Maiestati: quare per eorum hoc agebant ministerium. Liquet hoc in lege naturæ: & probatur in Sancta illa Rebecca, quæ (vt notat D. Chrysost.) anxietate quadam grauiori, & mortifero timore perculsa, vtpote quod duobus grauida filiis illos vtero suo materno conclusos, inter se sentiret colluctari: *Collidebantur parvuli in vtero eius* recurrit in sui remedium ad Deum; *Perrexit. vt consuleret Dominum.* Ne credideris (monet D. Chrysost.) eam per se hoc præstitisse, nequaquam, sed per sequestrum Sacerdotem. Quinimo credunt aliqui (testibus D. Aug.[a] & Theodoreto)[b] fuisse Melchisedech, licet plenè non probent. Sciebat autem hæc, pias consultationes cum Deo faustum sort ri exitum, si hoc medio foueantur. *Quid est* (ait D. Chrysost.) *perrexit, vt consuleret Dominum? Cucurrit ad veram scientiam, & festinauit ad Sacerdotem ministrum, per quem latentium scientiam volebat discere, & enarrauit omnia, quæ sibi contigerant, didicit diligenter omnia, misericorde Deo per Sacerdotis linguam detegente ei omnia manifeste, & alacriorem eam reddente.* Modum itaque Deum consulendi in illo naturæ statu, arbitror voluisse explicare Eliu amicum patientissimi Iob, quando eum tot coacervatis dolo-

Hom. 50. in Genes. Tom. 1.

Gen 25.22

a *Lib. qq. in Gen.*

b *q. 65. in Gen.*

Iob. 33. 16 & seqq.

ribus, laboribus, & infirmitatibus cernens oppressum, ei medium proposuit, quo subsidium sibi possit à Deo obtinere & remedium, in quem finem latè diuagatur, prosequens modum, quo Deus sæpius vtitur erga mortales, & modum, quem seruare tenetur homo agens cum Deo. Sæpenumero (ait) dum vult hominem Deus deuincire, & eum eo deducere, vt in se reverteatur, & occasionibus se subtrahat, ei frœnum immittit quo sistitur, quemadmodum nobilis, equo indomito & petulco, qui se præcipitem agere molitur; clarius dico: morbum ei immittit, in lectum deiicit; tenes doloribus angit extremis, esus & potus aufert appetentiam: omnia ossa eius marcescunt, trahitur ad suburbia mortis. *Increpat quoque per dolorem in lecto, & omnia ossa eius marcescere facit, abominabilis efit in vita panis &c. appropinquabit corruptioni &c.* Erraueris si morbum quodam casu credideris accidisse; nec ob hoc, nec ob illud; quod tibi persuades & de quo multa habes, quæ opponas, euenit. Verum enim vero Deus est, qui te lecto prosternit, ad tuam salutem, vt a via illa veteri pedem subtrahas, quam tot annis es ingressus, nec vltro progrediaris. Quid ergo restat remedii, o Eliu? quid in hoc casu arripiendum ad manum? Recurrat ad Deum, sequestro Sacerdote, vno ex tot, qui hic sunt millibus: *Si fuerit pro eo Angelus loquens vnus de millibus &c. Miserebitur eius Deus.* Vocat Sacerdotem Angelum, quo nomine eos Deus per Malachiam honorat: talis enim debet esse, & reipsa est, in quantum ex officio suo internuntium agit, & mediatorem, hoc enim significat Angelus. *Angelus enim Domini exercituum est* Malach. 2. 7. Recurrat ergo homo ad Deum alicuius ministerio Sacerdotis, qui pro eo loquatur, intercedat, offerat eius petitiones, libellos supplices & licet sacrificia. Ait ergo Iob: Hoc tu agito? quo libereris ab infirmitatibus, quas pateris, quasi signans, hoc fuisse vnicum medium legis naturalis tempore maximè frequentatum.

¶. In statu vero legis scriptæ, idem reperimus egisse eos, qui eo, quo debebant modo processerunt. Rex Saul eo adhuc tempore, quo recte, & secundum Dei beneplacitum cuncta operabatur, vt secum sibi redderet negotii cuiusdam exitum, ac sanam obtineret resolutionem perdifficili cuidam dubio, quo grauiter angebatur, illico recurrit ad Deum, medio Achia Sacerdote. Sacerdos sistebat se Diuino conspectui, cui a tergo Rex adstabat: vt qui tali sequestro ageret cum Deo. Cum vero sic constitutus oriri tumultum in castris perciperet, populum conclamantem, tumultuantibus Philisthæis, volens periculo occurrere, ait Sacerdoti; *Contra-*

he manum

1.Reg.14. *he manum tuam.* Huius ex Diuino præscripto in regno successor David, Deo licet familiariter uteretur, secum nihilominus in cunctis suis afflictionibus ducebat Sacerdotem; vt illo interueniente orationes, & supplicationes Deo dedicaret, proinde Abiathar Sacerdotem obnixus rogabat, ab eius latere non recederet, & securus viueret: quod in fidem ac tutelam suam eum reciperet; & vt propriam suam vitam

1.Reg.22. tueretur: *Mane mecum, ne timeas; Si quis quæ-*
23. *rerit animam meam, quæret & animam tuam, mecumque seruaberis.* Quod si Deum consulere, seu rogare vellet, consulebat ac rogabat eum Sacerdote inter medio: vnde dum vice quadam luto inhæret anxius & vitæ suæ dubius, eum Saule ad necem persequente, vt huic se eriperet, ad se citus vocat Sacerdotem Abiathar; cui ait; *Applica Ephod.* Erat autem Ephod (D.

1.Reg.23. Hieron. ac Augustin. testibus *b*) vestis quædam
9. particularis, quam sibi induebat Sacerdos ad

a Exod. 28. Ad Fabiol. Deum accessurus, cuius Diuinam Maiestatem repræsentabat propitiatorium super Arcam fœderis Domini, & vt ego sentio, superpellicium erat, seu roquetum, quo nunc vtuntur

b lib. 99. in Lindr. Sacerdotes, vt ad altare secum deferant. Stabat

q. 41. Sacerdos ante Arcam (vt ex textu probat do-

in 1.29. ctissimus Caietanus) repræsentantem Dei quasi

lib. 1. Reg. præsentem Maiestatem & retro post Sacerdotem Dauid, quasi illo se protegens cui suggerebat id, quod Sacerdoti à Deo erat deposcendum, & Dauid orationem componebat, quam suo nomine Deo Sacerdos offerebat. Quid hoc o Rex pissime? si tu, vtpote subtilioris ingenii, & scientiæ sublimioris, orationes constituis & orandi methodum Abiathar sacerdoti: cur eam in propria persona Deo non proponis? Quia cum David talis esset, qualis erat, opinatus est orationem suam Deo fore gratiorem, & acceptiorem, per manus eius, cui ex munere conuenit fidelium Deo litare sacrificia & vota, & orationes offerre, qualis est ipse sacerdos, cui proinde melius visum est, non seipsum facie ad faciem Diuinis offerre conspectibus, sed medio sacerdote, cuius retro humeros stabat; & intellexit, hoc sibi magis prodesse, se coram Deo sistere, non in propria persona, quam indicebat indignam, sed in persona Sacerdotis, qui cum hoc ei ex officio conueniat, minus propria sua indignitate daret obstaculum. Satis hoc conforme ei, quod Deus ordinarat, quando constituit Iosue Ducem populi sui, præcipiens, vt si quoties voluerit aut consulere Deum, aut impetrare beneficium, ad eum accederet perorante & sequestro Eleazaro Sacerdote: *Pro hoc si quid agendum erit, Eleazar Sacerdos consulet Dominum.* Ex quo Dei præcepto D Chrysost. recte colligit, subiectionem quam tenentur ipsi Reges Sacerdotibus; illis vtpote, quorum medio & intercessioni Deus Reges subiecerit. *Num.c.27 21. Hom. 5 in Vidi Dominum.*

Si talis fuerit, in lege naturali, & scripta praxis, quanto magis in lege Euangelica talis est praxis frequentanda, in qua tot tantisque Sacerdotes clarissimis & notissimis fulgent prærogatiuis, vt in eorum comparatione, antiqui illi, licet etiam Pontifices summi, sola fuerint figura, & depicti Sacerdotes. Quam (quæso te) Christus suis in Ecclesia tribuit potestatem? claues regni cælorum eorum consignauit manibus: dum ait: *Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt.* Examinat D. Chrysostomus hæc Christi verba, quibus hæc sua doctissima & elegantissima connectit: *Quidnam hoc aliud esse dicas, nisi omnem rerum cælestium potestatem illis à Deo concessam?* Si igitur nostrorum Sacerdotum sacrificium consideremus, quid habent considerationi dignum cum hoc? cuncta & quanta Deo fecerunt veteres Patriarchæ Abel, Noe, Abraham, Isaac, Iacob, & quæcumque in statu legis scriptæ, Deo fuerunt oblata, licet omnem numerum excedat. Eadem consideratur in illis dissimilitudo, quæ est inter Deum & creaturam: cum ipsi terrenam immolarent creaturam, quod hi autem Deo consecrant, vnigenitus est Filius Dei; quocirca tanti est hoc sacrificium meriti, vt impossibile sit æterno Patri non infinities esse peracceptum, & gratissimum. Hinc collige, si qua in re Dei indiges auxilio, quod tui sit muneris, ad eum medio Sacerdote accurrere; ipse tuo nomine legit sacrum, quo ad aram accedente, retro ipsum te fistas, Deo per eius manus & verba orationes tuas, desideria, & offerens sacrificium. Consuetudo est etiam hæc Ecclesiæ, vt orante Sacerdote, seu aliis occasionibus, vbi concurrit populus, hic retro maneat Sacerdotem, orationes quoque collectæ dicuntur: quia in eis, quas Sacerdos instituit, colliguntur pariter totius plebis orationes, quo medio omnes sibi recte succurrent. *Ioan.c.20 23. D. Chr. lib 3. de Sacerdo. tio. Tom 2.*

Quando Principes & Reges ad bella se præcingunt, exercitus conscribunt, itinera suscipiunt; vt Diuinum sibi concilient numen, auxilium obtineant, res bene succedant, mediis agant Sacerdotibus, qui supplicent, attollant manus, & sacrosancta consecrent sacrificia. Cer-

tamen iniuit contra Amalec Iosue in montis valle, vt autem ei & militibus Deus concederet victoriam, ei subsidio fuerunt Moyses & Aaron, in montis cacumine perorantes *Moyses & Aaron in Sacerdotibus eius*; Et ne quis circa victoriæ auctorem dubitaret, quo momento Moyses manus declinabat, & ab oratione deseruebat: ecce Iosue prostratus, in fugam pulsus: si vero manus sursum attolleret, ecce vincit Iosue, prosternitur Amalec, victoria & triumpho Iosue lætatur. Hoc etiam medio voluit sibi consulere Rex infidelis & idololatra, vt refert Scriptura, quam historiam ad rem perpendit Orig. Hic fuit Balac Rex Moabitarum. Intellexit ille Israelitas, populum copiosum, & fortissimum finibus suis appropinquare, timet sibi, & coacto Consilio tremoris sui exponit rationem. Iacta est alea, actum est de nobis: populus hic nos & regnum deuastaturus venit, & occupaturus. Quid remedii? Aduocemus nobis in auxilium Sacerdotem notæ vitæ virum. Hic erat Balaam idolorum seu dæmonorum Sacerdos. Hunc requirit, & magnis promissis ad se curat adduci: erigantur altaria, Deo nostro litetur, & eius nobis auxilium deprecemur. Accedit Balaam ad altare, sacrificium oblaturus; & ecce tibi Rex Balac pone Sacerdotem, totus corde & anima præsens, fiducia plenus, se suumque populum hoc medio, quod sibi necessarium foret, adepturum. Egit hoc Rex infidelis & idolorum cultor maximus, cuius Dii dæmonia erant, & Sacerdos, cuius opem supplex implorabat, cuius vtebatur opera, necromantis & maleficus incantator. Ex æquo foret, vt nos idem ageremus, quando calamitatibus regnum opprimitur, vocaremus Sacerdotes, vt sacrificia litent pro nobis, missas offerant: hoc enim medium omnium longe est efficacissimum. Aduersitatibus anxiaris? infirmitates pateris? luctibus angustaris? matrimonium suscipis? opus integerrimam peccatorum facere confessionem & vt Spiritus sanctus te sua perfundat gratia? Accede ad Deum mediatore Sacerdote, qui accedat tuo nomine ad sacram aram incruentum lituratus sacrificium valoris & meriti infiniti, tu illum sequere corde, voluntate & anima.

Exod. 17. Isa. 38. 6.

Nu. c. 22. Hom. 13. in l. Num.

An non tibi bene videtur hic Centurio illuminatus in Christi Domini cognitione, & quam eleganti stylo hoc nobis exponant Euangelistæ? Placetne id contemplari? Fide nouerat Catholica, Christum verum esse Deum proinde ab illo requisiuit subsidium eius infirmitatis, quod nulla poterat præstare creatura, sed licet serui sui paralysis iam iam morituri, Quomodo accedunt ad Deum fideles Principes, & sanctitate primores? non in propria persona, sed sequestro Sacerdote: pariter & in hoc Diuinam honorantes Maiestatem, cui proprium sit habere Sacerdotes, propriam confitentur humiliter indignitatem, vt eam hic Centurio propalam est confessus, dum se indignum proclamat, qui in propria persona diuino se sistat obtutui: *Indignum me iudicauit, vt venirem ad te.* Ita vt, sicut vno in loco narrat S. Scriptura Rebeccam & Dauidem recurrisse ad Deum, & alio in loco declarat, accessisse mediis Sacerdotibus, quo actu supremam diuinamque protestabantur eius Maiestatem, ad quem medio Sacerdote accedebant; ita modo vnus narrat Euangelista, Centurionem ad Christum accessisse, alter vero modum explanat, nimirum mediis Sacerdotibus, quo significaret, Centurionem ad Christum accessisse vt ad verum Deum, qui profiteatur se cum illo agere, vt viri præcipui sanctitate, cum Diuina egerunt Maiestate. Hæc D. Chrysost. habetur expositio.

§. 7. *Verius dixeris accessisse Centurionem ad Christum, licet ad sistum, quàm illos quos præmisit medios, & qui propius cum eo sunt locuti.*

ALiud præterea mysterium agnouit, & subtili suo enucleat ingenio D. August. quam Diuina luce fuerit speculum hoc illustratum, qui cum Christo ageret, vt vero Deo, atque intelligeret, cum Christus esset verus Deus, ad eum accedendum non tam corpore quam anima, nec tam pedum corporalium gressibus, quam spiritualium intellectus & voluntatis. Locutus est (ait D. August.) D. Matth. quando de Centurione ait: *Accessit ad eum Centurio.* Proprio vocabulario Diuini idiomatis: *Alia tamen impropria locutionis seruauit Matthæus secundum quam scriptum est: Accedite ad eum, & illuminamini.* Loquebatur Euangelista, de tali mortis ingenii viro, proinde seruanda erat ei verborum spiritus proprietas: quæ sit, supponendo, quam verus & propius accessus ad Deum non sit pedum gressibus, qui terram calcent, & non minus digitis altius e solo attollantur, sed qui sursum gradiantur, qui cælos penetrent, & quæ super sidera tripudient, gressibus intellectus viua fide illuminati, & inflammatæ charitate voluntatis.

18

Lib. 83. contra Faustum c. 8. Tom. 6. Lib. 2. de cons. Euang. c. 2. Lib. 2. de Trin. c. 5. Tom. 8. Dem. & in ps. 44. ps. 11.

Hos

Hoc igitur supposito, qui vere accesserunt ad Christum non fuerunt Sacerdotes, quos misit Centurio. Licet enim ad eum accesserint, solo tamen corpore, & pedum terrenorum passibus accesserunt; fuit autem Centurio, qui continuo, vt percepit Christum ingressum Capharnaum, accessit ad eum: qua ratione? suo spiritu volando, alis tenerioribus sui intellectus fide illustrati, & voluntatis ardentissimæ charitate [a] *suffultus. Illi non ibant cum Iesu, ait D. Petr. Chrysol. cum quo mente non ibant, nec cum illo erant, qui seiuncti corde, corpore videbantur adiuncti.* Et addit D. Aug. *Nec Matthæus ob aliud eum dixit accessisse ad Dominum, cum apertissime Lucas insinuet, quod non ad eum ipse venerit, sed nuntios suos miserit, nisi quia sic deiissima humilitate magis ille accessit, quam illi quos misit.* Hoc accedendi modo (ait) nos illuminat hodie clarissimum illud speculum, pariter & docet, quis sit proprius modus ad Deum accedendi: quod ille non sit, qui solo corpore sit, sed qui spiritu voluntate & anima exercetur. Perpendit ad rem D. Augustin. id quod etiam aduertit D. Pet. Chrysol. & deinde D. Greg. [b] id quod nobis tres Euangelistæ enarrant contigisse in eadem ciuitate Capharnaum, eadem occasione, immediate post hoc miraculum, vt mihi videatur, Christum velle insinuare id quod modo disputamus. Accessit ad eum Synagogæ Princeps, togatus eum vt domum suam veniret, erat enim illi filia annorum duodecim, iam mortis faucibus pene absorpta. Procedit eo Christus, & in via tantus confluit populus, qui eum ita comprimebat, vt ei molestus fieret, quisque conitens illi adesse proximus. His plebis angustiis pressus Christus, conuersus interrogat discipulos suos: *Quis me tetigit?* Respondet D. Petrus pulcherrima interrogatio, Domine: quid tibi videtur? *Turba te comprimunt & affligunt & tu dicis, quis me tetigit?* Paulum tapis (ait Christus) ex tam multis, qui ad me accedunt, me comprimunt, me affligunt, vna sola me tetigit, eratque mulier fide feruentior, *quæ sanguinis fluxum patie batur annis duodecim, & omnium substantiam suam erogauerat in medicos*, & medicamenta, ex quo nihil præter paupertatem extremam est consecuta, dum ob hæc se morbi vis non remitteret, sed deterius semper haberet. Mulier hæc profunda humilitate & viua fide accessit Christi fimbriam contractura, & ecce subito, *sensit corpore quia sanata esset à plaga.* Hæc sola est, ait Christus, quæ me tetigit, & quæ cæteris mihi propior accessit, licet solum [b] actum extenderit, vt fimbriã vestimenti mei contingeret; quia spiritu, fide & voluntate accessit; cæteri, licet innumeri accesserint, corpusque meum compresserint, solo corpore ad me accesserunt. Quid opinaris ne, quod omnes, qui templum ingrediuntur, altare cingunt, ad Deum accedant?

19

An credis te Deo esse propinquiorem, loquendo propria phrasi, quo vicinior es altario? sæpe sæpius qui vicinior altari videtur, longius ab eo distare iudicatur. Exemplum cape (ait D. Augustin.) in duobus illis Publicano & Pharisæo quam prope ad Deum accedit Pharisæus, quasi diceremus: apprehendit cornua altaris: *Publicanus autem stans a longe*; retro portam, nec ausus interius accedere. Quis ex duobus Deo proximior? Quem dixeris ex duobus verius accessisse? Saris liquetipsum Publicanum verius accessisse, quo enim corporis pedes non sunt progressi, eo pedes animæ processerunt, quibus tam fuit Deo vicinus, vt eum complecteretur. Quinimo sæpius contigit, vt qui vicinior est corpore, longius distet anima & voluntate. Accedit hic ad altare peccato sordidus, & tam vicinus adstat Deo, vt illum recipiat, corpus corpori iungatur: an posset esse coniunctior? O te miserum! quin potius eo ipso quo ad Deum accedebas, corpus corpori coniungens, toto cursu ab eo voluntate & anima longissimè recedebas & longius eras ab eo, quam cælum distet à terra: *Longè à peccatoribus salus.*

Istne tibi animus, accedendi ad Deum vere? Accedito ex corde, animo ac voluntate affectuosa, desideriis ardentibus, illo autem modo quia non accedis, supernis & diuinis non potiris effectibus, quos Dominus ille in animabus illis, quæ digne ad eum accedunt, operatur. Considerata iam sanitate, qua mulier gauisa est, dum se li fimbriæ Christi contactui stu-det: satis plorabundus exclamat D. Pet. Chrysol. *Miseri nos, qui quotidie corpus Domini tractamus & sumimus, & a nostris vulneribus non curamur. Non Christus infirmantibus, sed fides deest: nam multo magis modo in nobis manens potuit vulneratos curare, qui latentem mulierem pra texens sic curauit.* Eundo mulierem eu ait, illa fimbriam tantummodo tangens, sanatur; dic mihi, quid modo acturus, qñdo sedẽ suam figit in anima nostra & in corpore nostro, cum carnem & personã recipimus? desunt nobis & viua fides, & ardens charitas. Diuersis in locis perpendit D. Aug. id quod Dominus, uõ semel mãdauit: *Non apparebis in conspectu meo vacuus.*

Serm. 17. Luc. 8.

a D. Petr. Chrysol. Serm. 100.

b Lib. 3. c. 17. Matth. 9. Marc. 5. Luc. 8.

1. Mulier sanguine fluens quatenus Christum diuinum recognouisse.

Serm. 6. de verb. Domini. Luc. 18. II. Publicanus stans à longe tamen propius accedit.

Ps. 118. 155.

D. Pet. Chrysol. Serm. 33. ad finem.

a In Ps. 49 lib. 2. qq. in Exodo q. 59 lib. 4. contra hæ.

b Exod. 34 c. 20.

Deut. 16 16. Eccli. 35. 6.

III. Mirabilis certe loquendi formula; quid hac, Domine, intendis? Tu vide, quid dicatur vacuum? Quis dicatur aperire vacua, quæ non habere videtur substantiam, parere vacua interius vero continet nihil; vt nux dicitur vacua cortice, vacuus colum. Hinc in S. Scriptura idola vocantur vana: eo nomine, indigitat illa Propheta Samuel; *Nolite declinare post vana, quæ non proderunt vobis quia vana sunt.* In Hebræo legitur vox Tohu; significans vacuum: & nostro modo loquendi nuces vanas dicimus, quæ vacuæ sunt. Talia erant Gentium idola: videbantur quasi apertis oculis omnia circumspicere, manibus diuitiis plenis, quibus cunctis mortalibus de necessariis prouidebant, vestes ostentabant vnam aliquam personam, & in rei veritate nihil erat eorum omnium. Huic videtur alludere Propheta Habacuc dum ait: *Ecce ipse coopertus est auro, & argento, & omnis spiritus non est in visceribus eius.* q. d. Apparet oculis hominum persona quædam magna, verum nec hilum habet vitæ ab intus. Secundum hanc Scripturam, quot vacui apparent coram Domino Deo? Accurrunt coram Venerabili Sacramento, flectunt genua, legunt orationes suas, pectora percutiunt, intus vero vacui sunt, vacui corde, quod domi reliquerunt, vnus in diuitiis cor habet, alter in conventionibus, alter in bonis suis, alter in amica: nota enim satis est doctrina Christi, *Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum.* Inuitatus, & obnixe rogatus fuit S. Antonius de Padua, vt orationem haberet funebrem in exequiis cuiusdam diuitis, ascendit pulpitum, existente corpore defuncti in Ecclesia: pro concionis suæ themate sumpsit verba hæc: *Mortuus est dives, & sepultus est in inferno:* Affirmans se hæc dicere de præsente defuncto: qui talis erat, vt semper vacuus intraret Ecclesiam, quin & modo vacuus erat, quia licet corpus eius ab omnibus præsens videretur, cor tamen eius abesset, esset autem inter nummos: Videat, inquit, cui placuerit: Abierunt, & ecce in arca quadam inter multos pecuniarum sacos cor diuitis adhuc tepidum inuenerunt. Sic intrant multi in Dei conspectu, sed vacui. Ne sic, amice, ait Deus ingrediaris: *Non apparebis vacuus*: In quam partem hoc Rex acciperet, si siti præfocatus, vt alter Dauid, calicem aquæ frigidæ, qua vt reficeretur, postularet, alter vero accederet, offerretque Regi pulcherrimum ex argento poculum deauratum, & affabre elaboratum, sed aqua vacuum, plenum puluere, telis obsitum aranearum? In pessimam indubie partem. Quam ardenti cordis tui siti Deus anxiatur *Sitio*, clamat in cruce. Infelix & effrons accedis, qui corpus adfers pulchrum, sericas vestes, erecta ceruice, capite discooperto, sed nec aquæ guttam defers Christo sitibundo: cor enim totum foris reliquisti. Et tu Domina, quæ composita plus minus ducentis aculeis accedis; sed spiritu vacua, quasi nullum haberes, habes autem cor tuum in vanitatibus, & vbi? tu melius nosti. Faxit Deus ne tales simus: vt dum Sacerdos, amictu capite obuelato, alba corpore induto, cingulo, ac manipulo brachio annexis, stola è collo dependente, casula ornatus procedit, Christi personam repræsentans, ad sacram aram non accedat spiritu & corde vacuus, & quo vlterius corpore progreditur, vt approximet Deo, eo magis retrocedat & à Deo longius corpore diuellatur. IV.

Optimus & sanctus Rex Iosaphat extremis Corpus anxius periculis, potentissimis & innume is sci- & animum cumuallatus hostibus, accurrit & accedit ad accedit. Deum; quomodo? *Iosaphat autem timore perterritus totum se contulit ad rogandum Dominum.* An non perpendisti verbum hoc (*totum*)? id est cor- 2 Paral. 20. de & animo, corpore & anima: nouerat enim parum homini prodesse, si corpore tantummodo accedat, anima vero procul absit: hæc enim actionis præcipua pars est: idque eo modo, vt propriis terminis dixerit Evangelista: *Accessit* Centurio: cum corpore & spiritu accessit; volans alis fidei & charitatis.

§. 8. *Centurioni placidè respondet Christus, Regulo autem asperius: quo nos docet, vt alter Eliseus, non honorare quempiam, eo titulo, quia dives, nec pauperem reiicere, quia pauper.*

ACcesserunt ad Christum missi a Centurione seniores, qui Christo adstantes verba quæ dicenda habuerunt, & legationem, qua ex parte Centurionis fungerentur, ita proponunt, vt narrat D. Lucas. Dom ne, ecce in ciuitate hac Centurio, vir honestissimus, multumque venerabilis, cui seruus, illi pretiosus, qui tam forti torquetur paralysi, vt vno tantum gradu, ipse morsque diuidatur: humiliter rogat, ne graueris eius domum accedere, seruum hunc curaturus; *Dignus est enim, vt hoc illi præstes:* licet enim vir Gentilis, genti nostræ adeo tamen addictus, vt nobis ædificauerit synagogam. Respondet Dominus: libentissime: *Ego veniam & curabo eum:* Et dicens & faciens, progreditur versus domum Centurionis. Cum-

Communiter hic sistunt Sancti Patres hac Christi affabilitate stupefacti, & quàm promptè, hoc, quod petebant, sit executus: Longè etenim aliter in eadem ciuitate virum quendam præcipuum, quem Regulum dicebant, excepit: Autumat D. Hieron. eum fuisse ex familia Regali, indeque vocatum Regulum: alii quod esset aliquorum locorum Dominus, vt modo nostri intitulati, quos Concilium Tridentinum vocat Regulos. Huius filius *incipiebat mori.* Supplex Christo prouoluitur vt alius: Domine *Descende priusquam moriatur filius meus:* jam enim exspirat: festina, ne tardaueris: quid ad hæc Christus? faciem contraxit, nec solùm eius petitioni non annuit, insuper & actionibus eum verbis reprehendit: notans infidelitatis: *Nisi signa & prodigia videritis, non creditis.* Hæreo: quid Domine? vt curares à paralysi Gentilis cuiusdam seruum, ad primam Iudæorum vocem, parùm est quod verbis pacificis eos exceperis, insuper mox itineri te accingis: Hic verò & te supplicat Regulus populi sui primarius, & pro filio moribundo ardentiùs instat, nec idcirco aut festinas aut patrem solatiis, sed è contra, quasi irritatum te ostendis. Plurimas Sancti congerunt huius differentiæ rationes; Prima sit; & valde vulgaris, quam allegat D. Chrysostom. *a* & Gregor. *b* Vt Euangelii sui ministros erudiat quâ ratione in curandis animabus illis sit procedendum, vt non quia princeps, quia nobilis sese demittant, & primum ei cedant locum, pauperem verò dedignentur, aut in angulum rejiciant. *Vt nos doceret* (ait D. Chrysost.) *non magnos colere, & modicos contemnere, sed pauperes & diuites similiter honorare.* Vitium est principibus communiter innatum, superbia, quos ita fortiter possidet, vt in quo humiliores se deberent ostendere, sint in eo superbiores. *Tanta est eorum superbia, qui principatus & præfecturas gerunt, vt neque calamitatibus victi, ad humiliora eundè descendant.* Ecce veritatis exemplum in Regulo, hic calamitate prægrauatus, & filii sui clade prostratus, quem ad orationem, & libellos supplices, & humilem prostrationem compellit necessitas, in hoc ipso superbiæ suæ prodit indicia, qui quadam inflatus arrogantiâ cum Christo agit, vrgens eum, se ponè subsequi, & in domum suam festinare. *Trahens illum domum, dicebat, Propera, atque descende: moriturus est enim filius meus.*

Huic Principum arrogantiæ, additur defectus ministrorum Dei, quem in eis acriter carpit D. Iacob. eos vt personarum acceptores insimulans, in eorum distributione remediorum, quæ eorum Deus tradidit potestati: *Fratres mei, nolite in personarum acceptione, habere fidem Domini nostri Iesu Christi gloriæ.* O vos Dei ministri ne sitis personarum acceptores, dum diuinæ gratiæ distribuitis dona, vobis à Christo commendata. Quis talis ergo? Vos rei estis, qui in distributione donorum Dei, Principibus, nobilibus, diuitibus prærogatiuas concedetis. Tradidit potestati vestræ regni cælorum claues p omnibus æqualiter: claues, inquam, ministeriũ gratiæ, donum remissionis peccatorum per sacramenta & Dei verbum, quare inter personas ne sit distinctio Ita enim loquitur Apostolis, & in ipsis, suis ministris: *Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis.* a *Docete omnes Gentes.* b *Prædicate Euangelium omni creaturæ,* c *vos autem magno hoc discrimine expenditis. Etenim si introierit in conuentum vestrum vir aureum annulum habens in veste candida: introierit autem & pauper in sordido habitu, & intendatis in eum, qui indutus est veste præclarâ, & dixeritis ei: tu sede hic bene, pauperi autem dicatis: Tu sta illic, aut sede sub scabello pedum meorum: nonne iudicatis &c.*

O quam graphicè & planè ad litteram describit, id quod inter nos agimus & nostrorum modum procedendi. Instituit vos Christus donorum suorum ac gratiarum ministros, æquale cunctis ad ea ius tribuens, pauperibus ac diuitibus, plebeis & nobilibus, seruis & Dominis, luti verioribus ac intitulatis; vos verò inter vtrumque magnum statuitis discrimen. Intrat Conuentum vestrum nobilis quidam præclarus, pretiosis indutus vestibus, annulis aureis splendens manibus, collo catenâ circumpendente: tempus est Quadragesimæ, dies confessionis imminent nobili tali, vel tali; Præcedit famulus, accedit ad ostium Conuentus, (viderunt Apostolus nos tangere vtens illo verbo *in Conuentum vestrum*) capiamus igitur hoc modo nomen Conuentus; pulsat cum impetu companulam. Aperiuntur fores, adest talis Dominus. Illico aperiuntur latissimè fores: prodit Prælatus & Conuentus seniores in occursum, ciuiles & amicæ non desunt vrbanitates. Tandem manet cum Confessario, & primum modico tempore confabulantur, discurrunt, obambulant, dein accedamus, inquit, ad cellam, vt confessionem exordiar, ne me quispiam perturbet: adest famulus, qui pulsinar sternat, cui Dominus genu flexus innitatur.

Quid rerum? Adstant, & ad portam adsta-

I. Personarum acceptio bene describitur.

Inc. 4. Isa. Isse 25. c. 17. de Reform. Ioan. c. 4. 47.

D. Chrys. Hom. 22 in Ioseph. Tom. 2. Hom. 27. in Euang.

Luc. 2. 1.

a Ioan. c. 20. 23.
b Matth. c. 28. 19.
c Marc. c. 16. 15.

bunt centeni pauperes, qui de prima luce, vt citius audirentur, domestica sua deseruerunt negotia, ex quibus omnis victus eorum ratio dependet. Et quid responsi? *Pauperi autem dicitis: tu sta illic, aut sede.* Modicum exspecta, Frater mi, exspecta modicum, dum tempus sit interea scamno illi insidere. O quam propriè, nos depingit D. Apostolus. Præstolatur Confessarii aduentum mulierum pauperum ingens numerus, quas alia mille negotia domi exspectant, quibus aridâ linguâ dicitur: exspectent modicum, sedeant, quiescant: & ecce adest nobilis quædam Domina: o quam celeres, quam vrbani occurrunt &c. Hæc est, ait D. Apostolus, donorum Dei iniquissima distributio, & malè de illis judicatis: *Facti estis judices inquarum cogitationum.* Memineris, ait, te à Christo præuentum & præmonitum, in eo quod ipse fecit. Considera, quomodo pauperes excipiat, qui vt nos doceret, pauperes ne dedignemur, diuitibus illos præposuit: *Audite, Fratres mei dilectissimi: Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo &c. Vos autem exhonorastis pauperem.* En quàm paupertem sibi elegit matrem, vt ex ea nasceretur; præsepe bestiarum, in quo reclinaretur, pastores pauperes, qui eum exhilararent, Apostolos pauperes, qui essent eius comites, & prædicatores, & Principes Ecclesiæ: cum pauperibus edidit majora miracula, cum militis honorauit, dum accedit cum curatus: Principem vero ac eius filium contemnit, vt ne quidem vnum satisfactorium verbum ei dare voluerit. Eo agendi modo egebat elatus Principum fastus: qui etiam in hoc ipso, quo Dei ministrorum ope à indigent, adoriri ab eis volunt & constipari & in ipsismet actibus humilitatis, satagunt, vt eorum superbus eluceat animus. Quocirca præ pur Dei ministri hoc vnum curarunt, vt illos humiliarent, & pluris facerent pauperculos quam ipsos.

Toti mundo notissima est historia, quam narrat Spiritus S. de Naaman, erat hic Princeps nobilissimus & in aula Regis Syriæ supremus: intellexit propheram De. nempe Eliseum esse in Israël, qui eum à lepra posset emundare. Perget eò, multis stipatus famulis, multitudine nobilium, curribus & quadrigis, magnoque comitatu. Dum domui prophetæ appropinquant, ecce quidam de eius comitatu præcurrunt, magno strepitu fores pulsant: aperite, aperite, adest Dominus meus, vt eum propheta curet à lepra sua: certè ad vium referri imaginor seruos illos, quos diximus præcurrere ad januam Conuentus, magna vi pulsante tintinnabulum, vt Dominus eorum, qui à lepra peccati per confessionem curandus venit, ambas offendat fores patentes, & Confessarium in eis præstolantem. Erat tum temporis propheta in secretario domus suæ recollectus, audit vehementem hunc strepitum. Quid hoc rei? Domine, aduentum annuntiant magni cuiusdam Principis, quem à lepra sua cures, rogant vt descendas in eius occursum. Subridet Eliseus, & ne loco quidem motus, & quasi in aere loquens, caput suum circumagens, respondet per interpretem discipulum suum vt per domus fenestram ei proclamet: *Vade, & lauare septies in Iordane & recipiet sanitatem caro tua, atque mundaberis.* Adest Princeps, prophetam non videt, audit responsum, quod ei ex superiori parte domus suæ mittit, rusticitatis eum accusat, præcipit reuerti currus & equites, & vniuersum comitatum retrocedere, indignans & fremens. *Iratus Naaman recedebat,* & infenso cœpit animo conqueri, per vrtam vestram, ecce hic qualiter sit educatus, quàm parum sapiat vrbanitatem, certe magis hic rusticus esse videtur, quam sanctus. Hoc ego intendebam, & à propheta sperabam, vt quàm primùm de nostro aduentu resciuisset, illico de domo ad portas descenderet mihi in occursum, ibique consistens coram me psalmos suos ac orationes funderet, quibus ego curaret. *Putabam quod egrederetur ad me, & stans inuocaret nomen Dei sui, & tangeret locum lepræ, & curaret me.* Eliseus licet horum non ignarus, illa tamen nec curat, nec ad illum attendit, non magis quàm si fuisset rectus murdi vitilitigis, & ibire permisit, ne vel verbum ei dans satisfactionis, aut rationis cur ita ageret. Nihilominus recedit Naaman, persuasus tamen à seruis suis, implet sibra Prophetæ iniunctum mandatum, lauit se septies in Iordane, & optatam recepit subitò sanitatem; Iam sanus effectus, merita cognoscit prophetæ eiusque mirificam potestatem, gratias ei actuus reuertitur, domum accedit Prophetæ cum universo suo comitatu, famulis, nobilibus, curribus &c. Manet immotus Eliseus, nec de paupere de sua sede consurgit. Adest Naaman discooperto capite stans coram viro Dei: *Reversus est ad virum Dei cum vniuerso comitatu suo, & venit, & stetit coram eo.* Naaman igitur sic adstantem Prophera sedens instruit, & de rebus fidei plenius erudit: O rer maxime propheta, siccine Principes excipis? quid non de te spargent? arrogantem te, fastuosum esse, & inhumanum.

II. Quæstione Naaman Syrus Eliseum excepit.

4. Reg. 5.

interbanum. Respondet, sic opto; sic volo: Principes attendant, quâ ratione ministros Dei debeant conuenire, non sicut famulos aut sibi inferiores, sed velut eos, qui Dei referant imaginem: & hoc quoque sciant Dei sacerdotes: eos non teneri aut debere sine vrgenti ratione assurgere ob Principis, aut nobilis cuiusquam aduentum.

22 Modò vidisti quid egerit Eliseus cum principe illo primate Naaman, quòd nec descenderit, nec se de loco moverit, nec ei occurrerit. Iam ergo attende, quid egerit cum paupercula quadam muliere: accessit hæc ad illum totâ lachrymis infusa, & prostrata ob vnici filii sui mortem inexspectatam & præmaturam. Hærebat tum temporis Propheta solitarius in monte Carmelo, quò mulier ascendit: vt eam vidit, assurgit & stans excipit illam: illius se pedibus mulier prosternit: Stomacharis Giezi quali mimæ libertatis fœminam reprehendens: retrahit eam & jubet retrocederet ne Prophetam tangat. Cui ille sine illam, vt quid ei molestiam adferas, tristis est anima eius. & in hoc sibi solamen quærat, quòd pedes meos deiolata stringat. Sic pedibus suis aduolutam, placido vultu, & benigna voce compellat, quid sibi velit, respondet illa, auscultat ille; & vt eius filium ab inferis resuscitet, parum est quod mittat discipulum suum, quinimo & cum ea in domum eius de monte descendit, intrans cubiculum subit vbi puerulus jacebat exanimis, & illic se cum puerulo concludit, circa corpus obambulat, orat, mille gestus agit mysteriosos, quibus infantulus in vitam reuertitur quem jam rediuiuum manu tenet & matri hilari vultu restituit incolumem: Mulier ecce filius tuus, euge mater, illum accipe, illo fruere. Quis ille o Propheta excessus. Tu qui nec descendere quidem dignabaris Principi Naaman ad colloquium, nec ad contactum quidem, sed atenti satis gutture, id que per internuntium illi respondisti: Modò pauperculam mulierem tanto & honore & affectu suscipis, vt te tangi à muliere permiseris, in domum eius descenderis, & in eius gratiam tam prodigiosam patraris miraculum? Non dissiteor: vt discatis, quâ ratione à Dei ministris pauperes sint excipiendi, qui licet sint illi, qui ex rebus terrenis minus possident, sciant tamen, quod partem magnam repositam habent in cælis, & nullum Deus despicit, vt pauperem. O quàm vtilis Confessariis ac Prædicatoribus nostri temporis prælectio exemplaris; quòd si infirmus ad quē vocantur diuitis sit, turmatim accurrunt, vnus alterum premit, & omnibus horis, etiam mediæ noctis silentio, nix decidat, grando percutiat, imber descendat, tempestas ingruat non refert: si verò ad tuguriolum pauperculi accedendum ducenas obrendunt rationes, & millena diuerticula, vt ree vnus reperiatur, qui aut confessarius, aut dignetur adire consolator, vt morienti assistat: En quàm aperto facinore & pietatis exemplo Christus (ait D. Gregor.) nos reprehendat: Audiamus eum: *(Increpata est ergo superbia nostra quæ nescit pensare hominum propter homines, sola quæ nouimus euentum pensat. Redemptor noster, vt ostenderet, quia quæ alta sunt hominū, despicienda sunt, & quæ despecta sunt hominum, despicienda non sunt, adhuc Regulus noluit, ea seruum Christi ante parasti fuit.)* Illic ergo, (addit Chrysost.) *ire noluit, ne forte parsimam Reguli videatur accipere: hic autem non rogatus promisit ire, ne videatur humilitatem serui contemnere.* Hom. 28. in Euang. Hom. 22. in Inoperf.

§. 9. *Christus expertissimus medicus diuersis morbis diuersa præscribit Medicamina: non enim omnia omnibus expediunt.*

23 ALiam huius dissertationis adfert rationem D. Ambros. Ani ignoras (petit) Christum esse medicum, & vt talem habere & tenere diuersa remedia? *Varia medicamina habet medicus iste.* Abnega medicum, qui non nisi vnam morbis omnibus præscribit potionem; quod si casu aliquo vnum saluet à morte, centum occidet: morbi enim in hominibus, sunt sibi contrarii, sicut complexiones: quorum alii qui rebus frigidis, alii calidis curari debent: inter quos reperias aliquos tam vehementes, qui non nisi ferro, nouacula, igne, cauterio, venarum apertione, incisione, bacillis suffocatoriis possint curari; alios vero qui vnctiones, blandimenta, fomenta & manum exquirunt tenerrimam. Huic proficit potus, quo refrigeretur nocet alteri, alii opus est vt siti ateícat & consumat peccantes humores. Hoc necessarium quoque est animarum medico, testante Spiritu S. *Fili, in vita tua tenta animam tuam: non enim omnia omnibus expediunt.* Prosequitur ex re idem consilium D. Gregor. Nazianz. D. Basilii frater. quid rerum est (interrogat) vetientem videre medicum, vt curet infirmum, quâ corporis & animæ tranquillitate pulsum attendat, omnes ægrotantis motus libret, & ex vno ad aliud brachium transeat, ex ipso de omnibus quæ ei con- Tom. 4. in Luc. Eccles. 37. 30. Epist. ad Latomum Episc. Mityl. Can. 1. Tom. 2. p. 143.

contigerunt enucleatè scisciteturr, vt distinctam perfectamque habeat cognitionem; & tum demum præterbit id quod ægro conuenire iudicat, secundùm quod in pulsu aduertit, & ex dictis infirmi potuit colligere: non enim omnibus eadem propinatur medicina, quæ uni mortem, alteri vitam adferet ob diuersas complexiones. Hoc obseruandum venit animarum medicis, quarum ipsis pulsus & motus sunt exp lorandi. *Non enim omnia omnibus expediunt.* Hic ex sanitate sanctus, ille crescit in peccatis, vni prodest dignitas, qua Deo famuletur, & Reipublicæ deserviat: alteri occasionem præbet tumultuandi, ciuibus vim inferendi, interitus sui ac extremæ perditionis.

Pluribus abundat sensibus vel vna Spiritus sancti sententia, quam per os Salomonis dictauit: *Sicut qui mittit lapidem in aceruum Mercurij, ita qui tribuit insipienti honorem:* huius sententiæ sensum ad rem nostram signat lectio Septuaginta Interpretum quam sequitur D. Ambros. *Sicut qui ligat fundam in lapidem, sic qui tribuit insipienti honorem.* Reputa, quod dignitatis seu honoris titulus, quem insipienti tribuis, sit multa lapidis quem funda ejicis, & exponitur clarius, per id quod actum est, per lapidem, quem fundæ jecit Dauid in frontem Gigantis Goliath, quem toto brachii conamine ejecit, & circumagendo fundam infixus est lapis fronti Gigantis. Hic fuit ille lapis, qui Giganti eripuit sensum, turbauit, prostrauit, perdidit. Heu quoties contingit ille lapsus, ille casus, mirum, quod toto brachii fortissimi conamine, circumagendo negotijs huc & illuc discurrendo & procurationibus suis quis capiti suo imponit mitram, seu dignitatem aliquam, vel locum eminentiorem? Et hæc est illa dignitas, qua turbatur, inanescit, prosternitur, & æternum perditur. Exemplum habemus in Saule; cui Regni corona non ad vitam profuit, sed ad mortem obfuit: similiter & diuiti Epuloni diuitiæ æternam pepererunt esuriem, sitim ac paupertatem. adde & gigantes, quos corporis fortitudo inflatos superbia contra Deum erexit, quos tamen, narrante Baruch, turpiter prostrauit. Hoc autem quod illis peperit perniciem, aliis salutem contulit. Plurimum profuit Esther à Deo creari Reginam: hæc enim potestate benè vsa est, ad populi sui liberationem. Abrahamo diuitiæ profuerunt, quibus factus est pater pauperum. Danieli fortitudo, qua Dei honorem propugnauit. *Non omnia enim omnibus expediunt, & non omnis anima omne genus placet.* Illud ipsum mare, quod sicco pede pertransierunt Israelitæ submersit Pharaonem, Ægyptios, currus & equites eorum. Illa eadem columna ignis, qua Iudæi nocte illuminabantur, inimicis eorum exæcauit obtutum. *Non omnia omnibus expediunt.* Hoc mihi in votis est (ait Apostolus) omnes forent virgines, & statum continentiæ sectarentur, sicut ego: verumtamen hoc omnibus non conuenit, & quod mihi parit salutem, alteri obesset ad damnationem. *Volo omnes vos esse sicut meipsum, sed vnusquisque proprium donum habet ex Deo, alius quidem sic, alius vero sic.*

Stupet vehementer Petrus Diaconus S. Gregorii mandatum, quoddam à S. Benedicto Ecclesiastico Aquinensis Ecclesiæ impositum. Hunc possederat dæmonium, & dum non prosunt coniurationes exorcistarum, ad S. Benedictum ducitur, qui oratione sua eiecit dæmonium, & hominem pristinæ restituit libertati. Verum hæc illi ait: Fili mi: ecce jam sanus factus es, & a dæmonio liber: caue, ne ad sacros ordines velis promoueri, eo enim die, quo tale quid præsumpseris: *statim iuri diabolo strictum manupaberis.* Abiit Clericus, obseruat annis aliquot S. Patris mandatum, ad sacros ordines non promouetur. Verum enim vero cernens aliquos jam ex ordinatis defunctos, in quorum loca & dignitatem successerant alii, ipso inferiores, & Patris mandati oblitus, præsumpsit sacros ordines suscipere, & initiatus est. Eadem hora reuersum dæmonium eum denuo possedit, quem adeo vehementer torquere, coepit vt ad extrema & mortem eum deduxerit. Quid hoc noui, admiratus ait Petrus Diaconus? qui fieri hoc potuit? An non ea nos intentione sacris initiamur, vt liberemur a dæmonio? quin mo, & ipsum superemus, confundamus, & expellamus? An non benedictionem suscipimus? An non inungimur? quomodo ergo huc, facer hic ordo, tanto fuit incommodo? Fateor, ait D. Gregor. Sed quod vni prodest ad vitam, alteri obest ad perditionem.

Propositio nostro valde congruè perpendunt D. Ambrosius *a* D. Aug. *b* D. Greg. *c* ad quod narrant D. Matt. *d* D. Luc. Erat Iesus operans mirabilia magna, & prodigia in populo: ex quibus nomen habuit celeberrimum, admittit discipulos, crescit eorum numerus sub tanto magistro. Accedit ad eum adolescens supplex, Domine: sim tuus discipulus, *Sequar te, quocunque ieris.* Nequaquā, non hoc, ait Dominus, erit tibi cum *Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos, filius autem hominis, non habet vbi caput suum reclinet.*

Qua

Citatur à Iansenio.

1. Non omnia expediunt omnibus.

Prou. c. 26. 8.

D. Bar. Cap. 3.

a Ser. 71. b Ser. 18. de verb. Dom. c Hom. 6. in Euch. d Cap. 8. 22. e Cap. 9. 57. Matth. 8. 20.

pulerit, aliũ vero sequi monue-rit.

Quâ horâ hunc remittit, adest alter, cui Christus: *Sequere me*, suscipio te in discipulum mihi. Ignosce mihi, Domine, *Permitte me primum sepelire patrem meum*, quem iam iam mortuum annuntiant. Non hoc erit tibi, respondet Christus, nisi quòd velim, vt omnibus relictis continuò me sequaris. Quid cælorum Domine? An prouerbium non est: Qui te roget, non quem roges? Luce clarius notum est, pluris haberi id quod prompto, & voluntario affectu tibi offertur, quàm id, quod debet postulari. Hic tibi supplicat, sed remittis, hic se excusat, & eum rogas? *Cur Dominus* (ait D. Ambros.) *cum ab alio tam interpellatus fuerit, vt quotumque iisset, sequeretur, alteri magis dixerit: sequere me, & illo spreto, atque despecto, alium potius tacentem, neque opinantem eligeret; & cum acceptius voluntarium obsequium esse soleat, quàm coactum, & seruitium plus placeat, non quod imperio exigitur, sed quod sponte refertur, cur ergo reiicitur? &c.* Rationem habes ex Spiritu S. *Non omnia, omnibus expediunt.* Explorat suptemus ille medicus amborum pulsum ægrotantium, & attendit, in vno regnare superbiam, & cupiditatem, qui iam factus discipulus, faciens prodigia & signa magna, superberet, & ob lucri auaritiam hæc Dei dona diuenderet, quâ ratione se æternum perderet: quocirca huic ait: hanc illi non conuenire medicinam, non hunc statum; qui alteri, cui cor erat humile, & minus alteratum plurimum prodesset. *Interno occultoque iudicio* (ait D. Gregor.) *funiculus & mensuræ calamus ducitur, in quo iste trahitur, & ille relinquitur, vt cælestis fabrica non sine pio & iusto examine instruatur.* Christus vit est ille, quem vidit Ezechiel fabricæ structorem contemplantem singulari quâdam mensurâ, dispositionem, quantitatem & qualitatem cuiusque lapidis: Ne conqueraris de Deo, quòd tam asperè tecum agat, quòd tibi immittat, paupertatem, labores, dolores &c. Alterum verò soletur, diuitias illi addat, tribuat tranquillam vitam. Medicus est diuinus, & non omnibus eandem propinat medicinam, sed tantùm vnicuique, pro vt illi conuenerit.

Serm. 79. de tempore. 5.

D. Greg. Ezech. 40.

25 Hæc sit medici animarum ac sagacis Confessarij prudentia, apprime pulsum norit explorare, pœnitentis affectus expendere, eius inclinationes perscrutari, quid de suis infirmitatibus referat, audire: interrogare eum, vt exponat id, quod ipse nec poterat dicere, nec intelligere & tum applicet congruentem morbo medicinam: *Non enim omnia omnibus expediunt.* Fusè latèque de materia hac discurrit D. Gregor. Nazianz. inni-

D. Greg. Naz. Apol. 1.

xus huic principio & similitudini medicorum. *Non longè Non eadem medicamenta, nec eadem alimenta à principio omnibus corporibus offeruntur. Alios mouet oratio, pio. alij Antistitis exemplo componuntur alij calcaribus opus habent, alij frano, aliis laus prodest, aliis reprehensio, alios cohortatio ducit ad officium, alios obiurgatio* Et huius occasione admirabili eloquentiâ excurrit. Res omnino peregrina & insolita, modus, quem Propheta Elisæus seruauit, vt aquas Iericho amaras obdulcaret, & ollam Prophetarum. Accedunt Ierecunthini, supplicant; cum fontem, habeant cuius aquæ amaræ sunt, nec vsui nec potui, nec fructibus vtiles, quinimo omnia illis mixta & perfusa amarescant, languescant, pereant; vt adhibeat remedium. Et mihi placet, ait: afferte mihi salinum nouum, & *mittite in illud sal, quod cum attulissent, egressus ad fontem aquarum misit in illud sal: &c. sanata sunt ergo aquæ.* Paulo post accedunt filij Prophetarum, supplicantes, vt ollæ cuiusdam damnum reparet, quam ad prandium coxerant, & amarissima facta erat coctio instar aloes, in ea enim intriuerant colocynthidas, sic vt exclamarent: *Mors in olla, vir Dei.* Quibus Elisæus; adferte mihi pugillum farinæ quam cum in ollam infudisset, eodem momento reddita est ei quasi saecati dulcedo. Ad quid igitur ô vir Dei, tam differens remedium similis amaritudinis obulcatione: quis nesciat sibi maximè oppomi salem & farinam? sal erit, pungit, durus est & hispidus: farina vero dulcis, suauis. Ratio sit: quia cunctas infirmitates vnico sanari remedio est impossibile. Hic ad curandum ollæ amaritudinem optimè conuenit farinæ dulcedo: illuc verò ad sanandum fontem Hiericho mordax & asper sal necessarius erat. Hoc munus est medicorum spiritualium.

4. Reg. 2. 20.

4. Reg. 4. 20.

IV. Cur sale dulcoretur aquæ.

Illi scrupolo, timoroso, cui ex inaduertentia contigit quidam defectus, in quem vnica vice lapsus est, & centies eum lachrymis expiauit alteri cuius anima instar ollæ amarissimæ, timore & interna desolatione cruciatur; illi laboribus & doloribus ob nimiam paupertatem oppresso, & persecutionibus attrito: trade blandam farinam, & cælestem exporrige illi sanctissimum Sacramentum: consolatorias exhortationes adhibe, spiritum eius erige languescentem. Alteri verò pessimo peccatori, cuius cor sit fons Hiericho amarissimus, qui nequitias ebullit, vbi nihil diuinæ operantur inspirationes nec prædicatorum clamores, qui regni cælorum despiciat promissa, qui pœnas rideat infernales, quid quæris vt adhibeat medicus nisi salem mordacem, & exaspe-

V. Diuerso modo cuterii cuius anima rantur peccato-res.

tantem; reprehensio sit seuera, Sanctissimi Sacramenti negetur ei farina, peccatorum absolutio suspendatur, differatur; clarè videat, quàm longè distet à Dei misericordia, quam vicinus, vt eum secum diabolus auferat, & in barathri profundum pœnasque deiiciat. Non scire distinguere medicum inter ægrotos, hoc ipsum eos perdit. Venit ecce alter iam decem plus annis concubinarius instar ligni aridissimus peccata sua confitetur, quasi fabulas & acta Principis Perausulensis enarraret: sufficit, Domine, ait Confessarius, emendet se Dominus, & in peccatorum suorum satisfactionem legat vnum rosarium: quid ergo: illene est sal, quem fonti tam amaro, & tali infirmitati iniicis ad sanationem? necessarium huic erat durum disciplinæ cauterium, ieiunia, discessus ab illa & illa domo perpetuus.

Accedit alter fœnerator, qui aliorum ita habet inclusas venis suis diuitias, vt nec mille lanceolis, dixero verius lanceis transfosso eilluant, & postquam peccata sua dixerit, non maiori contritionis affectu ac si stipes foret, proficiat, amice, (ait medicus) accendet Dominus ad tumulum sancti quatuor cereos. Ergóne hæc est ista medicina quam adhibes, vbi necessario erat nouacula quæ rescindat, & penitus auellat ac dilaceret partes istas bonorum furto ablatorum? Te velle docere, qui tibi medici officium arrogas, & curam animarum susceipis, monit Dominum, supremum medicum, tam distincta applicare remedia tam distinctis infirmitatibus. Hanc rationem adducit D. Ambros. quam prosequitur D. Chrysost & ea ipsa est, quam Dominus insinuauit, quando colloquens cum Zacharia Propheta ait: non ego pasco oues meas vno eodemque modo, quasdam enim rego virgâ, sed floribus intertextâ, alias vero flagellis tam asperis, vt videantur scuticæ quibus mancipia ad triremes adiguntur: non enim erant omnes eiusdem conditionis, quibusdam hæc, aliis autem alia necessaria erat virga.

Loco cit. Hom. 27 in Matth.

Zach. 11. 7. *Assumpsi mihi duas virgas: vnam vocaui decorem, & alteram vocaui funiculum.*

Dicendum ergo differentiam illam inter Centurionem & Regulum non sumi ex personarum conditione seu qualitate, sed ex earundem diuersa dispositione. Datur tibi speculum sine macula, & vt tale, si diuersas reddat facies, inde hoc prouenit, quòd hi, qui se speculo offerunt, diuersos præ se ferant vultus vt alibi diximus. Sol in se vnius est naturæ, si vero respectu regionis alicuius obnubiletur, & aliarum respectu clarius effulgeat: culpam illius, regionibus adscribe: sunt enim humidæ, palustres, & grossus obscurosque ex se sursum mittunt vapores; aliæ vero sunt australes optimi aëris, herbas proferunt, quæ regiones illas expurgent. Quid miraris, quòd te non exaudiat Deus, quòd tibi obnubiletur sol iste iustitiæ, & exhilarantes suos contrahat radios, vt Regulo: si regio sis abundans paludibus vitiorum, si cælum versus ascendant vapores profanitatis tuæ, & omnia nubibus contegant? Si sursum feratur facta pauperi iniuria, violentia viduæ, & puellæ vis adhibita. Audi vaticinantem Isaiam: *Iniquitates vestræ diuiserunt inter vos & Deum vestrum, & peccata vestra abscenderunt faciem eius à vobis, ne exaudiret.* *Cap. 59.*

§. 10. *A Centurione missi legati, eiusdem inuerterunt mandatum, quos modicæ fidei redarguas, sed excellentioris commendes Centurionem, qui palmam eripiat Moysi & Aaroni.*

Est autem diuina plane ratio, quam producunt D. Chrysost. *a* & D. Pet. Chrysol *b*, cur à Christus tam amicè & pacificè responderit Iudæorum senioribus, & petitioni eorum per omnia se inclinans, domum Centurionis eius seruum curaturus festinaret; hæc nimirum, vt daret occasionem, quâ huius Centurionis fides tam præcellens omnibus patefieret, & cognosceretur quantâ esset luce interius illustratus circa Christi cognitionem, factus vt fulgidissimum speculum, cuius clarissimis radiis, quos ex se emittebat, Sacerdotes & Iudæorum seniores confunderentur, vérecundarentur, & summo pudore afficerentur: dum in homine Gentili & infideli tantam fidem admirarentur, ipsi vero tam modicæ fidei manerent reprehendendi. Per hæc quæ ipsi Sacerdotes & seniores Iudæorum referunt, credit Centurio, Christo se offert, & prostratus eius supplex postulat auxilium. 26 *a* *Hom. 27 in Matth.* *b* Sedul.

Res certè notatu dignissima, quòd infidelis ex integro credit, per ea quæ sibi à Iudæis referuntur, ipsi verò Iudæi nec tandem resoluant in Christum credere. Mirabile quid narrat S. Scriptura; demerso Pharaone, & vniuerso exercitu eius sub vndis sepulto, per deserta gradiuntur filij Israel; occurrunt aquis amaris, vnde populus siti deficiens, aliis aquis deficientibus, obmurmurat: sed subito dulcescunt, dum eis Moyses lignum sibi à Domino demonstratum immergit, & sitim omnes extinguunt. De cælo pluit illis Deus mannam, & coturnices, aquam educit de petra, victoriam gloriosissimam illis concedit con-

Exod. 15. 17.

» tra Amalec. hæc autem omnia infra tres menses
» peracta leguntur, vt constat ex Exodo vbi hæc
» lego: *Mense tertio egressionis Israel de terra Ægy-*
» *pti, in die hac venerunt in solitudinem Sinai.* Illuc
» venit Iethro sacerdos, & cognatus Moysis eum
» filiis ac nepotibus suis, excitatus mirabilibus quę
» audierat circumferri de Israelitarum Deo; Con-
» uenit Moysen, quem pacificè salutat, cui Moyses
» enarrat prodigiosa illa beneficia, quibus Deus
» populum suum præuenerat, & de manu Pharao-
» nis in libertatem asseruerat: denique ea omnia,
» quæ illis prosperè successerant in via, & hæc co-
» ram senioribus filiorum Israel. Cui statim ad-
» dit textus: *Lætatusq; est Iethro super omnibus bo-*
» *nis quæ fecerat Dominus Israeli, eò quòd eruisset eũ*
» *de manu Ægyptiorum.* Et totus gaudio perfusus,
» mirabilia hęc intelligens, ac supremam Dei Israel
» potestatem recognoscens, exclamat: *Nunc cogno-*
» *ui: quia magnus Dominus super omnes Deos,* cui
» mox litat sacrificia: *Obtulit ergo Iethro cognatus*
» *Moysi holocausta & hostias Deo. venerunt q; Aaron*
» *& omnes seniores Israel, vt comederent panem cum*
» *eo coram Domino* Opinantur aliqui hoc intelligi
» de sacrificiis, quæ comederunt. Alij quod come-
» derint festi ui in honorem Dei, vt se cibo & potu
» super hæc magnifica Dei opera recrearent. Hoc
» constat, holocausta hæc, fuisse prima, de quibus
» fit mentio, ab ingressu filiorum Israel in Ægyptũ
» iam à multis annorum centuriis. Quæ confusio:
» quòd homo Ethnicus & infidelis hos omnes Is-
» raelitas præcedat primus offerens Deo holocaus-
» ta, non quidem Moysen in propria naturali per-
» sona, sed symbolica totius populi, cuius ipse ima-
» ginem referebat. Hæc est confusio & pudor se-
» niorum & sacerdotum, hominem Ethnicum in
» Christum credere, ex iis quæ ipsimet narrant, nec
» tamen finem tandem aliquando suæ faciunt infi-
» delitati. Quocirca dum cernis, quod Christus va-
» dat cum illis ne credideris, ait D. Petr. Chrysol.
» quod sint illi, ad quorum preces seruum Centu-
» rionis festinat curaturus, nequaquam; ille vero
» ipse est, qui eos ad Centurionem deducit: vt de
» incredulitatis vitio confundat, & curet eorũ pa-
» ralysin secundũ animam, quã periculosiùs labo-
» rabant, quàm ipse seruus Centurionis in corpore.

Quando ipsos Iudęos misit Centurio ad Chri-
stum, ex tunc (ait D. Chrys.) perceperunt tam viu-
am in eo fidem, vt clarè ostenderet, se credere
Christum esse verum Deum, qui possit operari,
quomodo, vbi & eo modo, quo sibi placeret: pro-
inde non eis iniunxit, vt rogarent, quatenus in
domum suam descenderet, sed hoc solum, vt ei
summo humilitatis affectu suo nomine serui sui
proponerent calamitatem; cætera diuinę suæ bo-
nitati committens, vt prouideat de remedio sibi
congruo, eo modo quo placuerit: *Nudam calami-*
tatem exposuit, ait D. Chrysost. Eodem prorsus *Hom. 27.*
modo, quo virgo sanctissima Maria ad nuptias in *in Matth.*
Cana Galilææ filio suo dilectissimo, vini defectũ *Tom. 2.*
exposuit: *Fili, vinum non habent.* Verùntamen *Ioan. 2.*
dum illi imminuere tantam Cẽturionis satagunt
fidem, & adhuc multò magis derogare personæ
Christi, quasi nihil aliud esset, quam purus ho-
mo, qui non possit operari quidquam, nisi vbi
actualiter & corpore præsens esset, hoc petierunt,
vt descenderet in domum Centurionis, seruum
ibidem sanaturus; Christus autem, cui non igno-
tum erat, quod progredienti domum versus, vt
illi rogauerant, ei in via Centurio occurreret, qui
viuâ suâ fide eorum & incredulitatem conuince-
ret, & confunderet mendacij seniores Iudæo-
rum, viæ se commisit Christus ait D. Petr. Chry- *Serm. 68.*
sol. *Ducebat magis Iudæos, quàm adduceretur à* *cit.*
Iudæis, vt audirent esse penes Centurionem Diuini-
tatis reuerentiam, penes Gentilem legis cultum, in
terreno pectore cæleste secretum & notitiam &c. Et
ita euenit: vt enim Centurio noverat accedere
Christũ, quia ad hoc eum suo nomine interpella-
rant, quos miserat, seniores, è domo instar cerui
prosilit, & vocat quosdã sibi cõmensales, & pręci-
puos Capitaneos, his comitibus proficiscitur,
vsquequò Christo occurrat, cuius pedibus pro-
stratus exclamat: *Domine non sum dignus, vt intres*
sub tectũ meũ &c. q. d. Confundor & pudore eru-
besco, Deus meus, tanti beneficij talis fauoris in-
dignus; ad terrã me deijcio in tuo cõspectu. Parce
mihi Domine, parce mihi, nec quid tale, aut
pretij aut rogaui, vt domũ meã accederes: error
hic illapsus est, per eos, qui tibi meũ exposuerunt
cõmissum, inuerterũt illud, & planè cõtrario mo-
do vobis exposuerũt, quàm ego illis iniunxeram.

Quàm tu grauiter confunderis, dum famulus
tuus commissionem prò quâ eum misisti, totam
inuertit. Quæris loqui seu Episcopo seu Comi-
ti, seu Præfidi: mittis ei famulum, vt ei manus ex
parte tua osculum offerat & dicat: quod si ei be-
ne placuerit, quam primum ad ipsum venturus
sis: Accedit seruus, & totum inuertit: dicit enim: 17.
Domine mi-eu Dominus meus, necesse habet ti- Similiter
bi loqui, supplicat, vt venias in domum suam. do.
Si Episcopus palatio suo egressus rectà tenderet
in domum tuam: quid ageres? Indubiè, toto
impetu foras prosilires ei occursum, & genibus
eius prouolutus diceres: Ignosce, Domine, mihi
nec mea sit illa culpa, non enim tui tã sum igno-
rans, vt à te requirã, in meam descenderes domũ:

nec ego nec illa, tanto digni sumus beneficio. Sic ad litteram res peracta est cum Centurione. Numquam mens eius ea fuit, rogare Christum, vt in domum suam descenderet: hic enim verè fidelis Christum vt Deum credebat qui ad serui paralytici curationem, non necesse habebat corpore illuc adire, qui diuinitate suâ vbique præsens aderit: seniores ab eo missi commissionem inuerterunt, & ex incredulitate contrario modo Christo retulerunt: credebant enim Christum non posse dare languenti sanitatem, nisi corpore in loco præsens esset. Eorum incredulitas Centurionis commissionem inuertit; & modica eorum fides, vt Moysi & Aaroni contigit; quam rem sane Deus grauissimè tulisse perhibetur.

☞ 27 Sitienti populo supplex Moyses aquæ fluentum à Deo depoſcit. Cui Deus: Vade ad petram, nec illam tetigeris, nec virgâ percusseris, tantùm ex meo nomine, *Loquimini ad petram*: vt mei verbi cunctis innotescat potentia, necessariùs enim non est aut manus contactus, aut virgæ percussio, sed tantum vocis vnius flatus exiguus, *& illa dabit aquas*. Accedunt ambo. videtur illis modicum quid, vnicum verbum, vt ex eo emolleſcat petra, & maximè tali populo, qualis hic erat, cuius cordis obstinatio petræ vincebat duritiem. Inuertunt commissionem; quâ Deus illos miserat: & cum ille prohibuisset, ne virgâ petram percuterent, sed tantùm linguâ loquerentur: ipsi nec petræ verbum loquuntur, sed eam bis virgâ percutiunt. Hoc, crediderim, ad litteram insinuasse Dauid: dum ait: *Absorpti sunt iuncti petræ iudices eorum*. Duo hi præclarissimi viri Iudices & gubernatores talis populi, pariter petram accedentes, *absorpti sunt*: petræ durities viuam illorum fidem absorbuit, & petræ durities ipsos suspensos tenuit, non tam viuè credentes, vt debebant, quòd ipsis vnico verbo loquentibus, illa egurgitaret aquas. Sic rem intellexerunt D. Chrysost & Theod. ex ipso Dauid in verbis illis adeo intellectu difficilibus: *Exacerbauerunt spiritum eius &c. & diffinxit in labiis suis*. Completurus Moyses mandatum Dei, progreditur, sed turbatus adeò & stomachabundus, ex tam graui populi seditione, vt commissionem sibi impositam prorsus inuerterit: *Diffinxit in labiis suis*, & ideo, quod linguâ exequi debuerat & voce, hoc virgâ & binâ percussione peregit incredulus; excandescit Deus adeo, vt licet mortale peccatum non fuerit, id quod commiserunt, pœnam tamen, quam ob hoc incurrerunt, Moyses & Aaron, numquam remiserit, sed vtrumque morte punierit: Aaron enim in monte Hor: Moyses in monte Nebo occubuerunt, antequam promissionis terram ingrederentur: adeo enim grauiter accepit, sic inuertere commissionem, eique agere contrarium. Sic etiamnum sensit Centurio, quòd illi ob modicam suam fidem, & pusillam nimis de Christo opinionem, commissionem inuerterint, cum ipse tantummodo voluerit, vt apud Christum pro seruo suo paralytico intercederent; illi è contra ex nomine Centurionis institerunt, vt in domum eius descenderet. Vt autem hoc obtinuit, & Christum sciuit iam ædibus suis appropinquantem, exiuit domo, & obuiam Christo factus, deprecatur: *Domine non sum dignus*. Domine ne sim tam inofficiosus, cum enim talis es qualis sis, vt præsumam te deprecari, in domum meam descendere: nec tale quid vnquam intellexi, sed nec quidem in mentem semel venit, cõmissionem meam inuerterunt: Agnosco Domine mi, te Deum maiestatis: & eam debito honore reuereitus, *ne ipsum non sum dignum arbitratus, vt venirem ad te*. Vt talem te confiteor, vt talem te adoro: proinde voce maiori protestor, me tanti beneficij immeritum, vt ad ædes meas diuertas, qui sciam, quando vobis placuerit hoc mihi beneficium indulgere, te posse quod tantopere præopto; sufficere & plus quam sufficere vnicum tuum verbum, vt gratiam hanc eam nunc completam ego recipiam: *Domine non sum dignus &c sed tantum dic verbo*. O fidem eminentissimam! ô cognitionem claritissimam! Ne mireris quod tantâ Centurio diligentia Christum adierit: graditur enim Christus semper in bonum nostrum, & vt nobis sua dona ad mensuram viuæ fidei largiatur: quæ secura sit, confidens, & ardens charitate, & submissâ sociata humilitate.

Perdendit D. P. Chrysost. id quod contigit in resurrectione Lazari Moritur Lazarus, nouit hoc Christus, cui omnia sunt præsentia, & eâdem hora discipulos suos de eo certiores facit: & prætendit eo tendere Lazarum resuscitaturus. *Lazarus mortuus est &c. vado vt à somno excitem illum*. Tam lento verò gressu progreditur, vt quatriduum itineri impendat. Appellit Bethaniam; occurrit ei Martha, & amabiles exponit querelas, *Domine, si fuisses hic frater meus non fuisset mortuus*. Sistit hic Christus, & multis eà rationibus fratris sui conatur persuadere resurrectionem. Replicat illa. scio Domine, *Quia resurrecturus est in nouissimo die*. Eam super hoc plenius in fide suæ potestatis Christus catechizat: *Ego sum resurrectio & vita &c.* progreditur lentè, & aliis multis rationibus cum Maria occupatur.

III. Defectus fidei in Moyse ad petrã.

Num. 20. 8.

Psal. 140. 6.

In Psal. 105.

Psal. 105. 33.

Serm. 63. ad finem.

Ioan. 11.

tur, dein pedetentim accedit ad monumentum, pedem figit, gemit, lachrymatur, fremit. Quærit D P. Chrysost. Domine quid sibi vult hæc mora? Lazarus mortuus est, & quolibet momento in puluerem reuertitur iam fœtens, & quid moraris? *Qui ad Lazarum venerat, quid sic occupatur in Martha?* Respondet ipse: ob multas rationes: progressus est enim Christus ad gressus fidei, & Marthę ac Mariæ fides lento proficiebat pede, vt languens modica, tepens, & parum fidens: iuxta hos gressus progreditur Christus: voluit autem primum fidem Marthæ solidare, quâ illa iam curreret in cognitione suæ diuinitatis, donec ad summâ suæ diuinitatis pertingat professionẽ: vt & ipse ad summum omnium miraculorũ festinaret: *Occupatur in Martha, vt ante Martha surgeret in fide, quàm Lazarus resuscitaretur in carne.*

IV. Martha à Christo instruitur in fide.

Nostin' cur Deus tam diu differat sua dona, etiam eum dum rogas cur tam lentè procedat in tui remedium! O quàm sero tibi restituit sanitatem & tuis medetur angustiis, licet sæpius interpellatus. Nil mirum: fides tua lento quoque gressu progreditur, pedibus claudicas, claudicat in eius obsequio ardor charitatis. Quàm tepidè Deo fidis? quàm moram trahens, & pedetentim in eius seruitio progrederis? quàm flegmaticus Missæ sacrificiis accurris, accurris hospitalit, accurris eleemosynis. Quid noui, si & Deus tam lento procedat passu, non festinet, non currat. Circa prædicta, quòd Centurio non ea intentione legatos ad Christum miserit, vt ad ædes eius descenderet; oritur dubium: videtur enim Lucas contrarium referre: *Misit ad eum seniores Iudæorum rogans eum, vt veniret, & sanaret seruum eius.* Dubium hoc proponit D. Chrysost. & enodat: stat prædicta doctrina, & ex ipso D. Luca confirmatur: refert enim, quòd conscius aduentus Christi Centurio, continuò miserit aliquos suos concapitaneos, vt iter eius remorarentur: & credo, quod & ipse tam festino gradu illos fuerit insecutus, vt pariter ad Christum aduenerint, & ipse in terram prostratus dixerit: *Domine noli vexari, non enim sum dignus vt sub tectum meum intres, propter quod, & me ipsum non sum dignum arbitratus qui venirem ad te, sed dic verbo, & sanabitur puer meus.* Domine, dum me iudico tuâ præsentiâ indignum, sacerdotes misi, & hoc credidi, quòd vnico tuo verbo possit seruus meus restitui sanitati. Qui talibus vtitur verbis indubiè seniores non misit, vt ad eius ædes descenderet. Quid ergo est, quod Lucas ait: *Misit ad eum seniores, rogans eum, vt veniret &c.* Ratio hæc est: quia ipsi ita sunt locuti, vt latè prosequitur D. Chrysost. & declarat Toletus.

Luc. 7.

Hom. 27. in Matth.

In c. 7. Luc. Anno. 4.

§. II. *Conuenienter Centurio Christum appellauit Dominum: nomen Deo ab æterno proprium.*

EN quàm splendidos ex se emittat radios hoc nostrum speculum, in se radios excipiens solis Christi, qui pleno eum lumine illuminat: vnumquodque eius verbum, radius quidam est fulgentissimus, qui lucem signet altissimæ cognitionis, quam in se habet; & fidei eius in summo gradu perfectissimæ, qui iure optimo à D Ambr. vocatur, *Magna & perfecta fidei vir.* Eius verba verbotenus expendamus: vnumquodq; enim eorum magna continet mysteria: *Domine.* Hoc verbo subtiliter Christi profitetur diuinitatem, cui soli cõpetit titulus ille absolutè Dominus, interminus, illimitatus. Quotquot in creaturis titulo Domini gloriantur, eo modo Domini sunt alicuius rei, vt alterius non sint: & qui vnius tegni Dominus est, alterius non est, & qui terræ dominatur, in cęlis nõ agnoscitur, & quem Angeli vt Dominum non reuerentur, hunc fusci-piunt homines. Soli Deo cõuenit esse Dominum sine limite, sine determinatione: Dominus est enim vniuersorũ tam absolutè, vt nulla sit creatura, nec esse possit, seu spiritualis, seu corporalis, cæleſtis, seu terrena, quæ eo ipso, quo est, aut esse habet, pleno iure non sit eius subiecta dominio. Talem confitetur pulcherrima illa Assueri vxor Esther Regina, quando oratione feruentiori diuinum implorat auxilium in populi sui liberationem, dum ait: *Domine Rex Deorũ & virtutum potestatis.* Duo Deorum genera commenti sunt Gentiles. Hos terræ Dominos Imperatores vocabant, illos, vt cælo dominantes, Deos: Voluit autem indicare: Domine supreme: Dominus enim es super omnes, qui potestatem exercent & in cælo, & in terra: ita vt nihil sit in rerũ natura, quod tuam subterfugiat potestatem. Vatablus legit: *Rex gentium, & omnis imperij Dominator:* Alij legunt: *Omnipotentatus dominans.* Hic talis est Dominus, vt nullus sit Princeps, nec potestas aliqua, quæ eius plenario non subsit Dominio. ac proinde ei soli competit nomen absolutè Dominus absque aliqua restrictione: & optimo iure ei dici potest: *Tu es solus Dominus.* Insuper & hoc est ipsum nomen, quod ipse pro signo dedit, quo dignosci & honorari posset, super illud omne, quod esse habet quocirca cũ per Prophetã Isaiam

28

Serm. 84. Tom. 3.

I. Soli Deo conuenit esse Dominum.

Esther. 13. 12.

Isa. 37. 20.

magna quædam proposuisset, quæ esset operaturus, vt verus Deus, & ea quidem talia, quæ
Isai. c.42. 8. solus, qui talis est, posset operari, mox adiungit: *Ego Dominus & hoc est nomen meum.* Hoc ipsum à multis ævis egerat, vt tanquàm Deus haberetur, & in eo populus eius totâ fiduciâ, vt tali, niteretur: exinde à principio, dum populum de seruitute vellet eruere Pharaonis, & in eum finem mitteret Moysen ad filios Israel suo nomine: illique diceret Moyses: Domine, si dixerint, quis te huc misit: & *quod est nomen eius?* Respondeit illis, inquit, *Hæc dices filiis Israel, Dominus Deus Patrum vestrorum &c. hoc nomen mihi est in æternum.*

II. Deus, Dominus est ab æterno.
Exod. c.3. 15.

Quid dicis, ô Domine, *in æternum?* Quæstionem habet Theologorum facilè Princeps,
1. p. qu. 13. ar. 7. an nomen (Dominus) Deo possit conuenire ab æterno, & num ante mundi creationem potuerit vocari (Dominus) & cum D. Aug. resoluit, quod non: & ratio est: quia nomen (Dominus) correlativum est (seruo) proinde nemini potest dari, qui pro correlatiuo seruum non habeat, cuius sit Dominus: sicut ob eandem rationem nulli homini potest nomen patris conuenire, antequam habeat filium; si hoc ita sit, cum verum sit, quòd Deus ab æterno nullam habuerit creaturam, cuius potuisset esse Dominus, quâ ratione dicit: *Hoc nomen mihi est in æternum.* Sic se veritas habet. Verùmtamen, hoc ei nomen Dominus conuenit ab æterno: modo eminentissimo. Quæris, cuius tum potuit esse Dominus, si nihil esset in rerum natura? esto: ffilius nihili: An tibi hoc parum videtur? Inter nos, vt alicuius dominum diminuatur dicis: rei nullius Dominus est, & multum aberras: nulla enim creatura, aut est, aut esse potest Domina (Nihili) Esse enim rei alicuius Dominum, hoc est posse de ea facere, quomodo, & quidquid libuerit. *Dominium* (aiunt Iurisperiti) *est facultas vtendi re in quemcumque vsum.* Nulla est creatura, quæ de nihilo possit facere, quidquid libuerit: hoc dominium soli Deo reseruatur, & ipsum habuit ab æterno, vsus est nihilo, quâ ratione; & in quemcumque vsum illi libuerit:
Rom. c.4. 17. *Vocat ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt.* Sed nec tu quidem tantum dominium habes in tuam chlamydem, vt de ea possis lænam confuere aut quidquid posses imaginari, sicut in nihilum Deus pleno potitur dominio.

29 Hinc benè trahitur cuiusdam quæstionis resolutio, quam objicit D. Didymus perpendens hæc verba Dauidis: *Ipse dixit & facta sunt, ipse mandauit, & creata sunt.* Quærit *Quis, cui dixit? Quis, cui mandauit? Priusquam crearet Deus orbem*, nihil erat præter tres Diuinas Personas. Tunc, quis cui dixit? Quis cui mandauit? Forsan vna persona mandauit alteri? Non hoc: fuit enim hic Platonis error: testibus D. Cyrillo a Et D. Euseb. Cæsar. b. Qui tres statuebat Deos, quos vocabat tres primas essentias, & tres primarios intellectus, sic inter se distinctos, vt primus esset maior, simplicissimus, immotus, & hic mandabat. Secundus minus simplex: eo quod omnium recipiat Idæas creaturarum, quem vocabat (Mens) & hic primi præceptum exequebantur. Tertius his ambobus inferior, quem credebat, esse mundi animam; qui vt talis mundum sustineret, & per omnia vagaretur.

a Contra Iulian. b. l. de præpara. Euang. Illi. Cœtus ei fuit Deus ab æterno Dominus.

Hoc deuiat à vero: quia ab æterno non nisi tres credimus personas Diuinas, in omnibus & per omnia, sibi æquales, vt vna inferior nè puncto quidem sit quàm alia. In illa igitur æternitate, quis cui mandauit? Quis erat ante mundi creationem, qui mandanti obediret. Non adeo facilis visa est hæc quæstio D. Basilio, & Ambrosio, dum illa verba perpendunt, quibus Moyses refert creationem mundi: *Dixit Deus: fiat lux.* Quasi esset aliquis, cui præciperetur, & qui obediret, qui ordinaret & qui exequeretur: & huius occasione multa congerunt difficillima. Ad nostrum tamen propositum, facile est respondêre. Mandauit Deus nihilo, locutus est nihilo, vt talis eius Dominus, quod ipsi continuo obedierit, egeritque quidquid illi præcepit: hoc enim est illi principium, talem esse vniuersorum Dominum vt sit non tantum eorum quæ sunt, sed etiam eius quod non est. Nihilo dixit, nihilo mandauit, & nihilum ita per omnia, & in omnibus obediuit: *Quia ipse dixit, & facta sunt, mandauit & creata sunt.* Si igitur vis nosse nomen soli Deo proprium, dic (*Domine*) sine termino, sine limite & hoc nomine à Centurione vocatur & agnoscatur. *Domine cœli & terræ*, creaturarum, spiritualium, corporalium omnium, quæ sunt & omnium quæ non sunt, & ipsis nihili, vt de eo & de omnibus operari possis: qua ratione, quando & quomodo libet tibi placuerit.

In psal. In cauea ipse: Græc. lxx 32.

§ 12. Euincit Salomonem Centurio: dum indignitatem suam non domui, sed sibi adscribit: nulla enim Deo indigna, nisi quam peccatum reddit indignam.

¶ 30 AMplius. *Non sum dignus, vt intres sub tectum meum.* En quam in altum assurgat. Ne credideris, ait Abulensis quod illa dixerit. Centurio, eo quod domus eius esset humilioris structuræ aut pauperculum quoddam Tugurriolum: non enim talis erat, sed permagnificum palatium, & hoc colligi potest ex eo quod Capharnai (vt notat Christus) magna essent edificia, & præclara palatia, & creditu facilè est, Centurionem tantæ fidei militem, tanta amicorum turba cinctum, fabricatum cultorem, vtique qui synagogam ædificauerat, incoluisse domum cæteris illustriorem: sed verbis illis, altissimam exponit, quam de Christo habet cognitionem. Videbatur D. Chrysost. similis Salomoni, cui Deus tantam suæ sapientiæ lucem infudit, vt eum omnium sapientissimum crearit. In eo verò maximè suam prodidit sapientiam, quòd erecto & consummato magnificentissimo & tot expensarum templo in honorem Dei, exponere voluit supremam Dei Maiestatem ac celsitudinem, protestatus, domum, talis qualis esset tam magna, tam opulenta, indignam esse tali Maiestati & ita ait: *Si cœlum, & cœli cœlorum, non te capiunt, quanto magis hæc domus, quam ædificaui.* Angusta nimis est domus hæc, ô Domine tali hospiti. Hoc idem de sua confessus est Centurio: quid ait D. Chrysost. Cum tantus sis Dominus, vt plane sit illimitatum tuum Dominium: talicelsitudini domus mea omnino est indigna.

§ 32 in c. 8. Matth.

2. Paral. cap. 6. 18.

Hom. 27. in Matth. & in illud Isaiæ. In imperf. hom. 47. in c. 7. Luc.

Credit D. Ambrosius, multo his verbis Salomone celsius illum esse euectum: ille enim vt Diuinam celsitudinem Maiestatemque exaltaret, indignitatem domui suæ adscripsit: cum ait: Si tanta sit, Domine, tua magnitudo, vt te non capiant cœli cœlorum, quanto magis indigna erit domus hæc, quæ cœlis ipsis tanto sit inferior: *Si cœlum, & cœli cœlorum.* Centurio verò indignitatem domui suæ non imputat, nec dicit: indigna est domus mea, sed sibi: dicit enim. Ego sum ille indignus: vt ostenderet Christi celsitudinem & Maiestatem eam esse, quæ vero Deo conueniret cui nihil angustum, nihil abiectum, nihil est sua sede indignum, nisi vbi peccatum regnat mortale; hoc Deo habitaculum adeo reddit angustum, licet ipsum mundo infinities sit maius, vnum solum peccatum, quale quod sit, eum ita reddit angustum, vt nec in illud possit intrare, nec caput mouere vt vel semel videat, quanto magis, vt illud inhabitet. Dicit enim Propheta Abacuc. *Mundi sunt oculi tui, ne videas malum, & respicere ad iniquitatem non poteris.* Deo non est indignum fœtidum sterquilinium, quod sibi Iob sumpsit in sedem, & propugnaculum, vbi suæ patientiæ erexit tropheum: nec ceti venter angustus in profundis marium abyssis, vbi suæ inobedientiæ Ionas defleuit peccatum: nec consumens fornacis ignis Babyloniæ, vbi sanctissimi iuuenes Deo laudes celebrant: nec leonum cauea, vbi Daniel medius inter septem leones cor suum in cœlum dirigit: nec altus ille puteus, in quem deiectus Hieremias plebis deplorat scelera Iudæorum. Non est indigna Deo cellula D Hilarionis, tam arcta, vt solum eius corpus reciperet, velut sepulchrum, nec spelunca abscondita D. Pauli Eremitæ, vbi quasi extra mundum viuebat; nec est pauper secessus optimi Religiosi, nec cubiculum cœlo patulum Monarchæ Discalceatæ, in omnibus his, est, moratur, & inhabitat Deus, vt in sede Maiestatis maiori voluptate, & amplitudine, quàm in toto vniuerso. Nullus est locus, qui inficiat; aut suæ diuinæ Maiestati contradicat; non paupertimum bestiarum stabulum, non præsepe, telis obfitum aranearum, quin potiùs dum in eo receptus, & reclinatus vagit, eius gloriæ & maiestati laudes cantat militia cœlestis, & cœlesti musica intonat versum hunc: *Gloria in excelsis Deo.* Nec quidem crucis infame patibulum, in qua vt malefactor emittit spiritum (cum locus ille omnium esset maximè publicus & infamis, quem mundus aut habebat, aut poterat imaginari;) hic enim tam fixus sedit, vt in ea voluerit clauis configi, quin potiùs vt de Deo digna, sic cantat Ecclesia; *sola digna tu fuisti.* Et sic in rei veritate credimus; non enim erat in toto mundo locus, nec poterat esse nitidior ab omni culpa, quam Crux illa; cùm enim ex se ipsa esset peccatorum pœna, in illa nec minimum quidem peccatum fuit; quod bene testatur ille, qui ad latus Christi pendebat: dum ait; *Hic nihil mali fecit*, quin potiùs in ea pependit qui omnia purgaret crimina, & sanguinis effusione, expungeret, deleret, abrogaret, omnes cautiones, chyrographa, conscriptiones, & censuum litteras, quibus anima nostra deuinciebatur, & cruci fuere confixæ, sicut mercator publicè affigit parieti scedulas debitorum, cum iam illis satisfecerit, eaque deleuerit.

Abac. 1. 13.

I. Nullus locus Deo indignus. *Luc. 2. 14.*

Coloss. c. 2. 14. leuerit. *Delens quod aduersum nos erat chyrographum decreti, quod erat contrarium nobis, affigens illud cruci.*

Non est indignum Deo habitaculum, corpus pædore & vermibus horridum, quale fuit aut Iob, aut mendici Lazari, nec pauper discoopertus, aut quinque corporis partibus transfixus, vt S. Francisci corpus, nec corpus disciplinarum ictibus attritum, nec terræ prostratum pro molli lectulo, cui impolitus seu hispidus lapis pro ceruicali, quali S. Dominicus vtebatur, nec corpus ieiunijs, verberibus, lapidibus, persecutionibus exesum, quale illud D. Pauli quin potiùs hæc illis erant insignia ad ianuas affixo, in signum eius Domini, qui ibidem morabatur. *Ego* Gal. c. 6. 17. *stigmata Domini mei Iesu in corpore meo porto*: In his habitat Christus, *Viuit in me Christus.* Videtur D. Paulus audite quendam qui fores domus suæ pulset, & quærat: Quis hic agit? Respondet, qui hic habitat, Christus est: hic habitat Deus, vt in domo voluptatis, vt in amplissimo palatio, vt in loco Maiestatis suæ, & gloriæ, vt iam dixerat, referente Apostolo, quod vbi foret mundities à peccatis, dignus templo suo pararetur locus, *Et inhabitabo in illis* Et clarè satis hoc edixit Isaias, vt notat D. Hieron. quando gloriantibus & lætantibus Iudæis, ob templum adeò magnificum, sumptuosum & percelebre Deo ædificatum, illis ait: Non sunt hæc, quæ domum hanc dignam faciant & mihi gratam, certissimè non; sed à peccato immunitas, nitor & mundities, quæ vbi est, sunt sibi locum quietis & habitationis, qualis est pauperculus, humilis, infirmus, languens, nudus carnibus, cum non habeat quo eas foueat, aut contegat. *Super quem autem requiescet spiritus meus, nisi super humilem & mansuetum & timentem sermones meos?*

Isai. c. 66. 2. Attende tibi, nullum sit peccatum; quod si hoc non egeris, licet domum tuam tepetibus opere polymito contextis ornaueris, & pannis auro intextis & serico Flandrico, & in quolibet angulo centum dixero, abacos statueris operum auri argenti, crystalli, quæ vt stellæ fulgeant, & intrantium oculis irradient, & aulas lectulis floridis stratas Chinensi apparatu fulgidas, omnia cubicula, vrceolis atomatum & incensi fumo redplentibus: domus hæc Deo indigna reputabitur, & nequidem oculos suos ad eam deflectere dignabitur. Adornes te licet, ô vir nobilissime, instar narcissi; & vndequaque similis pauoni, & tu, ô Domina, licet viginti quinque aciculis mundum muliebrem affixeris, capillos candenti ferro crispaueris, genas intinxeris, facieni pulvere odorifero consperseris, & vt hor. effinde-tus florifer flacta sis: quod si adsit peccatum, gna. Deo fœtes, ne speres, quod eo sit intraturus: iam enim te præmoduit, qui huius non erat ignarus. *Quoniam in maleuolam animam non introibit sa-* Sap. c. 1. *pientia, neé habitabit in corpore subdito peccatis.* Omnia peccatorum genera verba hæc comprehendunt: aliqua enim eorum, tangunt magis animam, quæ vt alibi diximus, à Theologis vocantur spiritualia: vt Inuidia, Auaritia, Superbia, vana gloria: alia vero corpus vt luxuria, sensualitas, gula, acedia, ira, rabies; nesemel quidem tibi, velim imagineris, Deum eo ingressurum, vbi fuerit peccatum, qualecumque illud fuerit.

II. Sola anima peccato inquinata

Mouet D. Aug hanc quæstionem. An fuerit indignum loco tam eminenti & palatio gloriæ Dei, cœlo scilicet, suspensum in cruce latronem ibidem recipi: omnes enim qui cœlo digni habentur, sedes & throni sunt Diuinæ Maiestatis, in quibus Deus gloriosus regnat, in quibus in æternum residet: & ob hanc causam vocat eos Dauid, sedes Dei: *Illic sederunt sedes.* Quis igi- Psal. 121. tur Rex est, qui in suæ Maiestatis thronum recipiet, lignum aridum, exesum, reiectum ab omnibus? Si Salomon suæ Maiestati thronum erexit ditissimum, formosissimum, & toto orbe celeberrimum, vt de eo dici potuerit: *Non est* 3. Reg. c. *factum tale opus in vniuersis regnis.* Oportet e- 10. 20. nim thronum eius conuenire Maiestati, qui in eo residet: Salomonis autem Maiestas ea erat, vt Spiritus S. de eo testetur. *Magnificatus est Rex* 3. Reg. c. *Salomon super omnes Reges terræ.* Talis igitur 10. 23. decet thronus Deum, qui sit legitimus gloriæ suæ thronus, vbi suam omnibus propalat magnificentiam. Qua ratione ergo in thronum admittit Latronem? scrutare, (ait) si sit peccatum an non? si inueniatur peccatum, nec ipse supremus Angelus, creatura omnium pulchertima & perfectissima quæ Diuinis prodijt è manibus, erit aptus, erit dignus paradiso, quin potius ejiciendus vt quid Diuinis oculis abominandum: Verùm si peccatum non sit, latro suspensus, mulier in ciuitate peccatrix, vile scortum Samaritana, infamis Publicanus, digni habebuntur sede & throno Majestatis & gloriæ Dei: & in ea residens, habebit præclarum, magnificum & dignum suæ gloriæ thronum: iam nunc eam ingressurus, colligit latronem maximè sceleratum, quem orbis, post Barabbam primus est detestatus, qui cum tantus esset cum Christo collateralis suspenditur: hunc secum trahit: *Hodie*

Hodie mecum eris in paradiso. Omnem hanc profundissimam Theologiam intellexit noster Centurio; ac proinde non ait: Domine, domus mea indigna est, sed ego. *Non sum dignus.* Vtique peccator, quocirca, radix & causa sum tantæ indignitatis. *Non sum dignus.*

Luc. 23. 41.

§. 13. *Prudentissimè orationem suam ab his verbis inchoat:* Domine non sum dignus: *aptissimum orationis principium.*

32 ALiud hinc panditur, mysterium: verbis enim illis: *Domine non sum dignus*, ostenditur huius adamantis lux clarissima in scientia tractandi cum Deo, quam norat hic Diuus Ambrosius Dicito mihi (amabo) tam prudens quàm fortis Centurio quæ est peritia tua? beneficium à Christo obtinere; Vbi igitur reperies, ad hoc congruum esse medium accedere cum protestatione, tibi hoc ex merito non deberi; si ad altiorem militiæ gradum ambias ascendere, si ab Imperatore Romanorum obtinere, vt ex Centurione, aut Decurio, aut Tribunus euadas, si vt tibi aut vexillum; aut locum assignet eminentiorem, forsan aggredieris accusatio tuam aut socordiam, aut negligentiam, aut pusillanimitatem, protestans te nihil simile demeritum, insuper & eius honoris, quo potiris, indignum? Constat omnibus, hoc tecturum, minutatim extollendo obsequia tua, quibus dignus eius gradus, quem prætendis, esse censearis, ac præfidij honestioris; quomodo igitur nunc tuam exponis prætensionem, dicendo te eà prorsus indignum? Pater hic, quàm clarè eum cognoscat, cum quo agit, esse Deum, modumque sciat negociandi cùm Deo: nimirum, vt assequamur id, quòd poscimus, vnde sit exordiendum, & qui ponendus sit primus gressus, hoc esse nos indignitatem nostram, & meritorum defectum candidè confiteri: *Domine non sum dignus.* Visum est D. Aug quod Magister ille orationis, Dauid voluerit docere nos modum orationis ac petitionis; vt Deo grata sit, dum ait: *Confitebimur tibi Deus, confitebimur, & invocabimus nomen tuum* dum oramus, dum petimus, dum supplicamus, inuocare Deum prætendimus: *Inuocabimus*: quid hoc est? *Inuocare, quid est*, (petit. Aug. ex quo hoc sumpsit D. Thom.) *Nisi in te ipsum vocare?* cum ipso omne bonum habebis cum notum sit, Deum esse: *Omne bonum.* Dic mihi, ô Prophera, vt hæc felici gressu procedat petitio nostra, quid agendum. *Confite-*

Hieron. Bapt. de Lanuza. Tom I.

bimur tibi Deus, confitebimur. Prima sit, ex profunda humilitate, peccatorum ac nequitiarum tuarum confessio; & quam per hæc Diuinæ misericordiæ sis indignus. Hoc necessariò (ait D. Aug.) præmitti debet principium. Per, & ob peccatum longè distat à te Deus: vt ipse ait: *Iniquitates vestræ diuiserunt inter vos, & Deum vestrum, & peccata vestra absconderunt faciem eius à vobis, ne exaudiret.* Quid detinet exulem ab anima tua Deum, nisi inhonestissima illa tua lasciuia, cupiditas tua iniusta, odium tuum ardentissimum? vis in te Deum adducere? laua te à peccato. Ad hoc autem, quid est maximè congruum, ac securum, nisi contrita & humilis confessio culparumque cognitio? Per hanc incipe. *Confitebimur tibi Deus.* O bonum principium!

In c. 10. ad Rom. lect. 2. Isa. 59.

33 Iam conclusum erat inter Israëlitas bellum satis periculosum ac sanguinolentum indicere Tribui Beniamin, & hoc adeo ferox vt nullius vitæ parceretur, omnes ad internecionem delerentur. Ad hoc Deum consulunt, vt quem sibi in Ducem exercitus præuium sumerent, percunctantur, vt ex certamine redeant victores: *Quis erit in exercitu nostro Princeps certaminis?* Respondet Deus: *Iudas sit dux vester.* Domine, quid huic amplius, quàm alterius tribus duci? insignis est dux (ait D. Amb.) vt præcedat exercitum, & primus hostibus obiaet. & victoriam obtineat. Vnde David enarrans & decantans glorioſas victorias, quas mysterioſi quidam exercitus ab hostibus suis reportarant, quos mentis suæ acie considerabat, aduertit, non multum, nec mirum tales exercitus gaudere triumphis, quorum anteſignani Duces erant Principes Iuda: *Principes Iuda Duces eorum* Deinde idem expendens quanta animorum voluptate egreſſi sunt de Ægypto filij Israel, quantis victoriis insignes peruaderunt mare rubrum, de Pharaone, eiusque exercitibus triumpharunt, ad rem notat, eorum Duces & Primipilos fuisse ex tribu Iuda. dum ait: *In exitu Israel de Ægypto: facta est Iudæa sanctificatio eius* Pulcherrimæ ac incundissimæ sunt in se hæ historiæ, (ait D. Aug.) sed *Plus me delectat, quòd ex istorum nominum interpretatione claruit; Hebræa quippe sunt nomina.* Quid autumas significare Iuda? Confessionem *Iuda confessio interpretari dicitur.* Hic igitur Dux sit, qui præcedat, ad victoriam; quòd si aliquid à Deo adipisci desideres, eius misericordiam, Diuinum subsidium, dona cœlestia, peccatorum remissionem, salutem, quietem, elige in anteſignanum, humilem confessionem, ob illa

In Ps. 67. & in Ps. 113.

Ps. 67. 28.

Ps. 113. ex D. Aug. Tom. 8. I. Dux ad victoriam est Confessio.

exordire, & ea sit, quæ prima præcedat. *Confitebimur tibi Deus.* Nec tibi sufficiat vna simplex confessio, sed duplicata, semel, iterumque confitearis: ideò enim repetit Dauid: *Confitebimur*: eo quòd eius sit consuetudo, & S. Scripturæ phrasis; vt declaret, quàm ex animo res reliqua sit agenda, quod illam sæpiùs repetat: itaque vt Dauid declararet vehemens sunm de aduentu Christi desiderium in illo tam longo quàm diuino Psalmo *Misericordias Domini*, illum concludit repetendo: *Fiat, fiat.* Ps. 88. 53.

Et vt Deus ostenderet Pharaoni, quàm ex rei veritate & certissimè eueniret id, quod ei in somnijs ostenderat, visionem bis repetijt: primùm septem spicarum ostensione; secundùm vaccarum etiam septem, & hoc ipsum optimè notauit Ioseph, dum ait: *vna est interpretatio, sed quod bis vidisti, ad confirmationem valet.* Non est loquacitas, repetitio eiusdem rei, quam frequenter Sancti in sacra scriptura vsurpant *Ne putetis repetitionem in verbis sanctæ linguæ, quasi loquacitatis esse appetitum: sed repetitio firmamenti habet vim. Paratum cor meum Deus, inquit, paratum cor meum. Et iterum. Sustine Dominum, viriliter age, confortetur cor tuum, & sustine Dominum.* Eodem tono, vt ostenderet, quàm firma & constans debeat esse peccatorum & tuæ indignitatis confessio, ex qua principium sumere debet tua petitio, bis repitit Dauid: *Confitebimur tibi Deus, confitebimur.* Vel si placet vt demonstret, quòd illa indignitatis tuæ confessio, debeat primùm fieri corde Deo, primùm dixit: *Confitebimur tibi Deus.* Deinde voce Confessario eius ministro, & sic secundò addit: *Confitebimur.* Hoc oportet sit principium, quod aperte satis docet Dauid. *Incipite Domino in Confessione*: ita ipse legit, declarat D. Augustinus. Hoc quod nos habemus: *Præcinite Domino in confessione.* Ingredimini, syncerè, & plenè confitentes vestram indignitatem, paucitatem, defectum meritorum, & quæ sunt in te merita, non tantùm merita non sunt, vt Deus suam tecum faciat misericordiam, quin potius, vt te æternis addicat mulctetque supplicijs. Ps. 146. 7. In Ps. 146. In Ioan. Tract. 42.

Hic præcipuorum Magistrorum orationis stylus fuit, quando eam maiori spiritus feruore exercebant, & in præguantis necessitatis casibus, & quando certo certius superna à Deo dona prætendebant adipisci. Vt Daniel à Deo omnium optimum, nempe Messiæ aduentum impetraret, ipsum audite quo passu ingrediatur, audite orationes eius, audite, quâ ratione incipiat à præambulo, *Confiteor Deo*: *Orani ad Dominum Deum meum, & confessus sum, & dixi: obsecro Domine Deus magne &c. Peccauimus, iniquitatem fecimus, impiè egimus, recessimus, & declinauimus à mandatis tuis.* Sanctus Sacerdos Esdras, quando orationem suam Deo obtulit, pro populi sui captiuitate, primum orationis eius verbum fuit: *Confiteor Deo*: Sic enim ordi- 1. Esdræ 9. tur: *Deus meus confundor, & eruhesco leuare faciem meam ad te: quoniam iniquitates nostræ multiplicatæ sunt super caput nostrum.* Prissima Esther, quando Dei misericordiam, pro plebis Iudæorum salute deprecabatur, attende orationem eius. *Deprecabatur Dominum dicens*: *Domine mi, qui Rex noster es solus &c. peccauimus in conspectu tuo, & adeo tradidisti nos in manus inimicorum nostrorum.* Recordare Publicani, quo *Confiteor* ex toto corde, percutiens pectus suum, intonet. *Deus propitius esto mihi peccatori.* Nihil potentius ait D. Ambros. quodlibet à Deo impetrandi, humili oratione: cuius homo ponit fundamentum, profundam suæ indignitatis, & paucorum meritorum confessionem. Esther. 14. 6. Luc. 18. serm. 33.

Diligenter precor, attende, Christi consilium nobis datum: *Estote prudentes sicut serpentes*, quod exponit D. Thom. & probat humilitatem esse prudentissimam ex qua possumus intelligere, quòd Christus nobis voluerit præscribere mirabilem quandam methodum cum Deo per orationem conuersandi. Qui viribus est inferior, vincere nequaquam potest viribus superiorem, si rei exitus à viribus dependeat; prudentiâ ergo & arte sibi consulat. An superare quæris Deum, & quidquid desiderat anima tua ab eo obtinere? rei exitum viribus meritorum & bonorum operum ne fidas, bene equidem prudentiæ serpentinæ. Sed quæ hæc? Serpens astutissimus vt in altum se erigat; & in aëra prosiliat, cum brachiis, & pedibus careat, vt vulpes, canis, catti, similiter & alis vt aues; pectore sibi est subsidio: terræ illud allidit, & planus serpit; & quo terræ fixius irrepit, tanto securius prosilit in altum. An non mens tua ea est vt oratio tua, vires habeat, & quidem tantas, vt in cælum vsque sursum efferatur? Non dubito: deprime pectus cognitionis tuæ, in infimum terræ, agnosce miserias tuas, protestare tepiditatem tuam, & quod ex te nihil habeas præter vilem terræ cespitem, tam cælo sis indignus, velut lutum inter sidera collocari. Quo autem hoc maiori conatu & syncritate peregeris quo te humilius depresseris, eo maiori fortitudine, tua assurget oratio. Addo magnum Matt. 10. 16. Lib. 1. Opusc. de oratio. primo. Serpentis prudentia pendula.

num illum credentium patrem Abraham, qui quanto diligentius, & fortius intendebat in id quod per orationis suffragium desiderabat, eo se magis deprimebat, & terræ quasi assuebat humilius, dicens: *Loquar ad Dominum meum, cum sim pulvis & cinis.* Et liquet eum mentiri non posse, qui ait: *Oratio humiliantis se nubes penetrabit, & donec propinquet, non consolabitur, & non discedet, donec altissimus adspiciat.* Quam sublimen edit saltum oratio repens humilitate? Nulla Aquila sic volatum suum in aëra dirigit, nec Ardea, quæ sic, nubibus proximet, ealque alarum remigio penetret, nec sistit, donec ad Dei ipsius cor accesserit: illudque suauiter apprehenderit: hoc enim ipsum est, quo & in cælo & in terra humiles intuetur. *O fides Christiana,* ait D. Ambros. *qua in humilitate totum impetrare consueuisti.*

Gen. 18. 24.

Psal. 35. 21.

D. Amb. in 21. Luc. 5.

§. 14. *Dum se indignum, accusat, fit Deo dignus: hunc imitantur, qui dignè ad Christi Domini accedunt Sacramentum.*

HIc nostro proposito consonam tractat D. Ambrosius difficultatem, quam congruenter prosequuntur. D. Chrysost. & D. August. c Quis Centurionem tantis, quantis eum dignatus est Christus, beneficiis reddidit bene merentem? Quis eum ad illa præparauit? Ipsimet seniores, Christo loquentes, declarant: *Dignus est, vt hoc ei præstes.* Ille e contra exclamat: *Non sum dignus:* & alii dicunt: *Dignus est.* Quid hoc rei? *Ecce religiosus Centurio ad accipiendam salutem fit dignior* (ais D. Amb.) *dum se profitetur indignum: & dum edes suæ iniuriosas putat, magis eas honorificas facit & gratas. Quia dicebat non sum dignus* (ait Dominus Chrysost.) *propterea dignus factus est, & admiratione super omnes Iudæos habitus. Ducendo se indignum* (teste D. August.) *præstitit dignum, non in cujus parietes, sed in cujus cor Christus intraret.* Hanc rationem allegant Sancti hi Doctores: nihil enim est, quod adeo hominem diuinis reddit beneficiis dignum, & capacem, cuius ipse Deus domum subintret, quàm ex profunda humilitate se horum omnium indignum iudicare. Quocirca, vt Deus cor tuum subeat, & sua in te effundat dona, necesse est prius, vt te ipso te ipsum euacues, omnibusque illis, quæ ex te habere cognoueris. Hoc opus est humilitatis, quâ patefacis te nihil boni habere, quod tuum sit, te indignum vel ipsâ aquâ, quam bibis, vel ipso aëre, quo respiras, quanto magis indignum Deo, indignum diuinis eius beneficiis, indignum gratiis domisque cælestibus.

D. Amb. serm. 21. Tom. 5 D. Chrysost. Hom. 18. ad pop. T. 5. D. Aug. lib. 6. de oper. Dei mun. T. 10.

Hoc bene consideres, (ait D. Chrysost.) hos solos à Deo dignos canonisatos, qui seipsos, vt incapaces & indignos iudicabant. Vociferatur D. Paul. *Non sum dignus vocari Apostolus.* E contra testatur Christus: *Vas electionis est mihi iste.* Clamat Paulus. *Non sum dignus vocari Apostolus, propter hoc omnium primus factus est.* Eodem modo videre est, ait D. Chrysost. quomodo se subtrahat humilis ille Baptista. *Non sum dignus, soluere corrigiam calceamenti eius.* Et ob hunc humilitatis actum, ait Christus: non solum dignus est, qui manibus suis pedes meos tangat, quin etiam caput meum, & dignus qui ad latus meum sedeat, vt mihi charissimus, & fidelis amicus. *Amicus sponsi Ioannes dicens, non sum dignus soluere corrigiam calceamenti eius, ideo amicus fuit sponsi, & manum, quam esse calceamentis dixit indignam, hanc super caput suum, Christus attraxit.* Exclamat D. Petrus: *Exi à me Domine: quia homo peccator sum* & Christus respondet, quod ob hoc dignus sit illi tam proximè accedere, vt eum constituat suum vicarium, & Ecclesiæ suæ fundamentum, sic vt inter Christum, & Petrum nullus sit intermedius.

D. Chrysost. 1. Cor 15. 9. Act. 6. 8. 15. Ioan. 1. 26. Luc. 6. 8.

Hoc ipsum licebit dicere de martyribus, qui medijs tormentis protestantur, his non obstantibus, se Deo indignos, & suæ gratiæ, suæ gloriæ incapaces, cum D. Paulo: *Non sunt condignæ passiones, &c.* Et de illis ait Spiritus Sanct. per os Salomonis (ita D. Cyprianus interprete) *Deus tentauit illos, & inuenit eos dignos se* (seu) *dignes sui.* Sicut ipse legit. Post omnibus rite consideratis, hoc Apostolo suo decretum de illis proprio ore flatuit: *Ambulabunt mecum in albis: quia digni sunt.* Hinc interfert D. Chrysost. post multa alia, quòd nihil astantur gere possis Deo gratius, quàm candidè fateri te indignos omnium maximum esse peccatorum. *Nihil Deo* à Deo *tam gratum, quàm cum extremis peccatoribus se* digna *ipsum commemorare: hoc est totius sapientiæ principium.*

Rom. c. 8. Epist 81. de exhort. ad martyr. & lib. 2. ad Quirin. & l. de laude martyr. l. Sap 3. 5.

Aptissimè quadrat hic discussus D. Hieron. ubi attendit ad ea quæ scribit D. Paul. Illis enim scribit quod in omnibus sequatur Christum, studens passus eius imitari, pœnas, crucem; & in his (ait) se nordum ad finem peruenisse; quocirca non me crepto perfectum. *Non*

D. Chrysost. T. 5. Apoc. c. 3. 4. Ad Philipp. 3. 12.

quòd iam acceperim, aut perfectus sim, sequor autem, si quomodo comprehendam. Sic ambulo, vt cui adhuc multum supereſt itineris: multa mihi deſunt ad perfectionem. Illico adiungit: *Quicumque ergo perfecti ſumus, hoc ſentiamus.* Reſolutoriè, nos, qui perfecti ſumus, hoc ſentiamus. Adeſt D. Hieronym. & ait. O Sancte Apoſtole, num forſitan oblitus eorum quæ modo dixiſti: *Non quod iam perfectus ſim?* Si hoc ita ſit, quomodo continuò te inter perfectiores annumeras, & ait: *Quicumque ergo perfecti ſumus, hoc ſentiamus.*

Cæleſtis planè hæc eſt Philoſophia, ait D. Hieron. quinimo ex hoc ipſo perfectus eſt, quòd ſe inter imperfectos annumerat: nec eſt quidquam quòd adeo hominem ſanctum perficiat, quàm ex ſubmiſſa humilitate ſe imperfectum accuſare, & nihil reddit conſummatum, & tam cito ad virturis promouet apicem ſicut de ſe opinari, quòd nec primum quidem pedem fixeris in via perfectionis.

Hic multa nobis eſſent dicenda, verum ſufficiat, vt intelligamus, quàm ſe noſter Centurio prodat lucis æternæ radiis illuſtratum, & clarè credat Chriſtum, Deum eſſe, & ad obtinendum ab eo diuina ſua dona, optimum eſſe medium, ſe illis indignum iudicare: hoc enim ipſo, dignum ſe reddet. Aduerte (quæſo) quàm recto ordine procedat hic miles, vt (notatore Origene) ex ipſo tota didicerit Dei Eccleſia, tempore ſacræ Communionis: qualiter ſe quiſque debeat diſponere: ſubſidio ſibi ſumens hæc verba, & quaſi ex ore eius depromens: *Domine non ſum dignus*, &c. Conſuetudo eſt hæc tam antiqua, vt tempore Origenis, eis fideles verbis vterentur iam à mille quadringentis annis: propoſuit tamen Origenes ſacris acutum dubium. Tu, qui ad ſacram Synaxim accedis, quid dicis? *Domine non ſum dignus*: Caue ergo tibi, ſi te indignum agnoſcas, & vt talem proprio te ore iudicas: quomodo tam audax ad diuinum hunc panem accedis? An Apoſtoli vocem ignoras: *Qui enim manducat, & bibit indigne, iudicium ſibi manducat & bibit?* Ipſe pro te reſpondet, qui monit quæſtionem, & ait: quinimo optimè facis, nec vlla reprehenſione dignus, qui tali confeſſione humilis accedis: *Domine non ſum dignus.* Nihil enim tibi magis proderit, vt reddaris dignus, quàm te agnoſcere, ex parte tua omnino indignum: & quo ſubmiſſiorem tui habueris ipſe cognitionem. Hoc ſuppoſito, quòd conſcientia non remordeat alicuius mortiferi peccati eo eris dignior, & maiori ſpiritu poteris feruens accedere. O adamas, fulgidiſſime, Magiſter doctiſſime, quàm clarè nobis lux illa pateſcit, quæ mentem tuam illuminat, quæ dare lucem ſufficiens toti ſit Eccleſiæ.

Hom. 5. in diuerſis.

II. Optima præparatio ad Communionem: *Domine, non ſum dignus*, &c.

1. Cor. 11. 29.

§. 15. *Opera bona ſubſidio veniunt Centurioni tempore neceſſitatis; mala verò tibi erunt obſtaculo, vt videre licet in myſterio Chriſti.*

ALiud prærerea tibi penſandum offertur, in eo quod Sacerdotes aiunt: Domine, dignus eſt ille Centurio tali beneficio: *Dilexit enim gentem noſtram, & Synagogam ipſe ædificauit nobis.* Quando ipſe ſe tali beneficio proclamat indignum, quod deſiderabat, ecce prodeunt Sacerdotes, repræſentantes bona opera ab eo facta, quæ eum dignum efficiant: *Dignus eſt*, &c. O quantum proſunt opera præmiſſa in Dei honorem: vt dum in conſpectu Dei in die neceſſitatis veſtræ offeruntur, vobis id quod petitis, ipſe largiatur. Myſterio non vacant verba illa, paulò ante citata ex Iob, quando factus cumulus dolorum, vulnerum & lepræ ſedens in ſterquilinio, à Deo poſcit auxilium. Declarat ei Eliu eius amicus, quis iure ſperare poſſit à Deo & recipere ſanitatem dum infirmatur: ſubſidium, quando paupertate premitur: ſolatium dum tribulationem patitur. Quis obſecro, erit ille? Hic erit, qui talia in Dei obſequio fecerit opera, vt dum ad eum ex ſtrato, vbi decumbit infirmus, aut de carcere, vbi iacet concluſus, aut ex labore, quo anguſtiatur, recurrit, poſſit Angelorum quiſpiam Deo talia offerre obſequia, & dicere, Domine, iuſtum eſt, vt hoc ei præſtes beneficium: laborauit enim ad tui nominis gloriam, in hoc, & in altero: ſic erit, vt id quod prætendit, ſit obtenturus. *Si pro eo Angelus loquens vnum de ſimilibus, & annuntiet hominis aquitatem, miſerebitur ei, & dicet: Libera eum, vt non deſcendat in corruptionem, inueni in quo propitier ei.* Ita legit D. Gregor licet parum differenter ab eo, quod in vulgato legimus. qd. O Felix ille, qui bona exercuit opera in Dei obſequio, occurrendo pauperibus, defendendo pupillos, infirmis miniſtrando, viduas propugnando, redimendo captiuos, vt quoties in anguſtiis ad Deum recurrat, accurrat pariter illuc Angelus Cuſtos, aut alius quidam, Omnia Diuinæ Maieſtati offerens ea dicat: Domine ne petenti tua largire dona: *Dignus eſt*, vt pro *hoc ei præſtes.* Ad hoc autem repræſentabit, præter-

Iob 33. 23.

Lib. 28. Moral.

unum de similibus, opus aliquod factum propter Deum, & simile ei, quod postulat. Domine, concede illi sanitatem; propter te enim pauperi seruiuit infirmo. Indue eum tua gratia, ob cuius gratiam nudos cooperuit: misericordes oculos tuos ad eum conuerte, suos enim conuertit, vt tua sequeretur vestigia.

Vt verò clarius hoc intelligamus, hoc tibi persuadeas, quotquot agis opera, continuò venire hæc in conspectu Dei, bona, siue mala, & hæc omnia oculis Dei sunt præsentia. Ieiunium, quo te castigas, eleemosynam, quam distribuis: pallium, quo succurris viduæ: gressus, quos figis eundo ad hospitalia: remissio iniuriarum tibi factarum: vigiliæ in orationibus: disciplinæ ob vestra peccata, hæc ibi cuncta reseruantur: ob hoc enim ait D. Paulus. *Scio cui credidi: & certus sum, quia potens est depositum meum seruare.* Similiter etiam peccata quæ commisisti, in conspectu Dei sunt deposita. *Ascendit malitia eorum coram me*, ait Deus de Niniuitis, & idem protestatur Dauid: *Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo.* Quando calamitate coarctaris, & supplicans remedium ad Deum tecurris, statim prosiliunt peccata tua, quæ conclament: Nequaquam: *Domine, non est dignus, vt hoc ei præstes.* Non enim iustum est, de eo curam gerere, qui tui vixit semper inuentus: valetudinem non meretur, qui cum ea hoc & illud peccatum commisit. Bona temporalia nec meretur, qui propter ea despexit æterna, beneficium non meretur, qui pauperes & granauit, & est dedignatus. Hoc insinuat Ieremias, quando dicit peccata nostra nobis coram Deo respondere: *Iniquitates nostræ respondent nobis.* Sed Septuaginta diuino quodam sensu legunt *Restiterunt nobis* Domine petentibus, & clamantibus nobis ad misericordiæ tuæ tanium illic nobis peccata nostra respondent: *Non est dignus, vt hoc ei præstes*: petitionibus nostris resistunt, illisque se constanter opponunt.

38 Hinc clarè deducitur altissimum mysterium orationis Christi, quam exponit D. August. & bene ad rem nostram, dum expendit verba illa quæ Christus locutus est per os Dauid, qui ad litteram de eius passione præloquitur, *Deus, Deus meus, respice in me, longe à salute mea verba delictorum meorum.* Suppone, ait D. Augustinus, Christum de se in propria persona non loqui: hæc enim nullum habuit peccatum, sed quòd agat de corpore suo mystico, quod sumus nos, cuius ipse in se peccata receperat, & illa sibi imposuerat ad satisfactionem eorumdem, quasi sua fuissent propria. Quis nesciat Christum Ecclesiæ sponsum, & secundum illud, vnam esse cum ea, eo modo quo dixit D. Paul. dum agit de eo mysterio, & ipse Christus intulit: *Igitur iam non sunt duo, sed vna caro. Si ambo vna caro, profectò competenter etiam vox vna.* Erat igitur Christus in horto mortis doloribus oppressus. *Transeat à me calix iste.* Nec ei Pater respondet, & ita eum dimisit, vt dicat: *Deus, Deus meus, respice in me quare me dereliquisti?* Verumtamen ipse sibi respondet: *Longè à salute mea verba delictorum meorum.* O Domine non miror, mihi non concedi à te petitionem meam: audio enim peccata mea, (id est, ea quæ cum essent corporis mei mystici, mea feci, vt pro eis soluerem) conclamantia, & resistentia remedio & saluti quam peto. Domine, nequaquam conuenit, nec decet eum exaudiri, & qui tanta habet, pro quibus satisfaciat peccata, iustum est, vt derelinquatur, vt durissimas pœnas perferat, & mortis patiatur pro illis angustias, vt nec minimum quidem solamen accipiat, nec salus ei concedatur, pro qua supplicat: sicut etiam reipsa toto passionis suæ decursu fuit derelictus, vt in eiusdem extremo licuerit verba illa repetere: *Deus meus, Deus meus vt quid me dereliquisti?* Si hoc ita factum in Christo, cuius orationi se aliena peccata opposuerunt, quæ sibi assumpserat, quid tibi futurum cogitas, cui sunt propria? quoties rogas: Domine, succurre necessitati meæ, & coram Deo respondet iniuria facta pauperi: Domine, non meretur hâc liberari: qui ad eam reduxit indigentem. Petis Domine; restitue mihi honorem: respondet illic vestra malitia, quâ puellam decepisti & inhonorasti: honorem non meretur, qui cum abstulit alteri: supplicas. Domine, memento mei; illic prodit vestra cupiditas, quæ ait: Domine, non est dignus, qui propter bona temporalia & caduca, negligens, & immemor tui semper vixit.

Ita contigit perfido Regi Antiocho, qui totâ vitâ suâ peccator vixerat, cum iam infirmus & intolerabili doloris sensu morti proximus affligeretur: orare cœpit mille promissis emendationis, votis obsequij Deo, & templo suo præstandi: vt tales sæpè solent. Hunc Spiritus S. intuetur, & de eo nobis dicit: Viden' illum? Et certum est & statutum à Deo, non exaudiendum, sed deserendum, morietur consumptus à vermibus. *Orabat hic scelestus Dominum, à quo non esset misericordiam consecuturus.* Cur ita Domine? grauissima eius scelera resistunt, & cunctis eius petitionibus respondent: non est eius

III. Probatur in regem Antiochum. 1. Cor. 6. 16. Ephes. 5. 31. Matth. 19. 6. Matth. 26. 35. Matth. 27. 46. 2. Machab. 9. 13.

beneficij dignus, pro quo supplicat & ingemiscit sed illas patiatur pœnas, quas tanta merentur crimina. *Et quidem satis dignè, vtpote qui*
2. *Mach.* 9.6. *multorum viscera torserat.*

IV. Et in Cain. Hoc ipsum est, quod Dominus impio Cainо ait iam fratris sui Abel necem machinanti. Vide quid agas ô Cain: quòd si peccaueris, hoc peccatum statim contra te in iudicio consurget, &
Gen. 4.7. cunctis tuis obsecrationibus aduersabitur: *Si malè egeris, statim in foribus peccatum aderit.* Sumpsit metaphoram ex eo quod contingit in tribunalibus, habes illic procuratorem tuum, vt quotiescumque pars tua aliquid in sui fauorem postulauerit, ei se coram iudice fortiter opponat: Nequaquam, Domine: Non ei hoc, quod petit, concedatur, contra eum enim hoc aut illud opponitur. Ex oppositо opera bona quæ agis, apparent coram Deo, & dum afflictus oras, remedium deposcens, statim prodeunt illa, pro vobis intercedendo, & in tui fauorem illa per Angelos diuino conspectui repræsentantur, dicentes: *Domine dignus est, vt hoc illi præstes: diligit enim*, &c. Ita res se habuit in illa vidua Tabitha, ad quam iam mortuam euocatur D. Petrus, quem circumstantes pro eius vita supplicarunt: a *Ostendentes ei tunicas, & vestes quas faciebat illis Dorcas.* Ait enim Tobias: b *Fiducia*
a *Act.* 9. 39. b *Tob.* 4. 12. *magna est eleemosyna facientibus eam, ipsa pro te exorabit.* Illa ipsa pro te loquetur, & ipsimet
Eccli. 29. 15. Angeli illam offerentes intercedent: eo modo, quo S. Archangelus Raphael opera Tobiæ bona Deo obtulit: cum enim plurima vir ille pijssimus opera bona proximo præstitisset: iam afflictus, cœcus, & graui oppressus calamitate Deum in sui subsidium deprecatur, & ecce Raphael Archangelus ea Deo obtulit, & quasi diceret: *Dignus est, vt hoc ei præstes*: Hoc enim insinuabat, dum diceret Tobiæ: *Quando orabas cum lachrymis, &c. ego obtuli orationem tuam*
Tob. 12. 12. *Domino.*

§. 16. *Credidit Centurio Christum operari quælibet posse, solo suo verbo, vt Deus, cui hoc est proprium.*

☞ 39 *Sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus.* En tibi alium claritsimæ lucis radium, quem fulgidissimum illud speculum à se emittit, quo demonstrat lucem illam, quæ ei per Christum illuxit: hoc enim verbo, Christi profite-
Is. Pf. 45. tur diuinam omnipotentiam. Aduertit D. Chrysostom. phrasim, quâ Sacra Scriptura nobis solet exponere Dei omnipotentiam, scilicet, quòd solo suo verbo possit quælibet operari, & illo solo omnia, quæ sunt creauerit, & hoc quidem, non quòd Deo necesse sit vti verbo, nec quòd ore vel linguâ verba proferat: non enim os habet aut linguam: Sed quia nos res diuinas nostro loquendi modo declaramus, & in illis, tenuibus magis proprius, quo declaramus & exprimere conamur agendi facilitatem; hic est, vt dicamus: solo hoc ipse suo verbo & dicendo operatur: quia hoc est hominibus omnium facillimum. Ita Spiritus S. vt nobis exponat in mundi creatione Dei omnipotentiam, illo termino vtitur. Nimirum quòd omnia solo suo verbo creauerit de nihilo: *Dixit Deus: fiat lux. Gen.* 1.
fiat firmamentum, &c. fiant luminaria, &c. Eodem termino communiter etiam vtitur Dauid:
a *Verbo Domini cœli firmati sunt.* b *Ipse dixit &* a *Psal.* 9.
facta sunt, ipse mandauit & creata sunt Subtilius b *Psal.* adhuc rem perpendit D. Chrysostom. c dum ait: 5.
quòd si Deus omnipotentiam suam declaret in creaturis, illas tam pulchras, gratas, perfectasque creans, nihilominus vel maximè illam manifestat, in modo illas creandi, quòd vno eodemque modo cunctas condiderit. Et vt bene dicit D. August. Non eget Deus maiori apparatu, vt condat cœlos, quàm vt producat nucem, nec limationibus, seu tenuioribus instrumentis vt vnum creet Seraphin, quam vt vitam det vni formicæ, seu vermiculo: modus enim illius operandi est, vnum verbum; & proinde tam facilè illud profertur in ordine ad supremum, quàm ad infimum, & tam est facilè dicere: Fiat Angelus, ac fiat formica: Fiat cœlum cum suis luminaribus, ac fiat campus cum suis herbis. Nec omnino errauerit (vt notat D. August.) Si dixerit Spiritum S. hoc indicasse, quando ex professo declarans Dei omnipotentiam, quæ nullius indigeat operâ, sic ait: a *Qui vivit in*
æternum, creauit omnia simul. Hinc deducit D. Augustin. b opinionem quandam, quæ habet, quod Deus vnico actu, & simul cuncta creauerit: de qua sapienter disputat Diuus Thomas. c

Veruntamen, hoc non adeo videtur à textu discrepare, & ita etiam notat D. August. vt per illud (*simul*) intelligamus *similiter*, quasi diceret: *creauit omnia similiter*; Omnia non vno modo agit artifex, nec iisdem instrumentis: dissecat lignum & illud laboriat ferro, & non oleo, calefacit igne, non gelu, & educere non potest certa de pomis, nec de vinis pyra: non potest iisdem vtensilibus omnia facere opera: non

I. Deus omnia primere conamur agendi facilitatem; hic est, solo verbo creat.

a Eccli. 18.1. b Lib. 2. Gen. ad lit. c. 10. & Lib. de Trin. c. 1. & 7. & Lib. 2. Sentent. c. 1. & 6.

non enim ex quatuor lapidibus extruet palatium, & his ex quibus portas conficit, limina non sternet; Deus vero omnia producit *similiter*: Seraphinum vno verbo, muscam vno verbo, vno verbo cælos, terram vno verbo: nec manibus ei opus est, machinamentis, vt mundum condat vniuersum, quàm vt producat testudinem.

1 Soliloq. cap. 9. Audiamus D. August. *Omnipotens manus tua, semper vna & eadem, creauit in cælo Angelos, & in terra vermiculos, non superior in illis, non inferior in istis. Sicut enim nulla alia manus Angelum, ita nulla posset creare vermiculum: Sicut nullo cælum, ita nulla posset creare arboris folium, sed omnipotens manus tua, cui omnia pari modo sunt possibilia. Nec enim possibilius est ei creare vermiculum quàm Angelum, nec impossibilius extendere cælum, quàm folium, nec difficilius fundare terram super aquas, quàm aquas super terram, sed omnia quæcumque voluit fecit, sicut voluit*: Insuper & hinc capimus, cur Moyses petente populo illi incredulo aquam, Deus volens oculis testibus opus agere aliquod, quòd illis secretissimè diuinam suam essentiam declararet, præcipit Moysi, vt præsente toto populo ipse & Aaron frater eius accederent ad petram, & illam suo nomine vnico verbo alloquerentur: quòd

Num 20. 10. illud solum sufficeret: *Loquimini ad petram coram eis, & illa dabit aquas* q. d. videant, quod sum Deus, & nec opus esse ligonibus, nec malleis, nec motibus manuum aut pedum, nec aliâ quâuis re, quàm vnius verbi prolatione: hic enim modus est operandi Deo proprius. Hic præterea fuit ille defectus amborum illustrium virorum, quòd illis res parua nimis videbatur ad tam eminentem effectum simplex verbulum, ac proinde voluerunt illud suis manibus comitari, ceu corroborare, percutiendo petram; hinc Dei ira efferbuit: *Quia non glorificastis me, &c.* Non excepistis me, vt Deum, nec coram populo eum honorem tribuistis mihi iure debitum, quod solo verbo valeam operari: ita vt ille sit modus Deo proprius operandi, quo glorificatur, & eius vera diuinitas comprobatur.

☞ 40 Hebr. 1, 3. Hinc probat D. Paul. Christum esse verum Deum, & habere diuinam omnipotentiam: quia quæcumque voluit, solo suo verbo potuit. *Qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius, portans omnia verbo virtutis suæ.* Nota verba vltima: *Portans omnia verbo virtutis suæ.* Exponere voluit quâ facilitate Deus operetur: eo quod nihil tibi sit facilius quàm proferre vnicum verbum. Expendit D. August. *Pro nihilo salvos facies illos*: Quibus declaratur quàm facilè Deus hominem in corpore & anima saluet. *Pro nihilo salvos facies illos, id est, sic illos salvos facies, vt nihil tibi sit, id est, nullus labor tibi sit. Hominibus desperati sunt, sed tu verbo curas, non laborabis in curando, quamvis nos stupeamus in inspiciendo.* Vt ostendat facilitatem in creatione mundi, ait: *Qui extendit velut nihilum cælos.* Et hoc significat Centurio his verbis: *Tantum dic verbo.* Portat omnia verbo suo, ceu operatur omnia verbo suo omnipotenti. Verbum tuum, & meum paruam habent efficaciam, & inter illa & opus magnum est interstitium.

In illud Ps. Ps. 55. 8. T. 8. *Isa. 40. 22.*

Et hoc ipsum indicauit Rex Dauid (vt aduertit Caietan.) quando quædam verba protulerat, quibus Indicauerat, se paratum certamen contra Goliath inire singulare, & suscipere gigantis prouocationem, & ob hoc à fratre seniore tanquam præsumptuosus increparetur, ei namq; respondit. *Quid feci? numquid non verbum est?* 1. Reg. 17. Num forsan aliquid patrauí? vsque modo an- 29. præter vnum verbum, amplius quid feci? Res verbo non perficitur. Verbum autem Christi tam potens est, vt ei soli omnia innitantur, sufficientes habet vires, vt illo solo omnia sustineat, omnibus det esse, vt aliis non sit opus fulcimentis. Verbo suo vitam produxit, cum Lazaro illam solo verbo dederit: salutem creat, cum illam triginta annorum paralytico solo suo verbo reddiderit: munditiam profert: cum illam in leproso solo suo verbo signarit. Remissionem dat peccatorum: dicendo tantùm: *Remittuntur tibi peccata*, remissa sunt Magdalenæ, & ei tam facilè est dare vitam mortuo, sicut infirmo salutem, cæco visum, & surdo auditum. Hoc significat: *portans omnia verbo virtutis suæ*: Et hoc intellexit noster Centurio: de quo sic D. Petrus Chrysologus. *Iste credidit in verbo omnes manere virtutes, verbum tuum Domine, sanitas est, verbum tuum vita est, verbum tuum vbi accesserit, inde confestim fugit dolor, infirmitas mox recedit.*

Luc. 7 47. D. Petr. Chrys. Serm. 15.

§. 17. *Ex eo, quòd ait Centurio, confunditur Iuliani Apostatæ blasphemia; pariter S. Ioannes Euangelista verus B. Virginis filius esse declaratur.*

☞ 41 *In cap. 9. Matth.*

HInc D. Hieronym. deducit responsionem blasphemiæ (melius dixero) insanæ Imperatoris Iuliani Apostatæ, qui vt insipiens ridet ea, quæ SS. Euangelistæ dixerunt, quòd ad vnam Christi vocem duo hi fratres Petrus & Andreas, relictis retibus, & nauibus, ex quibus omnis victus eorum ratio pendebat, secuti sunt Redemptorem. Item & alij duo germani Ioannes & Iacobus. Adde & D. Matthæum, qui sedens ad telonium, & cambiorum mensam relictis Marsupiis, & cæteris omnibus Christum secutus est ad vnum vocantis verbum: *Matth. 9. 9.* *Sequere me.* Qui fieri potuit? Obiicit hic Apostata. An tam facilè cuilibet est, omnia relinquere & quos ante oculos habebat saccos pecuniis refertos? Et hæc illi agant ad vocem hominis cuiusdam pauperis, & incogniti? Aut id quòd dicunt, mendacium est: aut ipsi de nimia leuitate meritò reprehenduntur. O virorum stultissime, quàm parum nota tibi est vocis diuinæ potentia. Hoc scito, illam solam sufficere ad operandum, & agendum quidlibet in cælis, terra, mari, aëre, & cordibus hominum: Dauid *Psal. 28. 4.* enim iam ante dixerat: *Vox Domini in virtute, vox Domini in magnificentia. Vox Domini confringentis cedros.* Et qui vnico suo verbo de sepulchris suscitare potuit mortuos, & alium quatriduanum in monumento iam fœtidum, non posset educere Matthæum Publicanum de telonio, & Petrum ac Andream de mari? præter te dubitat nemo.

Ex hoc fundamento eliciam declarationem cuiusdam difficultatis in honorem S. Ioannis Euangelistæ, quem Christus iam morti proximus, ad talem voluit euehere gloriæ gradum; vt Virginis purissimæ, cælorum Reginæ esset filius, & ipsa eius mater. Non malè quadrat huic *Ho. 22 in Imperf.* historiæ nostræ, in qua ponderat D. Chrysostomus quàm debuerit fidelis fuisse hic seruus Centurioni, cum eum Dominus eius tanti fecerit, *Luc. 7. 2.* vt dicat D Lucas: *Erat illi pretiosus.* Et tam sedulâ diligentiâ eius salutem procurauerit Dum Spiritus S. expendit, quanti momenti sit suo Principi seruus fidelis, dicit, nihil ei posse dignum conferri, & consilium dat, quòd ex eo quod talis sit, non semel repetit. *Si est tibi seruus fidelis, sit tibi quasi coæqualis, & sit tibi dilectus, quasi anima tua, non inopem eum relinquas, sed quasi fratrem in omnibus tracta.* Estne tibi seruus fidelis? Noueris rem esse magnam, & plus æquo esse eum tractes quasi tibi coæqualem, & vt vitam tuam illum diligas: & dum hinc morte discesseris, non inopem eum relinquas: testamentum ei condè opulentum, & te eum magni facere, paretiat, quasi tibi germanus exstitisset frater. Hoc optimo modo Christus adimpleuit in S. Ioanne: fuit hic illi seruus fidelissimus, eum nec quidem cruci affixum & morientem deseruit, quando cæteri omnes terga verterunt, ipse verò tum temporis securus, constans permansit & immobilis, vt ne quidem ad temporis punctum eum hostes Christi putuerint auellere. *Vidit discipulum stantem.* Tantam in eo Christus aduertens fidelitatem, tanto eum amore prosecutus est, vt se nomine dilecti potuerit honorare. *Hic est discipulus ille, quem diligebat Iesus.* Et in fine, ac mortis horâ extremâ ei delegat ditissimum testamentum quale inter omnes creaturas melius nullus habet, imò nec tam bonum, & quidem tale, vt, ei hoc conscribens, eum aliquo modo tractet, vt sibi æqualem, & proprium fratrem. *Quasi fratrem in omnibus eum tracta, & sit tibi quasi coæqualis.* Legatum hoc est purissima virgo Maria, & ei modo tali datur, vt cum eo, & per illud Ioannem faciat suum fratrem: cum ei hoc præstet, vt sit propriæ suæ matris filius: dum matri ait: *Ecce filius tuus.* Hic oritur difficultas Die quæso, quâ ratione sanctissima Virgo Mater est Ioannis? quâ ratione, ipse Filius eius est? An forsan tantum verbotenus, quemadmodum in Ægypto Rex Pharao Ioseph fratrem suum cognominauit? An sit, quia sic eum dicit, vt Dauid ait & alias declarauimus: *Numquid non verbum est?* An verò sic sit in rei veritate, & vt realiter & substantialiter Virgo immaculata mater sit D. Ioannis, & ipse verè Filius eius? Si D. Ioannes verè sit Filius Mariæ, exurget relatio realis ad illam, vt ad matrem. Et sicut docet Philosophus, relatio filiationis & maternitatis fundatur in vera generatione.

Sic igitur interrogo? Num Virgo sanctissima verè genuerit D. Ioannem? num illum concepit? num peperit? num hic natus ex illa? In quo ergo fundantur istæ relationes filiationis & maternitatis? Ex alia parte patet illum honorem, quo Ioannem Christus exaltauit, solis in verbis non consistere, vt solùm verbotenus sit Ioannes filius Virginis, & ipsa eius mater. Cum igitur

Ecclī. 7. 23-33-36.

Ioan. 19.

Ioan. 21.

Ioan. 19. 26.

1. Reg. 17. 29.

igitur Christus hoc dixerit, verum erit, est enim ipse prima veritas, à quo longè est omne mendacium; quâ ratione igitur hoc est factum. In quo fundatur ista filiatio? Respondeo, in suo diuino verbo tam efficaci, vt illud solum sufficiat, vt in rei veritate sit, quod ipse dicit. Ipse nobis Christus præcepit, vt Deum, Patrem nostrum
Matt.6.9. nominemus, dicamusque: *Pater noster.* Et illum, vt primogenitum fratrem nostrum habea-
Rom.8.29. mus. *Primogenitus in multis fratribus.* Quomodo Deus Pater noster est? Num quia nos creauit: Eâdem ratione creauit & equum, & leonem, & pisces, & omnia quæ esse habent. Num igitur Pater est solo nomine? Minimè: sed
Ioan.3.1. quod sic sit in rei veritate: *Videte qualem charitatem dedit nobis Pater, vt Filij Dei nominemur & simus.* Non consistit in solo verbo, esse Filium Dei, ait D. Ioannes, sed realiter & verissimè tales sumus per Dei gratiam. *Nominemur & simus.* Quomodo ergo hoc fit? Per quam generationem? Respondet Diuus Petrus quadam altissimæ Theologiæ sententia. *Renati non*
1.Pet.1. 23. *ex semine corruptibili, sed incorruptibili per Verbum Dei.* Verissimè producti & nati sumus ex Adam, verumtamen eâdem ratione renati ex Deo. *Renati.* Et quomodo? *Per verbum Dei.* Attende hic principium, & semen huius gene-
Ioan.3.7. rationis. Ait Christus Nicodemo: *Oportet vos nasci denuo. Quomodo possunt hæc fieri? Per Verbum Dei.* Quod dicitur in Baptismo: Hoc est
Luc.8.11. illud semen de quo Christus. *Semen est verbum Dei.* Semen non corruptibile sed incorruptibi-
Isa.40.8. le. Dixerat enim iam ante Propheta, teste D. Petro: *Verbum Domini nostri, manet in æternum.*

I. Verbum Dei efficacissimum est.

Est hoc verbum semen tam potens, vt in mundi primordio, seminatum in nihil, produxerit cælos, & seminatum in tenebris eduxerit lucem, & seminatum in cælis genuerit sydera, in terra plantas, in aqua pisces & aues; quia: *Ipse dixit*
Psal.148.5. *& facta sunt, ipse mandauit & creata sunt.* Et postquam Deus factus homo, seminatum in lepra educit munditiem, & in mortuo vitam, & in iam fœtenti resurrectionem, seminatum in aqua, vinum, & in vino sanguinem, & in pane suum verum corpus. Ita etiam seminatum in D. Virginis pectore, & in Ioanne filio Zebedæi generauit in illa veram maternitatem, ex qua realiter dicatur & fit mater Ioannis, & in ipso mysteriosam filiationem, vt secundùm veritatem dicatur Ioannes est filius Virginis, & hoc paulo
Hebr.1.3. ante diximus cum D. Paulo: *Portat omnia verbo*
☞ 43 *virtutis suæ.*
a Lib.4. de Sacr.c.4. Huic rationi nixus D. Ambrosius[a] & deinde D. Cyrill. *b* asserunt venerabilis Sacramenti veritatem, & iisdem verbis vti possumus in hoc
b Catech. mysterio. *Ergo sermo Christi conficit hoc Sacra-* myste- *mentum. Qui sermo Christi? Nempe is quo fa-* gog.4. *cta sunt omnia. Iussit Deus & factum est cælum; Iussit Dominus, & facta est terra; Iussit Dominus, & facta sunt maria, Iussit Dominus, & omnis creatura generata est. Vides quam operatorius sit sermo Christi? Si tanta ergo vis est in sermone Domini Iesu, vt inciperent esse quæ non erant, quanto magis operatorius est, vt sint quæ erant, & in aliud commutentur?* Operatorium est verbum Christi, eius dicere, agere est. Cum illo igitur fecit, vt Ioannes esset Virginis filius & ipsa eius mater, hinc per consequens D. Ioannes factus est particularis frater ipsius Christi. Nos verò eius fratres sumus in patre, & qui est solus eius pater per naturam, noster realiter per gratiam. Verùm solus D. Ioannes est etiam, ex matre singulari quadam & admirabili filiatione, quâ diuino suo verbo eum B. Virginis creauit filium, & ipsam, eius matrem. Et si realiter illum ea concipieret ac produceret, non maiori affectu illum amaret, aut vt filium suum consideraret, aut diligentiori cura enutriret. Omnia hæc facta sunt efficaci suo verbo, operatorio eius quod dicit. En tibi efficaciam verbi Christi, quam (teste D. Petr. Chrysol.) detexit noster Centurio his verbis: *Tantùm dic verbo.* D. Petr. Chrys. Ser.108.

§. 18. *Virtutem Diuini verbi intellexit Centurio, vt alter Abraham. Optimè rem suam egit recusando, & Zachæus admittendo: nos verò vtrumque imitemur.*

OQuis huius Centurionis fidem tam eminentem non admiretur, interrogat D. Petr. Chrysol. vt diuini verbi vim caperet, cuius vna vox curandis quibuslibet infirmitatibus sit sufficiens, & reparare valeat damna, & fugare aduersa, & exterminare mortes. Intellexit hic miles id, quod Dauid dixerat, licet eum non legisset, hoc quod ipsi non capiebant, qui eius Psalmos semper habebant præ manibus *Misit verbum suum, & sanauit eos,* Psal.106. *& eripuit eos de interitionibus eorum.* Longo in- 20. teruallo fidem præcurrit Iudæorum, qui cum captiui & extorres in Babylonia detinerentur, lassati, & laboribus nimis afflicti, nec vllas percipierent ex parte Dei militum copias, vt eos in pristinam vendicarent libertatem & ex tam perdura eriperent seruitute, de diuina desperauerunt,

44 ☜ I. Fides Centurionis commendatur.

runt, & diffiderunt potentia: dicentes, queribundi: *Periit spes nostra, & abscissi sumus*, &c. Et ob eandem rationem dum ita grauiter lamentatur Propheta Ezechiel, necesse fuit, Deus illi suam declararet omnipotentiam, quæ tanta erat, vt solo verbo dare posset vitam iis, qui eam iam perdiderant: Et ob hoc, fuit hæc proba campi mortuorum ossibus siccis & aridis circumquaque conspersi, quæ Deus digito notans à Prophetæ scisciatur: *Putasne viuent ossa ista?* Quid ego hoc sciam Domine? dic ergo eis ex meo nomine verbum vnum. Domine num aliud mihi nihil agendum? Aliud nihil: volo enim, vt in hoc populus ille certet, quàm mihi facilè si futurum illis vitam reddere, licet eam iam non perdiderint: cum vnico verbo his aridis ossibus eam tribuam, quæ tantùm ab ea absunt, & adeo eam perdiderunt. *Ezech.37. 1.* *Ezech 37. 3.*

II. Abrahæmo comparatur.

Audeo dicere, quod retro se dimiserit Moysen & Aaron, dum dubitant si vnicum Dei verbum sufficiat, vt petra fundat aquarum gurgites, vt præfati sumus, & ad tantum gradum ascenderit, vt latus cinxerit fidei Patri Abraham. *Recumbet cum Abraham.*

Aggreditur D. Paul. fidem Abrahæ extollere, & eam fuisseait eminentissimam in superlatiuo gradu: quia *contra spem in spem credidit.* Quid credidit? quod *Deus viuificat mortuos, & vocat ea, quæ non sunt, tanquam ea, quæ sunt.* Prædixerat ei Deus quòd ex Isaac susciperet numerosam populorum progeniem, & his non obstantibus, festinat cum capite plectere, & Deo offerre holocaustum. Si ergo enim occideris, quomodo filios generabit? Hæc fuit eius fides præclarissima, quâ credidit, quòd Deus, qui ei filium hunc inexspectato dedisset partu, occisum posset resuscitare, & tantam esse Dei potentiam, quòd eâ facilitate, quâ vocat & obediunt ea, quæ sunt, eâdem obediant & ea, quæ non sunt. Magna hæc fides Abraham, verum merito Christus eius lateri associat hunc Centurionem: qui *contra spem in spem credidit.* Infirmitas illa grauis & desperata serui sui paralysis, aufert ei omnem spem salutis, ita vt eum iam videat exspirantem. Verumtamen Christi potentia spem certam ingerit: eo quòd sciat Christo tam facile esse dare mortuo vitam, ac viuo: quia omnia suo verbo conficit, & illud sit sufficiens ad quælibet operandum; proinde sic ait: *Tantum dic verbo.* O maximè Domine, vt Deum verum te veneror. Mea hæc fides non est, ad aquas salutis dandas seruo meo, esse necessarium, quòd percutias petram corporis eius, hoc enim agunt medici, potionibus amaris, venarum apertione, purgationibus, syrupis, cauteriis, & hoc quædam videtur petræ percussio, vt fecerunt Moyses & Aaron: Satis est vnicum oris tui verbum. Hæc ea Petri fides fuit (ait D. Petr. Chrysol.) quâ Christi Diuinitatem professus est, dum ait: *Præceptor per totam noctem laborantes nihil cepimus, in verbo autem tuo laxabo rete.* Nihil præter vnicum Domine, tuum verbum requiro, quod, sicut est diuinum, sufficit. *Rom. 4. 17.* *Serm. 15.* *Luc. 5.*

Hæc Centurionis fides Sanctos solatur, credere, nimirum nobis tam potentem adesse Deum, qui solo verbo possit illis succurrere, etiam in deploratissimis necessitatibus ac periculis. Accurre, ô Christiane, quando his premeris, & Christo dicito. O Domine *tantum dic verbo.* Noui quod vnico me vales liberare verbo: Non sic obdurauerunt pietatis tuæ viscera, vt diuitis Epulonis, quem iure merito æternis condemnasti incendiis, qui Lazaro cum posset auxiliari eo, quod ei minimo valebat, micis, inquam, quæ cadebant de mensa eius, & noluit, & date mendico tantillum, eum angebat. (Ita D. Bern.) Minus quid est, ô Domine, vnum verbum, non te pigeat mihi dicere vel vnicum verbum: quod tibi care *D. Bern. Serm. in* *Virg.* stetit in mei redemptionem & salutem, libenter *Missus est* dedisti: carnem assumpsisti humanam, natus es frigore contremiscens, reclinatus in duro præsepio, iesunasti, vigilasti, pertulisti pro me virgis cædi, spinis coronari, clauis configi, mortem subire. Eum qui tanta opere expleuit, non tædebit in mei salutem vnicum proferre verbum. *Dic verbo.* Hæc erat Dauidis oratio: *Dic anima mea: Salus tua ego sum* Hoc mihi sufficit, qui verbi tui agnosco potentiam. *Tantum dic verbo.* *Psal. 34.*

Prodit D. Augustin. admiratus Centurionem, qui quò clarius Christi personam cognouerit, eo magis videtur, debuisse optare Christum videre in ædibus suis. Quid hoc rei, dicit Christus ego tam cito veniam ad ædes tuas, ille verò se excusat, & ibi Christi verbum sufficere profitetur; E contra videmus Zacchæum, qui vt aduertit, Christum velle in domum suam declinare non tantum non excusauit, sed beneficium acceptauit, & summo illum gaudio recepit. *Excepit illum gaudens.* An melior Centurione Zacchæus? si ob id laudem meretur Zacchæus, quòd Christum gaudens in domum suam receperit, quo iure Centurionem extollimus, qui Christum recta in domum suam tendentem, remoratus est, & tali beneficio indignum se proclamat. Hac occasione disputat D. Augustin. Quis securior, num ille, qui suam indignitatem *Aug. Epist. 1. ad Lazarum* *Luc. 19.*

dignitatem cognoscens cum Centurione, se subtrahit, ne pectore suo Christum recipiat per sacram Communionem; aut ille, qui cum Zacchæo gaudio magno valde, & feruentiori desiderio accedit Christum in domum suam susceпturus? Notate (ait) Ambo hi & Centurio & Zacchæus optimè fecerunt, & in eo quod egerunt laudem merentur, & ita ambos Christus laudauit, & ambo magna consecuti sunt beneficia diuinæ gratiæ & misericordiæ, & ambo Christum honorarunt: *Ambo Saluatorem honorificantes, diuerso & quasi contrario modo, ambo peccatis miseri misericordiam sunt consecuti.* Et licet contrarijopere & effectu videantur, affectu tamen, & fidem Christum, sibi similes exstiterunt. Vnus Christi considerabat dignitatem: vtpote veri Dei, ex qua suam eliciebat indignitatem, ne illum in domum suam reciperet, ob quam se subtrahebat, tantæ maiestati humiliter cedens, se indignum eius receptione protestatus; Alter verò suam expendit necessitatem, etiam Christum honorificans, professus eum esse solum qui domum veritissimis ditare possit bonis, ex quo desiderium eum recipiendi nascebatur.

III. Cur Zacchæus Dominũ ad se ferit in domũ, vero recusarit.

Procedunt hic duo affectus, ex duabus rationibus, quas in Deo possis expendere. Prima sit; hoc quod ipse in se ipso est, nimirum tantæ celsitudinis, vt omnes populi sint coram eo, quasi non essent, & stellæ fulgentissimæ, mundæ non sunt in conspectu eius, & ipsi Seraphini, quasi confusi coram tanta Maiestate vultus suos coopertunt, sese in conspectu eius contuentes. Secunda sit: hoc quod Deus tibi est, omne tuum bonum, à quo totum tuum esse dependet, motus, respiratio, & vita, & ipse est, vt scribit Apostolus, nostra iustitia, sanctificatio & redemptio; cum tantum quantum ab eo possumus habere, hoc ipsum recipimus, quia ad eum accedimus. Prima consideratio, hoc in Centurione operata est, vt se tanquam indignum subtraheret. Secunda in Zacchæo, vt eum in domum suam susceipere desideraret.

Hos ambos simul iunctos affectus potes tu quoque habere, & cum vno mereri pariter & cum altero, dum eum gaudens cũ Zacchæo recipis, vt animæ tuæ domum gratiæ suæ, donorum, ac cœlestium luce virtutum adimpleat, & simul cum Centurione tantâ cordis syncritate tuam protestans indignitatem, quanto longius distas, vt talis benefici ipromerearis dignitaem, non semel dicens: *Domine non sum dignus.*

Nota duos hos affectus in D. Petro: quem modo inuenies, dum Christus eius nauim cupit ascendere, quod suæ sibi conscius indignitatis, eum videtur à se repellere, & vt ex naui descendat intensiùs rogat: *Exi à me Domine: quia homo peccator sum.* Modo eum videbis: dum socrus eius domi suæ febricitat, sciens, quòd Christus salus esset infirmorum, quòd eum in domum suam adducat, & eam ingressum roget, vt ipsam pristinæ restituat sanitati: quamuis eius indignitas, Christum à naui sua, quasi repellat, tamen eum mouet desiderium socrus suæ valetudinis: vt eum cum gaudio in domum suam recipiat. Quid dicam? & ipsa cœlestis sponsa modo sponsum instanter interpellat: *Veniat dilectus meus in hortum suum.* Vt eius aduentus gratiâ arbores fructus proferant sapidissimos. Modo suam considerans insufficientiam & sponsi celsitudinem, eum deprecatur, vt gradum sistat, retrocedat, & domo sua excedat, quasi qui fugiat, dum ait: *Fuge dilecte mi.* Luc. 5. 8. Cant. 6. 16. Cant. 8. 14.

Huic doctrinæ iungunt manus loca quædam S. Scripturæ, quæ sibi videntur contradicere, & Sanctorum actiones iustificant, quas inter se diceres discrepare. D. Gregor. Nazianzen. & D. Gregor exponunt istam intelligentiam in multis diuersorum Sanctorum actionibus sine vlla contradictione, quas nobis offert scriptura, quæ sibi ex diametro iudicarentur oppositæ, & si illa attentè consideraueris, non solùm inter se non discrepant, verùm planè admirandam continent conformitatem. Considera Moysen: misertus Deus durissimæ seruitutis, quâ in Ægypto populus suus premebatur, volens eum in libertatem asserere, & educere de Ægypto; Apparet Moysi in rubo, cui præcipit, vt det huic actioni principium: conueniat Pharaonem, eique ex parte sua & nomine denuntiet, hanc esse Dei mentem, vt dimittat populum ex Ægypto liberum emigrare *Veni mittam te ad Pharaonem, vt educas populum meum.* Quid Moyses? Contrarias obtrudit rationes, Domine à scopo multum aberrasti, vt video: Non enim ego tanto muneri idoneus: Magna nimis mea tepiditas, fortitudo & quidem magna necessaria est, tum ad Pharaonis duritiem euertendam, tum ad præcedendum populo innumerabili. *Quis sum ego, vt vadam ad Pharaonem, & educam filios Israel de Ægypto?* Perpendit D. Gregorius Papa. Quòd hac in re Moyses ita fortiter restiterit, vt quater Deus hoc illi præceperit, omnes eius oppositas delniens rationes, illas non admittens, & alias multas, (quas noster Cardinalis Caietan. enucleat) dein eo modo

Hom. 1. in Past. in prin. 1. p Past. oral. c. 7. IV. Aliquã mitti renuunt, alij se mittẽdos ferunt. Exod. 3. 10.

» se huic negotio subtraxit, & ire renuit, vt videatur Deus ostendisse quandam huius subtractionis displicentiam, & quod partim ei condescenderit, assignans ei adiutorem fratrem suum
Exod 3. » Aaron, qui eum comitaretur. *Iratus Dominus in* » *Moysen, ait: Aaron frater tuus egredietur in occursum tuum, &c Ipse loquetur pro te.*

» Non absimile considerandum in Ieremia, » quem Deus in ventre matris suæ sanctificauit, » eum Prophetam suum & prædicatorem constituens, dein præcipiens, vt populo suo prædicaret, abnuit, & his submissæ humilitatis se ver-
Hier. 1. 6. » bis excusat: *A, a, a Domine Deus: ecce nescio* » *loqui: quia puer ego sum.* An non miratis hos » præclarissimos? Iam igitur aliorum Sanctorum » actiones attende. Eo tempore, quo Moyses se » subducit, & iam quater se excusat, ne Dei man» datum impleat: videbis (ait D. Gregor. Na» zianzen.) fratrem eius Aaron, qui ad primam » Dei vocem, quâ ei præcipitur vt fratrem suum » Moysen comitetur, & eat ad Pharaonem, absit » vt replicet, vt se subducat, quinimo illico obe» dit, & ad Dei præceptum, magno sese affectu » operi accingit, vt describit Spiritus S. Videbis » pariter Euangelicum Propheram Isaiam, con» templatione extaticum coram Diuina Maiesta» te, quam vidit excelso residentem throno, Sera» phinis circumstipatum, & dum populi sui Deus » intendit salutem, inter se Diuinæ colloquuntur » Personæ, (nostro modo) quasi discurrentes, & » interrogantes quem mittemus ad populum is» lum, qui illis conueniat? *Quem mittam aut*
Isa. 6. 9. » *quis ibit nobis?* Verba hæc (teste D. Hieronym.)
In c. 6. Isaiæ. » ex quo hausit D. Thom demonstrant apertissi» mè, mysterium SS. Trinitatis, vnitatem essen» tiæ, in verbo (*Mittam*) quod est singulare, » & personarum pluralitatem, in pronomine (*Ne*» *bis*) quod est plurale. Audit hoc Propheta, & » seipsum vltroneus affert. *Ecce ego, mitte me.* Mi» rabile mysterium: mittit Deus Moysen ad Pha» raonem, & abnuit, replicat, triplicat, quadru» plicat vt alium mittat. *Obsecro Domine, mitte* » *quem missurus es.* Et Hieremiam mittit Deus » qui se subducit; è contra vocatus Aaron se ad » Dei nutum offert, & Isaias, se non inuitatus in» uitat. Quis horum bene egit? Cuius modus a» gendi securior? Omnes rectè, respondent hi SS.
V. Omnes autem ex diuersa ratione, bene. » Patres, nullus horum reprehendendus agendi » modus: diuersis adducti sunt rationibus. Moy» ses, Hieremias negotij pondus perpenderunt, & » pusillas suas vires, & quod longè impar esset eo» rum tantis mysteris potestas; quocirca se sub» duxerunt. Aaron autem & Isaias Dei potentiam illos mittentis præ oculis habebant, & obse» quium magnum quod Deo præstabant, & pro» fectum ex eorum prædicatione secuturum. Di» uinâ illos comitante gratiâ. *Bonum enim est* (ait » D. Gregor. Nazianz.) *Deo sese parumper subduce-* » D. Gre. Naz. *re vt Moyses ille olim, ac postea Hieremias; &* » *rursus ad vocantem prompte atque impigrè accur-* » *rere, quemadmodum Aaron & Isaias modò vtrum-* » *que pro animo fiat, alterum ob propriam imbecilli-* » *tatem, alterum ob vocantis potentiam.* Videntur » verba, & agendi formulæ diuersæ ait, D. Greg. » Papa; vnus anuitatus renuit, alter non vocatus se » D. Greg. spontaneus offert; verumtamen ambo laudandi, » *An ab vtrisque diuersa vox prodiit, sed non à di-* » Pap. *uerso fonte dilectionis emanauit, & quod laudabi-* » *liter alter appetiit hoc laudabiliter alter expauit.* » Vnus in se & in propriam oculos deflectit infir» mitatem: alter in Deum & eius obsequium: hunc » calcar addit Diuinus amor, ex eo quòd Deo adeo » gratum sit, peccatorum studere conuersioni, & » saluti. Illum refrænat, & propria remoratur im» becillitas legato tanti Domini inconuenies, & » ad supremam ac difficillimam commissionem » ineptitudo. Irreprehensibiliter ambo procedunt, » quisque pro sua parte: Tu amborum partem su» mito, & erit tuus agendi modus plenus & inte» ger. Ex vno disce periculum, disce timorem, & » disce cautionem, tuam indignitatem & pusilla» nimitatem, miseriamque recognoscens, quâ non » mereris accedere, agere cùm Deo, & in corde tuo » tantam hospitio excipere Maiestatem. Ex alte» ro imitare amorem & desiderium, te cùm Deo » coniungendi & indigentiæ tuæ cognitionem, ob» quam tibi sit necesse, eum apud te detinere: per» pende fructus, quos inde tibi possis metere, & » verba proferes pissimæ Sponsæ: *In portis nostris* » Cant. 7. 13. *omnia poma, noua & vetera seruaui tibi, dilecte* » VI. Nouos *mi.* Dilecte mi: dum ad te accedo, conspectui » fructus *tuo me fisto, & præcipuè, vt te in venerabili Sa* » *cramento recipiam, comparo mihi poma noua* » ad re*& vetera.* Sonat Arabicum, sed mysteriosa est » cumbentes confessio: Poma vetera, quæ in veteri testamen» to suaue olebant, timor erat ac terror accedendi » ad Deum, quo se subducebant: Poma noua, quæ » sanctos in noua lege consolantur, amor est & » feruens vnionis cùm Deo desiderium, vtraque ti» bi poma compara, vt ad Dei tanuam accedas; » hæc te sustineant & roborent, & si vnum te re» trahat, indignitatem tuam cognoscentem alte» rum te excitabit, tuam considerantem necessita» tem, sustineat vnum, quod destruere videtur al» terum & dicito: *Stipate me malis.* Sic ex parte vna Cant. 2. » te propriæ infirmitatis & miseriæ deiiciat con» scientia, »

„ scientia, assurge ex animæ tuæ necessitatis con-
„ sideratione, ad cuius miseriæ & infirmitatis re-
„ medium, Dei in te necessarius est aduentus, &
„ vnio: vt tibi liceat dicere: *Si ambulauero in me-*
Psc. 22. 4. „ *dio vmbræ mortis, non timebo mala: quoniam tu*
„ *mecum es.* Si verò te, nescio quâ temeritate hæc
„ attollat consideratio, hoc ita sit, vt paululum
„ temporis impendens præparationi, & miseriæ
„ tuæ cognitioni, & scias tibi esse necessarium
„ tanto hospiti cubiculũ euertere. Verùm enim ve-
„ ro hoc aduerte: cùm ex parte tua debitam mun-
„ dandæ conscientiæ tuæ adhibueris diligentiam,
„ superet propriæ indigentiæ cognitio, eam quæ
„ est, tuæ indignitatis, & spiritus amoris Euan-
„ gelicus, veteris legis timorem expellat: hoc enim
Cant. 7 Tus. „ verbis prædictis significat sponsa, quæ sic trans-
„ ferunt Theodoretus Græci PP. *Omnes nuces,*
„ *nouas super veteres, quas dedit mihi mater mea,*
„ *seruans tibi.* Mater nostra Ecclesia est, semper
„ vna fuit: primas timoris nuces dedit in veteri
„ lege, in noua dat nuces amoris. Ambæ sunt ne-
„ cessariæ: verum præcedant veteres, timeamus
„ tantam Dei Maiestatem, & nostram imbecilli-
„ tatem: verumtamen nouæ amoris sint superio-
„ res quæ te ad Dei vnionem compellant &c.

§. 19 *Admiratione dignus fuit illius argumenti discursus, ex militari obedientia desumptus, in qua ipse viuebat Centurio.*

Mat. 8. 47 SIquidem fulgidi fuerint lucis radij, quos
recipiens ex Diuini solis radijs, emisit spe-
culum illud crystalinum, assero tamen, il-
lum longè clariorem esse radium, quo suam
concludit orationem. *Nam ego homo sum sub po-*
D. Bern. Epist. 42. ad Henricum Archiepisc. Senonens. *testate constitutus, habens sub me milites, & dico*
huic vade & vadit. Quis non verba hæc admi-
retur plena mysteriis? Notat subtiliter D. Bern.
bene fundatam Centurionis humilitatem: cui vt
pertam fundamentalem posuit suipsius cogni-
tionem. Quod homo erat: *Nam & ego homo sum.*
Quod omnium primum tibi cognoscendum he
rì docuimus. *Quam pulchrè* (ait) *locutus est bea-*
tus ille Centurio, cuius fidei nulla par inuenta est in
Israel. Et ego (inquit) *homo sum sub potestate con-*
stitutus, habens sub me milites. Non iactabat po-
testatem quam nec solam protulit, nec priorem.
Dicturus quippe: Habens sub me milites, præmi-
sit: Homo sum prius se agnouit hominem quam po-
tentem, & vt in se iam impleri ostenderet, quod
Psal. 9. 21. *longe ante dixerat Dauid: sciant Gentes quoniam*
homines sunt. Manu mittamus, hæc & alia my-
steria, & illa dico valde esse profunda, quæ de-
texerunt. D. Chrysost. *a.* D. Petrus Chrysol. *b.* a *Ho.* 27.
quibus videbatur Centurionem, non posse cla- *in Matth.*
riori ratione Christi declarare, & Diuinitatem, b *Serm.*
& potentiam, & prouidentiam, & gubernatio- 15.
nem, quâ vniuersum regit mundum: quid tam
difficile intellectu totius Gentilitatis sapientissi-
mis? Argumentatur à minori ad maius, à sua
potestate contracta ad centum milites, ad Chri-
sti potestatem super omnes creaturas illimita-
tam. *Ego*, (inquit) *homo sum*, qui supremam
non obtineo potestatem, quin potiùs plures ha-
beo, me superiores, vt campi Magistrum, Ca-
pitaneum generalem, Imperatorem, quibus ser-
uio: *Homo sum, sub potestate constitutus*: Hac
tantum fulgeo potestate, quæ vltra centum mi-
lites non extenditur: *Habens sub me milites*. Et
cum tam limitatam, & coactatam habeam po-
testatem, tam ad nutum mihi hi obediunt, vt ad
vnicum meum verbum perficiant, quidquid illis
præcepero. Dicendo huic veni huc, & venit, &
alteri, vade illo, & vadit: militia enim est, vbi
viget obedientia sine replicâ, promptior quàm
in reformatissimis Religionibus. Si ergo vt mi-
hi obediant & mei milites, vnicum meum suffi-
ciat verbum, cum sim tam ridiculus Dominus.
Tu, qui vniuersalis & tam supremus es Domi-
nus, vt resuperiorem neminem agnoscas, tam
plenipotens, vt ex tua manu tuarum tota de-
pendeat essentia creaturarum, quantò magis de
illis & in illis solo tuo verbo & præcepto effe-
ceris quidquid animo libuerit.

Mentem suam (aiunt hi SS. Patres) altius su- I.
stulit hic Centurio & Dei supremam potestatem Centu-
ac gubernationem perpendit, quæ corresponde- rionis fi-
bat potestati Capitanei generalis, qui superio- des ex-
rem non agnoscit, qualis erat in suis exercitibus tollitur.
Iulis Cæsar Imperator. *Imaginatus mihi fuisse*
videtur, (ait) D. Chrysost.) *Cœlestem militiam,* D. Chr.
cuius Christum Ducem ac Dominum esse credidit, *Ho.* 27. *in*
cui etiam mortem ipsam, & morbos ipsos, cætera- *Matth.*
que omnia sic esse subiecta, non dubitat, vt mili- *To.* 2.
tes, & Generalis Capitaneus habet sub se infinitos milites, sed bene ordinatos: quidam enim eius sunt vonsiliarii, cum quibus agit, & quibus suos communicat conceptus: alios habet in diuersas copias, tributos, & sub diuersis vexillis, pro quibus varia instituit diuerticula, musicâ, & lusibus. Nec illi desunt apparitores & quos vocant, Præpositos, satellites & ministros, ad fugitiuos capiendum, & prosequendum, vt eos comprehendant, & in vincula discolos conijciant; adsunt & carnifices ad vexilli desertores

& infideles fidiculis torquendum & hi omnes tam prompti ad obedientiam, vt vel minimo verbo se accingant, ad opus, & opus intermittant. Hoc enim exigit, militia, promptiorem videlicet obedientiam quam inter Religiosos. Ita Deus Dux est generalissimus, qui sub se habet plures exercitus, id est, choros Angelorum, & Archangelorum, & velocissimorum Spirituum, tot, vt quidam Iob amicus iudicârit eos non cadere sub numerum: *Numquid est numerus militum eius?* Occurrit Iacob legioni cuidam eorum, quos ad quoddam stratagema Deus miserat, quos vt videt ait: *Castra Dei sunt hæc.* Habet amicos status sui Consiliarios, suos Apostolos, quibus sua communicat arcana: *Vos dicet amicos meos, quia omnia, quæ audiui a patre, nota feci vobis.* Habet & suos familiares ad nutum paratos, insuper habet & apparitores, tortores, satellites, ad inquirendum fugitiuos, & fidiculis torquendum immorigeros. Hos bene dixerim infirmitates, famem, febres, pestem, podagram, colicam & alias morborum species.

Iob c. 25. 3.

Gen. c. 32. 2.

Ioan. 15. 15.

48 Diuina planè phrasi hoc nobis descripsit Spiritus S. dum vult supremi Ducis illius exponere independentiam, & supremam potestatem. Agit primò de eius Maiestatis præcellentia, omni præconio dignissima. *Date nomini eius magnificentiam.* Deinde declarat, quâ ratione omnis creatura eius oculis subijciatur, de quâ secundum voluntatis suæ beneplacitum disponit: *Opera omnis carnis coram illo.* Et sicut bonis reseruat spirituales fauores, consolationes, delicias: *Bonis bona creata sunt &c.* ita habet & suos carnifices ad puniendum malos. *Sunt spiritus, qui ad vindictam creati sunt &c. Ignis grando, fames, mors, omnia hæc ad vindictam creata sunt.* Si Deus orbem regat, & sit ipsa bonitas, ad quid detinet, famem, mortem dolores, infirmitates, ignes, ventos, tempestates? Ad quid habet Dux Generalis ministros & tortores? Ad quid Rex potentissimus in aula sua canes alit leporarios, sagaces, molossos, qui stridenti dentibus, terrefaciunt feras? Ad quid aues rapaces, aduncis vnguibus falcones, accipitres, miluos? vt feras sectetur. Occlusum saltu tenet aprum, terram rostro suo eruentem; quod si eum capere delectet, in eum venator insurgit, occurrit ex aduerso, currat canis leporarius, auribus apprehendat, accedat, & irruat molossus, & inter maxillas aprum faciat sibi prædam: eoque modo feta sistitur, & capta manibus offertur Regijs. Scandit in aera perdix, euolat ardea, fugit cornix, insequatur accipiter insiciat vngues, & manibus deferat Domini sui. An modo non aduertis cur penes se Deus detineat dolores colicæ, auditus, lateris, pestes, paralyses, apoplexias? vt sint ministri & apparitores. Vt dum domo eius aufugis, te apprehendant, & ad eum deducant. Discedit ex suo exercitu & domo (ait D. Chrysost.) miles Domini Ionas: *fugit à facie Domini* Illico conuocat apparitores suos ventos & tempestatem. Ite, inquirite mihi Ionam, adducite ad me: hoc enim Deus prætendebat. Carnifices Dei sunt venti, & tempestates eius apparitores, & ægritudines, calamitates, milites eius, & carnifices, qui semper adsunt parati ad ictum oculi, vt quod Deus mandat, opere compleant. *Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum, quæ faciunt verbum eius.* Insurgit in te infirmitas, incenditur ignis, domum tuam in cineres redigit: pungit te lateris dolor acutissimus: scito esse Dei apparitores, quos ei creatura mittit, vt te comprehendant, & in domum suam Dei sibi reducant. Quos super hoc alter discursus facit? obedientissimi quidem, & secundum suum iudicium sapientiores sunt, quàm si fuissent à Salomone profati, quibus ita militis argumentatur: Hoc processit ex illo, & illud ex hoc, infirmatus sum: quia comedi, quia à turbine non me seruaui, & inuasit me nimius algor. Febris me adurit: quia hoc aut illud sumpsi. Malè argumentaris: noueris, illum ignem, illud frigus, tempestatem accidisse: quia sunt De milites, eiusque satelites: *Et faciunt verbum eius.* A Deo fugiebas, post tuas stultitias, inconstantiam, leuitatem; viam libertatis tuæ latissimam insequebaris, quo te vana desideria propellebant, verbo Dei surdas præbentem aures, eius Diuinæ potentiæ prorsus ignarum: emittit istos apparitores: *Faciunt verbum eius.* Ignis dum demum tuam inuadit, febris viscera tua exurit: *faciunt verbũ eius.* Ventus Aquilo, qui fruges tuas congelat, & ventus Auster meridionalis adhuc teneras consumit: *Faciunt verbum eius.* Tempestas, qua nauis tua fluctibus absorbetur, & turbo, qui regulas tecti tui in aëra dispergit: *Faciunt verbum eius.* Grando, quæ segetes tuas prostrauit, & nebula eas disperdens, eruca, seu bruchus eas corrodens, & locusta eas deuorans: *Faciunt verbum eius.* Febris, quâ sit i arefcis: podagra, quâ torqueris: colica quę te ad lachrimas & singultus prouocat: calculus quo inter renes comprimeris; paralysis quâ frigore contremiscis; apoplexia, quâ instar trunci, detineris; *Faciunt verbum eius.* Faciunt quod Deus eis faciendum præcipit; & nullus miles, aut minister tam obediens in militia suo Duci, vt hæc Deo, sicut notat D. Ambr. pertinens subtiliter, verba Dauidis, quando occurrentes

Ioan. 1. 3.

Psal. 148.

D. Ambr.

Apol. t Dauid t. 1. ad fuum. To. 1. 2. Reg. 16. 10.

» tente illi Semei, maledicente, puluerem & lapi-
» des proijciente contra Dauid, Abisai grauí hac
» Regis sui contumelia offensus prosilit, interfe-
» cturus Semei, quem Dauid cohibuit, & Ito ma-
» chal unctus ait. *Quid mihi & vobis est filij Saruiæ,*
» *dimittite eum, vt maledicat. Dominus enim præce-*
» *pit ei, vt malediceret Dauid. Audi, qui mihi lectio-*
» *nem prælegas Dauid. Quam moraliter docuit, quod*
» *imminutam vel periculorum nostrorum tempora, ten-*
» *tationum certamina, & examina tentationum sunt;*
» *& ideo non sine Diuino ea irrogari solere iudic o. Ex-*
» *ercetur bonus Athleta cum ijs, exercetur laboribus*
» *& periculis, vt dignus sit, cui deferatur coron a iu-*
» *stitiæ, & ideo ferenda p. t inter sunt; quæ putantur*
» *aduersa. Deniq; & alibi te docet Scriptura Diuina,*
» *dicente iusto: si bona accepimus de manu Domini,*
» *quæ mala sunt, cur non sustineamus? Et hoc ipsum*
» *in Regio Propheta considera. Dominus præcepit, vt*
» *maledicat, vt videat humilitatem meam, & re-*
» *tribuat mihi Dominus pro maledicto hoc. O altitu-*
» *do prudentiæ! O insigne patientiæ! O deuoranda*
» *contumelia! grande inuentum!* Quam pulchrum
» est, inquam! Puteus est, qui omnes absorbeat a-
» quas horum consideratio: calor est, qui deuorare,
» & digerere faciat Elephantos.

Iob 1.

Clarè hoc intellexit patiens Iob, quando cala-
mitatibus oppressus, accurrit nuntius & inclamat:
Ignis decidit de cœlo & tactas oues consum-
psit; alius: ventus vehemens à regione deserti do-
mum tuam tunditus solo euertit, & tuos oppres-
sit libertos, &c. Longè abest vt *Deus nos abstulit.*
Igni hoc non imputo, qui ex se hoc non fecit,
nec vento: sunt enim milites Dei. Iterum Dauid
de profecto qui vitæ suæ præteritæ reminiscens,
& considerans, quas ei Deus immiserat calami-

Isa. 26.

tates: hanc est elocutus veritatem. *Quantas ostendi-*
sti mihi tribulationes multas & malas & con-
uersus viuificasti me, & de abyssis terræ iterum reduxi-
sti me! Satis huic congruum est id, quod aduer-

Hier. 50. 25.

sus te Hier. Propheta. *Aperuit Dominus thesaurum*
suum cœlum, & protulit vasa iræ suæ: quia opus est
Domino Deo exercituum in terra Chaldæorum. Quod ex
prædictis possemus declarare, sed alibi dicemus.

Ps. 49

Hinc facilè phrasim S. Scripturæ intellexeris
quæ repræsentat & describit res illas, quæ nec
intellectum nec sensum habent, quasi illis por-
rigerentur, ita ad nutum paratas audientes, & Dei
præceptis obedientes. Voluit Deus populo dare
coturnices, & solummodo eis mandando, tanta
decidit multitudo, vt nimis flocces esse diceris.
Retierunt & venit coturnix. Voluit vt fortissi-
mus ventus fleret, qui mare rubrum effecerat
deglutientem quendam infernum: vnicò verbo
illum continet: *In sermone eius siluit ventus. Di-*
xit & stetit spiritus procellæ. Voluit quandam pu-

Eccl. 43. 25.

nire rempublicam ob perfidas suas seditiones,
vocat famem, cui præcipit, vt illam inuadat. *Voca-*

Ps. 104.

uit famem super terram. Voluit castigare Ægyp-

16.

tios: vocat cynipes. *Dixit & venit cœnomia & cy-*

Psal. 104.

nipes. Voluit agrorum segetes disperdere,

34.

vocat locustas, vt illas corrodant. *Dixit & venit*

Psal. 104.

locusta, & bruchus cuius non erat numerus. Voluit

40.

vt Ionam piscis redderet, quem deglutierat; solo
verbo, quod profert, fit & *dixit Dominus pisci &*

Ion. 8.

eomuit Ionam. Ne cogitaueris (monet D. Hier.)

Matth. 7.

famem, pestem, mortem, morbos, res esse capaces
obedientiæ, sicut quidam crediderunt hæretici,
vel earum singulas habere Angelum, qui eas mo-
ueat, & ad Dei præceptum agat, vt alij volue-
runt, quos refert D. Aug. Sed vt S. S. ostenderet,

In Ps. 104.

quam facile in manu Dei & eius potestate sit, im
mittere & reuocare famem, tempestatem, pestem,
ventorum vires, morbos, illo loquendi modo vti-
tur, qui hæc depingat, quasi milites Duci subdi-
tos obedientiâ, quâ nulla maior, quod vocante
Deo veniant, & eodè reuocante sistant, & vadant.

Hinc processit modus ille loquèdi, quem Deus »
seruauit, dum Pharaoni Dei præcepto rebellis po- »
pulum Dei noluit ex Ægypto dimittere, misit »
enim Moysem ad ipsum, ei comminantem: hæc »

Exod. 9. 14.

mandat Deus? *Dimitte populum meum vt sacrifi-* »
cet mihi quia hac vice mittam omnes plagas meas »
super cor tuum, & super seruos tuos, & super po- »
pulum tuum, & percutiam te, & populum tuum »
peste, &c. Obiecit Cardinalis Caietanus ad illa »
verba: *Omnes plagas meas.* Quid hoc rerum Do- »
mine? Et quâ ratione sunt vestræ? An vlli sit ali- »
quid quod gloria non sit, diuitiæ, quies, salus & »
omne bonum non sit? Et vnde habes tu pestem, »
Eranthemata, lateris dolores, famem, cordis an- »
gustias? *Omnes plagæ eius.* Loquitur ad modum »
magni Ducis, qui nuntium mittit Castri gube- »
natori, qui ei dedere renuit castrum, & fortalitium, »
quod requirit. Hoc ei dicito quòd si voluntariè »
hoc quod ego præcipio non egerit, mittam ei de »
exercitu meo viros fortissimos, qui eum ad ea »
cogent extrema vt velit nolit tradat arcem quam »
antea liberâ noluit tradere voluntate. »

Dei milites sunt plagæ verbera pestes, morbi, »
fames, colica, podagra, nervorum contractio- »
nes, paralyses, qui adstant passati eos percutere, »
quos ille voluerit, & disposuerit & qualiter lu- »
tenderit, & sunt, quasi quot sunt milites, & »
fuerunt in exercitibus mundi ad faciendum »
id quod eis suæ præcipit Capitaneus, aggre- »
dientes quando & qualiter ille voluerit & gra- »
dum »

V. plagæ sunt Dei milites.

dum retrahentes, quando eis hæc mandat, sine vlla specie tarditatis aut replicæ, & ob hoc vocat plagas suas? *Omnes plagas meas &c. pestem.* Ita D. Aug. expendit, quod Dauid descripserit tempestatem, quæ ad vnam Dei vocem, ad nutum adstat, parata seu præincta militi: *Dixit & steteit spiritus procellæ, & exaltati sunt* Psal. 106. *fluctus eius, ascendunt vsque ad cœlos.* Ita vidit 24. Hieremias mucronem fulgentem & exacutum, qui cædem ederet magnam, stragemque sanguinolentam. Accedit Propheta, supplex rogat, vt cesset, & iunctis manibus ait: *O mucro Domini, vsquequo non quiesces? ingredere in vaginam, refrigerare & sile.* Audit de cœlo vocem: quæ respondet. *Quomodo quiescet cum Dominus præceperit ei aduersus Ascalonem &c. Ibique condixerit illi?* Hoc modo cuncta Deo obediunt, quæ nos torquent, & illa quæ nos occidunt & viuificant: Ob quam causam, is cui optime nota
» erat Dei potentia, eum nominat, *Dominus*
» *virtutum.* Incipit Ps. ex nomine iustorum, de-
Ps. 45. » monstrans, quam sine vlla suspicione mali viuant
2. » Dei defensione securi. *Deus noster refugium & vir-*
» *tus*: quocirca, non timebimus dum turbabitur
» terra, montes fumigent, mare insoleſcat, ita vt
» ipsis rupibus, terrorem incutiat, quæ ad oram
» maris indurantur: vt terrefieri videantur, dum
» eius furibundos & tumescentes fluctus aduer-
» tunt. *Sonuerunt & turbata sunt &c. Conturbati*
» *sunt montes*: Verumtamen iusti alacres. *Flumi-*
» *nis impetus lætificat ciuitatem Dei.* Illis licet oc-
» currat rapidissimo fluxu fluminis impetus, non
» turbabuntur, quinimo lætabuntur. Quare? *Do-*
» *minus virtutum nobiscum, susceptor noster Deus*
» *Iacob. Dominus virtutum.* Si mare vires suis ha-
» bet fluctibus; si fluctus vites suis habent furiis,
» si terræ motus efficaces habet vires, ex Deo ha-
» bent, & tantum faciunt, quantum illis Deus per-
» mittet: & certum est, quod non permittet vt
» vites illas contra electos suos exerant; de illis
» enim curam agit particularem: *Susceptor noster*
» *Deus Iacob.* O quàm efficax ista consideratio ad
» vestram pacem & internam quietem, & vt in
» omni vestra ad Deum tribulatione recurratis!

De hoc commendatur noster Centurio, Perpende quàm sublimen habeat cognitionem huius cœlestis philosophiæ & quàm præclarè res illas consideret. Cognouit (ait D. Pet. Chrysolog.) sanitatem esse militem quendam Dei, quodque sicut dum præcipit venire, & esse cum vno, est cum illo, & sanum conseruat, & præcipiens vt vadat, manet ille sine illa, & fit infirmus: & eôdem modo quo paralysis casualiter non intrauerat domum suam, sed à Deo missa, velut quidam satelles, vt seruum eius comprehenderet & captiuaret, vt calamitate serui, dominum eius, manibus Christi traderet, qui eius erat Dominus sic ait: Domine cœlorum omnipotens, lex militum hæc est, vt ad vnicum Ducis verbum obediant milites, vadant & veniant, & sic mei faciunt, cum sim tantillæ Centurio potestatis: sanitas & infirmitas vestri sunt milites; præcepisti sanitati serui mei, vt vadat, & continuò eum reliquit, & discessit; in hoc profiteor, te esse qui das salutem, & admis & pro libitu tuo & bona voluntate. Tu similiter mandasti paralysi, vt veniret, & manus illi iniceret, & eum tam fortiter strinxit vt iã iam illum perdat: sufficiet, vt paralysi, quæ venit, eo solo quia ei præcipisti, præcipias vt vadat, & sanitati, quæ ad præceptum tuum discessit, immungas, vt veniat, & in ictu oculi fiet. *Dic verbo & sanabitur puer meus.* Valde eloquenter ait Diu. Petr. D. Petr. Chrysolog. hoc ipsum voluit indicare noster Chrys. Centurio: *Ego homo sum, tu Deus; ego sub potestate constitutus, tu ipsa potestatum potestas, habens sub me milites, tu virtutes, dico huic, vade & vadit: veni & venit. Tu dic sanitati, veni & veniet, & seruo meo, fac hoc & facit: dic tu puero meo, qui seruus est tuus, sanus esto, & valebit:* Discite ô Christiani, ex milite, dum tempus viget necessitatis & augustiæ: An te paupertas affligit? necessitas te deprimit? infirmitas, te torquet? persecutio, te exagitat? Hoc consideres, omnia hæc magni illius Ducis esse apparitores & quæstionarios, quos tibi immittit vt manus iniciant, & de tua peruersa vita extrahant: febris, vt ad Deum te conuertas, paupertas, vt teipsum diuinis eius manibus consignes, illi te trade, ad eum te conuerte, illius implora subsidium: *Dic verbo & sanabitur puer meus.*

§. 20. *Admiratur Centurionem Christum: verè enim & realiter hunc assumpsit defectum, ipsâ morte maiorem: vt in eo Centurionem honoraret.*

Audiens autem Iesus, miratus est. Opinatus est Origines, quòd clarius patescere non potuerit splendor, quo huius Centurionis mens illustrata fuit, quàm dicendo, quòd ipse sol, qui ei illucebat, splendorem illum sit admiratus: *Miratus est Iesus.* Sed mirantur SS. Patres, hanc in Christo admirationem, & hanc obiiciunt difficultatem: quomodo hoc fieri potuerit? 50 D. Hier. in hunc

tuerit? Admiratio enim (teste Aristotele, cui consentit Diuus Augustinus *a* Thom. *b*.) Ex alterutro nascitur principio, vel ex ignorantia, vel ex rei nouitate, eò quòd illud sit insolitum, vel inusitatum. Obambulas forum, & clarâ mediâ luce, vides solem obscurari & nubilosam pati eclypsim, admiraris: quia quid sit, & vnde proueniat, ignoras. Alius accedit operarius, intrat palatium, videt apparatum ditissimum ex auro, argento, & hiante ore stupidus consistit; eorum quæ videt admiratione perculsus: res enim illi est planè insolita, numquam visa. Aduertis in viro quodam tem, quam in illo numquam vidisti: Stupeo, ais, in tali hoc videre. In Christo, quia Deus est, nulla fuit ignorantia, nec esse potest. Bene hoc protestati sunt Apostoli, quando paulo post dixerunt: *Nunc scimus quia scis omnia.* Petrus in seipso edoctus profitetur: *Domine, tu nosti omnia.*

a 1 *Epist. ad Euod. & lib. contra aduersar. legis c. 7. b* 1. 2. *q.* 31. *ar.* 8. *&* 3 *p.* 3. *q.* 15. *ar.* 8.

1. Qualis fuerit hæc Christi admiratio.

Similiter respectu illius non potest esse virtus, seu actus fidei, qui sit illi insolitus, Assuetus est enim videre excellentissimos, ipse enim est, qui fidem infundit, dat augmentum, vt proterea dicatur à Diu. Paul. *Auctor fidei*: Non admiratur Rex, si in manu alicuius sui intimi ac familiaris annulum videat pretiosissimum, & magis, si ipse illi eum dederit: Assueuit enim talia, quin & maiora videre, & bene eum nouerat, vt quid à se datum. Nec Horologista admiratur Flander, si Horologium videat bene compositum, quod ipsemet confecit, & adhuc nouit subtiliora facere: Ob hanc rationem, non potest in Deo esse admiratio: omnia enim nouit, & quidquid bonum est ipse agit: *A seculo, & vsque in seculum respicit, & nihil est mirabile in conspectu eius.* Si hoc ita sit, vt ob hanc rationem: *Nihil mirabile in conspectu eius*, quomodo *Admiratus est Iesus*? Si dicamus sapientem nihil admirari, quomodo ipse, qui est ipsa sapientia admiratur? *Creator mirabilium* (ait D. Petr. Chrysolog.) *miratur*? *Aurium conditor, quasi qui audita nesciat, sic stupet audita*? Huius difficultatis communis est expositio: quòd realiter Christus non sit admiratus, sed gestus quosdam ederit admirabundi, vt Centurionem honoraret. Docet præceptor iuuenem, cui quasdam defendendas proponit conclusiones: & dum ille perdoctum dat responsum, quòd ipse Magister eum docuit, admiratur, quasi quid esset noui respectu illius, non quòd realiter admiretur: scit enim hæc omnia, & ipse ita hoc disposuit, sed admirabundum agit, vt per hoc suum exalter honoretque discipulum.

Ioan. c. 16. 30. *Ioan. c.* 21. 10. *Hebr.* 12 21. *Zach. c.* 39. 25. D. Petr. Chrys.

Hoc communiter in scholis dicitur: *Admiratus est Christus*, quantùm ad effectum, non quantùm ad affectum: eo modo quo Theologi docent, in Deo esse iram, zelum, furorem, non quòd illas in se habeat passiones quoad substantiam, sed quoad effectum: quia ea agit, quæ solet is, qui talibus subest passionibus. Sic modò, non habuit in se Christus affectum admirationis, quoad substantiam, sed quoad effectum: eosdem enim gestus fecit, quos communiter in homine patit admiratio. Hi autem sunt gestus, quos admiratio producit (ait D. Thom.) humeros attollere, manus erigere, supercilia circumflectere, vultu suspensum & quasi attonitum hærere. Hæc egit Christus in honorem Centurionis. Et hic est communis modus loquendi, & quem vt magis vulgarem sequitur D. August. & pro more suo subtiliter exponit D. Thom.

1. 2. *q* 32. *cit.* *Lib.* 22. *contra Faust. c.* 12. *&* 13. *& locis sup cit.*

Nihilominus addit D. Thom. suo perspicaci ingenio, alium dicendi modum præclarum; scilicet, quòd realiter, & in veritate Christus sit admiratus. Licet enim omnia sciret, per scientias, quas Theologi vocant, beatas, & infusas, non tamen per scientiam experimentalem & practicam, quam dicunt acquisitam; sed quòd in ea quotidie noua addiscebat, secundùm quòd quotidie noua experiebatur. Optimè nosti maris aquas esse sallas, vt ipse sal: ita tibi omnes testantur, & cum illa scientia enutritus es, & nihilominus, quando sorbillum ore sumis, tantam eius admiraris amaritudinem seu salsuginem, quia licet id ante noueras, speculatiuè tantùm hoc noueras, modò verò ex praxi nosti. Prænouit Astrologus eclipsim solis futuram tali die, tot horis, & terram instar noctis obtenebrandam, audienda consequenter tonitrua, videnda fulgura: & his omnibus, quando hæc aut audit: aut videt, admiratur, prosilit ad fenestram stupefactus, licet enim hæc antè tescisset, modò illa experitur. Si ergo experientia eorum, quæ ante nouerat, sufficiat ad veram admirationem in illis, in quibus nouam nullam caussat scientiam; quid erit in Christo, qui realiter per rerum experientias nouam & veram acquirebat scientiam per nouarum rerum experientias nouas suo intellectu recipiendo species, quas vocant Theologi acquisitas? Satis clarè dixit hoc D. Paul. *Qui cum esset filius Dei, didicit ex ijs quæ passus est.* Licet, vt filius Dei omnia nosset, verumtamen de nouo didicit, ex iis quæ experiebatur.

Hebr. c. 5. 8.

Secundùm hoc dicit D. Thom. realiter admira-

miratus est Iesus, videns huius Centurionis fidem, quam licet speculatiuè cognitam haberet non tamen experimentaliter; & addit: D. Thom. *Et assumpsit hunc defectum, ad nostram*

D. Tho. 3. p. q. 14. *instructionem*: vt & nos talem admitemur fidem, qualem miles ille ostendit. Non prætereamus modum hunc dicendi: *Assumpsit hunc defectum.* Patet omnibus, admirationem esse quendam defectum, qui præsupponat ignorantiam. Inquirit D. Thom. an Christus omnes nostros assumpserit defectus? Respondet, quod sic, exceptis defectibus intellectus & voluntatis, qui sunt ignorantia & culpa. Hos duos non assumpsit, cæteros quidem benè, vt famem, sitim, lassitudinem, infirmitatem, timorem & mortem: & ratio est: quia venit vt Redemptor & præceptor, quamobrem hos solum defectus assumere eum oportebat, qui his duobus officiis non contradicerent. Redemptori indecens erat culpa; dedecet enim peccatorem, redimere peccatorem, Præceptori indecens erat ignorantia: nescit enim alios ignarus docere. Non assumendo ignorantiam consequens erat, non assumere admirationem: hæc enim ex illa oritur, verumtamen in hoc casu voluit hunc assumere defectum. *Assumpsit hunc defectum.* Qualis iste? Maior ipsa fame, siti, & dixero ipsa morte: hi enim non erant defectus intellectus, nec voluntatis: Ignorantia autem reducitur ad defectum intellectus & scientiæ, quæ magis repugnabat Christo, quàm ipsa mors. Nihilominus eum assumpsit, vt Centurionem honoraret & nos erudiret, vt talem fidem admiremur, cognitionem talem, humilitatem, talem deuotionem, talem scientiam, talem qualem ipse habuit spiritum. Quâ ratione nouit Deus sanctos suos honorare, qui, vt illos ipsis Angelis redderet admirabiles, ipse eos eorumque opera ac virtutes admiratur. Ingreditur Chri-

Hom. 5. in diuersis. stus (ait Origen.) ciuitatem illam celebrem, diuitem, illustrem Capharnaum! vbi mille (teste Christo) visebantur sumptuosa ædificia, capitella, turres, palatia, porticus, fora, opes, equitatus. Horum nihil admiratur, nec eorum quidquam contuetur: erat enim cælestis mercator, qui tantum venit ad gemmas pretiosas virtutum comparandas. Nihil horum eum stupefacit; & admiratur militem inter fistulas, tympana, aleas, chartas tusorias, & hastas educatum. Seraphinorum sapientiam non admiratur, nec Angelorum pulchritudinem, cælorum splendorem, solis claritatem, siderum fulgorem, & fidem militis vnius admiratur, eam extollit, iactat, vt eum honoret, & vult, vt eam omnes intueantur, magnificiant, & admirentur.

Quæ admirationis signa, & verba non ostentat, quando Abraham eius obsequitur voluntati, in offerendo filium suum? Rem perpendit D. Chrysost. & stupendum quid est, videre, quòd Deus ipse ita loquatur, quasi desint illi verba, vt tale opus extollat; *Quia fecisti hanc rem.* Quæ res? An deest illi nomen? Non videtur Deus illud inuenire, vt eius ostendat magnitudinem; vt illis gestibus omnes admirentur, videntes hunc Dei fidelissimum amicum, ita eius voci obedientem, vt ipsam ei vocem operis excellentia eripere videretur. Moris est, vt magni fiat fauor, & beneficium, quo Princeps, seu Rex sibi subditum dignatur: quæ non oritur admiratio, si alterei Rex scribat epistolam, duas manu suâ lineas interponens quid, quod alteri discum mittat cerasorum, aut de mensa sua quasdam cupedias? quæ non exsurgit æmulatio, quis non oritur stupor, quis non mouetur discursus? Obsequia verò, à subdito pauperculo, aut milite Regi præstita nec æstimantur, nec attenduntur: considerantur enim vt debita. Quod miles quispiam iter arripiat; nauiget in Regis obsequium nauci hoc fit quod Regi, munera, & cupedias mittat, quasi non aduertitur: hic autem omnia inuersò se habent modò. Quæ nobis beneficia non præstitit Deus? quas gratias? quæ opera in nostram salutem facta? suos dedit tibi cælos, suos Angelos, suas stellas; Dedit tibi seipsum, carnem suam in cibum, sanguinem suum in potum, sua sacramenta in medicinam: in cruce pro te mortuus est. O quanta beneficia! videntur omnem fidem excedere: *Quis credidit auditui nostro.* Dixit Isaias, quando ea prædicari præcipiebantur. Quis credet, quòd pro homine moriatur Deus, Dominus pro rebelli seruo? *Nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit* &c. Dixit idem de his beneficiis & Diuus Paulus. Quæ cum tanta sint & planè stupenda, quanti tu ea facis? quid ea æstimas? quàm parum ea admiraris? Admirantur cæli, quia obscurantur; sol, quia obtenebrescit; terra, quia tremit; petræ, quia scinduntur. Solus homo insensibilis, velut illi increduli, de quibus D. Ioannes: *Cum tanta signa fecisset coram eis, non credebant.* Adsunt attoniti & admirabundi Seraphim, & cor hominis fumo repletum insensibilitatis.

Sed attende modo omnia inuersa quàm parum

Aug. in Matth. Gen. 22. 16. Cap. 12. 37. Isa. 53. Isa. 64. D. Paul. 1 Cor. 2.

II. Omnia opera imperfecta & parua sunt.

tum hoc est, quod homo facit propter Deum, & quàm eius infirma sunt obsequia? Multa licet homo faceret, res foret, quam nemo iure admiraretur, cum, præterquam quod homo Deo sit debitor, parum Deo referat, quantum omnes facere possunt creaturæ, licet quàm plurimæ forent: *Si iustè egeris, quid donabis ei?* Inquirit Iob, *quid est homo, aut qua gratia eius?* Ad summum, minimum quid est, quidquid agitur. Iob c. 35. 6. Quam imperfecta sunt, quæcumque facis obsequia? Vnius diei ieiunium ex tepido spiritu; durissimi panis frustum in eleëmosyuam; lachrimula statim exsiccata, actus fidei remissus, lenta disciplina, leuis mortificatio. Et cum talia sint hæc obsequia, & tam parua in se substantiæ, Deus ea exaggerat, & particulatiter ad ea attendit, ita vt ea ipse admirari videatur, vt te honoret, opera tua extollat, & ostendat, quam largus & velox sit illorum fututus retributor, qui tanti ea facit.

III. Deus opera nostra bona considerat. D. Bas. Ser. in vigil. quadrag.

Notat D. Basil. quod dum ieiunas, vel te recolligis deplorans peccata, Deus Angelos suos & cælites conuocet, quibus tuum exaltat ieiunium & pœnitentiam, & vt te admirentur, hortatur. *Cum Deus conspicit, vocat omnes cæli ciues, vt eos intueantur, qui pœnitent ac ieiunant.* Nec opineris, hanc meam esse inuentionem (ait) Attende quid dicat Spiritus S. Cum Deus Regi impio Achab mortem intentasset ob immania eius crimina: ille verò timore perculsus, & in se reuersus cogitare cœpit de agenda pœnitentia, sed quæ tantum esset simulatio pœnitentiæ, illico vocat Eliam Deus, inuitat, vt videat id quod peccator ille faciebat. Qui iam primas pro peccatis suis fundebat lachrymas, & initia 3. reg. 21. 29. lectabatur humilitatis: *Dices, vnde id nosti, quod Deus cæli ciues vocet, vt conspiciant pœnitentes? Ex eo id perspicuum efficitur, quòd etiam seruos suos, qui in terra degunt in id spectaculum vocat, sicut dixit ad Eliam, Nonne vidisti humiliatum Achab.* Quis vidit Christum nocte sequenti illis diei quo S. Martinus dimidium chlamydis diuisit mendico pauperi, inter Angelorum Choros, quasi admirabundum super militis facto, & omnes Seraphinos inuitantem, vt oculos in illud chlamydis frustum præcisum, conuertant dum ait: *Martinus adhuc catechumenus hac me veste contexit.* Numquam Princeps sic sui subditi extulit obsequium, vt Christus in die iudicij coram mundo vniuerso extollet, quod esurienti dedisti frustum panis: discissam & laceram chlamydem, quâ nudum operuisti: benuolentiam quâ indigum excepisti: trium quadrantum, quisquilias quibus viduæ succurristi: fauorem quo puellam in matrimonium promouisti: minutum quod ad redimendum captiuum expendisti; tegetessus tuos ad reuodochia: micas quas misisti incarceratis. Diligenter perpendo, quod sermonem instituturus de amico suo, quibus verbis vtatur, loquens de Iob, producens in publicum eius obsequia, ac bona opera: quas non profert de illo laudes, quæ non audis præconia, & quantâ cum admiratione diabolo loquatur? *Numquid consideraſti seruum meum Iob, quòd non sit ei similis in terra? Vir simplex, & rectus, ac timens Deum & recedens à malo & adhuc retinens innocentiam?* Nonne dixeris Deum ipsum admirari, nec satis congrua inuenire verba quibus virtutes eius exaggeret? Iob c. 2. 3.

Idem agens de S. Simeone sic ait: *Homo erat in Hierusalem cui nomen Simeon, & homo iste iustus, ac timoratus, exspectans redemptionem Israel, & Spiritus S. erat in eo.* Quid opus, Domine, tot verbis? Hic enim scimus, tam esse efficacia tua verba, & tantæ significationis, vt vno & cum vno, quantum dici potest, comprehendas: Et ita ait Dauid, quod ad quodlibet tibi sufficiat vnicum: *Semel locutus est Deus* Et id iam ante amicus quidam Iob aduerterat. Ad quid ergo tot verba, & illa cum quadam admiratione & emphasi de amicis tuis proloqueris? Nunc; cur sic admiraris ob id quod miles agit in tui famulatum? O Domine mi, diuitum non est admirari diuitias, nec in purpura nati stupent videre pretiosa: stupeant educti de malua, & stramine reclinati. Quid te rapit in admirationem? Vult (ait D. Thom.) iustum attollere & ostendere quanti faciat eius obsequia. O ter beatum Centurionem, ait Origen. *O fides viri: ô confidentia militis! ô charissime amice veritatis? Te admiratur Dominus, & tuam indeficientem magnificat fidem; quando de tenebris gentium processit lumen tantum.* O viri iusti, ne meliorem optetis vestrorum operum Prædicatorem, nec facundiorem eorum oratorem, quàm ipsum Deum, in cuius honorem hæc facitis. Bene & optimè vobis heri consului, vt illa absconderetis, & eius fidei committeretis illa, in honorem vestrum prædicanda. Luc. 2. Psal. 61. 12. & Iob 33. Hom. 5. in diuer.

§. 21. *Quâ ratione verum sit: fidem Centurionis fidei Israelitarum palmam præripere.*

☞ 53 *Admiratus est Iesus*, & non vulgares edidit gestus seu motus, quales edit ille, qui summoperè admiratur, & conversus ad tantam multitudinem, concionem instituit in huius Hispani militis præconium; sic exordi-tur: *Amen dico vobis: non inueni tantam fidem in Israel.* Ne stupeatis, me admiratum: in veritate dico, & iuro vobis. Hæc huius fides illa est, præclarissima, quam inuenit in Israel. Non dixit (vt notat D. Chrysostom.) non inueni aliam maiorem, sicut dixit extollendo D. Ioannem Baptistam: *Inter natos mulierum non surrexit maior.* Sed quod fides hæc maior esset eâ, quam inuenerat, & hæc sola appensa in statera, cum omnibus, quas inuenit in Israel, grauioris foret ponderis, & notissimæ prærogatiuæ. Admirare hanc emphasim. Nihilominus inquirunt Doctores: quomodo hoc capimus, Domine: an maior non fuit Sanctissimæ tuæ Genitricis fides, cum ab illa primùm extulerit vocem cognata eius Elisabeth, in laudem eius: *Beata, quæ credidisti?* An maior non fuit præcursoris tui Ioannis Baptistæ, quem ob altissimam cognitionem Angelum prædicasti? Dein tuorum illa Apostolorum, qui fidei Ecclesiæ tuæ patres sunt destinati, an non est excellentior? Multa hic congerunt SS. Patres; sed breuiter dico, quòd loquatur de illa fide quam inuenit, postquam egressus est fidem quærere, se mundo patefaciens, vt in eum crederent, & sic locutus est illo tempore ex quo in eum finem frequentissima edere cœpit miracula. Habet penes se lapidarius seu gemmarum institor quasdam maioris valoris seu probatissimas gemmas, inquirit plures: ciuitatem quandam adit, inuenit hic vnam probatam, alibi probatiorem, sed post pusillum, quærit, & repetit electissimam gemmam, quâ inuentâ sic ait: Probatiorem non vidi: An ergo probatiores non sunt quas domi habes? sunt, sed cape me: de illis intelligo, quas in hac ciuitate requisiui. Manifestum est, maiorem fuisse Dinæ Virginis Sanctissimæ fidem, & Ioannis Baptistæ eâ, quam tantopere laudat in Centurione: sed illorum fides iam domi erat, in intelligendo autem de illa quam inuenit, cum eam per mundum quærere cœpit, faciens prodigia & signa magna, Item de iis, qui visis eius miraculis, crediderunt, erat hæc omnium maior: *Non inueni tantam fidem in Israel.*

Matt. 11. 11.

I. Quæ fuerit hæc tam præclara fides Centurionis. *Luc.* 1. 41.

Hoc eis dixit, eo modo, quo alias, vt Nazarenorum conuinceret incredulitatem, viduæ Sareptanæ fidem in medium produxit, quæ Israelitarum omnium fidem longè superauit. *Multæ viduæ erant in diebus Elia in Israel, & ad nullam illarum missus est Elias.* Hanc propositio nostro congruam expendit Historiam D. Augustinus. Elias, ait, figuram expressit Christi, & sicut ille à Iudæis contemptus, nolentibus eius præclaris fidem adhibere miraculis, & à gentili viduâ lautè exceptus, & honoratus, quem nec vnquam viderat, tantâ in eum fide credidit, vt altero die videbimus; ita Christus à Iudæis in Israel, habitus est contemptui, reiectus ab iis, qui oculati testes erant tantorum eius miraculorum: & admirandâ confessione à milite gentili honoratus, qui tamen eum nec nouerat, nec viderat, nec exceperat vnquam, quamobrem eos præcurrit Centurio, qui inter Israelitas præclariores habebantur. Gedeon Dux illustrissimus, vt credat, miraculum poscit, & illo dato, secundum. Licet viduæ Sareptanæ fidem Christus extollat, non eam tamen habuit perfectam in Eliam, donec oculis testibus, filium reciperet à mortuis ab eo suscitatum: tum demum ait: *Nunc in isto cognoui: quoniam vir Dei es tu, & verbum Domini in ore tuo verum est.* Moyses & Aaron præcipui Israelitarum astesignani, tot visis prodigiis, quæ præ manibus habebant, in, nescio quam incredulitatem, vt diximus, prolapsi sunt.

(4 *Reg.* 5. 15. 24

Et non solùm in hoc illos superauit, verumtamen ex his Christi verbis: *Non inueni*, &c. Argumentatur D. Thom. & docet D. Chrysost. nullum esse inconueniens, si concedamus Centurionis fidem maiorem laudari, eâ, quam vsque modo habuerunt Apostoli, habuit Magdalena, habuit Martha, habuerunt & alij. Si enim isti crediderint, visis miraculis crediderunt, & etiam adhuc visis illis, pusillæ fidei reprehenduntur: ita semel D. Petrum Christus correxit: *Modicæ fidei.* Et D. Philippum & D. Andream in fide reperit diffidentes in multiplicatione panum, & ambas istas sorores in illa remissiones in morte fratris earum Lazari: quasi corporalis Christi præsentia, vt Lazarum è mortis faucibus eriperet, & vitam infunderet, vt necessaria requireretur. Hic verò, nullo viso miraculo, nec quidem Christo facie cognito tantùm ex nominis eius fama, fide fulget tam clarâ, firmâ, securâ, præeminenti, & talibus cognitionis

(4 *D. Thom. in 3. Matth. Hom.* 22. *in imperf. ad finem.*

Matth. 14. 31.

II. Similitudo.

gnitionis gradibus, vt eius verba demonstrant Hæc est fides (ait Christus) quà maiorem in Israel non inueni. Voluit his verbis confundere (ait D. Petr. Chrysol.) Iudæorum incredulitatem, & eorum qui præsentes adstabant, perfidiam, & ex ore militis pagani populi sui primores condemnare. *Non inueni tantam fidem &c.* O fidem militis Hispani, quæ maior fuit, omnium istorum fide Iudæorum Talis fides quid meretur? *Vade, sicut credidisti: fiat tibi* Tua fides fit beneficiorum meorum æqua mensura, & cum ita cæteris præcellat, quàm non erunt cæteris præcellentia beneficia? O magnum militem! ô præclarum Magistrum! ô eloquentem Oratorem, qui tantâ hanc orationem gratiâ composuisti. *Domine non sum dignus &c.* Hanc ex eius ore sumamus, dicamusque: *Domine non sum dignus* Domine, non meremur, nisi flagella, & perditionis abyssum: verumtamen vnicum à te deprecamur verbum: *Tantum dic verbo:* Loquere animæ nostræ, illam erudi, ei inspira, & salua erit, in hoc mundo per gratiam, salua in altero per gloriam. Amen.

SVMMARIVM

HOMILIÆ TERTIÆ SEQVENTIS.

CONTINET hoc Euangelium præceptum diligendi inimicos: a fructum est durum, & vt digeri possit, debent illud mandere prædicatores, qui sunt dentes Ecclesiæ *a*. Hoc vero fit, ostendendo, non solùm non nociuum esse illud obseruare, quin potius secum trahere, tria genera bonorum, quæ posuit D. Ambros. Delectabile, honestum, & vtile *b*. Primum est bonum delectabile *c* & facile *d*. Secundum est bonum honestum & honorabile *e* quo se quis ostendit fortem *f* Christianum, *g* & honestum, quo se Deus ipse *h* & sancti eius honorari censent *i*. Tertium est bonum vtile *k* eo quòd sit efficax remedium ad obtinendam peccatorum remissionem *l* & vt homo verè per gratiam sit Dei filius *m*.

a §. 1.
b §. 2.
c §. 3.
d §. 4. 5. 6.
e §. 7.
f §. 8.
g §. 9. 10
h §. 11.
i §. 12.
k §. 13.
l §. 14. 15. 16. 17.
m §. 18.

§. 1. *Prædicatores sunt dentes Ecclesiæ, quorum cura est duriores diuinæ legis morsus commanducare, vt possint deglutiri.*

§. 2. *Est hoc præceptum difficile, & si fieri potuisset iam nunc per contrariam consuetudinem fuisset abrogatum, maximè inter Hispanos.*

§. 3. *Est hæc lex eo delectabilior cum sit Dei lex, quo duriores sunt & crudeliores leges Dæmonis.*

§. 4. *Facile est hoc præceptum, est enim scedulæ consignationis Dei, ex amore, quo eum diligere obligaris.*

§. 5. *Leue tibi erit inimicum diligere, non eum considerando, sed eum qui tibi hoc præcipit, ne pereas vt cetum, nec te furor occidat.*

§. 6. *Christi nomini obediunt omnia excipio cor hominis, ipso flumine Pado magis refractarium.*

§. 7. *Versatur hæc lex circa bonum honestum: Deus enim tui solicitus est honoru, & magni honoris actus est, offensam remittere.*

§. 8. *Hæc est fortitudo maxima, iniuriarum obliuio: vt patet in Deo & Dauide.*

§. 9. *Hæc lex, lex est Reipublicæ Dei, quocirca honorificum est ei illam seruare, qui venit in illa.*

§. 10. *Confundit Dauid eos qui vindictæ leges sectantur, Iob imitare: corona te hoc libro, & equi collo circumda hinnitum.*

§. 11. *Summo sibi Deus deputat honori, remittere iniurias, quem sancti imitantur.*

§.12. *Viri Sancti ex remissis iniuriis cudunt sibi scuta armorum ad sui gloriam.*

§.13. *Lex hæc vtilis est, & vindictam sumere, maius infert damnum vindicati, licet inimicum solo prosternat.*

§.14. *Medium efficacissimum obtinendi peccatorum remissionem, est calumniarum remissio.*

§.15. *Oratio tua veritati innitatur, & Christum audi:* Quodcumque supererogaueris: *& hoc quod D. Paulus Philemoni scribit.*

§.16. *Oleum misericordiæ vasis infundè vacuis: velut illa vidua, quo vestra soluentur debita.*

§.17. *Qui inimico non remittit, ei Diuina non proderit misericordia, sicut nec Ioab cornu altaris.*

§.18. *Huius legis obseruatione, maximum omnium obtinetur donum, quod homini Deus concedere potest, & hoc est, vt in rei veritate sit filius Dei.*

HOMILIA III.

DE DILECTIONE INIMICORVM.

Primo die Veneris Quadragesimæ.

Audistis, quia dictum est antiquis: Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Matthæi 5.

OFFERTVR nobis hodie Euangelium legibus gladiorum multum oppositum, & duelli litteris in hoc mundo stabilitis contrarium: in hoc enim nobis D. Apostolus & Euangelista Matthæus supremi Regis scriba, descriptum prælegit, celebre illud decretum, quod in congregatione quasi Curiæ, quam Christus suorum magnatum instituit, consessu, vt securam & fundamentalem petram stabiliuit, idque in bonum suæ Reipublicæ regimen: & hoc est: dilectio inimicorum. Præceptum est adeo contrarium inclinationi, & nostræ corruptæ naturæ gustui aduersarium, vt cum tantum sit, non solùm hominum erat memoria erasum, sed ei oppositum, hominum cordibus adeo insculptum, vt illi ipsi, qui mundi totius censebantur magis religiosi, & continuæ cum Deo communicationis, notitia Sacramentorum eius ac voluntatis illustriores, Scribas intelligo & Pharisæos, illud vt Dei legem populo proponerent, & persuadendo: & docendo quidquid Deus in sua nobis præcipit lege, nostro appetitui, & inclinationi optimè conuenire; amare amicum & inimicum exhorrescere. Ab hoc nos liberat dolo Christus, & saniora docet diuinus ac supremus legislator, & id quidem tali intentione, vt ad hoc montis ascenderit fastigium, quod sibi in cathedram erexit, & in eo residens celeberrimam illam habuit concionem; in qua Euangelicæ legis iecit prima fundamenta, & vitæ Christianæ elementa. Aperiens igitur os suum, & verba sua ad Apostolos dirigens, qui vtique faturi erant Magistri nostri, & in illis ad nos & totam Ecclesiam: ait: Iam olim audistis, & modo vobis dicunt illi, quos magistros habetis, quòd Deus in lege Patribus antiquis lata hoc præceperit: *Diliges proximum tuum & odio habebis inimicum tuum*: ego autem, qui ad hoc veni in hunc mundum, vt vobis exponerem Patris voluntatem & fraudes ac dolos omnes detegerem, clarissimè proponerem ac mandatem, id quod vestræ saluti absolutè est necessarium, vobis dico, ordino, & præcipio, vt non tantùm amicos vestros diligatis sed insuper & vestros inimicos: & benefacitis eis, qui vos oderunt, & oretis pro eis qui vos persequuntur, testes in vos proferunt, & furorem exercent: vt videamini, & *sitis filij Patris vestri, qui in cælis est*: qui non solis benefacit suis amicis, quales sunt iusti omnes, sed insuper suis inimicis peccatoribus, & solem suum instar fulgentissimæ

I. Dilectio inimicorum mũdo contraria.

gentissimæ facis otiri facit, vt illustret, tam eos qui diuinum eius laudant nomen, quàm eos, qui eum blasphemant; & pluit super iustum vineam qui ei seruit, & peccatoris, qui eum offendit: & vos ipsos tales ostendite, si vos filios talis patris esse gloriamini. Sed datum hoc est difficile, arduum & asperum Adami naturæ: verumtamen, reddet illud non solùm leue, sed & facile, & suaue Spiritus S. gratia, illam rogitemus per intercessionem eiusdem thesaurariæ, eam salutantes. *Aue Maria.*

§. I. *Prædicatores sunt dentes Ecclesiæ, quorum cura est duriores diuinæ legis morsus commanducare, vt possint deglutiri.*

a in Psal. 118. serm. 16.

b Orat 7. in Cant.

c In 1. 4. Cant.

OPinatus est Diuus Ambrosius *a* & ante illum inter Græcos celebris Diuus Gregorius Nazianzen *b* & demum D. Gregor. Papa, inter Latinos admirabilis *c* maximè proprium fuisse Hieroglyphicum, & diuinum schema, quo cælestis sponsus officium declarauit Prædicatorum Ecclesiæ, eos Ecclesiæ dentes nominans. Aggreditur cælestis sponsus diuina quadam vrbanitate verborum Sponsæ suæ Ecclesiæ pulchritudinem prædicare, & eam per partes singulas seu membratim considerat, caput, capillos, oculos, labia, collum, pectus &c. in quibus pariter exponit subtili quodam stylo, distincta, & propria exercitia, & fidelium officia, ex quibus illa componitur, In particulari verò

Cant. 4. 2. eius extollit dentes: *Dentes tui, sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt de lauacro, omnes gemellis fœtibus, & sterilis non est inter eas.* Per dentes signat Prædicatores, & resolutoriè illos extollit ex eo, quòd in dentibus, vt magis excellens prædicatur: esse illos albos, nitidos, fortes, vnitos, æquales, velut oues albæ, lotæ, nitidæ, inter se cohærentes, iunctis sibi agniculis, inter quos nulla intercurrat vacuitas: tales enim oportet esse prædicatores, albos puritate, nitidos sanctitate, virtute fortes, charitate vnitos, in doctrinâ æquales, vt illud impleant, quod D. Paulus Prædicatorum Magister ordinauit: *Obsecro autem*

1. Cor. 1. 10. *vos, fratres, per nomen Domini nostri Iesu Christi, vt id ipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata:* Videamus modo cur diuinus sponsus

I. dentibus comparet Prædicatores?

Cur prædicatores dicantur dentes. Respondent prædicti Patres: Quia hoc est prædicatorum officium, illud agere in corpore Ecclesiæ mystico, quod dentes agunt in naturali. Perspicuum est, dentes præcisè requiri in corpore, vt cibos disponant, quibus sustentetur. Indiget homo, & quodcumque viuens alimento, quod in stomachum traiici non potest, nec prodesse, sicut est in se, nisi ad id præparetur: ad hoc requiruntur dentes, qui hoc agunt, vt bolus possit deglutiri, qui non posset integer, & illum commanducando, fit, vt eum stomachus queat digerere, nisi enim hoc fieret, mortem adferret, vt multis accidit, qui apoplexiâ vel cibi nimia repletione corruerunt: eo quòd integras partes carnis vel crudas herbas deglutierint. Alimentum animæ, lex est diuina, quæ tot habet bolos, quot legis mandata: Hæc est quæ animæ vitam conseruat. Et sicut ille, qui cibo abstinet, viuere non potest, ita & illi, qui Dei non seruat præcepta, æternum viuere est impossibile. Hoc Christus insinuauit adolescenti, teste D. Matth sic eum interroganti: *Quid faciendo vitam æternam possidebo?* (Cui ille) *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.* Addo & aliud Christi verbum: *Meus cibus est, vt faciam voluntatem eius, qui misit me.* Ob hanc rationem lex Dei, lex vitæ vocatur. *Lex spiritus vitæ.* Integra & tota debet deglutiri & sumi, si viuere desideres: hic verum est prouerbium hoc: aut comedere, aut mori.

Matt 19. 17.

Ioan. 4. 34.

Rom. 8 2.

D. Ezechieli & D. Ioanni præscribitur, si vitam velint, integrum deuorent volumen, quod eorum manibus offerebatur, quo lex Dei continebatur; & in ipsis videtur nobis Deus idem volumen offerre, dicens: *Comede volumen istud.* Sumito illum bolum, bolum durum ad deglutiendum, & aliquando occurret tibi bolus tam asper & durus, vt os dixeris, & tibi sit impossibile illum in stomachum traicere, & minus illum digerere. Subsannat D. Hieron. quendam Pelagianum, in quem scribit, qui, Magistri sui Pelagij secutus doctrinam, diuinæ gratiæ, ad implendam Dei legem negabat necessitatem, & eo nititur fundamento, quod Dei lex facilis esset obseruatu, nec quidquam in ea nobis à Deo præcipi difficile: quocirca nobis ad eius obseruantiam sufficere proprias vires ac naturales. O sus Bœotica (ait D. Hieronym.) An tibi tam facile videtur id omne, quod Deus suâ nobis lege mandauit! Vbinam est illud quod ait: *Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam quotidie.* An tibi hoc tam leuidense? Vbinam illud quod tibi præcipit: *Si quis te percusserit in dexteram maxillam, præbe illi & alteram, & ei qui tecum vult iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte illi & pallium?* Vbinam & illud: vt vitam tuam abneges,

3 *Apoc. 10. 9.*

Ezech. 3. 1.

Lib. 2 contra Pelag.

Luc. 9. 23.

Matth. 5.

& pro-

II. Lex Dei obseruatu difficilis.

& propriam oderis animam, & tui ipsius martyr efficiaris; oculos eruere, si te scandalizant; præscindere manus ac pedes, si tibi sint offendiculo?

Ipse qui diuinam suam legem promulgauit, eam vt asperam, arctam, & difficilem protestatur, ac proinde à paucis inuentam & tritam, & hoc per D. Matth. dixit, vsus quadam interrogatione phrasi communi Sacræ Scripturæ ad exprimendum superlatiuum gradum. *Quam angusta porta, & arcta via est, quæ ducit ad vitam, & pauci sunt qui inueniunt eam?* Ita cecinit Dauid, vt exprimeret diuini nominis celsitudinem: *Domine Dominus noster, quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra?* Et vt gloriæ magnitudinem declararet, interrogat. *Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ, Domine?* Multos igitur habet diuinæ legis alimentum difficiles, quos traiicias & concoquas, bolos. Ad hoc autem necessarij sunt dentes, id est, Prædicatores, qui suo studio, eloquentiâ, diligentiâ, consideratione & doctis concionibus, Dei obstetricante gratiâ, bolos illos molliant, leniant, commandocent, vt de facili comedi, traiici & digeri possint, exponendo, persuadendo, & omnes occurrentes difficultates alleuando.

Matth. 7. 14.

Psal. 8. 2.

Ps. 30. 20.

§. 2. *Est hoc præceptum difficile, & si fieri potuisset, tam nunc per contrariam consuetudinem fuisset abrogatum, maximè inter Hispanos.*

☞ 4 D. Aug. a *In Psal. 118. ser. 6. ad finem & ser. 8. & 9. de Sanctis.* b *in c. 5. Matth.*

INter omnia diuinæ legis duriora præcepta, illud secundum mentem D. Augustin. *a* cum impossibili decertat, quod præ manibus habemus. Scilicet amor inimicorum: *Recole, ait, in omnibus iustificationibus Domini, nihil mirabilius, & difficilius est, quam vt suos quisque diligat inimicos.* Est autem hoc tam arduum, vt ob id præcipuè (sicut notat D. Hieron *b*) quidam asserere ausi fuerint, Deum nobis præcipere impossibilia; iudicabant enim præceptum hoc euertere ipsam naturam, propriæ contraire inclinationi, & destruere appetitum.

Et hoc in tantum, vt si lex Euangelica, nullum aliud præter hoc, præceptum contineret (teste D. Hieron.) illud solum sufficeret, vt illam tanquam arduam, & naturæ fortissimæ & validissimæ difficillimâ iudicaremus. Et hoc patet in eo quod accidit tempore D. Aug. vt ipse testatur. Erat Marcellinus Nobilis Romanus præcipuus, & Christianus, fide Catholicæ adeo zelosus, vt pro illa martyrium subierit, vt refert D. Hieronym. Hic Romæ laborabat ad legis Euangelicæ obseruationem Gentiles & idololatras adducere: vt vero res feliciorem haberet exitum; familiaritate coniunctus est D. Augustino, quem quotidie per litteras consulebat, qui ad eius petitionem composuit illos viginti duos libros de ciuitate Dei, quos satis nemo laudauerit. Et inter alia, de quibus eum consulebat, hoc vnum fuit de præcepto diligendi inimicum, dicens: quod dum Gentilibus legem proponeret Euangelicam, bene & attentè eum audirent vsque dum hoc illis præceptum proponeret; & sibi hoc quod Christo, contingeret: dum quadam die prædicaret profunda & diuina mysteria, attenti eum audiebant, qui præsentes aderant: at dum nauim in altum duceret, & sanctissimæ Eucharistiæ panderet Sacramenta, ecce turbantur, repugnant, retrocedunt: *Durus est hic sermo, & quis potest eum audire?* Ita contigit Marcellino; Audiebant illum Gentiles, & quidem libenter, de lege Euangelica concionantem. Veruntamen vt primum cœpit proponere præceptum illud: *Diligite inimicos*: Resistunt omnes, turbantur omnes, vociferantur omnes: *Durus est hic sermo, & quis potest eum audire?*

Lib. 3 contra Pelag. ad fin.

I. Dilectio inimicorum difficilis.

Ioan. 6. 61.

Primò namque iudicabant hanc legem repugnare legi naturali: manifestum enim est, quòd secundum naturalem inclinationem, vnumquodque abhorret suum contrarium: ignis aquam, quæ illum conatur extinguere, & aqua ignem, qui quid non agit, vt illam consumat? Repugnat agnus lupo, canis feli, & nullum animal tam mansuetum, quod non insurgat in sibi contrarium, vsque ad formicam, cui dum illum proteris, sua bilis inest. Hæc naturalis inclinatio nequaquam mala esse potest, cum eam ipse naturæ conditor infuderit, qui pariter & suos odit inimicos: de quo ita Sapiens: *Odio sunt Deo impius & impietas eius.* Secundo aiebant: Hæc lex absit, vt bona sit, quin potius omne nostrum destruit & euertit bonum. Omne namque bonum, quod prætendere vel obtinere potest homo, tribus speciebus boni describitur. Vt notat D. Ambros. *a* & exponit D. Thomas *b* bono scilicet delectabili, honesto & vtili. *Omne bonum, aut est delectabile aut vtile, aut honestum.* Quid-quid laborantes prætendunt, aut sunt deliciæ, aut honores, aut commoda. Hæc autem lex, nec bonum horum aliquod continet, nec adducit, quinimò, hæc omnia destruit. Primum enim quod præcipit non est delectabile, verius dixero, nihil magis bono obstat delectabili: hoc pugnat, quisque

Sap. 14. 9.

a *Lib. 1 de off. c. 9.*

b 1. 2. q. 1. a. 6.

§ 4. II. Omni bono repugnat,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quisque in seipso consideret. Sed nec adducit honorem : quin potius honoris parturit jacturam, qui illud seruat, & ret occidit, quando calumniis & dicteriis appetitur : talem enim vt socordem, & gallinam madidam censent, proverbium est. (a) Vsus sic habet : quando duo inter se rixantur animalia, duo canes, duo tauri, seles duo, etiam duo passerculi, qui fugam capit, & campo cedit, hunc vecordiæ, & pusillanimitatis notamus. Similiter nec vllius est emolumenti : enim his qui te passim iniuriis afficiunt, non contradicas, & in eum, qui te percutit, non insurgas : vnus tibi pallium auferet, & alter viram quoque ipsam eripiet. Ad hoc omnibus natura hanc indidit inclinationem sibi contrariis resistendi, vt quodlibet eorum se in suo esse conseruet, si enim vis vi non repellatur, illico omnis per sui contrarium concidet fortitudo.

(a) Gallina major. (a)

Quod adeò verum est, vt hinc probet Philosophus; præcisè necessarium fuisse, vt mundus componeretur ex contrariis, & vnum contrarium alii se opponeret ac resisteret. Si enim igni nullum opponeretur contrarium, cuncta suo calore consumeret; & si frigori calor non occurreret, qui illud temperaret, cuncta congelarentur. Denique ipse Spiritus sanctus hoc ipsum indicauit, vt exponit D. Augustinus, hac sententia sæpius repetita. *Contra malum bonum est, Eccl. 33. 15 & contra mortem vita, & sic intuere in omnia Eccl. 33. 15 opera Altissimi, duo contra duo, & vnum contra & 42. 25. vnum. Nec fecit quidquam deesse.* Hæc, & multa alia ad rem (ait Marcellinus) obiiciebant Pagani contra hanc Dei legem, ob quæ, illam hæc ita præcipientem bonam non esse concludebant. Et satis manifesta est hæc difficultas : cum quantumcumque Euangelium in toto terrarum orbe fuerit prædicatum: numquam tamen præceptum hoc fixam sedem in hominibus figere potuerit vt ad litteram obseruaretur, quin potius judicans mundus contrarium esse honorificum, vtile, ac delectabile, in suorum cordibus adeò efficaciter insculpsit legem ei contrariam; quam scriptam circumfert in libro duellorum : vt etiam inter Christianos, hæc lex (a) ita mordicus & pertinaci seruetur consuetudine, vt si contra Dei leges prævaleret præscriptio, seu abrogatio, jam nunc nulla nobis eius præcepti superesset memoria; Particulariter autem in Hispania : vbi ob nobilium magnos animos & cordis elationem (teste P. Magistro Fratre Ioanne de Ponte, in sua Monarchia, cui tota multum debet Hispania, eo quòd tam eleganti calamo eius exposuerit prærogatiuas) adeo firmum obtinuit locum, id quod honoris concernit conseruationem, & nominis æstimationem, vt nihil magis verè dixeris, animas orco remittere defunctorum, quàm hæc jam inolita consuetudo.

Lib. 2. de cœl.

Lib. 11. de ciuit. c. 18

(a) calle. (a)

Et quantum ego opinor, & mecum D. Hieronym. hoc ipsum Deus insinuauit, dum olim Ezechieli ostendit inferni suppliciis cruciatos. Adhoc, cum illum præmonuisset, vt pullo & lugubri indueretur vestimento, quasdam deploraturus nationes, quas illi digito notaret : Mentis excessu raptum ad inferna deduxit, vbi, quasi populosam, ac celebrem pertrahi iussit ciuitatem, per diuersarum nationum plateas distinctam, præuidit diuersos illi populos ostendit, qui illic sedem fixerant, vt eiusdem jam oppidani : Et cum illa sit regio, in qua mors regnat : ciuium illorum domus omnes, sepulchra erant, tali artificio erecta, vt in quolibet, damnationis singulorum causa legeretur, admirabili quodam hieroglyphico descripta quo exprimebantur vitia illa, quæ in qualibet natione, consuetudine publica inoleuerant, & pro lege recepta seruabantur. Discurrit igitur totum Ægyptiorum vicum, in quo hi omnes suis in sepulchris morabantur : eorum enim quodlibet sepulchrum instar domus erat huius vici seu plateæ : dein alium similiter Arabum, & post hos Elamitarum : Tandem in vicum incidit Hispanorum, quos vocat Tubal, quo nomine S. Scriptura signat communiter Hispanos : Tubal enim, post diluuium Hispaniam coluit; fuit hic filius Iaphet, nepos Noe, qui eò cum filiis suis deuenit. Ita aduertunt D. Hieron. Theodoret, & alii quos citauimus, & sapienter prosequitur præfatus P. Fr. Ioannes de Ponte.

6 In c. 32. Ezech.

III. Hispanos præuidit Ezechiel.

Tract. 4. n. 36. In sua Monarch.

Negari non potest, Hispaniam nostram militis Sanctis celebrem, & beatorum exercitibus triumphare, qui cælos colunt, & illustrant: cum inuictissimos & gloriosissimos dederit Martyres in Ecclesia percelebres; & tantus est eorum numerus, vt hi quibus nostra gloriatur Cæsar Augusta, sint innumerabiles, & eo nomine tertio nonas Nouembris recolitur eorũ memoria. Prælatos colit adeo præclaros, vt libros impleant historiarum, illuminatissimos Doctores, quorum libris ornantur Bibliothecæ, Illustrissimos Confessores, virgines purissimas, viros insignes, vt licet illi soli triumpharent in cælo, his multum ornaretur & coleretur, quibus Dei gloria quaquauersum diffunderetur: quorum amplissimum catalogum contexunt historiographi; quã ob rationem D. Prudentius, vir eloquentia, grauitate,

lib. 3. c. 28 §. 2. & c. 33. D. Prvd

gravitate, & sanctitate celeberrimus, hoc Sapphicum de eis cecinit epiphonema :

Hymno de S. Fructuo

Deus Hispanos aspicit benignus.

7 Verum & hoc indubium est, multos Hispanorum damnatos & damnari, particulariter, hos omnes, qui ante Christi in hunc mundum adventum, verâ fide caruerunt, & in Dei cognitione obcæcati permanserunt; & hos principaliter signauit Deus Ezechieli, quorum vitia prodebant propriam cuiusque naturæ inclinationem : vt autem Prophetam doceret, quænam magis inter illas nationes essent vsu recepta vitia, monstrat ea in latum distenta, vnumquodque eorum sepulchro suo conclusum ; similiter vnumquodque eorum pro ceruicali gladiis distinctis vtebatur, pugionibus, sicis, & aliis demique armis & axiomatibus libri duellorum. *Posuerunt gladios sub capitibus suis, & fuerunt iniquitates eorum in ossibus eorum: quia terror fortium factis sunt, in terra viuentium.* Quis melius describit Hispanorum conditionem: quos bene dixeris fastuosos Maximos, omnes sibi subditas volunt nationes, quas è sublimi rident; & præesse ob animi elationem contendunt ; vt autem hoc assequantur, naturaliter præ se ferunt oculum & vultum adeo grauem, ac veneratione dignum, vt hoc solo mundum terrere videantur, & pedibus superbissimos quosque & fortissimos substernere : & hoc significat : *Terror fortium factis sunt in terra.* Ob quam etiam rationem, vt aliqui Doctores notant, illos Deus nominat populum terribilem, quando agit de mittendis illis Euangelii prædicatoribus, populum formidandum. *Ite Angeli veloces &c. ad populum terribilem, post quem non est alius.* Septuaginta legunt : *Ad populum timendum & formidandum.* Hæc autem adeo vera & indubitata sunt, vt Cicero nominet Numantiam oppidulum Hispanorum, terrorem, & populi Romani formidinem (alii Soriam vel Zomoram dicunt.) Addo Lucium Florum qui asserit Romanis adeo terribiles fuisse Hispanos vt Romanorum nemo militis Numantini vultum fixis oculis auderet intueri, nec vocem eius audire : de quibus mira refert Auctor præfatus. Hinc illis innatum, armis ita deditos esse, vt de eis Franciscus Franciæ Rex dixerit (teste Marinæo Siculo) se opinari, ex ventre matris armatos illos prodire ; Prisci illos Martis filios vocabant, quem particulariter adorabant Hispani : ita Strabo. Vnde de illis loquens Deus Ezechieli ait eorum peccatum fuisse ; quod *posuerunt gladios sub capitibus suis*, quid dicitur (teste D. Hieronim.) reponebant & collocabant ex propositâ animi voluntate sub capitibus suis instrumenta bellica, arma, & vindictæ gladios. *Requiescentes in animo perduelli* : in tantum vt nullam caperent quietem nisi illis suppositis Ob quam rem dicit Iustinus historiographus, quod dum illis externi non occurrerent hostes, cum quibus confligerent, domi hostem quærerent, *Si extraneus deest, domi hostem quærunt.* Concludit de illis Titus Liuius : *Feroxgens, nullam vitam rati, sine armis esse.* Superbia hæc & honoris seu animi sui æstimatio, vitium est medullis ossium inuisceratum, proinde eorum insignia sunt nudi gladii, arma & instrumenta duelli: Illa, inquam, quibus & vnum sibi subjicere, & alterum expugnare contendunt, cæteris cum nationibus suum propugnare honorem, & sartas tectasque duelli leges conseruare Hæ inter illos maximè inualuerunt, & in tantum, vt, sicut exorti sumus, si diuinæ leges per oppositam consuetudinem & vsum contrarium possent abrogari : jam nunc in Hispania ne puluisculus hujus præcepti superesset.

Exech. 32. 27.

IV. Hispanorum descriptio.

Iust. Lib. 44.

Tit. Liv. Lib. 34. c. 17.

Isai. c. 18. 2.

Oratio pro Murena.

Lib. 3 c. 7. §. 1. & seq Lib. 3. de situ orbis.

Verumtamen diuinum est, & firmum fundamentum, quod S. Theologia concludit, quod exponit D. Thomas contra Dei præcepta nullam posse præualere præscriptionem, quidquid sceleratissimi & sæculates moliantur, & oppositam illis consuetudinem introducant. Et appositè nobis hoc significat Dauid (cujus sententiam expendit D. Basil.) dum ait : *Fidelia omnia mandata eius, confirmata in sæculum sæculi.* Norunt omnes decretum Spiritus sancti nobis prælectum, qui cum dixisset & declarasset quâ ratione Deus, statim ab initio creaturæ, creans hominem diuinas suas leges hominum cordibus insculpserit adeo profundè, vt qui eas eradat, sit nemo (& hoc ipsum diximus de lege naturali quam auctor naturæ eidem impressit) & postmodum eas exterius scripras in duabus tabulis lapideis, euulgauerit, vt in æuum durarent : adjungit : *Non sunt absconsa testamenta per iniquitatem illorum.* Non præualet malitia, licet ex ea confluat matris abyssus, abscondere vel diminas leges submergere Crescant aquæ, intremant & adeo intumescant, vt submergant nedum naviculas, sed & majores Galeones, triremes, onerarias, prædatorias, rostratas, hominum consilio, arte, & manibus constructas, æque ac si numquam eas homo maris fluctibus commisisset : verum Arca hæc ex ligno quadrato & leuigato compacta, & Dei voluntate, decreto, & sapientiâ constituta.

8 *1. 2. q. 34. a. 5 & 6. & q. 97. a. 3.*

In Ps. 110 Ps. 110. 18

V. Contra Dei legi nulla valet præscriptio.

Eccl. c. 17. 27.

VI. Arca illi præfigurat mundi nefcia.

constituta, his numquam potest aquis concuti, vt pereat; multiplicentur aquæ, accrescant, furentibus vndis eam oppugnent, his semper superior victrixque triumphabit. Licet malæ hominum consuetudines in tantum prævaleant, vt annihilent, abrogent, submergant, quas ipsi condiderunt leges; diuinas tamen numquam extinguent: prius enim lupus ouem ducet vxorem: Hæ enim semper victores, semper fluctibus, vibus, consuetudinibus superiores fuerunt. Ita nos alibi. Si contra Dei leges non datur præscriptio, ergo nec contra hanc vlla valebit, cum ea sit, quam ipse proprio ore promulgauit, cum in montis cacumine residens in corona suorum discipulorum & numerosæ multitudinis in sonitu buccinæ eam proclamauit: *Audistis: quia dictum est antiquis &c. Ego autem dico vobis: Diligite inimicos vestros.*

Tract. 4 n. 34. & seqq.

Apud Lyranum.

Aures arrigite & præsentes adeste. Ingeniosè ponderat Origen. historiam filiorum Israel. Eduxit Dominus Abraham de terra sua, vt habitaret in terra Chanaan, idque in Geraris, ciuitate Palæstinorum. Terra est sicca valde & arida, præcepit Abraham seruis suis vt puteos foderent, ad irrigandos campos & arua, inter quos celebriores fuerunt: *Puteus viuentis & videntis; puteus juramenti Bersabee.* Palæstini vero terreni, inuidi illos obstruxerunt, implentes humo: *Omnes puteos quos foderant serui patris illius Abraham illo tempore obstruxerunt, implentes humo.* Accedit Isaac, & cum vult mutare locum, præcipit ei Deus, vt in illa sedem capiat promittens ei messem omnium frugum abundantem. Qui statim sedulus, puteis terram eruit, eosque cunctis sordibus expurgauit. Et licet se Palæstini opponerent, omine tamen hoc auspicato, peregit. Quid hoc rei? inquirit Origen. Quot puteos olim fodit Deus per manus seruorum suorum, ad irrigandum animas? Quot leges? quot statuta? illos humo oppleuerunt Pharisæi, falsarii, qui cupiditatum suarum terra illos obstruxerant, vt nec ipsi ex eis biberent, nec alios bibere permitterent? quibus Christus minitans ait: *Væ vobis legisperitis, quia tulistis clauem scientiæ ipsi non introistis, & eos qui introibant, prohibuistis.* Ambulant per sata Apostoli Sabbato, colligentes spicas, confricantes eas manibus suis, vt grana comederent; magnum delictum: illico queruli Christum adeunt Pharisæi, Apostolos vt legis Sabbati transgressores insimulant; obstruxerant legem illam Sabbati, qui credebant, non licere Sabbato hominem curare ex legis præcepto. Adest Christus Redemptor noster, terram eruit, eos interrogans: *Non legistis, quid fecerit David &c. Si autem scire-tis, quid est, misericordiam volo & non sacrificium, numquam condemnassetis innocentes.* Cæcum à natiuitate illuminauit Christus, & cum condemnant transgressionis Sabbati: *Non est hic homo à Deo qui Sabbatum non custodit.* Puteum hunc obseruantiæ Sabbati, quem Deus per Moysen foderat, & Pharisæi humo repleuerant, expurgauit Christus, & tellurem extraxit vt sanas regurgitet aquas, eum nobis tradens bene declaratum. O quis puteus iste amor inimicorum, quantis eum sordibus oppleuerant, verum eum hodie Christus expurgat: *Ego autem dico vobis: diligite inimicos vestros.* Durus hic videbatur bolus sensualitati obstruatur: *Audistis, quia dictum est: diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum.* Adest autem Christus illum expurgans: *Ego autem.* Ne tibi persuaseris peruersam hominum consuetudinem in diuini præcepti prævaricationem introductam, contra Dei legem posse præscribere. Hæc enim semper prævalebit, quantumlibet hominum malitia sese opponat, eique refragetur.

Matth. 12. 3.

Ioan. 9. 16.

VII. Allegoria de puteis obstructis. Gen. 26. 15.

Luc. 11. 52.

Insolitum quid expendunt SS. Patres, & præcipuè D. Prosper de virga illa, quam Deus tradidit Moysi, vt in ea mirabilia diuinæ Omnipotentiæ signa patraret. Proiecta in terram versa est in colubrum, spectante Pharaone. Magi incantatores à Pharaone citati, vt virtutem, quæ in Moysi virga relucebat apertius, destruerent, effecerunt & ipsi similiter, virgas suas proiecerunt in terram, & ecce vertuntur in serpentes, vt virga Moysi. Videbatur jam hoc prodigium virgæ Moysi, in colubrum conuersæ, illusum & aliquid diuinæ Omnipotentiæ detractum, quæ testem suæ virtutis assignauerat hanc virgam, cum idem signum in virgis Magorum claresceret: Verumtamen adest Deus, vt virgæ suæ fidem sartam, tectamque conseruet, voluitque, vt hæc sola cunctis prodigiis Magorum præualeret, & omnes eorum virgæ verterentur in nihilum, seu per palmam virtute virgæ diuinæ referente. *Deuorauit virga Aaron, virgas eorum.* Enucleat D. Aug. hoc verbum *deuorauit*, vt nihil earum superesset: quid hic speculor? Arcanum quid: Serpens symbolum est sapientiæ, & indicaba: hanc coluber Moysi, & Magorum serpentes, qui de Dei sapientia differebant, quam Moyses virgâ suâ manifestabat. Et de deceptoria sapientia, quam conabantur Magi producere in contra positionem alterius, ne illa prævaleret. O virgam Euangelicam! O sapientiam diuinam!

Apud Lyranum.

VIII. Virga Aaron, aliàs virgas, deuorat.

Exod. c. 7. 12. q. 21. qq. in Exod.

nam ! *Virtus Dei est in salutem credentium.* Pro-
Rom. 1. 16. 1. Cor. 1. 20. » jectam terram, prædicata in mundo, munda-
» nam devorauit sapientiam : *Vbi Sapiens, &c.*
» *Nonne stultam fecit Deus sapientiam huius mundi?*
» Vbinam modo idola? quo euanuit cultus, quo
» ea homines adorabant? Quo fugit eorum ja-
» ctantia, quâ sibi terrarum orbem subjugasse
» applaudebant: Iam nunc hoc totum in fumos
» abiit. *Deuorauit virga Aaron virgas eorum.* Iam
Ps. 109. 2. » misit Deus suæ diuinæ virtutis virgam, legem
» Euangelicam, quæ toto dominaretur orbe. Ita
» præcinit Dauid: *Virgam virtutis suæ emittet.*
» *Dominus ex Sion: dominare in medio inimicorum*
» *tuorum.* In medio mundi omnia sibi subjecit Et
» quo dominio? quod hæc sit illa sola lex, quæ
» prævalet, & cæteræ huic Euangelicæ legi con-
» trariæ, titulum non mereantur legis, nec vt eis
» obedientia seruetur, & omnes in nihilum eua-
» nescent; his omnibus superior lex Euangelica
» triumphabit. Sola autem Monomachiæ lex, vi-
» res & auctoritatem inter homines videtur ob-
» tinuisse, cum videamus, etiam inter illos, qui
» de Christiano nomine gloriantur, eam radices
» egisse profundissimas. Timete vero, ne contra
» vos Euangelicæ legis virga consurgat, quâ vos
» Deus, vt olim Pharaonem durius cædat, &
» contra leges & consuetudines vestras prævaleat.
» *Deuorari ergo, & non deuorare potuerunt* (ait Ru-
Rvp. » pert.) *qua deuoratrices esse videbantur, & non*
» *erant.*

O Domine, & quis credat, quòd dum Chri-
» stus suam abscondit sapientiam, eam & mundi
» potentiâ, & doctorum non deterrent sapientiâ?
Is. 53. 1. » *Quis credidit auditui nostro?* Postò non deuo-
» rabitur, quinimò, hæc cæteras deuorabit, eis
» prævalebit, eas superabit: dum illæ exauctò-
» ratæ & abrogatæ contemnentur; ita vt nulla
» consuetudo, lex nulla contra Dei possit præ-
Rom. 1. 16. Ioan. 1. 6. 61. » scribere sapientiam, floret enim virtus Dei in
» lege Euangelica. *Virtus Dei in salutem.* O quam
» bene nobis tibi, Domine, licebit dicere cum
» Iudæis retrocedentibus: *Durus est hic sermo, &*
» *quis potest eum audire?* Ad hoc eliguntur Præ-
» dicatores, Ecclesiæ dentes, qui bolum hunc
» commolant, comminuant, & reddant, suauem,
» qui trajici, quidigeri possit, in animæ nutri-
» mentum, charitatem intelligo; hæc enim est
» animæ vita. Edendus est hic bolus, quem si
» non comederis, morte morieris. *Qui non diligit*
1. Ioan. 3. 14. » *manet in morte* Durus est, commanducemus
» illum & clarè perspicies quod nedum non sit
» contra totius boni rationem, sicut Gentiles ap-
» prehendebant, sed potius omnis boni speciem
» contineat delectabilis, facilis, honesti, vtilis.
» *Delectabile, honestum & vtile.* Comminuamus,
» & de verbo ad verbum perpendamus, & Dei ad
» hoc gratiam imploremus, qua vobis promitto,
» id efficiemus, vt non solum vobis hic bolus non
» displiceat velut asper, & indigestus; verùm eo
» frusto nihil sit suauius, & animæ sapidius, vt
» qui ederit illum, adhuc esuriat, & qui biberit
» adhuc sitiat. Nec vobis multum videatur id
» quod promitto, hoc enim sibi Rex Dauid per-
» suasum habebat, dum ait: *Legem pone mihi,* Ps. 118.
» *Domine, viam justificationum tuarum, & exqui-* 33.
» *ram eam semper.* Opinatus est D. Ambros. Da- & 43.
» vid recordatum esse eius beneficii olim à Deo
» Israelitis impensi, quando eos de Ægypto edu-
» cens, mirabilem illam accendit lucis columnam
» in ducem præuiam itineris ad terram promis-
» sionis, quod ipsi per se ausi non fuissent ag-
» gredi, cum per inuia & inaquosa Arabiæ de-
» serta esset proficiscendum, quod ipsum & alio
» loco Dauid insinuat: *Notam fac mihi viam, in* Ps. 142.
» *qua ambulem.* Eandem nobis semper repeten- 8.
» dam orationem prælegens. Hunc discursum
» prosequitur graui suo stylo D. Ambros. ad hoc
» adducens quædam ex Canticis scripturæ
» loca.

Verum D. August. objicit, & quasi attonitus Con. 2. ep. Pel. lib. 1. c. 8.
» hac oratione, sic Dauidem interrogat. Quid
» postulas, o vir sanctissime? *Legem pone mihi,*
» *Domine.* An legem tibi statutam non habes? An
» eam tibi non tradiderunt? Post eductum po-
» pulum de Ægypto, illico legem ei seruandam
» præscripsit: primum voce tam sonora, vt eam
» Moyses, Aaron, & omnes audirent; cum præ-
» misisset, fulgura, tonitrua, sonitum buccinæ, &
» vt omnes eam attenti intelligerent; & eandem
» ipsam tabulis lapideis insculptam tradidit, quæ
» in testimonium arcæ inclusa asseruatur, quam
» & tu o Rex, & omnis populus præsentem ado-
» ratis. Denique nota est hæc sententia quam di- Lib. 7. pol. c. 3.
» xit Aristoteles communem inter Philosophos, Lib. 2. Ethic. c. 1.
» & maximè Platoni familiarem, vt refert D.
» Clemens Alexandrinus, & valde certam nobis
» confirmat D. Paulus: *Lex justo non est posita.* 1. Tim. c. 1.
Hanc propositionem multifariam SS. Patres
» elucidant. Quid igitur rogat Dauid: *Quid ergo*
» *orat, vt sibi lex à Domino ponatur, si non ponitur* D. Aug. Tom. 8.
» *justo?* Dominum rogat (respondet D. Aug.) vt
ei Deus legem ponat, non sicut populo anti-
quo, qui vt eam solis corporis auribus perci-
piebat, & scriptam tantum vidit, solis exterio-
ribus oculis, tam indigestam asperamque judi-
cauit, vt eam nunquam aut potuerit aut vo-
luerit

luerit deglutire: sed vt eam animæ suæ inscribat, eo modo, vt intelligat iustificationes, quas includit, & in eo id efficiat, quod postmodum promisit per Prophetam suum Ieremiam relatum à D. Paul. *Ecce dies venient, dicit Dominus, & consummabo super domum Israel, & super domum Iuda testamentum nouum.* Attendenda est vis huius verbi: *Consummabo.* Cœpit Deus legem suam dare, & cum sit homo corporeus, & omnis intellectus principium, sint sensus corporei, eam dedit eo modo, vt illam corporis auribus, & oculis perciperent, & vt talem tanquam asperam, duram, quæ de facili non posset deglutiri, accusarunt. Verumtamen (replicat Deus) dabo ei in testamento nouo vltimam perfectionem, & pariter congruentem ei spiritum, eam cordibus eorum & intellectibus inscribens, vt eius capiant & sanctitatem & iustificationem. *Dabo leges meas in mentem eorum, & in corde eorum superscribam eas.* Quando quidquam non intelligis, ais, hoc mentí meæ non incidit. Dabo, inquit, legem meam eo modo, vt eorum mentem penetret, & hoc requirit Dauid. Domine, ita mihi da tuam legem, vt eius capiam iustificationes: *Legem pone mihi Domine.* Verbum (*pone*) transfert Symachus: *Demonstra*, Aquila, *Illumina*, Apollinaris. *Doce*, D. Hieron. *Ostende mihi.* Vnde Dauid: Legem tuam pone mihi, Domine, vt eam non tantum auribus, & superficialiter percipiam, sed vt eam intelligam, tam in se iustificatam, & mihi vtilem, vt si eam apprime intellexero, certum sit, eam me perpetuo secuturum, & magno mentis ardore, & desiderio quæsiturum. Vt autem hoc significet, non ait (vt notat D. Ambros.) *quæram illam*, sed *Exquiram*: quod significat anxie, sollicite quærere, vt fontem sitiens exquirit. Insuper vt se magis declaret Propheta; prosequitur: *Da mihi intellectum, & scrutabor legem tuam, & custodiam illam in toto corde meo.* id est summa delectatione.

Ne tibi persuaseris Dei leges similes esse Mahumetis præceptis, quibus vetabat, ne leges suas perscrutarentur: sciebat enim hoc mentis scrutinio, earum statim percipiendam & turpitudinem, & irrationabilitatem: quinimo Deo placet (ait D. Bern.) nos legem eius perscrutari: addo & Dauid eos beatos canonizare; *Beati qui scrutantur testimonia eius.* Notandum ex D. Bern. magno pondere nobis dici à Spiritu sancto: *Qui scrutator est maiestatis opprimetur a gloria.* Et non dicit: *Scrutator voluntatis*: Equidem etsi non liceat arcana Diuinæ Maiestatis scrutari, qualiter Deus vnus sit in essentia, trinus in personis, qualiter procedat ex patre Filius via intellectus genitus, & non spiratus, & qua ratione Spiritus sanctus ex Patre & Filio, per actum voluntatis non genitus, sed spiratus; qua ratione ad sui gloriam quosdam prædestinauit, alios vero reiecit, nec alia altissima, & profundissima sapientiæ suæ consilia.

Verumtamen non male fecerit, qui Dei in se collata scrutatur beneficia, eaque ex gratuita sua voluntate, & immerita, vt immensas pro eis referat gratias; leges quas illi Deus in suam præscripsit salutem, & bonum, vt eas ad amussim obseruet. *Formidolosa scrutatio Maiestatis* (ait D. Bernardus) *at voluntatis tam tuta, quam pia.* Ad hoc se vltimum supplicat Rex David lucem & intellectum: *Da mihi intellectum, & scrutabor legem tuam*: Cum enim lex hæc sit diuina, ad eius iustitiam & iustificationem capiendam, necessaria est lux diuina. Ne eam ad lumen mundi consideres, aut terreni intellectus, nec ad lucem, quæ superficialiter tantum res intuetur, sicut mundi cultores faciunt, de quibus Propheta Baruch: *Filii Agar, qui exquirunt prudentiam, quæ de terra est, & viam sapientiæ nescierunt*: Sed à Deo donum flagites intellectus. *Da mihi intellectum*: Quod lumen est quoddam supernaturale, quod animæ medullas illuminat, vt ea videat & cognoscat, ad quæ pertingere carnales oculi minime possunt; sicut prosequitur D. Thom. Lux hæc est, cuius Dauid excellentiam cognoscens, Deo gratias agebat, quod ei illam infudisset: *Benedicam Dominum, qui tribuit mihi intellectum.*

Perscrutans o Domine, legem superna illustratus luce, & dono intellectus, tam præclaras in ea rationes boni inueniam, vt *custodiam illam in toto corde meo.* Voluntas habet pro obiecto suo æquali & proprio, bonum; eo modo, vt ad id solum & id omne, quod sibi vt tale repræsentatur, se conuertat, tanto maiori cum impetu, quanto maiores boni rationes inuenerit. Quocirca si intellectu perscrutante, inuenerit, & sibi bonum tam ex omni parte perfectum obiiciatur, vt in eo omnes rationes boni perspiciat, bonum quod in se comprehendat rationem vtilis, delectabilis & honesti, seu honorifici, ad id se totum conuertet. Omnes vero has rationes boni, reperiam o Domine in lege tua, illam diuina tua luce perscrutatus, quamobrem *custodiam illam in toto corde meo.* Huic annecte id quod Diuus Augustinus aduertit, quoties in S.

Hebr. c. 8. — IX. Lex Dei diligenter ruminanda. — D. Ambr. — D. Bern. Serm. 6 in Cant. — Pſal. 118. 2. Prou. 25. — D. Bern. — Baruc. 3. 23. — 2. 2. q. 8 a. 1. & 8. Pſal. 15. 7.

» S. Scriptura nominatur lex Dei absolutè, hoc
» intelligi de lege amoris, quam Christus voca-
» uit suum præceptum, & ex ea totam legem de-
» pendere declarauit; pariter & Prophetas. *Ple-*
Ro. 13. » *nitudo legis est dilectio. Et qui diligit, malum non*
10. » *operatur.* Secundum hoc, principaliter loqui-
» tur Dauid de lege amoris. Illam ergo perscrute-
» mur, & attentis in ea totius boni cunctis ratio-
» nibus, obligabitur voluntas eam summa cum
» voluptate custodire, Dei corroborata subsidio.
»

§. 3. Est *hæc lex eo delectabilior, cum sit Dei, quo duriores sunt & crudeliores leges dæmonis.*

10 DIco primum, si rem attentius consideremus, est hoc præceptum facile, suaue, & plenum dulcedine. Hoccine Pater? Omnino & ipsum videbis, manuque tanges, si primum verbum commanducemus, quod est illud pronomen, (Ego) quod primum Christus dixit, quasi fundamentum. Attende (quæso) quis sit ille, qui tibi dilectionem præcipit inimicorum. Hoc ipsum voluit per Isaiam, vt in omnibus eius præceptis considerares, vt ea nobis facilia redderentur, & ea esse suauia intelligeremus. *Isa. 51. 4.* *Attendite ad me populi mei, & tribus mea, me audite: quia lex à me exiet.* Hæc perpendens D. Ioannes dixit absolute: *Mandata eius grauia* *1. Ioan. 5. 3.* *non sunt.* Diligenter sollicitus fuit D. Ioannes, vt ab ore Christi suspenderetur, & maiori ra- *Eccles 8. 2* tione dicere potuit illud Salomonis. *Ego os Regis obserua.* Duo notantur à Sanctis præclarissima, in Christo Domino, dicere & agere. Alii tres Euangelistæ oculos suos; particulariter coniecerunt in efficaces Christi manus, quibus tot stupenda faciebat miracula; proinde in illis enarrandis plus occupantur. D. vero Ioannes singulariter aciem suam ad Christi os deflexit, dum doctrinam eius & verba perpendit, quæ ex eius ore procedebant, proinde ad illa specialius referenda calamum parat. Videtur interfuisse illi concioni, quam Christus habuit in monte, vbi diuinus ille legislator aperiens os suum supernas promulgat leges, & in rei veritate, penè omnes, quas habemus, tum temporis decreuit, & inter illas hanc quoque. *Ego autem dico vobis: Dilegite inimicos vestros*, quibus auditis, nos al- *1. Ioan. 5. 3.* loquitur: *Mandata eius grauia non sunt.*

I. Dei mandata grauia non

Nolim inaduertenter prætereas hoc pronomen (*eius*) q. d. Attendite & videte, quis ille sit, qui vobis hoc mandatum præscribit, & ex eo clare elicietis grauia non esse: *Mandata eius.* Quis est ille? ipsa suauitas, ipsa gloriæ dulcedo. Hinc ergo collige, esse eius leges suauissimas, leuissimas, & dulcissimas. Hoc fundamento nixus D. Chrysost. eleganter, & subtiliter discurrit *a* de quo scripsimus alibi *b*. In omni bona philosophia hoc axioma receptum est: legem esse filiam legislatoris: nihil enim aliud est, quam decretum cusum & conceptum in mente legislatoris (quam D. Aug. vocat ventrem animæ) in pectore & visceribus eius, quod ore quasi parit; proinde necessario simile debet esse legislatori, & valde conforme eius intellectui, pectori, visceribus, & eius naturæ apprime conueniens, sicut filius per omnia similis est patri, qui eum genuit. Quocirca catulus Leonis, formitudinem habet eius, qui eum genuit, nec est illi aliunde quærenda: Tigris vero secum annatam defert viscerum crudelitatem, in quibus fuit concepta; & lupi catulus voracitatem propriam ei, qui eum peperit: & vulpes docta versutias ad decipiendum, sine magistro; pariter & agnus ouis parentis præfert mansuetudinem. Quis non admiretur artificium sublimatorium ab hominibus inuentum ad distillandas aquas. Iniicis ventri eius herbas, & calore ignis, qui illum calefacit, vapores eliciuntur, qui in suprema ceu conuexum ascendunt, qui ibidem compressi, paulatim, per os, seu sublimatorii fistulam distillantur; & effluit aqua clarissima. Qualis vero est illa, quæ effluit aqua? Talis, quales sunt herbæ, quas in ventre sublimatorii posuisti: Si rosas, violas, cariophyllon, lilia liquefecit & guttatim defluit aqua odorifera. Verum si herbas fœtidas, & qualitatis fortioris immiseris, ne mireris; si aqua effluat eiusdem qualitatis: quia illis conformis est. Legislatorem in Republica bene dixeris esse sublimatorium, qui loco suis emicentibus ex ore suo distillat aquas legum suarum impudicissimas, profluunt autem illæ, ex eo quod pectori inclusum gerit: Res enim considerat, secundum quod eas ipse capit: illas perpendit, ascendunt cogitationes variæ in caput eius, & hoc expedire, illud præiudicare, hoc præcipere, illud prohibere concludit, hinc profluunt, & eliquantur leges, ex ore eius clarissimæ. Hoc posito, nemo ambigit, quin pectori eius & menti sint conformes, & ei, quod intus gerit, conuenientes. II.

II. Similiter do.

Hanc Christus philosophiam insinuat dum ait: *Matt. 12. 34.* *Ex abundantia cordis os loquitur* &c. *Et bonus homo de bono thesauro profert bona, & malus homo de malo thesauro profert mala.* Eandem etiam docet

a Hom. 23. ad pop. b Tract. 2. n. 5. & 6. seqq. Lib. 10. Confess. c. 30. & epist. 111. c. 1. & de mor. Manich. l. 1. c. 20.

Ezech.17. 7. docet Sapiens hic verbis: *Sicut rusticatio de ligno ostendit fructum illius: ita verbum exegitatum homine, cor eius.* Vult dicere, sicut ex textu Græco colligimus, & benè declarat Lanſenius Epiſcopus Gandauenſis, ſicut arbor vel planta, quæ de terra exereſcit, oſtendit, quid illud ſit quod operarius agricola in terræ viſceribus recondidit: quod ſi nux prodierit, nux erat, quæ in terra abſcondebatur; ſi malum punicum, ſemen plantauit mali punici. Ita dixerim de ſententia seu lege, quam homo ore ſuo profert; hæc enim arguit id, quod cordis viſceribus incluſum gerebat, cum hæc de corde eius procedat, vt filia tali patre genita, eius naturam & ſimilitudinem referat. Quis hoc non reipſa experiatur in Pharaone. Hic Rex erat Ægypti, & vt à tali condendæ erant leges conſeruationi Reipublicæ neceſſariæ. Confiderat populum Hebræum, cui prædeceſſores ſui, ob beneficia à Ioſeph olim recepta, honeſtum aſſignauerant habitandi locum aduertit populum indies multiplicari nimis, germinantes, quaſi ſidera cæli. Quid tum? ſecum cœpit tacitus cogitare, ſi res ita vlterius proficiat, & populus in dies numero accreſcat: verendum, ne fortior nobis, arma ſumat, moueat ſeditiones, expugnatiſque nobis egrediatur de terra. Vt huic damno tempeſtiuè obuietur, legem omnibus condit obſtetricibus, quæ mulieribus Hebræis parientibus operam ſuam nauant, *Si maſculus fuerit, interficite eum ſi femina reſeruate.* Bone Deus, vt in cor hominis tanta cadat crudelitas? Age, Rex crudeliſſime (vrget D. Auguſt.) quid hi commiſerunt paruuli criminis? quid contra regnum tuum moliti ſunt, cum vſque modo illud non intrarint, imo nec in mundum ipſum vt contra eos talem ſtatuas legem, ab omni clementia prorſus alienam? Ne mireris; Quæ enim lex ex tali ore proferri debuerat, niſi quæ conformis eſſet ei, quod pectori incluſum gerebat? Erat enim efferatæ ſæuitiæ homo, qui nemini magis parcebat, quam lupis; Deo refractarius, Getis ingratior, & vt paucis perſtringam, audiamus, Spiritus S. de eo teſtimonium: *Surrexit Rex nouus, qui non nouerat Ioſeph.* q. d. Homo erat vilis, abiectus, tot receptis beneficiis inhumanus, ita vt ea modis omnibus ſtuderet abſcondere; & ab hominum memoria eradere, beneficia hæc tam præclare, quibus Ioſeph Ægypti regnum octoginta annis affecerat; Lex ergo tam inhumano, ferali & ingrato pectore enata, conuenire debuit tantæ inhumanitati, ſeritati & infanticidio.

Exo.1.16. ſer. 89. de tempora.

Exod.c.1. 6.

Attende Nabuchodonoſor mundi totius Primatem Monarcham: hic legem ſtatuit, quicumque ſapientum, Aruſpicum, Ariolorum eius non poſſet conijcere ſomnium, illiuſque edicere ſignificatum: omnes perirent, & domus eorum publicarentur, & huic conformiter præcepit, magnus eorum numerus periret. *Vt perirent omnes ſapientes Babyloniæ:* Quia noctur- Dan.c.2. num eius ſomnium coniectare non potuiſſent. 12. Quam legem iure merito Daniel vocat crudele decretum. *Crudelis ſententia.*

Deinde aliam condit legem, vt omnes adorent ſtatuam eius auream, quam erexerat, idque ſub pœna mortis, & hoc tam ſyncere, vt eius legis refractarios mitteret in fornacem ignis ardentis. Quis credat, quemquam adeo poſſe ſtultiſcere, vt tales promulget leges? Facile credes, ſi pectus eius Luciferiana inflatum ſuperbia & dæmoniaca ambitione turgidum, & Satanica præſumptione temerarium, & ſui ipſius æſtimatione ſtolidum adnetteris: qui ſe vt Deum credebat, & volebat vt inueniretur nemo, qui eius non obediret vel minimo verbo, imo & eius cogitationibus. Quam hinc ſperas legem enaſciturum, niſi quæ manum det tantæ ſuperbiæ, & cuanidæ præſumptioni?

Tertium vobis produco Regem Saulem: bellum & congreſſum parat aduerſus exercitum hoſtium numeroſiſſimum; ſummo mane, eluceſcente die legem indicit, ne quis ſub pœna 1.Reg.14. capitis aut comedat aut bibat; nec micam pa- 25. nis, nec guttam aquæ. *Maledictus vir, qui comederit panem vſque ad veſperam. Donec vlciſcar de inimicis meis.* Quis audiuit vnquam tale, aut quis vidit huic ſimile? Num quid exercitui magis eſt commune, quam congreſſionis tempore milites cibo potuque recreare, quo vires, quo animos, ad pugnam recipiant? Omnium in hoc conuenit ſententia. Perſpicuum enim eſt, ſi fame deficiant, illa prius quam hoſtis, illos proſternet. Et hæc fuit illa lex, quæ in vitæ diſcrimen adduxit filium eius primogenitum, addo & totum exercitum. Facilis eſt reſponſio; conueniebant lex & legiſlator: Erat ille homo edurus, fortiſſimus, querceus; qui biduanum poſſet ſeruare ieiunium, nec quidquam ei decreſceret, huic tanto roboti lex correſpondebat.

IV.

Quid dicam? ipſa nos docet quotidiana experientia in Religionibus: quiſque enim Præ- & ſuperlatus ſtatuta ſancit ſuæ naturæ & inclinationi riores in congruas: Videbis Prælatum robuſtum, optime religioni valentem, qui abſtemius tres dies perſeueret, & bus,

vigili

vigil: hic præcipit ieiunia, hortatur ad abstinentiam, prædicat pœnitentiam. Alium licebit videre tristem, solitarium, hic silentium, solitudinem & secessum instituit: nec illum quid magis fatigat, quam si quis subditorum exeundi petat licentiam. Illum suspicies vt spiritualem, orationis cultorem, chori amicum, quidquid agit, loquitur, præcipit, consulit, chorum sonat, & quod illum maximè cruciat, est in choro defectus. Ex hoc principio trahit D. Chrysostom. *Hom. 29. cit.* leges Dei non posse non esse suaues, leues, benignas: dæmonis autem asperas, duras, laboriosas, & mille difficultatibus innodatas: Si enim leges esse debent conformes legislatoris naturæ, & eius quod ipse visceribus gerit occlusum, tu considera, quid Deus suis recondat viscetibus. Quid vero Deus viscetibus recondit, nisi gloriam, requiem, dulcedinem, clementiam? Exclamat Sapiens: *O quam bonus & suauis est Do-* *Sap. 12, 1.* *minus, spiritus tuus in omnibus. Tu Domine suauis* *Psal. 85. 5.* *& mitis*, exclamat Dauid. Et iterum: *Quam* *Ps. 30. 20.* *magna multitudo dulcedinis tuæ Domine!* Tales indubie, erunt leges, quæ de sto procedent pectore. *Guttur illus suauissimum.* Sic sponsa sponsum laudat & sicut in Hebræo legimus: *Guttur* *Cant. 5. 16.* *illius suauitates.* Si profluerent aquæ riuus per tubum sacchari nectareum, & omnes fistulæ seu canales, per quos defluit, panes essent sacchari, & in sua origine in sacchari concauum decideret: quis huius aquæ caperet dulcedinem? Tales esse proclamo leges, Dei ore manantes, *Apoc. 21.* quæ ob hanc caussam vocantur à D. Ioanne: *15.* *Mensura arundinea.* Quæ leuissima est; prout *Tract. 5. p.* egimus. Dæmon vero, quid suo in pectore ge- *3. §. 5.* stat, nisi dæmoniacam malitiam, pœnam horrendam, ferocia tormenta, intolerabiles nequitias, terribilem Tigridem? Tales timendæ sunt eius leges, & quidquid sibi subditis mandat, feritatem, anxietatem, difficultates, tormenta, & mortem spiratæuiternam.

V. Nec non & diabolus.

Hoc facile est probatu, si ea spectemus, quæ idolalatris præcipiebat, quem absolute vt Deum adorabant, & eius regimine & legibus viuebant. Quid porro ab ipsis exigebat? Vt filios, sibi charissimos enecarent, & ipsi eis necem inferrent quos intimè diligebant & sanguinem offerrent eorum, qui cæteros formæ venustate præcellebant; & proprii patres ac matres filiorum essent carnifices: Hoc ipsum toties nobis in memoriam reducit S. Scriptura per os *Ps. 105.* Dauid: *Immolauerunt filios suos, & filias suas* *37.* *dæmoniis.* &c. *effuderunt sanguinem innocentem* &c. Quinimo & nostro ævo, in vnica ciuitate Mexico, antequam illis Euangelii lux effulgeret, quidam ibidem Diabolus adorabatur, qui hanc illis legem statuerat, vt ei singulis annis offerrent viginti millia corda parnulorum, & in holocaustum adolerent. Quis tibi infensissimus hostis, (æuiora peteret? Et modo, his qui ei seruiunt, attende (ait Diuus. Chrysostom.)

Quæ mandat, non nisi duriora, laboriosa, & in- 13
tollerabiles contumelia cruciatus? quid tibi præ- *Hom. 13. cit.*
cipit? vt fureris, vt mactes, vt irrites, vt mulierem alienam ad inhonesta sollicites? quid eo laboriosius? si talia tibi Deus præciperet, quid diceres? si tibi Deus præciperet furari, & alteri pallium tollere, non quereteris? quid? quomodo hoc facturus sum, multam secum trahit hoc difficultatem, & expono periculo honorem meum, meam salutem & vitam. Si tibi iniungeret, vt alienam vxorem prouocates, vel vicini tui filiam, an non opponeres? Domine arduum hoc est, & inexhausti laboris opus, negotium est multæ anxietatis, audaciæ, periculi. Mille me expono controuersiis, iurgiis, inimicitiis cum marito, cum patre, cum parentibus, cum mea vxore, & bonis omnibus; & vt ad rem recurrat oratio, si hæc eius esset lex vt perpetuas gereres inimicitias, vt pertinaces & vindictæ cupidum te exhiberes, vt numquam hostem in gratiam reciperes: quot replicas audiremus. Quid? num semper ferro grauatus & perrigil anxius incedam, semitas nutriens, insomnis, propria erodens viscera ira inflammatus, vitam meam dubiæ fortunæ exponens, & animam meam spinis vndequaque gerens circumseptam? Hæc enim omnia necessario tibi forent agenda, vt ab hoste vindictam sumeres. Non hæc tibi præcipit, sed vt in pace viuas, & his contentus, quæ tibi Deus donauit, lætus ; VI. dies tuos transigas, quietus in domo tua pa- Pariter & nem comedas, cum filiis tuis & vxore tota fa- Deus. milia læteris, nec tibi cor nimiis terroribus & nocuma sollicitudine exedas, sed his omnibus liber: securus dormias. Non te turbes, non inquietes, nec de cubiculo aut lecto formidine territus excedas: An hæc non facilia? non suauia? Contrarium plenum difficul- *Tract. 5. p.* tatibus, sentibus & spinis negotium de quibus *3. §. 11.* alias. *12. 13.*

Quocirca præclara sic concludit ratione Diuus Chrysostom, Perpende o Christiane, vrgentes & multas illas rationes, quibus obligaris agere, id quod tibi Deus præcipit, & non id quod tibi Diabolus præscribit. Prima sit, Attende, illum esse Deum verum omni reue-

rentia

rentia & obedientia dignissimum : Dominum tuum, patrem tuum, benefactorem tuum, tuum amicum, tuum redemptorem, qui tibi esse, vitam & respirationem dedit, qui te diuino suo subsidio fouet. Illa vero lex, sit diaboli inimici cui, destructoris tui; qui tibi damnum intulit, mortem adsciuit & perditionem, & cui non aliud in mentem venit, quam te barathro absorptum videre damnationis. Secunda sit, quod Deus, cuius si legibus obtemperes, præmium offert, regna, gloriam, cælos, calcare stellas, & omnis boni abundantiam : Diabolus, si legibus ab eo factis consentias, hæc sunt, quæ tibi spondet; dolores, mortes æternas igni, vermes corrosores, duriora tormenta & sine fine duratura. Quando ad nihil eorum aures præbes, quæ tanti sunt ponderis : id saltem egeris, considerando ea quæ tibi præcipit, cum diabolus nihil aliud tibi iniungat; quam labores, angustias, sollicitudinem perpetuam, quæ si qui fecerint, tandem post pusillum lassatos esse conquerunter, & grauissimo pondere oneratos : quorum lamenta sic describit Sapiens. *Lassati sumus in via iniquitatis, & perditionis, & ambulauimus vias difficiles.* Quæ vero tibi Deus mandat; ad quietem, pacem, suauitatem spectant, vt pacificus viuas, securus dormias, lætus comedas, hilaris incedas, corpore & anima tutus. O quam multis possemus occinere verba illa, quæ Dominus tanta emphasi populo suo rebelli olim dixit : *Eo quod non seruieris Domino Deo tuo in gaudio, cordisque lætitia, seruies inimico tuo &c. & ponet iugum ferreum super ceruicem tuam, donec te conterat.* An tibi pacem non placet conciliare : faciendo Dei voluntatem, ignoscendo ei qui te calumniatus est, viuere in pace, quiete lætari in domo tua cum vxore, filiis, & bonis tuis ? Diabolo seruies, qui tibi viudictam suader, & cervici tuæ iugum imponet, iugum intolerabile prædonum quod tibi vitam, bona, quietem auferat, & curis, angustiis, stimulis, laboribus contritum diseruciet, donec corpore & anima æternum te disperdat.

Sap. 5. 7.

Deuter. 28. 47.

§. 4. *Facile est hoc præceptum, est enim scedula consignationis Dei, ex amore, quo eum diligere obligaris.*

RE uoluamus denuo hunc bolum, eumque commanducemus : & facile (sic vobis affirmo) traiicietur, facile erit amare

inimicos. O Pater, & hoc nobis affirmas? quem modum reperies, quo mihi sit facile eum, qui me odit, diligere ? ei benefacere, qui me persequitur ? Delectarer valde : si mihi hoc persuaderes, licet foret permolestum & vltra vires meas, & vix obmurmurando, quiescerem. Mouit mihi risum conceptus quidam, tam festiuus, quam oratorius eius qui cum tantus esset, nomine aurei oris gloriatur. Diuus inquam Chrysostomus Concionem habuit hic Demosthenes Christianus ad populum Antiochenum : & multis rationibus ei conatus est persuadere dilectionem inimicorum; ad hoc disertissima & compti ssima vsus est oratione vt videretur, *Qua si quidam fluuius eloquentiæ* : prout Diuus Hieronimus Lactantium intitulauit, cumque iam totis viribus intenderet, & omnibus neruis orationis fluxum prosequeretur, subito substitit, & ait : Quid mihi proderit, quod me ipsum excruciem, & velis remisque contendam vobis persuadere inimicorum dilectionem, cum sermonem habeam ad eos, qui ne quidem amicos suos diligunt, vt decet. *Non aduertebam hæc dicens, cum iis, qui neque parem se diligentibus exhibent charitatem, sermonem esse.* Et sic se res habet, quam paucos inuenies, qui diligentes se diligunt ? quæ ingratitudines parantur benefactoribus ? quæ beneficiorum obliuio ? quæ amicitiæ vincula contempta ? Quot malæ correspondentiæ ? Si aures præstes; quas quæso querelas & quidem iustas de amicis es auditurus, proditiones, dissimulationes ? de quibus eleganter Diuus Hieronymus perpendens illa Domini verba ex Michæa. *Nolite credere amico, & nolite confidere in duce, ab ea quæ dormit in sinu tuo, claude claustra oris tui : quia filius contumeliam facit patri, & filia consurgit aduersus matrem suam & nurus aduersus socrum suam, & inimici hominis domestici eius.* An arctior detur amicitiæ ratio, quam ea, quæ est inter patrem & filium, inter matrem & filiam, inter fratrem & frattem &c? Nequaquam, porro quam male sibi conueniunt adducit hic Diuus Hieronimus Prouerbium illud. *Amicus diu quæritur, vix inuenitur, difficile seruatur.* Multi mirantur quod scripsit Cicero, omnibus retro sæculis vix duo aut tria paria amicorum inueniri, qui reciprocam interse seruarent amicitiam, qui fuerunt Pylades & Orestes; Damon & Pythias : Nysus & Euryalus; Et si modo amicitias consideremus, ó vtinam vel vnam ex illis, integram & inuiolatam, & æqualem inueniamus. Si igitur tam

sit

D. Chr. *Hom. 68. ad popul. Tom. 5. Epist. 13. ad Paulin. circa fin.*

Lib. sup. 7. Mich. Mich. 7.

D. Hier. *lib. de Ami.*

sit difficile inter vos inueniri, qui syncere & & iuste seruet amicitiæ leges, vt decet amicos qui benefacienti opitulentur, succurrat &c: quæ erit mihi spes (quærit Diuus Chrysostom,) vobis posse me persuadere dilectionem inimicorum, vt benefaciatis his, qui oderunt vos, vt oretis pro persequentibus & calumniantibus vos. Si amicorum dilectio suos inuoluit difficultates, vt talis sit qualem requirit Deus: quantas inuoluet amor inimicorum? qua ratione igitur, o Pater, redd s nobis facilem? Reddam facilem si bolum hunc commanducemus. Attende ad verbum illud: *Ego autem dico vobis*, Quis sit ille qui vobis hoc mandat

I. Facilis redditur dilectio inimicorum.

Hoc significauit Deus, cum de lege Euangelica loqueretur, quam, factus homo, mundo promulgaret, vt notat Diuus August. & declarauimus, *Attendite ad me populemeus, & tribus mea me audite; quia lex a me exiet.* Et in rei veritate facile tibi erit, diuina comitante gratio legem hanc implere, & inimicum diligere, si attenderis, quis ille sit, qui tibi hoc præcipit, & quali ex ore hoc decretum dimanet. Nihil magis vsitatum in Republica quam consignationes. Regi debes decem millia ducatorum, sicut potest debere & adhuc plura receptor genetalis Regis dominiorum: consignat Rex ex illis, quingentos cuidam, quem numquam vidisti, & alios trecentos alteri, quem ne quidem nosti. Rogo te, an tibi sit difficile illas summas soluere talibus hominibus? Respondes, difficile fore, si eos tantum considerares, cum illis præcise non debeas, ne quidam teruncium: verum nulla est difficultas in soluendo, si regem attendas, qui eis hanc summam consignat, ex iis, quas ipsi debes: nec bene obiceres; nihil ipsis debeo: licet enim hoc verum sit, si ipsos in se consideraueris; tamen ipsis debes has pecunias, si Regem attendas & eius consignationem quam tibi mittit manu propria signatam, de qua sic ipse: Ego rex. Deus Dominus ac Rex noster est, cui ob mille titulos totum tuum debes amorem, totum cor, voluntatem totam. *Diliges Dominum Deum tuum. ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omni mente tua, & ex omnibus viribus tuis.* Talem ei amorem debes, quem si habere posses infinitum, totum illi deberes: Hoc vero agit ille Dominus, assignationem conscribit: eius amoris, quem illi tenetis, vt partem eius soluas ei, qui te oderit, & partem aliam ei, qui te persequitur, & partem aliam tuo inimico, huius rei hanc lego consignationis scedulam:

Lib. de vnita Ecclesia ipsa c. 11. 4. Tract. s. p. 4. §. 4. & seqq.

II. Similitudo.

Deuter. 6. & 5. Matt. c. 22. 36.

Ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros. q. d. Ex tanto cumulo dilectionis, qua mihi obligaris, da partem inimico tuo. O Domine: nihil ei debeo. Transeat. si eum in se consideres, sed mihi multum obstringeris, & ex eo mens mea est, vt illi des partem, idque non ob id, quod illi debes; sed per meam consignationem.

Ex hac doctrina declarat Diuus August. difficultatem, quæ ex iisdem verbis Domini sumpsit originem. Accedit legisperitus, & tentans Christum interrogat: *Quod est mandatum magnum in lege?* Respondet Christus; *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, ex omni mente tua, & ex omnibus viribus tuis. Secundam autem simile est huic: Diliges proximum tuum sicut teipsum.* His verbis auditis duæ nascuntur difficultates. Prima: Domine, ille legisperitus non te interrogat, nisi de vno magno & primo legis mandato. *Quod est mandatum magnum in lege?* Cur illi de duobus respondes? Conuenire debet interrogationi responsio, & sicut, qui te de duobus interrogaret, si ei de vno tantum responderes, nulla esset responsio, ita cum de vno tantum interrogaris, & de duobus respondes, supernacanea videtur esse responsio Secunda: videris, Domini, tibi contra dicere, si dixeris, (ait Diuus August.) *Hoc est primum mandatum: Diliges Dominum Deum tuum: ex toto corde tuo, ex tota anima tua, ex omni mente tua, & ex omnibus viribus tuis.* Quomodo statim annectis amorem proximi? Si totus cordis & animæ amor Deo debetur, quid mihi & proximo superest? *Si lex dicit: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, quid remanet de corde tuo, unde diligas tuum & proximum? quid de anima tua? quid de mente tua?* Qui totum sibi deposcit, nihil tibi reliquit, vnde potes contristari ac ipsi dicere: *Totum sibi exigit, si nihil mihi remansit, vnde diligam me: quia ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente iubeor diligere, qui fecit me, quomodo secundo præcepto videor diligere proximum tanquam meipsum?*

Serm. 2. de diuers. 4 & 5. Tract.

1. Luc. cap. 10. 22.

D. Aug. Serm. 2. de diuers. 4 & 5. Tract.

Fateor, ait Sanctus, Deum a te exigere amorem ex toto corde tuo, & ex tota anima, & pariter amorem erga teipsum & proximum, & inimicum: quia amor ille, quem & inimico proximo tuo petit, non vult, vt differat ab eo, quo Deum teneris diligere, quin potius desiderat, & præcipit, vt ex eo amore, quo Deum diligis, sumas quo proximum tuum & inimicum

eum diligas. Non enim petit, vt eum propter
» ipsum diligas, nec propter id, quod in se est,
» sed propter hoc quod Deum teneris amare. Ex
» eo enim casu quo Deum diligis, debes dilige-
re eum, quem tibi præcipit diligendum; &
» id quod ipse, vt suum quid habet. Et hoc ita
» se habet, esse unum hoc ex argumentis, quæ
» tibi proponenda sunt, vtte examines an vere
» diligas Deum, discutere, an ames proximum:
» conscripsit enim ipse sui amoris consignatio-
nem & præceptum, ut ex eo, quod illi debes,
1. Ioan. 4. 21 » des inimico tuo. *Hoc mandatum habemus à Deo,*
» *vt qui diligit Deum, diligat & fratrem suum.* Ita
» amoris discipulus, cui & addit: *Si quis dixerit:*
» *quoniam diligo Deum, & fratrem suum oderit,*
» *mendax est.* Deinde idcirco Christus statuens
Tract. 1. in 1. 131. 132. » legem diuini amoris, illico adiungit amorem
» proximi: quia ex ratione hic ab illo dependet
» vt vbi ille sit, necesse est & alterum inueniri,
» & vbi ille deest, perspicuum est nec alium
» esse.

Quod si ego exiis, quæ mihi debes, con-
signationem scribo in vicinum tuum, eo ipso
quo protestaris nihil ei à te dandum deberi,
protestaris te nihil mihi debere, quia hoc tibi
præcepi, vt quod mihi debes, hoc totum vel
eius partem vicino tuo dares. Hoc Sacra do-
cet Theologia: te non obligari: ex naturali in-
clinatione eum, qui te oderit, dilige re, vel
quia ei in quodam obstringeris, sed ex amoris
charitate. Hic est amor ille, qui magis dire-
cte Deum intuetur, & diligit propter se, &
proximum non propter se, sed propter Deum.
Charitas diligit Deum propter se, & proximum
propter Deum. Hic est ignis ille, quem hausit
summus sacerdos Aaron iubente Moyse, in
remedium contra eos, qui mouebant seditio-
Tract. 1. in 1. 131. 132. nes: nec erat ei proprius ignis, sed nec ex
proprio desumptus foco, sed ex altari Dei;
ita nos alibi.

§. 5. *Leue tibi erit inimicum diligere, non eum considerantis, sed eum qui tibi hoc præcipit: ne pereas vt cervus, nec te furor occidat.*

16 HOc desideras, vt tibi facilis sit amor ini-
corum? Attende eum qui tibi hoc præci-
pit *Attendite ad me populus meus*: veri a eius
intellige, & quasi consignationis scedulam ea
perpende, *Hoc tibi indicauit Spiritus Sanctus,*
dum tibi sanum suggerit consilium quid tibi
faciendum sit. dum alius te aut offendit, aut
calumniatur.

Deprime cor tuum, & sustine & inclina au- Eccl. 4. 25.
rem tuam, & suscipe verba intellectus, & ne fe-
stines in tempore obductionis. Quotiescumque te
aliquis calumniatus est, *Deprime cor tuum*, con-
tine te, dispone mentem tuam, & Diuina ver-
ba suscipe; quotiescumque exsurgent nubes,
quæ soli lucem impediant, & obducant (Hoc
proprie vocatur *Tempus obductionis*) ne velox sis,
ne præcipites, velut equus stimulo percussus,
aut a musca vel tabano corrosus. Quam gra-
phice depingit, id quod contingit, quando
tibi quisquam iniuriam irrogat, dum illud vo-
cat *Tempus obductionis*: quo enim momento te
quis offendit, sanguis circa cor ebullit, &
velut vapores, diuersæ conscenduntr cogitatio-
nes in cerebrum, v ndictæ, illum prouocandi,
illum aggrediendi. O quam spissi vapores, qui
rationis tuæ lumen obnubilant. *Conturbatus est* Psal. 30.
in ira oculus meus, ait Dauid: Hoc si tibi con- 10.
tigerit, *Deprime cor tuum, & sustine*: ne te præ-
cipites, ne curras, sed oculos ad Deum erige,
& diuina eius præcepta intellige, quibus te illu-
minat. *Suscipe verba intellectus*: attende, quis
sit ille, qui tibi dicit: *Ego autem dico vobis: di-*
ligite, &c.

An non memoriam refricat eius, quod nar-
ratur de cerno & coruo? Est cornus inter aues,
astutissimus, ita vt videatur pollere intellectu
& discursu, de quo Plinius rara & stupenda
narrat & particulariter de intelligentia coruo-
rum. Cornus omnium animalium cursu velo-
cissimus, currit, & nescit quo, vnde & sæ-
pius se præcipitio collidit: apud Ægyptios ve-
ro symbolum est hominis temerarii. Accidit
ut cornus præ fame voracissimus, appetat cer-
uinas carnes: Quid remedii? fesse arenæ mol-
luit & reuoluit, alas suas arenis suffarcit, quibus
illico capiti cerui insidet, & tostio fortiter cer-
uicem eius impetit. Cornus caput retroflectit &
oculos, vt quis, cum pungat, videat. Tum
coruus, alas excutit quo puluis omnis cum are-
na, cerui oculis insiliat, qua & obnubilatur ei-
us obtutus, & penitus excæcatur. Perseuerat
coruus, pungit, lancinat, cornum vulnerat,
unde agitatus cornus saltus edit maximos, to-
tis currit viribus, quo cum vrget dolor. Sic
furibundus dum currit sed nec aduertens, quo
tendat, subito in præcipitium ruit, pedes
confringit, dilacerat artus, fit præda coruo.

I. Deus est, qui nobis hoc præcipit. L. 16. c. 3.

II. Similitudo.

O animal insipiens, totum tuum damnum consistit in reflectendo oculos ad eum, qui te pungebat, & saltus dedisti inconsideratos, obnubilatos habens oculos. Hoc vobis quotidie contingit. Adest quidam, & verbis iniuriosis seu actibus honori tuo detrahit: oculos tuos ad eum deflectis, quis est, qui me tetigit, pupugit, lancinauit? Homo est, tui similis, qui puniri mereatur; per hæc cadit iræ puluis in tui intellectus oculos, qui eum obcæcat, ita ut nec attendas, nec videas, nec consideres, sed cæco impetu turbatus præceps curris, curris odio, curris calumnijs, curris dicteriis, curris vindictæ cupiditate dolis curris, inquietus, quomodo te vlciscaris: quibus anima tua in præceps ruit, & disrumpitur, ita vt vitam perdas charitatis. Amice, ne oculos retrouertas ad eum qui te pungit acriter nec illum attendas, qui te offendit grauiter: obcæcabit te ira & cholera tua: sed Deum intuere, qui tibi consulit; *Deprime cor tuum, & sustine, & suscipe verba intellectus, & ne festines*, &c.

Huic doctrinæ conformiter elucidat Diuus Gregor. illa verba D. Pauli, *Charitas non irritatur, non cogitat malum.* Vbi vera viget charitas, iniurijs non irritatur, non obcæcatur homo, quia mentis oculos non deflexit in offensam, nec in eum qui iniuriam tulit, aut calumniatur. *Non cogitat malum.* Sed statim oculos in Deum attollit, & eum monentem audit: *Ego autem dico vobis*: *diligite* &c. Hoc stupemus adimpletum in Sancto Stephano, vt perpendit Diuus Chrysost. En quam acriter eum pungant infernales illi corui, conuitijabantur, affligebant. *Stridebant dentibus in eum*, vt canes rabidi eum cingunt, & durissimi eum impetunt lapidibus. O quam impertubatus, quam animo sedatus adstat inuictus ille miles, velut Angelus. *Videbant faciem Angeli*, Quid eum tam sedatum, tam securum, tam reddit pacatum? *Non considerabant lapides* (ait D. Chrysost.) nec oculos diuertit ad lapides, nec ad eos, qui illis eum grauabant, sed ad Christum, quem sublatis oculis sic deprecatur: *Domine, Iesu, suscipe spiritum meum*, &c. *Et ne statuas illis hoc peccatum.* Miror cur hora illa extrema vocet Christum, Dominum: *Domine Iesu*: Sed adest ratio: perpendebat Christum esse Dominum absolutum suæ voluntatis, cordis & amoris, & quod consignationem scriberet paries illius amotis Iudæis lapidantibus: quasi dicat, non ex obligatione erga illos, quibus præter iniurias, & vindictam nihil aliud debeo, sed ob amorem tui, qui vt Dominus meus totius cordis mei, voluntatis & amoris, mihi præcepisti dare eius partem inimicis meis, sic facio. *Hunc & tu imitare*, dum te grauiter offendunt, non consideres damnum inferentes, sed præcipientem, *Attendite ad me populo meus.* Et cum qui tibi consignationis mittit scedulam propria manu subscriptam: *Ego autem dico vobis*: *Diligite inimicos vestros.* Et sapienter monet Spiritus Sanctus vt in tempore obductionis suscipias verba intellectus: oculos ad Diuina eius verba conuertens.

Inter omnes corporis infirmitates, grauissimam censeo rabiem, non tam, quod crudeliter cor hominis excruciet, quam quod valde difficulter curari possit. Eius remedium est aqua, & vt rabies ignis quidam est, qui cor adurit, quod illam possit extinguere, aqua est recens, frigida interius per potum appolita, & exterius per balnea, sæpe se illis lauando, his non obstantibus, nihil magis exhorrescit rabidus quam frigidam, solo eius aspectu contremiscit, turbatur, & denuo cholera accenditur. Crucem esse dixeris (ait Andreas Laguna) dæmoniaco terribilem, quæ cum sit eius remedium, ea tamen visa turbatur, spumat, stridet dentibus; sed quæ huius rei causa? Respondet idem auctor, quod rabidi canis morsus imaginatione in perturbent, ita vt à cane morsus, videns aquam, sibi videatur intueri canem, qui eum prius momordit, stridentem dentibus, ex cuius aspectu magis incandescit. Et ita narrat de Philosopho rabido: qui hoc malum ex morsu canis rabidi aduertens, dum illi in remedium proponitur aquæ balneum, licet sibi videretur quod in ea canem conspiceret minitantem, dentes exacutos ostentantem, paruum per licet dubius hæreret, vicit tandem virtute philosophiæ vanam imaginationem, dicens: *Quid cani cum balneo?* Quod demum in prouerbium abiit: *Quid cani cum balneo?* Quocirca se aquarum balneo immergens, sanus euasit. Hoc est remedium rabie furentis, quem canis momordit vt dum ei vas lympidissimæ aquæ offertur, oculus non deflectat in canem, qui in ea repræsentatur, sed in propinantem, qui eius est intimus amicus, medicus sapiens, eique applicat remedium vitæ & salutis præsentissimum.

Ante canis inimicus momordit? num vngues suos misit in honorem, bona insuper & vitam,

Lib. 10. Mor. c. 8. 1. Cor. 13. 5.

17 *Hom. 12. ad pop. Act. 7. 54.*

III. Vnde Stephanus oratuit pro inimicis Iudæis. *Ibi.*

18

IV. Similitudo.

In l. 6. Dioscor. c. 36.

vitam tuam ? scito remedium tuum consistere in Diuinæ legis aquâ : hoc enim nomine vocatur, *Aqua sapientiæ salutaris* : si vas illud hauseris, quod tibi propinatur : *Diligite inimicos vestros : suscipe verba intellectus.* O Domine, quàm me terret, turbat, irritat : Amice, attende, num scis cur hoc ita ? Quia in aquâ imaginatis tibi canem, qui te momordit : inimicum tuum tantùm consideras : *Inimicos vestros.* Et eum, vt canem apprehendis, qui te momordit, & dentibus conuitiorum suorum tibi cor pertèrebraut. Ne oculos ad eum diuertas, nec aquæ istius superficiem attendas, sed eum spectа, qui tibi eam propinat, pater enim tuus est, amicus tuus, tuus Dominus, tuus Rex, tuus medicus cælestis, qui præterquam, quod tibi det id quod magis tibi expedit, obedire teneris, & ei soluere, in quem tui amoris & voluntatis transtulit consignationem. Hoc opere expleuit Dauid, dum se circumseptum inimicis lugeret, quos rabidis canibus assimilat : *Circumdederunt me canes multi*, irridebant eum, contemnebant eum exsibilabant eum. *Factus sum illis in parabolam, aduersum me loquebantur, qui sedebant in porta, & in me psallebant*, &c. Quid rerum agis ô Dauid ? ad quem oculos tuos conuertis ? Ad canes rabidos ? Minimè, sed ad te ô Domine qui cordis mei & amoris es Dominus : *Ego vero orationem meam ad te, Domine*, &c. *Oratio est eleuatio mentis in Deum.* Oculos meos ad te dirigo, hoc vnicum ago, considero, quòd licet inimici mei propter proprias rationes & demerita mereantur, vt de eis sumam vindictam, nihilominus ob tuas rationes, obstringor illis dare quod illis consignasti, amorem scilicet, & animum illis benefaciendi.

Hoc erat Dauidis quotidianum exercitium, qui cum tantos, & tam crudeles sustineret inimicos, absit, vt contra illos vltor insurgeret, quin potius illis omne bonum oprabat, & adhuc maius animæ suæ bonum acquirebat. Propone illum tibi, ait Diuus Augustinus, in ea occasione, quam repræsentat psalmo 54. oppressum, circumductum, contemptum, persecutionem patientem, profugum, & à suis despectum inimicis. Titulum huic psalmo præno at : *In finem, in carminibus intellectus Dauid.* Hic est titulus, quem, vt notat Diuus Hieronym. aliis quoque psalmis præfixit, quando intellectum nostrum ad altiora vult excitare, quàm verborum lineamenta seu superficies indicat, vt patet in psal. in quibus intentio est prophetæ Regii, vt eo modo consideremus ea, quæ de se ipso dicit, vt iunctim intellectus noster inde sumat instructionem ejus, quod nobis agendum est, quando similibus premimur angustiis. Primum igitur recurrit ad Deum, sicut qui ab inimicis suis pressus recurrit ad Ecclesiam totus tremore concussus, & coram Diuinæ suæ misericordiæ tribunali prostratus, ait : *Exaudi Deus orationem meam, & ne despexeris deprecationem meam, intende mihi & exaudi me.* Ad te ô Deus meus, & sub alas tuæ protectionis confugio, *Exaudi orationem meam, & ne despexeris deprecationem meam* : auxiliare mihi, Domine, & auribus suscipe depreeationem meam. Audit illum sic deprecantem Diuus August. & ait Indubiè, qui sic orat, magnis pressus angustiis, & difficili anxietate circumdatus sit, necesse est, *Satagentis, sollicitі, in tribulatione positi, verba sunt hæc.* Audianus illum, ipse nobis suam declarabit tribulationem, cordisque mæstitiam. *Contristatus sum in exercitatione mea, & conturbatus sum à voce inimici, & à tribulatione peccatoris.* Heu Domine ! quàm mortali tristitia mea me capit & obruit exercitatio. Perpende (ait Diuus Augustin.) quod det nomen tribulationi, quam patitur : Exercitationem suam vocat ; & audi quam sanam det intellectui vestro, hoc solo verbo, lectionem. Duros & immites sustinebat inimicos. Socer eius Saul, post partam de Goliath victoriam, & assertum Regnum, in eum arma mouit, eum persequens noctu, diuque. Ziphæi, & Ceilitæ, qui ratione parentelæ & gratitudinis ob beneficia ab eo recepta fidem seruare debuerant, in hostes & traditores abierunt. Absalon eius filius, arma in patrem sumit, eum in fugam compellit vt palatio, & ciuitate regia cogatur excedere. Semei eius subditus, atrocissimas ei objicit calumnias. Quid credis esse hæc ? Exercitationem. An non objicis ? Propitius sit, mihi Deus, si Dauid amicus erat Dei, & vir juxta cor Domini, quam ob causam permisit Deus, vt eum tot perueisi, & maligni persequantur ? Cur eos non consumpsit ? Et hoc ipsum tibi quotidie in mentem venit, vnde & admiraris Ad quid Deus malos in hoc mundo conseruet, qui nihil aliud intendunt, quàm vt justos persequantur, & nihilominus cum hæc ita sint, illos sibi sit Deus & suffecit, quinimo & ipsos ad honores promotos, diuitias ad luxuriam affluentes, prosperitate gaudentes stupemus & ingemiscimus, quorum agendi modus communis est, opprimere pauperes, gravare

Ecl. 15. 3

Ps. 21. 17.

Ps. 68. 12.

13. 19

D. Aug. In Ps. 54. Tom. 8. D. Hie. Epist. 140. ad Fratr.

Ps. 43. 44. 53. & 54.

Is. 54. 8

D. Aug. Tom. 8.

V. Cur impii viuant & floreant

» vare piissimos ; Ad quid Deus Herodem Pa-
» trem , tanti innocentis sanguinis effusorem
» passus est, ad quid eius filium , Herodem alte-
» rum, lasciuum, reum cædis eius , quo maior in-
» ter natos mulierum non surrexit : Neronem
» crudelitatis exemplum , Diocletianum Chri-
» stiani nominis , Sanctorumque persecutorem
» omnium maximum ?

Lib. 15. Mor. c. 18. » Hanc à multis sæculis difficultatem obiecit
» sibi Iob , vt prosequitur Diuus Gregor. *Quare*
» *impij viuunt , sublenati sunt , confortatique diui-*
» *tiis. Domus eorum secura , & pacata , & non est*
Iob. 21. 9. » *virga Dei super illos , &c.* Hoc ipsum adeo sus-
» pensum tenuit Heremiam , vt præsumpserit de
Hier. 12. 1. » hac re mouere cum Deo quæstionem. *Iustus*
» *quidem tu es Domine, si disputem tecum , verum-*
» *tamen iusta loquar ad te. Quare via impiorum*
» *prosperatur, &c. Plantasti eos & radicem miserunt,*
Abac. 1. 13. » *&c.* Eodem modo conqueritur propheta Aba-
» cuc. *Mundi sunt oculi tui Domine, ne videas ma-*
» *lum, & respicere ad iniquitatem non potes. Quare*
» *respicis super iniqua agentes, & taces deuorante*
» *impio iustiorem se ?* An eius rei rationem inqui-
» ris? ait Diuus Augustinus, hanc tibi Dauid vno ver-

VI. Vt per illos iusti exerceantur. » bo exponit. *In exercitatione mea.* Ecce , cur
» Deus tot permittat malos viuere ; ad exercita-
» tionem videlicet bonorum. * Virtutes exerceri
» non possunt nisi habeant quo exerceantur: pro-
» bari non potest auri puritas , si fornax absit,
» intus & mallei : si persecutio deferueat, exer-
» ceri non potest patientia : tolle tyrannos, fidei
» fortitudo non claresceat ; si inimicum non ha-
» beas, cui benefacias , præclarioribus operibus
» exerceri charitas non potest, & præcipuè in eos,
» à quibus mala receperis. Hoc supposito hanc ad
» tui solatium sume regulam : ait Diuus August.
D. Aug. Tom. 8. » *Omnus malus, aut ideo viuit , vt corrigatur, aut*
» *vt per eum bonus exerceatur.* Huius doctrinæ
» ignarus non erat Dauid , quòd Deus ad virtu-
» tum suarum exercitium permitteret tantos,
» quantos pertulit , inimicos. Verumtamen
» adeò se doluit ab inimicis prægrauatum , vt
» in tristitiam incideret maximam , cordisque
» turbationem non minimam. *Conturbatus sum*
» *à voce inimici , & à tribulatione peccatoris : quo-*
» *niam declinauerunt in me iniquitates , & in ira*
» *molesti erant mihi.* Quis exactius vnquam
» descripserit id , quod in eum molebantur ini-
» mici. Contra eum voces extollunt : dico , li-
» berè , & effrænes in eum debacchabantur,
» mille eum impudenter dictenis impetentes,
» irridebant eum opprobriis & calumnijs , ef-
» frontes , audaces , modestiæ nescij & pudo-
» ris. Hoc totum significat illud : *à voce ini-*
mici, Nihil sinistri vnquam regno accidit, »
cuius in eum culpam non rejicerent , reum »
omnium proscinderent : quasi ille esset , qui »
omnia disperderet. Hoc est : *Declinauerunt* »
in me iniquitates. Nec illis sola verba suffi- »
ciebant , sed insuper turpibus & indignis in »
me factis ab eis non est temperatum , in bo- »
norum , honoris , quietis & vitæ meæ præ- »
judicium. Hoc intellige : *In ira molesti erant* »
mihi. Tot me molestus exercebant , quot »
poterant , nec aliquid nouerant , quod mihi »
posset nocere , quod statim non meliretur. »
Hæc erat eorum rabies zeylæo flagello me »
discruciare , aculeatis verbis insequi , nullis- »
que parcere contumelijs , His me , Domine, »
conturbatum , sollicitum , tristemque ac me- »
lancholicum lugeo. *Cor meum conturbatum* »
est in me. Num hunc bene considerasti ? Ec- »
ge ignitur , ait D Augustinus mentem tuam , & »
in eo quod dicit , causam turbationis , & »
mœroris inuenies ? Et quæ tam hæc ? Non »
attendis , quod ait , se suos oculos deflexisse »
ad ea , quæ contra eum agitabant inimici , & »
aures arrexisse ad eorumdem contumelias ? »
Conturbatus sum à voce inimici. Non aliter »
fieri potuit , quin contuens hostium suorum »
facinora , & calumnias audiens liuidorum, tri- »
staretur, contabesceret , & tribulationis abyssо »
conficeretur. »

Hoc obvenit Dauidi , ait Diuus August. & »
vobis quoque contingit , id quod postmodum »
Diuo Petro. Erant discipuli in mari non mo- »
dicâ tempestate agitati ; & de vitæ periculo »
summoperè contristi. Accurrit Dominus eos »
periculo eripiturus , inflatos maris fluctus pe- »
dibus pertranseans , securus ac si in pauimento »
strato lapidibus incederet, & ait illis : *Nolite ti-* »
mere, ego sum , cui Petrus, *Domine si tu es, iube* »
me venire ad te super aquas : at ipse ait: veni. Pro- »
silit illico Petrus in aquas,& super eas gradien- »
te illo, ecce ventus vehemens oritur, tempestas »
ingruit , turgidi fluctus maris minantur interi- »
tum, oculos ad illum conuertit, turbatur, expa- »
uescit, cæpit mergi, Christum inclamat. *Domine* »
saluum me fac. O vir omnium imprudentissime, »
ait Christus , maris vndas aspicis , huc accede, »
extende manum.& ita periculo Petrum eripuit. »
O stupendum mysterium (ait Diuus August.) »
Mundus maxe est ten pestatibus horridus , pe- »
riculis plenum, vbi vi ventorum passionum, in- »
flantur vndæ decumanæ persecutorum, inuido- »
rum, & calumniatorum. »

Quis »

Matth. 14. 28.

D. Aug. Tom. 8. Tract. 7. in Ioan. Allegor.

» Quis has securus, & imperterritus vndas
» calcauit unquam, vt Christus? quis his non
» submergitur? quot in eum hostes vndas non
» deuoluerunt iniuriarum, conuitiorum;
» verberum, spinarum, clauorum, cru-
» &c? quis eum fluctus non inuasit? *Omnes*
Psal. 87. 8. » *fluctus tuos induxisti super me.* ait ipse. Porro,
» quam imperturbatus, quam constans in cha-
» ritate, non submergitur, non turbatur? *Qui cum*
1. Pet. 2. 23. » *maledicereturnon maledicebat.* Con- plane eum
» quo maiori pœnarum abysso inuolatur, eo mi-
» nus submergitur: cum affixus cruci, primum
» quod eloquitur verbum, dilectionem resonet
» inimicorum, qui actu ipso eum occidebant: *Pa-*
Luc. 23. 34. » *ter, dimitte illis: non enim sciunt quid faciunt.* Ne
» credideris, ait Diuus Augustinus, quod ipse solus
» imperturbatus vndas maris superbas calcet, in-
» super & tibi præcipit, vt eas perambules, &
» pedibus prosternas, ne te submergant inflatæ
» vndæ, calumniarum, conuitiorum, iniuriarum,
» quas tibi irrogant canino dente inimici. Sicut
» dixit Diuo Petro: *Veni*: ita vobis dicit: *Ego autem*
» *dico vobis: Diligite inimicos vestros.* In quo pu-
» tas damnum tuum consistere? quid cogitas il-
» lud esse quod te absorbet tristitia, turbat one,
» & alteratione; & te his aquis submergit? il-
» lud ipsum quod oculos a l feros maris fluctus
» deflectas, quos contra te impellit furibundus
» Aquilo furoris inimici: Horres, quasi fluctus
» hic, te in profundissimum matis finum sit ab-
» sorpturus. O Domine: hoc conuitiatoris ver-
» bo quam demergor? huius tenebrionis macula
» decoloratus, quam profunde sub aquis absor-
» beor? O te pauperem, si vndas intueris, si
» ventos infesti mordacisque affectus tui hostis
» atteuderis quos in te concitat, cormes, sub-
» mergeris, peribis. Ne ventos attendas, sed
» ad eum te conuertas, qui super aquas ambulat,
» & te videt, & manum protendat, vt tuam co-
» roncet patientiam.

D. Aug. Tom. 8. » Diuina plane sunt verba Diui Augustini loquen-
» tis, de Dauide. *Veluti in tempestate positus metu*
» *exterat, sicut Petrus. Ille enim calcat fluctus hu-*
» *ius seculi, qui diligit inimicos. Christus in mari*
» *ambulabat intrepidus, cuius omnino de corde au-*
» *ferri non poterat inimici delictio, qui pendens in*
» *cruce dicebat: Pater, ignosce illis: quia nesciunt.*
» *Et Petrus voluit ambulare. Ille tanquam caput,*
» *Petrus tanquam corpus, quia super hanc petram,*
» *ædificabo Ecclesiam meam. Iussus est ambulare, &*
» *ambulabat, gratia inuentus, non viribus suis.*
» *Sed cum videret ventum validum, timuit, &*
» *mergi tam coperat in exercitatione sua. A quo*
» *vento valido? A voce inimici, & à tribulatione*
» *peccatoris. Ergo quomodo ille clamauit in fluctibus;*
» *Domine pereo, salua me: talis & tantus vox præces-*
» *sit. Exaudi, Domine, orationem meam, & ne de-*
» *spexeris deprecationem* &c. Hinc sumæ, ait Di-
» uus Augustinus, & discę quid tibi sit agendum,
» quando probris omnigenis lacessęris; & va-
» criminationibus à quopiam vexaris: ne eum in-
» tuearis, nec probra & criminationes attendas,
» sed Deum specta, eius auxilium inuoca, eius
» fidei, patientiam, quam habueris, commit-
» te, protestatus te sui solius amoris intuitu, cor
» tuum deprimere, sustinere, refrænare vindi-
» ctæ libidinem, & in huius obsequii mercedem
» sperare præmia sempiterna. *Cum aliquid tale pa-*
» *titur Christianus, non debet velut odia ire in eum,*
» *a quo patitur, & velle ventum vincere, sed con-*
» *uertere se ad orationem, ne dimittat dilectionem.*
» *Gaudete, inquit, & exultate, quia merces vestra*
» *magna est in cælo.* Quid ergo Domine, an sen-
» tire non debeam iniurias mihi ab aliis illatas,
» & calumnias perperam irrogatas? Accenditur
» ira, transeat, porro non crescat in odium. *Nam*
» *vt noueritis quantum interfit inter iram & odium,*
» *quotidie homines trascunitur filius suis, date, quod o-*
» *derint filios suos.*

VIII. Deus in tribulationibus inuocandus.

D. Aug. Tom. 8.

Hunc Psalmum composuit David, quando
» nefarius ille nebulo Seme. calumnias illi inten-
» dit, spargęque in vulgus, qui non se ad illum
» conuerterit, vt Abisai, sed ad Deum. *Dominus præ-*
» *cepit ei:* &c. Hæc est illa exercitatio. Notat D.
» Augustinus ibidem verba illa. *Cor meum conturbatum*
» *est in me, & formidines mortis cecidit super me.* Quam
» mortem horret? Animæ, hoc est ne perdat cha-
» ritatem: *Quia qui non diligit, manet in morte, &*
» *amissa dilectio, mors tua.* Quando quis in te com-
» mouetur, duos considera inimicos, vnum cor-
» poralem, qui corpus impetit; spiritualem al-
» terum, qui animam tuam infectatur. *Duos ergo*
» *inimicos tibi constitue ante oculos, vnum apertum,*
» *& alterum occultum, apertum, hominem, occultum*
» *diabolum.* Vnum contra vitam corporis, alterum
» contra eam, quæ est animæ. Hunc magis debes
» timere, quia tibi dictum est: *Nolite timere eos,*
» *qui occidunt corpus.* Hunc timet Dauid, qui ani-
» mam infectatur. Et ob hoc quid facit? accurrit;
» & oculos suos ad Deum erigit.

2. Reg. 16. 10. Psal. 54. 5.

Matth. 10. 28.

Statue tibi ob oculos Christum, vete a tur-
» bine & tempestate eripiat, quam tua suscitat pas-
» sio ex opprobrio commota vel calumnia pertur-
» bata, qua ab inimico lacessęris. D. Aug. ad hæc
» verba. *Expectabam eum, qui saluum me fecit à pu-*
» *sillanimitate spiritus & tempestate.* Apostolorum
» 9.

D. Aug. Tom. 8. Psal. 54.

» 9b2 »

appendit charitatem, qui tempestate jactati, timebant. Dormiebat Christus, excitarunt illum & bonis auibus; eum mare à feruore suo sleterit, & facta sit tranquillitas magna *Mare est tempestas est, nihil tibi restat, nisi exclamare. Domine perco. forsè navis tua ideo tuibatur quia ille in te dormit. Accesserunt & excitauerunt illum, & imperauit ventis, & facta est tranquillitas magna, Merito ergo turbatur cor tuum: quia excidit tibi, in quem credideras. Iusto lethabiliter pateris: quia non venit tibi in mentem, quid pro te pertulerit Christus, si in mentem non venit, tibi Christus dormit. Excita Christum, recole fidem: tunc enim in te dormit Christus si oblitus fueris passionis Christi. Cum autem pleno corde in unus fueris, quid ille fuerit passus: nonne aquo animo, & sic tolerabis? Ei fortasse gaudes: quia inuentus es in aliqua similitudine passionum regis tui? Cum ista cogitas, ille surrexit, imperauit ventis, & facta est tranquillitas magna.*

21 Stupendam sane narrat Spiritus S. historiam de Laban. Idololatra erat, nec Deum nostrum, vt suum, sed idola colebat; se quodam die grauiter offensum à Iacob genero suo infremuit quòd filias suas, nepotes suos, idola sua abduxisset & abiisset hospite insalutato. Insecutus est eum copioso numero armatorum, spiritus minarum & cædis in Iacob; dicetes, fœnum habet in cornu. Apparet illi Deus & ait. Hæc tibi injungo, ô Laban: *Caue ne loquaris contra Iacob quidquam durius*, nec eum auide fugilles mordax obtrero. Assequitur generum suum tota sociat[illegible] multitudine: & datis jam & acceptis rationibus, [a] ait: Dextero Deo, ô Iacob: iuro enim tibi, eo huc veneram animo, vt te tuosque internecione delerem, sed reueritus sum Deum patrum tuorum, qui mihi hoc ne facerem, inhibuit: illi gratus esto, qui mihi præcepit, ne tibi vllum inferrem damnum. *Valet manus mea reddere tibimalum, sed Deus patris vestri heri dixit mihi, Caue ne loquaris, &c.* Res notatu dignissima: Deum Laban, vt Deum non adorabat, nec vt Dominum suum colebat, quem tamen adeo reuerebatur, vt ex eo solo, quòd eum videret, sibi inhibentem, ne contra Iacob stimulos moueret, se iramque suam depresserit: quid non ageret, si eum vt suum Deum, & verum veneraretur? Et quid tibi agendum, qui, vt Deum verum & vnicum credis Christum, dum in hostem tuum stomacharis, quando tibi ipse obuius venit, & ait: Contine te o Christiane, *deprime cor tuum: Ego autem dico vobis: diligite inimicos vestros*; an hoc non sufficiet? quando nulli tolerandis injuriis prouocaris: illi dic, Deo gratias age, qui mihi præcipit vt me detineam Peregrinum quid judico: quod minus Deum quam homines reuereamur. Millies turbatum te continebit, vel vnicum videre hominem. Impetit te lapidibus calator pediſſequus quispiam, & tibiæ spinulam grauiter adeo offendit, vt viscera tua acriter discrucientur. & ais: gratias age, quòd talis sis viri filius. Lædit te famulus amici tui, ais: gratias agito Domino tuo. Quod si modo Rex tibi injungat, vt eius manibus fidas prætensionem illam, quâ contra proximum tuum agis, plus æquo tibi satisfactum credis: eo solo: quod dicere pessis. Rex præcepit mihi, vt pacatus viuam. Quid Maurus agit rebus illis adeo laboriosis, & sioi in omnibus ita complacet, eo titulo quòd sibi illa Mahomet in suo Alcorano præcipiat? difficile est animo, sed mandat mihi Mahomet [illegible] in tali occasione, hoc aut illud agere. Nos vero, quam parvi æstimamus Deum & quàm parum nobis refert, eum esse qui nobis injungit: *Ego autem dico vobis: Diligite inimicos vestros.* Hoc ipsum justè commotus Deus ostendit, quàm grauiter accipiat, ex historia Rechabitarum, quam refert Hieremias & nos declaravimus, pariter & querelas ipsius Hieremiæ: ob majorem obedientiam præstitam scriptis Duelli quam Dei legibus: & Isaiæ: eum Deo facilius sit vnico verbo maris vndas compescere, quàm cor hominis etiam multis sedare: quæ omnia ad supradicta referuntur.

Gen. 31. 29.

IX. Laban idololatra, Deo obedit præcipienti.

(a) *Despues de datas ij presas.*

Hier. 35. Tract. 2. 3. Tract. 4. 5. Tract. 43. 82. & 83.

§. 6. *Christi nomini obediunt omnia, excipio cor hominis, ipso summo Pado magis refractarium.*

70 HIs quæ diximus in tractatibus nostris, addi potest mirabilis quædam consideratio, quæ manus & pedes constringat, seu os obstruat, sumpta ex auctoritate nominis Christi Domini nostri, quia ipse est, qui tibi loquitur: *Ego autem dico vobis.* Cuius tanta est virtus, fortitudo, & auctoritas, vt ad solum eius nomen omnes se vltro dedant creaturæ, & sine vlla replica obediant, & eæ magis ad nutum, quæ ex sua natura sunt & fortiores & obstinatiores, Paralysis formata, quæ (docente Hyppocrate) nulli cedit creatæ virtuti, solo hoc nomine audito & cedit & manus dat, & se superatam fatetur: ad vnum D. Petri verbum dictum paralytico sic nato in Hierusalem: *In nomine Iesu Christi Nazareni, Act. 3. surge & ambula.* Cervo velocior exsilit de strato

in cor-

in conſpectu omnium. *Et exiliens ſtetit, & ambulabat.* Idem accidit alteri paralytico Lyſtris in Lycaonia, quem iiſdem verbis ſanauit D. Paul. Febris ardentiſſima, cæcitas, de qua ex philoſophorum axiomate, non datur regreſſus, mors ipſa quæ non ſolum ſuperiorem in terra non nouit poteſtatem, ſed & ipſa pollet manifeſta auctoritate ſuper omnia, quæ in mundo viuunt, vnde trophæum erigens dicit *Nemini cedo* omnia hæc ad ſolius nominis Chriſti præſentiã cedunt arenã: febres deſeruent, cæcitas illuminatur, mors fugit; Et hoc adeo familiariter, vt patet in S. ſcriptura, & vitis Sanctorum.

Refert D. Gregor. ſui temporis prodigia ſtupenda, quæ cum ipſe certò certius affirmauerit non ſunt in dubium reuocanda. Colebant Monachi hortum, quem communiter latro quidam deprædabatur, meliores fruges, herbas & olera defetens. Admiratur hortulanus, quâ viâ latro hic poſſet ſubintrare: erat enim circumſeptus muro, & ecce reperit aperturam in quodam angulo: & dum hoc rimatur, immanem offendit ſerpentem: ad quem conuerſus, eidem præcipit: ſequere me: & ad aperturam conſiſtens, ait illi ſerpens, in nomine Chriſti Ieſu tibi iniungo, vt hic ſiſtas, nec te aliò moueas, & hunc ingreſſum contra latronem defendas, qui hac intrat, noſtrum deprædaturus hortum. *In nomine Ieſu præcipio tibi, vt aditum iſtum cuſtodias, vt furem hic ingredi non perittas.* Ad nutum illico ſeſe ſerpens extendit loco illi tranſuerſum, & vt vigil permanſit. Paulo poſt regreditur latro, & dum ſubintrat, ecce proſilit in aera ſerpens, qui eum adeo terrefecit, vt muro decideret, ſed calceo cuidam ſtipiti adhæreſcente pendulus manet: hic hæſit ſerpens immotus, donec veniens hortulanus latronem diſſoluit, cui ait: ſi ea quæ nobis furto aufers, à nobis expoſceres, gratuitò & lubenter ea tibi traderemus &c. Ad ſolũ Chriſti nomen ab hortulano prolatum, ipſi ſerpentes obediunt.

Lib. 1. Dialo. c. 3. 4. Serpens nomini Domini obedit.

Conſtruxit Monachus Dei ſeruus Honoratus monaſterium vicinum fundo ciuitatis D. Greg. auctore, vbi conuiuebant ducenti Monachi. Dum die quadam è feneſtra proſpiceret, aduertit rupẽ grauiſſimam de monte diſſindi, quæ Conuentui irruere minabatur, idque tanto impetu, vt & omnes Religioſos, totumque Conuentum conterere velle videretur. *Totius ruinam cellæ, & omnium fratrum interitum minabatur.* Sed quo tempore maiori impetu ruere videbatur, verſus illã protenſa dextera, Sanctæ crucis ſignum oppoſuit, præcepitque in nomine Ieſu Chriſti, vt ſubſiſteret; illico ſtetit, & in ipſo deuexi montis latere immota permanſit: ita vt maius eſſet miraculum, illic rupem hærere, vbi ei locus non erat cui inhærere potuiſſet, quàm quòd ſubſtitiſſet. Acceſſerunt quidam ſtupore attoniti quærentes qui fieri potuerit rupem hærere jam ad caſum inclinatam tanto grauem pondere? An non vides, quòd eius ei nomen opponitur, qui vnico digito appendit molem terræ, & cælos palmo concludit.

Lib. 1. Dialo. cap. 10. Similiter & rupes.

Sanctus Marcellinus Epiſcopus Anconitanus podagra adeo pedibus laborabat, vt ſe loco, quo ſede at, dimouere non poſſet. Et ecce incuria quadam ſæuus ignis ciuitatem inuadit, qui vento acriori huc illucque dilatus, nemini ſpem ſaluandæ ciuitatis reliquit. *Ita croſcebat flamma, vt jam totius vrbis interitum minari videretur.* Rem & periculum intelligit Epiſcopus, omnes vidit adeò perterritos, vt quod remedium extinguendo incendio adhiberent, omnino neſcirent. Præcipit ſuis eò ſedeferri, vbi tota vis flammæ videbatur irruere; quare eum in eo loco ſtatuunt; *vbi tota vis flamma videbatur inenumbere.* Hic flammis voracibus in nomine Ieſu Chriſti præcipit, vt contrahantur, frigeſcant, extinguantur. Mirabile dictu. *Cepit mire modo incendium in ſemetipſum retorqueri, acſi reflexionis ſuæ impetu exclamaret, ſe Epiſcopum tranſire non poſſe, ſicque factum eſt, vt flamma incendij, illo termino refranata in ſemetipſa refrigeſceret.* Quis talia potuit? Quis tam effrænem potuit beſtiam refrænare? An ergo non ad hoc ſufficiebat, eius nomen & auctoritas Domini, qui ipſum refrænat mare & præcipit: *Huc vſque venies, & non procedes amplius?* Auſerus fluuius, qui juxta vrbis Lucæ muros influebat, ſæpè inundatione facta curſus ſui alueum egreſſus, per agros diffundi conſueuerat, & quæcumque ſata & plantata repererat, euertebat, magno oppidanorum incommodo. Et quamuis diutius laboratum fuiſſet, à proprio tamen alueo deflecti non potuit. Audiuit hæc vir Sanctus Frigidianus, qui raſtrum ſibi paruulum fecit, ad alueum fluminis acceſſit, & ſolus orationi incumbuit, tum eidem flumini Serchio, quem Diuus Gregorius vocat Auſerum, in nomine Ieſu Chriſti præcipit vt ſequeretur, per loca quæcumque ei deſignaret, raſtrumque per terram traxit, quem relicto alueo proprio tota fluminis aqua ſecuta eſt, ita vt funditus locum conſueti curſus deſereret, & ibi ſibi alueum, vbi tracto per terram raſtro, vir Domini ſignum fecerat, vendicaret; & quæcumque

D. Greg. Lib. 1. Dialo. c. 6.

III. Pariter ignis.

Lib. 1. Dialo. c. 38. 11.

IV. Nec non fluuius.

Lib. 3. Dialo. c. 9

essent alimentis hominum pro futura, vltra non læderet.

23 Vt vno verbo omnia comprehendam, quæ datur potestas maior eâ, quam habet diabolus. Audi Iob: *Non est super terram potestas, quæ comparetur ei*: ita testatur Deus: quæ obstinatio maior, quam ea, quâ in malo ipse confirmatus obdurescit? de quo ita Deus. *Cor eius indurabitur, & sicut malleatoris incus*, his non obstantibus, sufficit solum Dei nomen, vt superetur, fugetur, conuincatur, nec is vnicus dæmon, sed omnes, vt eo comprimantur, contineantur, & ea omnia cogantur facere, quæ libuerit. De hoc testes cito Septuaginta duos Christi discipulos, quibus ab eo prædicatum missis, solo isto nomine munitis, quidquid erat, manus dabat & cedebat: cedebant paralyses, fugiebant lepræ, furditates aures præbebant, cæcitates visum dabant, infirmitates omnes & mortes solvebantur, quin & ipsa dæmonia subjiciebantur. Ita horum catalogum reuersi Christo referunt. *Domine, etiam dæmonia subjiciuntur nobis, in nomine tuo.* Signate verba, notate mysteria, *etiam dæmonia*: quasi quis dixerit. Non tantum morbi, paralyses, febres, & mortes, insuper & ipsi dæmones, audito tuo nomine, *subjiciuntur nobis.* Nec in præteritо loquuntur, nobis subiecta fuerunt, vel nobis obedierunt, sed in præsenti: illos nobis subditos habemus, & semper, sola tui nominis auctoritate, quod nobis commendasti: *subjiciuntur nobis.*

Hinc rationem intelliges, cur Christus dum viveret, & primum mitteret Apostolos, deinde septuaginta duos discipulos, ad tanti momenti negotium, prædicationem nempe Euangelii, eis præceperit, ne secum deferrent in via pecuniam, nec peram, nec virgam, seu baculum, & vt dixit Diuus Ambros. *nullius rei adminiculum.* Quibus igitur ô Domine sibi erunt subsidio? quibus operabuntur? quibus sese defendent? Satis muniti progrediuntur, virtute & auctoritate nominis mei: *Ecce ego mitto vos.* Hoc plus satis est, vt ad præsentiam vestram nulla non lencea inclinetur, nec sit, quod se vobis non subjiciat; & hoc ipse jam experti sibi applaudunt. Deinde mortuo Christo, & à mortuis resuscitato, dum iter cælum versus parat, & Apostolis præcipit, vt per quatuor mundi cardines Euangelium prædicent: certè negotium arduum, in quo illis standum erat, pugnandum erat, declamandum erat contra totius mundi fortissimas vires, contra dæmonis astutias, contra nequitias infernales, illos & munit & armat sola ista auctoritate personæ suique nominis admirandâ. *Euntes in mundum vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ &c. in nomine meo dæmonia ejicient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent, &c.* Hac nixi auctoritate profecti sunt, & Imperia, Regna, Tyrannos, sapientes, Doctores, Diuites, denique atrocissimos inferni exercitus sibi subiecerunt: *Illi autem profecti, prædicauerunt vbique, Domino cooperante & sermonem confirmante sequentibus signis.* Obstupesco magnas nominis & personæ Christi vires & autoritatem, cum nihil sit quod illi non subjiciatur: & rationi consentaneum judicamus vt eam referat autoritatem, quam sibi suâ passione promeruit: *Vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestium, terrestrium & infernorum, &c.* Omnia ergo hæc opponit cordi tuo turbato, vt coleram tuam, vltimas, iram tuam temperes, bilem tuam reprimas, quâ contra inimicos tuos, qui te grauiter offenderunt incandescis: *Ego autem dico vobis: diligite inimicos vestros.*

Ergonè fieri potest, ô Christiane, vt ad 24 Ch
Christi nomen immobilis petra consistat, quæ summa vi de montis vertice discissa deorsum voluebatur, ad totius monasterii ruinam, & multorum internecionem. Et quòd, dum in nomine Iesu Christi supplex rogaris, dum eius tibi persona occurrit, dum ipse tibi loquitur: *Ego autem dico vobis*: cor tuum nequaquam deprimatur, ipsâ petrâ durius, ex ferore nimio, quo jam præceps ruit, ad vindictam & stragem multorum excrandam? Num credidero, quod audito solo Christi nomine refrigescant flammarum ignes, dum eas vehementer accensas dispergit ventus per aera, & intra terminos suos fluminis cursus contrahantur, & hoc quidem, dum ripas aluei ad summum impleuerant: tu verò, proposito tibi Christi Iesu nomine, addo & ipso Christo, qui & petit, & jubet, vt ignescas inimico, bilis tuæ flammas, nolis extinguere, & vindictæ furiosos impetus temperare? Quid hoc rerum? ipsi serpentes Christi Domini nomini subjiciuntur, cedunt, obediunt, te vero tam refractarium audio, vt cum millies per nomen Iesu te obsecremus, obtestemur, ad genua tua aduoluimur, vt mansuetior, temperantior, modestior, dicteriis, periuriis, maledictis, & vltionis libidine abstineas, nec tamen impetramus, aut proficimus sed repellimur? Tandem, quis non stupeat, ipsos dæmones odio rabido contra Deum obduratos, tantum deferre Iesu nomini, vt eo solo super ipsos inuocato,

Mar. c.16.15.

Mar. c.16.

Philippen. c.2.10.

VI. Homo vero peruicax non obedit.

invocato, arma, furias, impetus deponant, manus dent, subjiciantur. Tu vero, qui de Christi discipulatu, & Christiani nominis dignitate gloriaris, qui te filium Dei jactas, cor geras ipsis infernalibus furiis magis furiosum, obæcatum, lapideum; cum nec arma, nec furias, nec impetus deponas, nec manus des, nec subjiciaris, quamtumlibet te & rogemus, & supplicemus, & Dei nomine, atque auctoritate, & persona præcipiamus: vt vindictæ parcas, iram tuam refrænes, cohibeas impetus? Nescio quid his possit superaddi.

Modo mihi perspicua patet ratio, cur Hieremias propheta, dum de hominis corde, eiusque duritia loquitur, verè dicere potuerit: *Grave* 18 *Hier. 17.9 cor per omnia: homo est, & quis cognoscet eum?*

Ita legunt aliqui Sancti, juxta Septuaginta interpretes, & singulariter Diuus August. hoc quod nostra vulgata habet. *Pravum est cor hominis, &c. Homo est, & quis cognoscet eum?* quasi dicat: Ecce homo, apparet mitis, blandus, vt carne genitus, & qui cor habeat carneum, & quod sit omnium facillimum, vt cedat, & subjiciatur: verumtamen quòd eum in altum tollat ventus vt foliorum congeriem, eum ignis inflammet, aqua submergat, febris subjiciat, & immotus consistat? scito, te eius non capere naturam. *Hoc* te scire velim eo nihil aut durius, aut fortius, aut difficilius inueniri. *Grave cor per omnia.* Obstat, renititur, mordet frænum; durum, asperum, ferox. Cum igitur hæc ita sint, vt nulla sit in creatuais rebellio, nec in ipsis dæmonibus contradictio, sed omnia manus dent & auctoritati, & Christi nomini subjiciantur: vnicum cor hominis excipitur, superbum, obstipum & Deo refractarium. Audiet alter, quod multi jugis precibus instemus, & quotidiana cum efflagitatione fatigemus interponendo, & nomen, & personam Christi, vt pacis fœdera nectat, vt inimicitias deponat & odia, moderetur effrænes vindictæ impetus: id denique agimus, quod Diuus Paul. dicit. *Obsecramus pro Christo, reconciliamini.* Et per- *2. Cor. 5. 20.* stricta fronte respondebit, non faciam, non me deret, non mihi convenit. Des mihi (amabo) rebellionem ipsa duriorem.

D. Greg. *Lib. 3. Dialo. c. 19* His optimè Diuus Gregor. confundi testatur hominum duritiam, expendens insuper adstupendum prodigium, cuius rei veritatem ipse 86 inquisiuit, quod Placentiæ contigisse testes affirmant. Domesticè notus est Padi fluminis vehementissimus defluxus. Hic alueum suum excedens Ecclesiæ prata inundauerat, & spem futuræ messis abstulerat. Vrbis cathedram regebat vir exi niæ sanctitatis Sabinus nomine, hujus infortunii nuntium defert ad eum Diaconus; Cui Episcopus: vade ocyus fili ad Padum, eique hæc loquere: Pade fluui, præcipit tibi Sabinus Episcopus seruus Dei, vt te intra alueum consuetum contrahas. *Mandat tibi Episcopus, vt te compescas, & ad proprium alueum redeas.* Risit Diaconus, & vt fabulam irrisit. Vocari jubet Episcopus Secretarium; qui confestim accurrens, Episcopi suscepit præceptum, scribe, inquit Episcopus: *Sabinus Domini Iesu Christi seruus commonitorium Pado: Præcipio tibi* VII. *in nomine Domini nostri Iesu Christi, vt de alueo* Miracu- *tuo in locis istis vlterius non exeas, nec terras Eccle-* lum de *sia ledere præsumas.* Accipe hoc commonito- Pado flu- rium, defer ad fluuium, ei hoc prælege, & præ- uio. lectum vehementiori aquarum gurgiti immerge: Vix chartam aqua susceperat: ecce Padus suas recolligt aquas, intra alueum continet, nec amplius vltra effluere & Ecclesiæ satis nocere præsumpsit. Hinc Diuus Gregor. arguit rebellem hominum voluntatem: tantam habet auctoritatem seruus Dei, vt rapidissimo fluminis, & fata omnia submergenti imperet in Christi nomine, qui obedit, mandatum eius seruat, qui scribit: *Ego Sabinus præcipio tibi*: quasi apertas haberet aures, vt audiret, & sensum vt mandatis Episcopi obtemperaret, non quidem vocetenus prolatis, sed scripto tantummodò in charta missis: contra quam aquæ fluuius omnibus notissimas habet vires. *Sancti viri præceptum suscepit.* Nihilominus adeo recalcitrans & obstipum sit cor hominis (quis credat?) quod ipsi Christo venienti; & ore proprio præcipienti: *Ego autem dico vobis: Diligite inimicos vestros*: furoris aquas non recolligat, & exun- D. Greg. dantes impetus non retardet, non obediat? *Quæ in re quid aliud, quam inobedientium hominum duritia confunditur, quando in nomine Iesu elementum ipsum irrationabile Sancti Viri præceptis obediuit?* Hic optimè quadrat admiratio, quam ex Hieremia propheta retulimus. *Grave cor per omnia.*

§. 7. Versatur hæc lex circa bonum honestum: Deus enim tui solicitus est honoris, & magni honoris actus est, offensam remittere.

27 ITerum commolamus bolum hunc & denuo videamus, quæ diximus, hoc Domini mandatum non tantam non præiudicare honori, sed potius illum promouere: fortior & vrgentior ratio Duelli hæc est, quòd si quis iniuriis lacessitus vltionem de iis non exigat, nec se exoneret per patem contumeliam ob illatam sibi offensam, sed dicteria surda aure pertransire, & persecutiones, quasi vinctis manibus & vecors animi perferre sit paratus, honori suo deroget: hoc enim facto, se pusillanimem, socordem, proiectum, gallinam, & fracto animo virum denotat: hoc judicio notat mundus eos, qui libidine vindictæ non animantur; vnde ortum commune prouerbium: talis manet obligatus, honor eius opprimitur. Huic duo oppono. Primum: hoc nostrum est infortunium, nisi melius dixero, hæc nostra est impudentia, quod tantum vt Deo non obediamus, & ea omittamus, quæ nobis præcipit, in medium honorem nostrum adducamus & eum præ oculis habeamus.

1. Non est honorificum male viuere.

O Vtinam, Christiani, honorem hunc semper præ oculis haberetis, vt nulla peccata committeretis, quæ facitis, & contra honorem vestrum militant. Dicito tu mihi, qui eo stimulo adeo pungeris: an honorificum est tam profanam vitam ducere, qualem ducis, perturbando viduam, pronocando maritatam, puellæ virginis honorem maculando? An honorificum, tam gulæ deditum, ventri seruire, epulonem viuere? cuius actionum regula appetitus sit deordinatus esus ac potus, ac si irrationabile brutum aleres. An honorificum, concubinatus sordibus inquinari; quo vxorem propriam exulcemis conficis angustiis, bona dissipas, amicum tuum exulceras, Rempublicam scandalizas? An honorificum, ita agere, vt agis, tot mendaciis, dolis, fraudibus, decipulis pauperculum circumvenire, eiusque sanguinem vsuris & onerosis contractibus exhaurire sangui sugam? An honorificum ita incedere vt incedis, mille vanitatibus & lusibus occupatus, bona tua immodico consumens luxu, debitis non satisfaciens, operario debitam detrahens mercedem, testamenti patris tui exonerationi non intendens defraudator? qua ratione tibi honorem concilias ex eo quod, quæ tibi Deus præcipit, omittas, potius per hoc eum tibi comparas.

28 Dico Secundo. Hoc quod neruosè & subtiliter prosequitur Diuus Chrysostomus. Non vult Deus honoris tui vllum detrimentum, quin potius, non tibi tantæ curæ est illum sartum tectumque conseruare, sicut illi, vt eum tu conserues. Perlege totam eius sanctissimam legem, tam antiquam Moysi, quàm nouam Sancti Euangelii, & licet reperias, quod Deus à suis aut petierit, aut petat, quicumque voluerint ei amicitia coniungi, aut seruitio famulari, relinquant patrem, matrem, fratres sollicitos ac sorores, amicos, campos, vineas, bona, honores, adhuc autem & animam suam, nullibi inuenies, quod vnquam voluerit, vt honoris æstimationem abnegent, quinimo eius semper voluntas illa fuit, vt summoperè sint solliciti pro eiusdem immunitate, magis quam pro thesauris infinitis: *Curam habe de bono nomine: hoc enim magis permanebit tibi, quàm mille thesauri pretiosi, & magni.* Eralio loco: *Ne des alienum honorem tuum.* Quinimo quicumque ex cordis syncritate Deo quærit deseruire, non confundetur, non contemnetur, vt vilis & abiecti animi peripsema. *Qui credit in eum, non confundetur.* Non sibi in seruos Deus adscribit fæcem populi, homines abiectos, & ab omnibus vt viles reiectos, terræ filios sed bonæ fidei, magnanimos, honoratiores quos mundus colit. Tales omnes vidit Dauid tanto ab omnibus honore exceptos, vt modum excedere videatur: *Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui, Deus.* Hoc supposito ait Diuus Chrysostomus ne timeas, quod Deus tibi sit præceptarus, ea quæ vergant in tuum dedecus aut infamiam: nullatenus, quinimo hoc, quod à te exigit, in magnam tui cedit æstimationem. Porro diabolus te turbat & intellectum obcæcat, mundus suis fulgetris & tonitru mentem tuam obnubilat terrenis phantasmatibus, & idagie, vt id tibi videatur & nociuum & indecorum, quod tibi maximi est emolumenti & honoris. Hoc optimè nouerat Prophesa Regius in Psal. 118. In quo nihil præter eminentiam Diuinæ tractat legis, & quo latius excurrit, eo altioribus scatet mysteriis: hunc psalmum vocat Diuus Augustus. *Psalmum magnum*: Ait ergo Dauid: *Amputa opprobrium meum,*

Hom. 3. ad pop.

II. Deus nolucrit ei amicitia coniungi, aut seruitio famulari, est

Eccl. 6.

Prou. 29.

Sam. 2.

Psal. 138.

Ps. 118.

D. Aug. Tom. 8. Psal. 118.

» *meum, quod suspicatus sum: quia iudicia tua iucunda.* Domine, hoc omnibus prorsus obuium
» & certum euasit, mandata tua cordi esse per-
III. » iucunda: *Iudicia tua iucunda.* Hoc nomen (*Iucun-*
Nihil » *da*) in Hebraico sonat, *Tobini*, quod Diuus Hie-
Deus » ronym. transfert (*Bona*) ex verbo Iob, quod sig-
præci- » nificat bonum absolute, hoc est, quod in se nul-
pit in » lam includit rationem mali, quæ ei possit obii-
nostrum » ci. Sic accipitur in hac sententia: *Vidit Deus lu-*
dece- » *cem, quod esset bona.* Sunt mandata quædam
cus. » bona, plenis buccis, & cunctis man bus, hoc
Gen. 1. » est, in se continent omnes rationes boni vtilis,
» delectabilis, & honesti, ideo ad hoc signifi-
» candum transtulit nostra vulgata (*Iucunda*) quia
» bono proprium est lætificare, & ille perfecte
» & pleno gaudio hilarescit, qui omnem plenè
» boni possidet rationem. Sic se res habet, o Do-
» mine: porro turbat me suspicio quædam oppro-
» brii & dedecoris. *Opprobrium, quod suspica-*
» *tus sum.* Suspicio, timor quidam est; qui in
» corde tuo exsurgit, & te diuexat ex dictis, in-
» certisque indiciis.

» Est tibi gnatus aqualis præclarissimus, in-
» genioso & magnis sumptibus erectus, a pro-
» genitoribus tuis, quem vt opus coronarium
» aut vel argento purgato inclauserunt, approba-
» tus hic à certioribus auri examinatoribus, ad cer-
» tem b.s, terumo millies reuocatus, & ad saco-
» ma appensus. Venit nescio quis nequam im-
» peritus Alch mista, hic niitur tibi persuadere
» magnam artem latere in purificandis metallis,
IV. » iuxta regulas suas & præcepta purificandi me-
Simi- » talla aut quæuis alia in sublimatorio, fascinat
litudo. » mentem tuam, asserit argentum illud multa
» commixtione pollutum, rubigine corroden-
» dum, nec in aurificum officinis vt legitimum
» recipiendum. Adest al.us talis, & hoc idem
» confirmat, qui te turbet regulis quas communi-
» ter seruant aurifices vulgares. Eorum dicta
» suspicionem quandam tibi pariunt, quæ te adeo
» contristet, vt, licet probe scias argentum hoc
» esse excoctum & obryzum, nihilominus inter
» diuersas opiniones distraharis de veritate dubi-
» us. num verum, non falsum.

» Quæ auri pars vel argenti tam purificata,
» defæcata, vt lex Dei, quæ Diuina eius man-
» data complectitur? Quale argentum? quam ob-
» ryzum? hoc ipsum iudicat Rex propheta; *Eloquia*
Psal. » *Domini, eloquia casta, argentum igne examina-*
11. 7. » *tum, probatum terræ, purgatum septuplum.* Elo-
» quia (inquit) Domini & mandata eius casta sunt
» id est, pura, defæcata, nullis sordibus,
» nullis maculis inquinata, quibus non solum
» non inficiuntur, sed nec illas quidem permit-
» tunt, vt aliorum legislatorum mandata. *Elo-*
» *quia casta.* Sunt obryza, in pectore Dei Diui-
» ni amoris igne purificata, quo nos ardenti-
V. » us amat, quam ipsi patres nostri, addo & nos
Dei » ipsi nos, ac proinde patet, quod nobis nihil
præcep » aliud optet, nec præcipiat, nisi quod in nostrum
ta exa- » tendat honorem & vtilitatem. *Igne examinata,*
minata » sunt in terra examinata ab examinatoribus fi-
sunt. » delissimis & certissimis: illos dico Patriarchas,
» Prophetas, Apostolos, Martyres, Doctores,
» Confessores, & Sanctos præclarissimos, &
» viros illos, qui absque vllo errore de illis cen-
» suram tulerunt, qui optime nouerant, in quo
» consisteret ratio veri boni, honor secutus, &
» solidum emolumentum.

» Hoc credit Bellarminus intelligi per (*Proba-* » *In psa.*
» *tum terræ.*) Iam centies millies probata & con- » 11.
» firma a est eius bonitas per acta Patriarcharum,
» opera & doctrinam Prophatarum, exempla
» Apostolorum, Martyrum triumphos, Do-
» ctorum sapientiam. Hoc est *Purgatum septu-*
» *plum.* Ita vt iam securus sim Domine, ait Da-
» uid: quod *Iudicia tua iucunda.* Nihilominus
» prodeunt Alchimistæ suis alchimiis & verisi-
» militudinibus quas faciunt in ipsis metallis, &
» hoc quo ad exteriorem tantum apparentiam in
» oculis hominum, de exteriori solum cortice
» seu superficie sollicitis. Dicit vnus, non be-
» ne conuenire homini ad dignitatem euecto
» cum cæteris de turba se componere. Ait a-
» lius, magnam esse obdæcationem patienter
» sufferre eum, qui te incompositis verbis in-
» honorat. Alter vero protrudit: hoc minus
» æstimari apud eos, quos mundus magni facit,
» manum non attollere, contra eum, qui te
» petulanti lingua momordit. Adfert altet; ia-
» cturam fidei & animosi ratis suæ eum pati, qui
» leuiter percolat iniuriam ab aliis illatam, nec
» ex ea sibi quærit vltionem. O Domine mi,
» queritur Dauid: vt certum semper existimari,
» tam bona esse mandata tua, vt eorum obser-
» uantia totius boni omnem includat rationem:
» *Iudicia tua iucunda.* Verumtamen, opiniones
» illorum mundi amatorum, excitant mihi, nes-
» cio quam sinistram suspicionem: dedecus esse,
» reputari opprobrium, adferre damnum, eorum
» obedientiam. Non me conuineat hoc suspi-
» cionis iudicium: *Amputa opprobrium meum quod*
» *suspicatus sum.* Cortinam dissecinde, aufer vm-
» braculum, vt legis tuæ videant oculi mei me-
» dullam interiorem, & inueniam in ea bonorum
» affluentiam, mirabiles profectus, glorioso-
» trium-

triumphos, & cæleſtes delicias. *Reuela oculos meos, & conſiderabo mirabilia de lege tua.* Hoc à Deo requiramus & hæc omnia in tota eius lege nos inueniſſe gaudebimus. *Pſal. 118. 18.*

VI. *Honorificum eſt offenſas remittere.*

Conſequenter, & his conformiter dico, remittere offenſam, vltionem non expetere, ſedato animo calumnias ab aliis ſibi irrogatas ſuperare, abſit vt tibi hoc vertatur dedecori, quinimo nihil maiorem tibi conciliat honorem, & te reddit illuſtriorem aut nobiliorem in oculis nedum Dei tui: ſed totius vniuerſi. Conſideremus hæc attentius ſumpto argumento, quod Logici vocant, *à priori*. Ex propria rerum definitione. Quid eſt honor? Eum definit Philoſophus cum Diuo Thom. *Eſt notitia clara cum laude.* Subtiliter declarat hæc definitio commune prouerbium, quo honorem dicimus, bonum odorem: qua phraſi etiam vſus eſt Diuus Paul. *Chriſti bonum odor ſumus Deo.* Deprompta metaphora ex horto ſeu florilegio. Hortum tibi imaginare pulchertimis & odoratiſſimis floribus vernantem; ſpirant lilia, roſæ, violæ, narciſſi, caryophillon, cinamomum, animonium &c. perflat ventus Eurus flores; illos colligis, faſciculum tibi componis, naribus apponis, exclamas: proh quam gratus, quam ſuauis, quam ſanus odor? Altera intrat puella, & ſimiliter ſibi faſciculum compingit ex diuerſis aromatum ſpeciebus, paſtillo, Zibetho, ſtacte, nuce odorata, muſco, ambare, roſarum puluere &c. ignem admouet, ex quibus odor plane cæleſtis exhalatur, gaudet, applaudit: hem; quis vnquam talem percepit odorem? D. Tho. 1. 2. q. 2. a. 2 & 3. con. gentes c. 28. 2. Cor. 2. 15.

VII. *Similitudo.*

29 Eodem modo hominem tibi propone, qui vt floridus hortus, omnium virtutum, ſeu florum ſpeciebus adornatur, qualem Diuinus ille ſponſus ſponſam ſuam extollebat; pius eſt, honeſtus, deuotus, miſericors, caſtus, diuino cultui addictus, iuſtus, amabilis: flores hos ventus quidam perflat ex huius & illius ore procedens verba ſunt hæc, quibus colloquuntur de illo, hic & alibi, quæ ad notitiam huius ac illius perueniunt; quibus illum præ cæteris extollis, deque eo multa & illa quidem bona deprædicas? hoc eſt honor.

Vitam hominis recte compoſueris ac omnium faſciculo ex omnibus aromatum ſeu virtutum ſpeciebus collecto: incenditur, quando inter homines verſatur, perflat vnus, perflat alter, multa circumferuntur laude digna: illi eo ſuauiſſimus illarum rerum odor percipitur, quo omnibus homo redditur admirabilis, gratus, inter ſidera ſtatuendus? Hoc dixeris eſſe honorem, Hinc primum colligo nullam verum dari honorem, niſi vbi veræ florent virtutes: ex illis enim tantummodo gratus exhalatur odor, vbi vero vitiorum herbæ malum redolent: non gratum, non ſanum ſpirant odorem, ſed fœtorem nulli ferendum, peſtilentem. Hinc D. Aug. educit rationem cur Romani tanto ſtudore in virtutum moralium laborauerunt exercitio. Erat eorum ſtudium, fidem hominibus ceriam ſeruare, erga Deos ſuos, intemeratum religionis cultum, in Republica iuſtitiam, in exercitu & bellis fortitudinem, in ſubditos clementiam. An forte iſta egerunt in obſequium Dei, & metitum vitæ æternæ? minime gentium: nec vitam æternam quidem nouerant. Sed ea faciebant, (ait *D.* Auguſt.) quia erant honoris auidiſſimi, quem nouerant ſe non poſſe adipiſci, niſi tantum præclarioribus virtutum facinoribus. Deinde infert D. Aug. ſapienter dixiſſe Ciceronem primũ omnium deſiderium in mente Principis procurandum eſſe, honoris ambitionem? *Princeps alendus eſt gloriæ cupiditate.* Hoc enim gloriæ deſiderium, eum a vitiis deterrebit, & ad virtutum exercitium adhortabitur: cum illud tantummodo ei poſſit conferre & veram gloriam, & ſtabilem honorem. *L. 5 de ciu. c. 13. & ſeq. Cicer. 1. 2 de Republica.*

Hinc diſce ſecundo qua ratione appendendus tibi ſit honor, & quomodo tibi ſciendum quæ ſit eius eſſentia, & quid dedecus; hunc enim errorem notat Spiritus S. in mundi cultoribus, qui ſæpius dicunt honorem, infamiam; & infamiam, honorem. *Nec iudicauerunt honorem animarum ſanctarum.* Ibi ſolummodo verus honor reperitur, vbi Dei lex obſeruatur, & virtutes exercentur: vbi vero hæ deficiunt, & regnant vitia, honor eſſe non poteſt: cum bonus odor efflare non poſſit niſi ex odoriferis floribus: ex fœtentibus enim & grauioris qualitatis, fœtor peſtilens & intoleranbilis exhalatur. *Hoc luce clarius expoſuit D. Paul. Gloria, honor & pax omni operanti bonum:* Expreſſit hoc idem ſpiritus S. hac ſententia. *Memoria iuſtorum laudabitur: nomen autem impiorum putreſcet.* Quis his libris honoratur hiſtoriarum? quis fœtor tam execrabilis exhalatur legenti crimina Cain; ſcelera Saul, atrocitatem Herodis, iniuſtitiam Pilati, & aliorum iniquitates? quis odor tam ſanus, tam gratus reſoluenti faſtus Dauid, Iob; S. Pauli, S. Antoni. S. Franciſci, S. Dominici P. N. *Memoria Ioſiæ in compoſitionem odoris facta opus pigmentarii. In omnibus ore quaſi mel dulcorabitur.* VIII. *Quid ſit honor, quid dedecus.* *Sap. 2. 22.* *Rom. 2. 10.* *Prou. 10. 7.* *Eccl. 49. 1.*

Ex hoc principio deſcendamus ad rem propoſi- 30

pasitam? Si honor constare non possit, nisi vbi virtus viget nec esse honor potest, vbi illæ exulant & multo minus vbi regnant vitia. Videamus in quo virtutes floreant: in illo, qui diligit inimicos, qui iniuriam sibi illatam dimittit, & benefacit eis, qui eum oderunt: an vero in magnanimo, qui totis viribus vindictæ calumniarum tumendæ incumbit? In eo, qui diligit inimicum, qui ob amorem Dei ignoscit calumniatori, quas non virtutes reperies? Fidem viuam cum credat Euangelio. Spem qua Deo confidit, sibi ea mensura fore remittenda peccata, qua fibi obtrectanti eadem remisit: Reginam virtutum charitatem, timorem Dei, religionis cultum, legis obedientiam, patientiam, mortificationem propriarum passionum, reuerentiam erga Diuina præcepta. In eo qui aut vltionem petit, aut de ea petenda agit, quæ vitia reperias execranda? Mille scelera, impatientiam, iram, cholcram, furorem, præcipitationem, suis moribus inordinatis subiectionem, ac si foret serpens vel ferocissimum brutum. Odium Diuinæ legis, contemptum Dei, vix vllam reuerentiam, periuria, blasphemias &c. In remittendo igitur offensam, ignoscendo inimicis, patienter dicteria sufferendo, vere consistit honoris essentia, & in his contrariis macula, dedecus, ignominia. Proinde Christus, nostri sollicitus honoris, hæc mandat: *Ego autem dico vobis: diligite* &c. q.d. Me vestri honoris magis cura sollicitat, quam vosipsos, & omnes vos opto tam illustres, ut in cælo ad Regiam possitis euehi dignitatem: quocirca vobis præcipio vt diligatis immicos, exerceatis mille opera virtutum, quæ huic præcepto connectuntur.

§. 8. *Hæc est fortitudo maxima, iniuriarum obliuio: vt patet in Deo & Dauide.*

31 ADhuc minutius bellum hunc commandu-
cemus vt prædicta lucide perspicias. Vos interrogo: cur vobis decus videtur vltionem exposcere ab eo, qui te offendit, & maculam contrahi ex calumniarum surda mutaque patientia, aut ex eo quod manus opprobriis lacessiti, non exeratis violentas? Respondebis: quia eo ipso, quo hoc agis, cedis arenæ, te turpiter deiectum fateris; imbecilles vires tuas prodis, animum proiectum, vilem, inualidum, vel ordem; inser sibilem, exanguem. Ex eodem ego principio tibi probabo prædicta. Hoc tibi persuade, Deo non placere pusillanimes, homines vecordes, lepores galeatos: quinimo sibi adscripsit imperte ritos, inuictos, qui nulli contrario terga vertant, qui mundum totum oppugnent, ad omnem euentum, & ad casus ferendos, omnemque fortunam stabiles, & paratos. Hoc manifeste declarauit, dum ait, se milites conquirendo cælo conscribere, non alios, quam fortissimos, quos vocat violentos: extremæ enim tali negotio vires exquirentur. *Regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.* Verum & in lege veteri oderat adeo Deus pusillanimes & exangues, vt legem statuerit, vt ante militum congressum in prælium, præconis voce proclamaretur? *Quis est homo formidolosus, & corde pauido? vadat & reuertatur in domum suam.* Num vero tu illum fortem prædicas, qui calumniatorem prosternit, & alapam altera alapa confringit, pedibus suis in se assurgentem, dejectum conterit? Et sic de fortitudine, & hominis magnanimitate fers iudicium, sicut de robore animalium, hæc enim deprimis, vt languida, quæ viso hoste terga vertunt, latebras quærunt, & ex pusillo corde nasci canem à cane demorderi, nec dentem denti opponere, & equum ad tauri conspectum trepidare. Pueris perspicuum est, quod Spiritus S. dixit: hanc esse omnium maximam fortitudinem, victoriam sui ipsius, & male ordinatarum passionum obtinere.

Hoc verbis illis significauit, vt notat D. Gregor, a quæ legimus. b Melior est patiens viro forti & qui dominatur animo suo, expugnatore Vrbium. Huius rationem dicunt D. Chrys. c D. August. d D. Greg. e Qui maiori contra hominem pollent robore, & fortioribus instant viribus hostes, & attocius suscitant bellum, ne credas esse aduersarios exercitus, aut externos inimicos, sed proprias passiones in anima exsurgentes. Patet hæc veritas (ait D. Aug.) quia inter illustrios res duces, quos orbis celebrauit, multas est inuenire, quorum fortitudo deuicit exercitus copiosissimos, occupauit vrbes munitissimas, Regna & prouincias subegit: eo tamen non peruenerunt, vt proprias passiones seu affectus debellarent. Præstauit Dauid Gigantem, (ait D. Ambros.) porro affectum cordis sui deuiantem non compressit, qui eum ex conspectu Bethsabee deiecit; obtinuit illustrissimos triumphos: *Percussit Dauid decem millia*, & percussit eum mulieris vnius affectus.

Ita notat D. August. ex Cicerone, Iulium Cesarem non omnimoda laudatum fortitudine licet

1. Deus vecordes repellit.

Mat. c. 11. 12.

Deut. 28. 8.

II. Fortitudo maxima victoria est sui ipsius.

D. Greg. a *Ho. 18. in Ezech.* *& Ho. 35. in Euang.* *& 3 p. Pastor. ad. monit. 16.* b *Pro. 16. 32.* c *Ho. 1. de Saule & Dauid, & l. 1. de ciuit. c. 1. &* *Epist. 3.* *Loc. cit.* e *1. Reg. 18. 7. In Para.* *doxis de Cæsare.*

licet enim Regna multa, Prouincias & Duces superauerit; proprias tamen subigere passiones fuit imbecillis, quinimo hæ de eo triumpharunt; & ad extrema dedecoris & infamiæ deiecerunt, ad lasciuias & ebrietates impulerunt.

D. Amb. *Apolo. 2. de Dauid. c. 3. Tom. 1.* Hoc idem aduertit Dinus Ambros. de Samsone. *Samson validus & fortis leonem suffocauit, sed amorem suum suffocare non potuit. Vincula soluit hostium, sed suorum non soluit nexus cupiditatum Messes incendit alienas, & vnius ipse mulieris accensus igniculo messem suæ virtutis amisit.*

Huic congrue solebat dicere Diogenes Cynicus; Principes tyrannos numquam absolute esse fortes; quia licet multos sibi subiugent, tam homines, quam Prouincias, illos tamen sibi subditos tenent peruersæ passiones, & deiectos demonstrant vitiorum suorum monstris, vt bestias, & ab omni hominum sensu abalienatos. Ad hæc conscripsit Diuus Ambros. tractatum in psal. 104. in quo rogatu amici sui » S. Simpliciani Episcopi, probat & perpalam de» monstrat eum tantummodo mereri nomen Do» mini qui bonus sit, & qui rationis legibus ob» sequitur, & suorum appetituum sibi substernit » affectus, de quo Solon sapiens librum inscripsit: *Quod omnis probus liber.* Quod cæteri om» nes, licet vt magni Domini fuissent honorati, » in rei veritate tamen tales non essent; nam li» cet exterius exercerent dominium in homines, » interiores tamen passiones & motus eis domi» narentur, eosque sibi subiectos videren. *Gemi»* na est seruitus (ait D. Ambros.) *Altera corporis,* D. Amb. T. 4. » *animarum altera. Domini corporis, homines, ani»* marum autem malitiæ & passiones, à quibus sola » animi libertas sapientem vindicat, vt seruitio ei » liceat exire. *Vnde colligitur: quia & stulto ser»* uitus est, imperare: & quod peius est, cum pau» cioribus præsit, pluribus Dominis & grauioribus » seruit: seruit enim proprijs passionibus, seruit cu» piditatibus, quarum dominatum, nec nocte po» test fugere, nec die; quia intra se dominos habet, » intra se seruitium patitur intolerabile.

» Ne tibi persuasum habeas, illos omnes, qui » tibi videntur esse Domini: quinimo tanto » magis suorum motuum esse seruos interius, » quanto amplius dominium obtinent exterius. » Habent illi sibi subditos homines, & ipsos te» nent interius sibi subditos & deiectos affectus » irregulares. *Seruit igitur peccator fortasse homini, ser»* uit etiam cupiditati, seruit auaritiæ, seruit libidini, » seruit malitiæ, seruit iracundiæ, & videtur sibi li» ber, sed magis seruit, quam sub tyranno positus. Illi » autem liberi sunt, qui legibus viuunt &c.

»

Concluſum igitur ſit principalē tuam fortitudinem conſiſtere in tui ipſius victoria, dum tibi ſubſternis motus & paſſiones tuas, illas rationi ſubiugas, & ſecundum illam tefrænas. Hinc infert D. Thom. Actum maioris roboris ſeu animi, eſſe actum patientiæ: hæc enim vincit, ligat, refrænat hominis hoſtem infenſiſſimum. Si enim hominis potentiſſimi ſunt inimici propriæ poſſiones, omnibus eſt in profeſſo (ait D. Chriſoſt.) harum omnium validiſſimam & feruentiſſimam eſſe iram, hæc enim ignis eſt, qui accenditur in ſanguine circa cor, & turrim poſſidet principalem ſcilicet caput & iudicium, & te rapit extra te, ſic vt locum conſilio, ſeu rationi non cedas, vt tu ipſe fatearis (ait) quod te raperit extra teipſum & rationis vſum turbarit. Vnde & ipſe amicus Iob robur animi ſociauit patientiæ cum ait: *Vbi eſt fortitudo tua, & patientia tua?* Quid dicam? Inter ipſos Ethnicos tam explorata erat hæc veritas, vt bini & trini hanc per plateas decantarent verſibus quos ex Horatio profert D. Auguſtin. & eleganter Poeta Mantuanus.

2.2.q. 123. a. 8. Ho. 23. ad Popu. Iob 4. 6. D. Aug. De ciu. l. 14. Tom. 7.

Fortior eſt, qui ſe, quam qui fortiſſima vincit
Oppida; nec virtus altius ire poteſt.

Et idem ipſe:

Ardua res viciſſe alios, victoria maior
Eſt animi fluctus compoſuiſſe Jui.

III.

Hinc innoteſcit magnum S. ſcripturæ arcanum Dei fortunum, quod iterato repetit in eo maxime D. um tudo in declarare ſuam infinitam potentiam, fortitudinem & maieſtatis robur immenſum, quod patienter calumniatores, detractores, & perſeratribus, inſectatores, Diuina Diuini ſpiritus accipe verba: *Miſereris omnium, quia omnia potes*: & paulo inferius: *Ob hoc quod omnium es Dominus, omnibus te parcere facis: virtutem enim tuam oſtendis tu.* Emphatice dictum eſt (*Tu*) q. d. Homo miſerabilis, languidus, infirmus credit robur ſuum & animi magnitudinem conſiſtere in occidendo, trucidando, perdendo calumniatorem. Porro tu, Domine, omnipotentiam tuam & pectoris robur in ignoſcendo, parcendo, inimicis benefaciendo patefacis. *Virtutem enim tuam oſtendis tu.* Ex quo Eccleſia hauſit hanc tam celebrem orationem: *Deus, qui omnipotentiam tuam parcendo maxime & miſerando manifeſtas.* Notandum eſt illud aduerbium (*Maxime*:) nulli enim dubium eſt, quin Deus omnipotentiam ſuam in creatione Angelorum manifeſtarit, mundum hunc vniuerſum de nihilo

Sap. 10. 11. 24. & 12. 16.

nihilo creans, gubernans cælos, peccatores diluuio castigans, quo totum submersit orbem, igne quinque ciuitates in cinerem redigent, terræ hiatu Core, Dathan & Abiron absorbens: an non clarissima suæ potentiæ signa demonstrat? Vtique. Sed in quo eam demonstrat in gradu superlatiuo, *Maximè?*) id facit, in remittendo peccata, in misericordiam largiendo sibi iniurias irrogantibus: hic enim patet, eum tam potentem esse Dominum, vt eum nec affectus turbet, nec ira præcipitem agat, sed quòd inter maxima scelera maneat cor eius pacificum, peccatoribus immensa conferens dona beneficiorum

Hanc doctrinam concludit D. Paul. casu quodam singulari, quem ideo Deus permisit, vt in eo argumentum quoddam brachij sui seu omnipotentiæ daret patentissimum. *Quod si volens* Rom. 9. 22. *Deus &c. notam facere potentiam suam, sustinuit in multa patientia vasa iræ, apta in interitum.* Voluit Deus mundo exhibere suarum perfectionum exemplum, & Diuinorum attributorum clarissimum specimen, proinde modò potentiæ suæ statuit exemplum. Sed quomodo? prosternendo inimicos? Euaginando gladium contra refractarios? ignes & flammas de cælis depluendo in sui contemptores? Nequaquam: Et licet per hæc suæ det potentiæ specimen, non est tamen suæ fortitudinis hic actus supremus. In quo igitur ostendit? In perferendo, in patienter agendo, in misericorditer ingratos & scelestissimos quosque expectando. *Sustinuit in multa patientia vasa iræ apta in interitum.* Sustinet peccatores maximos vasa iniquitatis, vno, altero, & tertio die, eos luce solis illustrat, pluuiæ illis aquas concedit, in suo illos esse conseruat, in omnibus, & per omnia sustentat. Hæc est Dei fortitudo maxima, hæc eius immensa potentia.

Hom. 2. de Saule & Dauid. Ex hoc principio demonstrat D. Chrysostom. quis fuerit actus, in quo se Dauid ostendit fortissimum. Præclara gessit Dauid, ad cuius pedes seu infima non peruenerunt ficta Ethnicorum facinora de Hercule, Achille, Vlysse, Æuea, Cæsaribus: Adhuc adolescentulus, imberbis, rufus, pulchertimus instar Germani, ouium pastor. Videns leonem confestim accurrebat: etenim eius brachiis leo fortissimus animalium, vt agnus habebatur, & in agni modum ab eo comprehendebatur, præsocabatur, dilacerabatur: testis huius facinoris est Spiritus S. *Cum leonibus lusit,* Eccl. 47. 3. *quasi cum agnis.* Aduertit vrsum, nec ab eo refugit, sed aduenientem præstolatur, quinimo insequitur, & irruens in eum, collum contorquet, & inter manus confringit, pullum gallinæ dixeris eum interfecisse. Demum quid natrem victoriam illam toto orbe celeberrimam, quam de monstruoso illo, & tam horrifico retulit gigante, vt fortissimi quique Israelitarum ad conspectum eius latebras quærerent, quinimo & integer eorum exercitus fugam arriperet; hunc vnico fundæ iactu solo prostrauit, & vt passerculus velocissimus in prostratum insilit, iacentis eduxit gladium, & propriâ machera caput à corpore detruncauit. Celeberrima hæc victoria, quam mundus celebriorem iudicauit, quam si ipse solus hostium decem millia profligasset, vnde huic reuertenti ex duello mulieres accinebant: *Dauid percussit decem millia.* His non ob- 1. Reg. 18. 8. stantibus, (ait D. Chrysostom) non hic maximi roboris actus fuisse laudatur, nec omnium celebertrima Dauidis victoriarum inscribitur. Quis igitur actus maximè heroicus, in quo suæ magnanimitatis specimen dedisse prædicatur? quæ eius victoria omni exceptione maior? Illa fuit, ita fuit illa, quam in spelunca obtinuit, dum illi fortuitò occurrit socer eius Saul.

Adagij vicem subiit infernalis illa rabies, quâ 33 Dauidem ad necem Saul persequebatur, calumniæ, quibus eius honori detrahebat: ob quas & alias rationes prætendunt *a* D Chrysostom. *b* D. a Ho. cit. Gregor. licitum fuisse Dauidi saluâ conscientia Saulem interficere. Per montes & inuia profu- D. Aug. in Ps. 131. gus oberrat Dauid: Hunc Saul copiosâ militum b Prolog. manu persequitur; profundi spelæi latebras suis in Ps. pœ- comitatus militibus subintrat Dauid, id igno- nitent. rante Saule: Premit hunc naturæ secessus, an- IV. trum subit solus, eos, qui intus latitabant, non Quę fue- aduertens. Vidit eum intrantem Dauid, vident rit maxi- eius & milites, & continuò cubito silenter Da- ma Daui- uidem incitant, Eia Dauid Eia Dauid: *Ecce dies,* dis fortitudo. *de quo locutus est Dominus ad te: ecce ego tradam* 1. Reg. 24. *tibi inimicum tuum, vt facias ei, sicut placuerit* 5. *in oculis tuis. Propitius sit mihi Deus ne mittam manum meam in Christum Domini.* Enucleat D. Chrysostom. fortissimas rationes, quas Dauidi proponebant: iniuriam eamque maximam ipsi à Saule illatam, periculum capiti eius imminens, si eum hâc oblatâ sibi à Deo occasione, non confoderet, molestias quibus anxius oberrabat, & secum in eadem milites suos inuoluerat, & quod qui hosti suo parcit, in eiusdem manibus moriatur &c. (a) Nihilominus perstat Da- (a) quòcun- uid immotus, & ait: Viuit Dominus: non ex- a su ene- migo po- tendam in eum manum: hoc solummodo egit; pa. ex sua oram chlamydis Saulis silenter abscidit. Egressus manos

Saule, pariter antro egreditur Dauid: acclamans? *Domine mi Rex*: quid me persequeris? vide, me nihil aliud optare, quàm tibi deseruire: Agnosce oram chlamydis, quam resicidi: ex qua luce clarius patebit, quàm fueris inscienter manibus meis traditus & meæ potestati: quàm mihi persacile eodem quo fimbriam chlamydis abscidi pugione, & vitæ tuæ filum discindere. Verumtamen absit hoc à me &c.

Hic roboris sui trophæum erexit Dauid: dicit D. Chrysostom. hæc eius laudatissima victoria: fortissimum enim hostem superauit, eumque talem, ad cuius internecionem illi opus erat & corde & pectore robustiori. Quando Dauid leones & deiecit & membratim discerpsit ipsis leonibus euasit fortior; quando præfocauit vrsos, ipsis vrsis habetur robustior: quando Gigantis prostrauit superbiam, ipso gigante celebratur maior: porro modo seipsum superans, seipso fortior decantatur. Dum in antro fimbriam præscidit Saulis vestimento, non ei erat hostis infensissimus socer eius ipse Saul: nec qui in eum crudeliora mouebat bella; nequaquam; sed proprius affectus, inclinatio propria, quâ cor eius ad Saulis cædem incitabatur actus: & licet veraciter pugione Saulis pallio fimbriam resciderit, verumtamen cordis sui inordinatum affectum præfocauit glorioſior, cuius Deo obtulit gratissimum sacrificium. Sic est, fuit hic difficillimus, fuit hic fortissimus inimicus, & is tantus, vt ipsemet Saul totus attonitus Dauidi dixerit: Eia Dauid, quid proloquar? Tantumne tibi est pectoris robur, quo tantum tui cordis affectum valeas subiugare? *Quis enim, cum inuenerit inimicum suum, dimittet eum in via bona?* 1. Reg. 24. 20.

Et quid vos cogitatis: pectoris robur, & animi magnitudinem in eo iactari, quod eodem momento, quo quis te vel vnico læsit verbo, statim manum applices gladio, caput medium diffindas, aut manum attollas, vt alapam impingas? Toto oberras cælo: non hoc animi robur, sed pusillanimitas: quam tunc tantam prodis, vt de te tua cholera triumphum agat, te correptum extra rationis vsum trahat infamem, vultu ferocem, oculis turbatum, linguâ incompositum, actionibus peruersum, vt ipse tu (ait D. Chrysostom.) *in te reuersus*, bile iam deferuente, stultitiam tuam, mores incompositos & animi ferocitatem, rubore confusus eorum, quæ egisti, in excusationem tui hoc produceas: non eram mei compos, rationis vsum cholera abstulerat. Ipse tu, non alium iudicem quæro, tuam facteris imbecillitatem, tuam accusas impotentiam: Certè vlteriores mihi non erant vires, verè hoc in mea non erat manu. Sic est, vt fateris, sic est. Hæc animi præstantia, hæc tui foret pectoris altitudo, dum honori tuo quis maculam aspergit, & acerbissimè de te loquitur, cum gladio non confodias, ille enim minor est inimicus, sed furorem tuum, bilem tuam infensissimum tibi holtem. Hæc & alia lege. Tract. 4. §. 22. & seqq.

§. 9. *Hæc lex, lex est Reipublicæ Dei, quocirca honorificum est ei illam seruare, qui viuit in illa.*

ADdamus ad hoc aliam rationem, massicantes hunc bolum. Placet ne tibi attendere, quod summum tibi pariat honorem, & nullatenus it famam, vel minimam remittere offensam? Attende, ad quos Christus dirigat hæc sua præcepta: *Ego autem dico vobis. Diligite* &c. Qui sunt illi? Christiani, nos qui in Christi republica, quæ est Ecclesia, viuimus. Nullum est regnum, nulla Respublica, ciuitas nulla, quæ non habeat suas leges, bono regimini conuenientes: nullum verò reperias ciuem tam Reipublicæ suæ iniurium, qui sibi veritat dedecori, easdem seruare leges; quin potius, vt sufficientem titulum & facti rationem hoc producit: hæc est lex huius Reipublicæ Et hoc ipsum confirmat D. Paul: *Scimus, quoniam quæcumque lex loquitur, iis qui in lege sunt, loquitur, vt omne os obstruatur.* Responsio est, quæcumque aduenæ obstruat, dum te interrogat: cur hoc, aut illud agis? dicere, hoc ago secundum legem istius ciuitatis, in qua viuo & hoc ibi in praxim deducitur. 1. Honorificum est sui status seruare leges. Rom. 3. 19.

Conqueritur Iacob de Laban, cur contractu inito de accipienda in vxorem filiâ eius minori, maiorem substituerit, hæc Labani responsio os Iacob obstruxisse videbatur: *Non est in loco nostro consuetudinis, vt minores ante tradamus ad nuptias.* Viuit vir sanguine clarus in Republica sæculari, prodit in forum auro & serico indutus, torquem auream collo circûdat, pileum plumis inornat, chlamydem gerit tanuis suffultam, gladio femur cingit, incrustato, calceos induit fenestratos: & hoc ei honori vertitur. talis enim est habitus vsu consuetus in tali Republica, nobili sæculari. Accidit, vt hic idem inter Fratres Minores Capucinos adscribatur: veste induitur cinericia, saccis & piraciis consuta, nudipes incedit, fune setaceo præcingitur: hic vestiendi Gen. 29. 26. 11. Simile.

vestiendi modus cedit ei in honorem, & cur ita? talis enim legibus Reipublicæ monasticæ præscribitur, ad quam se transtulit: si verò ad hunc sæcularis viuens coronam sibi tonderet, discalceatus incederet, fune cingeretur, honori eius detraheretur quàm maximè: quinimò & maiori exponeretur risui Monachus, si in forum descenderet plumis galeatus, caligis sericis indutus, & gladio obarmatus inaurato. Natus est homo in Republica Adami, Filius iræ, Satanæ subditus, & passionum suarum legibus adstrictus: hæ enim sunt corruptæ & depravatæ naturæ leges. Porrò nos Deus, suâ misericordiâ, de hâc Republicâ perversâ eruulsit, & in suam transtulit Rempublicam seu Regnum, nos suæ ciuitatis (quæ est Ecclesia) ciues conscribens. O quantum beneficium! O quæ gratia: cui parem referre non possumus.

Ad Coloss 1.12. *Gratias agentes Deo Patri, qui dignos nos fecit in partem sortis Sanctorum in lumine, qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filij dilectionis suæ, in quo habemus redemptionem per sanguinem eius remissionem peccatorum.* Ita vt modo vobis dicere possimus cum D. Paulo: *Ephes 2. 19.* *Iam non estis hospites & aduenæ, sed estis ciues Sanctorum & domestici Dei.* Iam nunc viuitis, in ciuitate, imò in domo Dei hæc vestra est ciuitas, hæc vestra Respublica. Ex quo perspicuum sit, firmiter tibi credendum, tuæ dignitatis honorem augeri, si iuxta eius leges viuas & instituta.

III. Similitudo. Si Clarissimus Venetiarum hoc sibi in sui nominis æstimationem trahat seruare Reipublicæ suæ leges, si Nobilissimus Florentinus Florentiæ obseruet instituta, si ciuis Barcelonensis in duellum prouocet eum, qui ausus fuerit exprobrare, honorem suum offundi, dum suæ ciuitatis constituriones obseruat; an non pariter accrescet honori ciuis Regni Dei, & Ecclesiæ suæ, ciuitatis huius mandatis obedire? Prorsus inquies si ad eum modò non descenderis erroris abyssum: vt eam, eiusque credideris præcepta, cæteris omnium ciuitatum, Rerumpublicarum, & totius mundi legibus esse viliora, infaustiora, & imprudentiora. Hanc optimam rationem *Rom. 7.5.* adduxit D. Paul. *Cum essemus in carne, passiones peccatorum quæ per legem erant, operabantur in membris nostris, vt fructificarent morti. Nunc autem soluti sumus à lege mortis, in qua detinebamur, ita vt seruiamus in nouitate spiritus.* Quales verò regni Dei & ciuitatis sunt leges? Hoc omnibus constat, quòd eas ad bonum sui regimen decreuerit. Præcipuæ sunt illæ, quas in Euangelio proponit, & inter illas, quæ cæteris præeminet, est hæc. *Ego autem dico vobis: diligite inimicos vestros.* Nullus ergo, qui huius Reipublicæ ciuis viuit, credere potest se existimationis suæ iacturam pati, si eas obseruet, sed potius maximum inde oriri sui honoris incrementum.

Examinat D. Chrysostom. verba illa, quibus Ioseph respondit fratribus suis, & ea satis intellectu difficilia, & plena mysteriis. Mortuus erat Iacob patet, timuerunt fratres eius, ne Ioseph recordaretur iniuriarum, oppressionis, venditionis, quibus eum contra fas & nefas grauissimè læserant: quando eum inuidiâ furiosi cogitauerunt occidere, deiecerunt in cisternam veterem, vendiderunt Ismaelitis, & quod vltionem debitam ab eis exposceret: vnde timore perciti, eum adeunt, nec ausi proprio eum nomine, & auctoritate interpellare: videbant enim se nihil in delicti sui purgationem posse adducere: eum nomine patris sui iam pridem defuncti & piæ memoriæ alloquuntur. *Pater tuus* (nec præsumunt dicere *Pater noster*, sed *tuus*, vt commissioni maiorem conciliarent auctoritatem) *præcepit nobis, antiquam moreretur, vt hæc tibi verbis illius diceremus. Obsecro, vt obliuiscaris sceleris fratrum tuorum* &c. Ioseph verò blando vultu & subridens, vt Angelus respondet. *Nolite timere, num Dei possumus resistere voluntati?* Quid ais, ô piissime Ioseph? Num fortè, quod fratres tui fecerunt, voluntas Dei fuerit, cui non potuerunt resistere? Num fortè his verbis fratres tuos, quæris exonerare, & totius facinoris culpam in Deum reiicere, dum ais eos ad hoc à Deo tali vi constrictos, vt resistere minimè valuerint? Hic ille est prætextus, quem blasphemus Lutherus peccatoribus instillat & & persuadet, dum docet; quod in peccatis suis à Deo cogantur, nec libero vti possint arbitrio. Non hoc dicere intendit Sanctissimus Ioseph, blasphemum, impium ac hæreticum hoc est, nec loquitur de voluntate Dei in ordine ad illud, quod ipsi impiè fecerunt, sed in ordine ad illud, quod ipse agere tenebatur. q. d. Nolite timere, Fratres mei: nos enim, qui habitamus in domo Dei, & gloriamur nos esse ciues eius Reipublicæ, non possumus, nec decet nos resistere aut contradicere eius voluntati, nec in vllo deesse iis, quæ nobis per mandata sua declarauit. Eo planè modo, quo Regis familiaris, qui ab eius manu recepit, & quotidie beneficia recipit, in ore semper habet. Non possum ego deesse Regis voluntati, & vilis, ac infamis

35 *Hom. 69. in Gen.*

IV. Exemplo probatur Ioseph.

Gen. 50. 16.

V. Locus difficilis explicatur.

æstimarer, si mandatis eius rebellis inueniret; vt ante dixerat idem Ioseph Dominæ suæ lasciuæ & impudicæ, quæ eum ad ea prouocabat, quibus de dignitate Domini sui quàm plurimum detrahebatur. *Quomodo possum hoc malum facere?* Hoc bene expendit lectio Septuaginta Interpretum, quam sequitur & notat D. Chrysostom. quæ est vltima in Genes. hoc quod nostra vulgata habet: *Nolite timere, num Dei possumus resistere voluntati?* Ipsi legunt: *Ne timeatis: Dei enim sum ego.* q. d. Scitote, fratres mei quòd sum ego famulus magnæ domus Dei, & de quo maximè me ostento, hoc est, quod leges domus eius obseruo, & quas illi adimplent; qui se seruos & subditos esse profitentur. *Ne timeatis, inquit: Dei enim sum ego, & Dominum meum imitor, & beneficia respondere studeo iis, qui non ferenda contra me faciunt: Dei enim sum ego.* Huic rationi applaudite. Quem enim mihi nobilem reperias, quem Rex in palatium suum aduocasset, & mille beneficiis honorasset, qui eo dementiæ veniret, vt Regias leges obseruare contemneret, & labem honori suo inuri iudicaret, mandato Regis obtemperando?

Gen 39.9.

Hom.67.

☞ 36 O Deus ter maximè, quàm mihi iustum videtur, posse me deflere tristem sortem tuam in subditis. Parce mihi, ô Domine, dimitte mihi loquendi modum, nam video nullum esse Regem seu Dominum tam abiectum, cuius ad minus subditi, & familiares, non glorientur, de veste discriminali, & eius obseruatione mandatorum. Quod alter barbarus Mustapha; qui a illi dixerat Magnus Turca; si pons ad transitum fluminis non inuenia ur, natando pertransiret; sibi hoc splendori vertat, eum peruadare, licet sciat omnes submergendos, sicut reipsa interierunt, eo solo nomine quod dicat, illam gloriam in hoc mundo se posteris tradere, quod sine vlla replica perfecerit id, quod ei magnus suus Dominus præcepisset. Quòd ipse Rex Moab, & totius nobilitatis præcipui, in hoc famam quærerent, si ipsi propriis manibus, filios suos interficerent carnifices crudelissimi, & qui hoc maiori animo & diligentiâ exequeretur, ad amplissimos honores sibi viam aperiret, haberetúrque vir omnium clarissimus: eo quòd illi, quos vt, Deos & Dominos suos colebant, qui erant dæmones, ipsis hoc imperabant. Quòd lasciuus Maurus sibi honori ducat, quando repertam vxorem in adulterio, eam nec lædit, nec obiurgat: quia sic ei præcipit Dominus suus Mahometh, & hoc committat eius fratribus & amicis & parentibus. E contra verò Christianus se confundi arbitretur, & honoris iacturam pati, si ea impleat quæ Deus illi præcipit, & vultu & lingua obsistat, quando rogamus, vt remittat offensam, audeatque obiicere, se curam habere debere honoris sui, & eo ipso protestetur, se Deum talem colere, tam vilem & corde abiectum, qui velit seruos suos viuere contemptos, infames, inhonoros?

VI. Similitudo.

4. Reg. 3. 27.

Admirantur omnes hanc Spiritus sancti sententiam: quam ad rem declaratimus. *Curam habe de bono nomine.* Attende, quid velit: *Curam habe de bono nomine:* Terrena enim bona, deliciæ, cum hac vita exspirant, honor seu bona fama, nequaquam. *Hoc enim magis tibi permanebit, quàm mille thesauri pretiosi* &c. Et quia posses rogare. Domine quid ad hoc faciam? Aggreditur ex professo tractare, & quasi in tabula proponere, ea quæ vt ab ecta, infamia & probrosa habenda sunt, & de quibus debeas confundi, si egeris, quorum diuersa exponit. Luxuriæ esse deditum, mendacem, susurronem, ingratum, latronem, parentibus immorigerum &c. Et statim ea subiungit, de quibus abstr vt quis verecundetur, quin potius ex iis sibi famam acquiri persuadeat. *Pro his non confundaris, de lege Altissimi, & de testamento* Pareat tibi Deus, ne confundaris, & nomini tuo labem aspergi arbitreris: si ea quæ sunt legis Dei, sedulus obserues: hoc enim esset summæ impudentiæ. Quòd Domino suo famulus non seruit, malum est: porrò si hoc Homini sibi vertat dedecori, grauior non dicitur impudentia. Nec potest modo maior esse vestra impudentia, ô Christiane, quòd nedum Deo non obsequaris, nedum præcepta eius non obserues, nedum laudem vt eius regni ciuis non viuas, sed insuper regem vt infamem & abiectum ex eius legis obseruatione credas, euasurum. Et tanta sit illa tua inuerecunda audacia, quòd nobis obtestantibus ex parte Dei tui, vt inimico parcas, respondeas effrons: hoc non conuenit honori meo. Et viuens sub lege Euangelica, erubescas ea agere, quæ per illam tibi mandat Deus, ac seruare ea, quæ tibi tam clarè præcipit: *Ego autem dico vobis: Diligite inimicos vestros.*

Tract. 4. Eccles. 41. Homil. 15. Christianus. Euangelium.

37 Intendit Theodoretus respondere Gentilium obiectionibus contra legem Euangelicam, & in hunc finem decem doctissimos libros compo suit, quos inscripsit: *De veritate fidei, seu de curandis Græcorum affectionibus* In quibus legis Euangelicæ demonstrat prærogatiuas, & l. 9. v. nam prosequitur: tam efficacem, vt toto orbe publicata, omnes destruxerit leges sanctas à tantis viris,

» virtus : *Euangelium virtus Dei est in salutem omni credenti.* Proiecta est in terram, per orbem prædicata, aggreditur Gentilium leges, ceremonias, ritus : oppugnat consuetudines, templa, festa, sacrificia ; omnia hæc deuorauit quia eo modo ea omnia deperdidit, vt nihil eorum reliqui supersit. *Vbi Sapiens ? vbi scriba ? vbi conquisitor huius sæculi ? nonne stultam fecit Deus sapientiam huius mundi ?* Clamat Apostolus. Quò tot & tam varia euanuerunt idôla ? quo abierunt, tot statuæ, imagines Deorum Dearúmque ? Vbi modo templa, vbi cerimoniæ, vbi aræ, vbi sacrificia, vbi Sacerdotes, vbi tot & tam diuersa festa ? In fumum abierunt. Vbi felicissimi illi habiti, qui in Deorum cultum maiori sanguinem profinxu Deorum sacrilegas aras intinxerunt ? Deuorauit eos legis Euangelicæ prædicatio, quæ descendit de monte Sion, vbi cœnaculum erat, in quo congregati residebant Apostoli, quo die super eos descendit Spiritus sanctus. Ex hoc illi prodierunt, ex hoc prodiit Euangelij prædicatio, qua Christus per totum longè latéque mundum ab omnibus adoratur, deuorantur gentium idôla, & eorum Christo contrariæ leges abrogantur.

Rom. 1. 16.

1. Cor. 1. 20.

§ 10. *Confundit Dauid eos qui victricæ leges sectantur, Iob imitare : corona te hoc libro, & equi collo circumda hinnitum.*

CONsiderat D. Greg. Nyssen. Frater D Basilij magni quod non sustinens Dauid talem impudentiam, psalmum composuit quinquagesimum septimum, tales reprehendens & conuincens : *Reprehendentu in morem clamat, & vociferatur.* Probat vero hoc, perpendens huius psalmi titulum, de quo postea Videtur Propheta Regius nos audire, vos, inquam, qui titulo Christianitatis gloriamini, qui hunc honoris gradum supremum ducitis, esse Christianos & quidem seniores : qui vobis arrogatis viuere in lege Christi, & eum vt Dominum vestrum, legislatorem vestrum recognoscere, qui contradicentem confoderetis. Audit vos Dauid & quærit. Adesto amice : Hoc quod ais, an verum sit, an falsum ? An hoc intus ita sentis, an verò solum oretenus ita proloqueris ? Iam percipio, quid mihi respondeas, me tibi hac interrogatione detrahere : cum certo certius sit, te hoc dicere corde, & ore, in rei veritate Siccine? Iudicate ergo & censuram dare debes huic conformem, & correspondentem. *Si verè vtique iusti-*

38 Tract. 2. in Ps. 15.

Ps. 57. 2.

VIII. Allegoria de virga Moysi. Exod. 7. 12. Lib. 9 in Exod. Rup.

» virtis, tam variis ritibus & cetemoniis prout erant, radicitus infixæ in cordibus Gentilium, ex quo Gentium idololatria esse cœpit, secundùm diuersos Deos, quos vnaquæque natio sibi statuerat adorandos. In huius rei confirmationem adducit id, quod Spiritus S. narrat de virga Moysi, & hoc ipsum annotauit S. Prosper Aquitanus. Ingreditur Moyses ex diuino præcepto Ægyptum, conuenit Pharaonem; vt ei quod prætendebat, persuadeat. Proiicit virgam suam in terram, & ecce mutatur in serpentem, citat Pharao magos suos, qui similiter virgas proiecêrunt in terram, quæ versæ sunt in colubros tam immanes, vt virgam Moysi deuorare velle viderentur, sed contrarium accidit : nam *deuorauit virga Aaron virgas eorum.* Ita vt ne illarum quidem vllæ superessent reliquiæ, Vocat illas, virgas : non quia virgæ essent, cum iam essent colubri (ait D. Aug.) sed quia virgæ fuerunt : eodem modo quo Ven. Sacramentum communiter vocatur panis : non quod sit panis, sed quia panis fuit. Magnum arcanum (ait Rupert. Magorum serpentes deuorari, qui Moysi virgam deuorare debuerant. *Deuorari ergo, & non deuorare potuerunt, quæ deuoratrices esse videbantur.* Assumunt Theodoret. & D. Prosper hoc verbum (*deuorauit*) quod significat eo modo Magorum virgas, à Moysi virga deuotatas iam versas in serpentes, vt nihil earum superfuerit ; contriuit, comminuit & planè omninò deuorauit. Magnum hoc miraculum, sed aliud longè maius mysterium vult nobis Deus intimari. Virga Moysi legem signat Euangelicam, quâ vniuersalis Pastor suas regit oues : vertitur in serpentem, symbolum sapientiæ : hæc enim lex digesta est per ipsam Dei sapientiam Christum, & in se omnem Dei comprehendit sapientiam. Proiecta est in terram, per mundum prædicata : in hanc surrexerunt Magorum Ægypti virgæ, id est, sapientiam, totius mundi leges versæ in serpentes, sapientiâ terrenâ compositæ hæ omnes Euangelicam virgam videbantur deuoraturæ, *Deuoratrices esse videbantur.*

IX. Leges Euangelij mundi sota euertetur

Isa. 53. 1.

» O Domine, quis credat, pauperes piscatores, potentiam & mundi sapientiam deuoraturos ? Quis capiat, hos abiectos & indoctos sapientiam terræ, intellectum mentemque conuicturos vt eis persuadeant ab hominum opinionibus tam aliena ? Cui vnquam venit in mentem pauperculos, ignaros terræ potentissimos eò adducturos, vt hominem quendam adorarent crucifixum ? *Quis credidit auditui nostro ?* ait Isaias. Verumtamen ô Dei virga, in qua latet Dei

Ps 57.1. *iustitiam loquimini, recta iudicate filij hominum.* Attende hoc verbum (*iustitia*) quod signat Chri-
a Ps.71.7. stum; sic enim à Prophetis intitulatur. a. *Iustitia*
b Isa. 45. *orietur.* b. *Propè feci iustitiam meam.* c *Propè*
23. *est iustitia mea, vt reueletur.* d. *Factus est nobis à*
c Isai.56. *Deo sapientia & iustitia.* Etiam designat legem
23. eius Euangelicam, per quam obtinemus veram
d 1.Cor.1. iustitiam, quam lex vetus dare non potuit, sic
30. ex professo probat D. Paulus. Audio (ait) te dicentem: Deo gratias, qui me præ ludæis promouit, habeo vnde queam gloriari magis ego solus, quàm cæteri omnes: quia me veteris legis iugo non subiecit, quæ subditos & onerabat, & fatigabat, nec tamen iustificabat. sed suauissimum legis suæ Euangelicæ mihi iugum imposuit. Hæc mea gloria, & hinc exulto hæc in fide, hac in lege me viuere subditum Eia, inquit Dauid, an hoc syncerè dixetis? Vide, sis in eo constans, & sententiam feras his consentaneam. Dicito mihi, num ita facis? Hinc tuam conuinco impudentiam, ex eo quòd non tantùm ita non iudicas, sed omninò oppositum. *Etenim in corde iniquitates operamini in terra, iniustitias manus vestræ concinnant.* Aduerbium illud (*etenim*) in Hebraico idem est ac (*attamen*) q. d. Sic est. quòd ore hoc loquaris, attamen video te contrarium in corde sentire, & in manuum tuarum operibus, qui velut homo viuens in terra, non aliud tractas quàm de terra, *in corde iniquitates operamini.* Hoc manifestum facis odiis, rancoribus, inimicitiis, quas corde tuo foues iracundus, dum dicis: quomodo ego tale perferam verbum, quod talis mihi improperauit? Quid ni eum persequar ob illatam mihi à blaterone iniuriam. Hæc, absolutè vocat iniquitates, quia sunt peccata maioris notæ, quæ Reginam virtutum, nempe charitatem destruunt. Perpende & hoc verbum (*concinnant*) quod D. Hier. transfert (*appensant*) quod significat in pondere librare: q. d. Appendunt manus vestræ in bilance, vt iniquitatibus suis & iniustitiis quærant obuolucrum.

Proponit sibi ob oculos Dauid, idquod agis, quando te quispiam genuino dente momordit; statêram attollis: in vna bilance adest Christus, qui tibi præcipit: *Diligite inimicos vestros; benefacite his qui oderunt vos,* memento te esse Christianum, cuius honor sic ignoscere delinquenti, & ipse fateris, eum tibi supremum gradum æstimari honoris Christianum esse, Christianum in lege Euangelica viuere. In altera verò, lex est mundi, statutum duelli, quod docet, maculam honori tuo adspergi, si eum incolumem dimittas, qui te maledicâ sua lingua vulnerauit, nec alapa ei respondeas, qui tibi dixerit: mêntiris; & acrioribus verbis lancinauit. Dic mihi ad quid manum mittis? quid eligis faciendum? an non manum mittis & eligis faciendam iniquitatem? Non concludis te obligari, vt famæ tuæ consulas? Et tu Christianus es? Tu, qui te Christi discipulum iactabas? Tu, cuius supremus nominis apex, erat lex Dei. Non es nisi Satanæ filius, cum eius sequares desideria, sicut Christus dixit *Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere.* Ioan. 8. 44.

Hæc coniunctio (*Et*) habet vim causalis. q.d. 39
qui vexillum sequitur diaboli, & gloriatur ea facere: quæ iubet, filius est diaboli: Non (inquit Dauid) filij Dei, sed Adæ & Euæ, patrum terrenorum. *Filij hominum*, qui sicut illi, Dei veritatem reliquitis, quam ipse ore proprio vobis prædicauit, & consilium initis, vt dæmonum mendaciis fidem adhibeatis, quæ vobis fallax mundus proponit. Fierine potest verbis vos gloriari de Christiana dignitate, & tamen vobis infamiæ ducere, opera Christiani exercere? quis vidit vnquam tale? si verè dixeris, tibi decori esse & honori viuere sub lege Euangelica: sic etiam fer sententiam: *Si verè vtique iustitiam loquimini, recta iudicate filij hominum.* Adesto modo, qui dicis, qui fers sententiam te dedecere, iniuriam remittere, & patienter calumnias tolerare: quomodo quis potest iudicare hoc ita esse, qui sole clarius dicit contrarium.

Hæc paucis verbis describit Iob, iuxta sen- 40
tentiam D. Greg. licet arduis, & mysterio plenissimis. *Quis mihi tribuat adiutorem?* ita legit D. Gregor, quod nostra vulgata habet: *Auditorem vt desiderium meum audiat Omnipotens* Quis mihi aliquem procuret intercessorem, qui me apud Deum adiuuet, vt petitionem concedat liberalis. Quæ est ista tua petitio, ô Iob? *Et librum scribat ipse qui iudicat.* Vt ipse Deus mihi det librum scriptum, quasi firmam constitutionem seu legem eius, quod teneor facere. Peruersè de rebus iudicat mundus: dicit bonum malum, & malum bonum: vtile nocium, & nocium vtile: quod honorificum, ignominiosum, & ignominiosum, honorificum. O si Deus ipse iudex incorruptus, daret mihi librum, ordinationem omnium, quæ secura possim sequi conscientia: *Librum scribat ipse, qui iudicat.* Postulat (ait D. Gregor.) Dei aduentum in hunc mundum, qui det nobis librum illum pretiosum & tutum Sancti Euangelij. Quid faceres cum illo libro ô Iob? Tria. Primum; *vt in humero meo portem illum.* Secundum; *Circumdem quasi coronam*

B. Greg. Lib 22. Mor. c.18 & seq. Iob.31.35.

coronam mihi. Tertium ; *Et per singulos gradus meos pronuntiabo illum.* Prodigiosa verba. Primum ; *Vt in humero meo portem illum*; hoc tibi agendum est de lege Euangelica, in humero tuo
Matt. 11. 28. porta illum, viue iuxta eius præscripta, & adimple illa, quæ tibi dixit ille, qui eam tibi præscri-
Luc. 9. 23. psit. *Tollite iugum meum super vos.* Lex est, cuius præcipuum caput prædicationis, est crux: *Tollat crucem suam quotidiè.* Secundum : Legem hanc, quam humero tuo portasti quasi capitis tui fulgentissimam coronam circumdes, id est, hoc sit honor tuus, hoc sit gloria tua, hoc sit fama tua, dicere te Christianum, profiteri te velle viuere iuxta Christi Sanctum Euangelium. O Christiane, quid ad hæc: Optimè noui, te hoc ore proferre, verumtamen velim mihi hoc operibus tuis etiam dixeris Quid ad hæc! an tibi hoc summo decori & famæ ducis opere implere quod tibi lex præscribit Euangelica ? Respondeant ad hæc Monomachiæ & auctores, & sectatores : *Circumdabo quasi coronam mihi.* Nota pronomen *mihi* : qui de Christiano nomine mihi complaceo, qui cognosco, & confiteor, quòd Deus me per pijssimam misericordiam suam fidei suæ luce illustrauit, adduxitque in suam Ecclesiam.

Tandem *per singulos gradus meos pronuntiabo illum.* In cælum per multos gradus ascenditur, qui nobis insinuantur per multiplices illos gradus, quibus ascendebatur ad templum Salomonis, & per illos quibus ad thronum eius ascensus erat; vbi ex vtraque parte leones adstabant. Vt in cælum scandamus, multi sunt virtutum gradus, sed difficiles. Fides, spes, temperantia, scientium, disciplina, mortificatio, dilectio inimicorum, iniuriarum remissio, quorum graduum
2. Pet. 1. 5. aliquos enumerat. D. Pet. *Curam omnem subinferentes, ministrate in fide vestra virtutem, in virtute autem scientiam, in scientia autem abstinentiam, in abstinentia patientiam, in patientia pietatem, in pietate amorem fraternitatis, in amore fraternitatis charitatem.* O Domine, quàm difficiles sunt hi gradus, ad scandendum ; adstant & sæui leones, qui ascendentibus terrorem incutiant. Diabolus suis terriculamentis, caro suis suspicionibus, clamoribus suis mundus. vnus hinc mihi suggerit, quomodo hoc mihi faciendum cum sit contrarium sanitati; alter inde, ne feceris : obstat quieti tuæ : alij sicut alij cedit in tui honoris detrimentum. Ad hoc igitur (ait Iob) persingulos gradus scandens dicam : hoc mihi Deus statuit faciendum, *annuntiabo illum.* An me Deus decipiet ? An mihi pro bonis mala persuadebit ? An mihi tem proponet maximè glorioſam, quæ me notet infamiâ ? An ei, quod Deus proprio mihi ore decernit, potest subesse malum, potest subesse damnum, subesse potest infamia ? Tu iudica, num sit sufficiens responsio, tu ferto sententiam, num obiectionibus diaboli, mundi & carnis abundè satisfaciat.

Videtur his verbis Iob alludere Dauid in initio sui Psalterij: & licet ita sit, quod tot Philosophi noluerunt decernere ; posse aliquem in hac vita vocari absolutè beatum, ipse tamen Dauid beatum illum canonizat, qui liber viuit à peccatis, qui in his vitæ variis successibus omninò Dei insequitur legem, & hoc est, ait D. Ambr. quod secundum versionem Aquilæ Dauid his verbis intendebat. *Beatus vir, qui non abiit &c. Sed in lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte.* Expendit D. Ambros. hoc verbum : *Resonabit die ac nocte.* Hoc est in prosperis & aduersis, in beneficiis quæ ab amicis recipit, & in iniurijs, quibus ab inimicis confoditur. Hic aptè concurrunt verba, quæ Deus locutus est Iob, & neruosè declarantur à D. Greg. de equo generoso & nobili : cuius Deus collum adstringit, & proprio ceruicem alligat hinnitu. *Numquid præbebis equo fortitudinem, & circumdabis collo eius hinnitum ?* De quibus vide.

D. Ambr. *In Ps. 1. to. 2. Ps. 1. 2.*

Iob 39. 19.

Tract. 5. n. 160.

§. 11. *Summo sibi Deus deputat honori, remittere iniurias, quem sanctè imitantur.*

41 HIs manibus & pedibus constringeris, si mentem tuam ad eos deflexe, is, qui præ cæteris in mundo ad summos honores sunt euecti. Rationem hanc prosequitur D. Chrys. nos quoque *b.* & optimè mundi iudicio conuenit. Inter duelli scripras leges : vna legitur fundamentalis, vt quis sibi & honori suo plenè dicat satisfactum, & omnibus pateat. cum tali contumeliâ sufficienter exoneratum, hocsillustrium Centurionum iudicio decidendum statuunt, seniorum & nobilium eorum qui iustè norunt ex vtraque parte appendere & contumeliam & satisfactionem. Hocigitur velim factas, & suppono rationem quandam D. Greg. Nyss. seu. Prouidit nobis auctor naturæ scilicet oculos & faciem, hæc enim minus præ cæteris in nobis videmus, num malè, num benè, num sani coloris, vel non ; sine macula, vel fuligine. Ad hæc omnia conflantur, specula : in quibus vnusquisque dilucidè & distinctè faciem suam vsus ? intuetur, si hoc bene conueniat, & illud, si color

a *Hom. 62. ad pop.*
b *Tract. 4. p. 4. §. 27. vsque 33.*

Orat. de dor. ment.

Speculo.

huic

huic quadret, si superuacaneum quid &c. Habent plerumque homines lynceos oculos, quibus aliena deteganr vitia; sed sui vultus, nequaquam: mantica à tergo. Quisque in propria caussa inidoneus iudex, vtpote quem propria obcæcat passio, & intellectus trahit voluntatem; ad hoc vtimur speculis vt videamus, num aliquid sit bonum, an malum, sit honorificum, sit ignominiosum.

Hom.62. in Sap.7. 26. Proponite oculis vestris (ait D. Chrysost.) suptemum speculum, *Speculum sine macula*, quam nec potest quidem contrahere, Deum nostrum. Indubium est neminem melius nosse quid sit honor, ipso Deo, & eâdem ratione nemo illo honoris sui auidior: cuius illa vox est. *Isa 42.8.* *Gloriam meam alteri non dabo.* Quotics Moyses aliquid à Deo volebat impetrare, statim ei proprium suum allegabat honorem, gloriam & æstimationem. Statuerat Deus populum interne-

II. Deus honoris sui studiosus.

cione delêre idololatram; opponit Moyses ho- *Exod. 32. 12.* noris iacturam: *Ne quæso dicant Ægyptij, callidè eduxit eos, vt interficeret in montibus.* Ioue verò, vt Dei iram placaret, supplex ait: *Mi Domine Deus, audient Chananæi, & omnes habitatores terræ &c. Et quid facies magno nomini tuo?* Qui tanti facit gloriam suam, certum credo, nihil ei contrarium acturum.

Videamus, quando quisquam Deum offendit, eius transgreditur præcepta: num illicò in eum consurgit? num vitam aufert? Minimè: quinimò expectat, ictum suspendit, beneficiis *2. Pet. 3.9* occurrit. *Patienter agit propter vos, nolens perire.* Item *Matt. 5.45* *Solem suum oriri facit super bonos & malos* &c. Quid agit cum omnium sceleratissimo, qui millies eius legem contempsit? Quo vultu recepit prodigum, qui omnia sua bona dilapidauerat? quàm non benignum se lattoni demonstrauit, qui iuxta quorumdam sententiam, paulò antè eum maledictis lacessiuerat? Quid egit cum populo suo seditioso, qui eum crucifixerat, & ignominiosâ morte condemnârat? quid tecum agit commissis à te tam enormibus peccatis? Ipse te nutrit, dat respirationem, vitam, diuitias: vocat te, rogat te, præstolatur te, blanditur tibi, & aliquoties iis, qui grauiora committunt scelera, maiora largitur bene-

Tract. 4. in 1. 172. & seqq. ficia: vt declarauimus. & notat D. Aug. ad illa verba: *Noli obliuisci omnes retributiones eius.* Vim huius verbi *Retributiones* perpendens.

Ps 102.2. Non sibi reputat infamiæ parcere inimicis, &

42 his qui eum offendêrunt, benefacere, verumtamen in eo summam suam statuit gloriam & honorem. Ita exponimus verba illa D. Paul. *Omnes peccauerunt, & egent gloriâ Dei.* Et eo pariter quæ cantat Ecclesia: *Gratias agimus tibi, propter magnam gloriam tuam.* Barbarum sonat; cum gloriæ Regis alicuius gratias non agamus, sed eam admiremur. Gratiæ sunt propter beneficia, proinde, gloria illa, quam Deus reputat magnam: *Magnam gloriam*; Nostrum est beneficium, quod est peccata laxare, quibus eius gloriæ grauissimè detrahimus, & nobis suam impertiri gratiam & dona, & hoc est magna Dei gloria, inimicis ignoscere, iis benefacere, ad suæ misericordiæ sinum inuitare, cælestes illis offerre diuitias. Hæc est illa gloria cuius videndæ tam cupidus erat Moyses: dum ait: *Ostende mihi gloriam tuam.* Hæc est, inquam, illa gloria, quam Apostoli prædicarunt, de qui- *Exod. 33. 18.* bus, vt D. Paulus notat, Dauid præcinit: *Cæli enarrant gloriam Dei*: vt latius egimus. *Rom. 3. 23.* *Psal 18.1.*

Si igitur præcipuus honoris titulus, in oculis Dei, & quo intendit glorioſior, illustrior, & celebrior prædicari (ille qui honoris & gloriæ *Tract. 4. in 1. 80. & seqq.* mare est immensum & abyssus altissima) sit, calumniantibus parcere, peccatoribus diuina sua dona impertiri, num tibi vile, ô vermis vilissime, & abiectum, & inhonorum, idem facere videbitur? Potrò, quid hoc audio (ait D. Chrysost) quid ais ô homo vanissime. Domine non *Hom. 61. in 1.* tanti hoc est, Deum parcere peccatoribus, cum, quantumuis grauiter quis eum offendat, personam eius non lædat, nec eum tangat pugionis ictus, nec pugnus, nec flagrum, nec quidquam ei vel minimum auferat: hoc autem ait Filii Iob: *Si peccaueris, quid ei nocebis? Homini qui similis est tibi, nocebit malitia tua.* Et Dauid: *Iob 35. 6.* *Psal 90.9* *Altissimum posuisti refugium tuum: non accedet ad te malum, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.* Sed nec passionibus mouetur Deus, nec ei circa cor sanguis incalescit, nec eum affectus prouocat in hostimsuum; meus vero me affligit affectus, tangit faciem meam manus inimici, me percussio lædit, bonis meis nocet; insuper totus peruersis ardeo passionibus, hæ mihi calcar infigunt, ac proinde, quid miraris; quid tanti est, quod sequi non possim nec id quod facit Deus imitari?

Videtur huic proposito conuenire id, quod *Eccl. 2.12.* Spiritus sanctus ait: *Quid est homo, vt sequi possit Regem factorem suum?* Duo tibi respondeo. Primum te à veritate aberrare: quia licet ita sit, loquendo de Deo in propria diuina natura, secundum quam ei nocere potest damnum, verum enim vero fide tuâ nosti, eum humanam assumpsisse naturam, & per hanc intulerunt ei

III. Obiectio solutur.

mole-

molestiam tormenta, verbera, alapæ, vulnera, nuditas, nec vlla erat persona, quæ tanta pateretur ab iis qui illam offendebant, sicut Deus, quem propriè vocat Isaias: *Virum dolorum.* Quasi diceret, talis ipse erat, super quem omnes dolorum, & pœnarum fluctus induxerunt, quem tormentis oppleuerunt, & sicut mare congregatio fuit aquarum, his non obstantibus, attende & mirare quid fecerit, & hoc primarium inuenies: quòd in eo clarissimum suum statuerit honorem, & sublimissimam gloriam, scilicet in remittendo sibi illatas calumnias, opprobria, blasphemias, & quò erant & grauiora & acerbiora, eò magis eius elucebat misericordia: hinc prorupit vox eius ad Patrem ex cruce: *Pater dimitte illis.* Et eo, quo surrexit momento, misit salutatum donis suis & in osculo pacis eos ipsos, qui eum crucifixerant, & occiderant inimici, benignè offerens peccatorum remissionem iis, & omnibus, qui eam vellent adipisci. Hæc eius est gloria quam velim meditaremur attentius, de qua, vt diximus, præcinuerat Dauid: *Cæli enarrant gloriam Dei.*

Isa. 53.

Luc. 23. 34

Ps. 18. 1.

D. Aug. in Psa. 36. in princ. To. 8.

» Secundum vt hunc tibi Deus prætextum tolleret, specula obiecit oculis tuis, homines similes tui, ex eadem massa, iisdem passionibus intricatos: hanc rationem prosequitur. D. Aug. » *Fecit Christus quod docuit, fecerunt & Apostoli,* » *quod ab illo didicerunt, & nobis faciendum prædi-* » *cauerunt; faciamus & nos: quia esse non fumus,* » *quod ille, secundum id quod creauit nos, quod ille* » *tamen, fumus, secundum id quod factum est pro-* » *pter nos. Et si solum fecisset forte nemo nostrum de-* » *beret audere imitari. Ita enim ille homo erat, vt* » *Deus esset. Sed in eo quod homo erat, imitati sunt* » *serui Dominum & discipuli magistrum, & fece-* » *runt, qui nos præcesserunt in familia eius, patres* » *quidem nostri, sed tamen conserui nostri. Neque im-* » *peraret hoc Deus vt faceremus si impossibile esse in-* » *dicaret, vt hoc ab homine fieret.* Christus vt Dominus & Magister: Apostoli Sancti, vt discipuli » & serui ipsius, & Sancti qui illis successerunt, » primo fecerunt, quod nos docuerant, vt doctri- » nam exemplo suo facilitando, cognosceremus in » ipsa executione, quâ ipsi nos præierunt, quod & » nosipsi eos sine vlla difficultate possimus imitari. » Et cũ ipsi, sine vllo honoris seu famæ detrimento vel contemptu tam præcisè præceptum hoc » impleuerint (quinimò ad summum honoris gra- » dum sint euecti) sanè plus æquo est, nos sine vlla dedecoris suspicione ea executioni mandare.

Illos, quæso, contemplare, illos attende, num infames fuerint patienter ferendo iniurias, dimittendo inimicis, surdâ aure pertranseundo calumnias, orando pro persequentibus, duplicia retribuendo beneficia grauia inferentibus sibi damna, alteram maxillam percutienti offerendo, qui Deũ maledicentibus benedicendo? Minimè gentium. Contemplare Sanctum Ioseph: Quis vnquam ei vituperio dedit, quòd fratres sibi maximè infensos placido exceperit vultu, tot beneficiis cumulauerit, tot honoribus auxerit, tot opibus ditârit, qui eum tam inuido exceperant corde, tot calumniis attriuerant, in tam infamem seruitutem vendiderant, paternâ bonorum successione defrandârant? Sapiens nemo. Quis mortalium Moysen despexit, eo quòd pro populo preces ad Deum fuderit, qui eum lapidibus obruere festinabat? Prudens nemo. Num S. Stephanum, vt vilem & infamem respuis, eo quod positis genibus pro lapidantibus Iudæis hanc emiserit ad Christum orationem: *Domine, ne statuas illis hoc peccatum.* Num D. Cyprianum abiecti cordis & pusillanimitatis condemnas, quando ducentos ducatos carnifici dari præcepit? Num D. Christophorum infamiæ notam contraxisse accusas, dum percutienti sibi maxillam respondit: Deo die gratias: quia Christianus sum? Num Sanctos Martyres, vt probrosos & hominum conuersatione indignos repellis, dum eorum acta perlustras, & eos ouium mansuetudine contra tortores & tyrannos, præfulsisse admiraris? hæc erat eorum virtus primiceria: taciturnitas, patientia, cordisque depressio.

Act 7. 57.

IV. Exempla eorum qui Deũ maledicentibus benedicendo, sunt imitati.

Hoc argumento nullum efficacius, quo D. Iacobus patientiam in opprobriis & aduersis persuadet efficaciter: *Patientes estote & vos, & confirmate corda vestra* &c. Charissimi, patientia, quando lædimini: *Confortate corda vestra*, quando instant inimici, vt eam perdat s: *Nolite ingemiscere in alterutrum, fratres*: Sustinete, perferte: *Exemplum accipite, fratres, exitus mali, laboris & patientia. Prophetas, qui locuti sunt in nomine Domini*: *Ecce beatificamus eos, qui sustinuerunt.* Considera viros Sanctos, & ferto sententiam, num malè egerint, parcendo calumniatoribus: tu iudica, si in eo se terræ filios & abiectos ostenderint. Num melius aliquid tibi videtur? Num aliquid extollis magis? Num aliquid plus admiraris?

Iacob 5. 8.

Si igitur eos tu ore proprio, vt felices, honoratos, magnanimos, & omni lauro dignissimos deprædicas quia conuitia pertulerunt; quia inimicis pepercerunt: quia pro persecutoribus preces fuderunt: qua tu fronte audebis dicere, id tibi fore ignauiæ percutienti maxillam non

respondere? Eius tibi exemplum propone: *Exemplum accipite, fratres patientiæ, Prophetas* &c. *Ecce beatificamus eos* &c. Energiæ verbum est (*Ecce*) q. d. Oculos aperi & mente considera, id quod in eis extollis, vt quid summæ gloriæ, & omni beatitudine dignissimum. Hi ipsi Sancti vos in Dei iudicio huius reos proclamabunt, quod proprio iudicio, vt rectum, approbastis. *Ecce beatificamus eos.* Quia illud ipsum, quod eis fuisse materiam, & caussam honoris dicitis, tanquam ignominiam & infamiam prosciuditis. Hinc capimus, quid Dauid voluerit indicare his verbis: *Exultabunt Sancti in gloria* &c. Loquitur de extremo iudicio, in quo statu manet Dei Sanctos gloria & honor, qui in hoc vitæ ordine in lachrymis & ignominiis seminarunt. Apparebunt glorioſi visi in Maiestate, vt Christo assideant iudices, & actum illum tremendi iudicij, condemnando peccatores, solemniscent. *Vt faciant iudicium conscriptum.* Et quomodo venient? *Gladij ancipites in manibus eorum.* Armati catenis, craticulis, manicis ferreis, compedibus, & pœnarum instrumentis. *Ad alligandos Reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis.* Quid hoc, quòd secum tot trahent instrumenta? Num ipsi aliquos craticulis torserunt, & compedibus adstrinxerunt? Num gladiis occiderunt inimicos? Ne quid simile suspiceris. Non enim his instrumentis alios cruciarunt, sed his ab aliis mortem pœnasque pertulerunt. Catenas traheit, quibus eos Tyrannis adstrinxerunt, manicas, quibus manus compressernnt, craticulas quibus eos vivos torserunt, gladios quibus eorum capita dissiderunt: & his ornati contra eos ferent sententiam, & qui iem iustè: quia illa ipsa, quæ in illis vt triumphos & trophæa celebras, tu ipse vt infamiæ stigmata, & dedecoris notas signaque condemnas.

Psal.149.5. V. Sancti cur in iudicio manibus gladios gerent, ancipites. Psal.149.6.

§.12. *Viri Sancti ex remisso iniurias cudunt sibi scuta armorum ad sui gloriam.*

Vstâ statera librat D. Chrysost. id quod superius retulimus de Dauide: cui, absit vt dedecori quis vnquam vertat, Sauli persecutori acerbissimo ignoscere, orare pro calumniatore, seruare vitam eius qui ei necem intendebat, quin potius nihil sibi duxit glorioſius, celebrius, & in quo pedem fixit ad sui honorem firmius, & ex quo sumpsit, & illustriora sibi eudit insignia. Ad rem notat D. Gregor. Nyssen, enodans psalmorum titulos mysteriis fertiles: & inter hos præcipuè tres, in quibus suauissima harmonia decantat id, quod inter se & Saulem socerum suum accidit: quando spirans sanguinem, & eædem Saul eum persecutabatur, vt necem inferret: ipsemet in manus incidit Dauidis vitæ reus, nec tamen eum occidit, quinimò & vitam defendit, & incolumem seruauit. His psalmis, quibus hanc decantat historiam, titulum præfixit: *In finem, ne disperdas, Dauid, in tituli inscriptionem, cum fugeret à facie Saul in spelunca.* Primum hoc verbum: *In finem*, sic interpretatur. D. Gregor. Hæc est celeberrima Dauidis victoria: hic ad summum præclarissimorum facinorum ascendit. Hic trophæa erexit glorioſissima, vltra quæ non datur progressus. Hæc vero: *Dauid, in tituli inscriptionem* sic exponuntur: Supponimus, Duces inuictos formare sibi arma seu insignia, ex illustrioribus præteris victoriis & facinoribus maximè generosis, quæ celebrati & decantari gestiunt in æternum & vltra, cui declaratoriam circumscribunt epigraphen.

Ps.44. Lor. pit.

Ex ipso Dauid familia traxit suæ nobilitatis originem, qui ex abiecto ouium pastore, in Regem, euasit toto orbe celeberrimum, felicissimum & pissimum. Voluit sibi insignia cudere, quibus fama sua viueret in perpetuas æternitates: necesse ergo fuit ea desumere ex opere exteris eminentiori, & facinore præclariori, quod ad hoc assumeret? Vereor ne copia patiat inopiam. Multa enim eius celebrantur præclarissima facinora, quorum vel minimum sufficiens erat natalium eius splendorem reddere conspicabilem. Num forte manus suæ digitis discerptos exhibebit leones? Hoc enim sæpius iterauit. An vrsis præfocatos torsis capitibus demonstrabit? Hoc etiam ei, amico Deo, dum pastoritium ageret, successit. Num fortasse gigantem illum, carneam turrim, pedibus suis proſtratum depinget, aut immane caput petrâ fronti inhærente: aut fundam & lapidem? Negabit nemo, quin hæc facinora fuerint ita præclara, vt minimum eorum tenebras offundat actibus illustrioribus Cæsarum Romanorum, Scipionum, Carthaginensium, Vlyssis, Græcorum, Æneæ, Troianorum, & Augustorum Latinorum. Ex his insignia non desumpsit: horum enim nullum, ei primos honores conciliauit, aut peperit gloriam nulli secundam. Quod igitur hoc fuit? Hoc eius iudico primum omnium facinus, hanc ego eius primipilam celebro victoriam, quam obtinuit *in spelunca*: dum eum socer suus Saul Rex vt lupus

I. Nobilis gens Dauidis vnde.

Tract. 2. in Ps.14 §. 5. Ps. 56. 57. & 58.

1. Reg. 24.

seruarius

eruarius seu lynx insequitur, rigride ferocior, rubians cædi eius, mille calumnijs conuitians, sed delusus: incidit enim inexspectatò in generi sui Dauidis potestatem, vt in eum facere posset quidquid liberet; & eum iure merito, & saluâ conscientiâ, eum, vt regni perduellem confodere potuisset: abstinuit tamen, damnum non intulit, opprobrijs non lacessiuit, sed defendit, sed propugnauit, sed vitæ eius pepercit. & illi vt propriæ prospexit: vt superius diximus. *In finem.* q. d. Huc vsque processit Dauidis magnanimitas: hoc vltimum eius fuit victoriæ: hoc, cui aptè adscribere possumus: *Non plus vltra*, in Dauidis operibus. Hæc cum victoria multis imaginibus nobilissimum reddidit, hac sua victoria familiam suam clarissimo stemmate donauit: hanc ei nemo paluam abstulerit: *Ne disperdas.* Hinc stemmata confixit, hinc triumphos celebrauit, hinc symbolum inscripsit: *In tituli inscriptionem.* Ad æternam suam gloriam & famam, de traditore, & crudelissimo inimico, non deiecto, non in fugam verso, non confosso, sed seruato, sed dilecto, sed reconciliato, sed beneficijs affecto.

Ps. 45 Etsi rem attentiùs consideres: praxis est hæc quotidiana virorum maximè illustrium, quos coluit mundus, vt stemmata, de quibus sibi scuta componunt, in sui nominis non perituram memoriam, desumant ex inuicta patientia. qua, vt elingues, pertulerunt opprobria, vt muti calumnias sustinuerunt, quibus mitiores. Princeps Apostolorum D. Petrus pro stemmate gerit crucem, non in qua hostem suspendit, sed in qua ipse capite inuerso crucifixus occubuit. D. Paulus (vt notat D. Chrysost.) acerbiores passus iniurias exhibet ferreas catenas: non quibus persecutores constrinxit, sed quibus vinctus ille gloriabatur: *Nemo mihi molestus sit: ego enim stigmata Domini Iesu in corpore meo porto.* Ensem gladium manu portat *in tituli inscriptionem*, non quo persecutores deiecit, sed quo ipse, vt agnus ad occisionem ductus, & non aperiens os suum, inclinato capite martyrio coronatus est. D. Matthæus lanceam attollit, non quâ insequentem perfodit, sed quâ ipse ab aliis, quibus benefecerat percussus interiit. D. Stephanus lapides conglomerat, non quibus Pharisæos appetiit; sed quos gaudens suscepit ab eorum manibus, pro quibus genibus flexis Dominum deprecabatur. Sanctus Laurentius craticulam ostentat, non quâ quempiam torquere præsumpsit inimicus, sed quâ crudeliter allatus tyrannum deiecit gloriosus. S. Apollonia dentes ostendit, non alieno ore euulsos, sed quos ipsa patiens pertulit sibi euelli &c. Denique omnia concludens tu Domine mi, cæli & terræ gloria, primogenitus æternitatis: Tu cui soli honor & gloria (acclamante D. Paulo.) quæ stemmata sumis, quæ extollis insignia, quæ supremis tuis palatijs præfigantur, regijs portalitijs, summis turribus, thesaurorum tuorum scrinijs, tuarum cistis diuitiarum?

II. Scuta Sanctorum nobilissima.

Gal. 6. 17.

Crucem vnam, quâ suspensus vitam meam profudi, in eorum salutem, qui mihi eam adimebant: flagella, quæ mihi carnes dilacerabant, in eorum remedium, qui me flagellis cædebant: clauos ternos, qui mihi manus & pedes transfixerunt, in eorum beneficium, qui mihi foderunt manus & pedes. *Signum filij hominis.* Hoc est eius trophæum victoriæ & honoris, & diem illum, quo hoc erexit signum, vocauit Dauid diem virtutis, diem, quo eius honor clarissimè præfulsit: *In die virtutis tuæ, in splendoribus sanctorum.* Et hic ille dies est, in quo suam gloriam reuelauit: de qua dicit D. Ioannes: & *vidimus gloriam eius.* Sicut notauimus. *a.* Siccine res habet, ô Christiani? Num fortè hæ meæ sunt chimeræ? opiniones particulares, & imaginatiæ? Nequaquam, sed veritas est Catholica, quam, vel Christianus non es, vel credere teneris certiùs, quàm id quod oculis intueris. Si hæc igitur totâ securitate consideres, & eis non obstiteris, qui fieri potest, vt dixeris; sufferre iniuriam, est mihi indecorum, parcere conuitiatoribus, & orare pro persequentibus, ignominiosum, probrosum.

Matt. 24. 30.

Ps. 109. 3.

Ioan. c. 1. 14.

a Tract. c. 5. n. 20. & seqq.

Quâ ratione iudicas ignominiosum, quod in lege Euangelica tam gloriosum creditur? Affligebat summopere D. Paulum Gentilium cæcitas, in quos tantam exercebat diabolus potestatem; vt le huius sæculi Deum prædicaret & tantas eorum oculis offundebat tenebras, vt Euangelicæ lucis veritatem, ipso licet sole clariorem, non viderent: *Deus huius sæculi excæcauit mentes infidelium, vt non fulgeat illis illuminatio Euangelij gloriæ Christi.* Quis me reprehendat, si populi Christiani deplangam miserimam sortem, qui recepto Sacro Baptismate, & audito Christi Euangelio, nec tandem vident eius gloriam & claritatem, quæ eluce sese sole clariori in amore, humilitate, mansuetudine & patientia, sed huius mundi tenebris mentes eorum obscurantur, & scriptis Monomachiæ legibus excæcantur & cum ipsis cæcis illa lux appareat, non eam tamen vident: & credunt, ignominiosum esse, id quod maximè honorificum & gloriosum prædicatur.

2. Cor. 4. 4.

§. 13. Lex hæc vtilis est, & vindictam sumere, maius infert damnum vindicati, licet inimicum solo prosternat.

46 SVperest vt vltimo vobis exponam, quâ ratione huius præcepti obseruantia nociua non sit, sed immensis, & ineffabilibus commodis fœcundissima: & hoc est *bonum utile*. Hoc ipsa luce lucidius agnosces, si vel paulisper attendas, & passiones tuas paululum seponas, & choleram, quæ te excæcat, dimittas. Terribile quiddam accidit (scilicet Spiritu S.) Tobiæ iuniori. Iter aggressus est, comite Angelo Raphaele, sed sub specie & habitu iuuenis splendidi & præcincti ad ambulandum. Vt primùm paululum procedere cœperat, vt erat iuuenis tenerrimus & pedes, oppido lassus reddit, quærens itineris refrigerium, accessit ad Tigrim celebertimum fluuium pedes abluturus. Vix eos aquis tinxerat; *ecce eximit piscis immanis*. Ore expanso latè hians, tali furore, vt iuuenem hunc intra ventris sui claustra concluisse sibi videretur. Resilit attonitus & exanimis Tobias, Angelum inclamat, *Domine inuasit me*. Succurre mihi. Noli timere, fili mi: respondet Angelus, animosus mitte manum, *Apprehende branchiam eius, & trahe eum ad te &c. Exentera hunc piscem*. Et licèt abrabetis, dum videris eum non solum tibi nocere non posse, sed iis quæ habet, mihi erit tibi ad vtilitatem præstantius. Ex eo hauries; quod possit mederi cœcitati oculorum patris tui, quo tibi nihil optabilius. Ex hoc depromes tibi vitam & alimentum, quo te incolumen conseruet: Ex hoc sumes, quo de dæmonio triumphum agas: solo enim fumo iecoris piscis huius, ad extrema quæque diffugiet. Attrahe illum, fili mi, quem si exenteraueris, crede mihi, sub huiusce. ritate piscis, nihil inuenies, præter thesauros opulentos, & fructus vberrimos.

I. Allegoria de pisce Tobiæ. *Tob. 6. 3.*

Iter aggressi estis, charissimi, huius quadragesimæ initio, cælum versus, vtinam eo peruenitis. Statim ad Ecclesiam diuertistis, ea intentione, vt animæ vestræ quæratis alleuamentum; & ideo accessistis ad fluuium, aquas limpidissimas, & refrigerantes Sancti Euangelij, quæ per illud defluunt. Vix hoc attentastis & ecce ex his limpidissimis profluuijs, prosilit piscis Tigride fœuior: *Ego autem dico vobis? Diligite inimicos vestros: benefacite iis, qui oderunt vos &c.* O quem tibi terrorem incutit! & credis actum de vita tua, de honore tuo, de bonis tuis, sic vt nihil tibi supersit, ita Gentiles obiiciebant S. Marcellino, vt in initio retulimus. Eia, charissime, licet ex natura Angelus non sim, officio tamen sum, cum de Prædicatoribus, & Doctoribus dicat Prophetа: *Angelus Domini est*, te adhortor, sume animos: extrahe illum de passionum tuarum & affectuum profundo, exenterea eum, & videbis, tantum contiuere commodi, quantum, crede mihi, nulla res alia: animæ tuæ vitam, oculis tuis gratiæ lucè & stupendas de diabolo victorias largietur. Vt autem cognoscas, quòd huius præcepti obedientia nullum tibi patiat detrimentum, sufficit oculos deflectere, & videre eum, qui tibi hoc præcipit. Quis est ille? Christus Dominus noster. *Ego autem dico vobis.* Crediſne Christum damnum tuum & perditionem expetere? Cogitasne, quòd descenderit de cælis, vt te perdat, vt infamiæ tuæ & infortuniis applaudat? Nihil minus: *Non delectatur in perditionibus nostris.* Aiebat illa pijssima, cui optimè nota erat Dei natura. *Malach. 2. 2. 7.* *Tob 3. 12.*

Diuinis planè verbis respondit Habacuch Christi in mundum aduentum deprecanti: *Apparebit in finem*: Non ait *in fine* sed *in finem*: Septuaginta transtulerunt, *in bonum*: conformiter doctrinæ philosophorum: *Finis & bonum*, vnum sunt. Appatebit in mundo ad bonum nostrum, vitam nostram, salutem nostram, profectum nostrum: *Venit dare animam suam &c. Vt omnis qui credit in ipsum, non pereat.* Hoc si crediderit, quæ ratio suspicandi, legem Euangelicam ab ipso datam, in damnum vestrum futuram? Iam pridem nos per prophetam Isaiam præmonuerat: *Ego Dominus docens te vtilia.* Quod alij legunt, *qua ad profectum tuum.* Quis ego sum, attende. Deus tuus, Pater tuus, amicus tuus, qui te amo, plus quàm tu te ipsum. Quid igitur tibi sum præceptus, nisi ea quæ sunt è re tua. Tanti Deus facit seruos suos, vt ne capillum eis deperdi patiatur. *Capillus de capite vestro non peribit.* Et velit ipse tibi perire vitam, honorem, quietem, bona, salutem? Falleris. Quin potius, securus esto, ait D. Chrysost. absit vt inde tibi damnum aliquod oboriatur, sed è contra nihil tibi magis pernicioſu. & contra rem tuam, quàm mandatis eius contraire, vltionem expetere, hostem persequi, calumnantes prosternere: ne tibi contingat, id quod api (ait) quæ contra molestantem insurgit, vltionem petit, bili suæ satisfacit, aculeo pungit, sed hinc eius maximum detrimentum; alteri enim paruum intulit vulnus, quod frusto luti curari potest, ipsa vero propria effudit viscera, & vitam perdidit. Hoc illi contingit, qui in exprobrantē arma nudat, *Habac. 2. 3.* *Isa. 48. 17.* *Matth. 10. 30.* *Luc. 21. 18.* *Hom. 30. & 68. ad pop.* II. Deus noſtram quærit vtilitatem, non damnum.

nudat, quem si percusserit, læserit, calumniatus sit, vltionem in rebus corporeis sumens, ipse animæ vitâ priuatur, quæ in charitate viuit, ita docente D. Ioanne: *Qui non diligit manet in morte.*

1. Ioan. 3. 14.

Perapte proposito nostro, exponit D. Augustinus. Hæc verba Ioannis. *Qui odit fratrem suum, homicida est.* Cuius est homicida? Non alterius, quem odit, quem persequitur: non enim illum occidit, sed suipsius & animæ suæ. Et hoc ex Philosophia dixit amicus Iob. *Verè stultum interficit iracundia*: Axioma est, cui nemo contradicit, quod proprium hominis cholerici epithetum est *stultus.* Quia inter illum (vt exponit D. Gregor *a*) & arreptitium nullum est discrimen, & confirmatur à prima veritate: *b Qui impatiens est, exaltat stultitiam suam.* Septuaginta legunt: *Impatiens fortis stultus.* Congrua iracundiæ definitio, confirmata à Spiritu S. & à D. Ambrosio *c* annotata: *Ne sis velox ad irascendum: quia ira in sinu stulti requiescit. d* Et alio loco: *Fatuus, statim indicat iram suam. e* De quibus eleganter D. Gregor. Nyssenus *f* & D. Basilius. *g* Dicit igitur amicus Iob: res est indubia: *vere* qui in conuitiantem insurgit, & instar serpentis inimico se opponit, seipsum perimit, cholera eum confodit: aufert ei vitam animæ.

Iob 5. 2.

a Lib. 5. mor. c. 31.

b Prou. 14. 29.

c Lib. exhort. ad virg.

d Eccl 7. 10.

e Prou. 12 16.

f In pœnit. de Ira.

g Hom. de Ira.

Contemplatur Spiritus S. Duelli præscripta sectantem: qui leonum quid spirans contra persecutorem, iurat, hoc mihi soluet, eum confodiam; & ad nos conuersus, ait. Viden' illum? videtur in inimici sui nocumentum, quidquid mali natura agere: scitò tamen, quòd *iracundia animositatis illius subuersio illius est.* Omnia hæc minæ, iuramenta, præsumptiones, dicteria, iactantiæ, in eius verguut damnum & perditionem: eorum enim quodlibet pugio est, quo ipse propriam destruit animam, & se ipsum agit in ruinam. *Subuersio illius est.* Constat, ait D. Augustinus. *plus esse quòd se lædunt iniqui, & quòd sibi nocent, quàm quòd sibi videntur nocere illis, quos oderunt.* Conformiter declarat idem D. Augustinus, verba Domini ad Cain, secundum Septuaginta, dum acerbiori bile in fratrem suum Abel animatus necem eius meditabatur. *Tacuisti? Quieisce, ad te conuersio illius.* In fratrem tuum exacerbaris? compone te: prædico autem tibi, quidquid contra illum meditaris, in caput tuum redundabit, tibique erit maximè perniciosum, & tandem, dum inimicum tuum prostraueris, dum ei honorem, bona, & vitam abstuleris, dicito cum Lamech interfecto Cain: *Audite me* &c. *quia occidi virum in vulnus meum.* Id est in detrimentum meum: certum igitur est: quod licet ista fiant, mille teipsum ruinis inuoluisti: Dei gratiæ iacturam fecisti: Angelorum amicitiæ & iuris ad cælum: te diabolo tradidisti, rem commisisti tibi molestissimam, & quæ tibi sanguineas eliciet lachrymas, pectora tundes, pœnitebit, & propitio te ore damnabis, perperam egisse, non vt decet Christianum, sursum voces & planctus emittes miserieordiam Dei requirens: quòd si nec ista quidem egeris: væ tibi.

Eccli. 1. 28.

III. Qui vindictam sumit sibi martirio nocet.

D. Aug. Tom. 8. Serm. 2. in Ps. 136.

Lib 15. de ciu Dei cap. 7.

Gen. 4. 6.

Gen. 4. 23.

Iam iterum prodit D. Augustinus. *Gladium euaginauerunt peccatores, intenderunt arcum suum, &c. Gladius eorum intret in corda ipsorum.* O stultos peccatores, qui gladios suos stringunt in alios, & arcus suos tendunt, sed dum alios lædere se gloriantur, se ipsos transfigunt: & si alios in vestibus tangunt, sibi cor transfodiunt. Perpende, ait, Dauidem non dicere *Gladius eorum intret in corpora eorum, sed in corda ipsorum: quia in corpore voluerunt occidere, & in anima moriuntur. Quale est autem sanire gladio, nec posse occidere, nisi corpus inimici, & posse occidere animam suam? Desipiunt, contrà se sauiunt, insaniunt, non se vident, tanquam si vellet aliquis per corpus suum ferrum transire, vt conscideret tunicam alterius. Illius conscidisti vestem, & tuam carnem.* Ac proinde dicit Spiritus S. de talibus homicidis, qui sibi videntur omnes prostrauisse: *Ipsi quoque contra sanguinem suum insidiantur, & moliuntur fraudes contra animas suas.* Aguit in propriam animam.

D. Aug. In Ps. 36. Conc. 2. Tom. 8. Ps. 36. 14.

Ps. 36. 14.

Prou. 1. 88.

Ex hac doctrina declarat idem D. Augustinus id quod Dauid ait: *Cor meum conturbatum est in me, & formido mortis cecidit super me.* Exhibet hoc Psalmo quas illas persecutiones, quibus eum affligebant inimici, dicteriis lacessebant, operibus opprimebant, quibus fatetur cor suum conturbari, & mortis formidine contabescere. *Formido mortis cecidit super me.* Verumtamen, propitius sit mihi Deus, de quibus sibi timebat Dauid? An ille ipse non erat, fortitudine primus, qui se incolumem ab omnibus seruare, & expeditum irruere sibi confidebat, vt à Gigante liber & expeditus euaserat? *Persequar inimicos meos, comprehendam illos* &c. An ille ipse non erat, quem ipse Deus digladiatoriam docuerat & brachia eius in omnes suos aduersarios confortarat? ob quam causam ei laudes cantare potuerit: *Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum.* De quo igitur sibi mortem formidat? ipsum audio confidentem: *Si ambulauero in medio umbræ mortis, non*

47 Ps. 54.

Ps. 17. 38.

Ps. 143. 1.

Ps. 22.

» *non timebo mala.* Ne intellexeris hæc verba dicta esse quo ad corpus, sed quo ad animam, » sicut supra diximus: in illo enim Psalmo conrendit Dauid mentem nostram ad spiritualia attollere, ne terrenis inhæreat. Nouimus (ait D. » Augustin) docente nos D. Ioanne, animam viuere per charitatem, quâ deficiente, moritur. 1. Ioan. 2. 3. » *Qui non diligit, manet in morte & nos scimus, quoniam transiuimus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres,* vnde D. Augustin. *Est amissa dilectio, mors tua.* Aduerte verbo, quotiescunque aliquis in te consurgit, maledictis & opprobriis in te debacchatur, aut iniuriam irrogat vix tolerandam: duos contra te simul inimicos commoueri, visibilem vnum, qui corpori noceat, inuisibilem alterum, qui animam petat, vt eam perdat. *Duos inimicos tibi constitue ante oculos, vnum apertum, alterum occultum, apertum hominem occultum diabolum.* Visibilis impetit corpus, in mortem, vt occidat, vt famam, vt bona dissipet. Inuisibilis animam aggreditur, vt eam priuet charitate, bonis, meritis, salute. Hunc, vt magis pernicioſum plus debes timere; sic enim præmouit te Saluator: *Nolite timere eos, qui occidunt corpus, & amplius non habent, quod faciant* Hanc mortem sibi modo formidabat Dauid, dum eum inimici persequuntur: timebat enim fieri posse, vt in ipsos iracundus insurgeret, frendens incandesceret, & immemor sui vltionem ab eis expeteret: hoc autem mihi (sic censebat) pergraue adferret nocumentum: dum enim eos in corpore interficio, animam mihi diabolus confodiet, odio & vindictæ cupiditate. Hoc timore totis membris contremisco, ait Dauid.

§. V. A duobus impugnamur inimicis. Matth. 10. 28.

» Memoriam nobis refricat Dauid historiæ » Iob, in quem multis machinis diabolus bellum Iob 2. 3. » mouit, sed omnium perniciosissimum fuit, dum » eum per propriam vxorem aggreditur, quam » acriter incitauit, vt virum variis criminationi» bus irritaret. Perpendit Origen. verba hæc: Tract. 2. in Iob post medium. Gen. 3. 2. » *Dixit illi vxor sua*, quæ bene conueniunt illis: » *a Dixit serpens ad mulierem.* Dixerunt, qui colloquebantur Euæ, diabolus & serpens, sed prin» cipalis fuit diabolus. Hi duo locuti sunt Iob » mulier & Satan, & sic adiungit textus, secun» dum Septuaginta: *Respiciens in eam.* Conuertit » se Iob ad illam: non dicit simpliciter, vidit illam, sed quod conuersus ad illam, responderit: licet enim eam oculis corporis videret; vidit pariter iuxta illam & Satan oculis mentis: & quòd illa verborum suorum aculeis corpus affligendum impeteret, Satan vero in animam spicula » contorqueret, per impatientiam condemnandam, impatientiam, inquam, contra Deum, qui » eum, post tot exhibita obsequia plagis, miseriis » & vulneribus attriuerat: proinde eius responsio » diabolum magis, quam vxorem tangebat, cum » contestaretur, quas patiebatur calamitates, dona » esse Dei, in suam vtilitatem sibi collata, sicut in » eundem finem ei sanitatem & diuitias ipse contulerat. *Si bona suscepimus de manu Dei,* &c. Hunc » præ cæteris inimicum plus timuit Iob, vtique » qui ei maius posset adferre nocumentum, hunc » & Dauid formidabat; nouerat enim, si bile » commotus in aduersarios, illos aut læderet, aut » occideret, sibi grauius acquireret inimicum quidem in corpore vexaret, sibi vero » mortem animæ inferret, eantò grauioris damni, » quantò præualet anima corpori: *Formido mortis » cecidit super me.* Vide hanc materiam latius deductam in tractatibus nostris. »

Iob 1. 10.

§. 14. *Medium efficacissimum obtinendi peccatorum remissionem, est calumniarum remissio.*

48 TRanseamus vlterius, bolum hunc commolentes, & de eius innumeris & ineffabilibus fructibus gaudebimus, quos nobis Christus proponit, hæc subiungens: *Vt sitis filij patris vestri, qui in cælis est.* Quid tibi persuades, quod animam tuam, mortem & infamiam appetat, dum tibi hæc præcipit: *Diligite inimicos vestros?* Absit. Vitam tuam, honorem tuum, & salutem æternam tibi desiderat, insuper vt filius sis Patris tui per diuinam gratiam, & heres æternæ vitæ per gloriam. Omnia reddit facilia, etiam durissima quæque, spes præmij, commodi & lucri. *Diligite inimicos vestros,* & suprema quæque percipietis: quid hæc? *Eritis filij Patris vestri cælesti.* Duo his comprehenduntur, quorum vnumquodque, bonum includit multò præstantius, quàm lingua Angelica, nedum humana possit exponere. Fit homo filius Dei, per deo ineffabilia dona supra naturam. Primum per remissionem peccatorum. Secundum per infusionem gratiæ, sicut docet D. Petrus. Dico igitur primo: quòd per obedientiam eorum, quæ tibi Deus præcipit, obtinebis incomprehensibile quoddam beneficium, remissionem scilicet peccatorum. O quantum hoc beneficium! sufficeret hoc vnicum (teste D. Chrysostomo) vt omnem deliniat difficultatem, licet multo foret illa grauior. *Non solum facti difficultatem, charissimi cogitos, imo pop. Ins. grauis.* 1. Pet. 1. D. Chr. Hom. 71. ad

gratias referre teneris, quòd per beneficium inimico collatum, tanta possis obtinere, quòd apud Deum fores tibi fiducia reserentur, vt peccatorum tibi fiat absumptio.

In Enchirid. c. 33. Doctrinam hanc profitetur D. Augustinus & ad eius declarationem duas statuit propositiones. Prima: nullum quantumuis iustum esse sine peccatis, ob quæ potest & debet quotidie Dominum

Matth. 6. 12. 1. Ioan. 1. 8. rogare. *Dimitte nobis debita nostra.* Vnde doctissimè & verissimè dixit D. Ioannes: *Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est.* Ab hac regula excipit D. Augustinus Christum Dominum, eiusque purissimam Matrem. Quos numquam vult comprehendi, quotiescumque de peccatis agitur. Secunda: Non possumus applicare medium efficacius post recepta Sacramenta, nec opus aliquod facere, quo Deum, nostro modo loquendi, fortius adstringamus, vt nobis nostra dimittat peccata, quàm ii nos peccantibus ignoscendo. Hoc Theologicâ ratione probat, quam exposuimus per expressam Christi doctrinam:

Tract. 5. in Ioan. 109. Matth. 5. 14. Marc. 11. Rom. 26. in acta. *Dimitte & dimittetur. Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis Pater vester cælestis peccata vestra.* & alibi: *Cum stabitis ad orandum, dimitte* &c. Cuius præclaram rationem reddit D. Chrysost. Tanto plùris facit Deus opus bonum, quanto purius fit in eius honorem: vt vidimus primo die Quadragesimæ, Vulgo nota est obedientia Abrahæ, quantum Deus eum extulerit dum filium suum parat offerre Deo in holocaustum, ità vt videantur Deo deficere verba, quibus hoc Abrahæ opus exaggeret.

Gen. 22. 16. *Quia fecisti hanc rem, & non pepercisti vnigenito tuo propter me:* Quomodo opus vocas: *Rem hanc?* cur non designas quid sit? Tam excellens est & meritorum, vt nullum inueniatur nomen, quo declaretur, quid sit. Et hæc causa fuit, ob quam tanti illud fecerit, illo tam præclaro promisso remunerarit, & tam solemni iuramento confirmarit. *Per memetipsum iurauí* &c. Opes fuit pura intentione factum in Dei gloriam, & præcisè, quia hoc ei Deus imperauerat: ipsum enim in se contra inclinationem erat Abrahæ, contra voluntatem, in sui acerbissimum dolorem, familiæ damnum & posteritatis optatæ detrimentum: ipsum patrem, fieri voluit sui, viscerum suorum dilectissimi peremptorem Vnicus & solus Deus obiectum erat Abrahæ: hoc significat. pleno ore: *Non pepercisti vnigenito tuo propter me.* Ad examen reducito opera tua, quæ si bene æstimatus fueris, nullum inuenies, quod fiat purius propter Deum, quàm ignoscere inimicis, benefacere his qui oderunt vos, eius procurare commodum, qui tuo studet incommodo: quia ad hoc nihil aliud te mouebit, quam solus Deus: Nec enim ad hoc te mouet aut propria voluptas, aut naturæ inclinatio, aut commodum, aut honor tuus, aut quies tua, sed vnica & pura Dei gloria.

Et hoc Christus in Euangelio clariùs indicauit: Si amicum tuum dilexeris, fratres, & filios, aut benefactores: parum tibi Deus obligatur: quia ad hoc tua te prouocat natura, carnem tuam amare & sanguinem, & diligere te diligentem, deuincit. salutantem resalutare, benefactoribus retribuere, ita agunt homines infideles, hæc Barbarorum virtus, peccatorum perfectio, quin & bestiarum opus quotidianum: ita vt, licet nullus esset Deus tibi hoc præcipiens, idipsum faceres. Diligere vero inimicum, hoc nostro loquendi modo, deuincit Deum, cum sit ad eius solius gloriam, proinde opus est quod eum efficaciter instiget, vt tibi & peccata dimittat, & gratiam largiatur, & illi iure dicere possis, ait D. Augustinus. *a Redde quod promisisti: quia feci quod iussisti.* Lego D. Gregor. Nyssen. *b* & D. Augustinum *c* explicantes orationem Dominicam quam Christus ad instantiam Apostolorum nobis composuit doctissimus Magister; vt eam quotidie Patri nostro cælesti præsentemus: Magnum nobis in ea præstitit beneficium ait D. Augustinus. *Qui enim habent causam, & volunt supplicare orant. Imperatori, quærunt aliquem scholasticum iurisperitum, à quo sibi preces componantur, ne forte si alter petierint, quam oportet, non solum non impetrent, quod petunt, sed & pœnam pro beneficio consequantur.*

I. Remisso iniuriæ Deũ tibi deuincit.

a Ser. 39. de verbis Domini in fine.

b Lib. de orat Dominica, 5.

c D Aug. Tract. 7. in Ioann. Tom. 9.

Optimè nouerant Apostoli grauis difficilis & magni momenti lite coram diuino tribunali nos angustari: est autem hæc de nostrorum remissione peccatorum; & nostræ salutis, gratiæ, gloriæ & vitæ æternæ negotio maximè arduo. Ignorantes sumus, & quid nobis sit petendum, nescimus: sicut postmodum D. Paul. *Nam quid orémus, sicut oportet, nescimus.* Sæpe numero, petimus, id quod nobis non expedire nescimus; quinimo & ipsi Apostoli Iacobus & Ioannes, tam inconsideratam petitionem Christo obtulerunt, vt illam velut faruam reiecerit. *Nescitis quid petatis.* Recurrunt ergo Apostoli, ad Christum: *Domine doce nos orare. Cum ergo quærerent supplicare Apostoli & non inuenirent quo modo adirent Imperatorem Deum, dixerunt Christo: Domine doce nos orare Hoc est Imperiorite noster, ast filor Dei, imo confessor, compone nobis preces.*

Rom. 8. 26. Matt. 20. 22. D Aug. Tom. 9.

Con-

Consensit Christus, & hanc eis & nobis orationis formulam composuit. *Sic ergo orabitis : Pater noster qui es in cælis.*

Matth. 6. 9.

Hanc cælestem orationem explanat D. Gregor. Nyssen. & vt peruenit ad illa verba : *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* Sistit & ait : Quid hoc supreme omnium Magister, non congruè videris nobis hanc formulam digessisse ; nec conueniens apparet ; vt rogem ego Dominum ; Parce mihi Domine & dimitte quod tibi debeo, sicut dimitto debitoribus meis : primo etenim : quod Deo debeo, debitum est infinitum : (tale enim per peccatum mortale contrahitur) ad cuius solutionem, totum cælum, cum stellis suis, sole & luna ; addo, & omnes Angeli, terra vniuersa cum omnibus suis diuitiis, auro, argento, gemmis non sufficiunt. Debita seu iniuriæ, pro quibus mihi debitores mei adstringuntur, res stocci sunt, abiecto facta vermiculo Qua igitur ratione dixero : Dimitte mihi, quas in te commisi, offensas, cum & ego meas dimittam mihi illatas ? Num esset consequens si ego tibi mille ducatos abstulissem, dicerem : Dimitte mihi Domine, debitum, sicut & ego tali dimitto, qui mihi stipulam abstulit ? Vlterius, vbi hoc repetitas, vt ego actiones meas Deo in regulam & mensuram proponam, secundum quam ipsi sit agendum ? Quod dicat, vt simus perfecti, & imitemur patrem nostrum, nihil eo melius, & iustius : Verumtamen, quod dicamus, vt Deus nos imiteur, & ipse faciat, *Sicut & nos* : inuersum videtur. Nihilominus, noueris hanc esse congruentissimam orationem, ab ipsa diuina sapientia compositam Et omissis aliis subtilioribus rationibus D. Gregor. Nyssen. quas plenius retulimus. Hoc asserto omnium supremum Magistrum voluisse nobis significare, nihil efficacius posse à te proponi, quo Deum, vt tibi peccata dimittat, permoueas, quàm tibi persuadere, vt ob eius amorem peccata dimittas in te peccantibus, & his qui te oderunt, benefacias ; quia quantò te minus ille deuincit, tantò se Deus pluris tibi deuinctum esse profitetur. Hæc eius est misericordia, ait D. Basil. *Te fecit esse medicum tuipsius, quâ mensurâ mensus fueris, mensurabitur & tibi* &c.

II. Optima precandi formula.

Tract. 5. nu. 118. & seqq.

D. Bas. *Ho. 29. de pœnit. Tom. 1.*

§. 15. *Oratio tua veritati innitatur, & Christum audi : Quodcumque supererogaueris : & hoc quod D. Paulus Philemoni scribit.*

HOc supposito, ait D Augustin. attende, quas Deo proponis preces ; & iuris regulam, quod, quicumque à suo superiore rem quamlibet petierit, ratione falsâ allegata, irrito, sit eius rescriptum, irrita gratia, concessio irrita, & nullius efficaciæ ; quia gratia semper intelligitur concessa : *Si preces veritate nitantur. Iuris enim forensis est, vt qui in precibus mentitus fuerit, non illi prosit, quod impetrauerit* : Statuit cælestis iurisperitus, vt preces nostræ, quibus peccatorum nostrorum supplicamus remissionem, in eo fundentur, vt dicamus, nos dimittere debitoribus nostris, & ignoscere eis qui nos calumniati fuerint *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris* Et erat doctrina hæc conformis pandectis iuris diuini. *Docuit Dominus de libro iuris cælestis, docuit quomodo orarent, & in ipso, quod docuit posuit quamdam conditionem. Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus* &c. Hoc statuit iuris diuini digestum : quòd eo modo Deus tecum agat, quo tu cum proximo egeris. Iuter nos ait D. Augustin. Papa, Imperator, Rex, homines sunt deceptionibus obnoxij, quibus facilè possis imponere ; proinde quando tuos supplices libellos offers Pontifici, narrans : Cum tale beneficium, seu præbenda sit vestrorum antecessorum donatio : vel vacet, eò quòd tempore legitimo non sit ei prouisum : dum subscribit petitioni vestræ, sic ordinat : si preces vestræ veritate non nitantur ; talis gratia, nulla sit. Non eget Deus hac contendendi formulâ : omnia enim nouit, an videlicet preces tuæ nitantur mendaciis, quocirca antequam accesseris, verifica illas, sit fundamentum verum : si enim verum non sit, quam tecum defers responsionem, te non meteri talem gratiam : mendax enim est fundamentum.

§. 15. *Oratio tua veritati innitatur, & Christum audi* : Quodcumque supererogaueris : *& hoc quod D. Paulus Philemoni scribit.*

10 D. Aug. *Tract. 7. in Ia. §.*

I. Oratio nostra debet reritate nitu.

Hoc Christus indicauit, dum nobis insinuat, antequam Deo preces nostras offeramus, quas ipse, vt Aduocatus noster, composuit, conditionem verificaremur, quam adiecit : *Cum stabitis ad orandum, dimittite* &c. Hoc est opus purè factum intuitu ipsius Dei, & id sibi ipse soluendum assumit. Optimè hic quadrat, meo iudicio : quod narrat D. Luc. Docuit Christus Legisdoctorem, quod esset mandatum magnum in lege, scilicet

Matth. 22.

II. Similudo.

scilicet amor Dei & proximi: cui ille: *Quis est meus proximus?* Ingeniosè hoc expressit Christus parabolâ Samaritani, qui profectus de Hiericho

III. Quis est noster proximus.

offendit in via Israelitam cæsum, vulneribus transfossum, vestibus exutum, semiuiuum: imposuit eum super iumentum suum, alligauit vulnera, infudit oleum & vinum, duxit in stabulum, curam illius egit, & stabulario erogauit duos denarios: ista præcautione: *Curam illius habe, & quodcumque supererogaueris, ego cum rediero, reddam tibi.* Hic huius vulnerati proximus fuit.

Luc. 10. 35.

Intendit Christus docere, id quod D. Thom. Doctor Angelicus explicat. Qualemcumque hominem, licet Samaritanum (quo nullus Iudæis infensior) licet Maurum, Arabem, esse proximum tuum; quem, vt talem, teneris amare, illi optare Dei gratiam in hac vita, & gloriam in altera.

2. 2. q. 25. art. 3.

Verum quidem est, æquum esse, naturam amando, eius peccata exhorrescere, odisse idololatrias, apostasias, bestialitates, iniustitias, oppressiones, quibus nos infestant; & huius intuitu, iustum est eos punire, & secundum iustitiam optare, vt moriantur, & Principes eis grauissima indicant bella. Nihilominus odiendo malitias eorum, personas teneris diligere, secundum naturam quam habent tecum capacem gratiæ & gloriæ. Dein in hoc Samaritano Christus seipsum signat, vt communiter exponunt Doctores, & exinde Magister sententiarum inchoat quartum librum sententiarum *Samaritanus ille.* Licet verò quoad hæc multa sint dicenda, hoc vnicum ponderandum: id videlicet quod vobis & vobis, & mihi & omnibus iniungit, vt curam proximi non negligamus: *Curam illius habe.* Hoc ipsum multò ante nobis declarauerat spiritus S. *Vnicuique mandauit Deus de proximo suo.* Et quid dicit? Eius curæ hoc impende, quod tibi modò do, hoc ei ex iustitia debes, & proinde, pro eo tibi satisfacere non tenebor, quod verò supererogaueris, ad quod non teneris: quantumcumque illud fuerit, *Ego cum rediero, reddam tibi.*

Eccli 17. 13.

☞ 51 Multa tibi Deus largitus est in ordine ad proximum tuum; quæ ei ex iustitia debes Dedit tibi naturam humanam, quæ ratione regitur, cui naturale est, correspondere similibus operibus, tibi ab aliis impensis: salutantem te resalutare, honorantes te honorare, benefactoribus retribuere. Ad hæc obligaris, his enim tibi iam ante solutum est, & eo beneficio, quo tibi alius occurrit, soluit id, quod illi præstiteris; & illi pileo, quem tibi aufert, satisfactum est, illo quo alter aperiendo caput suum, te excepit. *Si enim diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? Nonne & publicani hoc faciunt? Et si saluauerittis fratres vestros tantum: quid amplius facitis? Nonne & ethnici hoc faciunt?* Quid vero particulariter tibi promittitur soluendum? Ad quod ex iustitia non teneris. *Quodcumque supererogaueris:* Tantò quantò minus obligaris: tantò magis tibi refundetur. *Tantò intelliguntur opera esse gratiora* (ait D. August.) *quantò magis Lib. 1 de adulter. coniug. c. 14. To. 6.* *ostenduntur indebita* Et hoc significat: *Quodcumque supererogaueris, ego, cum rediero, reddam tibi.*

Matth. 5. 46.

Singula verba expendamus *Quodcumque supererogaueris. Quodcumque*, quantumlibet illud paruum sit, quod præstiteris, indebitum proximo: quantò minus hoc ei debueris, tantò plus me fateor debitorem. *Ego* An non hoc *Ego* velit connectere, illi *Ego* Euangelij: *Ego autem dico vobis?* Ego ipse vobis mando, & ego ipse, qui in me suscipio pro hoc tibi satisfacere. *Ego reddam: Cum rediero.* Siue hoc sit in hora mortis, siue in die iudicij, de quo sæpenumero dicit, quòd veniet redditurus, tunc vsque ad nouissimum quadrantem, totum hoc soluet, quod proximo tuo præstitisti, licet ei nihil debueris, aut ex iustitia non fueris ei adstrictus benefacere: quia quantò minus illi hoc debes, tantò magis hoc ad meas assumo rationes: quia mei gratia hoc fecisti. & vt impleres, quod tibi commendaui. *Curam illius habe, Diligite inimicos vestros, benefacite iis, qui oderunt vos: vt sitis filij* &c.

Litteras commendatitias scripsit D. Paul. nobili viro Philemoni, deprecans, ignosceret seruo suo Onesimo, qui eum grauiter offenderat. Interponit auctoritatem suam, & ait. Noui quod offenderit te Onesimus, porro rogo te, si me habeas tibi amicum, ignosce illi, & si ex se hoc non mereatur, hoc facito in mei gratiam, quod ipsum ita in me suscipio, vt tibi syngraphum meâ manu tradam, & quodcumque ei præstiteris, *Hoc mihi imputa:* & licet te possem ad hoc adstringere ob multa, quæ mihi debes, in eorum detractionem, cum & te totum mihi debeas: Noli timere: nolim enim eo hoc fiat titulo; sed ego tibi satisfaciam, quasi mihi nihil deberes. *Si ergo habes me socium, suscipe illum sicut me. Si autem aliquid tibi nocuit, aut debet hoc mihi imputa, Ego Paulus scripsi meâ manu: ego reddam, vt non dicam tibi, quòd & teipsum mihi debes.* Accipe hæc verba, quasi tibi dicta à Christo; *Si ergo habes me socium, suscipe illum sicut me.* Perpende, *Ergo*: q. d. Sic hæc resolutio, quòd si gloriaris, & esse desideras mihi amicus, ignosce illi, in cuius persona, ego me fisto. Sicut me fisto

Ad Philem. vers. 19.

in persona pauperis, & hæc velim persuasum habeas, quidquid illi feceris, *Hoc mihi imputa. Suscipe illum sicut me.* Si obieceris, te nihil ei debere, respondeo, transeat, sit ita, nec ob hoc rogo, vt facias eius nomine, sed meo: *Hoc mihi imputa.* Vt verò de pretio te reddam securum, hanc tibi scribo syngraphan mea manu subnotatam, quâ tibi eius promitto solutionem: *Ego Christus scripsi mea manu. Ego reddam.* Audin' quàm aptè congruat illi. *Ego autem dico vobis.* Ne timeas, quòd antiquas à te repetam rationes, & dicam. Plura his mihi debebas: cum quidquid es, aut habes, mihi debeas. *Non dicam tibi, quod & teipsum mihi debes*: sed quod pro illo tibi satisfaciam, quasi nihil mihi deberes: vis plura? Num facere potes aliquid, quo strictius Deum obliges, si obligari possit? Ideo hanc posui in oratione clausulam. *Sicut & nos dimittimus.* Domine Deus, an alias non poteris adicere conditiones & dicere. *Dimitte nobis debita nostra*: cum ieiunemus: flagellis nos cædamus &c.? Poterat equidem, sed hanc elegit, ait D. Augustus quâ fortius se ipsum constringeret (si constrictus vocari possit) cum sit opus merè in eius gratiam factum, & magis veniat in eius supputationem, quod est ignoscere delinquenti.

§. 16. *Oleum misericordiæ vasis infundè vacuis: velut illa vidua, quo vestra soluentur debita.*

Serm. 200. de temp. 32

MAgna D Augustus detegit mysteria in muliere illâ vidua quondam nupta filio Prophetæ: defuncto viro multis grauata debitis mansit superstes, ob quæ & illam & filios eius diuendere prætendebant creditores: modo agendi illis temporibus valde frequenti: dicebant enim, mulieri imputandum & filiis, quòd vir tot familiam debitis onerasset. Confugit ad Prophetam Eliseum, exponit extremam suam illi calamitatem: Interrogat eam Propheta. quid habes in domo tua? *At illa respondit. Non habeo, ancilla tua, quidquam in domo mea, nisi parum olei quo vngar. Cui ait: vade, pete mutuò ab omnibus vicinis tuis vasa vacua non pauca; Et ingredere, & claude ostium tuum, cum intrinsecus fueris tu & filij tui, & mitte inde in vasa omnia hæc, & cum plena fuerint, tolle.* Et hoc modo adeò superfluet & redundabit oleum, vt non solùm tibi sufficiat, quo creditoribus satisfacias & debitis, insuper & diuitias congeres, quibus tu & filij tui peramplè & abundè possitis vitam transigere. Permagna imò & infinita sunt nostra debita. *In multis offendimus omnes.* Qui vero minus debet, debet decem millia talenta, ita Christus notat in parabola hominis Regis: qui *cum cœpisset rationem ponere oblatus est ei vnus, qui debebat ei decem mil. talenta.* Et is primus erat, Quid de reliquis, qui tantò magis ad reddendam rationem constringerentur, quantò plura contraxissent debita? Solutio facienda est oleo charitatis. Quæ cæteris virtutibus supernatat, vt oleum liquoribus. *Maior horum est charitas.* Operibus misericordiæ & charitatis satisfit pro peccatis. *Charitas operit multitudinem peccatorum.* Iacob 3.2. Matth. 18. 23. 1. Cor. 13. 1. Petr. 4

Hinc consequenter exponit D. Augustus consilium Danielis Prophetæ datum infami illi peccatori Nabuchodonosor. *Peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordiis pauperum.* Vbi notat præcipuam eleemosynam & misericordiam esse cordis, quando diligimus inimicos, & illis benefacimus, de quo alibi. Amor hic & charitatis opera, vbi effundenda sunt, quo habeamus ad soluenda debita. Num in vasa plena? Non hoc: arbitror enim quòd incompetenter possis Deo proponere: Domine miserere mei: quia misertus sum filij mei, & amauit me amantem, beneficio beneficium compensaui: responderet enim tibi: quòd feceris hoc, ad quod adstringebaris: *Si enim diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis?* In vasa vacua mittendum charitatis oleum. Quæ sunt hæc vasa? Inimicus tuus, & tanto magis vacuus, quanto tibi crudelior: cum in illo non sit amoris in te oleum, nec quidquam tibi proficuum, nec delectabile. O Domine non meretur, fateor, & hoc est esse vacuum: quia amare amore dignum, & benefactori benefacere, est oleum in vasis infundere plenioribus. Oleum illud immissum vasis vacuis, est illud quod augescit, & valet plurimum; ita vt ex illo profluat quo debitis nostris satisfaciamus. Dan. 4. 24. I. Quid sit oleum. Tract. 5. num. 109. Matth. 5. 46. II. Quid sit vacuum.

Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi soluentur peccata tua, ait Spiritus S. 2. Ponderanda sunt hæc duo verba: *Relinque*, &c. *sol uentur* de quibus alias egimus. Ex quo innotescit causa, cur in principio Quadragesimæ, hoc nobis mandatum proponatur. Parcat mihi Deus: Ecclesia sancta, an non sumus in principio Quadragesimæ? An non hi sunt primi passus? Quid à nobis requiris? *Ego autem dico vobis, Diligite* &c. Quid? an hinc exorditis? An non est axioma philosophicum, quòd *à facilioribus est inchoandum.* An ergo aliquid hoc præcepto difficilius? *Recole in omnibus iustificationibus Domini nihil* Eccli. 28. Tract. 4. num. 137.

dissi-

difficilius inuenies, quàm quòd quis suos diligat
D Aug. *inimicos.* Asserit D. August. *a* & D. Chrysost. *b*
in Ps 118. Vocat hoc præceptum: *Vltima corona bonorum,*
serm. 7. ad *& totius virtutis cacumen.* Et D. Paul. *c Plenitu-*
serm. & *do legis est dilectio.* Qui itaque hoc petit, petit ple-
9. *nitudinem legis*, & opus in lege Dei omnium perfectissimum & eminentissimum.

b Divvs Chrys. Hom 18. in Matth. Tom. 2. Exam. 3. c. 10.

Iudicarent alij hoc vltimò proponendum, scilicet in hebdomada sancta, quando iam per frequentes conciones, fidelium cordibus rite dispositis, ipso Paraseues die huius præcepti adimpletionem Christi exemplo prædicamus. Nemo reprehendat Ecclesiam. Instituit hoc tempus, quo agamus de peccatorum obtinenda remissione: ad hanc verò actus omnium efficacissimus (vt nihil dicamus de Sacramentorum receptione) est offensarum remissio. O quàm foret efficax oratio illa dum genuflexus à Deo misericordiam postulas, illi omnium iniuriatum plenissimam offerres remissionem, quâ tuis indulsisti inimicis. Quando peccata tua confessurus accedis, primum te paululum recollige, & ex intimo cordis affectu inimicis ignosce, & congruè poteris dicere: *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos* &c. Nullum reperio opus, cui fortius Dauid inniteretur, vt suorum peccatorum veniam speraret, quàm dum Sauli pepercit in spelunca, cuius manibus, vt cædis reus, iam tradebatur occidendus; vt præfati sumus: quo peracto, spelæo egressus coram Deo prouolutus, Psalmum cælestem inchoat, pleno gutture Dei misericordiam implorat, totâ fiducià. *Miserere mei, Deus, miserere mei, quoniam*
Ps. 56. 1. Tract. 4. nu. 144. *in te confidit anima mea.* Vt notat D. Gregor. Nyssen. & declarauimus. Et quod Semei maledicenti vitam donasset, tantam ei spem contulit obtinendi culparum suarum indulgentiam: vt per hoc eius se quasi certum consideret, vt ibidem diximus. Huic concinit doctrina Christi. *Si ergo offers munus tuum ad altare* &c. *Relinque tibi*
Matth. 5. 23. Tract. 5. nu. 213. & seqq. *&c. & vade reconciliari* &c. Doctrina hæc mysteriis abundantior quàm verbis: vt alias exposuimus. Hinc deducimus, cur Christus affixus cruci, primum pro crucifigentibus eum inimicis
Luc. 23. 34. & tortoribus Patrem supplicans ait, *Pater, dimitte illis.* Diuinus enim ille Sacerdos, totius mundi in se peccata receperat, & vt eorum obtineret indulgentiam altare crucis ascenderat: etenim sciebat ad eorum remissionem, omnium maximè conducere, hostibus ignoscere, vt & tibi
Cap. 53. 12. Tract. 5. nu. 227. ignoscatur. Proinde duo hæc coniunxit Isaias: *Ipse peccata multorum tulit, & pro transgressoribus rogauit.* Sactatissima verba de quibus alias.

53 Cur modo hoc proponatur præceptum.

§. 17. *Qui inimico non remittit, ei Diuina non proderit misericordia, sicut nec Ioab cornu altaris.*

54 Rident Spiritus S. vt fatuum, eum, qui nolens inimico remittere calumnias sibi illatas, suorum peccatorum à Deo postulat misericordiam. *Qui vindicari vult, à Domino inueniet vindictam, & peccata eius seruans seruabit.* Nihil hic prætereamus; rationem assignat: *Homo homini seruat iram, & à Domino quærit medelam.* Hoc innuit Christus in parabola deseruo, cui Dominus decem millia talenta non dimisit: quia consetuo suo supplicanti centum denarium debitum non laxauit. Vt alio loco diximus *a* quam parabolam sic Christus concludit: *Sic & Pater meus cælestis faciet vobis, si non remiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris.* Hac parabola nitebatur D. Chrysost. auditores suos ad huius obseruantiam præcepti permouere, & tantâ verborum elegantiâ perorauit, vt ipse in fine concionis fassus fuerit, quòd oculis testibus, perciperet fructum quem fecerat, vnde & sibi congratulabatur. *Gaudeo & lator: quis video vos tantâ voluptate, qua dicimus, audire, & plausu tanto excipere, promptosq; esse, & ad Dominici mandati adimpletionem paratos.* Vidit igitur D. Chrysost. fructum, quem huius parabolæ propositione fuerat operatus, & certè permagnum, sicut ibidem retulimus: & fortè, eo prædicante surrexerunt quidam Auditorum in medium, dimittentes calumnias, remittentes veteres inimicitias, & in pacis oscula corruentes. Sicut postmodum contigit Apostolo nostro S. Vincentio Ferrario eandem materiam prædicanti: Supponit D. Chrysost. nihil adeo diuinam irritare iustitiam, quam videre aliquem pertinacem, & obstipum in remittendo sibi illatas calumnias. *Nihil omnium Deus ita odit, & auersatur, vt hominem vltionis auidum, & in animo suo perpetuas aduersus proximum seruantem inimicis: tantum enim peccati eius damnum est, vt misericordiam Dei reuocet, nec locum habere sinat.*

Ad huius probationem, perpendit hanc parabolam, in qua Regis clarissimè præfulsit & bonitas & misericordia erga seruum suum; cum enim tantum esset debitum, vtpote decem millium talentorum, ei hanc summam vnius humillimæ petitionis intuitu liberalis dimisit, insuper cum nec debiti quidem peteret remissionem, sed temporis tantùm dilationem; *Patientiam habe*

a Tract. 4. nu. 136. & seqq. Matt. 18. 35.

D. Chr. Ho. 27. in Gen. To. 1.

D. Chr. Tom. 1. Deo summè displicet, qui nõ vult offensas remittere.

» *in me ; & omnia reddam tibi.* Non ei temporis tantum indulsit dilationem, quin & totum ei » dimisit debitum. *Omne debitum dimisi tibi : quoniam rogasti me* Ex quo liquidò patet ei Regem » plura concessisse, quàm ille deposcebat. Verum » enim verò, cum in hoc misericordiæ & bonitatis » suæ statuerit exemplum, ostendere voluit, » quàm grauiter offensus, & prouocatus fuerit ad » iram contra illum talem seruum, eò quòd conserui » suo nedum debiti centum denarium remissionem, » sed & temporis dilationem supplicanti » pertinax negauerit & in eum, efferâ bile commotus, » summâ iniuriâ sæuierit ; ob quam culpam à Domino mali serui nomine damnatur : *Serue nequam.*

» Res notatu digna : Reprehensus à Rege ob » dissipata eius bona, & decem millium talentorum debiti conuictus, numquam audiuit : *Serue nequam* : cum, & hoc nomen tunc aptissimè conueniret, tanquam infidelitatis & malæ administrationis reo, sed modò tantùm, cum conserui temporis prolongationem concedere recusauit. » Clementissimo enim Regi nihil adeo reddidit » reprehensione dignum seruum hunc quàm audire, quòd conserui suo parcere nequam noluisset.

D. Chr. Tom 2. » *Vide Domini indignationem, vide quantum malum sit iniuriæ reminisci, cum decem millia talenta consumpsisset, non voluit eum malum : sed nunc, quando conserui crudelis fuit. Male serue, inquit, omne debitum dimisi tibi, &c.*

(a) Volueral juego. » Secundò : cum ei omnia dimisisset, (a) omnia » reducit ad iudicium & ruminat & quasi ei nihil condonasset, ita illum carceri mancipauit ob debitum, vt æternas luat meritissimas pœnas : » cum numquam tali debito soluendo sit sufficiens. *Sic & Pater meus cælestis* (concludit » Christus) *faciet vobis, si non remiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris. Formidolosa est hac sententia*, ait D. Hieronym. & quæ tibi » ossa tremore concutiat : quod si ratione repetendi debita & peccata semel remissa, nobis sit » necessarium eo vti medio, quo hoc declarant » Theologi, illud liquidò hinc concludimus nullam tibi sperandam à Deo peccatorum veniam, » si nec tu proximi calumnias in te commissas remiseris. Quod satis patuit in multis, præsertim in Esau, Saule, Antiocho, de quibus ex intentione diximus. Nominatim verò in Ioab : Appropinquauerunt dies Dauid vt moreretur : vocat ad se Salomonem, quem regni successorem designauerat, de suis disponens, hoc ei præcipit, quod ab eo perfici volebat : Inter alia, fili mi, hoc tibi iniungo : vt me è viuis sublato, statim

Tract. 4. n. 140. & segq. & Tract. 5. n. 229. & segq.

viram auferas consobrino tuo, sororis meæ filio Ioab : sitque ille primus, in quem tuæ potestatis stringas gladium, non ei parcas, non ei ne vnum vitæ diem concedas. Hoc ita ad Critolai libellum Salomon est executus, vt quo die Dauid mortalitatis debitum persoluit, clausitque oculos, illicò mandarit Duci fortissimo Banaiæ, vt electâ militum manu aggrederetur Ioab, eumque consoderet. Rumores tristes deferuntur ad Ioab. Quid ille ? Confugit ad tabernaculum Dei, velut ad locum sacrum. Nihil refert, ait Salomon : vade, *Et interfice eum & sepeli, & amouebis sanguinem innocentem.* Nec vobis durum ac sacrilegum videatur, consobrini mei sanguine Dei altare purpurare : non enim iustum est, vt ei veniat præsidio tabernaculum, nec in hoc sacrato altaris loco inueniat asylum. Res tragica : de qua dubium est, verum demirari magis debeas, vel Dauidem hoc præcipientem, vel Salomonem hoc exequentem. 3. Reg. 2. 31.

I I. Cur Dauid Salomoni præceperit, vt occideret Ioab.

Quæ potuit subesse ratio, cur Dauid tam grauiter se offensum ostenderit, vt etiam in hora mortis, horâ inimicis ignoscendi : horâ, in quam, illâ, quando crudelissimi quique, non solum ignoscunt, sed & ipsi supplices erratorum veniam tam à præsentibus, quam absentibus efflagitant ; cum esset Dauid tam præclarus hostium reconciliator, hoc statuat primicerium, ne parcatur Ioab. Erat Ioab sororis eius filius : Generalis exercitus Dux, seruierat Dauidi, celeberrimas obtinuerat victorias, insuper vt Dauidi complaceret, Vriam cuidenti vitæ periculo exposuerat, quo & cæsus est. An forsan propter hoc eum iussit interfici ? Frequenter enim contra quos acrius excandescis, quo tempore iuxtà res agitur, sunt illi amici, qui tuis nequitiis humeros præbuere. Et cum iam illud Dauid, fieri præceperit, admiror Salomonem, illud ad litteram ita fuisse exequutum : cum esset Ioab eius consobrinus, & res illa prima esset, quâ Regiæ suæ potestatis ostenderet auctoritatem, ob quam eum procul dubio nimiæ crudelitatis arguerent ; adde, quòd cum Salomon tantus esset tabernaculi Dei, & altaris cultor, noluerit tamen frui Ioab eius præsidio : licet omnes nationes, etiam maximè barbaræ, loca Deo sacrata, inuiolata, & reorum refugium securissimum esse voluerint, vt aduertit D. August. a

a Lib. 1. de ciu. Dei c. 4. & seq.

Huius mandati rationem assignat Abulensis, mirum sæuitiam quâ Ioab Absalonem filium Dauid interemit ; qui licet patri suo fuisset rebellis, & acerbioribus eum iniuriis oppressisset, verumtamen in omnium Principum consessu, & exercitu

55 Ioa. c. 13. Reg. 9. 7. & 14. & 37.

exercitu circumstante, præceperat Dauid, omnium grauissimè læsus, *Seruate mihi puerum Absalon.* Ille vero adeo feroci in Absalon est animo concitatus, neglecto Dauidis imperio, vt honori sibi duxerit vlcisci iniurias, nec vllâ vti misericordiâ; quinimo data occasione, eum tribus lanceis perfodit: talis iniuriarum vindex, immisericors, & Regis inhibitioni parum obediens, imo totus refractarius, moriatur, nec ei prosit Dei tabernaculum, cornu liceat amplectatur altaris, sine misericordia transfodiatur. Hoc innuere voluit Dauid, (teste Abolense) his verbis: *Tu nosti, quæ fecerit mihi Ioab filius Saruiæ.* Tenè offendit, ô Dauid? tenè lanceâ transfixit? Tunè ictum persensisti? Me, me offendit, & licet lanceæ cor Absalonis transfixerint, verius tamen me, cor meum transfoderunt: & ego qui læsus & pars offensa, ei præceperam vt ignosceret. *Seruate mihi puerum Absalon.*

2. Reg. c. 18. 15.

3. Reg 2. 5.

Dicito mihi (amabo) An non Deus ipse tibi hoc præcepit in congregatione Ducum suorum, Apostolorum, & totius mundi quòd licet proximus tuus foret perduellis, ei ignosceres, & fieres ei misericors? qui licet peruersus, filius tamen est Dei per creationem, & germanus tuus per naturam: *Ego autem dico vobis: Diligite inimicos vestros.* An hoc veritas non est, licet te proximus grauiter offenderit, quòd Deus sit principaliter pars læsa? Alter enim dum te lædit, peccauit; & omne peccatum primò lædit Deum. Ita vt, quando incidis in adulterium, sicut Dauid, quo vxoris lædis maritum, potes Deo dicere: *Tibi soli peccaui.* Vos, vos estis tam peruersi, & crudeles Christiani, vt audientes Regis & Domini vestri, toties repetitas voces, & vobis denuo hæc mandata renouata, illa contemnatis, præterea tres lanceas vibretis contra proximum vestrum, vnam, quâ eius honorem, alteram quâ eius bona temporalia, tertiam, quâ eius vitam perdatis, quæ omnia libentissimè videres esse pessumdata.

Psalm. 50.

Cum igitur hæc agatis, & in his persistatis malevoli, fcitote, vobis nec Dei tabernaculum, nec sacrum altare ad misericordiam profuturum.

Hebr. c. 4. 16.

III. Nulla fiet ei misericordia, qui non remittit iniurias.

O supremum salutis nostræ altare, misericordiam Dei! ad illud periculis pressi recurrimus. *Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ, vt misericordiam consequamur, & gratiam inuenia-mus in auxilio opportuno.* Non tibi erit subsidio Dei misericordia, nec eam in altari inuenies: iam enim pridem tulit sententiam D. Iacob. *Iudicium sine misericordia illi, qui non fecit misericordiam.* Nec super hac re mireris: vos enim ipsi singulis diebus sæpius contra vos ipsos fertis hanc sententiam, quando dicitis: *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos* &c. Ad quæ verba, valde præclara dicit D. Gregor. Nyss. quæ alias retulimus & concludit D. Chrysost, *Tu legem scribis de venia & pœna, in tui caussa fers sententiam: dimitte nobis sicut dimisimus, vide quid dicas, nec contra te ensem, vt insanus & furens stringas.*

Iac. 2. 13.

Tract. 5. in 2 15. & seqq. & D. Chr. Hom. 38. in Ioann. To. 3.

Addit D. Augustin. declarans hanc petitionem, quam Christus in nostram salutem ori nostro suggessit: *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos* &c. Comperta est Christo nostra infirmitas, & quàm frequenter in peccata dilabimur, præscribit nobis remedium generale pro omnibus illis, & medicinam cunctis animæ nostræ morbis curandis vniuersalem; cum quotidiana sit eius infirmitas. Quæ est ista? Te persequentibus parcere, sycophantis ignoscere. Quotidie Deo talem mones, indiges remedio. Quomodo hoc mihi? Manibus tuis hoc Dominus tradit, & teipsum tibi statuit vt regulam & remissionis, quam petis, mensuram adæquatam. Res mira: Sunt actiones Dei regula, vestris actionibus: quòd si vestras optatis perfectissimas, illum imitemini, eius sint vobis actiones, prototypon. *Estote perfecti, sicut & Pater vester cælestis perfectus est.* D. Paul. addit: *Imitatores estote Dei.* Sæpius audiuimus ex D. Gregor. *Omnis Christi actio, nostra est institutio:* quod verum dicimus in virtutum actionibus, quòd velit, quanta nostra fert possibilitas, cum imitemur. In vna vero sola virtute comperies, Deum suas velle actiones, vestris conformare & sint vestræ, eius regula actionum. Quas illas dixeris? Remittere iniurias: & vobis clarè dico: videte quid agatis, quia pro vt vos hic egeritis, & ipse aget, & hoc vobis vult adeo certum fieri, vt vos ipsi illi hoc proprio oredicatis: Domine, in eo quòd ego inimicis ignosco, volo esse regula & mensura, secundum quam tuas instituas actiones. *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos* &c. Nescio, ait D. Greg Nyssen. quid pluris Deus in tui gratiam facere potuerit: in hoc præsertim; cuius magis indigemus: quam te tibi & voluntati tuæ statuere suarum regulam actionum. Beneficium tam extraordinarium, vt se Deus magis humiliare non posse videatur.

56. Ser. 9. de diuersis c. 11. & seqq.

Matt. 5. 48. Ephes. c. 5.

Hinc collige cum D. Augustin. quanto ordine Christus procedat in orationis Dominicæ petitionibus. *Pater noster*: quod reseruans pro vltima petitione, nostrorum veniam delictorum, & id eâdem mensurâ, quâ aliis mensi fuerimus, statim

» tim addit: *Et ne nos inducas in tentationem.* Quæ
» est, (rogat D. Aug.) tuô iudicio omnium per-
» niciosissima tentatio, quæ Christiano homini
» potest obesse? Delinquentibus nolle demittere,
» vltionis auiditate flagrare? Quid credis & times
» saluti & vitæ tuæ magis contrarium? Dices;
» morbos, febres, lateris dolores, præfocationes,
» paralysin, hydropysin, exanthemata &c. Falle-
» ris: aliud longè potest esse: Et quod illud? hoc
» nimirum, quod medicinis, quibus morbis me-
» deri opus est, tolleret omnem vim operatiuam.
» Exponit Spiritus S. Dei misericordiam quicum
» prænosset multas easdemque diuersas in mundo
» futuras infirmitates, quibus homines grauiter
» opprimerentur, in earum remedium medica-
» menta produxit hæc illis, illa his morbis vtilia.
» *Altissimus creauit de terra medicamenta, & vir*
Eccl. c. 38. 4. » *prudens non abhorrebit ea.* Quæ esset infirmitas
» grauior? quod venenum magis pestiferum? illud
» scilicet, quod medicinis vim tolleret effectiuam,
» tunc enim ex Hammonis fonte petenda foret
» medicina & esset morbus irremediabilis: actum
» esset. Qui tam prouidè corporis infirmitatibus
» studuit per medicamenta curandis, ex eo quòd
» illis nos grauandos præsciret; decsse non pote-
» rat quin animæ infirmitatibus suas procrearet
» medicinas: quotidianum enim nouit hunc no-
» bis esse casum; eisque tam sagaciter prouidit,
» vt omnibus vnicam & vniuersalem præscripse-
» rit medicinam. Et quænam, quæso, hæc? Lo-
» quatur D. Augustinus. *Sanè antidotum, quod contra*
» *omnes putredines, contra omnium peccatorum ve-*
» *nena plurimum valet, Hoc est, vt dicas, & verè*
» *dicas Domino Deo tuo: Dimitte nobis debita nostra,*
» *sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Hoc e-*
» *nim pactum cum agrotis medicus conscripsit, atque*
» *firmauit.*

» Hinc consequens est, illud perniciosissimum
» fore venenum; quod huic medicinæ virtutem
» eriperet: Quod vero illud? inimicis nolle di-
» mittere iniurias. *Magna est tentatio* (asserit D.
» Augustinus.) *charissimi, magna tentatio est in hac vi-*
» *ta, quando illud nostrum tentatur, quo meremur*
» *veniam, sicubi tentati lapsi fuerimus. Horrenda ten-*
» *tatio est, quandò nobis tollitur, vndè aliarum ten-*
» *tationum vulneribus sanari possumus.* Porro intel-
» ligite me, ait S. Doctor. *Scio nondum me intel-*
» *lexistis, adeste animo, vt intelligatis.* Tentat te
» diabolus ad lasciuiam, auaritiam, gulam, iram,
» superbiam &c. incidis in has tentationes quibus
» anima tua periculosè infirmatur: status est infau-
» stus, agitur de animæ salute. Nosti remedium?
» noui. Confuge ad Dei misericordiam: accede,
» deprecare: *Dimitte nobis debita nostra.* Verumta-
» men, caue, ne in tentationem incidas grauissimam
» & perniciosissimam. Quænam hæc? nolle te re-
» conciliari fratri tuo, qui in te peccauit. *Horrenda* D.
» *tentatio, molesta, tremenda omnibus viribus, omni* Aug.
» *virtute vitanda. Quæ est illa? quando nobiscum*
» *agitur, vt vindicemus nos, ira exasperatur, & fremit homo vindicari. Horrenda tentatio, vnde*
» *enim accepturus veniam fueras pro cæteris delictis,*
» *hoc perdis. Si quid aliis sensibus, aliis cupiditatibus*
» *peccaueras, hinc erat sanandum, quia dicturus e-*
» *ras. Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos di-*
» *mittimus, debitoribus, nostris.* Diabolus qui te
» mouet & instigat vt vindictam sumas, omne tibi,
» conatur auferre huius medicinæ emolumentum
» sine qua scelerum tuorum non curabuntur infir-
» mitates. *Quo te instigat vt vindiceris perdet tibi,*
» *quod dicturus eras, sicut & nos dimittimus debi-*
» *toribus nostris. Illo perdito, cuncta tenebuntur,*
» *omnino nihil dimittetur. Tenete illud fortiter, fra-*
» *tres,* Ait idem D. Augustinus. *Qui adhuius modi an-* Serm.
» *tidotum renuntiauerit, nulla illi spes salutis om-* 6. 11.
» *nino remanebit. Qui mihi dixerit, non remitto*
» *peccata, quæ in me fortè homines peccant, non est,*
» *vndè illi promittam salutem.*

Notum est, ait D. Aug. quod naui maris vn- » Ibid. c.
das persecanti contingit, quæ cum tot scateat ri- » 13. &
mis, impossibile est aquam non subintrare, mo- » Lib. 10
do per illam, modo per aliam. In huius defectus » Homil.
remedium inuenerunt experti maris nautæ » Hom.
anthliam & cochlear, vt nauis aquâ euacuetur, » 42. n.
hoc si omiserint, actum est de naui. Vt naues, » 9.
mundi huius pelagus transcurrimus, tot scatentes » V.
rimulis, quot sensibus, & potentiis, quibus » Simi-
quotidie subinfluunt imperfectiones, defectus, » liter.
peccata: quæ nisi antliâ exhauriamus, iacta est
alea, in profundissimum inferni demergemur. »
Dedit nobis expertissimus nauclerus, ad faustum »
nauigationis nostræ iter cochlear, quo per an-
thliam aquam exhauriamus & sentinam expurge-
mus: quæ est illa? *Dimitte nobis debita nostra,*
sicut & nos dimittimus. Omitte illud cochlear,
quo peccatorum tuorum sentinam expurges, æ-
ternum peribis. Audire libet eius verba: *Senten-*
tia ista: Dimitte nobis debita nostra &c. Sic est in
corde hominis quomodo cadus. Inde sentinatur na-
uis in pelago, non potest nisi aquam admittere per
rimas compaginis suæ, quæ si non exhauriatur, na-
uem opprimet: Sic in ista vita, habemus quasdam
mortalitatis fragilitatisque nostræ rimulas, per
quas intrat peccatum de fluctibus huius sæculi. Ac-
cipiamus tanquam situlam, istam sententiam, ne
demergamur: dimittamus debita debitoribus no-
stris,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

» *ferit, vt dimittat nobis Deus debita nostra. Si vult*
D. Aug. Lib. 50. Ho. Hom. 42. c. 6. To. 10. Ser. 9. de 12 » *dicere efficaciter,* (adiungit idem D. August.) *Dimitte nobis debita nostra, oportet quòd dicat veraciter, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, si hoc, quod est posterius, aut non dicit, aut fallaciter dicit, illud quod prius est, inaniter dicit.*

» Optimè hoc nouerat cælestis magister, (vt notat idem D. Aug.) cum (qui nobis eam à se compositam orationem dederat, in qua continentur omnes petitiones eorum omnium, quæ nobis sunt necessaria ad corporis & animæ salutem; petimus enim vt Dei nomen in nobis sanctificetur, hoc est, vt nos reddat sanctos, vt det nobis regnum suum, & panem quotidianum &c.) super illarum nullam reflectat nisi super hanc: *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris,* tamquam quæ nobis
Matt. 6. 14. » permaximè expedit, & immediatè subiungit: *Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis Pater vester cælestis delicta vestra.* Et ratio patet: quod si in prioribus petitionibus erraueris, ecce remedium præsens, vt hanc nimirum adimpleas; porro in hac si erraueris omni carent
D. Aug. » aliæ remedio. *Quare post factam orationem, non aliquid inde nobis traxit, vel quod à capite posuit, vel quod in fine concluserit, vel quod in medio collocauit? Si enim non id vobis sanctificatum fuerit nomen Dei, aut si non pertinuerit ad regnum Dei, aut si Deus non vos eu jodierit, vt non intretis in tentationem, quare nihil horum? Sed quid? Amen dico vobis, quia si dimiseritis &c. propter illud, dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: prætermissis omnibus petitionibus quas nos docuit, illam maximè docuit.* Super illa Dominus non reflectit, quod si in illis quis delinquat, in hoc posuit remedium, vnde super illud datâ reflectit opera. *Non multùm fuerant illa commendanda in quibus si peccator est, vnde curetur agnoscat, commendenda catera, in quibus si peccaueris, non est, vnde saneris.*

§. 18. *Huius legis obseruatione, maximum omnium obtinetur donum, quod homini Deus concedere potest, & hoc est, vt in rei veritate sit filius Dei.*

257 IAm secundum intelliges, quanti sit commodi huic obedire mandato, si audieris id quod Christus dicit; quòd illo medio obtinebis, donum sublimissimum, quod Deus ipse totâ suâ omnipotentiâ tribuere potest puræ creaturæ, quod est, sua diuina gratia, quæ est diuinæ suæ naturæ quædam participatio, eminentissima quæ realiter & verè hominem facit filium Dei: filium Dei te implicat esse per naturam, sed facit te talem per gratiam. O quæ gratia hæc tam immensa! O quæ magnitudo & excellentia huius supernæ virtutis! quæ nos constituat filios Dei per gratiam, cum tales non esse per naturam omninò sit impossibile: *Vt sitis filij Patris vestri.* Valde subtiliter expendit hoc D. Chrysost. *Cogita, obsecro, dilecte, quanta sit huius virtutis magnitudo, & disce, vel ex præmijs, quæ propter illam vniuersi Dominus promisit.* Præclarum quiddam est gratia, quam nobis Deus ad huius præcepti concedit obseruantiam, sicut liquidò patet, in eo quòd nos ad dignitatem filiorum Dei per gratiam attollat, & nobis hinc subsequatur præmij magnitudo, quam nobis promittit mandatum hoc custodientibus Dominus vniuersi. Hoc mirantur omnes. De quo eleganter D. August. *O mira semperque miranda diuina propitiationis benignitas: serui digni non sumus, & ecce filij Dei facti sumus, heredes quidem Dei, coheredes autem Christi.* O præcellens, & cæleste donum. De hoc titulo plurimum Papa gloriatur: *Seruus seruorum Dei.* Si esse seruum & famulum Dei, res tanti sit, vt ipse summus Pontifex se seruum talis serui cognominet, quid erit, realiter nominari & esse filium Dei? Hanc incomprehensibilem obtinebis altitudinem, si in rei veritate, & syncerâ charitate dilexeris eos, qui te oderunt, benefeceris tibi malefacientibus. Qui vltra tibi requirendum? Num quid sublimius posset mens tua desiderare?

D. Chr. Ho. 27. in Gen. ad finem. To. 1.

D. Aug. Lib. medit. c. 16. To. 9.

Licebit nobis modò canere illud Dauidis: *Replet in bonis desiderium tuum.* Hoc primum hominis fuit desiderium: erimus sicut Dij, & præsertim, vt notat D. Thom. erimus similes filio Dei. Accedens diabolus, promisit illi fraudulenter & mendaciter, se eius desiderio satisfacturum, si rem inhibitam faceret, si Dei præceptum transgrederetur. Infelix ille tanto eius æstuabat desiderio, vt se in illam partem declinârit, & nedum factus non est similis filio Dei, sed & bestijs comparatus: sicut repetito carmine cecinit Dauid: *Homo cum in honore esset, non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.* Adest Christus Dominus, & *Replet in bonis desiderium tuum.* O Homo: optas verè & realiter fieri filius Dei? Verene esse similis ipsi Deo? Quò rem agas bonam, hoc tibi offerò: *Diligite inimicos vestros &c. vt sitis filij Patris vestri.*

3 p. q. 3. a. 8.

Pſ 102. 5.

Pſ. 49. 20.

Mis

58 Hic gratissima erit sententia D. Aug. quam proponit, vt marito persuadeat, remittat opprobrium sibi ab vxore illatum. Domine (ait) Herculanas vires hic desidero. Procul absit, replicat D. Augustinus. Si fide viua præmium attenderis, quod tibi promittitur: *Si adsit fides, non erit durum.* Magnoperè demiratur Rupertus, qui fieri potuerit, quòd primæua illa mulier, tam cunctanter egerit, & sine vlla commotione collocuta fuerit serpenti, & cum eo fœdus inierit. Num ignorabat illa, serpentem ex se loqui non posse, & eius linguam à natura alia superiori moueri, quæ nec esset Deus, nec esse posset Angelus: cum ab ea exigeret, vt quid ageret contra Dei præceptum? Num latebat eam, illud, quod ei promittebat, per serpentem compleri non posse, dixero vlterius, nec per totam naturam creatam? Quid igitur mulierem detinuit, adeò securam, & per otium colloquentem cum serpente, vt se vltro ei tradat, & proprij cordis dominium consignet? Nihil te moueat (ait Rupert.) Attende, quàm præclara ei spondeat: ad minus, *Eritis sicut Dij.* Propitius sit mihi Deus: quàm libenter auditur is, qui aliquid promittit. Rem stupore dignam aduertimus in aulis Principum: Quàm patiens alter perferat & malos dies, & peiores noctes obmutescens, seipsum comprimens, demordens sibi linguam, dissimulans in rebus sibi durissimis: spero enim, ait, Domine, quòd me ad talem commendam seu dignitatem, seu officium, seu locum honestum in patria mea promouebunt: Hac spe allectus, & promissis mendacibus, dolosis, & adulatoris sibi applaudit miser hic: hac fultus, laboribus non parcit, silet in opprobriis, dissimulat in dictis.

D Aug. *Lib. 2. de de adulter. coniug ad Pollentium. To 6.*

Lib 3. in Gen. c. 3. Genes.

Gen. c. 3. 4.

Si fallacia promissa sufficiant ad ineundum fœdus etiam cum ipsis serpentibus, & pacificè cum illis conuersandum, an non plus satis erit promissum tam nobile. *Vt sitis filij patris vestri qui in cœlis est,* iuratum ab eo, qui nec mentitur nec mentiri potest: vt fœdus ineas cum eo, qui tibi serpens est, cum inimico, qui tibi inuidet, qui te offendit? O Domine serpens est, coluber est, venena spirans. Transeat, sed aures arrige ad ea, quæ tibi promittuntur, si fœdera pacis cum eo sanciueris, ex charitatis visceribus: remissionem peccatorum, & culparum obtinebis indulgentiam, Eris sicut filius Dei per gratiam: quâ regni cœlestis & gloriæ felix hæres efficiaris. Amen.

SVMMARIVM

HOMILIÆ QVARTÆ SEQVENTIS.

OMPREHENDIT Sanctum Euangelium stupendum plane miraculum quod iam pridem cecinerat Dauid, perpendens in eo sex admiratione dignissima *a*. Et per hoc proponit nobis Christus octo documenta. Primum, quod nobis immittat tempestatem, in bonum nostrum *b*. vt maioribus nos periculis eripiat *c*. Secundum, quod, vt qui nauigat, timeamus periculum, cui vt exponatur nauis, sufficit vel paruus ventus *d*. & proinde in hoc mundo, quo quis sanctior, eo timet magis *e*. Tertium, ventus est, quidquid nos molestat *f*. Quartum, mundi prosperitatibus minimè fidendum: subito enim illas insequitur tempestas *g*. Quintum, vt animos sumamus in his quæ patimur, scientes nos habere Deum spectatorem *h*. cuius oculi nobis vires & alas addunt, multo efficacius, quam struthionis pullis suis *i*. Sextum, quod celerrimus incedat inflatas calcans vndas, vt nostras sedet tempestates *k*. Septimum, quod quando Dei præstolamur auxilium, fortiores ingruant nobis calamitates, idque ad salutem nostram: quia sæpe venit in eo, quod nobis videtur phantasma *l*. Octauum, vt consideremus, quod ille sit, qui proprietate verbi dicere potest: *Ego sum;* quo nobis spem erigit in desperatissimis laboribus *m*.

a §. 1.
b §. 2.
c §. 3.
d §. 4.
e §. 5. 6.
f §. 7. 8.
g §. 9.
h §. 10.
i §. 11. 12.
k §. 13.
l §. 14.
m §. 15.

§. 1. Est

§. 1. *Est hoc miraculum tam celebre, vt à millenis annis Dauid illud decantauerit, sex præclara in eo perpendens.*

§. 2. *Submersit Christus hac tempestate discipulorum ambitionem: effectus hic est tribulationum, notus in Ezechia, & quodam Monacho.*

§. 3. *Euidenti Christus discipulos eripuit periculo, quadam repugnantia commotos: non imputatur peccato illam sentire, modò obedias, sicut vaccæ.*

§. 4. *Mundus mare est, vbi vel minimus ventus demergere valet etiam sanctissimos, sicut declarant columnæ & naues in Modin.*

§. 5. *Quo quis perfectior, eo timidior, plura enim possidet, quæ perdat.*

§. 6. *Vir sanctus magis timet, quia minimus ventus valet eum demergere, adde & exurere flatus vnius Dipsadis.*

§. 7. *Bellum mouet in mundo, sicut in mari motus ventus, vidit hoc Salomon, dixit hoc Dauid.*

§. 8. *Expertus est Aman esse ventum, quidquid turbat hoc mare, & confirmat Isaias bullâ aquæ.*

§. 9. *Breui tempore transeunt Apostoli ex magna voluptate ad maiores labores. Casus est quotidianus vt dixit Cræso Solon.*

§. 10. *Spectat Christus Apostolos laborantes in remigando: sunt enim sancti in laboribus suis illi spectaculum periucundum.*

§. 11. *Oculi Dei remigantium spectatores, in aduersitatibus suis animos ministrant & alas, multo felicius, quam intuitus struthionis.*

§. 12. *Cogites te laborantem in remigando, à Deo fixis oculis spectari; hoc quoque Iob requirebat.*

§. 13. *Prauidit Iob adhinc duobus mille annis Christum inambulantem super mare, qui nobis promittit, quod liberaturus accurret, dum nobis expedierit.*

§. 14. *Dum sperant Apostoli remedium, auget illis Christus formidinem, & credunt phantasma esse. Hic est effectus tribulationis.*

§. 15. *Vno* Ego sum, *illis dat fiduciam. Tenet illam, qui in eius gloriam se tribulationibus exponit, quem in illis Deus non deserit, vt diabolus mundus & caro.*

HOMILIA IV.

DE APOSTOLIS IN TEMPESTATE.

Primo die Sabbati Quadragesimæ.

Et cum serò esset, erat nauis in medio mari, & Iesus solus in terra, Marci 6.

1. PROPONIT nobis diuinus historiographus D. Marcus discipulos vectos nauiculâ in medio maris Galilææ, terribili tempestate concussos, timidos, anxios & naufragij metu perturbatos inflatis vndis & turbinibus totis viribus contra nitentes. Pariter describit nobis Christum ipsos spectantem, nocte licet media: diuinus enim eius oculis, nullæ tenebræ sunt obscuræ: sic cantante Dauid: *Tenebræ non obscurabuntur à te, & nox sicut dies illuminabitur.* Denique enarrat qualiter eos mortis periculo eripuerit, perambulans mare, vt pauimentum stratum lapide, suæ supremæ dans potestatis exemplum. Contigit vero hoc, ipso die conuiuii quinque panum, & duorum piscium, quando viso tam illustri miraculo, quod Christus fecerat, turbæ eum verum Ps. 138. 12.

Messiam crediderunt, & vt talem eum Regem creare definierunt saniori certè consilio, quàm sui antecessores, qui de Ægyptiaca seruitute liberati, perambulantes Arabiæ deserta, sederunt comedere, bibere, & à mensa surgentes, exturserunt vitulum conflatilem, eumque vt Deum adorârunt; quasi ille ipsos eduxisset de Ægypto. Hi, vt aduertunt D. Basil. *a.* & Chrysost. *b.* & D. Hier. *c.* & D. Amb. *d* non solùm comederunt, sed & biberunt in tantum, vt hæc idololatria, vini seu ebrietatis opus fuerit & effectus, *e. Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere.* Hic verò hoc periculum abfuit: cum nullum fuerit vinum, nec potus, vt dicemus eo die, quo de hoc tractabimus; quin potius iusta quædam fuit determinatio: Christus autem, qui eorum manibus Rex creandus non erat, eis hoc non permisit, sed silentio se eis subtrahens, fugiens in montem ipse solus; rigorosè discipulis præcepit, vt illico nauem ascenderent, & eum ab altero maris litore præstolarentur, & ipse dimittens turbas successit in montem ad consuetum orationis exercitium.

a *Hom.* 1. & 5. *de ieiun.*
b *Hom.* 1. *in Genes.*
c *Lib.* 2. *contra Iouinia.*
d *Lib. de Elia c.* 6.
e *Exod.* 32. 6.

Soluerunt è portu discipuli ad solis occasum, & mediæ noctis silentio in altum maris prouecti sæuissima iactantur tempestate. Christus ex montis supercilio vidit eos laborantes in regimando, & circa quartam vigiliam noctis, id est, circa diluculum venit ad eos ambulans super mare, vt eis manum extenderet. Illi, vt viderunt supra fluctus ambulantem hominis speciem, phantasma iudicarunt, vel visionem, quò maiori adhuc formidine corripiebantur, nec eos iam ita pelagi turbines perterrebant, quàm id, quod oceani fluctibus inambulans horrebant, illis magis ac magis appropinquans. Accessit Christus. Confidite, filij, ego sum: Nondum illi fidebant, vnde & D. Petrus, Domine, si tu es, iube me venire super aquas. Annuit Christus: confestim se Petrus pelago commisit, ambulans super aquas, vt veniret ad Iesum, porrò vt videt sibi super bas irruentes vndas, timet, fiducia deficit, quæ eum super maris aquas sustinebat, & vt cœpit mergi. Christum inuocat: Domine salua me. Adest Christus: modicæ fidei, quare dubitasti & cum D. Petro nauim ascendit, & illico nauis appulit ad terram Genesareth: vbi Christos, vt fous saluteis, illam millenis infirmis communicauit. Deprecantur eum, apud eos maneret: videbant enim oculis testibus, quanta eis maneret ex eius consortio vtilitas: sed ait illis, se ad eos tantum modo missum non esse, sed & ad aliis quoque misericordiæ suæ dona distribuenda, venisse. Hodie nobis erit fons salutis, fons gratiæ, eam igitur deprecemur Reginæ cælestis intercessione. *Ave Maria.*

§. 1. *Est hoc miraculum tam celebre, vt à millenis annis Dauid illud decantauerit: sex præclara in eo perpendens.*

2 DEclarat D. Euthymius Zigabenus quandam difficultatem, in quam plures offendunt, qui considerant, id quod Dauid psallit: *Qui descendunt mare in nauibus facientes operationem in aquis multis, ipsi viderunt opera Domini, & mirabilia eius in profundo.* Nulla opponitur difficultas, quin maximè in pelagi regimine Deus ostendat suam omnipotentiam: est enim animal plus cæteris ferum, & indomitum, quod nec parum, nec multum totâ potest detineri hominum potentiâ, Deus solus, est, qui mare regit, infrænat, detinet, quando & quomodo libuerit. Ita testatur D. Iacobus, in illa Missa, quam composuit. *Deus cuius gloriam cæli enarrant, terra eius dominationem, mare autem eius sua Litteras omnipotentiam.* Obiicies: Credideris, eos maxima mirabilia Dei vidisse in mari, qui in illud descenderunt, sine nauibus, vel sine scaphis illud transpadârunt, quales fuerunt filij Israel, quando tulit eos Dominus de Ægypto, cum ad oram maris rubri accessissent, insequente eos Pharaone: aperuit eis Deus viam per medium maris profundum, & sicco pede pertransiêrunt; Miracolo tam celebri, vt psalmo præcedenti Dauid illud quasi Dei omnipotentiæ statuerit primicerium: *Qui notam faceret potentiam suam, & increpuit mare rubrum & exsiccatum est, & deduxit eos in abyssis, sicut in deserto, &c. Et operuit aqua tribulantes eos, vnus ex eis non remansit.* Voluit Deus suam magnificare potentiam & magnificauit, cum maris compescuit petulantiam, per quod viam strauit qua populus suus per vndas maris indemnis transiret, quasi per desertà ambulasset, & iisdem inimicos insequentes ad vnum omnes inuoluit.

Inf. sect. 2. *primo.*
Psal. 105. 8.

Et hoc ipsum miraculum, ille qui interfuit Moyses, decantauit: *Dextera tua Domine, magnificata est in fortitudine.* Sed in quo? *In spiritu furoris tui congregata sunt aqua. Stetit vnda fluens, congregata sunt abyssi in medio mari.* Exandescente, te Domine, in Ægyptios inimicos tuos, vtrimque collectæ sunt aquæ, viam aperientes & fluidas maris vndas, quo populus transiret, instar firmissimi parietis indurati: & hinc inde coniunctæ & sociatæ steterunt immobiles.

Exod. 15. 8.

Ita

Ita vt populo Israel via securissima & amplissima in transitum statueretur; in laqueum tamen quo hostes tuos veluti muscipulâ, concluderes. Fuit autem hoc miraculum ac prodigium excellens adeo, vt illud audientes omnes illæ barbaræ, superbæ, feræque nationes terrerentur, & tui brachij fortitudine superatos se esse fatentur. *Dolores obtinuerunt habitatores Philisthiim. Tunc conturbati sunt Principes Edom, robustos Moab obtinuit tremor* &c. Fuit autem miraculum illud tam solemne, vt quadraginta post annis eius tam recens fuerit in Iericho memoria, vt dum populus Israel promissionis terram ingrederetur, omnes illi, quos gigantes dixisses, & quibus Israelitæ comparati, locustæ videbantur, tanto terrore concuterentur, vt eorum corda languescerent. Sic testata est optima illa Rahab Israelitarum exploratoribus: *Audiuimus, quod siccauerit Dominus aquas maris rubri ad vestrum introitum, quando egressi estis de Ægypto &c. & hæc audientes pertimuimus, & elanguit cor nostrum, nec remansit in nobis spiritus ad introitum vestrum: Dominus enim Deus vester, ipse est Deus in cælo sursum, & in terra deorsum.* Quocirca, nos tam deuictos arbitramur: tali enim Deo, qui tanta pollet super maris fluctus auctoritate, quæ posset opponi violentia, quis resistet? An ergo hoc supremum fuerit operum Dei, vt Dauid iudit, quod viderunt hi: *Qui descendunt mare in nauibus*, vndas & ventos depugnantes. *Facientes operationem in aquis multis, ipsi viderunt opera Domini, & mirabilia eius in profundo?*

Iosue c. 2. 10.

An non viderunt his maiora, qui mare ficco calle sine nauibus ingressi sunt, quibus se illud exhibebat, vt campum Aprilis tempore floribus germinantem? Ita sentire videtur Spiritus S. dum ait: *Ex aquâ, quæ ante erat terra arida, apparuit, & in mari rubro via sine impedimento, & campus germinans de profundo nimio.* Respondet D. Euthymius & assignat D. August. rationem quandam, quâ prophetarum intelligamus scripturas, hic enim psalmus prophetice scriptus iudicatur. Vidit in Spiritu S. Propheta Christi mysteria, ad quæ Deus eius mentem tanto lumine collustrarat, vt de eo dicat Spiritus S. *Sicut lux aurora, oriente sole, mane absque nubibus rutilat.* Et ea contemplatus, ait: *Qui descendunt mare in nauibus, &c. ipsi viderunt opera Domini, & mirabilia eius in profundo.* Qui sunt illi, nisi Apostoli, quos sibi elegit socios, & suorum mirabilium testes oculatos? Hi fuerunt, qui ea super omnes mortales viderunt, vt eis dicere liceat: *Quod audiuimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ contrectauerunt de verbo vita.* Illi, de quibus præcipuè dicit D. Ioannes: *Vidimus gloriam eius: Ipsi viderunt opera Domini.* Et ea principaliter viderunt in mari: *Mirabilia eius in profundo.* Nemo ambigit, quin Dauid mirabile illud sibi proposuerit, de quo in Euangelio; quod ita cæteris excellens fuit, vt D. Ambros. volnerit, cum tam eximium esset, quod multo ante Deus Iob illud præmonstrârit, vnde & illud iam à bis mille annis prædixit, vt dicemus, quod præclarum fuisse nemo neget, cum à tam longo temporis interuallo distinctè, & dilucidè fuerit præcognitum. Et ait Dauid, Apostolos non vnum tantum, sed plura vidisse mirabilia: *Mirabilia eius.* Hæc notat D. Ambr. & si ea velimus inspicere, sex nobis occurrent, quorum quodlibet prodigium singulare prædicatur.

Sap. c. 19. 7.

In Psal. 106.

Lib. 2. contra Faust. c. 7.

2. Reg. c. 23. 4.

1. Ioan. c. 1. 1.

Ioan. 1.

Lib. 1. de Inter pol. la. c. 4. & 5.

Lib. 1. de mi. c. 5.

Primum; de quo Dauid: *Dixit, & stetit spiritus procellæ, & exaltati sunt fluctus eius, ascendunt vsque ad cælos* &c. Vel minimô suo verbo, quô ventis imperauit, vt tempestatem mouerent subitò, tanta oborta est, vt modò fluctus æqua impeterent, modò abyssos aperirent, & ipsos Apostolos ita prosternerent, vt de ventorum ac fluctuum arbitrio dependerent, & quid agerent, ignorarent. Hæc eius fuit magnitudo potestatis, vt vnicô suo verbo ventis imperaret, mare turbinibus concuteret; quomodo, quando, & quomodolibet, sic vt in nullo deesset: *Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum, quæ faciunt verbum eius.* Spiritus procellarum, ventos dicit, quia tempestatem excitant: hi sunt eius præcepto adeo parati, vt ad ictum oculi prodeant, & faciant verbum eius. Et sic hic contigit. Secundum, de quo Dauid. *De necessitatibus eorum eduxit eos.* Ad hoc, inquit D. Ambros. perambulat Christus volubiles matis vortices, sicut pauimentum lithostrotum, nec id ad vnum, vel duos passus, sed ad medium vsque pelagi: *In medio mari.* Tertium; nec id solum agit, sed & Petro dat potestatem & vires solô suo verbo, vt ipse aquas pedibus calcet, licet tempestate commotas: ita vt (loquente D. Hier.) D. Petro id dederit per gratiam, quod ipse habebat ex natura. Quartum; Tam erat illic Christus securus, vt Petro ob fidei defectum submergenti accurrat, detque manum, eum erigat, sustentet, & progrediatur super aquas multo tutius, quàm tu puerulum manu per aream deducis, quem à casu erexisti. Quintum; decantat hoc Dauid: *Statuit procellam eius in auram: & siluerunt fluctus eius:* Volendo tantùm cessat tempestas, redit, serenum, silet fluctuum

Psal. 148. 8.

In c. 1. Malach. 1.

rabies, componuntur venti. Non est hic tui similis; quod si leonem, vel taurum, vel passerem ligatum detineas, & eum pro beneplacito possis dissoluere, non tamen tuæ est potestatis eundem reducere & religare: Eâ quâ mandat ventis facilitate, vt Oceanum infestent, præcipit, vt & recolligantur, & cessêt mare à feruore suo. *In sermone eius siluit ventus, & in cogitatione sua placauit abyssos*, testatur Spiritus sanctus. Eccl. 43. 25.

Sextum; quod vt vltimum particulariter celebrat Dauid: *Deduxit eos in portum voluntatis eorum*: Ascendit enim Christus cum D. Petro nauim & momentô temporis ad littus applicuit, quò eis præceperat, vt transmitterent, nullo eos deducente vento: facta enim erat tranquillitas magna; sed suæ diuinæ voluntatis operante virtute. Hoc, vt quid rarum expendit D. Io. *Et statim nauis fuit ad terram, in quam ibant*; Mirabilia hæc, vult Dauid, ad Dei gloriam & nostram consolationem decantentur. *Confiteantur Domino misericordiæ eius, & mirabilia eius filijs hominum.* De nautis, qui eadem, qua Ionas vehebantur oneraria, refert Spiritus Sanctus quòd cum vidissent, Iona electo, silere turbines, æstum deferuere, & auram fauere, crediderunt Deum Ionæ eum esse, qui hæc omnia patraret, & tanta potestate præcelleret, proinde tam potentem Deum, timuerunt, ei se subiecerunt, & relicta infidelitate falsorum Deorum, crediderunt vero Deo, vt aduertit D. Hieron. & ex toto corde tantæ potestatis & majestatis Domino seruierunt, qui mari, ventis, & imperat tempestati. *Stetit mare à feruore suo, & timuerunt viri timore magno Dominum, & immolauerunt hostias Domino, & vouerunt vota.* Quid rerum agerent, si Christum tam mirabilia cernerent operantem? Hoc quoque nobis Domino tam potenti agendum incumbit: qui tempestates in mari concitat, & sedat, quando & quomodo illi placuerit, suorumque tantam gerit sollicitudinem, vt inflatas ingrediatur vndas, illis laturus auxilium, quos tantis similiter recreat beneficiis; illi nos subiiciamus, illum timeamus, diligamus illum, eius nos maximæ submittamus potestati, cordaque illi nostra, vt Domino legitimo nostro consecremus. Ioan. 6. 21. Ionæ 1. 15.

§. 2. *Submersit Christus hac tempestate discipulorum ambitionem: effectus hic est tribulationum, notus in Ezechia, & quodam Monacho.*

§ 2

COntigit hoc mirabile ipso die solemnis conuiuij quo Christus quinque panes & duos pisces dispersit in quinque millia hominum. Tenebræ terram iam occupauerant: quia quando Christus egit cum Apostolis, de ratione instituendi hoc conuiuium, ait D. Matthæus hoc contigisse: *Vespere facto.* Hanc assignant rationem, quòd videns Christus turbas, descendit ad illos de monte, quibus prædicauit, & eorum infirmos curauit hoc opere toto pene die impeditus. *Quando dies iam cœperat declinare*, ait D. Luc. Tum demum cœperunt Apostoli monere Christum, vt dimitteret turbas, vt quærerent sibi cibos ad manducandum. Hac occasione mouit Christus quæstionem: qua ratione aut modo eis de cibis prouidebimus: *Date illi vos manducare*: & accidit id, quod Dominicâ quartâ dicemus. Et ita concludit D. Hier. quòd Christus hoc conuiuium instituit: *Non mane, in c. 14. non ascendente die, non meridie, sed vespere.* Si igitur, quando tractari cœptum est de conuiuio, iam feto fuerit, quæ noctis hora potuit esse, quâ egit cum Andrea & Philippo, quâ dispertiti quinque panes, quâ populus per pinquagenos & quinquagenos diuisus, quâ hi quinque panes & duo pisces omnibus ad quinque virorum millia distributi: quâ commodè cœnati sunt, donec plenè satiarentur? Iam sol dudum occubuerat. Tum finitô conuiuio, turba miraculi magnitudine commota, cœpit syncerè agere de Christo in Regem coronando, quia vero percipiebant Christum repugnare, sermonem quidam intulerunt, quòd etiam nolentem, & repugnantem eum regem crearent, & de facto creassent, nisi Christus obstitisset & eorum conatum illusisset, fugiens in montem: ita rem narrat D. Ioan. *Iesus cum cognouisset, quia venturi essent, vt raperent eum, & facerent eum Regem, fugit in montem.* Matt. 14. Marc. 6. & Luc. 9. 6. D. Matth. Ioan. 6. 15.

1. Præcurrit Christus damna oritura

Voluit Christus damna præuenire hinc oritura, quæ nec discipuli, nec turbæ animaduertebant. Primum erat damnum animæ: iam enim Apostolis placebat illa turbæ collocutio & conspiratio; hinc unum, hinc alterum audiunt, applaudunt, vt res progressum habeat, optant, vt opere compleant, quod sermone concipiebant, quo-

gio in ipsis fortiter cœpit æstuare superba ambitionis gloria, quâ cristas erigerent. Hæc enim erat, quâ communiter insolescebant, quo tempore imperfectiores fuisse notantur, donec venit super illos Spiritus S. qui conctas illorum expurgauit imperfectiones. Quia enim quadam vice eis Christus dixerat: oportere se mori, & denuo resurgere & regnare; orta est inter eos quæstio, quis eorum esset maior in Regno cælorum? quis eorum Christo proximus assessor? Quia & altera vice dixerat Petro circa hanc materiam verbum aliquod, tali cœperunt feruore de primatu contendere, vt necesse fuerit ipsos à Christo corrigi, & ab ea cogitatione deduci ad humilitatis electionem; quid modo facerent? Iam vnus se Ducem, alter Comitem, hic Marchionem se opinabatur, & omnes magnos: quia præter id quòd erant eius discipuli, huic miraculo fuerant cooperati: quia eorum manibus panis diuidebatur, insuper & inter illas multiplicabatur. Voluit Dominus hanc extinguere scintillam, quæ in eorum cordibus exardescebat: ad hoc eos vocat, & vt confestim se turbis eripiant, præcipit, naticulâ mare in alteram partem Galilææ transmittant, vbi eius præstolentur aduentum. *Statim coegit discipulos suos ascendere in nauim, & vt præcederent eum trans fretum.* D Matth. ait: *Statim compulit discipulos ascendere in naticulam.* Statim vt hanc extingueret flammam, ad aquas eos compulit; & vt eos de terræ periculis eriperet, oppidò, sine mora, maris periculis obiciuntur. Clauum clauo pellit; & sollicitudo posterior, priorem expellit: & vt animæ periculis eruantur eos maris tempestati inuoluit, vbi corporis discrimen incurrant.

Matt. 14. 22.

☞ 6 D. H. 1. *Inc.* 38. *Isai* To. 4

Eo modo cum illis actum est, quo prius cum Rege Ezechia, vt notat D. Hieron. Concessit Dominus Regi Ezechiæ victoriam toto mundo famosissimam, de blasphemo Rege Sennacherib. Aduertit Deus Regem sibi de ea congratulari, & efferæne, nescio quam animum eius subite: insolent amnitore fortunæ præsentis inflatum, secto eum damnat, vt febris eum aduret, ad eas metas deducat, vt mandet, ad eum Prophetam Isaias ingrediatur, qui dicat Regi: *Dispone domui tuæ: quia morieris tu, & non viues.* Vt hoc medio fastuosum illum genium deprimat, & saniora cogitare compellat. *Nec elanguit cor Ezechiæ post incredibiles triumphos & victoriam, infirmitate corporis sui visitatur, & audit se moriturum.* Hæc cogitationes alias penitus submergant. Eodem planè modo multoties agit

II. Effectus tribulationis.

Isa 38. 1.

Deus cum hominibus, quo egit olim cum Saule. Persequebatur hic crudelis Dauidem; iam credebat prosperum fuæ peruersæ voluntatis se successum tenere, nullum ad hoc non mouet lapidem, exercitu suo instar coronæ circumcingit Dauid, qui omnibus armis, præsidiisque destitutus, *Desperabat se posse euadere à facie Saul:* Quid opus facto, vt Saul has adeo Dauidi pernicioſas curas intermittat? Ita rem disponit Deus, vt eodem momento accurrat veredarius, qui renuntiet Regi Philistæos in terram copiosa militum manu irruisse, præsidia expugnare, Regnum perlitari. Res hæc innumeris curis animum eius adeo vehementer angebat, vt aliò mentem iam deflecteret, & omittens persequi Dauid, in hoc solum animum intendit & curas, quâ se ratione huic periculo expediret, & Philisthæos regno depelleret, vnde & locus, vbi cursor accesserat nomen accepit: vt deinceps vocaretur, *Petra diuidens*: seu vt legit Vatablus: *Rupes diuisionum, vel destructionum.* Illa enim cordis anxietas, quâ Saul opprimebatur, eum pro illo tempore à proposito persequendi Dauid, omnino distraxit.

1. Reg. 23. 26.

I. Quæ sit petra diuidens.

Hoc idem agit Christus hodie cum Apostolis, ambitionis humanæ studiosis, vt ab ea illos distraheret, ex altera parte, portam aperit vt eos in medio pelagi hostes insequantur, scilicet sæuiens adeo mare, vt plus satis metu mortis consternantur, & sedulò recogitent, qualiter vitæ suæ melius prouideant, eò omnes intendant neruos, nec libeat modo popularem auram venari, aut tumore euanescere. Quis neget ex vobis, in vobis non quid simile sæpe practicari? Vitam agis solutus in venerem, oculis ludibundis, illecebris ac voluptate plenis, anxius qua ratione puellam in tuam trahas voluntatem, aut eius tibi conserues inimicam amicitiam: profanus hic ignis cor tuum inuasit. adeò cœpta est excrescere tua auri habendi cupido, vt suis non contenta finibus, aliena molaris inuadere, dolum interplebile. Mira fames honoris te habet populatis, mille ventorum turres tibi confingis, quòd tantus ac tantus adhuc sis futurus, honorificatus. Adest Deus, tradit te tempestati febribus ardes laterum dolore corriperis, exanthemate cruciaris, mouet tibi vicinus grauissimam litem, testes adducuntur. O quæ noua sunt hæc? ô quàm diuersis modò curis anxiaris? quàm citò priores ab his extinguuntur? Sermo modo; concilium ineundum de confessione, Communione, testamento, vitæ emendandæ proposito, & qua ratione te huic eripias calamitati. Monasticæ professionis Religio-

7

sus lasciuis & impuris cogitationibus fatigabatur inquietus, quibus resistendis erat infirmus. Consuluit Abbatem patrem spiritualem, inquirit remedium, cui ille præscripsit quotidiana illa remedia, ieiunia, vigilias, disciplinas &c. nihil proficiunt: ingemiscit: Pater, nullo non tempore profundo Venereatum cogitationum demergor infelix. Sanctus Abbas omne argentum & Sacristiæ venerandas reliquias colligit, abscondit, & clanculum rem ita disponit, vt sint qui eum accusent furti, testes adsint, quorum vnus testatur: vidi ego eum circa Sacristiam: prodit alter, vidi ego eum horâ opportunâ, silenter incedentem: tertius affirmat: cognosco scurras quosdam, qui se eius amicos venditant, & illorum manibus ad furtum vsus est. His negotiis, processibus, interrogationibus aliquot interfluunt dies: quibus iam elapsis, vocat ad se Abbas Monachum. Quid modo, fili? quis illarum cogitationum impudicarum, quibus opprimebaris, status? An his adhuc impugnaris? O Pater mi, de his mihi loqueris? Emorior curis ingentibus æger, qua ratione satisfaciam obiectionibus, quibus furti reus insimulor, & fornicari iubeat? Fili: hoc prætendebam, clauum clauo pellere, & huius processus molestiâ, immundarum cogitationum sopire libidinem. Idem patet in discipulis fecisse Christum.

§. 3. *Euidenti Christus discipulos eripuit periculo, quâdam repugnantiâ commotos: non imputatur peccato illam sentire, modo obedias sicut vaccæ.*

8. SEcundum periculum, quod Apostolos consequebatur, erat corporis, scilicet totalis quædam omnium ruina, nulla enim maior esse poterat, quàm illa, quæ necessario consequi debebat, si turba Christum sibi in Regem eligeret: Certò enim constabat, Romanos illicò venturos, qui contra eos vt seditiosos & perduelles mouerent bellum; publicum enim erat axioma: *Omnis qui se Regem facit, contradicit Cæsari*: Eos deualtarent, omnemque populum disperderent. Quocirca, vt eos Christus hoc periculo liberaret, cui inaduertenter se ingerebant, eis præcepit, vt statim se turbis subtraherent, nauim ascenderent, & mari se committerent. Illi verò tanto plausu turbam de hac re dissentem audiunt, vt dicant Euangelistæ, quòd eos Christus mare versus compulerit *Statim coegit*, ait D. Marcus: & D. Matthæus, *Statim compulit eos*. Sine mora, non hæsit, sicut nec vos hæreretis, si casu ignis scintilla incideret inter arida ligna domus vestræ, vbi accenditur, & inde magnum præuideres oriturum incendium, quod domum totam in cineres redigat. Hoc egit modo diuinus sponsus, quòd multis ante annis ipse statuerat, vt scilicet insequerentur vulpeculas cum vineæ pampini essent etiamnum teneri, quia illos nullo negotio tunc poterant destrue. *Capite nobis vulpes parvulas, quæ demoliuntur vineas.* In vinea Ecclesiæ suæ statuit Apostolos primos frutices: erant adhuc virtute teneri, flores emittebant, fructus parturiebant; insurgunt hæ vulpeculæ ambitionis, fastus, & auræ popularis, astutè & dissimulanter, illis nihil tale suspicantibus, & nisi huic malo obuiaretur, actum esset de illis. Christus, qui hoc præuidebat, efficaci remedio accurrit, & ita ait D. Euangelista, quòd illos coegerit: quia summoperè placebat illis turbæ voluntas de Christo coronando, sic vt illis videretur se iam in portu esse, apprehensuros felicissimam sortem, summum posse honoris gradum adipisci: quòd si verò turba Christum sibi in Regem promouere, væ illis, eos Romani demolirentur. Millies hoc nobis contingit, congratulamur nobis de re quadam, quam Deus præuidit futuram nobis in nostram ruinam, & malum inuitabile, proinde hanc manibus nostris eripit, nos verò, sicut illud non aduertimus, inde contristamur. Quoties aufert Deus huic opes suas, quas ei præuidet futuras ansam damnationis, gladium quo pereat; alteri per infirmitatem corporis venustatem, alteri dignitatem, aut locum honoratiorem, quem iam erat obtenturus: cur hoc? hinc oritur eius æterna perditio. *Sicut ablactatus est Psyche super matre sua.* Quoties puerulo mater vbera denegat? ingemiscit infantulus, qui sibi vitam auferri suspicatur, sed eo vita eius redditur securior, quo cogitur cibum sumere solidiorem.

Ioan. 19. 12. Gen. 2. 15. I. Quæ sint vineæ vulpeculæ.

Attentus sæpè consideraui historiam Lot, 9 & vxoris, ac filiarum eius, quàm pacificè & im- 11. perturbatè, imò delectabiliter in Sodomis habitarent. Accedunt Angeli eos educturi, domui suæ bulanoita afficiebantur, vt excedere renuerent. Neces- nes Deus se fuit eos brachiis arreptis per Angelos educi, nos tri- *Apprehenderunt manum eius, & manum vxoris* pit à pe- *eius, ac duarum filiarum eius, eo quòd parceret* riculis *Dominus illi.* Adhibita vi, & quasi protrahendo animæ illos educunt, quibus visum est hoc sibi plurimum obesse; sed hæc erat eorum optima sors; 16. die etenim sequenti, orto sole, omnia in fauillam

Gen. 19.

facebant

iacebant redacta, & illi redigendi proculdubio fuissent, si ibidem mansissent. Fuit hæc Dei gratia illis præstita, reddere illos tutos ac securos, illinc extrahere, vbi illis videbatur, nihil sibi essesposse aut tutius, aut gratius. Hoc tibi sit solatio, quando tibi Deus subtrahit aut filios, aut bona, aut sanitatem, quâ tibi nihil acceptius. Quis dicat, an hoc non conferit, vt animæ tuæ soluti consuleret, & iis eriperet periculis, quæ ipse ignorabas. Ita actum considera cum Apostolis. Opinatur D. Hieron. Apostolos ideo commotos fuisse, quod Christus eis præciperet, vt navim ascenderent, quod interim ipse dimitteret turbas. *Offenduntur eos inutiles à Domino recessisse, dum amore præceptoris, ne puncto quidem temporis ab eo volunt separari.* Timebant, nec immerito, ne illis à Domino separatis, omnia elementa moverent bellum, & aduersarentur, sicut & contigit.

D. Hier. Tom. 6.

Perpendit D. Ambros. verba illa fratricidæ Cain, dum eum profugum Deus à se repelleret. *Ecce eicis me hodie à facie terræ* &c. *Omnis igitur, qui invenerit me, occidet me.* De quo tibi times fratricida maledicte? Rogat D. Ambros. exceptis patre & matre, & occiso fratre nullus supereſt Num patrem, num matrem fugis? Totum tibi timeo mundum, omnia fugio elementa, & meum exhorreo, qui me genuit, patrem, & quæ me lactauit, matrem: cum enim sine Deo sim & procul ab eo distem, omnia in me insurgent. Est enim Deus vita, salus, diuitiæ, requies, securitas, gloria: procul ab eo, illico intrabunt mors, infirmitas, paupertas, tribulatio, timor, anxietas. Si hoc Cain Dei inimicus intellexerit, quanto magis Sancti Apostoli, qui ne puncto quidem temporis à Christi latere discedebant? Hoc tibi quoque timendum, vt illi consentias quod Dauid velut axioma certum cecinit: *Ecce qui se elongant à te, peribunt.*

Lib. 2. de Cain & Abel c. 9. in fine. Gen. 4. 14.

Psal. 72. 27.

Siue ob hanc, siue ob aliam rationem, ægrè hoc ferebant Apostoli & inuoluntarij quandam sentiebant repugnantiam; vt intelligas non imputari tibi ad peccatum sentire aliquam difficultatem, & rebellionem in parte inferiori, in eo quod tibi Deus præcipit, ita tamen, vt voluntate & parte superiori perrumpas omnes difficultates, & id quod tibi præcepto iniungitur, exequaris. Numquam electis suis Deus præcepit, ne repugnantiam, aut difficultatem sentirent in præceptis suis: videbat enim ad hoc requiri nostræ naturæ immutationem; sed vt imperata facerent, superando omnia repagula, sibi occurrentia. Ne dixeris, ait D. Hieron. Dei præcepta nihil difficultatis inuolnere, aut leue esse crucis iugum humeris nostris, viribus nostris, appetitui nostro, aut naturam nostram adeò bene dispositam, vt adulatoria non sit, propensa non sit ad id, quod sensualitati placet, & militat contra rationem: proinde viri meritis præclarissimi magnas sentiunt difficultates, & partis inferioris repugnantias in implendis Dei præceptis. Hoc stylo plenior digessit D. Paul. disputans de eo, quod in proprio sentiebat corpore, legi Dei contrarium; *Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati.*

Lib. 2. cont. duas Pelag.

III. Non est leue crucis iugũ.

Rom. 7. 23.

Huic omnes consentiunt, serpentem summas vires habere in capite, quocirca illud fortiori ictu imperendum, nihilominus contingit, quod, licet illud contriueris, insuper & abstuleris, calore tamen residuo adhuc in corpore turquet, & tum est stringit caudam, quâ se percutiat, lædatque serpens. mortaliter. Peccatum serpenti compatatur: *Quasi à facie colubri fuge peccata.* Et serpens erat is, qui illud introduxit, & nostræ naturæ immiscuit: quocirca conditionem, & qualitatem habet colubri; cui licet culpæ rescideris caput per baptismum, vel confessionem, vel legitimam contritionem, quibus peccatum vitam perdit, relinquitur adhuc in carne nostra concupiscentiæ calor, qui tam horribiles dat ictus, tam inordinatos suscitat motus, tam molestos ingerit stimulos, quales ille sentiebat, qui dicebat: *Datus est mihi stimulus carnis meæ, Angelus Satanæ, qui me colaphizet.* Quis horum caussa, quis Auctor? *Iam non ego operor illud, sed quod inhabitat in me, peccatum.* Hoc est, ipsa concupiscentia, & calor inordinatus, qui ex peccato remansit.

10 IV. Peccato tum est mortaliter. Eccli. 21. 2. 2. Cor. 12. 7.

Quocirca non requirit Deus à seruis suis, ne habeant motus inordinatos, ne difficultatibus premantur, ne repugnantiâ moueantur: nequaquam, sed ne difficultas illa seu repugnantia illos retrahat aut impediat suis obedire mandatis. Non requirit à te Deus, ne sentias iniuriam ab alio tibi illatam, nec vt tibi non sit permolestum illam tradere obliuioni, inimico ignoscere; sed vt eam animosus superes, & fortior perrumpas. Non tibi præcipit: nolo sentias repugnantiam in ieiunio obligationis: sed illam sentiens, conculca, resiste. Non tibi præscribit; nolo occasione visus vel auditus in te exsurgat impudica cogitatio, vel vehementior carnis stumulus; sed ei statim cõtradicas, eum repellas, ne sensus fiat consensus, & vt violentus teipso fortior euadas, quales Christus volebat raptores regni

cælestis:

Matt. 11. 12. cælestis: *Violenti rapiunt illud.* Hi verò sunt, qui suis inordinatis passionibus vim faciunt, appetitus coërcent, & malesuadas comprimunt inclinationes.

2. Reg. 6. O mirabiles vaccæ, quæ fœderis Dei trahunt arcam, & eam comitantur. Audiunt mugientes vitulos, & quasi quædam Echo earum visceribus mugitus illorum insonabat, quo grauiter angebantur, vt pedem figerent: verumtamen non ob hoc substiterunt ne puncto quidem temporis, nec vel latum vnguem à recto itinere deuiarunt: quo ita Deo placuerunt, vt eas sibi in holocaustum voluerit immolari: quo te docuit, te Diuinæ Maiestati minimè displicere, licet mugitus tuorum vitulorum persentias, affectus illos animæ tuæ, motus illos vindictæ, quibus videns hostem tuum incitaris: comedendi die ieiunij, videns cibos optimis condimentis paratos, vel famescens, affectus auaritiæ, & cupiditatis habendi, quod tibi arridet; sed sibi satis factum arbitrabitur, si modò mugitus illos compescueris, & ob illos ne puncto quidem temporis subsistas, in eo quod pertinet ad legis Dei obseruationem, & ipsum Dauid decinerat, interprete D. Bernard. *a Aboccultis meis munda, me Domine b.* Domine Deus; quæ non præteruolant occultum illud animæ tuæ? quæ cogitationes? quales motus? machinationes quales? quid non videndo alterius vxorem cogitasti? & quando incidit, sermo seu quæstio tui honoris? *Ab occultis meis munda me.* Et qua ratione ab his mundaberis ô Dauid? *Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero*: Ne tu permiseris, ne tu locum dederis, vt tuæ dominentur voluntati, & eam sibi subiiciant: alioquin miserandus imminet tibi casus. Si verò voluntate prompta hæc omnia peruincas, refrœnes motus, illis domineris, nedum illos permittas dominari, sed agas quod Dominus Caino dixit: *Sub te erit appetitus eius.* Tunc omnis procul abest culpa: *Tunc immaculatus ero.*

a Epist. 42. ad Henric. Archiep. Senonen.

b Ps. 18. 13.

Gen. 4.

Declarat D. Chrysost. omnibus verba D. Pauli loquentis de sacrificio Abrahæ: *Accepit eum in parabolam*, q. d. Statuit eum omnibus obedientiæ exemplum: vt videant, qualiter Deo sit obediendum. Quomodo obediuit Abraham Deo? Apparet illi & ait: *Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis Isaac &c. Offeres eum in holocaustum super vnum montium, quem monstrauero tibi.* Sensitne Abraham hoc præceptum? Motus habuit difficultatis? quis ambigit? & hoc ipsum voluit Deus, & ideò præceptum hoc tali modo proposuit, quo eum magis affligeret, vt ponderat Origen. vt primum omnium voluptatem tia, eo suam, paternum interimeret affectum, ipsis vi- maior sceribus exortum, quàm filium. Cur igitur hoc? merito, quia hoc Dei gloriæ congruit, & quod omnium maximè in seruis suis attendit & magnificat, *per Gen.* hoc est; & quanto maior est partis inferioris repugnantia, tanto Deo charior est obedientia, quæ illam reprimat, nec vllis difficultatibus cedens declinet vel ad dexteram vel ad sinistram. Hoc præ cæteris Deo placet: si te videat, quo maior oboritur in diligendo inimicum difficultas, eo te libentius ignoscere, & parcere: & quo grauior repugnantia tu ieiunio, eo promptior sit tua voluntas: Hoc opus virtutis excellentissimum, quod omnes perrumpat difficultates, & quod in Christi discipulis commendatur.

Hebr. 11. 19.

Ibid. ho. 25.

Gen. 22. 2.

VI. Quo gratior repugnantia, eo maior.

§. 4. *Mundus mare est, vbi vel minimus ventus demergere valet etiam sanctissimos, sicut declarant columnæ & naues in Modin.*

ASCendunt Apostoli Cymbam, vela dant, & paruo temporis interuallo medio ve- huntur mari Confestim condensatur aer, exurgunt venti, emergit horribilis tempestas, sæuit pelagus, & variis itisque contrariis turbimbus conturbatur: nauem circumquaque oppugnant, hinc fauet ventus secundus, inde Boreas minatur: modò fluctibus fertur in aëra, modò demergitur in abyssum: *Nauicula tactabatur fluctibus* Nunc in illam, nunc in alteram iactabatur partem. Sententia fuit Aristotelis, nihil esse quod hominem magis exterreat, nihil quod eum manifestiori exponat periculo, nihil quod eum inopem consilij, & omnis subsidij magis reddat diffidentem, quàm tempestas; vnde Spiritus sanctus asserit, expertissimos maris nautas quid primum sit agendum aut vltimum ignorare: pallere, vti nudis pressit, qui calcibus anguem, *Turbati sunt, & moti sunt sicut ebrius, & omnis sapientia eorum deuorata est* Quia præterquam quòd maris tempestas & fortissimos deiiciat, vt eis videatur totus mundus sursum & deorsum agitari, nihil ibi est quod manibus arripiant, nihil quo sibi succurrant: Quamobrem etiam ipsi, maximè effrœnes, & infideles his angustiis pressi recurrunt ad Deum, vel Deos suos, scientes hic aliud nullum sibi superesse præsidium. Vnde Seneca tempestatem describens, timorem ex eo ortum, vocat vltimum:

Lib. 5. Ethic. cap. 6.

Psal. 106. 27.

Sap. 10.

In Agamemnon.

In Act. 3.

In vota miseros vltimus cogit timor.

1. Periculum maris est grauissimum.

Hic vota iurantur solemniora, hic promissa firmantur synceriora. Etiam ipsi nautæ infideles, eâdem, quâ Ionas, tempestate exanimati piissimas ad cælum miserunt querimonias, orationes feruentissimas, humillima vota, & quisque totis visceribus, toto mentis affectu Deum suum inuocabat. Æneas licet de magnanimitate commendatus, tanta tamen ex maris tempestate formidine corripiebatur, vt de eo canere Virgilio licuerit:

Extemplo Æneæ soluuntur frigore membra,
Ingemuit, & duplices tendit ad sydera palmas.

Tales designantur Apostoli, metu consternati, hi stantes in salebra: remigant hi, vela contrahunt alij, ad proram illi, illi ad temonem: turbati omnes; & horum omnium causam assignans, D. Euangelista: eam vento adscribit: *Erat ventus contrarius illis.* Fieri ne potest, vt res tantilla, vt Iob ad declarandam vitæ suæ tenuitatem, illam vento comparet: *Memento quia ventus est vita mea.* Tam euidenti detineat periculo ipsos Dei Apostolos? Illâ eâdem naui vehebatur, quod mundus habebat, omnium optimum. Iob 7.7.

Nulla nauis tam pretiosis grauida mercibus vnquam è portu soluit, posueris licet in ea omnes diuitias auri & argenti innumerabiles, quibus vnquam Salomonis naues onustæ de Ophir appulerunt: erat hæc nihilominus vnius venti flatu pereundi periculo exposita. Sic est: quia mari vehebatur, & sicut hoc nulla constat firmitate, ita tam facili negotio huc & illuc reiicitur, quod eius fluctibus nititur, vt nauim velociissimam, prætoriam, & quas dicunt galeones, prædatoriam omni armorum genere munitissimam, & onerariam ditissimis mercibus repletam, possit eminenti periculo exponere, vel tenuis venti flatus, quinimò & in perpetuum demergere. Nihil frequentius in Sacra Scriptura (teste D. Augustº) quàm mundum mari comparari, quia nullum est, nec imaginari possumus instabilius mare ipso mundo. Quibus non periculis subiacemus, qui mundum pernauigamus? Vnus sufficit flatus qui nos disperdat, vna Satanæ tentatio, vnus halitus, vnum malum verbum, vna cogitatio, seu impura admissa imaginatio, vnum voluntarium inordinatum desiderium. Non sunt necessarij copiosi exercitus, nec ictus tormentorum, nec scloporum glandes, nec peditum legiones, nec hastarum centuriæ, vt te abyssis inferni demergant: non requiritur ad nauis interitum, vt eam impetant armatorum agmina, aut horridus tormentorum æneorum reboatus, vnus ventus, halitus vnus, negligentia vna, affectio peruersa, effrœnis ira eam æternum demergent perituram. Lib. 10. de ciu. c. 15. & ser. 13. de verbis Dom.

13 Admiror ingeniosum illud & sapientissimum hieroglyphicum, quod prudens ille Simon Machabæus erexit: cui pater nomen dedit (qui eum intus & in cute nouerat:) *Vir Consilij*, fecit scilicet mausolæum patri suo, matri, quatuor fratribus & sibi, in vniuersum septem, in ciuitate Modin ex lapide polito, affabrè elaborato, pulcherrimo, quod, vt tale laudauit Spiritus sanctus. *Circumposuit columnas magnas, & super columnas arma, ad memoriam æternam; & iuxta arma naues sculptas, quæ viderentur ab omnibus nauigantibus mare.* Et quia liceret nobis quærere, quantum distaret hoc opus à mari si ex eo distinctè viderentur & naues & columnæ? Addit littera: *Hoc est sepulchrum, quod fecit in Modin* Distat Modin à mari itinere duodecim horarum. Quales fuere columnæ, & quales naues, quas voluit ab omnibus nauigantibus mare distinctè videri? Deinde videamus, cur à nauigantibus eas voluerit videri? Annon sufficeret eas à perambulantibus terram conspici? 1. Mach. 2. 69. 1. Mach. 13. 29.

Quis in eo opere non reprehenderet enormen discrepantiam? quæ conuenientia columnarum cum nauibus? Nihil sibi magis contrarium: Signat enim columna fortitudinem, constantiam, vt notant D. Gregor. Nyssen. *a* D. Clemens Alexand. *b* Ob quam rationem *c* & à D. Paulo, Ecclesia vocatur: *Columna & firmamentum veritatis.* Vt declaret, quàm constans, quàm secura sit Ecclesiæ veritas, & bene connectit columnam basi seu fundamento. *Columna & firmamentum:* quod hoc exponat quid sit columna. Nauis symbolum est instabilitatis, mutabilitatis, & vix vllius securitatis: quia cum tam vasta sit machina, vt videatur vel pagus, vel castrum mari innatare: venti flatus vnius hanc, modo hac, modo illac agitat, & in ictu oculi de prora ad puppim transuertit, & qui huius rei certam habent experientiam, nautæ sunt. *Nauigantes mare.* Cur ergo eas tam immensas voluisti, vt ab illis ex eo loco, vbi mare prætervehi, vbi omnium fortissima columna, tam paruâ constat securitate, quantâ vel vna nauis, ad cuius submersionem, vnicus ventus, turbo, fluctusque sufficit. Quæ a Ho. 4. in Cant. b Lib. 1. Stromat. versus fin. c 1. Ad Tim. 1. 14

altior columna, supremo illo Angelo? Ita hæc, columna munita armis, donis, prærogatiuis, virtutibus, gratia cælesti. Et quæ columnæ cæteri Angelorum chori, tam sibi constantes, incorruptibiles ex natura, & immortales, mille diuersis coloribus donorum manus Dei formosissimi? Illos cæli columnas nominat Iob: *Columnæ eius concutiuntur*, Et nihilominus vel vnus flatus potuit hanc prætoriam & dromonem maximum demergere. Flauit ab Oriente Eurus superbiæ, tempestatem in corde eius excitauit, quâ æternum, non surrecturus, inferni abyssо damnatus absorbetur, & cum eo alij millenj Angeli, his turbinibus inuoluuntur perituri. Quis non stupeat? hoc potuit superbiæ ventus? potuit. Et ille potuit duas illas priores columnas, Dei manu erectas in paradiso patres nostros, in profundissimum totius peccati, & omnium calamitatum pelagus deturbare: columnas, inquam illas, quibus totius humani generis pondus innitebatur, & nostræ naturæ nobilissimum ædificium: Vnius serpentis halitus eos, vt naues, cum omnibus diuitiis, quas secum vehebant in abyssum deiecit. Quàm fortis columna Dauid? Nulla videtur eum posse vis contraria prosternere *Ego dixi in abundantia mea; Non mouebor in æternum*. Attamen ventus tam leuis, conspectus mulieris, ecce prosternit eum, & vt nauem demergit, perit: vt liceat sibi vociferari. *Tempestas demersit me*. D. Petrus eorum vnus, quos D. Paulus instituit columnas, *Qui videbantur columnæ esse*. Vt nauis, ad halitum vnius pediseque oltiariæ, demergitur, ac periret, nisi velocius eriperetur. Et ne diutius hæreamus: mente ad inferna descendite, ab illis inquirite nauibus. Quis vos demersit? Respondent hæ omnes. *Iniquitates nostræ, quasi ventus abstulerunt nos*. Vt tum deiecit ambitionis ventus, alterum cupiditatis, alterum luxuriæ: res tantillæ, quas si consideremus, stupescemus.

Hinc Sanctorum oritur timor: hinc ad illos vox illa D. Pauli: *Cum metu & tremore vestram salutem operamini*. Vult, vt vndequaque sollicitivuant mille oculis, vt illa Ezechielis animalia circumspiciunt, quæ sint sibi timenda, timeant conuersationem; multa enim subsunt pericula, aspectum oculorum, negotia, temporis iacturam. *Homo sapiens*, (testatur Spiritus S.) *In omnibus metuet*. Fatuorum est, pericula non timere, in omni loco sibi spondere securitatem, sine suspectione colloqui, sine prudentia oculos conijcere, sine fræno comedere, conuersationibus se liberrimè ingerere, intrepidè frequentare tripudia, improuidè quælibet arripere: sapiens verò *In omnibus metuit*. Nouit enim vel vnum flatum, illum vt naues, quaquauersum impellere, & euertere. Quid? quod te vt nauem impellat verbulum ab alterо prolatum: nihil aliud quam ventus? Quod taliter strepitus vnius mulieris fimbriæ, quam persensisti, te euertat impudicum? Quod taliter faciei venustas, vt fateris, vnius puellæ? Vt te submersum habeat auri cupiditas, quod puluis est & nihil? Contemplator D. Chrysostom. D. Paulum, & miratur eum tam meticulosum post mille ieiunia, quibus carnem suam mortificauerat abstemius, post continuum orationis studium, vt dicere potuerit, se magis in supernis quàm in terra conuersari, post tam molestas peregrinationes, quibus magis animâ inambulauerat perfectionis viam, quàm corpore per mundum peregrinus incesserat: post tot recepta cælitus dona gratiarum, quibus in tertium cælum rapiebatur extaticus, ex nunc fruens cælestis gloriæ deliciis vt beatus: tam ad metam perfectionis vicinus Athleta, vt fateretur: *Christo confixus sum cruci*, & adeò à mundana societate alienus, vt dicat: *Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo*: Timet, trepidat, nec sibi fidit: *Ille*, ait D. Chrysost. *in tertium raptus cælum, & in paradisum delatus, & audiens ineffabilia verba, & mysteriorum cælum factus particeps, cum orbem totum percurrisset, tanquam alio quibusdam fulmine, ad Corinthios scribens, dicebat. Vereor, ne forte, cum aliis prædicauerim, ipse reprobus sim.*

Gal. 2. 20. Gal. 6. 14. D. Chr. Hom. 1. ad pop. Ta.

Ioh 9.6.
Ps. 29.7.
Ps. 93.3.
Ad Gal. 2. 9.
Isa. 64. 6.
Ad Philipp. 2. 12.
Eccli. 18. 27.

§. 5. *Quo quis perfectior, eo timidior, plura enim possidet, quæ perdat.*

QVid igitur Paule Sanctissime, & modo times, factus vas diuitiarum cælestium? Cum iam præ oculis laborum cernas præmium, & quidem illicò manibus apprehendum. Modo formidas, cò progressus, vt omnem diaboli potentiam, totumque infernum, vt lutum pedibus proteras, mundum deuincas, carnem subiicias? Quinimò, magis timet, ait D. Chrysost. & meritò, idque od duas causas. Prima: quia quo plures possidet diuitias, tantò plus habet quod perdat. Tantò magis naui times, ne pereat, quantò pluribus onerata mercibus è portu soluit: Parum tibi refert, parum angeris, si cymba vilis depereat, non nisi arenâ vel luto onerata; sed quanta formidine corriperis, ne tibi onoraria

Hom. 1. ad popul.

oneratia demergatur, in qua scrinia gemmis pretiosis plena, & arcas diuitiis, auro & argento turgidas exposuisti? Et meritò quidem: si enim hæc maris fluctibus absorbeantur, tibi perit multum. En tibi ratio, cur Sancti ita angantur, & quo sanctiores sunt, eo plus anguntur: quo sunt enim perfectiores, eo plus habent, quod ipsis pereat.

2.2.q.19. ar.10. Quærit D. Thom. Num quo quis est sanctior, & vlterius in via progressus est perfectionis, habeat magis cur timeat? obiicitur enim illud D. Ioan. *Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem*: Deus in hoc mundo, quanto magis vni augentur suæ iustitiæ æquissimæ rationes, eatque liquidiùs cognoscit, eò minus se causâ casurum timet. Respondet D. Thom. si de seruili timore sit quæstio, constat omnibus, quod perfectior minus timet, quia, quo perfectior, eo minus Dei debitor, & pauciora habet grauamina, nec mouet eum timor alicuius iacturæ, vel lucri particularis auiditas: sed purus amor; attamen si de timore filiali loquamur, quo sanctus timet Deum, ab eo elongari, vel eum offendere, quò magis in eo crescunt, virtutes, gratia, Dei dona, eò etiam magis crescit ille timor: quia quo perfectior plus possidet Dei, & diuinis donis & virtutibus est ditior, eo est in Dei cognitione sublimior, & clariùs, quid sibi sit perdendum, intuetur: Distinctiùs cognouit, quis sit Deus, quanti valeat, & quàm magnificendus, quid sit anima, & quanta, & quanti pretij: his perpensis tanto maiori metu rapitur, quò plura sunt, quorum faciat iacturam.

Ioan.1.4. 18. 1. Duplex timor.

Hom.1.ad pop. ante medium. Conclusionem igitur probat D. Chrysostom. inductione particulari Sanctorum, & præsertim D. Pauli, & discipuli eius S. Timothei: in quibus, vt ipse prosequitur, eo modo, quo eorum merita augebantur sanctitatis, quæ consistit in vera Dei dilectione, eo etiam augebatur in eis timor, tam ineffabile bonum deperdendi. Circa hanc difficultatem subtiliter loquitur Cardinalis Caietanus, expendens doctrinam D. Thom. Viden' rationem, cur non timeas, tanto periculo, mundi mare pernauigans: quia scapha es manis, lacera, vilis, perdita, quæ nihil vehas dignum vel vno clauo, plena puluere & luto: quæ sunt onerariæ vestræ merces, nisi cupiditates, auaritiæ, libertates, periuria, Dei, & Sanctorum contemptus? Totus effusus, sapiente teste, in vanitates, nec attendis, nec cognoscis, quis sit Deus, nec quantum damnum, illius pati naufragium; nec animæ tuæ appendis dignitatem, nec eius nosti valorem. *Erraue-*

2.2.q.19. ar.11. *runt; excæcauit enim illos malitia eorum, & nescierunt sacramenta Dei, nec sperauerunt mercedem iustitiæ: nec iudicauerunt honorem animarum suarum.*

Cæcus est peccator, nec considerat, quæ sint dona Dei, quæ præmia præparauerit seruis suis: quid sit sua anima, proinde non curat, nec ei vel clauus amittitur, si triste naufragium patiatur: Tales, quales dicit D. Paul. *Qui desperantes, se metipsos tradiderunt impudicitiæ.* Quibus nec vel atomus pereat, si Dei, si cæli, si gloriæ iacturam faciant, virtutibus vacui, lasciuiis sese vltro demerserunt. Sunt Liburniæ viles, inanes, nullius pretij, quid ad illos, si pereant? 15 Ephes.4. 19.

Satis faceta fuit illa responsio, Aristippi celebris Philosophi, quondam discipuli Socratis, quam, vt sapientissimam narrat D. August. referens Aulum Gellium qui hoc nomine ab illo honestatur. *Vir elegantissimi eloquij & multæ ac iucundæ scientiæ.* Naui vehitur hic Philosophus, vehemens ingruit tempestas, nauis periclitatur conteri, vbique mortis imago: metu pene exanimatur Philosophus: silent venti, aura fauet, redit aperto cælo malacia: prodit nescio quis de grege scurra, eâdem vectus naui: O Philosophe Aristippe: maior mihi, quam tibi est animus, non enim me hæc deterruit tempestas, tu metu obriguisti: Cui Philosophus: Frater, optimè fecisti, nihil enim in te bonum est, sed abiecta quædam anima, stulta, erroribus insipiens, obscurus intellectus, voluntas peruersa, te submerso quid adeo multum perderetur? at ego, tot congregatis Philosophiæ thesauris diues, Aristippi præclarissimi Philosophi anima, quæ tanti ab omnibus æstimatur; multa mihi periclitabantur, vnde & tanto mihi magis metuendum: *Respondit, illum pro anima nequissimi nebulonis meritò non fuisse sollicitum, se autem pro Aristippi anima timere debuisse.* Quam putas esse rationem, cur tam parum metuas te perditum iri in tentationibus & tempestate, quam contra te suscitat diabolus? cur tam socors viuas nihil sollicitus te vitiis luxuriæ, gulæ, auaritiæ, periuriorum submergendum? Nihil in te percipis æstimatione vel pretio dignum, proinde si pereas, quid perit? Quid cogitas, quanti curet diabolus animam tuam deprædari? quæsit D. Chrysost. Tenti quanti pirata nauiculam, faceram, vacuam, & nullius pretij occupare. Vir autem bonus & pius, multa habet quæ sibi pereant: nouit donorum cælestium pretium, charitatis & virtutum, quorum vel minimum præualet omni auro, argento, & gemmis vniuersis: his timet,

D. Aug. Lib. 9. de ciu. c. 4. To. 5.

Hom. 1. ad pop.

ne demergantur. Quis attendat Dauidem, quo
Ps.85.2. non timore vela det? *Custodi animam meam, quoniam sanctus sum.* Domine salua me, totus timore perturbor: quia sanctus sum. Opinabar
Prou.28.1. ego, ô Dauid, te eo minus timore percutiendum: iam enim dixerat Spiritus sanctus. *Iustus quasi leo confidens, absque terrore erit.* Timeant nebulones, Dei inimici, qui illum offenderunt. Non ob hoc metuit: sed *quoniam sanctus sum*: quò enim sanctior est, eò magis se gaudet esse nauem diuitiis onustam; & quantò his nauis soluit onustior, eò Dominum maiori sollicitudine detinet inquietum.

Considerat Propheta Isaias virum iustum.
Isa.33.19. *Qui ambulat in iustitiis, & loquitur veritatem* &c. *iste in excelsis habitabit, munimenta saxorum sublimitas eius* &c. *Regem in decore suo videbunt oculi eius*, &c. *Cor tuum meditabitur timorem.* Iustus, cuius omnes gressus in viam virtutum directi: *Ambulat in iustitiis*: nec in vel vna tantum, sed omnibus ambulat virtutibus: castus est, honestus, mortificatus, ignoscit inimicis, pauperibus fauet, pupillum defendit, viduæ succurrit. *Ambulat in iustitiis*: hic culmen ascendit perfectionis: & se constitutum cernit tamquam in altissimâ turri quadris lapidibus extructa: velut qui vigilias agit, vbi multus lapidum numerus, vt illos contra impetum inimicorum deiiciat, hostemque prosternat. Hic Dei detinebitur contemplatione suspensus, quasi cerneret suis oculis Dei gloriam, magnitudinem, bonitatem, diuitias, & maiestatem: hinc oritur: *Cor tuum meditabitur timorem.* Quid times, amice, turri fortissima securus? Lapidibus circummunitus? præsidians gloriæ delicias? Hoc ipsi timorem incutit, cognoscere, quis sit Deus, & quod tam irreparabile damnum eius iactura, & quod tam deplorandum infortunium, tales diuitias, tale bonum, talem animam pati naufragium.

§. 6. Vir sanctus magis timet, quia minimus ventus valet eum demergere, adde & exurere flatus vnius Dipsadis.

17 SEcunda sit hæc ratio, cur quo quis perfectior, eo sit timidior: quia clarius intelligit, quàm facilè anima pereat; sufficit flatus quidam nauem deiicere in profundum, quæ tutissima pelagi perscindit fluctus, vt antè diximus. Stylo prorsus mirabili describit nobis Spiritus sanctus periculum, quo se compressos querebantur Israelitæ in deserto: appulerunt in locum quendam serpentibus infestum, quos vocat textus Dipsades, adeo minutis vt visu vix percipi possent. *Dipsas enim genus est serpentis* (teste Glosâ ordinariâ) *ita quod vix percipitur*: sed Glossa tales vt solo suo halitu exurerent, erant hæ quas Ordin. vocat textus: *Ignitos serpentes.* Et iterum: *In Num.21.* *solitudine magna atque terribili, in qua erat ser-* & Deut. *pens flatu adurens, & scorpio, & dipsas, & nulla* 8.15. *omnino aqua.* Mirantur omnes, animal tantillum, vt oculos fugiat, solo flatu hominem fortissimum, & maximè sanum adurere, & siti rabidum interimere. Quæ huius ratio? Dupler. I: Prima: quod eius flatus esset ardentissimus, & Natura eo adurat: quia erat serpentis igniti: *Serpens* dipsadum *flatu adurens.* Secunda: quod corpora valde explica- dispositа erant igni recipiendo, ob loci atidita- tus. tem, & aquæ penuriam. *Nulla omnino aqua.* Quis securus hanc perambulet solitudinem, in qua vbite tutius figere credis pedem; illic igniti hi serpentes occulti latitabant? Hoc in periculo versamur, qui mundi deserta frequentamus: hic milleni & milleni latitant igniti serpentes, Dipsades: dæmones intelligo, quorum flatus tam ignitus, vt eo solo consumens omnia excitetur incendium. Hoc Deus, qui optimè eius notit naturam elatissimè descripsit: *Halitus eius pru-* Iob 41. *nas ardere facit.* In Hebræo pro verbo (*prunas*) 12. legimus *Gahheleth*: id est, nigerrimos carbones: q. d. Talis est Satanæ flatus, vt nigerrimos & in vnum congestos incendat carbones & tam splendentes, & illustres reddat, vt ardentissimas diceris prunas. Propitius sit mihi Deus: quam illustrem proponit tibi diabolus puellam, quæ terribilis est Draco? O quam præclarum honoris gradum ei, qui calumniâ impetitur? quam fulgidum auaro aurum?

Disputat D. Gregor Nyssen. qua ratione potuerit diabolus primæuis nostris parentibus rem tam excerebrosam persuadere: v. g. quòd pomum vnum, tali præstaret virtute, vt diuinum esse, diuinam scientiam, & gloriam impertiret, & eius solus esus hominem faceret Deum, & ab omni parte beatum? Ratio est: insufflauit, & proposuit hoc pomum, instar prunæ fulgidum, tam delectabile, vt solo visu, cordis ad se traheret concupiscentiam. Hoc expostulit Spiritus sanctus illâ loquendi phrasi: *Vidit igitur mu-* Gen.3.6. *lier, quòd bonum esset lignum ad vescendum, & pulcrum oculis, aspectuque delectabile.* Suauitatem saporis & gustus oculi non vident, nec sunt illius sensus obiecta: quonam igitur modo egit diabolus, vt videret mulier pomum esse ad vescendum.

Lib. de Opific. c.20.

dum suaue super omnia ? eo scilicet, quòd diabolus tale illud proponeret, vt eo solo, quod oculis videbatur, pariter etiam gustui ostendebatur, rem eam esse, quæ suauissimo & diuino palatum sapore recrearet. Quis hoc effecisse potuit, vt homines iudicio & ratione præditi in rebus fidei tam singulariter instructi, qui oculis spectabant veri Dei potentiam, qui eos, iam pridem eduxerat de Ægypto, quorum calcei adhuc arena maris rubri adspersi videbantur, quod ficco calle transmeârant, animalis tam enormis figuram adorârent vt Deum, & crederent vitulum aureum, insensibilem, quem ipsi à capite ad calcem conflauerant, pulchrum, vt Deum ? flatus diaboli : qui hæc illis repræsentâbat, vt splendentes prunas, vt lucidissima sidera. Quis hoc egit, vt alteri mulier turpis, fœtens & Thersitæ facies, omnium pulchertima Venus videatur, vt sibi cum ea maiores polliceatur delicias, quàm cum propria vxore vt Angelo ? Ais : qui fieri potest, vt talia agat ille, qui cum adeo formosa fruatur muliere, discreta, pia, ei libellum det repudij, vt vilissimæ, execrandæ, & turpissimæ societur ? Hoc scias velim, his omnibus insufflat diabolus, qui carbones nigerrimos & aceruatos reddit splendidos, claros, fulgentissimos. Alius, cui nulla requies ob vnum dictum ei verbulum, quod vix eum tangebat, turbatus, inquietus, quid hoc ? Proponit illi diabolus suo halitu gloriam, vt prunam ardentem, quam iustum est, vt conseruet, & defendat, & eo planè modo prosequuntur omnes vana & malè fausta mundi huius, quasi ipsam venarentur beatitudinem ; hoc agit dæmonis flatus, qui fœdos carbones accendit, & *prunas ardere facit*.

II. Dæmonis flatus nos incendit.

¶. 18 Ex alia parte magna est in nobis dispositio, ad quamlibet scintillam suscipiendam, ob nimiam, quæ in nobis est, ariditatem, per peccati fomitem, quem nobiscum circumferimus. Doctrina est Catholica Concilij Tridentini : in nobis post peccatum remanere fomitem. Fomes aptissimus ex carbaso & tenuissimo lini byssо comparatur ; & si scintilla paruula cadat super partem carbasi, & accendatur ; licet extinguatur ignis, byssus illa nitidissima remanet tamen & fomes igni recipiendo tam dispositus, vt vel minima scintilla illam reaccendat, & omnino consumat. Erat natura nostra, carbasus ipsis Dei manibus contexta, per gratiam nitidissima, & iustitiam originalem tenuissima : sufflat serpens, cuius halitus ignis consumens, incitauit ad inobedientiam, incendit byssum, & omnino exussit. Huic optimè conuenit illud Ier. *Ad vocem loquelæ, grandis exarsit ignis in ea, & combusta sunt frutecta eius.* Veritatem loquimur, dum asserimus extingui ignem peccati originalis, in baptizatis, & in viro sancto, qui egit pœnitentiam, peccati actualis. Attamen remanet eius natura per concupiscentiam, fomes tam igni recipiendo præparatus, vt tenuissima scintilla eum reaccendat ; & consumat, Liquidò patuit hoc in Dauide ; vel paruus igniculus exiliit de venustate Bethsabee in eius oculos, accenditur, fouetur, & virum talem notissimo ac fœdissimo vastauit incendio.

Sess. 5. in decreto de pec. Origin.

III. Explicatur somes peccati.

Ier. 11. 16.

Vidit Giezi vestium Naaman diuititias, & ex eo solo aspectu insiliit in cor eius scintilla, quæ auarâ eum Simonia incendit. Vidit Iudas vnguenti pretium quod effuderat Magdalena, & ex eo diabolus sufflauit, & iniecit cordi eius auaritiæ scintillam ; & quid hæc ? tantum eius cordi excitauit incendium, vt Christum vendere Iudæis non formidarit. Et vos ipsi in vobis hoc non experimini ? Quales euasistis, ex eo quòd talem vidistis, quæ philomelæ gutture dulce cantabat, aut tripudiabat leuicula ? quàm te turbatum tenuit verbulum, vt eô solô audito, totus inflammescere ? Halitus te & turbare & perdere valet tenuissimus. Attende, quæso, si tibi desit ratio timendi, deserta mundi perambulanti. O quàm cautè tibi incedendum, ô quàm sedulò attendendum, vbi figas pedem : vbique enim dispades latitant absconditæ : Ecce tua sors infelix, quæ cum talis sit tuô iudicio, tam tutus vias, ac si nullum lateret periculum. Quàm improuidus frequentas comœdias ? quàm intrepidus tripudia & choreas ? quàm audax vanitates, & mûdi sectaris delectamenta ? quàm leuiter oculos in aliam coniicis ? quàm inconsideratè tabernas lusuum incurris Nullum præter te requiro testem, quando ad confessionem accedis. Ecce qualis fueris, qualis exieris, quot peccata quot peccata, quot lasciuæ cogitationes, quot miseriæ, quæ negligentiæ ? Timete, hoc perambulantes desertum, hoc pelagus præternauigantes metuite, vbi tenuis auræ flatus ipsos Apostolos inter sacrum statuit & saxum & in tantum induxit periculum vt essent indubiè submergendi nisi præsente Christo saluarentur.

§. 7. Bellum mouet in mundo, ficut in mari merus ventus, vidit hoc Salomon, dixit hoc Dauid.

19 SIquidem nobis mortalem incutiat timorem, videre venti flatum nos ſummo exponere periculo, hoc ipſum dat nobis animos, & ſolatur, videre, non eſſe aliud, quod nobis bellum moueat, quàm merum ventum. *Erat ventus contrarius eis.* Num vobis videtur facilè ventum ſuperare? Si Rex noſſet hoſtium exercitum, ſibi occurrentem conſtare hominibus ex aëre compoſitis, nec maiori ſubſtantia, quàm meris ventis, an retrocederet, formidaret? Abſit: quinimo illos contemneret.

Aperite oculos chariſſimi, attendite & videte, hoſtis tuus, qui tibi bella mouet, ventus eſt. Vtinam Deus nobis oculos aperiat, & luce clarius hoc videremus, vt nocte quadam hoc vidit Daniel, vidit enim totum perturbari pelagus, vndas eius nunc propinquare cælo, nunc abyſſis inuolui. Quid hoc rei, Domine? aperit illi Deus oculos, & ait: *Videbam in viſione mea nocte, & ecce quatuor venti cæli pugnabant in mari magno.* Bone Deus! num res tantilla talem poteſt ciere tempeſtatem, tales pronocare tumultus? Poteſt. Aperi oculos tuos, & diligenter intuere, quid eſt quod te turbat. Quia talis hoc mihi in foro improperauit; & quid hoc eſt, niſi ventus? *Ecce venti* &c. Quid te commouet? elegantis faciei forma, quam in alia conſideraſti, eiuſque comica vrbanitas. Et quid hoc, niſi ventus? Et alius dixit, te fateri, non eſſe niſi aërem, ſed vt ei des auctoritatem, Dominum vocas, & prolem veneris. Et quid eſt omne pulchrum, quod mundus miratur, niſi ventus?

Dan. 7. 2.

Ita cognouit Salomon, quando Deus ei aperuit oculos, & voluit, vt Rex, quo nemo ſapientior, hoc deſcriberet in libris Prouerbiorum, & Sapientiæ, illi enim dedit omnium experientiam; cui licet cuncta à longè proſpecta viderentur maioris ſubſtantiæ, & entitatis nobilioris; quando tamen ea manu comprehendit, & compreſſit; nihil aliud ea eſſe comperit, quàm ſimplicem ventum, aëra, & vanitatem. Ipſemet fatur, quod Rex in Hieruſalem ditiſſimus & potentiſſimus voluerit facere quaſi anatomiam omnium mundi bonorum, vt videret, qualia eſſent, cuius ſubſtantiæ. Notabat enim propterea homines valde commoueri; Et primum ædificauit ſibi domos præclaras, ſtupendæ figuræ, & magnis expenſis: plantauit hortos, vineta, prata ex toto orbe ſibi procurans herbas, flores, fructus ſelectiſſimos, quos poterat inuenire. Quia vero ad florum & hortorum conſeruationem neceſſaria erat aquarum copia, ait, quod magnis ſumptibus traduxerit fontes aquis copioſos, foderit capaciſſima ſtagna & canales ſubterraneos, qui præter rigandi vtilitatem, erant quoad formam electiſſimi. Deinde, quia ad Regis potentiſſimi felicitatem requiritur ampliſſima domus, familia, ſeruorum & ancillarum: eos ſibi adſcripſit ad numerum innumerabilem. Et cum eum colat mundus, qui auri, argentique plurimum poſſidet, ait: *Coacerua-* Eccl. 2. 8.
ui mihi argentum & aurum, & ſubſtantias Regum, ac Prouinciarum, idque in tanta copia, vt non ſicut alij quique ditiſſimi Græci, illud per ſacceos ſed per talentorum cumulos diſtingueret, ſicut tabulas & lateres. quos domi habetis. *Fecit vt tanta eſſet abundantia argenti in Hieru-* 3. Reg. 10.
ſalem, quanta & lapidum. Et quia ad Regiam pertinet Maieſtatem, multos ſibi regere ſubditos: totum ſibi obedientem eſſe gauiſus eſt mundum: omnes enim terræ Reges deferebant Salomoni munera, & ſingulis annis ei offerebant ſubiectionis & honoris pignora, à fluuio Euphrate vſque ad flumen Ægypti, & Philiſtijm. Applauſit ſibi in multis odeis cantatorum & cantatricum. *Cantatores & cantatrices.* Eccleſ. 2.
Poſſedit abacos, ſerina, vaſa, vitrea, cryſtallina, naues, triremes, piraticas, tapetes, velamenta: ingens habuit diuitiarum pelagus, nihil eius opulentiæ defuit. Extruxit *quadraginta mil-* 3. Reg. 4.
lia præſepia equorum currilium, & duodecim mil- 26.
lia equeſtrium. Erat autem cibus Salomonis per dies ſingulos triginta cori ſimilæ, & ſexaginta cori farinæ, decem boues pingues, & viginti boues paſcuales, & centum arietes, exceptis venatione ceruorum, caprearum & bubalorum, atque altilium.

I. Salomonis gloria, diuitiæ, deliciæ.

Hinc collige quanta fuerit eius familia, cui 20 ♃
alendæ tot ſingulis diebus farinæ cori expendebantur. Refertur ibidem eius annuos cenſus aſcendiſſe ad ſexcenta ſexaginta ſex talenta auri, quæ plures faciunt milliones; præter illud aurum quod negotiatores Prouinciarum aduehebant, & dona ſingulis annis, quæ omnia quis ſupputet? His adde vaſa ex auro, argento, veſtes, arma, aromata, vnguenta, equos, mulos. Inſuper & claſſis Hiram portabat aurum de Ophir (quod aliqui volunt nunc dici Peru) ſingulis trienniis, & ligna thyina, & ſimias & gem- 3. Reg. 10. 18.

mas

mas pretiosissimas. Quid plura? *Fecit Rex Salomon thronum de ebore grandem, & vestiuit eum auro fulvo nimis &c. duo leones stabant iuxta manus singulas; Et duodecim leunculi stantes super sex gradus hinc, atque illinc: non est factum tale opus in vniuersis regnis.* Omnia vasa mensæ erant aurea, lances, salina, crateres, pelues, phialæ, candelabra, &c. nec ea quidem tantùm in Hierusalem, sed & in domo campestri: *Non erat argentum, nec alicuius pretij putabatur in diebus Salomonis. Fecit quoque Rex Salomon ducenta scuta de auro purissimo, sexcentos auri siclos dedit in lammas scuti vnius. Et trecentas peltas ex auro probato: trecenta minæ auri vnam peltam vestiebant.* Finio: *Magnificatus est ergo Rex Salomon super omnes Reges terræ diuitiis & sapientiâ. Et vniuersa terra desiderabat videre vultum Salomonis, audiret sapientiam eius*; Vt vel vnicam epistolam, aut commissionem ab eo recipere mereretur.

Et ne quis suspicetur, ei aliquid eorum defuisse, quæ posset hominis appetere desiderium: audiat illum loquentem: *Omnia quæ desiderauerunt oculi mei, non negaui illis, nec prohibui cor meum, quin omni voluptate frueretur, & oblectaret se.* Nihil oculis meis negaui, si gemmas desiderarent pretiosas, si mulieres formæ dotibus insignes, si vestes ebrioſas, si selectissima vasa, frænum non contraxi meis appetitibus, in iis quæ desiderabant. Non possidi diuitias cum auaris, qui illis non fruuntur, sed his omnibus vsus, me totum tradidi, vt eorum delectarer & deliciis & voluptate, quantum mihi possent conferre.

Videamus modo Rex sapientissime, postquam ad hæc omnia manum misisses, & ea explorasses, & eorum quæ tibi præclara, perpetua, & firma videbantur, habuisses certissimam experientiam: quid tandem (amabo) in illis reperisti? Nihil nisi ventum: Ipse veritatem edicit: *Cumque me conuertissem ad vniuersa opera, quæ fecerunt manus meæ, & ad labores, in quibus frustra sudaueram, vidi in omnibus vanitatem, & affectionem animi, & nihil permanere sub sole.* Quando meos conuerti oculos & mihi illos Deus aperuit, vt hæc omnia viderem: *Inueni in omnibus vanitatem*, & ventum, qui mihi inter manus effluxit, & vt talis pertransiit. ex quibus nihil aliud mihi remansit, nisi afflictio, defatigatio, & animi dolor intimus, cum considerarem, quòd ex tantis his omnibus, & immensis, nihil mihi aliud messuerim, quàm peccata, scrupulos, timores, suspiciones, pericula, curas, de quibus omnibus in strictissimo Dei iudicio præsente toto mundo rationem timeo reddendam, nec quidquam erit eorum, quod mihi possit tum esse subsidio.

Vtinam tibi Deus aperiat oculos, vtinam attenderes, ea quæ tibi præclara, duratura & subsistentia videntur, in quibus omnes tuas censes delicias, requiem, salutem; idem te esse repertum non dubito. Quid in deliciis inueniſti, postquam in illis multas expendisti pecunias, perrigilia, pericula, cordis anxietates? Quid tibi lucri, ex tripudiis post mille molestias, & sumptus? Quid ex nimio cibo vel potu tibi retulisti, nisi nauseam, stomachi eructationem, & non tantum corporis, sed & animæ grauedinem. Omnia ventus, & omnia ventum experiéris, dum illa manu apprehenderis & per experientiam compresseris

Occinit Salomon patri suo Dauidi, qui, quod ille experientia didicerat, illuminatus viderat, & verbis prædixerat Propheta. Composuit hic psalmum 38. cui titulum præfixit (teste D. Aug.) *Pro Idithun.* Et licet Idithun fuerit vir quidam particularis, nomen tamen significat, *Transiens*, eos: quò demonstret, se eum psalmum conteribere propter eos qui mentis cogitationes sursum tollunt, terrena despiciunt & superna meditantur. Refert nobis Dauid, ea quæ intercederunt, dum Absalon patri perduellis, moueret bellum: fugit Dauid de Ierusalem, montem scandit oliuarum, occurrit ei Semei omnium quos sol vidit, nequissimus, lapides mittit, cinerem spargit, fugitiuum irridet, innocenti exprobrat; Perge vade, vir sanguinum, patriæ proditor, pulsus inferni, homicida: hoc tuis debetur demeritis, vt filius ex femore tuo natus insurgat, scelerum tuorum vindex iustissimus. Id egit tunc Dauid; tacuit. *Posuiori meo custodiam, Psalm. 38. cum consisteret peccator aduersum me.* Sed introuersus cœpit commoueri: & ibi colloquens ait: Ergone fieri potest, vt similis mei quis hanc perfecat contumeliam? Estne possibile, vt hanc ego pertranseam inultus ignominiam? Hinc paulatim inflammatur cor eius, & sæua nimis exoritur tempestas. *Dolor meus renouatus est, concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescet ignis.* Modò incandescebat, fremebat modò, modò turbabatur, & ei caput auferre intendebat, ac censebat Regi honestum, sic despectum, irrisum & contumeliis affectum superuiuere. Durabat hoc, quamdiù Dauid huius mundi considerabat vanitates. Porrò factus Idithun (ait D. Aug.) id est, transiens, & hæc omnia

Eccl. 2. 10.

Eccl. 2. 11.

D. Aug. *In Ps 38. Tom. 8.*

omnia pertransiens, patefecit, hoc quod ipsa erant: *Verumtamen vniuersa vanitas omnis homo viuens. Verumtamen in imagine pertransit homo, sed & frustrà conturbatur.* Quasi qui supra se reflectat, & claris oculis retrospiciat eum, qui illi molestus est, sistit in eo, & ait. Parcat mihi Deus. Et quid est quod me conturbat? quid nisi ventus & aër?

22 Quid est homo etiam fortissimus, nisi vanitas: *Vniuersa vanitas, omnis homo viuens.* Alij legunt, *Omnis homo stans.* Omnis homo stans, cui salus corporis securissima, an plus quàm vanitas? an plus, quàm vapor inanis, qui à vento
Iac. 4.15. mouetur? *Quæ est vita vestra*, quærit D. Iacob. *Vapor est ad modicum parens, & deinceps exterminabitur.* Exurgens vapor qui ad tenuem flatum dispergitur & euanescit, vt non appareat. Quid est vita, nisi humor, quæ febricula, calice aquæ, casu fortuito, apoplexia, fugit? Si igitur vita hominis ventus censeatur, quid de cæteris mundi rebus iudicandum? Si homo vanitas, quid erit vniuersi reliquum? Est homo totius mundi pretiosissimum eius fundamentum, & propter quem omnia sunt, & creata sunt, &c. omnia quasi huius substantiæ sunt accidentia. Si substantia ipsa ventus, quid erunt, honor, gloria, opes, vestes, comedere, bibere, & cætera om-
Iob 7.7. nia *Ventus est vita mea*, ait Iob. Si vita ipsa, quæ est omnium pretiosissima, vt diabolus Deo fatetur, si vita ipsa, quæ maxime æstimatur, & ad cuius conseruationem cætera disponuntur, ventus est, quid erunt cætera? ventus sunt omnia: & hoc supposito frustra conturbor dicit Dauid, incandescо, & sine ratione viuo inquietus. Quoties hominem videris commotum, compatere illi, quia, ob quam turbetur, causam non habet. *Verumtamen in imagine pertransit homo, sed & frustra conturbatur.* Hoc eius detrimentum, quòd tantùm spectet imaginem & rerum figuras, & hæ illi adeo magnæ apparent, vt illum in summam adducant admirationem. Vtinam eas manu apprehenderet, haberet, & constringeret, & videret, quis succus inde effluat, & tu quoque contemplareris stricto mortis in examine, quid tibi de tot finitis iam deliciis, voluptatibus, epulis, recreationibus, factionibus superfit: exclamares, *Sed & frustra conturbatus sum.* Propone tibi Centurionem, qui hominem videret, ex vapore, seu vento confictum, qui gigas videretur, quem si manu tangeret, experiretur eum nec ossa, nec carnem, nec habere substantiam: an non graui teneretur admiratione? Proculdubio: *Frustra conturbatur.*

Stupendum est, quàm sine ratione hæc nos conturbent. & causam do: quia, ea esse ventos, non aduertimus. Vtinam, quotiescumque Satan sufflat, & ob elegantis formæ puellam te commouet, parumper sisteres, & cum Dauide cogitatione tua reflecteres: videamus, quid est hoc, quod animam meam tantopere conturbat? quam habet substantiam? eo quo pertransit puncto, quid mihi relinquet? quid mihi ex eo emolumenti? quid mihi post hæc timendum: nisi ignominia & confusio, perdendi corporis & animæ periculum? quid ex eo mihi detrimenti? quid lucri? Si quando perturbaris, ve æstuosum mare, ob nimis paruam ab alio tibi exhibitam reuerentiam, vtinam mente reflecteres: quid est hoc? quid erit in crastinum: quid post annos decem? quale mihi videbitur in hora confessionis? & ipsa horâ mortis extrema, dum infusus lachrymis queribundus exclamabo: ô me ter infelicem, quid meis fœna laxaui passionibus? Millies perpendo, quod quoties nos inquietos intuentur Angeli, & propter huius mundi vanitates vident vlceratos, nos exsibilent: non minus, quàm vos, quoties puerulos rixantes conspicitis, ob aciculam quandam vel ligulam.

§. 8. *Expertus est Aman esse ventum, quidquid turbat hoc mare, & confirmat Isaias bullâ aquæ.*

MVltoties bene consideraui, inquietam 23
molestiam, quam nobis refert Spiritus S. quâ cruciabatur Aman, quæ tota in eo consistebat, quòd Mardochæus illi non assurgeret, & caput suum non aperiret. Erat autem Aman secunda persona à latere potentissimi Monarchæ Regis Assueri, cuius dominium extendebatur super centum viginti septem Prouincias. Perspectam habebat Mardochæus Amani iniquitatem, nec ei caput suum aperuit, cum ità esset, quod cæteri semper aut intranti, aut exeunti palatio Amano genuflecterent. Domum suam abit, conuocat vxorem, filios, consanguineos, & amicos, quibus abundant hi qui in aulis Principum summis dignitatibus cæteris præfulgent: instituit illis concionem, quâ primùm illis exponit magnitudinem diuitiarum suarum, distinguendo singularum partes: vnum erat palatia sua, domus, horti, arua, opes, filij, amici, dignitates, æstimatio, quòd esset secundus à Rege, & ipsa etiam Regina Esther, tanti eum face-

faceret, vt nullus se ei comparare præsumeret: cum enim ipsa Regem ad particulare conuiuium inuitasset, eum solum vt secundum inter conuiuas admiserat. *Exposuit illis magnitudinem diuitiarum suarum, filiorumque turbam, & quanta eum gloria super omnes principes & seruos suos Rex eleuasset. Et post hæc ait: Regina quoque Esther nullum alium vocauit ad conuiuium eum Rege præter me.* Esther. 5.12. Applaudite gloriæ meæ, diuitiis, filiis, dignitati, æstimationi, maiestati, vt nihil præterea restet in hac vita desiderandum. Verumtamen, hæc omnia mihi interire, & in fumos arbitror euanescere: *Quamdiu videro Mardochæum Iudæum sedentem ante fores regias*, nec mihi assurgentem.

Ita me Deus amet vos obtestor, considerate, quæso, hanc historiam quam non sine caussa tam distincte descripsit Spiritus sanctus omnibus suis circumstantiis ornatam, & primum attende, quam exiguæ substantiæ sint, tanta quanta sunt, omnia huius mundi bona, & incapacia vt hominum desideriis & deliciis satisfaciant: cum res tantilla, qualis est, non tollere pileum, auferat ea omnia, quæ illa simul iuncta possunt elargiri. O quam exiguas vires haberet ignis ille, cuius vna roris gutta cunctas posset flammas extinguere? Quam exiguæ foret entitatis immensum pelagus, cuius vel tenuis ventus aquas omnes exsiccaret, vsque ad guttam vltimam? Perpende secundo, nihil esse præter ventum, quod tibi mouet bellum. Assurgere Mardochæum transeunti Aman, numquid est amplius quam tenuis ventus. Numquid est amplius quam leuis ventus Mardochæum tollere pileum? Numquid est amplius eandem exhibere transeunti reuerentiam? Qui igitur fieri potest, vt tantillum quid, bellum tam ferox moueat, vt euineat tantas, quantas dei cias, glorias, opes, possidet illustrissimus Princeps Regi familiaris? Hic licebit videre, id quod diximus, quinimo & in te ipso experiri. Quam turbaris aegriter, eo quod alter non te, pro tuo gustu, salutat? quam infensus, ob verbulum contemptibile tibi obiectum? quam inquietus ex eo quod talem è feneſtra prospicientem ambieris, vt ob hoc solum nec tibi opes, nec aliud quidquam sufficiant? Oculos erigite, Christiani, intuemini, quam dolendum, tam tantillæ substantiæ vt est ventus & aeris pusillum, taliter te commouere.

1324 1. Cur diabolus dicatur Princeps aeris. Ephes. 2.

Modo, non dubito, capies verba Apostoli ad Ephesios adhuc infideles. Viuebant, vt ipse asserit sequentes impetum Principes aeris huius. *Ambulastis secundum Principem potestatis aeris huius.* Nec in lectione Syriaca, nec Græca legitur hoc pronomen (*huius*) sed absolute, *Principem potestatis aeris.* Competitum est omnibus sermonem esse de diabolo, & difficile declaratu cur vocetur Princeps potestatis aeris huius. Communem expositionem tradit D. Thom. id circo dæmoniis hoc nomen assignari: quia decidentibus superbis, siquidem multi ad inferni profundissima corruerint, magnus tamen eorum numerus aeri huic pendulus inhæsit, ad nostrum exercitium, vt dum contra illos certamus, illos superamus, gloriam immarcessibilem consequamur. Ita sentit D. Aug. variis in locis quæ notat D. Thom. *a* Etiam D. Hieronymus *b*. Et videtur confirmari ex D. Iuda Thadæo, dum ait; *Illos sub caligine reseruauit*, & intelligit hunc aerem, quem D. Augustin. vocat caliginosum, ob impuritatem: & idem significat Princeps aeris, & Princeps qui globum aeris terram circumcingentem percurrit. Nihilominus credo non incongruam declarationem, si per aerem intelligamus, ea quæ dæmonis potestati sunt subiecta. Et quæ illa? Notat illa Origen. describens regna diaboli. In quibus regnat diabolus? in quibus principatum habet? Non in his inferioribus omnibus, sed in iis, quæ superbus ambit, & sitit auarus: & quærit voluptuosus, & inaniter expendit factiosus. In his dominium suum exercet diabolus, vt idem Apostolus ibidem refert. Et in illis principari, & dominari, an non est in aere dominari? Nemo refragatur. Quid ambis Æsopi gracule tuis ventorum castellis? Quid & tu quæris ambitiose his tuis diligentiis & submissionibus? Et tu tot molestis noctibus, & inquietis discursibus mollis pepo? Quid tu præsumis armis tuis, cholera tua, & vindictæ furiis? alter Polynices? Omnia ventus & aer. His vtitur Satan, his tibi bella mouet. Quis non obstupeat. Collocauit hic eum Deus, vt tibi bellum moueat, tecum congrediatur, tibi tempestatem excitet, & quibus hæc omnia? Princeps est aeris, quibus tibi mouere debet bella, nisi aere? Princeps? cæli bellum gerit cælorum virtutibus, id est, Angelis. *De cælo dimicatum est, contra eos.* Tertæ Principes agunt bella militibus terræ, terræ marchinis, bombardis, lanceis, gladiis. Princeps aeris, quibus te oppugnabit armis, nisi aeritis? Tu fer sententiam quibus te conturbat: ostendendo tibi gloriam & te ad illam excitando: proponendo tibi delicias, & te ad illas incitando: & tibi obiiciendo auri fulgorem, & erga illud appetitum tuum commouendo;

a 1. p. q. 48 *b* In c. 2. ad Ephes. Iuda v. 6. In cap. 2. ad Ephes. lect. 1. Iud. v. 20.

uendo: Et hæc quid sunt, nisi ventus & aer? *Hoc dedit olim consilium populo suo Deus per Isaiam*: quod infra latius declarabimus, sufficit modo illud proposuisse. Exorditur Propheta. *Onus iumentorum Austri.* Ad litteram loquitur de populo suo, oppresso, afflicto, ingemiscente, & mille curis inquieto: timebant enim super se venturum Nabuchodonosor: omnes anxii, commoti, quærentes vbi opes absconderent, personas suas loco saluarent tutiori, quis eis posset auxiliari, summa diligentia procurantes sibi in subsidium aduocare Ægyptios. Hos Deus intuetur: O miseros homines, iumenta curis & molestiis prægrauata? *Clamani super hoc: Superbia tantum est, quiesce.* Alia littera legit: *Bulla tantum est, quiesce.* Hæccine vestri ratio eiulatus, & planctus? populi mi, quiesce, confiste, & vide; omnes hi hostes tui: *Bulla tantum est.* Inter alia, bulla proprie (vt Varro notat quem D. August. superextollit cæteris profanis scriptoribus, ex testimonio Ciceronis, quem hic nominat: *Omnium facile acutissimum, & sine vlla dubitatione doctissimum*) est vesicula aquæ supernatans, quando pluuia decidit in fossas, vel quando sapone lauas linteamina, vocantur hæ bullæ saponariæ, & hæ nihil sunt aliud quam ventus superficiei aquæ inclusus, & is tam tenuis, vt nihil in rerum natura sit eo tenuius, & hoc indicat nostra lectio: *Superbia tantum est, quiesce*: Superbia, significat hic ventum. Respondemihi: quid magis inane, infirmum, debile, hac bulla? Miratur insipiens puerulus aquæ vesicas, saponis bullas, super inuicem glomeratas lucente sole splendidas & aliquid magni esse iudicat: eas vult arripere, adhibet manum, sed enanuerunt, priusquem eas arriperet: solo enim contactu digiti dissipantur, & pater nihil eas esse præter tenuem venti flatum.

Is. 25

Isai. 30. 1.

Vers. 7.

D. Aug. Lib. 3. de ciuit. Dei c. 2.

Hoc ipsum ait Deus; Populeinsipiens, vt iumenta, vestra conturbatio ex eo nascitur, quod, sicut iumenta, non attendatis, quis ille sit, a quo vobis bellum timetis: *Quiesce*, depone curas, oculos aperi, & vide, inimicos tuos tam invalidos, imbecilles (si talis sis, qualis debes) & inanes, velut aquarum vesiculas vel de sapone bullas, nullius fortitudinis, quas vix digito tetigeris, & ecce euanescent, vtique vento tantummodo inflatæ: liceteos vt exercitum fortissimum reformides; qui magnas secum vires & impetum ducat. *Bulla tantum est. Quiesce.* Hoc ipsum & tibi dicet, fastuose, venti captator (a), quem ore, & pectore hauris quem circumquaque dignitatis inflat prætensio, *Quiesce*: diligenter attende, quid sit quod te tam vehementer commoueat, attende quis finis, quid inde tibi lucri? qualiter omnia pertransibunt vt vmbra, & dum ea manibus apprehenderis, in fumos euolabunt. Et tu o carnalis, totus deliciis tuis consecratus, qui noctes transigis, vt vespertilio, lampades extinguens, qui tuos habes contractus, qui tibi animam agunt perturbatissimam: *Quiesce*, hic siste, attende, quæ mihi inde messis crastina? quid aliud ago, quam somni mei turbare quietem, periculis me exponere, cum domi meæ liceat habere Deo adiutore, quietem quam tot pressuris, & Dei indignatione sector in aliena? Tu auri cupidissime, mille technarum structor: qui Vitruuium in inueniendis belli machinis superas subtilissimum, oculis dilatatis inhians pecuniis, & alienorum appetitor fraudulentus: *Quiesce, bulla tantum est.* Attende: si tibi magnum quid videatur, puluerem esse experieris, cum hic omnia sint relinquenda, & iis quidem, qui nedum tibi gratias agent, sed insuper maledicent. Male pereat: quia plura mihi non reliquit, æternis flammis comburendus; ob id, quo filius tuus hæres fruetur exultabundus, & multos molestes impendis annos ob id, quod ipse vno temporis momento, iactui supponet aleæ? Ergone fieri potest, vt talia te deliciant, demergant, condemnent? Illa considerate: ventum percipietis: ventus est, quidquid in hæc vita tibi bella mouet: *Erat ventus contrarius eis.*

(a Papa) vento.

§. 9. *Breui tempore transeunt Apostoli ex magna voluptate, ad maiores labores. Casus est quotidianus vt dixit Crœso Solon.*

MAris medio deprehensi Apostoli, remis laborabant: *Erant laborantes in remigando.* Omnium manus remis annexæ, protrudunt, connituntur, repugnant ventis & tempestati: maiori conatu, quam is qui lancea sua in taurum concurrit: defluebant sudoris guttæ quas digitis crederes esse crassiores. O quam dissimiliter occupantur modo eorum manus; ab eo quod paucis ab hinc horis: Vix effluxerunt paucæ horæ, quando eorum manus pane suauissimo implebantur, quos à Christo exceperant, accipiebant enim, ipsi de benedictis Christi manibus panem, in manus suas, in quibus multiplicabatur, diuidebant cibum, hunc

26

summo-

ſumma voluptate populo, licet hordeaceum, ipſo manna ſapidiorem, & dulciorem. Modo vero, quibus impenduntur manus? duris remis quibus obſiſtunt & turbimbus & morti, inter æſtuoſas vndas anxii, & ad extremum fatigati. Quam breui dilapſus eſt eorum manibus panis; & quam cito in illis viderunt rigidos ſtipites, & remos laborioſos, nec aliud quidquam manibus arripiendum. Indubium hoc erat, quod tantam voluptarem exciperet extrema calamitas, vt vaticinatur Spiritus ſanctus *Extrema gaudii luctus occupat*. Ad ſtuporem nos præuenit Salomon ſaniora docens, ipſa experientia factus melior: *In die bona fruere bonis, & malum præcaue*. Fauſtus tibi fulget dies? in diem malum te præpara, quia dum viuimus pares incedunt dies mali & boni, ac ſibi interlucent; *Riſus dolore miſcebitur*: Ait idem. Crediderim, ad huius declarationem Romanorum ſapientiſſimos (vt notat D. Aug.) extruxiſſe templum duabus Deabus Volupiæ ſcilicet, *a voluptate*, & Angenoræ, *ab angore* dictis, quarum bina altaria adeo inter ſe connectebant, vt vnum tangeret alterum, & vno inſpecto, patebat & alterum: quo declarabant id quod alias expoſuimus; in hac vita numquam voluptatem ſolam inueniri, ſed nec angorem, ſed eadem in domo adeo ſibi indiuiduas commorari, vt dum ad vnam accedis, ſi vel ad vnum paſſum proceſſeris, occurras & alteri: nec quidquam tam conſtanti gaudet proſperitate, cuius extrema triſtior non conſequatur aduerſitas.

Ex quo (vt aduertit D. Gregor.) per ſanum dedit Spiritus ſanctus conſilium, his qui deliciis diuitiis, & ſalute pro votis fruuntur: ne his corde nimis adhæreant, ſed recordentur, delicias eſſe angoris vigiliam, & tranſacta voluptate, ſe ad moleſtas præparent anxietates. Et eodem modo conſulit, laboribus, paupertate, rerum indigentia oppreſſis, ne deſpondeant animo, ſed credant noctibus dies ſuccedere, ſicut noctes diebus, quo fluxu continuo, tempora dilabuntur alternante fortuna: nec in æuum durare labores, ſed his breui ſuperuenturam requiem quodque adeo de vna tranſimus in alteram: vt vix ſecunda fortuna artiſerit, quin ſuccedat aduerſa; & hanc mox iterum melior ſubſequatur: *In die bonorum, ne immemor ſis malorum, & in die malorum ne immemor ſis bonorum*. Diues es & opulentus. Time, ne mane tibi omnia deficiant: & fieri poteſt, vt tibi contingat, quod infeliciſſimo illi, qui die vna inter byſſum & purpuram ſplendide epulabatur, altera vero ſepultus in inferno aquæ guttam ſiti æſtuans infernali, petiit, nec obtinuit.

Num vxore gaudes forma venuſtiſſima, prudentiſſima, & filiis, pro votis dilecta? caue ne mane ſuboriatur exanthema, quod tibi illos hinc eripiat. Num paupertate, & rerum omnium premeris inopia? Sume animos, craſtinus dabit illis dies finem, perſer & obdura; æternis diuitiis potieris. Infimus decumbis? Exulta, & confide in Deo, craſtina luce, ſi tibi ſit conueniens, reddet optatam Deus ſanitatem. *Memento paupertatis in tempore abundantiæ, & neceſſitatum paupertatis in die diuitiarum. A mane vſque ad veſperam immutabitur tempus*, ſait Spiritus ſanctus. Diuitiis ad luxum abundas? ne fidas nimis: caue? ne tibi repentina ſuperueniat egeſtas & doleas; Proſpera gaudes ſanitate? ne hute inuitaris: caue ne craſtina te proſternat infirmitas, & contriſteris: hæc enim eſt vita præſentis infelicitas, quinimo & felicitas, quod nec mala, nec bona conſtantem habeant ſtatum. In cælo, bona ſunt perpetua, quæ, qui poſſidet, amittet numquam. *Qui vicerit faciam illum columnam in templo Dei mei, & foras non egredietur amplius*. In inferno mala ſunt æuiterna: & ideo vocatur. *Stagnum ignis*.

Sumpta eſt metaphora à mari mortuo, quod olim regio erat illarum quinque ciuitatum, quas cæleſtis ignis luxuriæ vltor abſumpſit: modo ſtagnum, in quod Iordanis influit, cuius aquæ nec fluunt, nec refluunt; ſed ſtagnant & hærent; Et olim de eo prædixerat Deus per Iſa. ami: *Erit tranſitus virgæ fundatus, quam requieſcere faciet Dominus ſuper eum*. Porro in hac vita intermiſcentur bona malis & mala bonis, alternis vicibus ſuccedunt, triſtia & læta, proſpera & aduerſa; nec tibi certioreſt dies poſt noctem; quam poſt laborem & calamitates, requies & proſperitas. In inferno nox æterna, in cælo dies æternus, hic interfluunt noctes & dies. Hanc ſcientiam voluit David ut vobis indicarent nox & dies, ſibi inuicem ſuccedentes; *Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat ſcientiam*. Dies diei non ſuccedit, nec nocti nox, ſed nocti dies, & diei nox; ſic tu quoque, amice, ſperes paupertati enim ſuccedent diuitiæ, tu time; quia diuitiis ſuperueniet paupertas: Vos ſperate poſt triſtia læta, vos timete poſt læta triſtia; Hæc vos cogitatio ſapientiorem reddet, ne terrenis bonis fidatis, dum ea habetis, nec in malis animum abiiciatis, quando ea patimini. Hoc ipſo, vt dixit Diuus Gregoris. Nazianz., ſeipſam in omnibus ſuis tribula-

Prou. 14. 13 Eccleſ. 7. 11.

Lib. 4. de ciuit. c. 11.

I. Iomundo bona malis ſociantur. Trad. 1. in 1. 4. 4. 175.

Hom. 19. in Ezech.

II. Sanum conſilium diuitibus.

Eccl. 11. 2.

Eccl. 18. 25.

Apoc. 3. 12. Apoc. 19. 20. 21.

27 III.

Gen. 19. Iſai. 30. 32.

Pſal. 18. 3

tionibus S. Gorgonia soror eius solabatur.

Orat. 11. Pined. L. 4 Monar. c. 25.

Sæpius occurrit mihi celebris illa historia Regis Cœsi, omnium quos mundus vidit, ditissimi; qui tam potens, erat vt eius imperium sedecim comprehenderet nationes. Hunc bello lacessiuit Cyrus Nepos ex sorore Ariena, quem diuersis conflictibus & variis successibus superatum tandem cepit, in quem ira furens, quia sibi restitisset, viuum eum iussit exuri. Extruitur multis ignis bustum prægrande, ignis admouentur, incenditur, horrendos dat fragores, iam iam illi iniciendus adstat reus: spectat ardentem rogum ipse Cyrus, & imo de pectore trahens suspiria, dum eum parant ministri flammis voracibus tradere: hanc emittit vocem; O Solon, O Solon, O Solon. Audit eum Cyrus, & non intelligens, ea quæ dicebat, eum ad se duci imperat: quem sic interrogat: quid hac luctuosabili voce intendisti: O Solon, Solon? Erat autem Solon, vnus de septem Græciæ Sapientibus: de quo D. Augustin. cuius sapientiam laudat, qua leges prudentissimas Athenensibus præscripsit, quibus & ipsi Romani suam Rempublicam direxerunt. Faueb. Cœsus Sapientibus, & Auctore Herodoto, illos frequentabat. Numeris o Cyre Rex, respondet Cœsus, dum mihi omnia virgula diuina euenirent, & ramet arridens fortuna, dum opibus turgidus, gloria & majestate Regia super omnes mortales fastuosus intumescerem. imperaui, mihi adduci Solonem Philosophum omnium calculo prudentissimum, quem propositis opibus meis felicitate & gloria sic rogo, quem omnium mortalium crederet felicissimum, credens mihi, eius suffragium conferendum? Designauit Telonem Atheniensem. Cur hunc? quia Atheniis vixit, in sapientum Academia, optime institutus, filios & nepotes vidit omni morum genere instructissimos, quos viuos & sanos superstites reliquit. Mortuus est autem clarissima victoria nobilissimus, in cuius rei gratiam, voce communi, & ære publico Athenienses cum in ipso victoriæ suæ campo magnotrium pho sepelierunt. Quis post hunc censendus (interrogo) fortunatissimus? Respondet; Duo illi fratres Argiui Cleobis & Piton; dum enim eorum mater ad festa Deæ Iunonis festinaret, cum boues deficerent, plaustrum ipsi traxerunt superimposita matre, vires suas matris suæ obsequio impendentes, quod factum, quotquot ad festa conuenerant, laudibus in cælum extulerunt, mater vero talibus filiis exultans, Deam supplex rogauit; daret illis, quod maximè illis conduceret: & oblatis cum matre sacrificiis coram altari subito corruerunt, quorum statuas Antiqui statuerunt in templo Delphis. Hoc ego, Cyre Rex, molestè tuli, quia me non felicem censebat; cui clara voce: An ergo me inter felices non annumeras? Nequaquam: Respondet Solon, nec rationi conuenit, vt tu, & quotquot viuitis, quo hic tempore viuitis, faustos vos esse applaudatis: quia licet quis hodie dimittis, regnis, dominiis cæteris emineat, prorsus tamen ad ianuam stat, & in procinctu est, vt luce crastina egestate & captiuitate ad ima deprimatur. Hoc ego meis tam luctuosis impensis, vt patet, hodie experior, & ob hoc exclamaui. O Solon, Solon! quasi dicerem. O quam bene dixisti, & quam erat consultum; ego me tuo consilio præmunissem. Compungitur Cyrus: hanc philosophiam vt securam approbat & certam, & in se reuersus, cogitat: hic idem me casus crastina potest luce deprimere, vt vere etiam depressit: quocirca hac ratione motus, Cœsi sententiam reuocauit.

Li. 2. de ciu. c. 16.

Hoc ipsum vobis persuadete, & recordamini proprium hominis epithetum datum a Iob, qui & hoc pro seipso, & in seipso fuerat expertus: hoc esse: *Homo natus de muliere, breui viuens tempore* &c. *numquam in eodem statu permanet.* Attende, quanti faciendo sit vultus elegantia, Domina, & tuus puella Venus, rosæus color; & tuæ quoque, gigas fortissime, vires: tuæ quoque Cœsæ diues, opes, tua quoque Salomon, gloria sublimior. Obstupesco; *Breues dies hominis sunt:* & cum breues sint, plures sunt eius metamorphoses: breui tempore magnæ mutationes, quia homo ipse semper eas facit, *Numquam in eodem statu permanet.* Sapienter comparat David dies suos & vitam vmbræ. *Dies mei sicut vmbra, declinauerunt.* Et iterum; *Sicut vmbra, cum declinat, ablatus sum.* Non ideo tantum; quod vmbra numquam sistat, cum solem in cursu suo comitetur; sed quia numquam certior vmbræ occasus, quam quando vesperi longior extenditur; vnde vulgatum axioma: quo significetur vmbræ interitus,

Iob 14.

P. 101. 12. Eccl. 12. 13.

Maiores cadunt de montibus vmbræ.

Numquam homo tribulationibus vicinior, quam quando quietior; & numquam mortis proximior quam quando meliori fruitur sanitate. Hoc ipsa experientia, a quibusdam Religiosis qui

qui mihi conuixerunt, didici. Dum vnus mihi ait: numquam fanior vixi, quam modo, quem altero vidi die infirmari, & septimo emori. Hoc quod dixit Spiritus S. *Rex hodie est, & cras moritur.* Contemplaris eum, qui Rex coronatur, & throno exaltatur; caue ergo eius ruinam, non post annum, vel mensem, sed cras. *Cras.* nec c. astinum requiritur: de vna enim in ho ram tales reperies mutationes, quales hodie in Apostolis obstupescis. Eccl. 10. 12. 18.

§. 10. *Spectat Christus Apostolos laborantes in remigando: sunt enim sancti in laboribus suis illis spectaculum periucundum.*

IAm pernauigabant Apostoli medium pelagus, obstantes & repugnantes tempestati, & æstuosis ventis ac turbulento mari, quod mille partibus mille dilatabat ora, vt eos ingluti- ret, ipsi vero contranituntur quantum possunt remis: velut qui concitato in pugnam tau o congreditur, contra cu us vires se baculo defendit, & propugnat. Vidit illos Christus ex monte laborantes in remigando. Hoc maximè inter alia stupent viri Dei; fieri posse ô cælorum Domine, vt tuos spectes periculo exposi os submersionis, repugnantes, obstantes, remigantes omni brachiorum impetu, contra hostem adeo terribilem, ventos scilicet, & feram adeo indomitam, vt mare, & qui tam vehementer vndequaque impugnantur, vt mortis metu pene exanimentur: quos tamen sic spectas, vt non auxilieris? Quod cor sustineret spectare in mari naniculam ad ima tendentem, & eâ vectos, plangentes, gemitibus & angustiis deploratos, & quis eos ex hoc eminentiori portu spectaret, qui eis posset adijcere rudentem, & periculo eos nescio quâ voluptate intueretur, nec faueret? Quod hominis cor adeo ferum, vt puerulum colubrce reumcipctum conspiceret, quem ille caudâ s. â perstringeret, nec tamen continuò accurreret, colubrum interfecturus? 29

Hoc omnium grauissimum olim Ioseph proponebant Ægyptii, quando ipsi fame pe ibant, Ioseph autem haberet, quibus eis succurreret? *Cur moriemur te videnie?* Quis opinetur, vt vir pissimus, qualem te credimus, nos fame marcidos & corruentes videas, nihilominus te spectante pereamus, non succurras cum tibi suppetat, quo nobis prouideas? Hoc, ni fallo, grauissime affligebat Iob, suis in calamitatibus & doloribus, videre se pati extrema & è contra Deum illum contueri: vnde & conqueritur: *Si flagellat, occidat semel, & de pœnis innocentum non rideat.* Cur me his miseriis oppressum detinet, & spectat patientem? *Occidat semel, & de pœnis innocentum non rideat*; dum me contuetur & contranitentem & remigantem? crudelitas hæc est maxima: Verum dixero Neronis crudelitatem non potuisse accusari grauiorem: quàm quòd viderit conflagrantem Romam flammas in cælum ascendentes, horribiles vndiq; ignium fiagores, in cineres vrbem conuersam, interim sicco hæc spectet oculo nec condoleat. Num forte, clementissime Deus, tibi Neronis viscera? Num sunt meis, feriora tua viscera: sic enim judico: mihi tales non lucere oculos, qui hæc videant, nec opitulentur? Exclamare possumus: *Vbi sunt misericordiæ tuæ antiquæ, Domine?* Iob. 9. 23. Ps. 88. 50.

Duabus ad hoc Deus mouetur rationibus: primo, ad sui nominis gloriam: nostrò enim loquendi modo, nihil Deo jucundius, quàm vi dere justum colluctantem contra tempestatem, & constanter ac immobiliter contra furentis oceani fluctus remigantem, qui nec ad momentum deserat remos, nec cedat arenæ, nec arma projiciat, nec tergà vertat, sed ex aduerso resistat potentissimis hostibus, & fortissimis aduersariis obsistat indefessus. Videre puellam forma venustiori gratissimam, sed paupertate depressam, ab impudico protocatam quæ nec promissis allicietur, nec minis terreatur; sed animo statuat vt altera Susanna: prius millies vitæ jacturam patiar, quàm Deo desim. Alium opprobriis lacessitum, iniuriis irritatum, patientia inuictum, choleram & insurgentes vltionis motus rationis fræno coercere, qui cum Dauide Semei dicat calumniatori: *Reddat mihi Dominus bonum, pro maledictione hac hodierna.* Alterum pauperem, omnium rerum egenum, qui quo filios & vxorem alat, non habeat, squallidæ conditionis: nihilominus sanctitate præfulgentem, meritis clarum, pietate constantem, laboribus inuictum; vt dicat cum Iob: *Etiamsi occiderit me, ipsi sperabo.* O quàm gratum hi Deo spectaculum! I. Duabus de causis differt auxilium. 2. Reg. 16. 12. Iob. 13. 15.

Notat ingeniosè D. Bern. verba D. Pauli. *Spectaculum facti sumus mundo & Angelis & hominibus.* Attende (ait D. Bern.) multos habemus spectatores, Angelos bonos, & malos. *Spectaculum facti sumus Angelis & bonis & malis pariter: istos sollicitat inuidia passio, illos compassio misericordiæ.* Illi nos vinci desiderant, hi vincere. Pæmonet vos D. Greg. Nazianz. ne putetis Deum hinc 20 1. Cor. 4. 9. Ser. 31. in part. Orat. 1.

abesse spectaculo, ad quod conuocantur Angeli homines, totus denique mundus: quinimo ipse præcipuus est omnium spectator; quippe qui supremum tenet principatum. Sumit D. Paul. metaphoram, ex eo quod inter nos communiter accidit: nihil enim ita vniuersaliter recreat ciuitatem, quàm publica spectacula, luctæ, torneamenta, arundines &c. Indicitur lucta in Principis Curia: adest ipse Rex, Principes, nobiles, ciues, plebei ad tauri concursum concurrunt omnes, quo clarius spectent, sibi singuli locum eligunt aptiorem, vt videant qua ratione prodeat taurus, aggrediatur luctatorem: qua ratione hic se defendat, retrocedat, taurum flagellet, vel bidentem infigat, qui eum pedibus suis prosternat vulneratum. Iucundum spectaculum: qua ratione torneator aggrediatur feram tam immanem, qui sciat adeo ingeniosè corpus suum cornuum pugnis suffurari, vt risu plenus exsiliat, taurus verò confusus fremat.

En spectaculum Deo pergratum, Angelis lætissimum: congressus, continuæ colluctationes, & durissima torneamenta inter justos & eorum inimicos: En prodit Satan armatus mendaciis: mundus suis machinis instructus, caro suis blanditiis arridens: omnes bella mouent, & justum tempestati exponunt. Spectat de cælo Deus dimicantes: qua ratione justus ictum recipiat, secedat, congrediatur: pedem figat, vt modo Apostoli tempestate jactati. Spectat desuper Deus, sicut in festiuo spectaculo: quando omni ex parte te premit necessitas, ad summas redigit angustias vt nescias quo te vertas, quando te maleordinatus pulsat appetitus, & mouet sensualitas, vt te quasi per terram trahat, vt illicita concupiscas: eò modò, quò D. Paul. conquerebatur. *Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati.* Quando prodit mundi taurus, & cæco impetu irruit, vt quæ dicantur ipse nesciat qui te quærit in aera sustollere, vanitatibus euanidum, vt dignitates, & honesta ambias onera, honori tuo consulas, maiori fastu & pompa quam possis sufferre: O quam grata hæc spectacula? Spectat te Deus, spectant te cælites & apertis oculis intuentur qualiter te geras, qualiter figas pedem, arma non abjicias, campò non cedas, quinimo fortius aduersario resistas intrepidus.

Rom. 7, 2.

37 Expressit hoc D. Hieron. in primariæ sortis homine quem diabolus vt secundum Iob fuerat aggressus: bona eius diripuerat, filios interemerat, vxorem abstulerat, domum diruerat, morbis afflixerat: cui D. Hieron. Aperi oculos & considera, te factum spectaculum Deo, & Angelis: te reputa alterum Iob: cui addit conceptum suo calamo dignum, declarans rationem, cur Deus Iob elegerit, qui cum diabolo congrediatur. Potueris peruoluisse fabulas antiquorum, nec indecens est nos omnibus vti, etiam fabulis vt hinc præclarissimas eliciamus veritates, vt ait D. Greg. Nazianz. Describunt hi communiter: sedet Rex in throno suo, gloriâ sublimis, potens auctoritate: adstant charissima vxor Regina, dilectissimi principes filii, nobilium turma: innuunt Regi adesse sylvestrem quendam Bombylium: qui ad singulare certamen prouocet aulæ regiæ robustissimum si quis in toto regno se fortem jactet, prodeat in campum, viribus concertet. Admittit Rex monomachiam: fenestræ aperiuntur Regi, Reginæ, filiis, domicellis, nobilibus, theatra tanto spectaculo eriguntur. Fabulantur Regem suæ curiæ Pygmæo imperasse, arma sumat, in occursum & pugnam procedat ludioni illi. Adest hora certamini statuta: omnes accurrunt spectatores: prodit superbus ille vento arrogantiæ tumidus, cui totus mundus vix hilum videtur, quem vno desorbeat hausu. Vt vero tibi pateat, omnium præsumptuosissime, ait Rex: quis sim ego, & quales mei milites, nolo tecum congrediatur, de curia mea miles veteranus quispiam, sed pygmæus iste, qui corpori corpus opponat: hic tibi caput comminuet. Prodit pygmæus, intuentur omnes. Quoties hic trioboli homo pygmæum hasta sua, vel gladio ferit, ille verò ictum repellit, illæsus? quale Regi & toti curiæ gaudium? Et quoties pygmæus aliter cum pugna lacessit, galeam diffringit: quæ tripudia, quæ exultatio, qui triumphi? Cedit hoc in regis summam gloriam. Quando tandem hunc gigantem pygmæus solo prosternit in gloriam, corpori insilit, aufert caput: quis Regi honor, quæ tanta gloria? quæ tanta exaltatio? fabulam in veritatem commuta, & Regem in Deum: qui Rex est Regum & Dominus dominantium: quis nobilium, & principum palatii sui numerus? sunt tamen inflati gigantes, & præsumptuosi Sybaritæ, qui stulte & inuerecundè audent eum in singulare prouocare certamen. Hoc cecinit Dauid: *Superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper.* Creauit Deus Luciferum, & alios Angelos, Deo in cælo rebelles arma mouerunt, deiecit eos inde in abyssum: verumtamen non ob hoc eorum est depressa superbia, sed mordicus Deo bella moliuntur: Quocirca superbus ille temerarius audet eum quo-

Epist. 34. ad Iulia.

Orat. 34. II. Similitudo.

Ps. 73. 23.

tidie

tidie prouocare, si vires ad sint, si robur animi, re ipsa demonstret, quem libet ex curia eligat, cum quo congrediatur.

Illud contemplare, hortatur D. Hier. in illo duello Iob cum dæmone. Assistunt Domino cælorum Angeli, accurrit & superba tumens satan, quasi prouocando, qui Deo exprobret, eum de nemine in toto orbe posse gloriari, qui possit secum congredi. *Quadam die, cum venissent filij Dei, vt assisterent coram Domino. assuit inter eos etiam satan.* Ecce eum hic: Cui Dominus: *Vnde venis?* Respondet ille: Circuiui terram meam: quia quidquid eam inhabitat, meum est; nec est, qui huius brachii resistat potentiæ. Hoc significant hæc verba *Circuiui terram & perambulaui eam*: Proprio quasi qui dicat idiomate: Domine, nullus in orbe tuus est, nullus qui non meas teneat partes: omnes enim subiectos mihi glorior. Si vero quispiam tuus in eo, prodeat in medium; en offero dexteram, eum prouoco. Domine cui hoc confides duellum? Cuius manibus & viribus tuum committes honorem? Habes penes te Principem Michaelem, cuius vires optimè nouit ille Sybarita. Habes & Archangelum Gabrielem, Dei fortitudinem qui vnicô oculo constrictum dejeciet: adsunt tibi decies centena millia militum: quorum vel minimus eum vt terræ puluerem exsufflabit.

Iob. 1. 6.

Iob. 32. III. Iob. cum dæmone luctatus gratum Deo spectaculum. Iob. 1. 12.

Absit à me, ait Dominus, nullius illorum vtar operâ, sed pumilionis, homunculi carne & ossibus compacti, languidi, mortalis, & passibilis. Et quis ille? Iob. Quis erat Iob? *Vir erat in terra Hus, nomine Iob, homo simplex.* Homo erat, qui viuebat in terra, figmentum terræ, tantô inferior Angelis, quantô aurô lutum. Hunc satanæ comparem designat. *Numquid considerasti seruum meum* An oculos non reflexeris ad terræ pumilium, seruum meum, qui mihi in ea seruit, nomine Iob? Perpende verbum *Considerasti*? Emphaticum est, Septuaginta ediderunt, *Numquid attendisti mente tua?* Hebræi verò: *Numquid posuisti cor tuum super seruum meum*? Nouerat Deus huius temerarii elatam superbiam & superbam elationem, qui parua conspicere dedignatur, sed altiora quærit, sublimiores Angelos, supremos Seraphinos. Hoc Deus indicauit, eius hanc conditionem Iobo describens: *Omne sublime videt* q.d. Nolo ei proponere aduersarium unum de Principibus palatii mei, nec Angelorum quempiam, eorum qui mihi assistunt, immortalem, & gloriosum: nec enim eum tali digno honore: Quem igitur Domine? Num in terra viuentem attendisti mente tua nanum servum meum, nomine Iob? q.d. Rex inflato giganti. Numquid posuisti cor tuum ad introitum palatii super illos primos aquæ vectores, juuenem imberbem, versorem, aut ostiarium? Hunc tibi comparem oppono. Illumne? vno oris mei flatu hinc in alteram exsufflabo partem: si mihi eum concedas. Da mihi licentiam, vt eum inter manus mas constringam, & illicò mirabilis eum tibi in faciem maledicen em, & in barbam tuam exprobrantem. Hoc enim significat, interprete D. Hieron *Nisi in faciem benedixerit tibi.* Perplacet, annuit Deus. Ecce confestim dilatantur fenestræ, theatra eriguntur ad certamen. Hoc nobis annuit Transsatio Chaldaica: *Venit dies magni judicij, & adstiterunt Angeli &c.* En mirabile spectaculum. Spectant omnes, prodeunt aduersarii, descendunt in arenam: Percutit diabolus Iob, circumquaque illi cuncta diripit bona: repellit ictum Iob intactus, vnô. *Sit nomen Domini benedictum.* Repetit vires, & domum eius diruit: repellit denuo, solô: *Sit nomen Domini benedictum.* Interficit illi charissimos filios vt pupillam oculi, cui objicit ancile patientiæ: *Sit nomen Domini benedictum.* Spectat illum Deus, intuentur Angeli: exsibilatur gigas temerarius. Finito prælio, ait Deus, Eia omnium superbissime: quid cornua tollis, luti figmentum in faciem tibi resistit.

Iob. 1. 2.

Domine, replicat Satan, inhibuisti ensis ictum qui carnem eius peteret. Iob carneus est, eius tamen carnes tangere non licuit, proinde nec prosttaui, tantummodo quæ eum circumuallabant, oppugnaui: locum autem & veniam non habui vt eum illo corpore congrediar. Concedo igitur, ait Deus ad hoc licentiam: vt experiatis & cognoscas quales sint mei exercitus pedites, & domus meæ puluis. Alio igitur aggreditur Satan stratagemate, interueniunt alij concursus: commouet ei præcipitium morbi adeo vniuersalis, vt eum à planta pedis vsque ad verticem plagis sauciet fœdissimis, vlceribus plenum. Porro miles fortissimus, cruorem colligit saniè intermixtum vulneribus effluentem, eumque in Satanæ conjicit & oculos & rostrum, exprobrans: *Sit nomen Domini benedictum*, Putredine tanta corpus opplet, vt ciues fœtorem non ferentes, extra ciuitatem ejiciant, sterquilinium eligit: hic verbera sustinet animo infractus hoc vno; *Sit nomen Domini benedictum.* Vt se confusum & irrisum superbus aduertit Lucifer, vires certamini nouo resumit, sibi nouas adscisit copias auxiliares, ipsam eius vxorem conuocat, pariter tres eius intimos amicos, Reges, his illum cingit

vt fin-

vt sint eorum linguæ, acutæ ac peruadentes lanceæ quibus eum confodiant: Mulier mille dicteriis & sannis exulcerat cor mariti: Amici viscera eius acerbioribus vulnerant reprehensionibus, quid interim pius bellator & strenuus miles? verbera hæc repercutit, & patientiæ attollens brachium, ictu adeò graui dæmonis conterit caput, vt sensibus conturbatum ad pedes suos prosternat superatum Spiritum suum excitat, vocem extollit, præcinit hanc sententiam, quâ diabolo tot mortalia infligit vulnera, quot verba pronuntiat. *Si bona suscepimus de manu Dei mala, quare non sustineamus? Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domino placuit ita factum est, sit nomen Domini benedictum.* Ad hanc vocem exhorruit Satan, hoc ictu lymphaticus furit, hoc patientiæ telo transfixus corruit interemptus. Hinc gaudere Deum, exultare Angelos, applaudere cælites, victori congratulari, prostratum exsibilare. *Exultans Dominus in victoria famuli sui, illius patientiam, suum ducens triumphum.* ait D. Hier. Hæc Iob de diabolo victoria in summam Dei cessit gloriam. Hinc intelliges, quàm gratum Deo fuerit hoc spectaculum: Hinc colliges quid Deus prætendat, dum te in huius mundi campo destinet, quod nihil aliud credideris esse, quàm te designare militem, & in arenam producere, vt temerario illi giganti caput diffindas medium, qui contra Deum se erigit, te in locum suum statuit, vt eius suppleas partes, & me & vos ô Christiani: *Militia est vita hominis super terram.*

Iob. 2. 10.

D. Hier. Tom. 8.

Iob. 7. 1.

33 Sed quid tam flaccidos contra tam potentem & fortem inimicum? Vtique non enim fortior materiæ erat Iob, non spiritus erat, sed carne constabat & ossibus, homo erat similis vobis, te quoque eligit puncule, te quoque puella, te quoque languide, vt iuuenem Dauid contra gigantem, cuius manibus suam fidit gloriam, vt notat D. Aug. & sicut alteram Iudith, mulierem iuuenem imbecillem, contra tyrannum potentissimum & maximum Holoferuem; cui manus dabant etiam robustissimi Duces, & regnorum præclarissima vexilla prosternebantur, ciuitatũ portæ referabantur, vndique munitissimarum: vt modo etiam verificetur, quod tum in Dei laudem canebatur: *Non cecidit potens eorum à iuuenibus, nec filij Titan percusserunt eum, nec excelsi gigantes opposuerunt se illi, sed Iudith filia Merari.*

Ser. 197. de temp.

Iud. 16. 8.

Hoc te soletur, ô Christiane, Deum te spectare tribulationibus contritum, Angelos, totumq; concurrere cælum, & sicut dum de campo victor recedis, Dei adiutus fauore, ipse hoc in suũ vertit honorem, ac tam ipse quàm cælicolæ diabolum irrident; ita quando dæmoni cedis victus hoc sibi in gnominiam vertit Deus, & Angeli confunduntur. Hinc tibi perspectum sit, quid facto tibi opus, cum tempestate jactaris, Scito quòd *Gaudium est in cælo super vno peccatore pœnitentiam agente.* Quando per pœnitentiam debellas diabolum, amicam deseris, male patta restituis, temum arripis pœnitentiæ. O quale gaudium! quando constans obduras, licet necessitate ad extrema redactus: quando, puella, aures occludis alterius promissis, quando afflictus concinis: *Sit nomen Domini benedictum,* Quando febribus æstuans, fateris plura mereri peccata mea: quando tempestate fluctuans remos non dimittis: Deum exhilaras, Angelos recreas, cælum oblectas.

Luc. 15. 7.

Hoc mihi est indubium: hunc esse legitimum sensum verborum septem fratrum Machabæorum, cum matre sua, quibus Antiocho tyranno responderunt. Statuit illos, quasi in arena, ex vna parte, ex altera verò iussit adferri ignes, sartagines oleo feruenti ebullientes, cultros limatos, ollas succensas. Eia (inquit) meis cedite præceptis, veltrum abiurate Deum, legem polluite. Refert Spiritus sanctus quòd inuicem aspicientes hilari vultu, voce infracta vtiliter se mutuo in certamen his verbis Cantici Moysi sint cohortati: *Vna cum matre se hortabantur mori fortiter dicentes: Dominus aspiciet veritatem, & consolabitur in nobis, quemadmodum in protestatione Cantici declarat Moyses.* Quasi inuicem colloquerentur: Eia milites fortissimi, attendite, spectaculum facti sumus quò consolabitur in nobis Deus, diem festum agent Angeli, cælestis exultabit curia. Quã bene consolatur Deus, & sibi applaudit dũ iustum prælio tribulationis ob sui amorem & legis diuinæ obseruantiam pressum constantem conspicit: quando tentatur, eum inuictum miratur: quando turbinibus agitatur, cum obfirmata facie furentibus vndis, & turbulentissimis ventis stupet non cedere, remos non laxare, non deponere animos.

IV. Machabæorum certamen.

Deut. 32.

2. Mach. 7. 5.

Hæc animos dabat considerato primipilis illis Christicolis, teste D. Paul. dum tota Diis infernalis potestas & Romani arma imperii, & mundi machinæ vniuersæ, in eos insurgebant: mancipabant carceribus, fisco eorum addicebant bona, mille tormentorum generibus excruciabant: ignes, ollas feruentes, fornaces, flagella, catastas, tunicas molestas, cultros, laminas, vngulas, &c. ad cruciatus adhibebant. *Illuminati magnum certamen sustinuistis passionum, & in altero*

altero quidam opprobrijs, & tribulationibus spectaculum factis. Periculoso certamini exponebantur, in quo aduersarij omni pœnarum genere armati congrediebantur: *Magnum certamen passionum*: his non obstantibus immoti persistant, firmi, inuicti, alacres: *Sustinuistis.* Verbera decutiunt; cunctis hostium insultibus fortiores. Quid, quæso, illis vires præstitit? fides viua, *Illuminati*: & hæc quid vident? quod Deo & Angelis, *Spectaculum factis*: recreationis, festiui gaudij, chorea. Audum vos spectant quo vultu perferatis calumnias, qua patientia patiamini tribulationes, quas Deo personetis laudes persecutionibus actiti? quo fidei scuto Satanæ diuertatis impetus, ei in faciem resistatis, & superbiam deprimatis. Vtinam hæc cogitaretis: quoties vos impugnat diabolus, mundus allicit, blanditur caro, aduersitatibus angustamini. Dum ferueat persecutio, cogita te ideo tempestate torqueri, vt cælicolas exhilares.

§. II. *Oculi Dei remigantium spectatores, in aduersitatibus suis animos ministrant & alas, multo felicius, quam intuitus struthionis.*

SEcundam vobis propono rationem: cur nobis describatur Christus spectans Apostolos *Laborantes in remigando*, repugnantes sæuienti pelago, turbinibus superbis obnitentes: nimirum ad profectum nostrum: vt intelligamus nostris in tribulationibus & certaminibus non omnino à Deo nos deseri: *Venit ad eos ambulans super mare.* deseruit eos, sed non omnino. Notat » D Ambr. hæc verba Dauid. *Non me derelinquas* » *vsquequaque. Hoc est, multum*, siue me, non omni- » no deseras, loquitur hic, ait D. Ambr. vt vir per- » fectus. quando vero adhuc erat imperfectus, » orabat. *Deus, ne derelinquas me.* Modò verò, in » virtute perfectior: non timet à Deo deseri ex » parte licet instanter oret: *Non me derelinquas* » *vsquequaque siue ex toto. Hic autem, jam fortior,* » *non timet derelinqui vt tentetur, sed rogat ne peni-* » *tus derelinquatur. Plerumque enim relinquit Deus,* » *quos vult probari: penitus autem derelinquit, quos* » *deserit. Dereliquit penitus Iudam: non dereliquit au-* » *tem S. Iob, in cuius patrimonium tus tyrannidi dia-* » *bolo dedit, in animam autem non dedit: nam si de-* » *disset in animam, penitus dereliquisset eum. Derelictus est Iob, vt relictus probaretur, probatus coronaretur. Dereliquit Iudam, cui ait: quod facis, fac ci-* » *tius. Dereliquit enim eum penitus, quem sceleris sui* » *permisit effectus.*

D. Ambr. in Psal. 118. Tom. 2. Psal. 26. v.

D. Petrum parumper reliquit: *Sed cum in mari* » *stubasset, clamauit ad Christum, & porrexit ei dex-* » *teram.* Quinimo & Pater æternus ad modicum » filium dereliquit, *Vt quid dereliquisti me.* Sed non » penitus: *Solus non sum: quia Pater mecum est.* Et » vt ipse per Dauidem testatur: *Non derelinques* » *animam meam in inferno* Insuper vt nobis vires » accrescant, & animus augeatur: non tantum, » non deserit nos Deus: sed & spectat nos, suos- » que oculos super nos defixos firmat.

Matt. 27. Ioan. 16. 32. Ps. 15. 10.

Inquirunt Sancti Patres, præsertim D. Cypr. a & D. Ambr. b quare gloria, quam speramus, & nobis Deus præparauit, vocetur corona. *Reposita est mihi corona justitiæ*, & Respondent, eam esse causam: quia corona propriè datur victori, nec nisi victori datur *Non coronabitur, nisi qui legitime certauerit.* Et sicut esse non potest sine victoria corona: sic nec sine certamine victoria, ait D. Cypr. Hinc addisce, non posse te frui gloria, sine certamine. Vt vero huic veritati firmiori fide assentiamus, composuit D. Cypr. singularem tractatum, quem secutus est D. Aug. l. de Agone Christiano: & ambo pariter declarant: qualiter vita nostra, esse nostrum, beatitudo nostra consistat in viriliter decertando: ex quo deducunt causam, ob quam Deus nos in hoc mundo constituit, nullam esse aliam, quàm nos constituere in arena certaminis, vt viriliter certemus, & vincendo coronam justitiæ obtineamus, pro victoriæ qualitate. Et hunc vt legitimum sensum esse approbo verborum Iob: *Militia est vita hominis super terram.* Hoc vnum inter alia nos maximè ad certamen animat, si consideremus, Deũ nos irreuerberata oculorum acie continuo intueri præliantes. Quos animos, quas vires non addit cursori Regis intuitus: à quo se gaudet defixis oculis videri quando aut currit Euro velocius, aut cum aduersario strenue colluctatur?

a *Lib. de Mortalit.* b *Lib. 1. Offic. c. 15 & 16.* 2. Tim. 4. 8 2. Tim. 2. 5 Iob. 7. 1. Similitudo.

Diuina sunt plane verba, quibus sponsa sponsum alloqui ur, juxta lectionem & interpretationem D. Greg. Nyss. Videre eam sponsus ad bella præcinctam: à capite ad calicem ferro obarmatam: stratagemo tam inconsuetum mundi mulieribus, quàm frequentatum & necessarium cæli candidatis. Videre, inquàm, sponsus sponsam adeo paratam ad prælium vt jam procedat tali resolutione ad conflictum, vt præ nimio stupore exclamet: *Quæ est ista, quæ progreditur, quasi aurora consurgens &c. terribilis vt castrorum acies ordinata.* Ad arma, ad arma, progreditur charissima mea: tota ad prælium & duellum composita,

Hom. 15. in Cant. Cant. 6. 8.

Terribilis vt castrorum acies ordinata. Audit sponsum sponsa, ad quem conuersa sic ait: Vera faris, dilecte mi, at vnum te supplico: vt mihi nouæ suggerantur vires, & animus excitetur alacrior: irretorto sponsam intuere oculo. Hoc illa sonant verba, (interprete D.Gregor. Nyss.) *Auerte oculos tuos à me.* Nullatenus vult dicere:
Cant. 6.4. auerte oculos tuos à me, sed omnino contrarium: *Auerte oculos tuos ab aliis propter me.* Dilecte votorum meorum alios non, sed me intuere: Petitio hæc sponsæ est zelosæ. In me tuos defige oculos. Ad quid hoc, charissima sponsa? *Quia ipsi me auolare fecerunt.* Legit D.Greg. Nyss. *Quia ipsi mihi alas dederunt.* Deducta est metaphora à viro nobili qui in gratiam sibi dilectæ prodit ad luctam, quem ipsa spectans, alas ei dare censetur, qui velut alatus tanta currit velocitate, vt volare videatur, & leonino hostem terret rugitu: eum enim animosum, gnauum, leuem vt passerem, reddit sponsæ conspectus.

35 Quis neger sponsam occinere naturæ in generatione Struthionis? mirum naturæ secretum
Lib.2 o.c.2 narrat Celius Rodiginus & Albertus Magnus
Lib.23. Struthio auis est natura satis ponderosa, calidissima, vt ferrum digerat; Enititur oua sua; non tamen alias imitatur aues, quæ illa proprio apposito corpore fouet super insidentes, vt illa excludant; sed illa contegit puluere, vbi ea aliæ conterere possunt bestiæ, & multis periculis exponuntur. Ne dixeris hoc agere ex odio quodam sed potius ex amoris instinctu naturali. Si enim illis Struthio insideret, illico grauiter corporis pondere ea collideret, deinde calore nimio aduereret, fierentque oua vrina: hoc autem agit irreuerberata acie oua contuetur: quo conspectu luteum oui incalescit, procreatur pullus, alis & plumis contegitur, & testa exclusus, illico
Iob 39.18 tam velox terram percurrit vt eum equus cursu non assequatur. Vnde Deus inquit Iob. *Cum tempus fuerit, in altum alas erigit, deridet equum, & ascensorem eius.* Viden' sanctorum Emblemata oua sunt Dei, in terra dimittit, hoc est in mundo, vbi quasi in stadio viuunt, ad prælium electi. Arena obuoluuntur tribulationibus, egestate, morbis, tempestate, & hoc diuino quodam consilio: cum sit enim tantus amoris diuini calor, & tanta, quibus eos afficit, beneficia, verendum ne fiant oua vrina, & inania.

Struthio adspectu oua fouet

Hoc ipse Apostolus de seipso testatur, dum rationem reddit, cur illum Deus tot exposuerit aduersitatibus, infirmitatibus & persecutioni-
2.Cor.12. bus: Cur hæc optime Paule? *Ne magnitudo revelationum extollat me.* Iustos in stadio collocat, eos, vt Struthio, deserere videtur vt bestiarum aut transeuntium pedibus proterantur: hoc est, ad bellum parat, vt Satan ex sua parte, mundus, & caro ex alia illos proterant, conculcent, collidant. Heu mi Domine (queritur D.Paulus) quot obruor tentationibus: his me diabolus infestat: mundus sagittis impetit, & caro stimulis eneruat. Respondet Deus: hoc tibi conuenit: *Nam virtus in infirmitate perficitur.* Hic tibi vires exerendæ, & animus; & ad hoc prodit hostis, vt eum eo congrediaris. Quisnam igitur Domine mi, vires ministrabit? ipse Deus. *Sufficit tibi gratia mea,* Sed in particulari hoc præterea agit, te aquilinis ac emissitiis videt oculis multo efficacius ipso Struthione; aduertens qua ratione tentationibus Satanæ resistas, carnem tuam deprimas, infirmitatis & paupertatis spicula retundas: Videt te Deus, & hic visus sanctis dat alas, dat animos, dat & victoriam.

Quid vires D.Stephano ministrauit in tam 36
crudeli & sanguinolento lapidum certamine, dum saxorum grandine quateretur? Oculos eleuauit, videt Christum reseratis cæli fenestris *Act.7.*
spectatorem: *Ecce video cælos apertos, & filium 55.*
hominis stantem à dextris Dei. Quis igne imperterritum reddit D.Laurentium, dum in craticula superpositus ureretur? Regis supremi oculos intuetur in se reflexos, qui sibi coronam demonstrat. Quid in tam horrendis tormentis inuictos reddidit Martyres, adeo cruentis prælis victores, vt longè absit, quòd hostibus, & tormentis cesserint, quinimo, de toto mundo, tota diaboli potentia palmam retulerunt victoriæ? nisi quòd considerarent, se hoc in stadio currentes, Deo, totique cælesti curiæ, factos spectaculum. Hoc indicauit, mulier illa, omnium illustrium mulierum decus & gloria, de qua sic Spiritus
S *Mater memorabilis, & bonorum memoria digna.* 2 Mach.7
Cum efferatæ sæuitiæ Antiochus, matre inspe- 20.
ctante, vitam sex eius filiis immanissimis supplициis abstulisset, vnum jugulasset, frixisset alterum membratim alios dissecasset, solus natu minimus superera, in quem omnes neruos intendit, vt illum tanquam puerulum enerraret blanditiis lenociniis, promissis; sibi persuadens puerulum his emolliendum; & matrem tot aliorum tormentis fatigatam, hunc minimum adhuc superstitem crudeli manu necari videre non posse, arbitratus; eam vt intermediam elegit, quæ filio, Regis mentem persuaderet: illa vero tyrannum irridens: conuersa ad filiū sic eum affatur:
Fili mi, miserere mei, quæ te in vtero nouem mensi- 2 Mach.
bus portaui, & lac triennio dedi & alui, & in ætate 7.27.
tem-

tem istam perduxi. Fili mi, animose, vt vero tibi nec animus nec vires deficiant. *Peto te Nate, vt aspicias ad cælum* Sursum tolle oculos: te videntem contemplare, & quam tibi præparet coronam, choros Angelorum qui tibi dant alas, illud regnum quod suo tempore te exspectat excipiendum. Hoc D Pau. dixit. *Id enim quod in* 2. Cor. 4. 17. *præsenti est momentaneum, & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis.* Premit te paupertas, quando te ad extrema cogit: ad angustias ignominia te redigit, qua te propinquus infamat; vehementer vrget appetitus, suis motibus violentus: attamen hoc consideres, hæc esse momentanea, tribulatio & infamia cito finem accipient, desinet persecutio: omnia vt aer, leuia sunt; & per hæc dignus æternæ coronæ præpararis. Secundum hæc, ait, oculos ad cælos attolle medio in certamine constitutus: *Non contemplantibus nobis, quæ videntur, sed quæ non videntur.* O vtinam, tu puella, angustiis circumcincta, mentis oculos attolleres; nec ad ea reflecteres, quæ oculis carnis tibi promittit alter, sed quæ tibi de cælis offert Deus, qui inde, te hic cernit præliantem. O vtinam, quoties te in honoris tui desensionem ira commouet immoderatior, animæ attolleres oculos, non hanc contemplando ignominiam, quam corporis oculi contuentur, sed eam, quam tibi Deus pollicetur gloriam æuiternam. O vtinam tu quoque lectulo decubans infirmus doloribus tuis acerrime prouocatus, hoc mente reuolueres te factum Dei spectaculum, qui vtique lynceis oculis attendit, quam dextere verbera recipias clypeo patientiæ: Tu quoque Codro pauperior, vtinam perpenderes, totius cæli in te defixos oculos, vt videant quam in legis Dei obseruatione perseuerans, & in Dei misericordia tota nitaris fiducia.

§. 12. *Cogites te Iab tantem in remigando, a Deo fixis oculis spectari, hoc quoque Iob requirebat.*

137 ALludere censeo Apostolum ad id, de quo Deus Dauidem præmonebat, & ad consilium quod illi dabat erat vndique Dauid tribulationibus & inimicis circumuallatus: cor eius decumanis fluctibus conturbatum; ad Deum remedium postulans confugit, verbis tenerioribus & ejaculatoria oratione. *Tu es refugium meum a tribulatione mea, qua circumdedit me exultatio mea, erue me a circumdantibus me.* Psal. 31. 7 Tu, Domine, defensio mea, quo circa fluctibus, & turbinibus circumdatus, ad te recurro, gaudium meum, gloria mea, succurre mihi, nullum mihi superest remedium: num illi Deus dexteram porrexit? porrexit, at quomodo? Non illi Deus abstulit labores, non enim hoc modo succurrit Deus electis suis; etenim si hos eis liberaret, magna eos meritorum priuaret occasione Non est auxiliatus Deus D. Paulo, ei auferendo infirmitatem, qua grauiter vrgebatur; hoc enim foret ei partem demere coronæ suæ; nec Danieli eum de lacu leonum eripiendo; hoc enim fuisset, ei magnam partem gloriæ suæ adimere. Accurrit autem Dauid proprio sibi remedio, nimirum, docet eum, quid ipsit sit agendum, vt hæ tribulationes & calamitates cedant in eius profectum, nec tantum, non sint ad eius interitum quin potius ad summam eius gloriam: vnde sic Dauidi respondet: *Intellectum tibi dabo, & instruam te in via hac qua gradieris firmabo super te* Psal. 31. 8 *oculos meos.* Vt adiutrice gratia mea, victor euadas gloriosus Hoc notatum velim, qua hora calamitatibus obrutus ingemueris: *Firmabo super te oculos meos.* Audit Dauid hanc lectionem, & continuo ad nos conuersus ait: *Nolite fieri, sicut equus & mulus, quibus non est intellectus.* Tribulationibus & calamitatibus afflicti; *Nolite fieri* &c.

Quam dolendum est, videre plurimos patribulationes, sicut irrationibilia pecora: febribus æstuant, egestate, necessitate, persecutionibus atteruntur; at velut equus & mulus: *Quibus non est intellectus*: qui non attendunt; quid hoc? ad quid me Deus hac visitat aduersitate? quid inde possum colligere? Hanc ob causam clamabat D. Petr. *Nemo autem vestrum patiatur, vt homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor, si autem vt Christianus non erubescat* Christianus ille est, qui fidem habet q. d. In aduersitatibus vestris, recurrite ad fidem vestram, considerate, hoc esse culparum vestrarum purgatorium, gloriæ causam, fræ- 1. Pet. 4. 15. Quid cogitandum in tribulationibus. num superbiæ, & si patienter toleraueritis, dispositionem proximam ad gloriam. Quis non tui misereatur: cum quoties tibi verbum dicitur obtrectatorium, aut te lædunt maleuoli, bile commouearis, vt equus & mulus, fuste percussi, nec dicas cum Dauide. *Dominus præcepit ei, vt malediceret Dauid* &c. *Si forte respiciat Dominus, afflictionem meam, & reddat mihi Dominus bonum pro maledictione hac hodierna.* Quando strato decumbis infirmus, aut fame torqueris, hoc vnum agis, conquereris velut brutum, & quæris vbi cibum inuenias; 2. Reg. 16. 10.

Nolite fieri, ſicut equus &c. Oſtende te Chriſtianum, ait D. Petr. ex Deo addiſce, qui tibi aſſeuerat, quando te aduerſa premit valetudo, quod ſi met ſuper te oculos ſuos: patientiam tuam ſpectat, fortitudinem, conſtantiam, greſſus tuos dinumerat, nec quidquam agis, quod non curioſus attendat. *Firmabo ſuper te oculos meos* Nota verbum *(firmabo)* quaſi affixos clauo: ne timeas me illos deflecturum, ſi ſis talis, qualem te conuenit eſſe.

38 Cæleſtem admiror viſionem, quâ Zacharias Chriſtum vidit in ſignia lapidis, ſeptem oculis illuſtris; *Super lapidem vnum ſeptem oculi:* Significat ſeptenarius numerus vniuerſitatem: q. d. erat lapis circumquaque oculatus, factus oculus valde conformiter ei quod idem propheta ait: *Domini eſt oculus hominu, & omnium tribuum Iſrael:* alii legunt: *Dominus eſt oculus hominu, & vniuerſæ carnis.* Quod primò ſignificat cum D. Aug. licet de omnibus curam agat Deus, nihilominus ita de vnoquoque eſt ſollicitus, ac ſi ille ſolus eſſet: ſecundò, quòd Deus totus eſt oculus, vt hominem intueatur. Porro dicit oculos defigi in petram. Quando ſculpis imaginem in petra, quæ oculos habeat ad vnam partem conuerſos, vt mater ad filium, ne vereatis quòd illos detorqueat, aut auertat: cum ſint enim ſculpti in petra, ſunt immobiles. Hoc voluit indicare Deus. *Firmabo ſuper te oculos meos.* Quando cum aduerſario decertas, te febris adurit, perſecutio, tentatio, paupertas, fames: hoc te ſoletur, Deus te ſpectat, nec eſt Deus cæcus, qui oculos non habeat, quibus te videat pro eius honore decertantem. quod ſi Regis oculus animos det militi, quos tibi non dabit animos ſupremi Regis oculus, cum tibi perſuadeas Deum ſuper te oculos ſuos firmare, & indeſinenter cernere quàm pugnes animoſus, quàm decertes inuictus, quàm patienter feras iniurias?

Hâc eâdem conſideratione indidit Deus fiduciam noſtram confortare. Si te conſpiciat, qui pater tuus eſt, fierine poteſt, credas te ab eo deſerendum vt pereas? Si te ſpectet amicus aut miles certus & fortis, qui diffidis, eum manum ſuam retracturum? Quando puerulus aut in ignem aut in præterfluentem cadit, ſi pater non videat, de auxilio deſperat, ſi vero pater aut mater videat, ſecurus eſt. Etiam ipſa ancilla Abrahæ Agar, dum videt infantem ſiti deficientem, penuriâ aquæ in deſerto: ſub arboris vmbra filium deſiuit, & retrocedens ait: *Non videbo morientem puerum.* Nulla enim materna viſcera, videre ſuſtinent puerum morientem; quid illa ageret, ſi morienti poſſet ſuccurrere, leuare ſitim, aquam porrigere, quæ deficiebat? Hac ſe ratione ſancti ſuis in aduerſitatibus conſolantur: Deus Pater noſter eſt, nos intuetur: *Vidiſti Domine,* ait pius Rex Ezechias ſedens inter malleum & incudem. Hoc prophetas reddebat ſecuros, in quorum ore commune erat: *Dominus in cuius conſpectu ſto.* Hoc ſuas concludebat querimonias Iob vlceroſus. *Oculi tui Iob. 7. 20. in me, & non ſubſiſtam:* Exorſus erat his verbis: *Militia eſt vita hominis ſuper terram, & ſicut dies mercenarij, dies eius.* Quaſi dicat: Ea Domine, jam noui, cur me hoc in mundi ſtadio ſtatueris, nimirum, vt cum hoſte confligam, & mereat præmium ſeu coronam. Quid igitur requiris, o Iob? Domine, *Oculi tui in me:* ſi me adſpicias hoc mihi dabis animos, dabis vires, fiduciam confortabis, quâ fretus, mihi perſuaſero, me à te, quem habeo amicum, nullatenus deſerendum; ſi verò hoc non præſtiteris, ſi clauſeris oculos aut auerteris: *Non ſubſiſtam.* Vires mihi non ſupperent, vt pedibus ſubſiſtam, totus corruam & victus proſternar inglorius. Et ob hanc cauſam, caditis vos, cado ego, cadimus & omnes: quia non attendimus: quòd Deus nos intueatur, & viſus eius vires det prælantibus. *Pulchriores ſunt oculi eius vino.* Numquam *Gen. 49. 12.* vidi oculos, vt vinum; nec aptè cenſetur conuenire, vt eorum pulchritudo vino comparetur. Si dixiſſet, pulchriores ſunt ſyderibus, gemmis, ſole; rectè quidem. Sed optimè tamen: vinum enim exhilarat, & confortat cor hominis, vires dat & animos. Hoc præſtant Dei oculi, ſicut qui patitur animi deliquium, hauſto vino ad ſenſus redit, cor eius confortatur, ita Chriſtianum in aduerſitatibus anguſtiatum confortabit, dabit animos, ſi ſurſum oculos tollat, ſi mente conſideret quòd Deus lynceis eum oculis intueatur; adſtans erectus vt ei ferat auxilium & ſolamen in tempeſtate, conſtantiam coronet & patientiam.

§. 13. *Præuidit Iob adhinc duobus mille annis Chriſtum inambulantem ſuper mare, qui nobis promittit, quod liberaturus accurret, dum nobis expedierit.*

PErmiſit Chriſtus Apoſtolos laborare in remigando, vſque ad quartam vigiliam noctis, id eſt circa tertiam diei matutinam, & quando jam eis vires deficere videbantur, & animo deſpondebant; adeſt: *Venit ad illos ambulans* 79

ambulans super mare. Magna hic latent arcana. Primum, suam voluit prodere potentiam, se verum testari Deum, cui sit proprium, marinos vortices pedibus substernere. Vt tale prodigium hoc credunt D. Athan. a Olympiodorus b & nominatim D. Ambr. c quasi duobus mille annis ante prædictum à Iob, dum sic ait de Christo. *Qui extendit cælos solus, & graditur super fluctus maris.* Ponit hoc opus Christi ad latus primi illius operis quod Deus fecit creans cælos; *Qui extendit cælos solus*: Quia hoc, alteri præcedenti non cedit. Et bene inquit. *Qui graditur.* In Hebræo legimus verbum quod significat (*Calcare*) & vulgari idiomate diceremus calcat fluctus maris, velut triumphator, super hostes deuictos prostratosque calcat, vel sicut Imperator calcat super imperiorum ciuitates, vbi omnes se prosternunt. Et aduertit D. Aug. huius verbi vim, notans Christum mari inambulantem, pedibus suis prementem inflatos fluctus æstuantis oceani. Quasi per vim eius furentes comprimeret impetus. *Venit valde mirabiliter ambulans super aquas. Stngebant fluctus, sed calcabantur, fremens pelagus sub Domini vestigiis murmurabat, sed tamen eum volens, nolens portabat.* Quæ eius censenda fortitudo, qui super fortissimorum & furiosorum graderetur capita taurorum, & calcans cornua defixos sisteret, & comprimeret obmugientes, vt eum ne vel hilo possent offendere?

a In dialog. de Trin. lib. 1. c. 9.
b lib. 1. de Interpella. c. 4. & 5.
c lib. 3. de Iob. c. 8.
D. Avgvst. Tom. 4. in verbis Domini. Tom. 10.

Deinnec his Iob contentus, quod dixerit, ambulat super mare, sed inquit, *super fluctus*; super elatas vndas fidentibus comminantes, vt bene describit D. Luc. *Nauicula tegebatur fluctibus.* Ingreditur calcans illas vndas, vt montes, idque vitæ ita securus: quasi lateritium pauimentum perambularet. Et ita legit D. Ambr. (credo iuxta Septuaginta) *Ambulat sicut in pauimento super mare.* Hoc est, ita hoc est opus Dei tam supra naturæ vires, vt licet, fabulati fuerint Gentiles, & certo crediderint eorum aliqui, multo impossibiliora, in suorum Deorum fidei materia, numquam illis inciderit, illud fore possibile, nec quidem imaginati sint. Quocirca Diis illis, quos fingebam percurrere pelagus alas affingebant, credentes, quod sine illis, quia subsidio sunt auibus, quibus in aere sustinentur; impossibile erat hominem super aquas sustentari. De illo veteri Dædalo, autore Cretensis Labyrinthi, subtilioribus adinuentionibus & conceptibus celeberrimo omnium, quos mundus coluit, fabulati sunt Græci quod alas habuerit vt passeres: vt declararent, quo medio se liberasset ex illo castro insulari, vbi captiuus detinebatur; qui censebant non posse credi, quod quilibet adinuentionibus sine alis mare transire potuisset, quæ eum in aere sustinerent, ne submergeretur. Deum & Neptunum quem Deum maris colebant, curru vectum depingebant, cuius equi maximis alis instructi, volabant què non tã per maris vndas, quã per aeris vacua trahere videbantur. Vnde cecinit Virgilius:

1. Æneid. *Electit equos, curruque volans dat lora secundo.*

Creditu facilius illis videbatur equos alatos inuenire, quam eos posse mari inambulare.

I. Fabula de Dædalo.

Hoc igitur opus est Christi, veri Dei, qui siquidem populo suo viam per maris liquidas strauerit, ea diuidendo, fundum exsiccando, quo iter carperent securi: & si Eliseo magno illi propheræ, quem duplici spiritu Eliæ decorauit, concesserit eodem modo fluenta Iordanis transuadare diuisis in vtramque partem aquis, & calle siccato, quo transiret, vt olim tempore Iosue populo magno miraculo indulserat: Verumtamen sibi reseruauit, & nouo testamento hoc prodigium, maris vndas calcare: vt licuerit Dauid occinere, Apostolos qui hoc viderunt, vidisse Dei mirabilia.

Secundum; voluit nos reddere securiores, ne tempestatibus aut aduersitatibus terreremur, eo quod pro beneplacito suo posset nobis auxiliari. Nullus datur locus ab omni auxilio magis destitutus ipso maris medio, quando circumquaq; ventis cymba impugnatur: cælum desuper obtegitur nubibus, tonitrua emittit, terret fulmine & radiis, æstuat deorsum mare vt olla feruens, ex imo prosiliunt vndæ in nauim irruentes, instar tormenti bellici. Ex omni parte perflant, vt bombardæ, turbines; impetum facientes: quid rei misera nauicula aggredietur, quibus sibi succurret? quo se vertet? quis medebitur eius? Hic vbi nullum fugiendi præsidium, porta patet Christo, & per aperta & hiantia maris ora ingreditur, sicut per lateritium stratum, idq; tã quietus, quasi per Lithostrotum. ne timeas, charissime, quamuis libet te tribulationibus fleueris circumcinctum, Deo defutura media quibus tibi succurrat & liberet; & quo tibi remedia apparent impossibiliora, eo illi sunt in tui solamẽ faciliora. *Dominus enim prope est, nihil sollicitisitis,* monet D. Paul. Licet tam alto fluctueris mari, vt omni videaris destitutus remedio, sicut qui pelagi iactatur tempestate iam periturus, & quocumq; te verteris, non solũ spes nulla fulgeat auxilii, quinimo mare tibi fortissiũ insset contrariũ scito, quia prope est Dñs, qui te videat, & in ictu

40 II. Deo semper est fidendum

Ad Phil. 4. 6.

oculi tecum est, vt dexteram porrigat, tempestatem sedet, quæ tibi mortis incutit metum, quantum libet illa sit æstuosa.

In Psal. 144.

Tertium indicat, quod Christus festine & accelerato gressu accesserit illis auxiliaturus. *Venit ad illos ambulans super mare.* Vt intelligas doctrinam Diui Aug. siquidem Deus te pressum tribulatione deserit, hoc esse scias necessarium ad tuæ superbiæ depressionem, ad culparum purgationem, & vt ampliorem mereaberis coronam, verumtamen quando remedii tui aduenit hora adest, & eo maiori accurrit diligentia, quo fuit mora protensior. Febribus æstuas (ait D. August.) siti aresceis, aquam poscis; quandiu differt medicus amicus vester, tibi eam concedere? toto eo tempore, quo tibi conducit eam exspectare, Rogas, Domine Doctor; aqua; siti aresco; respondet; Non est adhuc tempus; consumi debent prius humores illi, febris deferuescere, quod si eam modo concederem, de nouo reaccenderetur. At quando adest hora opportuna leuandi sitim, & tempus congruum bibendi, quam velociter accurrit, quam diligenter? Ferte ninem, refrigerate, cito, porrigite vasculum, date saccarum; nec tanta tu aquæ calicem sumis voluptate quanta ille tibi eam porrigit. Hoc agit Deus, & hoc indicauit, quando populum suum eduxit de Ægypto; augebatur in dies magis ac magis populi afflictio, ipse vero differebat, nec tantum horis, diebus, aut mensibus, sed & annis plurimis; sic enim multiplicando populo congruebat, & ad Dei spectabat, gloriam. Clamabant illi, tacebat Deus; nondum enim erat tempus. Quando vero aduenit, apparet Moysi in rubo ardenti cuius flammæ in cælum ferebantur, & horrendos edebant fragores. Accedit Moyses; videamus quid hic rerum? Loquitur Deus, ego sum, qui *Audiui clamorem populi mei, & descendi, vt liberem eum.* Ad quid igitur ignis? vt significet diligentiam & festinationem. Nullus datur motus acceleratior, aut velocior, motu ignis.

III. Deus accurrit diligenter.

Exod. 3. 8.

Sume experientiam in tormento bellico, licet ferreus globus tanti sit ponderis, illum summa tamen explodit celeritate. Addisce hoc in istis cuniculis, vbi accenso puluere tormentarii vase, eum nec montes, nec rupes possunt comprimere, omnia euertit. Ob hoc, vt significaret Dauid qua diligentia accurrant serui Dei & Angeli, ad eius perficiendum mandatum, illos describit vt flammam ignis. *Ministros suos flammam ignis.* Nolo te ignorare, charissime, quod si differat Deus, ratio est, quia sic tibi conuenit & nondum venit hora eius; crede, quod si moram fecerit, hoc ideo fieri, quia tibi hoc necessarium iudicat, vt patiaris, & quia propria tu voluntate non assumis pœnitentiam, eam ipse sua manu tibi imponit: & commodo tuo est, superbiam tuam refrænare, mortificare petulantiam, excitare obliuionem, negligentias prouocare: quando vero tempus aduenerit, accurret celerrime, & non minore voluptate porriget tibi manum suam quam tu eam recipies: exspecta eum patienter. In veteri tabernaculo voluit sibi sedem super alas Cherubim, hic erat eius locus: vt noueris quod si distulerit, non ideo esse, quia modo tibi non valet succurrere, sed quia saluti tuæ expedit calamitas, quam pateris, & quando venerit hora eius, volando accelerabit. Deinde cum tanta sit nostra diffidentia, nos per prophetam Isaiam reprehendit: *Audite me duro corde &c. Prope feci iustitiam meam, non elongabitur, & salus mea non morabitur.* Prope sum in tui salutem, non tardabo ne ad punctum quidem, quando suadebit vtilitas.

Psal. 103. & Hebr. 1. 17.

Isa. 46. 13

Quartum. Nota hæc verba, *Quarta autem vigilia noctis, venit ad eos ambulans super mare.* Quarta noctis vigilia, dicitur vltima pars noctis, quæ est tertia matutina vsque ad sextam, apparente aurora. q.d. circa finem noctis venit ad eos Domines, quibus verbis nobis vtilissimum datur documentum, ne desperemus animo in tribulationibus, quas in huius vitæ nocte perferimus, quæ quantumlibet durent, cito finiuntur, cum illucescente die, simul accurrat Dominus, adducat malaciam, & naui tribuat quietem & nauigantibus. O quod cordiale tam efficax, tam potens contra omnes angustias, & cordis deliquia, quæ mentem affligunt turbinibus, & ten pestatibus, quæ nos cingunt in hoc æstuoso mundi pelago, paupertas, infirmitas, persecutio; nosce ea omnia cito finiri; cum ad summum, possint nos perturbare, & durare, dum huius vitæ præsentis nox pertransit, cuius dies, horæ & vigiliæ breues sunt admodum. Hoc confortauit cor Dauidis, & animum excitauit, mediis suis in afflictionibus Deo fidere, & nosse non eas esse sempiternas; *Iacta super Dominum curam tuam &c. Non dabit in æternum fluctuationem iusto.* Enucleat D. Aug. hæc verba & totum hunc psalmum ad rem nostram. Se sibi ipsi repræsentat Dauid furiosa inimicorum suorum tempestate iactatum, has enim maiori vitæ suæ tempore numquam non patiebatur, & ad Deum recurrit *Exaudi Deus orationem meam, & ne despexeris deprecationem meam intende mihi & exaudi me.* Audit

Psal. 54. 2.
Psal. 141.

» dit eũ D.Au.& ait *Satagentiũ, sollicitiũ, in tribulatione* (in tempestate maris) *posits verba sunt ista. Orat multa patiens, de malo liberari desiderans.*
» Audiamus (inquit D. Aug.) ipse namque declarat, qui sint illi venti furtosi, illam qua premebatur, excitantes tempestatem; audiamus illum, & ex illo nos discamus; qui tempestatibus iactamur periculosis. *Superest vt audiamus, in quo male sit, & cum dicere cœperit, cognoscamus ibi nos esse, vt communicata tribulatione coniungamus orationem. Contristatus sum, inquit, a tribulatione mea & conturbatus sum à voce inimici & à tribulatione peccatorii.* Heu mi, Domine Deus, quam afflictus gemo, & in exercitatione mea contristor, flant venti repugnantes verborum & opprobriorum, quæ contra me iactant inimici, mille falsos subornant testes, per rempublicam evulgant me malorum omnium causam. Hoc est, *Declinauerunt in me iniquitates.* Omnes, vt venti tempestuosi, me impugnant quærentes occasionem, qua mihi molestias pœnasque moliantur; *Et in ira molesti erant mihi.*

41 » Videtur mihi (ait D. Aug) nauicula tempestate quassatus, quam repugnantes sibi inuicem venti commouent, quidam hinc quidam inde perstrepentes. Propriis eum fratres vilipendunt.

IV. Dauid stem pestas deseritur.

» Socer eius Saul, qui ei in patrem esse debuerat, quo etiam eum nomine appellabat, noctes dies que persequitur. Ziphæi & Ceilitæ quorum erat eum defendere, & suscipere, vertuntur in traditores. Eius ex vtero natus filius Absalon ad eas eum compellit angustias, vt palatio regali excedere, & ciuitate Hierusalem effugere sit necessarium. Subditus eum Semei irridet non solum verbis asperioribus, eum virum diabolicum & homicidam accusans, sed & operibus, puluere & cinere commaculans. Quali nauis hæc commouetur tempestate? O qui turbines tam violenti eam circumcingunt? O quam deperdite eam concutit ventorum rabies, huc & illuc? O quam desolatus hæret quam timidus, quæ submergendi pericula, & amittendæ vitæ anxietas! quam protectæ cordis alæ? *Cor meum conturbatum est, & formido mortis cecidit super me.* An illum vides? Igitur duo (monet D. Aug.) aduerte maxime momenti, quibus possis animo tranquillo & forti perferre tempestates, quæ in hoc mundo tolerantur. Primum; quod in ipsis verbis, quibus ipse suam describit tempestatem, quam patitur, altum declaret mysterium, qua ratione vocet illam tempestatem ab inimicis excitatam, exercitationem; *Conturbatus sum in exercitatione mea*, Vt intelligas persecutiones, aduersitates &c. quas suffers, & in quibus Deus te statuit, seu permittit vt comprehendaris, esse tuæ virtutis exercitium.

V. Cur mali hic viuant,

O Domine, aiunt quidam, cur hic viuunt mali, non enim videntur ad aliud collimare, quam ut bonos persequantur? Ad quid Deus homines seruat incolumes, qui nedum sunt vtiles, sed nec ad aliud vites intendunt, quam vt sint aliis pernicioſi, bonos persequendo, opes eorum diripiendo, honorem commaculando, vitam affligendo? Num scis ad quid? vt vel ipsi conuertantur, vel per eos iustis materia subsit virtutis patientiæ; hum latatis, charitatis, timoris D.i, & continuæ orationis exercendæ. *Vt per eum bonus exerceatur.* Ad quid permisit Deus Herodem, Neronem, Domitianum, Diocletianum; nisi ad exercitium fidei, patientiæ & amoris Dei in martyribus? In quem finem permisit Deus Arium, Macedonium, Iulianum Apostatam, & alios eiusdem farinæ hæreticos, nisi ad fidei Catholicæ virtutem excitandam? *Vt qui probati sunt, manifestifiant.* D. Paul. de quibus alio loco diximus. Modo vero breuiter dicamus & difficultatem hanc enodemus, quam ob causam Deus suos permittat tot iactari tempestatibus, & tandem compertum est, ait D. Cyp. ex quo sumpsit D. Amb. quod nobis cœlum proponatur sub figura coronæ. *Reposita est mihi corona iustitiæ*, etiam hoc omnibus notum, coronam non nisi victoribus dari. *Non coronatur, nisi qui legitime certauerit.* Nec minus verum est, victoriam non nisi præcedente certamine, & post acerbam conflictum posse concedi. Certamen autem nullum est nisi hostes adsint, qui persequantur, impugnent, affligant & ad extrema cogant. Discе, hic in quem finem eos Deus permittat. Discе, ob quam causam diabolo Deus veniam dederit, ut omnia sua tormenta bellica dirigeret in iustum Iob. Discе, cur te premat tempestate paupertatis, infirmitatis, & persecutionis, falsorum denique testium; tum rum ad tuæ exercitium virtutis. Hæc est, ait D. Amb. illa D. Pauli gradatio, dum rationem reddit, cum tempestate iactatus, nedum se affligeret, quinimo exultaret & gloriaretur, hinc enim tam præclare discurrebat: *Gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei, non solum autem, sed & gloriamur in tribulationibus: scientes quia tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero spem, spes autem non confundit.* de quibus alias diximus.

Hoc primum est, vt tibi det vires & animum in tribulationibus, quas pateris. Nihilominus a deo sunt aliquando feruentes, vt eos submergere velle

1. Cor. 11. 19.

2. Tim. 4. 8.

2 Tim. 2. 5.

In illud Psal. 1. Sed in lege Domini.

Rom. 5. 2.

» velle videantur, & eius animo ſitatem deiicere ex eo quod multæ ſint, fortes & prægnantes. Et » ita Dauidi dixero contigiſſe, qui licet prædicta » noſſet optime, nihilominus quaſi deficiens viri- » bus ait: *Cormeum conturbatum eſt in me & formi- » do mortis cecidit ſuper me.* Ob hoc ſecundum » addit remedium, cordiale quoddam animo ſuo: *Pſ.54. 23.* » *Iacta ſuper Dominum curam tuam* &c. *Non da- » bit in æternum fluctuationem iuſto.* Anima mea, » te Domini tui brachiis committe, fortia ſunt e- » nim vt Dei, benigna vt patris, ſecuta vt amici, » proxima vt eius qui in te eſt, & vide, tribulatio- » nem, quam iuſtus in hac vita ſuſtinet, non eſſe » ſempiternam, finem habet, & terminatur, & » vt plurimum, & maximum, tantum durare po- » teſt huius triſtiſſimæ vitæ nocte, nec illa longa VI. Exhortatio ad patientiam. » eſt, cum quatuor horarum vigiliis elapſis finia- » tur, & tum finietur pariter immiſſa veniente » Deo, tempeſtas eoque, perfectâ tranquillitatem » inducente & quietem. Hoc confortatiuum de- » dit electis ſuis, quando nocte paſſionis ſuæ illis » prædixit, ea quæ ſuſtinenda imminebant, tem- » peſtates æſtuoſas, quibus quaterentur; eo quod » omnes malitiæ barathri & mundi, venti tur- » bulentiſſimi in eos inſurgerent, dum eos de ci- » uitate in ciuitatem perſequerentur, contra eos » agentibus, cum Eccleſiaſticis, tum ſæcularibus, » ita vt ad extremas redigerentur anguſtias. *In* » *Mundo preſſuram habebitis* &c. *Abſque ſynagogis* *Ioan. 16.2.* » *facient vos* &c. *Venit hora, vt omnis, qui interficit* » *vos, arbitretur obſequium ſe præſtare Deo.* Verum- » tamen animæquiores eſtote: *Non turbetur cor* » *veſtrum.* Confidite, modico durabit tempore, » & ad ſummum, huius vitæ nocte, ad auroram *Ioan. 14.3. Ho.25. n.33.* » vobis adero liberator. *Iterum venio & accipiam* » *vos ad me ipſum, vt vbi ſum ego, & vos ſitis.* Con- » ſidera illos hoc in Euangelio, qui licet deſpera- » ta iactentur tempeſtate breui tamen liberantur; » Cum *circa quartam vigiliam noctis venit ad illos.* » Materiam hanc proſequemur infra.

§. 14. *Dum ſperant Apoſtoli remedium, auget illis Chriſtus formidinem, & credunt phantaſma eſſe. Hic eſt effectus tribulationis.*

Mat. 14. 42 VIdent Apoſtoli Chriſtum venientem ſuper mare, *Et exiſtimauerunt: phantaſma eſſe, & exclamauerunt.* Acceſſerat illuc ante auroram, detegunt inter noctis tenebras ſpectrum ſuper vndas, excitatur in eis nouus timor, quia illis videbatur, hoc, quod conſpiciebant, magnum eſſe phantaſma, & denuo horrore concutiuntur, ita vt, non tam eos tempeſtatis vrgeret periculum, licet extremum, cum iam ſe iudicarent fluctibus abſorbendos, & procellis pelagi demergendos, quam huius viſionis aſpectus: quocirca ad inuicem conuerſi & nimio timore compreſſi, vociferari cœperunt heu heu, quid hoc? Magna hic latent ſacramenta. Primum, quod notat D. Chryſoſt. Deus clementiſſime, quid hoc? extremam patiuntur calamitatem, qua eos ſubmerſionis tenet periculum: a- nimis deficiunt, ſtupent manus iam longo & difficili remigandi labore laſſatæ contra tutentes Oceani proceſſas; de manibus tuis auxilium anheli præſtolantur. Et nedum illis, manum non porrigis, ſed quando tua iam præſentia liberari eos conueniret, auges tribulationem, & duplicas calamitatem? Quis dixerit hoc eſſe medici beneficium, ſi te tota nocte laborate permitteret graui compreſſum colica, ipſe interim te ſpectaret patientem; & quando ad auroram, tandem diu expectatus, te accederet, ſe horribili forma transfiguratum oculis tuis obiiceret, quo tibi & pœnam & dolorem duplicaret? Ad quid hæc veniſti? ſcito, reſpondet D. Chryſoſt. hunc eſſe Dei morem, vt multoties cum homo tribulationibus opprimitur, & remedium poſtulat quando iam illud ſe habiturum ſperat, & omni ſe anguſtia liberandum, non tantum non aufert dolorem, taut triſtem exhilarat, ſed nouam & grauiorem ſuper addit aduerſitatem; quia ſic ſuadet ſalus, & per hoc patientiam quærit exercere, & experiri quam dextere fidei baculo viatur, ſpei iactat anchoram, ſe humiliet vt dicat; *Maior eſt iniquitas mea.* *Hes. 57. in Matth.* *Gen. 4.13.*

Propone tibi Iob (ait) Immittit illi Deus tribulationes multas & graues opera diaboli, auferit illi camelos, oues deprædatur, domum diruit, filios interimit, omnia eius bona demolitur; quid Iob? ſentit hanc calamitatem, ad Deum recurrit obſecrans remedium: veſtes præ dolore diſcerpit, pronus in terra rogat Deum, vt ſuccurrat: quid vero Deus? quando videtur, quod illi dexteram porriget, & mœſtum ſit ſolaturus, inſuper eum valetudine priuat, horrenda perfundit lepra. Recurrit modo Iob ad ſterquilinium, hoc ſibi erigit in oratorium; quia ſancti in cinere ſedebant, vt a Deo remiſſionem obtinerent, & diuinæ Maieſtati ſupplex factus, orat, vt tantis malis medeatur Domi- I. Sancti dum ſperant in tribulationibus ſubſidium grauius exercentur.

Domine, miserum me, perdidi bona mea, filii præfocati domus ruina, mea languet sanitas, adempta est vita: succurre mihi. Quando post hæc affuturum sibi sperat Deum: En eius vxor, quæ virum irrideat, adsunt amici qui linguis suis cor eius transfodiant, vt iam, non de demptis opibus, non de amissa valetudine queratur, sed præ cæteris doleat ob factas sibi ab illis, & illatas iniurias. *Cum tentationi finem allaturus esset* (inquit D. Chrysost) *Tunc molestiora fieri permisit.*

D. Chrisost. T. 2.

1243 Quid igitur, Domine, siccine tuis occurris electis: multiplicas labores nouos & maiores immittis eo tempore, quo magis de tuo confidebant auxilio, in iis quæ tristes patiebantur? Considera Iustum Iacob: quia matre autore perficit id quod fieri vult, quo sibi patris benedictionem procuret, ecce quam læua contra eum insurgat procella persecutionis per fratrem excitata: fugit, profiscisitur in Mesopotamiam, ad domum auunculi sui Laban secedit hospitaturus, & dum ibi se in portu credit, finiendes labores, en trucior exoritur persecutionis rabies, Nam Laban proditorem agit, eum occisurus insequitur Nepoticida: coniobrini hostem induunt, & modo hic plura occurrunt formidanda, quam quæ primum, vt grauia, exhorruerat. Conuertitur ad Deum per preces, per lachrimas, per suspiria, vt Oleas testatur: aux Ium in tam seuera & dura tempestate mendicatrdum de Dei manibus hoc confidit, aduertit, illud ipsum, quod sibi saluti fore crediderat, mutari in terribilem & monstruosum gigantem, & se in periculosam coniici luctam qua finita, dum integram exspectat liberationem, tangitur femoris eius nerus, & claudus relinquitur. *Quando de peregrinationis afflictione Iacob liberatur, maior tribulatio accidit*, inquit D. Chrysost. Erat Ioseph eleganti forma gratior, instar aureæ pini: fratrum eum ægerrima dilaniat inuidia, & tantis agitat procellis, vt puteo frattem demergant. Ismaelitis diuendant, de terra Chanaan exulem in Ægyptum eiciant: in domo Putipharis vile mancipium sistatur. Quando Deum suis condolentem afflictionibus autumat, & breui sperat seruitute liberandum: ita res agitur, vt venustissimus iuuenis maiori inuoluatur tempestati, dum Dominæ suæ mendaci traditione carceri mancipatur & ad eas redigitur angustias quæ illi cor exedant: *Humiliauerunt in compedibus pedes eius, ferrum pertransiit animam eius.*

D. Chr. T. 2. loc. cit.

Simili modo tecum agit Deus: filium tuum morbo grauari permittet: orationes fundis, ad Deum recurris, & dum filium ab infirmitate releuandum confidis: ecce maritus lecto decumbit æger. Quid hoc iterum Domine? Num meæ tribulationis remedium, illius est augmentum? Plurimum anxiaris, ne tibi magna pars pereat diuitiarum, & dum tibi reconcilias Deum, auxilii indigus: conquereris tibi litem moueri, in id quod reliquum superetat, Ne hoc in pejorem partem acceperis, monet D. Chrysost eo enim modo Deus iustos excipit. *Cum pericula euasuri sunt, tunc vt maiora mereantur, maiora inferri permittit certamina.* In maius electorum suorum hoc ordinat emolumentum. In domo Dei ad altiores gradus, per maiora certamina deuenitur: quos in ea præ cæteris vult promouere, his grauiora immittit pericula: quocirca ne te affligeris: quia sicut auaro nulla gratior voluptas, quam si habita lucri occasione, ei & alia maior offeratur, ante quam prior terminetur. Idem iudicium sit de sanctis, qui apprime nouerunt occasiones aduersitatum esse vera animæ lucra, quanto sunt hæ grauiores, tanto spes est ferentior, & cum Iob inquiunt: *Etsi occiderit me, in ipso sperabo.* q. d. quo acerbior mea calamitas eo mea est fiducia securior.

D. Chr. Iob. 13. 16

1244 Perpendit D. Chrysost secundo, defectum Apostolorum quem graphice exprimit Euangelista, quod attoniti, & rationis expertes: *Non intellexerunt de panibus, erat enim cor eorum obcæcatum.* Iam paucis elapsis horis, quibus hoc miraculum contigerat, quo Christi potentiam luce meridiana clarius agnoscere potuissent, eos adeo conturbatos videmus, vt nec eius recordentur, quod paulo ante propriis manibus contrectarant, quando aduenerit dies agendi de miraculo illo, videbimus, quid Dominus egerit, vt viuificaret & roboraret suorum fiduciam, sibique certo persuaderent, quod ipsis nunquam deesset, & quid illis tempore necessitatis foret agendum, nimirum, vt oculos suos conicerent in potentissimas eius manus. Ob hanc causam illos tunc tentauit, interrogando: *Vnde ememus panes.* Et in eorum oculis sumpsit in manus suas panes, & quantam haberet eorum, qui se sequebantur, curam palam ostendit, demonstrans diuinam potentiam, qua manus suæ præstabant. Cum viderunt illud, quod vidérunt, & hoc audierunt, quod audierunt, & post hoc immediate, & subito eorum excæcatur intellectus, vt nec aduertant, nec considerent, nec vtantur iudicio, nec discursu, qui adeo se eorum manibus in ge-

Ho. 51. cit Marc. c. 6.

Ioan. 6.

rebat; qui nos nauim ascendere coegit. erat præceptor noster, cuius potentiam, modo vidimus oculis nostris: nauim ascendimus, vt eius præcepto obeditemus: non dubitandum, ne nobis desit, si eum inuocemus; & tota fiducia rem ei committamus. Nedum hoc faciant; quin & videtur eorum cor excœcari, ratione priuari, & quasi eorum oculi obuelari: *Erat enim cor eorum obcœcatum.*

Ho. cit.

II. Fiducia, de diuino subsidio in tribulationibus.

Hic communis est defectus, (inquit Diuus Chrysost.) etiam in seruis Dei, qui tribulationibus circum vallantur, quod ut animi hæreant, vt ne hac quidem ratione considerent, quod illos tutos reddet, si cogitatum suum iactent in Domino, & attendant, quod, qui eis hoc periculum immisit, non tam sit immitis, vt eos in illo perire permittat, & qui in eorum gratiam multo fecit maiora, ipsis non rogantibus: non deerit in minoribus, si ad illum recurrant. Moyses qui tanta Dei vidit miracula, propriis manibus suis peracta, quando defuerunt populo ad vescendum carnes, quas ille desiderabat, dum præ oculis non videret, quas illis ministraret, diffidit, vt nec iudicio vteretur, aut recordaretur eius, quod paulo ante ipso cooperante Dei fuerit operata potentia, ac proinde necessarium fuerit, a Deo vt diffidentem reprehendi. Quis spectet Diuus Petrum (ait Diuus Chrysost.) qui in se ipso Christi potentiam in hac tempestate experiebatur, qua solo Dei fultus verbo, tanto roboratur auxilio, vt super aquas gradieretur, fluentes calcaret vndas, pedibus marinos vortices protereret, vt ante diximus, nihilominus, cum vidisset ventum validum, sibi minitantem, nescit confidere, quamobrem spectante Christo ad ima demergitur. *Quod maius erat, super maria scilicet de nauigio confidenter descendere, magni animo fecit, vt autem ventorum, quod erat minus superatus timuit.* Nec obstupescas (ait) hæc nostra est miseria. *Natura quippe humana hæc conditio est, vt difficilioribus nonnunquam superata succumbat in minoribus.* Hoc tibi quotidie contingit; Peccatis grauaris. Vides te tantis aduersitatibus premi, vt non sit qui te his eripiat, nihilominus, fidei oculos aperis, & peccatorum remissionem, mediis sacramentis speras, & quod dabit Deus tibi, gratiam suam, suam misericordiam, quinimo & seipsum, & omnes diuitias & cœli vitam in Venerabili sacramento. Hoc credis, de hoc libenti animo confidis, securus, & absque vllo dubio, nihilominus dum tibi cernis deesse panis frustulum, nec scias vnde conquitas, turbaris, nec fidere Deo nosti, demergeris infirmitate debilis, laboribus huius mundi lassus: venti leuissimi flatu excitatus, eo quod alter tibi verbulum improperauit, mordax, horrore concuteris, & viuæ fidei deficit tibi donum, ad ima demergeris, qui te non possis sustentare. Dicto mihi, quid pluris refert, Dei gratia, an frustum panis? verum maiorem requirit potestatem, dari tibi quatuor alles terræ breui perituros, an cœli diuitias? virtum præcellentius, animam tuam diaboli catenis absoluere vel infirmitatibus corpus liberare? Patet omnibus responsio, & nihilominus in illis confidis, speras, fide discurris, spem e igis, in hoc vero tuus obcœcatur intellectus, nec proponis hanc expendere rationem, quam tibi Christus dixit: nunitum quod, qui tibi maiora concessit, concedet & minora, & qui tibi proprium propinauit cordis sanguinem, domus tuæ non negabit puluerem; & qui tibi inspirauit animam, quæ toto mundo pluris valet, non tibi in frustulo panis deficiet, & qui tibi corpus adaptauit, quo vestiat animam, non tibi negabit panni, quo corpus contegas assumentum. Hæc nostra est misera sors, nobis intellectum obcœcari, & tribulationem irruentem, esse vt pelum quo visus obvelatur, & catenas, intellectus discursum vincientes.

Num. 11.

D. Chry. T. 2.

Consideremus tertium, illud, in quo Apostolis remedium parabatur, illis penitus non videri, & censent esse phantasma, quod illis horrorem incutit, & in has voces compellit, *Phantasma est.* Erat autem Christus e rum liberator: & sic res se habet, quod cum obcœcatum haberent intellectum nec discurrerent, pro vt decebat, aduenit Christus inter densissimas noctis tenebras, quasi coopertus illis, *Posuit tenebras latibulum suum.* Vnde & illum minime agnouerunt, & cum illorum esset vnica salus, eum, vt supremam ruinam exhorrescunt. Quoties in salutem vestram adest Deus, sed coopertus infirmitate, quæ te ab illo concubinatu detineat, in quo iam a tot annis vixisti libidinosus, tu vero eam contuens, horres, times vociferaris: *Phantasma est.* Quoties ad tuam deprimendam superbiam, permittit Deus quandam ignominiam, quæ tibi ab eo infertur, à quo tibi minus censebas cauendum; tibi vero mors tua videtur & perditio, vnde & inclamas: *Phantasma est.* Quoties aufert Deus adolescenti sanitatem, vt dum corporis perdit salutem animæ recuperet: ille vero iudicat, hanc esse eius

III. Videre tribulatos homines horrendum esse phantasma. *Is. 47. 12.*

eius ruinam, vnde & conqueritur. *Phantasma est* Quoties eripit diuiti Deus opes largissimas, quibus mille patrabat insolentias: parentibus filium, eorum causam condemnationis, matri filiam, ob quam infinitis torquebatur curis, & contristi lamentantur: *Phantasma est.* Vtinam oculos aperires: quam feliciter Iesum inuenires, salutem tuam, ecce venit diuina eius persona abscondita & tenebris latuata. Accedit iuuenis Tobias ad ripam fluminis Tigridis, & ecce prosilit in eum piscis quidam immanis, qui terrore nimio perculsus, ad Angelum conuertitur. *Heu, Domine inuasit me.* Ne timeas, hic enim tuum paratur remedium, tibi & patri tuo in cœcitatis oculorum eius medelam, & fugam dæmoniorum: *Apprehende branchiam eius, & trahe illum ad te.* Videto, quia hic bonum quod prætendis præmanibus est. Quoties male iudicas, occurrere tibi draconem, qui te deuorandum inuadat, & timidus inclamas: *Inuasit me.* En Domine, seruum, disciplina, vigiliæ, tunica de iuncis & catenæ corporis, & cilicium deuorant me. Heu Domine mi, paupertas, indigentia, necessitas, absorbent me. Eia age charissime. *Apprehende branchiam eius:* attrahe eum: hic enim tibi & remedium & salus tua præparatur. Adest Angelus D. Petrum carcere soluturus, ille vero: *Existimabat se visum videre.* O Sancte Petre, non est hoc phantasma in tui detrimentum, minime, sed Angelus Domini est, in tui liberationem & consolationem missus; & ad hoc venit a Deo missus, vnde & vocatur: *Angelus Domini.* Angelus Dei est infirmitas tribulatio, pœnitentia quam existimas esse phantasma.

Tob. 6. 3.

Act. 12. 9.

§. 15. *Vno* Ego sum, *illis dat fiduciam. Tenet illam, qui in eius gloriam se tribulationibus exponit, quem in illis Deus non deserit, vt diabolus mundus & caro.*

Ps. 46 DOminus, qui eos vidit adeo turbatos, anxios, & timore attonites, nauiculæ approximat & ait: *Confidite, ego sum nolite timere.* Non est modo locus hæc verba ponderandi: quæ profundissimam comprehendunt Theologiam, quibus Christus declarare voluit se esse verum Deum, proprio Dei nomine se appellans: *Ego sum*, quod tantam præbet materiam philosophis & Theologis disputandi. Breuiter dico, voluit illis Deus auferre metum. Primo, dum suam illis offert diuinam essentiam. *Ego sum*; quo significat, ait Diuus Augustinus quod *Maior est aduitor, quam oppugnator.* Qui pariter perpendit illa verba Dauidis: *Sperent in te, qui nouerunt nomen tuum.* Alludere eum dixero ad illud quod Moysi, cum Deo contigit, quando ei commissionem illam iniunxit, tot tantisque difficultatibus inuolutam, vt, ad sedandum & leniendum cor eius & omnes iam superatas crederet difficultates, ei dixerit. Noli timere, num seis, quis ego? *Ego sum qui sum, sic dices filiis Israel: qui est, misit me ad vos.* q. d. Ego sum ille qui sum, significare voluit, dicit subtiliter vno verbo Caietanus, hoc quod Sancti millè doctissimis disputationibus proloquuntur. *Ego sum sons essendi*; (Hoc est, *qui est*) ita vt omnia quæ esse habent, ex me procedant, de me pendeant, multo magis, quam de sole lux. Si cœlum moueatur, sol illuminet, terra stet immobilis, stellæ influant, ignis calefaciat, venti perflent, aquæ alterentur, arbores fructibus onerentur, flumina currant, Reges regnent, gigantes toborentur, leones viuant, serpentes repant; hoc quidquid est, ex me dependet; ita vt, subtrahente me, vel ad momentum, manum, omne fortissimum & potentissimum & pulcherrimum in nihilum decidit. Quocirca, dum me apprehenderis, non est quod timeas: nec enim mordere potest fera, nec aqua submergere, nec ventus turbare, nec tempestas commouere, nec infirmitas accedere, nec mors confligere, ipsi ad hoc vires præstitero. Dilucide hoc psaltes Regius intellexit. *Si ambulauero in medio umbræ mortis, non timebo mala: quoniam tu mecum es.*

Huic innititur securitas & sanctorum consolatio in maioribus suis tribulationibus, quando extremis anguntur molestiis, & ad rem optime, id declarat Dauid quem congrue expendit Diuus Athanasius in quo Dauid Deum vocat dominum virtutum: *Dominus virtutum.* Incipit psalmus nomine iustorum, qui voce præconia declamant, quam tuto sine mali suspicione, inter procellosos Oceani fluctus viuant securi, dum se diuino sentiunt auxilio consoueri *Deus noster, refugium & virtus, aduitor in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis.* Prosiliunt aliquando ex aduerso tribulationes, quando minus illas timemus, adeo prægnantes, vt omnem remedii aditum excludere videantur. Hoc est, *Inuenerunt nos nimis.* Dum se illis iusti ad extrema

Exo. 3. 14.

Ps. 22. 4.

47 Ps. 45.

Epistola ad Marcel.

Ps. 45. 1.

trema redactos sentiunt, haud timent; Deum enim vt refugium, habent; quod si fortior instet aduersitas, fortior illa creditur Deus, quo se munitos tutosque lætantur. *Deus noster, refugium & virtus* &c. *Propterea non timebimus dum turbabitur terra & transferentur montes in cor maris.* Non timebimus, licet subsiliat terra, montes commoueantur, & erigantur vt capitibus nostris incumbere velle videantur, licet adeo feroci rugitu tonet pelagus, vt undis suis æstuosis metum incutere vel ipsis scopulis ad litus dixeris, quos deiicere, confringere, & in profundissimum Oceani demergere putaueris. *Senuerunt, & turbatæ sunt aquæ eorum conturbati sunt montes in fortitudine eius.* Legit Diuus Hieron. *Sonantibus & intumescentibus gurgitibus eius, & agitatis montibus in potentia eius.* In his timendis periculis, & intumescentibus gurgitibus; manent iusti quieti, excitati, securi, diuini auxilii torrentibus inundati. *Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei.* Et quid est, quod eis tot aduersitatibus pressos tantam ingerit alacritatem, quietem, securitatem? quod intelligant, quod *Dominus virtutum nobiscum, susceptor noster Deus Iacob.*

D. HIER. *Epist. 136. Tom. 2.*

Aduertit D. Hieron quod Deus ex decem sibi propriis nominibus; quæ nobis in sacra scriptura occurrunt, frequentius vtatur illo, *Dominus virtutum*, & inquit, vbi Septuaginta transferunt: *Dominus virtutum*, Hebræi legunt, *Dominus sabaoth*, quod est, *Dominus exercituum*, vel vt transtulit Aquila: *Dominus militarium.* Et bene declaratur, si dicamus Dominus virtutum & potentiarum, quo eum nomine Mardochæus appellabat. *Omni potentatui dominans.* q. d. non est cur timeamus, nec commoti maris vndas horribiles, nec grauissimos montes, licet insurgentes & capitibus nostris comminantes, nec acutiores morbos, nec ipsam mortem, licet præ oculis eam spectemus, nec potentissimos hostes, nec vltra mensuram prodigiosos gigantes, nec ipsos diabolos. omnis enim pelagi tumultus, tempestatum turbines, infirmitatum acerbitas, & mortis horror, & quidquid illud sit, à Deo dependet, & tantum possunt, vel tantum operantur, quantum illis Deus & concedit, & permittit: & hoc nobis constat, quod minime illis permittet, exercere in iustos suas vires ad eorum detrimentum: illos enim in suam recepit curam, magis quam piissimus pater dilectissimos sibi filios, *Dominus virtutum nobiscum* &c. Dum adest vobis Deus, dum ait: *Ego sum nolite timere.* O Christiane: Aduersitatibus anxiaris, insurgit in te mundus, vndis æstuosis pauperatis gemis absorbendus? O modicæ fidei: quam te tua ad terram deprimit infirmitas? O puella affligunt te paupertatis angustiæ? O vir vxorate, quam te mulieris, filiorumque, & modicæ substantiæ agitat tempestas? Vide, Christum tibi aduoces, peccata tua confitere, eorum age pœnitentiam: sume digne sacratissimum Sacramentum: vt tibi possit dicere: *Ego sum.* Gaudebis, in tui remedium aduolabit, veniet enim tibi vnde minus eum speraueras; vires ministrabit, vt æstuosas euincas vadas, & tibi dicet; *Nolite timere.*

Epist. 142. I. Dominus virtutem nomen Deo frequentissimum. *Esther. 14. 12.*

Relicto igitur hoc primo sensu, est enim maris abyssus, ecce alius: q. d. Apostolis: Agnoscite, charissimi, quod *Ego sum, nolite timere*, an nomen meum ignoratis? quod est: *Aduitor in tribulationibus? Ego sum;* qui meis non desum, *Ego sum;* qui illis in tribulationibus adsum, quas in mei gratiam suscipiunt: *Ego sum*, qui eos apertissimis in periculis non deseri, quibus in meum obsequium constituor. Hinc patere voluit, quam dissimilis sit eius conditio dæmonis, mundi & carnis conditioni. Omnes hi tribulationibus opprimunt sibi seruientes, sed non est quod putes, quod illis succurrent, quandò angustiantur quimmo illos & pati & perire permittunt ingrati. Hoc dæmonis opus est, qui te mille peccatis obruit, & Dei offensis grauat, porro dum stimulis pœnitentiæ & turbinibus in hora mortis agitaris desperabundus, dicit illi, vt te adiuuet. Parum est, quod non adiuuet, imo ipse est qui acerbiores tibi addat angustias, & in desperationis barathrum agat præcipitem; ipse qui titulo & ipse veniæ, te ad peccatum induxerat. Ipse est, qui præclarum illum sacerdotem magnum Iesum, filium Ioledech ad parum honesta perduxerat, titulo facilis misericordiæ, quibus iam implicato, nedum non adfuit auxiliator, sed insuper in eum ferox insurrexit accusator, a Deo postulans iustitiam, vt eum pro demeritis castigaret. Hoc ipsum spiritu prophetico vidit Zacharias vt ex professo alias exposuimus. *Ie. Zach. 3.* *Iesum indutum vestibus sordidis, & Satan stabat a Trad. 13.* *dextris eius, vt ei aduersaretur.* Hac conditione notatur, incitare te ad peccatum sub titulo quod leue quid sit, & Deum esse misericordem; & quo momento te cernit peccatis inuolutum, contra te coram Dei tribunali vociferatur fiscalis, ubique aduersarius. Mundus autem, quibus

49

bus te non exponit periculis, vt honorem sartum tectumque conseruet, familiamque illustrem? ita vt tantis te opprimi calamitatibus ingemiscas, vt quo te vertas, ignores. Ne credideris, quòd tibi medelam ferat, quinimo respondebit ingratus, quod olim sacerdotes templi proditori Iudæ, postquam illum in irreparabilem suam impulissent ruinam, & jam remedium tanto malo petiturus aduenerat. *Quid ad nos, tu videris.* Demum ipsa caro, quæ tantis te deprimit calamitatibus, vt noctibus obambules in salutis tuæ detrimentum, & bonorum dilapidationem: die illi vt te adiuuet. O mula proditoria, qua perfidus vehitur Absalon, quæ eum in malas auehit aues, & à quercu suspensum deseret, vbi malè faustus æternum perituros perfodiatur. Hæc est caro tua. *Equi eorum caro,* & ipsa te ad domum vnius & alterius deducit, ad epulas, ad choreas, ad delicias, quibus tandem miser suspenderis, bonorum inops, salute priuatus, pedibus tremulus prœda diaboli. Hoc eius opus. Porro Deus, non sic: ipsi proprium est, illis auxiliari, qui in eius honorem se periculis exponunt, illos ex præsentissimis angustiis eruere gloriosos, quo potentissimi brachii sui vires ostentet, prodigiorum mirabilium inimitabilis operator. Populum suum dura Pharaonis eduxit seruitute, quâ in Ægypto affligebatur, in manu potenti & brachio excelso. Proficiscuntur primo itinere diurno de Ramasses in Socoth, de Ayram in Etham, vlterius quærunt progredi per solitudinem Etham. Vocat Deus Moysen, ei præcipit, vt deducat populum, & reuertantur paruo tractu post Phihahiroth, quæ erat instar vallis inter Magdalum & Beelsephon duos altissimos montes, ex opposito maris rubri. Celsissime Deus, quid agis? hilares proficiscuntur, festino gradu, paulatim Ægypto excedentes, & præcipis, vt retrocedant. Si vero hæc mens tua sit, cur eos præcipis sistere inter duorum montium angustias ex oppositio maris, si forte illuc iter suum carpat insecutor Pharao, nulla illis fugiendi datur aperta janua, nisi sese in mare dent præcipites? sic contigit: cum enim nouisset Pharao ad eas populum reductum angustias, constituit illos insequi, & ex parte terræ illos oppugnare, sibi persuadens, illos ex parte maris non posse fugam capessere, & ad hoc conflauit numerosissimum exercitum ex omnibus Ægypti præsidiis, cui se celeres & parariissimi sociarunt Ægyptii, & id (Notante Ruperto) eò magis quò viderent, eos segere, quos seruos subiectos habebant in suum obsequium, deinde lugerent sibi ab Israelitis. vasa quæque pretiosissima auferri, quæ illis tantummodo commodauerant, & illusos se modo stomacharentur,

Matt. 27. 4.

Isa. 31. 3.

Accurrit Pharao militum electorum acie instructus, eum Israelitæ percipiunt, ex terræ latere progredi: illi duorum montium angustiis concluſi. Hinc Pharao procedit, illinc feruet mare; diffidunt, se jam inter mortuos reputant; & gemitibus inenarrabilibus suum deplorant exitium. Væ nobis, an non melius fuisset nos viuere sirnos, in Ægypto saluos & incolumes, quàm liberos exire, & crudeli nece cunctos deperire? Si nos Deus morti destinauit, vel vt nos Pharao consumat, an non satius erat mori in Ægypto? audit illos Moyses, & re cum Deo communicata ait: O populi Dei electe, quid times? quis te in has adduxit angustias? quis te his concluſit montibus? numquid Deus? Confide ergo, quod ipse tibi auxiliabitur, nec perire permittet: *Nolite timere, state, & videte magnalia Domini.* Sit cordis fides viua, spes certa, estote animæquiores. Hoc est, *State.* Quia sicut inquit Apostolus, id quod cor reddit constans & intimidum, fides est viua, quam secura spes comitatur: *Tu fide stas.* Ne timeas, an non Deus est, qui te eduxit de Ægypto? An non ex eius præcepto, & statuto es egressus? Ipse te videt inter duorum montium concaua concluſum, ab vtroque latere, & inter potentissimos hostes, & mare ex altero latere, vbi nec semitam, nec viam, nec modum videas, vt euadas incolumis: An non suo obedientem imperio, te huc adduxit? Nolite ergo timere: *State & videte magnalia Dei,* quæ Deus pro vestra salute & libertate operaturus est, qui vobis tacentibus & quiescentibus, per maris profunda viam aperiet, & cantantibus vobis, ipse manum extendet, qua contra tam numerosum exercitum & crudelissimum regem decertet: *Dominus pugnabit pro vobis, & vos silebitis.* Non enim sinit Dominus, quando electos suos tribulationibus supponit, eosdem illis absorberi vt pereant, quinimo festinus accurrit licet hoc sit, tam mirabilia efficiendo, qualia sunt sternere per maris profunda viam latissimam, aridam, floribus intextam, vt eam describit Spiritus Sanctus.

Exod. 14. 13.

Rom. 11. 20.

Ob quam causam sedet Iob in sterquilinio, direptis opibus, interemptis filiis, diruta domo, valetudine de perdita, vt quid caro eius vulnerum congeries putredinis & vermium colluuies opprobrium ipse amicorum, propriæ vxori factus in parabolam? In Dei obsequium, & fidem

quam ei debebat, conseruandam. Ne velim credideris, quod, illum deseret Deus, sed dum id minus suspicantur hi, qui eum affligunt, adest auxiliator, & in eius sumit arma, defensionem, arguit eos, qui innocuum irridebant, intungit, vt delicti veniam postulent, omnia in duplum restituit, quæ illi dæmon abstulerat, & maiori gloria, ac diuitiis, quàm vnquam habuerat, Iob præfulget illustrior. Quis te, o castissime Ioseph hoc detinet ergastulo recluſum, inhonoratum, infamem, afflictum, mille timoribus & anxietatibus interceptum? Dei obsequium, qui vtique prouocatus eum offendere, recusauit. Confide igitur, non te derelinquet, & tantà tibi potentiâ succurret, vt dicere Sapiens possit: *Hæc venditum iustum non dereliquit, sed à peccatoribus liberauit eum, descendítque cum illo in foueam, & in vinculis non dereliquit eum donec afferret illi sceptrum regni, & potentiam aduersus eos, qui eum deprimebant, & mendaces ostendit, qui maculauerunt illum.* Sap. 10. 13.

℣. 49 O piissime Tobia, quis te cœcum affligit, tenebris immersum, & tristi mortis vmbrâ gementem, ab vxore scommate delusum, ab amicis spretum, multis repletum miseriis? Dei honor, & impletio eorum quæ nobis mandat; sepeliendo mortuos, pauperibus fauendo, pupillos defendendo. Securus ergo viue, aderit tibi cœlum, & vnum de magnatibus delegabit, hilarem restituet visum, mœstum solabitur, teipsum honorabit, domui tuæ prospera cuncta adducet, multiplicabit tibi vitæ dies, & implebit misericordiis toto spectante vniuerso. Dicito mihi, o Daniel vir desideriorum, quid te in lacum misit leonum, & sic recluſit, vt quocumque lumina vertis, non nisi feroces & famescentes leones intuea־ris? Eo quod pro Dei honore steteris inuictus. Depone metum; briui tibi aderit eius Angelus, quem ille mittet, qui obturabit ora leonum, & tuis prosternet pedibus vt agniculos, per aeris vacua prouidebit escam, vt totus testetur orbis, Deum seruorum suorum non oblivisci, quo tibi liceat effari: *Recordatus es mei Deus, & non dereliquisti diligentes te.* Dan. 14. 37. O pudica Susanna, quis te publico judicio, vt adulterii ream condemnat, & jamjam trahit spectante mundo lapidibus obruendam, idque tanta velocitate, vt jam lapidum percipias strepitum, quos rapiunt manibus, in te projiciendos? Dei gloria, & quia locum dare peccato recusauit. Eia igitur illustrissima Domina, mulierum decus, cum igitur ita sit: sursum corda & oculos ad Deum erige, confide, quod se tibi non subtrahet, quin & spiritum excitabit vnius juvenis, qui fraudis sit detector, veritatis testis, & sanctitatis ac innocentiæ tuæ præco, idque adeo in tuam satisfactionem, vt totus eam populus intelligat, & omnis pudicitiæ à mundo colàris exemplar. Gloriosissime Paule, quis te coram tam immiti statuit leone, & sæuissima tigride Nerone, vt eus ferocras in fugam compellat omnes commilitones, & tu solus relinquatis? Dei honor & Euangelium. Iacta cogitatum tuum in Domino, nollibi tibi deerit, fauebit tibi, de tempestate eripiet, vt scribere liceat discipulo tuo Timotheo: *In prima mea defensione, omnes me dereliquerunt, non illis imputetur sed Dominus adstitit mihi, & confortauit me &c. liberatus sum de ore leonis.* Hoc Deum tangit, & optimè quadrat, quod cum tu Deo non desis, nec tibi Deus sit defuturus. 2. Tim. 4. 16.

Res est indubia, quoties ob alicuius gratiam aduersitate deprimeris, si sit ille talis, qualem esse decet, eius est, tibi succurrere, liberare alioquin proditor insimularetur, si cum te huic expoſuisset periculo, in eo te desereret, cum posset liberare. Quid agere decet Deum, quando tu vt eius præceptis obedias tribulationibus attereris, egestate, infirmitate? O puella castissima, cui orimentum & esus deficiunt, quia noluisti eum offende e? cor tuum erige, diuinas eius inspice manus & secura crede, quòd, cum in eius gratiam hoc patiaris, non te perire patietur. O Christiane, qui, ne pecces in Deum, sustines paupertatem, opprobrium & iniustitiam: spera ac scito Deum plus velle quid sit honoris, quàm totus mundus; & plus ille desiderat, seruos suos honorari, quàm omnes terræ Principes: confide, quod tibi hotem conseruabit, augebitque magis, quàm vnquam optare potuisses.

Præclarissima sunt hæc Spiritus Sancti verba. *Tristitiam ne des animæ tuæ, & ne affligas teipsum in consilio tuo &c. Et congrega cor tuum in sanctitate eius, & tristitiam longe repelle à te.* Considerat Spiritus sanctus hominem innumeris fractum laboribus, desolatum, fatigatum, suis rationibus & consiliis intricatum; eo quod in omnibus se illi offerunt difficultates. Alter nimia grauatur prole, muliere, domo, honore, & panis est indigus. Quas non cuoluit rationes, si hinc, si inde, ad quem confugiam, quid primum arripiam? ℣. 50 Exhortatio ad fiduciam in Deum Eccl. 30. 23.

Fremit

Fremit alter opprobriis ab alio sine ratione impetitus, consulit secum, quid facto opus deliberans, & in omnibus inuenit inconuenientiam. Luget alter infirmitate pene exhaustus, quasi tempestate jactatus, qui quanto magis remigat, tanto se manifestiori periculo videt expositum, & crescit necessitas, ob quam omni solatio destitutus ingemiscit. O charissime, inquit Spiritus sanctus. *Congrega cor tuum, in sanctitate eius.* Collige illos discursus, illas cordis tui fluctuationes, à quo seu per hanc, seu per illam viam tibi remedium possit aduenire. Videris altera Martha, quia: *turbaris erga plurima.* Luc. 10. 41. *Quid per multa vagaris, ô homo.* Quærit D. Augustin. quid per alienas ædes inquiris remedium inquietus, sed nec vllibi inueniens his tempus tuum teris sine fructu ac cum dispendio? *Congrega cor tuum*; recollige cunctas tuas rationes perpende Deum esse sanctum, justum & bonum, & qui te quærit, te plus amat, quàm tu teipsum, & qui tibi fauebit, quando, vt sanctus euadas, pateris aduersita es. *Congrega cor tuum in sanctitate eius.* Hic sit tuarum rationum ac curarum finis: Deus pater meus est, & pater nemo melior illo Deus potens est, & omnipotens: Deus sanctus est, & infinitè sanctus, ac proinde mecum aget, vt pater bonus, sanctus, potens, qui dum filium videt necessitate obrutum, idque honestam ob causam, aut ob eius impletum præceptum, non ei deest, etiam si bolum ori suo subtraheret.

D. Aug.

Non tibi decrit Deus, sicut nec discipulis defuit, quando enim apertiori & tristiori molestia exanimabantur, illis apparet, accedit, solatur, dicens: *Ego sum, nolite timere.* His verbis Petrum animauit, vt verbo suo nixus maris procellis intrepidus se committeret, & jam submergendum cunctis videntibus sustentat, accurrit, dexteram extendit. Et quid minus agere eum decebat, dum videt Petrum, vt suo obediret præcepto, se pelago immittentem? Gradu tutissimo ambulat S. Apostolus: nam licet dum audit id quod Christus omnibus dixerat, *Nolite timere. Ego sum.* Se præcipitem Oceano dederit, vt ad Christum accederet, ardentissimæ fidei suæ & charitati satisfaciens, qua judicabat, jam mille annos effluxisse, quibus magistro suo abfuerat, nec eum viderat. *Ardentissimo fidei ardore,* (inquit D. Hieronymus) Nec volunt tamen, nec ausus est se mari committere, nisi præcedente præcepto: quocirca ait. *Domine, si tu es, iube me venire ad te super aquas.* Præcipe mihi, Domine, vt me mari tradam.

D. Hier. Tom. 6. in Matth. 14.

Ardentissima Petri fides, qui credit, non tantum Magistrum, vt verum Deum, propria posse virtute maris fluctibus inambulare tutissimè, verùm & aliis quibuslibet, dare virtutem Oceani vndas, firmo vestigio percalcandi. *Eodem fidei ardore, quo semper, credit se posse facere per voluntatem Magistri, quod ille poterat per naturam.* Verumtamen vnum verbum o S. Apostole: quid necesse est, ipse tibi hoc injungat? An non sufficit eum tuis oculis videre præsentem!

An tibi vires desunt, vt propria te virtute mari committas? Duas habuit rationes, vt hoc diceret Petrus, voluit D. Petrus examinate, num qui illis loquebatur, verè Dominus esset, an phantasma, vel spiritus illis adparens, pro vt sibi imaginabantur. Nouerat D. Apostolus altissimæ Theologiæ doctrinam: solum esse Deum, qui potestate vigeat, vt efficaciter determinet nostram voluntatem ad res magnas, & heroicos actus virtutum, quocirca suam attendens timidam, & ad hoc minimè determinatam, sciebat, quod qui illam constanti & fida resolutione determinaret & cum effectu, ad opus tam insolitum, tam viuæ fidei, vt est diuino fretum auxilio se maris vndis injicere, verus esset Deus nec alius; & quasi diceret. In hoc Domine cognoscam, te esse, si te mihi præcipiente, vt me pelago committam ad te venturum: sensero in me determinatam meam voluntatem, & fiducia cor meum stabilitum; quia ad hoc opus nulla valet creata virtus phantasmatis, vel spiritus siue boni, siue mali. Secunda ratio est: magis ad rem nostram. Petrus non ausus est se vndis injicere, nisi præuio Domini præcepto: sciebat enim quod si se fluctibus ingereret, & hoc ex Dei præcepto: tutissimum sibi haberet Dei auxilium, qui potentissima sua manu accurreret, vt cum saluum & turbinibus educat incolumem.

Hoc quoque sit tibi compertum, quod si, vt Dei præceptis obedias, vndis innatares quàm certissimè submergendus, nihilominus securissimum eius diuinum experiens auxilium. Et ita D. Petrus expertus est, experti sunt & alii Apostoli, qui nauim ascenderunt, ex eius præcepto, ac proinde illis accurrit, turbulentissimæ tempestatis hora, accedit ait: *Ego sum, nolite timere.* Quo verbo cunctos solatur, vires addit deperditas, cum illis ascendit nauim, sedat tempestatem, adducit tranquillitatem perfectam, & momento temporis, ad portum inducit optatissimum, virtute suæ omnipotentiæ.

Et

Et hoc nouum patet miraculum, quod Deus efficit, nam eius subsidio tempestas, laborque qui nos exhauriebat, terminatur, animam solatur, pacem adducit in hac vita per gratiam, quò nos conducat ad gloriæ portum optatissimum, Amen.

SVMMARIVM

HOMILIÆ QVARTÆ SEQVENTIS.

a §. 1. b §. 2. c §. 3. d §. 4. 5. e §. 6. f §. 7. g §. 8. h §. 9. i §. 10. k §. 11, 12 l §. 13.

OStendit Euangelium, eo ipso, quo quis se Dei disponit obsequio accedere diabolum ei bellum illaturum *a*. Tantò neruosius quantò quis diligentius conatur euadere in virum sanctum *b*. Vt nobis Christus addat vires & animos, prodit hodie cum illo in arenam, & ei vires confringit, vt iam prœlium nostrum sit cum infirmo inimico *c*. Diuina nobis præscribit documenta, vt in tentationibus superiores euadamus, supponendo, quòd nos ipsos illis non ingeramus *d*. Primum: docet nos, quibus eum armis vincamus: quæ sunt duplicis generis: primò, ex parte Dei: eius scilicet fauor & gratia *e*. Secundò, ex parte nostra, nimirum ieiunium & opera sancta *f*. Et nominatim magna vigilantia, quâ simus excitati: eo quòd hostis noster semper sit in insidiis, vt nos confundat *g*. Et vniuscuiusque perpendit sedulus affectus, vt per eosdem oppugnet *h*. Secundum: vt dum accedit diabolus proponens nobis panis defectum, oculos in Dei potentiam conijciamus *i*. Tertium: vt attentè consideremus, hostem nostrum omnes suas habere vires in sola lingua *k*. Et quod argumentetur, vt indoctus Astrologus. Quartum: eius promissa esse mendacia *l*. Quintum: quod si clara nos inuadat tentatione: hoc verbo (*Vade Satana*) cum repellamus.

§. 1. *Eo ipso quo quis se ad Dei disponit, obsequium, diabolus accedit, vt eum bello lacessat: instar illius lateris, de quo Dominus ad Ezechielem, & velut alter Pharao Israelitas persequitur.*

§. 2. *Impugnat Satan Sanctos, vt pirata naues diuitiis onustiores, vacuas vilesque despiciens.*

§. 3. Congreditur, *Christus, vera Aquila cum serpente, vt eum nobis confringat, proinde eius victoria nostra est, & modo cum sancti non timent.*

§. 4. Ductus est. *Ad tentationes ductus est Christus donis Spiritus S. cuius opera omnibus sunt rationibus superiora, iuxta Theologiæ disciplinam.*

§. 5. *Quicumque se temerariè tentationibus ingesserit: prosternetur cum Dauide, quem vero Deus adijllas adduxerit, victor euadet cum Ioseph.*

§. 6. A Spiritu. *Prima contra diabolum arma defensiua, est Spiritus S. gratia: quâ superantur draconcs, sine qua musicæ vincunt.*

§. 7. Cum ieiunasset. *Necessarium quoque est ieiunium, quod diabolum prosternit, vt Eleazar elephantem.*

§. 8. Accedens tentator: *Sine miraculo, ieiunium multis potest diebus protrahi. Accedit tentator ex suo munere talis, quem Dauid descripsit; & oculos requirimus Ezechielis.*

§. 9. Accedens

§. 9. Accedens tentator. *Turbatus diabolus, Christum tentaturus aduolat, vt eum videt fame laborantem: qualitatem attendit, vt aggrediatur.*

§. 10. Dic vt lapides &c. *Grauis tentatio, defectus panis: attamen fide Deo, & serpentis attere caput: Eliseum imitare, & tancrum.*

§. 11. Mitte te deorsum &c. *Diabolus doctus est logicus in argumentando; sed eius vis finitur in loquendo & dicendo,* mittete &c.

§. 12. Rursum scriptum est &c. *Decipit diabolus, vt Astrologus, qui vnius tantum stellæ obseruat influxum: tu vero vnam alteri confer.*

§. 13. Hoc omnia tibi dabo. *Tentatio prægnans, at mentitur; promittit enim multa, nec habet, nec dat aliquid.*

§. 14. Vade Satana. *Molesta fuit hæc Christo tentatio: (talibus tu quoque respondes:* Vade Satana.) *de qua Christus, ad magnum Matris suæ Virginis solamen triumphauit.*

HOMILIA V.

DE TENTATIONE

Dominica Prima Quadragesimæ.

Ductus est Iesus in desertum à spiritu, vt tentaretur à diabolo. Matthæi. 4.

DVos sensus, vt maximè necessarios, requirit specialiter Euangelicus Propheta Isaias à Christi Domini discipulis nimirum, oculos: & aures *Erunt oculi tui videntes præceptorem tuum, & aures tua audient verbum post tergum monentis.* Venit præceptor tuus: oculos aperi, vt ea quæ acturus est, videas, & aures, vt audias, quæ tibi sit dicturus. Communiter à discipulis, præter aud.tum, nullus alius exigitur sensus, per quem, id quod à præceptore docetur, intrat, & per hoc vocantur. *Auditores*, & hicdicitur. *sensus disciplinæ.* Verumtamen ab huius supremi Magistri discipulis requiritur non solus auditus, sed & visus: imo primo visus, quàm auditus: eo quod non tam eos docturus sit verbis, quæ aures percipiunt, quàm operibus, quæ vident oculis & prius operibus, quam verbis: *Cœpit facere & docere.* Et illi, qui eius frequentarunt scholas, id clarè confessi sunt, dum aiunt de illo: *Erat vir propheta potens in opere & sermone.* Verbis docuit, cum, quotquot diceret, vitæ verba essent: deinde & operibus: cum quidquid ageret, ad nostram profuerit institutionem. *Omnis Christi actio, nostra est institutio.* ait D. Gregor. Aliquando deposcit à nobis S. Mater Ecclesia aures, dum nobis huius doctissimi Magistri verba proponit audienda, quæ conscripserunt Euangelistæ: hodie vero oculos, & eos quidem valde apertos, & expansos, vt ea, quæ facit, videamus, nobis enim illum proponit Commentator D. Matthæus, in asperrimi deserti stadio constitutum, vbi Monomachiam aggreditur campestrem, manus conserit, & fortissimo prœlio decertat cum tenebrarum Principe Satana, omnium, quos vidit mundus, ducum fortissimo, de quo Deus: *Non est potestas super terram, quæ comparetur ei.* Describit nobis tres, quos cum illo habuit, assultus, & qua ratione illum Satan, non semel, sed tertio sit aggressus, singulis vicibus brachii sui vires redintegrando, & gladii sui aciem exacuendo, quinimo vicibus singulis, & nouos & acutiores sibi accingens. Pariter depingit, qualiter se supremus noster Princeps armet, quibus armis, qua ratione inimicum exspectet, & impetu primo, ei in faciem resistat nec multum, nec parum moueatur: quomodo ei ingressum, & primum ictum concessit, quomodo eum à se diuertit ita vt innocuus resiliret. Quomodo secundum exspectet, quem Sacræ Scripturæ splendenti detorquet gladio, quomodo sibi Christus ex eadem Sacrâ Scripturâ scutum cudat,

Isa. 30. 20

Act. 1. 1.

Luc. 24. 19.

D. Greg.

quo dexterrimè illum retundat. Quomodo tandem hoste, catapultam explodente quæ secum trahebat, omnium vires regnorum, & totius orbis potentiam; eandem tam neruosè sui diuini verbi fortitudine repellat, vt eum & sibi subjiciat, & deuincat, & in apertam, infamemque fugam compellat, cedatque imbellis arenæ; Christus vero tam illustri celebris victoria, campum obtineat, vt ad eam celebrandam, & victori seruiendum millenæ conueniant Angelorum legiones. Hoc nostri est Præceptoris opus, quo nos instruit, qua ratione cum illo crudelissimo hoste confligamus, ac proinde necessario requiritur, vt in eum oculos dirigamus, vt ex eo, quod ipse gessit, quid nobis sit agendum, vt illum debellemus, addiscamus. Placeat illi, per suam misericordiam, vt ex hac lectione ita instruamur, & adaptemur, vt ei gratias agere & cantare nobis liceat; *Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum.* Vt autem hoc nobis contingat, necessarium est, ipse nostros illuminet oculos Spiritus S. lucis suæ gratia. Hanc reginæ cœlorum intercessione postulemus. *Aue maria.*

Ps. 143. 1.

§. 1. *Eo ipso quo quis se ad Dei dispōnit, obsequium, diabolus accedit, vt eum bello lacessat: instar illius lateris, de quo Dominus ad Ezechielem & velut alter Pharao Israelitas persequitur.*

Hom. 12. in Ezech. L. 3. contra vituperat. vitæ monastica. Orat. 3. de resurrect. Christi. Ezech. 4.

EXpendit valde subtiliter D. Gregor. præceptum diuinum datum olim Ezechieli prophetæ, quem D. Chrysostom. & D. Gregorius Nyssen. vocant magnarum & mirabilium visionum prophetam. Ad se Deus vocat prophetam; Domine, quid placet? *Tu fili hominis, sume tibi laterem, & pones eum coram te:* vt in eum oculos tuos defigas, omnes sensus tuos, cogitationes tuas; hoc est enim dicere; *Et pones eum coram te.* Assumes scalpellum, aut stylum, quo hoc in latere depinges urbem pulcherrimam Hierusalem, cum universo suo ornatu, turribus, muris, foris, castellis, fontibus, hortis, palatiis, & templo. *Describe in eo ciuitatem Hierusalem.* Post hæc, depinges, circumquaque hostilem exercitum, eam obsidentem in gyro, multis militum legionibus, hastatis, lanceariis, & omni bellorum apparatu. *Ordinabis aduersus eam obsidionem, & ædificabis munitiones, & circumdabis contra eam castra, & pones arietes in gyro.* Arietes vocat, catapultas magnis trabibus compactas, erant hæc illius temporis tormenta bellica, quibus muros & portas, grauissimo impulsu conquassabant; quid hoc noui Domine? Prophetæ præcipis qui nihil præter cælum spectare consuetus, ut oculos suos dimittat & deflectat in luti frustum, tam ingratum, ut est later ille. Et suppone prophetam tuum, alterum Apellem, in arte picturæ, vel Phidiam in arte sculpendi, sudandum tamen erit ei, vt præceptum tuum exequatur; ad tam æ enim pulchritudinis ciuitatem, seu pingendam, seu sculpendam, valde inconuenienis videtur hic later, tam ob sui exiguitatem, quàm grossitiem, inæqualitatem, & asperitatem, in quo tam tenuia & leuia depingi, seu insculpi non possunt. Si eam depingi vel sculpi mandares, in lamina aurea vel argentea, detersa, & expolita, & tenuissima, transeat. Deinde melius conuenire videtur, eam depingi in forti lamina ærea, vel Chalybea, si eam depingere debuerit militum corona circumeinctam; & fortissimis instrumentis impetitam, quibus posset resistere; nam ad eruendum unico momento, & in pulvorem redigendum quidquid in latere depictum est, vires requiruntur exiguæ.

Hom. 12.

Later hic, ait D. Gregorius grande mysterium, & hoc tale. Hæc Dei mens est (si eam scire præoptes) ut omnes neruos suos propheta intendat, & curas, ut in eo latere depingat ciuitatem Hierusalem; later hic, cor est humanum ex luto. Hoc autem à propheta suo & prædicatore vult Deus, ut in eo depingat ciuitatem cœlestem. Hoc tibi commune est prouerbium, quo declaras te quidquam feruentius amare, eiusque flagrare desiderio, vt dicas; hoc mihi cordi insculptum gero. Quid non rerum terrenarum cordi tuo insculptum geris & inviscerarum? Quid non pecuniæ cordi tuo defers insculptum auri sitientissimè? Et tu, quos honores defers ac dignitates, insolentissime; Tu quoque animæ tuæ; alterius venustatem, impurissime? Quàm profundè insculpta & distinctè cœlata puellæ gratia, faciei venustas, & decor, vt in eam totus transformatus videaris. Hoc Deus mandat, vt hæ cælaturæ expungantur, & cœlestem expoliamus Hierusalem, eius gloriam, maiestatem, diuitias, vt hæc sint, quæ tuis geras insculpta medullis, visceribus

viſceribus & cordi. Hoc opus exoriſi ſumus primo die Quadrageſimæ, & diuini verbi cœlo, jam aliquas deduximus lineas. Præpara igitur animam tuam, & ſcito, quo die hoc fuerit, ad prœlium te accingas oportet, & cum primum in corde tuo ſedem fixerit cœleſtis Hieruſalem, & eò oculos tuos ſurſum erexeris, te ad hoc diſpoſueris, vt ſit cor tuum velut cœleſtis quædam Hieruſalem, quam Deus inhabitet, ilico totus in te conſurget exercitus infernalis, circumdabit te per gyrum, crudum mouebit bellum, omnia ſua contra te diriget jacula, torquebit ſpicula, tentationes grauiores & fortiores: noſti enim, inquit D. Gregorius non poſſe mentiri eum, qui dixit, *Filii accedens ad ſeruitutem Dei, ſta in juſtitia & timore, & prepara animam tuam ad tentationem. Mox vt animus amare cœleſtia cœperit, mox vt ad viſionem pacis intimæ, tota ſe intentione collegerit, antiquus ille aduerſarius, qui de cœlo lapſus eſt, inuidet & inſidiari amplius cupit, & acriores tentatione admouet.*

D. Greg. lib. 2. Moral. c. 1.

Et mihi videtur, ait, & ante illum aduerterat Orig. hoc quod nobis Deus proponit, modo quodam mortuo depictum in latere Ezechielis, idipſum olim per Moyſen in filiis Iſrael ad viuum expreſſerat: Pharao ſæuiſſimus filios Iſrael dura oppreſſerat ſeruitute pro mala ſibi innata voluntate, interea dum illi ſeruiunt, nec aliud cogitant, quàm lutum & lateres, ædificandis Pharaonis beneplacitò ciuitatibus: nullam eis mouet quæſtionem, comiter illos excipit. Sed eo ipſo momento, quo Moyſes eorum cordibus promiſſæ terræ inſculpſit imaginem, eo tendendi accendit deſiderium, Ægyptiaca ſeruitute diſcedendi propoſitum: ecce tibi, contra illos armatur Pharao, furit vt leo, tamque graues illis mouet perſecutiones, vt miſeri Iſraelitæ ad Moyſen & Aaron queruli proteſtentur: *Videat Dominus & judicet; quia fœtere feciſtis odorem noſtrum coram Pharaone, & ſeruis eius, & præbuiſtis ei gladium vt occidat nos*. Vulgaris eſt phraſis, vt exponas, quantoperè aliquam exhorreas, dicere: fœtet mihi: dixerunt ergo: Deus tibi parcat, in pace viuebamus læti cum Pharaone, & ipſa hora, qua nobis perſuaſiſti egreſſum de eius ſeruitute, & terra; in nos iratus inſurrexit, & in tali nos videre deſiderio, erat ei miniſtrare gladium, quo nos perſequatur, hoc eum excitauit, vt nos tam crudeli bello laceſſeret, quali nos oppreſſos ingemiſcimus, & turbaret, vt turbatos eſſe conſpicis. Furor hic, & pertinax eos perſequendi voluntas, tantò grauius in eius animo creſcebat, quanto in Iſraelitis deſiderium eius ſe imperio ſubtrahendi, & ſe pristinæ libertati reddendi, atque in terram promiſſionis proficiſcendi. Proinde dum eos vidit ad vltimum teſolutionis peruenisſe terminum, de facto jam eius regionibus & poteſtate excedendi: ipſe quoque contra eos ad vltimum furoris, & perſecutionis peruenit terminum: quare dùm eos videt jam proficiſcentes, & toto eius imperio, dominio & regno excedentes, totius imperii duces collegit, & potentiſſimos Principes, quos Moyſes vocat *Electos Principes* omnes, qui ad bella poſſent procedere, coadunauit, ex quibus omnium quos vidit Ægyptus, numeroſiſſimum conflauit exercitum. *Iunxit currum ſuum, & omnem populum ſuum aſſumpſit ſecum; tulitque ſexcentos currus electos & quidquid in Ægypto curruum fuit, & duces totius exercitus.* Addit Ioſephus, Quod vltra grandem multitudinem curruum falcatorum, traxit exercitum ſeptem millium equitum, & ducentorum millium peditum.

Exod. 14. & L. 2. Antiq. quæſtio fine.

4

Ecce tibi deſcriptum, id quod infernalis Pharao molitur, dum propria eius in regione quietus vivis; id eſt in culpa & peccato, vt explicat. D. Hieronym. & te detinet, quales multos deſcribit D. Paulus: *Tenentur ab ipſo captiui ad ipſius voluntatem*: quando vitis totus ſordido tuarum luto deliciarum inuolutus & rebus huius vitæ vilioribus implicatus, dum agis quidquid illi placuerit, & eius te per omnia voluntati inclinas, vt ſis inhonoſtus, laſcivus, ambitioſus, vindictæ cupidus, inquietus, profanus, luſor, jurator, tam immemor Dei, tam ſine eo vivis, quaſi non eſſet, & adeo cœleſtis gloriæ oblitus, ac ſi ad illam minimè creatus eſſes, non te turbabit, nec aliquid tibi in contrarium ſuggeret vaſertimus inimicus. Verumtamen eo momento, quo meditaberis ab eius obedientia ſeceſſum, egreſſum de peccato, cordi tuo deſiderium te Deo ſanctificandi inſculpes, per aliam viam retrogrediendi, verſus cœlum proficiſcendi, extemplo totas contra te gehennæ excitabit potentias, idque tanto majori cura & fortitudine, quanto hoc efficacius intenderis. Dum Dei prætendis obſequium, accurrit feſtinus dæmon, quaſi ad Iſraelitas: in quos non labores eos iniecit, in hoc excitans Pharaonem, vt eos afflligeret calamitatibus, dum vidit, quod inter ſe muſſitarent, de egreſſu

Epiſt. 146. ad Dam. 2. ad Tim. 2. 26.

» ex Ægypto, & itinere versus terram promis-
» sionis capessendo?

» Mellifluus Bernard. prosequitur hanc hi-
» storiam, ex ea deducens, dæmonem tunc nos
De Con- » grauioribus vrgere tentationibus, quando
uers. ad » percipit nos maiori diligentia Dei seruitio
Cloric. » mancipari. *Quotidianis discimus experimentis,*
cap. 18. » *tentari acrius à concupiscentia carnis, & vrgeri*
» *grauius in operibus lucis, qui Pharaonis imperium*
» *effugere moliuntur.* Idem aduertit Cassian.
» Sanctissimos illos Monachos solitudinis inco-
D. Cas- » las per experientiam didicisse, maiores Sata-
Coll. 21 » næ tentationes vigere tempore Quadragesi-
D. Gre. » mæ, & ea incipiente pariter incipere vigere
Iob. 38. » tentationes. Hoc habeamus ex D. Gregorio.
24. » *Cum vox diuina cor humanum illustrat, mox à*
Ho. in » *diabolo insurgunt tentamenta, vt plus tentatio-*
cap. 5. » *nibus se vrgeri sentiat, quàm dum lucis immen-*
Exodi. » *sa radios non videbat.* Alludit verbo Iob: *per*
apud » *quam viam spargitur lux*: & hoc ipsum expen-
Lipom. » dit Origen. Dum Moyses & Aaron populo
Exod. 5 » studeant persuadere egressum de Ægypto, ad
» quem eos Deus miserat, incipit Pharao cru-
» delius eos tractare. Et ipse Moyses ad Do-
» minum dicit. *Ex quo locutus sum cum Pharao-*
» *ne, afflixit populum tuum. Certum est enim,*
» *quod antequam sermo Dei audiatur, antequam*
» *prædicatio diuina nascatur, non est tribulatio,*
» *non est tentatio: quia nisi buccinet tuba, non*
» *committitur bellum: vbi vero signum belli tuba*
» *prædicationis obstrepuerit, ibi inquit, surgit affli-*
» *ctio, ibi omnia tribulationum pugna consurgit.*
Ioel. 2. » Prodit Ecclesia, mandans prædicatoribus:
23. » *Canite tuba in Sion.* Adest diabolus, qui
Exod. » bella suscitet, & tentationibus aggrediatur.
c. 9. 10 » Nihilominus; sta velut Moyses & Aaron:
» (ait Origen) *Stetit ante ante Pharaonem.* Hoc
» *stare*, significat constantem esse. *Stabat mater.*
» *State ergo dicit Apostolus, & nolite iterum jugo*
» *seruitutis inhærere. Iterum dicit in quo stamus &*
» *gloriamur, in spe gloriæ filiorum Dei.*

» Constanter pedem figito, & cum Moyse,
» te victoria potiturum gaudebis, ne similis ei
Ps. 72. » efficiaris, qui ait: *Mei autem pene moti sunt*
2. Orig. » *pedes, & paulo minus effusi sunt gressus mei.*
» Prosequitur Origenes. *Stamus autem confi-*
» *denter, si Dominum deprecemur, vt statuat pe-*
» *des nostros super peccatum, ne nobis illud eueniat,*
» *quod idem propheta dicit: Mei autem pene moti*
» *sunt pedes; stemus ergo ante Pharaonem, id est,*
» *obsistamus ei in certamine, sicut & Petrus Apo-*
» *stolus dicit: Cui resistite fortes in fide. Sed vt &*
» *Paulus nihilominus dicit: state in fide & viriliter*
» *agite.* (Sicut sibi mutuo duo occinunt
» Apostoli.) *Si enim fortiter steterimus, conse-*
» *quetur illud quod orabat Paulus pro discipulo de-*
» *cens. Quia Deus conteret Satanam sub pedi-*
» *bus vestris velociter. Quanto enim constantius*
» *& fortiter steterimus, tanto infirmior, & in-*
» *validior erit Pharao. Si autem nos velut infir-*
» *mi cæperimus esse, vel dubij: ille aduersum nos*
» *validior, & constantior fiet. Et verè illud im-*
» *plebitur in nobis, in quo Moyses dedit figuram.*
» *Cum enim ipse eleuaret manum, vincebatur*
» *Amalec, si vero lassus dejceret, & brachia*
» *infirma deponeret, inualescebat Amalec. Ita*
» *ergo & nos in virtute crucis Christi extollamus*
» *brachium, & eleuemus in oratione sanctas ma-*
» *nus in omni loco, sine ira, & disceptatione, vt*
» *Dominj mereamur auxilium. Hoc idem nam-*
» *que Iacobus Apostolus cohortatur dicens: Resistite*
» *autem diabolo, & fugiet à vobis. Agamus*
» *ergo omni fide, vt non solum fugiat à nobis, sed*
» *& conteratur Satanas sub pedibus nostris, sicut*
» *& Pharao demersus est in mare, & in profundo*
» *abyssi extinctus.*) In lachrymarum & pœni-
» tentiæ pelago nostri demerguntur inimici. Ps. 73.
» *Contribulasti capita draconum in aqua.* Expendit 13. &
D. Augustinus. Quòd Amalec arma intule- 85. Ia.
» rit Israeli, postquam illi Deus hoc præstitit
» beneficium, vt aquam de petra educeret, vt
» eo deuinctus ex toto corde se ad Deum con-
» uerteret, & in tanti miraculi recognitionem
» ei sedulò deseruiret. Illico dum se aquâ hac
» lauant, dum eam bibunt, dum tanti beneficii
» experiuntur commodum, quod illis Deus mi-
» raculo concesserat, vt se Deo minimè conse-
» crarent, ex ea obligatione, ad quam eos ob- Exod.
» strinxerat, ait Spiritus sanctus quòd: *Pugna-* 17. 8.
» *uit Amalec.* in illos Amalec bellum mouit,
» vt in sui jam defensione occupati, Dei obse-
» quij obliuiscerentur, & nequaquam ei deserui-
» rent.»

Respondes, te nullas sentire tentationes, nec vllum contra te motum, & barbarum sonat multis de illis agere. Et qua ratione tu sentias prœlium & Satanæ tentationes, si te subditum habeat, & eius voluntati per omnia obedias, nec aliud mente voluas, quàm Ægypti lutum? Et quidem, ne metuas, quòd auceps tumultum excitabit contra passerculos, ad ramos conuolantes, vbi suas habeat virgulas & laqueos, nec cuniculos terrebit, ad retia, ad laqueos concurrentes, si vero ab illis

deflectas,

deflectant, & alia incedant via, tunc ipse eos deterret, canes excitat & quidquid præ manibus habet, proiicit. Vos ex vobis ipsis eo progredimini celeriori gressu, vbi diabolus habet paratos laqueos; ad domum lusoriam, vbi iures, periures, & pessundes bona tua, puellam illam, qua te detinet illaqueatum, animam tuam deperditam, quinimo & familiam tuam, eiusque pacem perturbaram, ad contractum vsurarium, ad cambium siccum: quid vis, vt tibi dicat aliquid, aut contra te moliatur aliquid? Ne timueris, quod se commouebit, contra Iudam, quem videt, sua sponte currentem ad scelus proditionis. *Tunc abijt vnus de duodecim.* Ne pueris, quod arma sumat contra eos, de quibus Ioo; *ducunt in bona dies suos, & in puncto ad inferna descendunt* Hoc mirabili valde schemate propositum fuit D. Antonio, cum quo diabolus immortales gessit inimicias, de quo refert D. Athanasius in eius vita. Nocte quadam illius vocem audiuit, qua monebatur cella sua egredi: egreditur, & ecce cacodæmon instar monstruosi gigantis, qui capite sidera tangeret: hic omnes suas vires intendebat contra aues, sed per aera volantes, illas vero quæ in terræ infimo depascebantur, nec quidem videre, aut attendere, dignabatur: de quo alias.

Matth. 26. 14. Iob 21. 13

Tract. 8. n. 3.

§. 2. *Impugnat Satan Sanctos, vt pirata naues diuitiis onustiores, vacuas vilesque despiciens.*

4 EX hac doctrina colligit Diuus Gregor. cur S. Iob, in quem tot arma mouit Satan, cum quo toties fuerat congressus, & qui tandem nouerat eius nocendi artes, & machinas, dixerit, quod illi qui Deo seruire contendunt, eo ipso diabolum prouocent, ut illis bellum inferat quem vocat *Leuiathan*, id est, cete, sub cuius nomine Deus illum subtiliter describit Theodotius legit, *Draconem*, nomen proprium diabolo. De iis igitur dicit, qui se Dei obsequio mancipant. *Qui parati sunt suscitare Leuiathan.* Quando quis est in peccatis constitutus, adeo quietus manet diabolus, & securus, ut qui dormit, & realiter in corde dormit peccatoris, quem pacifice pulsidet, & in eo requiescit, ut in proprio lecto, verumtamen quando peccator intendit ex culpa resurgere & dæmonium hoc lecto pellere, eo ipso excitat dormientem, irritat, & prouocat ad eius defensionem, quod possidebat, ut eius manibus non elabatur, quod ut suum obtinebat. *Cum vnusquisque spiritus* (ait D. Gregor. *ad conditoris sui desiderium reualescit &c. hostis mox ad certamen mouetur, Mox ad tentationes innumeras contra rebellantem mentem se excitat, vt tentationum iacula intorquendo, confodiat cor, quod dudum quieto iure possidebat. Quasi dormiebat quippe dum suprus in prauo corde quiescret, sed excitatur in prouocatione certaminis cum tua amiserit peruersa dominationem*) Ita ut, de hoc agente D. Thoma, idem sit. Deo velle seruire, peccato valedicere, vitare occasiones, ac Satanam prouocare vt contra te arma sumat, & bellum moueat. Et hæc genuina est huius *verbi suscitare* significatio; quod ex militari idiomate desumitur, significatque expergisci, & surgere concitato animo, ad bellum inferendum seu ad id prouocandum. Nostis, in quem consurgat Satan? In sanctos, qui syncere Deo famulantur, quos videt perfectionis viam alacriter decurrentes. D. Basi. (& est communis Sanctorum opinio) inquit, hoc oriri ex superbia & inuidia, quæ in eius visceribus iuardescit de qua alias D. Chrys. ait, quod procedat ex eo quod diuina scriptura eum appellet Pyratam, deinde notat Theophilactus in hodierno Euangelio, pronomine, *Tentator*, in Græco legi, πειραστὴς, id est, *ille magnus pyrata.* Pyrata (ait D. Chr.) peruolitans nauigio pelagus, mille expositus periculis lucro & prædæ inhians; vix eum mouet vile remigium, nauis lacera, temone confracto, siue vilis, inops, vetusta, tam omni saburra vacua, vt omni vento circumferatur. Porro si intellexerit e portu soluisse nauim pulchetrimam, ditissimam, ornatam mille apparatis & vexillis, instructam musicis, sono tubæ, Tympanis, & psalteriis, quæ maris vndas perlucet, opibus prægnans, bysso, tapetibus, auro gemmisque intertextis, vbi multus populus illustris & magni lyrishic contra eam omnem sollicitudinem adhibet, milites animat, tormenta bellica & bombardas ordinat, & eo omnia dirigit vt eam sibi vendicet superatam.

Luc. 4. 6. Mor. c. 24.

Iob. 46. 20

c. 8. Iob 3. 8

Homil. 3. in illud Vide Dominum & Hom. 1. de ora. Theophi

3. p. q. 45. Art. 2. ad 2

6 O Iucunde, mare magnum, quod si te Dauid viderit piscibus plenum & innumeris animalibus refertum: plus prædonibus ac pyratis abundas infernalibus. Hoc quod nostra vulgata lectio habet. *Militia est vita hominis super terram.* Legit D. Am. ex Græco; *Pyra terrum est vita hominis*: quod significat; vitã hanc nostram non esse nisi mare pyratis infestum. c. 1.

Iob. 7. 1. L. 1 de Interpellat.

Quæ tales sunt? clare vidit illos, qui dicebat. *Multiplicati sunt super capillos capitis mei.* Tot
Psal.63.3 sunt, vt aliqui censuerint Sancti, quod aliquando, dum inter nos ambulant ad prædam, ipsos atamos excedunt, quos in solis radiis cernimus volitantes. Quid cogitas (quærit D. Chrysost.) quod diabolus magnus ille pyrata insequatur vilem animæ tuæ naviculam, quæ fluctibus innatat, velut super leuissimum. Quam tuæ passionis agitat ventus quocumque placuerit? Quid ad eum pertinet illa, quam cernit

I. Diabolus peccatores non persequitur.

omni bono vacuam, sine charitatis auro, sine deuotionis argento, sine bonorum operum tapetibus, aut linteis? quid te curat, qui nescis, quid sit perfectum celebrare ieiunium, nec vnquam vnum sensisti ictum discipliuæ, nec vnam facis confessionem integra contritione ornatam, nec vnam debita dispositione communionem, ita vt tuorum desideriorum ventis, & vanis tuarum voluptatum fluctibus susque deque agiteris? Quem vero videt virum sanctum, vt nauem pulcherrimam, mille piorum desideriorum aplustris ornatam, ex portu orationis soluentem, Dei amore feruentem, proximi charitate, mortificatione, pœnitentia, vitæ asperitate, pretiosis virtutum linteis, & tapetibus Dei digito elaboratis præfœcundam, hæc nauis est, in quam concurrere prætendit, admouere vult machinas ei, quem cernit de pacato altaris littore prodeuntem, diuitem & pulchrum: cuius merces sint, electorum frumentum, reliquiarum factus Sanctissimi Sacramenti; hunc procurat euincere, contra hanc suas omnes dirigit vires & adhibet astus pyrata sæuissimus. Interim, dum Magdalena nauigat, vt conuulsa nauicula, per ciuitatis vicos in plateas, sine clauo sine re aliqua bona, nullus eam persequitur. Porro quando ad ditissimas Christi pedum Indias appulit, illicque animam suam cœlestibus impleuit thesauris, videbis, quod continuo totus in eam mundus conspiret. Murmurat Pharisæus, contra illam vt leo rugit proditor Iudas, & millem cacodæmones se opponunt, vt eam sibi subiiciant. Sicque intelligo, quod sacri narrant Euangelistæ, quod quando mulier hæc
Marc.14. pissima operi illo percelebri intendebat, pretiosum vngu entum effundebat, quo Christi caput vngebat & pedes, secunda iam vice, sex diebus ante eius passionem. Refert D. Marcus.

II. Qui sunt qui murmurarunt in Magdalenam.

Erant ibi quidam indigne ferentes &c. & fremebant in eam. Dubium est, qui fuerint isti. Aliqui volunt, fuisse ex Apostolis & discipulis Domini, quibus videbatur, sumptus hos esse superfluos, quos mulier faciebat in Christi obsequium, qui ab omni re simili prorsus erat alienus; & sic declarat D. Matthæus, qui hanc referens historiam, specifice dicit. *Videntes discipuli indignati sunt dicentes, vt quid perditio hæc?* *Matt.26.*

Nihilominus, verius crediderim, quod ex illis discipulis, solus fuerit Iudas; qui hoc opus indigne tulerit, ille contra eam ut furens leo infremuerit, Ita sentiunt D. Hieron. *a* & D. Aug. *b* & ita expresse indicat D. Ioannes *c* qui narrans hanc historiam, solum Iudam nominat indignabundum & contra eam infrementem. Si igitur ille solus fuerit indignatus, quid est, quod D. Marcus dicit eos ibidem adfuisse, qui vt leones dentibus frendebant? Diuus Hieron. & Diuus Augu. inquiunt: Diuus Matth. & D. Marc, polu sse numerum pluralem pro singulari: plurasi valde communi in S. scriptura. Tamen ex modo, quo D. Chrysost. locum, huic similem, explicat, deduco aliam rationem, & aio: quod indubie Diuus Marcus proposuerit sibi mille dæmonum legiones, Iudam circum volitantes, & hos omnes rugientes leones, conspirantes, & dentes exacuentes, contra hanc mulierem, quam diripere, & exspoliare tentabant cum enim res ita se haberet, vt dum mulier esset infamis in ciuitate peccatrix, eam quietam finerent, nullus contra eam moueretur; modo vero, dum eam conspiciunt, nauim opulentam, auro charitatis onustam, ipso Arabico puriori, ac lapidibus virtutum pretiosissimis, Dei obsequio destinatam, eam occupare & subiicere contendunt. Et contra tales animas furit Satan, & eo ipso casu, quo præclara gestis opera in Christi honorem exhibere, contra te collimabit, & omnia sua tormenta, machinas & astus excitabit. 7

a In c.26. D.Matth. *b L.2.de consens. Euang. c.29.* *c Ioannis 12.*

Ob eam rationem D. Hieron. exhortans fi- D. Hier. *Epistola 22.ad Eustoch. post prin. T.1.*
liam suam spiritualem Eustochium quæ sui solicita viuebat, valde subtiliter discurrit, diuersaloca S. Scripturæ allegans, sic ait. *Aduersarius noster diabolus, tanquam leo rugiens aliquem deuorare quærens, circumit* &c. *Non quærit diabolus homines infideles, non eos qui foris sunt, & quorum carnes Rex Assyriorum in olla succendit. De Ecclesia Christi rapere festinat. Esca eius, secundum Habacuc, electa sunt, Iob subuertere cupit, & deuorato Iuda, ad cribrandos Apostolos expetit potestatem,* &c.) Hinc perspicua tibi erit psalmographi oratio ad Deum. *Custodi animam meam: quoniam sanctus sum.* An non Dei custodia magis indiget *In psal. in illud. Aspernatio. & gra terra.* *Psal.85.*

pec-

peccator, & eius gratia est ei multo magis necessaria, vtique qui maiori sit expositus periculo? falleris: Nauicula vilis, verusta, vacua, qua indiget custodia? quæ autem diuitiis turgida, hæc opus habet, vt ei sedulo inuigilent. Insuper & hanc ob caussam clamabat Apostolus, loquens iustis; *Euigilate iusti, & nolite peccare.* An non satius peccatores hortaretur, vt sibi inuigilent, peccatores inquam, qui peccatorum somno conquiescunt, quos Ioel propheta his vocibus excitabat. *Expergiscimini ebrii.* Nequaquam; Sed iustos moneo, vt vigilent, vt attendant; diabolus enim in illos iras acuit, illos studet euincere, deiicere, superare. hoc enim de illo fatur Deus: *Caput eius in nauibus piscatorum*, quem locum cum aliis explicauimus quocirca, qui Dei famulatum prætendis eoipso ad arma conclamasti, ad arma contra Satan, ad arma contra cunctam ditis potentiam; & continuo super te decidet tentationum imber grauissimus, ita vt etiam Christus, mox, vt baptizatus fuit, & in desertum ad certamen secesserit, eum contra se armatum venire senserit, præacutis configendi iaculis instructum & tribus isdemque variis tentationibus vna post alteram repetitis infestum, quid tibi non faciet? quas non struet insidias? quas non machinas adhibebit?

1. Cor. 15. 34.

Ioel 1. 5. Tract. 8. §. 7. & 8.

§. 3. *Congreditur, Christus, vera Aquila cum serpente, vt eum nobis confringat, proinde eius victoria nostra est, & modo cum sancti non timent.*

PORro te iam grauiter cerno conterritum, dum ais: si dum Deo seruire propono, & viam cælum versus ingredior, Satan omnes suas vires, & tormenta in me collimabit, quid habeo remedii? Manifestum est, suas meis longe esse superiores, quanto sunt Elephantis, respectu paruæ muscæ. Ipse Deus, qui eum optime nouit, vtique eius creator, huic veritati manu sua subscripsit. *Non est potestas super terram quæ comparetur ei.* Hinc ei, teste Deo, tanta nascitur superbia, vt eum cuncti timeant, ipse vero neminem, *Factus est, vt nullum timeret:* Cum hoc ita sit, iam me prostratum reputo, si cunctas contra me vires suas exerat. Benedictus Deus, qui nostram hoc opere confortat imbecillitatem, dum in arenam prodit: hoc enim totum nobis conducit. Quærit D. Thom. An conueniens fuerit Christum a diabolo tentari? & respondet, quod sic, idque multis de caussis. Prima, vt illum deuinceret, vires eius confringeret, & eum nobis imbecillem prosterneret, vt nos facili negotio eum superemus. Hanc rationem dederunt. D. Aug. *a* D. Gregor. & D. Ioannes Damascen. *c* Hanc spirim prophetico designat Iob. cui probe notæ erant huius vires inimici. Aduertit D. Gregor. *d* quod verba hæc Iob *e*, quæ paulo supernus exposuimus, licet vulgata lectio habeat in plurali: *Qui parauerunt suscitare Leuiathan.* Alii legunt in singulari. *Qui habet magnum cœtum opprimere.* sicut ea legunt D. Ambros. & D. Hieron. Et isti tres opinantur, propheticа esse hæc verba, quæ declarant id quod Christus esset acturus. Patet omnibus; nomen Leuiathan, seu magni draconis, seu immanis bestiæ, idem esse, quo Deus ipse loquendo cum Iob descripsit eacodæmonem; Videbat vir hic simplex ac rectus huius inimici stupendas vires, & neminem qui ei resisteret, quodque omnes cum eo manus conserere recusarent, eius longe superiores vires formidantes. Bene est (ait) veniet quondam, qui sibi reseruauit, eum superare, & ad tales redigere angustias, vt eum confringat, pedibusque conterat. *Qui habet opprimere magnum cœtum.* Hoc hodie Christus impleuit. Prius enim omnes hunc timebant aduersarium; eo quod vires eius integræ vigerent & solidæ: attamen adest Christus, cum illo decertat, potentiæ eius ossa comminuit, & deiecit; velut si leoni omnes contunderentur dentes, & molares eruerentur, & ungues dissecarentur. Ita aut egerit Christus, instar Imperialis Aquilæ, implens id quod præcinerat Moyses. *Sicut Aquila prouocans ad volandum pullos suos.* Gerit Aquila teste D. Ambros. odium immortale contra Dracones & serpentes. *Auus ista inimica serpentum est.* Addunt Philosophi, quod primum omnium pullos suos edoceat, exhorrescere Dracones, & cum eis præliari; quia vero illi tenelli sunt & imbecilles, ipsi vero fortes & graues, hoc agit, primum cum Dracone congreditur, & vnguibus ac rostro totum discerpit. *Obunco rostro,* (ait D. Ambros.) *& armatus quasi quibusdam telis, pedibus suis lacerat ac diuellit.* &c. Et iam viribus destitutum, pullis suis offert q. d. nolite pauere, non est enim cur timeatis; cum prostratum & diuulsum habeatis inimicum.

a In psal. 60 & in psal. 90.
b Ho. 16.
c L. 3 de fide orthodo. cap. 20
d L. 4. in Iob. c. 11.
e Iob. 3. 8. L. 4. in Iu. L. 2. contr. Iouinian. in fine.

Deuteron. 32. 11. D. Ame. l. de Salomone. c. 4. Tom. 1.

Hoc egit Christus: Conflixit cum tortuoso illo serpente, totum diuulsit ossa comminuit, molares exeussit, & modo nobis ait. Eia pulli mei,

Luc. 18. 19.

Ecce

Luc.10. 19. *Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes & scorpiones, & super omnem potestatem inimici, & nihil vobis nocebit.* Perpende diligenter, quæ tibi potestas remanserit. *Ecce dedi vobis.* super omnem potestatem inimici, super omnes vires, machinationes, tentamenta, & astus serpentis infernalis, sic vt vltra nocere vobis nequeat, prout ore proprio confessus est Diuo Antonio. Narrat D. Athanasium pro more habuisse sæpe sæpius Monachos suos animare, ne timerent diabolum, & ad hoc eis retulit, quod nocte quadam Monasterii fores pulsarentur. Egreditur vir Sanctus, & ecce homo quidam portentosus instat Gigantis a quo sic quærit, quis tu? Respondet, Ego diabolus. Quid igitur hic quæris o proditor? Adsum, vt apud te de monachis tuis querelas exponam, & de omnibus Christicolis in iis enim, quæ illis finistre succedunt, statim maledicunt mihi, Maledictus, pereat diabolus. Et id quidem iure optimo, ait D. Antonius: ad nihil enim aliud intendis, quam illos persequi, nocere, confundere. Ego RE, inquit dæmon? Hoc scias, velim, Antoni: illi ipsi sunt, qui hæc mala moliuntur; me etenim Christus tam imbecillem & infirmum confregit, ut facillimo negotio, flatu vno velut paleam, me in fugam queant compellere. Et addit Sanctus, quod ad hoc adduxerit; non legisti illud psalmi: *Inimici defecerunt framea in finem, & ciuitates eorum destruxisti?*

In vita S. Antonij.

Ps.9.7. Finaliter obriguerunt acies gladiorum diaboli, ciuitates eius destructæ, ademptum imperium, finis Christus est, de quo D. Pau. *Finis* Rom.10. *legis Christus*, Petra fortissima Christus, acutissimus sit licet gladius, si illo petram percusseris, omnis eius obstupescet acies. Ita hodie dæmonibus contigit: percusserunt Christum durissimam petram, gladii fortissimi sui malitiæ & astutiæ ictu, sed hinc adeo omnis eius acies obriguit, vt nihil sit cur eum amodo timeamus. Hinc collige hanc Christi victoriam in nostrum cessisse emolumentum. *Tentatus est Dominus, & superauit*, (ait D. Ioannes Damascen.) *vt nobis victoriam compararet, naturæque nostræ frangendi aduersarium vim tribueret.*

D. Ioann. Damascen.

Extollit summis laudibus D. Augu. toti orbi notissimam victoriam, qua imberbis Dauid de gigante Goliath gloriosus triumphauit, circa quam multa suo calamo digna expendit, & inter illa, hoc in rem nostram; quod licet Dauid obtinuerit victoriam, gigantisque superbiam deiecerit: Dei tamen populus maximam ex ea hauserit vtilitatem, & non tam cessit in beneficium victoris Dauid, quam Israelitarum. Plus quam vatiniano odio inter se decertabant multo effuso vtrimque sanguine Israelitæ & Philisthæi, hi tamen Israelitas adeo deiecerant vt eorum minimus terrorem incuteret maxime barbato validissimoque Israelitæ.

Serm.197. de temp.

Philisthæi, dum prætendunt de facili superiores Israelitis euadere, eorumque terris dominari, miserunt illis litteras ad duellum prouocatorias, vt ipsi ex sua, illi ex altera parte quempiam eligerent ad singulare certamen, & amborum exercitus victoriam committeret ei, quem vnaquæque pars eligeret in competitorem. Elegere Philisthæi Gigantem Goliath, Israelitæ Dauidem, erant ambo robustissimi pugnatores. Erat Goliath: *Vir bellator ab adolescentia sua* Viribus magnus, at superbia maior, præclaris tota victoriis; tam vbique celebris præliator, vt ad eius solius adspectum omnes Israelitarum terga verterent turbatæ legiones: *Omnes Israelitæ cum vidissent virum fugerunt a facie eius.* Porro si fortis Goliath, ignauus non est Dauid, qui manus habeat, ad dilacerandos vrsos confictas, & ad discerpendos leones, vt agniculos robustissima brachia Prodeunt in campum hi duo inuictissimi bellorum Duces, spectant vtrimque exercitus: vtrorumque enim interest, & pari flagrat vtraque pars victoriæ desiderio. Manus conserunt duo hi Capitanei, at Dauid Gigantem prosternit, & aufert superbo caput.

1.Reg.17. 33.

Vidisses fugitiuos Philisthæos, arma proiicere, in apertam se dare fugam, deuictos; Israelitas vero triumphantes, victores; & sicut illi vecordes & imbecilles despiciuntur, ita hi generosi & fortissimi censentur, vt eorum minor validissimum fugaret Philisthæum. *Videntes Philisthiim quod mortuus essit fortissimus eorum, fugerunt, & consurgentes viri Israel & Iuda vociferati sunt, & persecuti sunt Philisthæos* &c. Ita vt, licet hanc Dauid retulerit victoriam, beneficium tamen in omnium Israelitarum cesserit emolumentum; ita breuitur D. Ambros. *Vnius itaque fortitudo, facta est vniuersorum victoria.*

1.Reg.17. 51. Vincunt Dauid Goliath, animantur Israelitæ. In Apolog. 1. Dauid. (a) Inde la partie de los hombros tan espesa, que apenas puede ser herida.

Grauissima inter se diabolus & homo lite altercabantur, & hominis negotium adeo viribus destituebatur & demisso (vt aiunt) syrmate in deterius ruebat, vt infernimus fortissimum ea, quemque perterreret. (a) Caussa hæc ad duos reuocatur, scilicet ex vtraque parte vnum Elegit infernus ad hanc monomachiam supremum dæmoniorum, qui realiter ipse fuit, testibus D. Aug. a & Diuus Chrysost. b qui ab eo vocatur, Archidæmon, & Diuus Hieronim. c qui credit eundem

a Lib. 3. de Trin. c. 1. b In Ps. 6. c In cap. 4 Abacuc.

dem illum fuisse, qui patres nostros in paradiso prostrauit, & à Christo dicitur, *d Princeps huius mundi*. Et *e Caput domus impietatis*, & malorum congregationis, de quibus egimus. *f* Pro parte hominis, offert Deus filium suum factum hominem, Christum: *g Quia in hoc apparuit filius Dei, vt dissoluat opera diaboli.* Strenuissimi duces, & magnarum virium Imperatores. Quin sit magnâ potentiâ diaboli, veterani militis, ambigit nemo: qui abhinc sex mille annis continuis occupatur prælijs, inquit D. Cyprian. *h* in tantam elatus, ob tam frequentes & decantatissimas victorias, superbiam, vt de eo dicat Deus. *i Ipse de Regibus triumphabit, & tyranni ridiculi eius erunt: ipse super omnem munitionem ridebit.* Porro huic, non cedit Christus, ipsa Dei fortitudo, & hoc eum nomine & titulo celebrat pater eius Dauid; *Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio.* Hodie in stadium conueniunt, manus conserunt, non semel, sed tertio, ast in omnibus deiectus, repulsus confunditur Satan, vires eius contritæ, humiliata superbia, quo nolens volens arenæ cedit inglorius, in fugam præceps ruit, iunctis sibi cunctis hostibus inferni, qui milleni ad spectaculum conuolarant adeo conterriti, & confusi, vt de eis hic dicere liceat: *Tunc conturbati sunt Principes Edom, robustos Moab obtinuit tremor, obriguerunt omnes habitatores Chanaan.* Hilares exultant homines illustrissima victoria decorati.

d Ioann. 12.31. & 16.11.
e Ab.c.3.
f Tract.7. §.28.
g 1.Ioan. 3.8.
h Lib de exhort. ad martyr.
i Abac.2. Psal.23.

Exod.15. & 15.

10 D. Augustin. declarans, hæc verba; *Dum anxiatur cor meum &c.* ait *Vita nostra in hac peregrinatione non potest esse sine tentatione: quia profectus noster per tentationem vestram fit, nec potest aliquis coronari, nisi vicerit, nec potest vincere, nisi certauerit, nec potest certare, nisi inimicos & tentationes habuerit.* Ob hanc causam voluit Christus tentari, caput nostrum ex quo & nobis, exsurgit vnum corpus. *Prorsus Christus tentabatur à Diabolo: in Christo enim tu tentabaris, quia Christus de te sibi mortem, de se tibi vitam, de te sibi contumelias, de se tibi honores, ergo de se sibi tentationes, de se tibi victoriam. Si in illo nos tentati sumus, in illo nos diabolum superamus.* Ipse & nos vnum sumus, vnum corpus, hoc quod ipsius est, nostrum est, sicut id quod nostrum, ipsius est Ipse hodie victor coronatur, & cum ipse coronetur, totum coronatur corpus; quia quæ capiti imponitur corona, totum exornat corpus. Estque ita hominibus propria ista victoria, vt humillimus homuncio, validissimum expugnat diabolũ.

D. AVGV. In Ps.60. Tom.8. Psal.60. in.4.5.

Sic rei probauit euentus, ex eo enim die cæperunt dæmonum quique potentissimi timere pauperculos homunculos, & quos sol vidit despectissimos & omnium abiectissimos, & ad diaboli ineptissimos debellationem, pauperes piscatores, quos Christus in sui conscripsit societatem, quibus ita se subdebant humiles, vt sine fuco illis dicere liceret: *Domine, etiam dæmonia tu nomine tuo subiiciuntur nobis.* Opinor Christum in se complesse, quod strennus dux Iosue quondam egerat quem etiam suo nomine præcurrebat, teste D. Hier. Non ferenda tumebant viles illi quondam Chananæi superbia, quos summopere formidabant Israelitæ, se respectu illorum non nisi locustas reputantes. *Videmus monstra de genere giganteo, quibus comparati, quasi locustæ videbamur.* Congreditur cum illis Iosue, quos adeo prostrauit, & subiecit, ut populo suo lætus præceperit? *Ponite pedes vestros super colla Regum istorum* q.d. calcate illos, superponite pedes vestros, infimam partem corporis, capitibus eorum, supremæ corporis parti. Et de facto fecerunt, & pedibus suis cervices eorum protriuerunt: quibus ait Iosue; *Nolite timere, nec paueatis, sic faciet Dominus cunctis hostibus vestris.* q.d. Hoc nihil aliud est, quam quoddam victoriæ contra hos inimicos præludium: considite, quod brevi cæteros omnes pedibus vestris prostratos, deiectosque conspicietis. Siquidem hæc Christi victoria præludium quoddam fuerit, istius supremæ & illustrissimæ, quam in stadio Caluariæ per Crucem suam erat reportaturus, de iutegerrimo Ditis inferni exercitu: vbi omnes & confudit, & deiecit, & deiecit, palam de illis agens triumphum in semetipso, teste Apostolo: & post dicemus. Modo vero hodie adeo confregit inimicum, vt illum tu valeas, homuncio infirme & tu debilis mulier, pedibus tuis prostratum contemnere, calcare, irridere, ipsum & omnes ei adhærentes, & ipsum, qui plusquam Iosue est audire dicentem te adhortantem: *Nolite timere, nec paueatis &c. Ponite pedes vestros super colla Regum istorum.*

Luc.10. 17.
Lib.2. con. Iouinia. ante medi & Ep. 25. ad Pa. De obitu Blesillæ.
Num c.13 33.
Iosue.10. 24.

III. Diaboli ex Christi victoria, minimos etiam timent

Hinc habemus, & lætamur, quod amodo illum non timeant Sancti, e contra vero deridebant, non vnum, sed omnes infernales phalanges, & exsufflatione, scommate & contemptu prouocent omnes, vt omnes prouocabat Diuus Paulus, & nominatim triumphator illorum D. Antonius, de quo D. Athanas. in vita eius, refert: quod dum innumeras cerneret hostium turmas; in suum interitum conspirantes, omnes ad pugnam excitauit, eos vt viles, vecordes, deiectos insimulans: qui Monachis dicere soleret. *Mihi credite fratres, pertimescit Satanas ipsorum*

IIII. Sancti viri rident diabolum.

D. Anto.

vigilias ; orationes , ieiunia, voluntariam paupertatem , misericordiam, humilitatem, maxime vero a dentem in Christum amorem, cuius vnico Sanctissimæ crucis signo debilitatus aufugit. Hoc vero nos maxime solatur, quod de hoc testatur S. Mater Teresia, quæ huius considerationē, per Dei gratiam, tantum super omnes dæmones obtinuit dominium ; vt (inquit) illos non plutis faciam , quam muscas, mihi tam excordes videntur , ut dum vident me illos flocci pendere, vires omnes perdant. Illos Christus Dux strenuus adeo humiliauit , & confregit : vt sumpto manubus crucis vexillo : non abhorrerem (inquit illa) illos brachiis meis constringere, nam mihi factu perfacile est illos crucis signo , cunctos superare : unde & illos prouocans ait : Venite modo cuncti, quia cum sum Christi ancilla, cunctos pedibus prostratos deridebo, experiri volo, quibus viribus polleatis. Concludit tandem verbis eo dictis acumine , quo ut plurimum, eam sucuerat. Hos ego terrores non capio , dæmonum, dæmonium, cum & nobis dicere liceat , Deus , Deus , & eis timorem incutere. Quid hoc? Hoc sine dubio est, quod ego plus timeam illos, qui adeo timent diabolum , quam ipsum diabolum. Ad rem narrat ipsa S. Mater historias lectu dignas , qua ratione guttula aquæ benedictæ fugauerit diabolum , qui eam diuexabat , & alios multos illorum, conformiter ei quod ipse mihi narrauit, qui præsens adfuit morti pijssimi P. Magistri F. Ioannis Micon Conuentus mei Prædicatorum Valentiæ, de cuius beatificatione processus instituetur , qui dum extremo luctaretur spiritu , vidit dæmonem exuna cellulæ parte, quasi iocantem & irridentem , & religioso cuidam ait: versus illam partem aquam dispergite benedictam , qua dispersa , illis illudere cæpit , oculis in illam semper partem contortis inquiens : O vercordes, ignaui , quos una aquæ benedictæ guttula terret, & in fugeam compellit. An dari possit imbecilliot inimicus , aut qui minus debeat formidari ? Ita igitur, o Christiane , aduerte, te contra iam subiectum & prostratum decertare inimicum, proinde grauissimam tibi inuri maculam , si te ab illo vinci pusillanimem patiaris. Non tanti fuit momenti prostrauisse Dauidem, Samsonem, Salomonem, quinimo & ipsum Adam , insuper tot strenuos & fortissimos Duces : erat enim tunc virtus eius ac potentia vegetior, infractior, petulantior; Modo vero vires eius Christus confregit. Iam canis rabidus

Ser. 167 de t

nexus gemit , ut ait D. Aug. iam leo rugiens caueæ inclusus latrare potest , mordere non potest ut nobis describit D. Ioannes quem supremus Dux noster vinxit : *Apprehendit draconem, serpentem antiquum, qui est diabolus, & satanas, & ligauit eum.* Quid ligatum times canem quid leonem formidas catenatum ? Etiam huic pueruli insultant , dum sic reuinctum conspiciunt. Apoc. 20.

§. 4. Ductus est. *Ad tentationes ductus est Christus donis Spiritus S. cuius opera omnibus sunt rationibus superiora , iuxta Theologiæ disciplinam.*

ALiam proponit nobis rationem D. Tho. Cur Christus in arenam descendere cum aduersario nostro, quasi præsentibus nobis , voluerit: & hæc illa est, ut suo nos exemplo & imitatione instrueret, cum eo digladiari, & modum doceret, quo illum debellemus. Hanc rationem dedit D. Aug. ubi hoc subtiliter aduertit. Duabus nobis fauet manibus Christus : una, ut Redemptor, altera ut Præceptor: hæc enim duo officia in salutem nostram sibi assumpsit: Vt Redemptor , de potestate nos eripuit sæuissimi huius tyranni, eum subiiciendo, & vires eius confringendo, & nobis suas contribuendo, ut per illas nostræ sint viribus totius inferni superiores. Et ut Præceptor nos instruit, nobis videntibus decertans: quasi nobis dicat : *Quod me videtis facere, citò facite* , hæc verba sunt Ge- Ind. 3. al. deonis ad milites suos quodam stratagemate D. Aug. hostes suos Madianitas deterrentis. Christus, ait Loc. cit. a Diuus Augustinus *Diabolo se tentandum præbuit, vt Tit. ad superandas tentationes eius , mediator esset, a Item, non solum per adiutorium , verum etiam per 13. in Ma. exemplum.* Huius ratio est, quam assignant D. b Luc. 4. Chrysost. a D. Ambros. b D. Leo Papa c & o- Luca. pinatur D. Tho. d eam esse quam legimus apud c Serm. 1. D. Paul. *eTentatum per omnia, pro similitudine abs- de Quaque peccato* q. d. quod omnia tentationum genera sufferre dignatus sit, ut in omnibus nobis da- d In c. 4. ret suiipsius exemplum, & ex eo eas superare dis- ad Hebr. ceremus. *Tentari sepe missi*, (inquit.) *Vt hominem e Lib. 2. quem gerebat ad nostra imitationis temperaret 15. exemplum.* Diuina sunt hæc verba , quæ multa a Lib. 3. indigent declaratione ait D. Aug. a Proinde quid- de cant. quid hoc in conflictu ab eo peractum videmus, e. 21. ait Diuus Cypria . totum nobis est instructio, b Lib. de ut eum addiscamus superare, *Voluit Sapientia Dei filius, & eruditos informare exemplo , & imitatione, proponere documenta.* Cypr. Voluit

» Voluit Christus per omnia tentari, ut ait Apostolus nobis ad exemplum & eruditionem. » Est etenim vera illa arbor, cui omnes assimilari » debent iusti. Et de illo, qui arbor est, dixit, Da- » uid. *Erit tanquam lignum.* Fuit arbor hæc, eo » modo plantata, ut in eam aquarum torrentes » inundarent, omnes scilicet tentationes, ut de- » clarat Diuus Ambrosius: Expendit hic Doctor, » Dauid de vito iusto loqui, qui iam nunc in hac » vita beatus est: *In spe beatus vir, qui non abiit* » *in consilio impiorum*, & in altera beatus erit, *In re* » in possessione. Hic, inquit, erit tanquam verum » lignum plantatum secus decursus aquarum. Quæ » arbor est hæc, nisi Christus? Videtur enim tan- » gere arborem illam a Deo in medio Paradisi » plantatam. Arborem vitæ; ipse etenim est, quidat » vitam mundo, & ob hoc, inquit Sanctus, D. po- » suit eum Deus, *In medio paradisi.* Primo, ut per » eum cuncti instruerentur: qui se cunctis præfe- » cit præceptorem. *Pulchre legitur in medio ligno-* » *rum aliorum quia erat in medio discentium.* Ita e- » tiam ipse loquitur quando seipsum præbuit dis- » cipulis suis humiliatis exemplum: *Ego autem in* » *medio vestrum sum, de quo & Salomon dixit. Lig-* » *num vitæ est omnibus percipientibus eum.* Ad hoc » venit, fuit plantatus, ut iustos præiret exemplo, » de eo enim quod est, & quod acturus est, loqui- » tur Dauid. *Et erit tanquam lignum, quod planta-* » *tum est, secus decursus aquarum.* Et ideo illud se- » cus decursus aquarum plantarunt. Dicuntur in » S. Scriptura aquæ, tentationes, quæ ex rebus ter- » renis, inquit D Am oriuntur. *Sunt aquæ quas no-* » *bis prohibet bibere Hieremias, dicens, quid tibi &* » *vias Ægypti, vt bibas aquam turbidam?* O quot a- » quis abundat vita hæc, quæ decurrunt & arbo- » res impellunt. Sunt aquæ Tygridis, tigantis As- » syrios, sunt aquæ Euphratis, rigantis Babyloni- » am, sunt aquæ Phisonis rigantis terrã Heuilath » Et hoc aliis verbis dixit D. Ioa. *Omne quod est id* » *mundo, aut est concupiscentia carnis, aut concupis-* » *centia oculorum, aut superbia vitæ.* Carnis deliciæ » superbia, & auaritia. Tigris cursu rapidissimus » percurrit superbos Assyrios: Euphr. Babyloniam » interluit carnis: Phison aquas adducit diuitiarũ. » Notat D. Amb. id quod notauerat Spiritus S. » quod Phison irrigat terram. *Heuilath. Voi nascetur* » *aurum, & aurum terræ illius optimum est: ibi inue-* » *nitur bdellium, & lapis Onychinus.* Non hoc fru- » stra dixit S.S. Phison, (inquit) significat. *Oris* » *commutatio. Merito ori illic commutatur, vt non te-* » *neatur promissorum fides, sed sit in ore dolus; vbi est* » *aurum bonum.* Vbi viget & fulget aurum, oris » commutatio inuenitur, & cogent te id dicere al- »

bum, quod dixeras nigrũ, vt patet in militibus » Christi sepulchri custodibus: *Anarithia enim* (in- » quit) *fidem frangit, nec tenet verborum simplicita-* » *tem, ornamenta quoque pretiosa, mentem animum-* » *que commutant, vt aliud pectore & aliud in sermo-* » *ne sit. Plantatus ergo recte dicitur Christus secus* » *decursus horum fluminum, non in ipsis decursibus,* » *vt finitimum, non demersum intelligas.* Verumta- » men attendas, quæso, quam fortiter decursus a- » quarum ad arborẽ allidant: primo enim eum de » liciis tentat Satanas carnis in articulo necessita- » tis famis: secundo, superbia, in ipso tẽpli pinna- » culo: Aft omniũ grauissima tentatio, diuitiarum » fuit, quã d abolus Christum ad otis commuta- » tionem cogere moliebatur. *Fuit diuitiarum ob-* » *iecta tentatio. Cum omnia regna terræ ei intimus* » *offerret, si prosiluit Dominus eum adoraret.* Verũ- » tamẽ hæc ita cõtigerunt, ut nobis præiret exẽ- » plo & documento, qua ratione eius tentamen- » tis illuderemus: eum enim sibi iustus debet pro- » ponere. *Vt sit sicut lignum plantatum secus decur-* » *sus aquarum.* Omnia tentationũ genera pertulit » Christus. *Tentatum per omnia* inquit Apostolus. »

Ac si diceret, inquit D. Amb *Permisisti me ten-* *tari omni tentatione.* Et psalmographus. *Omnes* *fluctus tuos induxisti super me.* Secundum hæc, id nobis incumbit, ut in eum oculos nostros diri- gamus, monente nos Isaia. *Erunt oculi tui viden-* *tes præceptorem tuum.* Et diligenter attendamus quidquid egerit: hic namq; optime quadrat *D. Ifai. 30.* Greg. sententia; *Omnis Christi actio, nostra est in-* *20.* *structio.* Quot actiones in hoc opere, tot nobis scribuntur documenta. Consideremus igitur il- la, quorum primum sit id: de quo instruimur ex eo quod ait D. Matth. *Ductus est Iesus a spiritu in* *deserturn, vt tentaretur.* Baptizatus est, præcla- rissimis illis circumstantiis, quas delineant E- uangelistæ, & statim repletus S.S. ascendit de Iordane, & eodem agebatur spiritu in desertum, ut tentaretur: *Ductus est* &c. Notat D. Chr. mo- dum loquendi, sub quo profundum latet myste- rium. Non dicit Euangelista, quod ierit, ut ten- taretur: sicut dicitur, quod *Abiit Iesus trans mare* *Galilææ*, nec eo venerit, sicut, *Venit Iesus in ciui-* *tatem Samariæ.* Nec item quod secesserit in de- sertum: sicut *Secessit in partes Tyri & Sidonis.* Sed bene *Ductus est a spiritu* &c. Quasi vi quadam raptus, & actus a spiritu: sicut declarant D. Mar. *Expulit eum spiritus in desertum.* & D. Luc. *Age-* *batur a spiritu in desertum.* Quæ verba significi- cant, explicatore D. Cyrillo: interiorem quendam impulsum, eumq; fortissimum, quo eum Spir. S. impellebat, agebat, rapiebat, expellebat in deser-

Hom. 13. in Matth. Ioan. 6. 2. Ioan. 4. 5. Matt. 15. 21.

Mar. 1. 12. Lib. 2. de fide ad reginas c. 2.

I. Christ. arbor est in medio paradisi. e D. Am

Psalm.

Ioan. 4. 13. 14.

D. Am Gen. 2. 12. 11

tum quibus verbis nullo modo velim intelligendum, interuenisse aliquam violentiam libertatis nostræ destructiuam, sed iis significari, quam longe Christus abfuerit, vt ipse eo tenderet, cum eo modo expulsus fuerit quo sæpius S. S sanctioris vitæ viros impellit, ita ut, manente libero arbitrio, magis proprie de iis dicatur, quod spiritu fuerint agitati, quam quod proprio motu eo secesserint; iuxta Apostolicam phrasim, *Spiritu Dei aguntur.*

Rom. 8. 14

Ad huius expositionem, suppone hanc doctrinam Catholicam, quod præter virtutes acquisitas & infusas, quibus homo operatur bene, sint & dona S. S. quibus mouetur ad opera præclariora, quod docte disputat D. Th. Currus ex

12

2. 2. q. 68.

se grauis est, ob materiam ex qua formatur; & hoc suo pondere facile deorsum currit, at sursum ascendere, difficillimum, at vero se eo versus mouere possit, necessarium est seuum quo rotæ & axes inungantur. Est homo, inquit D. Amb velut

Lib. 2. de Abra. c. 8.

currus, quem potentiarum suarum trahunt rotæ ex se grauissimus: componitur enim ex graui corpore, quod ad una deprimit: *Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam.* Ac proinde nullo negotio in profunda demergitur; *Cuncta cogitatio cordis intenta, est ad malum omni tempore.* At vero, vt ad bonum ascendat, quia hoc sursum est, magnas patitur difficultates, & necessario requiruntur virtutes & Dei dona, quibus potentiarum rotæ inungantur. Ecce cur anima virtutes & dona infundantur. Quæres: quæ sit differentia inter virtutes & dona? Mpl. a. Ambo mouent hominem ad bonum, sed eius sunt duo genera, & ad virum libet potest homo dirigere suas actiones. Vnum, secundum rationem naturalem animæ nostræ impressam, vel supernaturalem declaratã per Deum in Scripturis aut S. Matrem Ecclesiam, vt ad hoc bonum tendamus pronuntur, & sunt necessariæ virtutes. Fides donum intellectus, quo anima tua erigitur, vt ea credat, quæ nec vidit oculus, nec auris audiuit, nec potuit cor humanum imaginari. Spes in voluntate tua, qua ascendit anima tua, & cælos penetrat illud, sperans, quod nullæ creatæ vires possunt obtinere. Ob hoc ait. D. Paul. vsque ad intima ascendere facit: *Spem incedentem vsque ad interiora velaminis*, hæc ie securum reddit in huius vitæ calamitatibus, vt nauim anchora, *Sicut anchoram animæ tutam, & firmam.* Charitas & ipsa in voluntate, vt ei det vires, quibus supremum illud diligat bonum, quod omne superat desiderium. Prudentia intellectu, quæ tibi media suggerit, ad ea quæ agenda occurrunt. Iustitia in voluntate, quæ te cogit, dare vnicuique, quod suum est. Fortitudo in irascibili, quæ te in periculis animat: & Temperantia in concupiscibili, quæ te ad ieiunia & mortificationis opera compellit.

III. Quæ sit differentia inter virtutes & dona.

IIII. Bona sunt duo genera.

Aliud quoque datur bonum, cuius bonitas nõ desumitur, nec dependet ex regulis rationis, sed ex particulari S. S. impulsu; sicut Samsonem diruere Templum dum se ipsum occidit, vt Philisthæos interimeret. Prodire Dauidem adolescentem, inexercitatum ad arma funda & saxis, Gigantem adorientem, militem veteranum, qui eum vt frustum panis deglutire posse videretur. Prosilire mulierem decora facie, velut Iudith, inter dissolutas militum legiones transire, & admittere pernoctationem in eodem cubiculo cum Duce adeo libidinoso Holoferne, qui in eius exarserat concupiscentiam. Seignibus deuorandam iniicere, & manus præuenire tortorum in S. Apollonia: discedere Alexium Roma, desponsatum verbis de præsenti, sponsam deserere, nõ ei communicato rei negotio, cur sic, quo sic &c. Totum hoc bonum erat, cum vt tale nobis propouat Ecclesia & S. Scriptura: verum tamen, non dependet eius bonitas ex naturali, seu supernaturali ratione secundum enim illam, non tantum, non esset bonum, sed vt malum censura notandum, sed ex particulari dependet impulsu S. S. qui in suis decretis & actionibus, regulis ordinariis rationis non alligatur. Vt vero quis ad tale bonum agitetur, quod est supra omnem regulam, requiruntur (inquit D. Thom.) dona S. S. quæ nihil aliud sunt, quam qualitates quidam Diuinæ, quæ animam perficiunt, vt se commoueri & duci sinat, ad talia bona, quæ omnem rationem & legem excedunt.

13

Hoc Christus iudicare voluit Principi Synagogæ Nicodemo, illa tam sublimi Theologia, quã D. Ioan. describit: cuius tanta est profunditas, vt ad eius primum ingressum, se submersum magnus ille doctor fateretur; dum ait: *Quomodo possunt hæc fieri?* Respondet Christus; *Spiritus vbi vult spirat, & vocem eius audis, sed nescis vnde veniat, aut quo vadat.* Quidã S. S. Græci Patres, sur

Ioan. 3. 8

norat D. Tho. arbitrati sunt, quod Christus locutus sit ex metaphora venti, quem dicit spiritum at communis sensus habet, quem sequitur D. Thom. quod ad litteram loquatur de Spiritu S. eiusque supernis motibus. Sic intellexerant D. Athanasi. Basil, Gregor. Nazianz. Hieron Augnst. & Gregor. apud Tolerum. primo dicit: *Spiritus vbi vult spirat.* Inspirat, incitat, mo. uet Spiritus Sanctus quem sibi placet: quia vt notat Di Gregori Nazianz. aliquando dantem

Ioan. 3. Aug. 15 in Ioan.

præterit, & pauperculo opilioni inspirat, vt Amos, qui cum grege sibi commisso montes Thecuæ obambulabat, Eliam mouet, quem nescias vnde prodeuntem, similiter & alios prophetas. Aliquando impellit ignorantes, & mundi doctissimum creat, vt patet in Apostolis, omittens orbis doctores sapientissimos. Aliquando gratia sua decorat peccatorem cauteriatam habentem conscientiam, vt Latronem, Magdalenam, Saulum, in quibus manifestum est, quod *Vbi vult spirat.* Hoc idem dicit Dinus Paulus: *Hæc omnia operatur vnus ac idem Spiritus, diuidens singulis pro vt vult.* Nota illud: *Pro vt vult*; quod idem est, quod Christus ait: *Vbi vult* quod tempori non alligetur, nec loco, nec occasioni, nec impulsui, nec ingenio, nec vestræ determinationi operatur, inspirat, mouet, determinat, *Vbi vult* dicit Christus, *Pro vt vult* inquit Apostolus. *Vocem eius audis*, quia realiter vir sanctus & hoc Diuino Spiritu motus, sentit in se ipso illum impulsum, qui fit quadam libera violentia, quo, licet moueatur, non perdit libertatem; insuper & mouetur, & cum Dino Paulo, agitur, non tamen violenter. Attamen in casibus particularibus, nec dicere posset homo, nec dare rationem, eius qui eum mouet, nec ob quam caussam: *Nescis vnde veniat, aut quò vadat.*

Sublimis est hæc doctrina, quam nolim accipias, vt credas, impulsus quos sentis, omnes esse à Spiritu sancto nec sub eius prætextu suis inaurare, velis sensualitates, vt aliqui nostri temporis fecerunt: qui in statu Religioso, carnales sua cumque viuebant, fingentes, vel credentes, impulsus venire de Spiritu sancto qui diabolo vel carne auctore exurgebant, ac proinde cum dubius fluctuas, viros doctos & sanctos consule, quos Deus posuit in Ecclesia: de quibus in nostris tractatibus. Hinc trahit Diuus Thom. quod ad actus virtutum, propriè homo se ipsum moueat, quia illos ex deliberatione facit, secundum regulas rationis naturalis seu supernaturalis; & regulam assignare potest secundum quam operatur. Attamen in actibus donorum Spiritus sancti proprie non dicitur, quod ipse homo eos agat, vel se moueat, sed quod agitetur, & moueatur à Spiritu sancto, quia tales non facit eo modo, vt se per propriam deliberationem moueat conformiter rationi seu regulæ, sed per impulsum superiorem qui omnem excedat rationem, quare & si ab eo eius ratio quæreretur, cur hoc fecerit, ne sciret, nec posset eam dare: hæc omnia explicauimus alias. Hinc lucem accipit phrasis hæc Euangelistarum: Dicente vno: *Ductus est à Spiritu*, alio vero: *Expulit eum Spiritus.* Alio. *Agebatur à Spiritu.* Nullus vero dicit, quod eo iuerit: quia ire vt tentaretur, & in desertum secedere, vt ibidem periculosas perferret tentationes, non est virtutis actus, & si ipse eo sponte secessisset, non fuisset optimæ rationi consentaneum, nec legibus diuinis, vel Sanctæ Ecclesiæ; sed quod actus fuerit donorum Spiritus S. Quibus illum monit, expulit, inspirauit: D. Ambros. arbitratur Christum fuisse motum dono consilii, vt Samson: alii vero dono fortitudinis, vt David, vt in arenam descenderet cum gigante illo infernali decertaturus. De quibus actum est.

D. Chr. *Hom. 13. in Matth. Tract. 7. §. 18. 19.*

Tract. 7. 6.

§. 5. *Quicumque se temerariè tentationibus ingesserit: prosternetur cum Dauide, quem verò Deus ad illas adduxerit, victor euadet cum Ioseph.*

ECce igitur primum documentum, ait D. Chrys. nobis à supremo Duce præscriptum. Si Satanam superare meus sit, ne eo accesseris, vbi ipse te tentet, nec quæras, nec intres seu te ingeras tentationibus: hoc enim non est rationi consentaneum, quin potius, secundum illam, (ait D. Cyprian. *a* quem sequitur D. Augustl. *b*) eas expedit fugere: nonnisi enim est ea Spiritus S. sententia, *Qui amat periculum, peribit in illo.* *c* Manifestum est, & dicimus: quod, qui candelam accensam ad fenestram producit, vbi furentes perflant turbines, nihil aliud desideret, quàm vt extinguatur. Et si te ipsum in lacum leonum immiseris, & cum fortissimo leone decertaueris, manus in molares eius iniecceris, quod ab eo intendas dilacerari. Et si fornacem intrare volueris ita accensam, vt flammæ eius in cælum conscendant, qualis illa erat Babylonica, patet omnibus, quod in cineres redigi præoptaris. Hoc verum est, si tu teipsum occasionibus ingeras; verum si te Deus huc adducat, iis obiciat periculis, & ad illa diuino eius spiritu impulsus accesseris, ipse tibi dexteram porriget, vt liber euadas, sicut Danieli in lacum leonum iniecto, qui inter eorum septem illæsus resedit, & pueris Babylonis in medio fornacis, inter ignium flammas stuppa, naphta, pice & malleolis reaccensas, quia

14

Hom. 13. in Matth.

a *Lib. de orat. Dominica.*

b *Lib. de bono perseuera c. 6.*

c *Eccl. 3. 27.*

1. Similitudo.

ipsi se his non iniecerant, sed ob Dei cultum iniecti sunt: tales sibi Deus assumit liberandos: juxta illud D. Petri. *Nouit Dominus pios de tentatione eripere.*

2. Pet. c. 2. 9.

Admirare diuersos illos successus & euentus in Dauid & Ioseph quoad eorum tentationes. Magna fuit sine dubio, Dauidis tentatio, magnum periculum, ex solario enim domus regalis oculos suos iniecit in Bethsabee, erat enim pulchra valde, Testatur Spiritus Sanctus. Nuda erat lauans corpus. Quæ non scintillæ ex hoc busto excitantur? certè quæ syluam incendere sufficiant. Porro sine comparatione maior fuit illa Ioseph tentatio, quam subtiliter expendunt D. Ambros. & D. Chrysost.

2. Reg. 11.

L. de Ioseph. Ho. 62. in Genesim. Gen. c. 39. 7.

Primùm: quia ille oculos suos non iniecit in Dominam suam, sicut Dauid in Bethsabee, sed illa in illum: *Iniecit domina sua oculos in Ioseph.* Illa in illum; & ipsa fuit, quæ primùm eum sollicitauit: ipsa mulier, ipse vir, ipsa Domina, ipse famulus. Secundum: non eum semel, sed sæpius lingua non sedarguta prouocauit: singulis diebus verbis teneris & voluptuosis eum demulcebat: *Huiusce modi verbis per singulos dies loquebatur.* Ita vt in dies augeretur adolescenti angustia: eo quòd singulis diebus increscceret mulieris perfrictæ frontis impudentia, & consequenter eiusdem oppugnationes. Tertium: non eum simpliciter prouocabat, sed importuna & molesta vrgebat. *Et mulier molesta erat adolescenti:* Singula notes verba: ipsa mulier, & ipse vir, quòd nihil aliud est, quam stuppam igni applicare. Ipse iuuenis flore vernans ætatis, in quo sanguis bulliebat feruentior: ipsa venustâ facie, pulchrior, quæ tam instanter adolescentem premebat in stuprum, vt dicere licuerit: quod ei erat molesta. Et hoc ita ita contigit, vt cum Ioseph intrat cubiculum, cum solum apprehendat in angusto duarum partarum conclusum, illa illum, illa manus illi iniicit impudentes, sistit illum illa, viget efficaciùs illum illa, resistit illi ille, & victor euadit profugus. *Et ille recusabat stuprum.*

Expende factum hoc, monet D. Chrysost. nec simpliciter hoc prætereamus: mihi enim, inquit, præclarius hoc opus videtur, quam illorum trium puerorum in Babylone, qui fornace conclusi ardentissima, ab igne innocui permanserunt. *Non enim tam admirabile, vt mihi videtur, in fornace Babylonis esse tres pueros, & illæsos permanere, & nihil ab igne pati, vt admirabile hoc & rarum, quod admirabilis ille iuuenis retinetur vestimentis à polluta illa, & lasciua, nec tamen illi cedit &c.* Nunc igitur compara Dauidem Ioseph. Liquidò patet Dauidem operibus bonis magis excercitatum, quàm Ioseph: cuius erant vigiliæ magis continuæ, abstinentiæ, mortificationes, & ieiunia; in quo non tam feruens sanguis, quàm in Ioseph: senior enim erat, & multis iunctus vxoribus. Secundò: confer tentationem tentationi, & attende, quòd nec Dauidem Bethsabee prouocauit, nec in domo suo, alebat, nec ipsa ad ipsum nuntium misit, aut litteras; cuius omnia prorsus contraria in Ioseph contigerunt. Quæ igitur causa est, quod Dauid casu tam luctuoso ceciderit miserandus, Ioseph vero tentatione superior, exierit gloriosus? Hæc est vt arbitror: quòd Dauid seipsum ingesserit tentationi, Ioseph vero minimè, sed quòd eum Deus in hanc iniecerit. Dauid se iniecit, cum domi otiosus eo trimpore, *Quo solent reges ad bella procedere,* quærebat quibus tempus tereret, hoc proprium enim est otiosis; & vt ea inueniret, ascendit domus suæ solarium oculos recreaturus, quibus pro obiecto sumpsit, mulierem elegantis formæ, denudatam, se lauantem, quam fixis oculis diutius contemplatur, heu nimis curiosus. O Dauid, tu te huic exponis tentationi? oculos tuos offendes miser. Non ita Ioseph, sed eum Deus in hanc deduxit tentationem, cum, vt notat D. Ambros. in cubiculum secesserit, vbi imminens erat periculum, vt officio suo satisfaceret, quod ei Deus commiserat, redderet nempe competentem rationem eorum bonorum, quæ fidei suæ Dominus eius tradiderat. Non eò intrauit ad delicias, aut temporis jacturam, sed vt ea, quæ sui muneris erant sedulos exequeretur. Habemus autem hoc ex Septuaginta, qui legunt: *Ingressus est, ad faciendum opus suum*; Et adhuc apertius textus Chaldaicus: *Vt inuestigaret scripturas rationis suæ.* Cum enim omnia totius domus bona procuraret, libros rationum habebat plurimos quos opus habebat reuoluere, ad hoc ergo intrauit. *Ecce* (inquit D. Ambros.) *Quomodo officij sui, & commissi muneris gratia, ingressus fuit.* Et optimè Lipomannus ex Hebraico textu: *Ex officio coactus ingressus fuit.* Perpende verbum hoc: *Coactus ex officio* non ex lenitate, sed officii sui cogente necessitate.

2. Reg. 11. 1.

D. Chr. Tom. 1.

D. Aug. Lib. de Ioseph. c. Tom. 1.

15 ☿

Hic velim amice perpendas, cur communiter victus labaris: quia videlicet tu ipse ad tentationes prosilis. Accedis ad confessionem, te tam sæpe ipsum accusas: Fui ad domum talis, & ibo de cadauere

Ita Ratio cur

conuersatione

conuersatione lapsus in couersationem, hoc & illud mihi contigit. Optime, fui: Quòd eo tu tendas, quod te tentationi exponas, quis inde euentus? An ignoras prouerbium: mulier ignis est, vir stuppa, diabolus sufflat? Accedit alter periurus & mille onustus iuramentis; Quomodo, clarissime, in hæc lapsus crimina? Pater, domum lusoriam adii, & ibi ex occasione lapsus sum. Optimè dicis; adii, & ex tali accessu, quid sperandum? Confitetur alter se murmurasse, & alterius honori detraxisse. Cur hoc? Conuersatus sum cum hominibus linguâ dissolutis, qui nesciunt aliud proloqui, nisi de his & aliis detrahant. Quid ex eo sperandum, dum tu tibi quæris occasionem? Caue tibi, Christiane, quo vadas attende, & quomodo, nec te ingeras tentationi. Auili Spiritum S. te monentem: *In viarumine non eas, & non offendes in lapides: nec credas te viæ laboriosæ, vt ponas animæ tuæ scandalum.* q. d. Circumspice, ne per præcipitia incedas, offendes in lapides, & æternum corrues, nec pedibus tuis credens leuioribus, pertranseas insidias & offendicula: hoc est *Via laboriosa*: capietis incautus, & temerarius expunges tibi oculos.

Eccl. 32. 21. 2.

Valde demiror D. Cyprianum in hac doctrina diligenter eruditum, qui semper suis inculcabat, nec debere, nec consultum esse, eo tempore, quò tyrannorum in Christianos persecutio sæuiebat, quemquam illorum vltro sese tortoribus offerre pro Christi nomine cruciandum, hoc enim erat seipsum tentationibus & decertationibus exponere, ac proinde verendum, ne turpiter succumbat. Credit autem, quod si aliqui hoc fecerint, & tyrannis se vltro ad martyrium obtulerint, illos tyrannidis, & infidelitatis arguentes, vt S. Sebastianus, S. Euphemia & plerique alii: illos ad hoc singulari quodam Spiritus S. impulsu fuisse permotos, quod & magis propriè dicere possumus, quàm quod ipsi sua sponte tyrannos adierint, quia non debet quispiam tentationem temerarius accedere sed à Deo actus, vel præcisa obligatione compulsus. Patet hoc in eo, quod accidit D. Paulo, profecturo in Hierusalem, vbi nouerat sibi graues persecutiones, carceres, & tentationes imminere. Qua igitur ratione, ô beatissime Paule eo tendis? te ipsum sæuis hisce exponis difficultatibus? Non ego illuc proficiscor, inquit, sed rapior alligatus. Porro quis tibi hæc iniecit vincula? Spiritus Sanctus. *Nunc ecce alligatus ego spiritu, vado in Hierusalem.* Non erant hæc vincula materialia, nec eum violentum traxerunt, nec inuitum sed impulsus quidam Spiritus Sancti vehementior, qui cum ei non auferret libertatem sicut numquam suis tollit seruis, quos ducit & impellit, vt animalia illa Ezechielis, magis ex veritate dicere licet quod à Spiritu Sancto propelleretur in Hierusalem, quàm quod ipse vltroneus eo tenderit.

Lib. lapsu Epistola. 11. ad Nemesianum III. Nemo se vltro temerariè offerat ad martyriũ.

Act. 20. 22.

Si igitur nec ipse Apostolus seipsum tentationibus exponere præsumit, ne quidem illis, quæ in defensionem fidei esse videbantur. Si fortissimi Christi milites, ex seipsis ad bella non procedant, aut graues tentationes veriti superari, quid de te erit, qui ex te ipso frequentas pericula, voluntarie laqueis te implicas, quæris occasiones? Tu, qui ne pedem quidem moues, nisi vt eo tendas, vbi te grauius oppugnet Satan, & in pedicas pedem elidat, cur non, quo vadas circumspicis curiosus? Adeo diligenter præcaues, ne eo tendas, vbi corporis sanitas incurrat damnum, & non præcauebis, eo ne tendas, vbi tanto laborat periculo animæ tuæ salus? Legat diligens lector D. Thom. exponentem hanc petitionem: *Ne nos inducas in tentationem.* Vbi quærit: *Virum tentatio sit appetenda.* 2. Distinc. 21. q. 1. ar. 3.

§. 6. A Spiritu. *Prima contra diabolum arma defensiua, est Spiritus S. gratia: quâ superantur dracones, sine qua musca vincunt.*

SEcundam institutionem prælegit nobis Diuinus ille Præceptor, assignans arma, quibus ad prælium præcincti progrediamur. In hoc consentiunt omnes, arma magnam esse victoriæ partem. Quocirca Saul dum Dauidi optat de Gigante victoriam hoc primum curauit, vt ei de armis prouideret fortissimis. Ad prælium se Christus accingit sed quibus armis protectus? duplicibus: Ex parte Dei prima, scilicet Spiritus S. eiusque gratia. Ex altera parte secunda, scilicet ieiunium. Arma prima, & maxime ad debellandum diabolum necessaria, eiusque superandas tentationes sunt fauor, gratia & Spiritus S. adiutorium.

Conscripsit Diuus Basil. Homiliam cui titulum præfixit: *Quod sine Diuina virtute, & gratia nullus possit resistere Satanæ.* Ratione cuius admirabili scribit eloquentia quem imitatur D. Hieronim. & hoc ipsum totis viribus intendit D. August. Liquet omnibus, inquit D. Hieronim,

16

inimici vires notoriè sine comparatione multum nostris esse fortiores. Sunt enim hi Principes potentissimi: nos vero vermiculi viles; illi spiritus fortes, contra quos infirmus est gladius, lancea, bombarda; quibus nulla clauditur porta, nec inaccessibilis est munitio, non illos occupat somnus, non detinet prandium: nos vero caro debilis, quam extenuat fames, sitis, somnus, & aliæ corporis miseriæ. Satis expressè

Eph.6.12. hoc intimat Diuus Paulus: *Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ.* Hinc sequitur, quòd si solis nostris viribus descendamus in prælium paribus manibus, pari gladio, sine vllo negotio superabimur. Quid igitur remedii? In auxilium nobis sumamus, & procuremus vires Diuinas, quòd si eas habeamus, securi simus de victoria. Illis munitus sob securus in arenam contra portas inferni prodibat: *Pone me juxta te, & cujus manus pugnet*

Iob.17.3. *contra me.* Mecum stupent omnes, inquit Di-

Hom.46. in Gen. vus Chrysostom. videntes, quòd mortuus non corruerit Dauid, dum contra se progredi cernit horribile & infame illud spectrum Gigantem instar turris altissimæ, librantem lanceam vt pinum, inflatum superbiâ, quâ vno impetu posset integros exercitus demoliri, & nihilominus contra adolescentulum primæ lanugi-nis, sine gladio, aut lancea, sola funda & quinque lapidibus armatum, imperterritum, quin potius jam nunc sibi de victoria applaudentem. Quis illi vires ministrauit? ipsum scire, secum esse Dei gratiam, Dei vires auxiliatrices. Vnde

1.Reg.17. giganti exprobrans ait: *Venio te in nomine Domini.* Id est, Dei & viribus & defensione. Cui hæc præsto sunt, ait Dauid, securus vinit. Ratione huius psalmum decantauit de certa victoria, quâ gaudet vir justus Dei fultus adiu-

Ps.90.1. torio: *Qui habitat in adjutorio Altissimi.* Spem concipit Dei seruus: quòd omnibus gehennæ venatorum laqueis euadet expeditus, *De laqueo venantium*: nocturnis timoribus, *Non timebis à timore nocturno*: infinitis hostibus, *Cadent à latere tuo mille &c.* Exercitus & militum milliones coram te procident aspides & basiliscí subjicientur, *Super aspidem & basiliscum ambulabis.* Leones & dracones corruent, & conculcabuntur. *Et conculcabis leonem & draconem.*

Hom. de Bapt. Hinc colligit D. Basil. Nullam aliam orationem seu verba perpetuo nocte ac die à nobis in ore habenda, quam ea à quibus S. Ecclesia suas exorditur orationes, & quæ Dauid frequentissime concinebat: *Deus in adiutorium meum intende, Domine ad adiuuandum me festina.* Omni enim hora adstant parati inimici nos bello aggressuri, quòd feliciter & omine auspicato, sine Dei adiutorio finiri non posse omnes conclamant. Ps.69.2.

Videtur Rex Dauid velle tangere historiam quam narrat Spiritus S. de Iacob, erat illi infestissimus maior natu frater Esau qui & in eius necem conspirauerat, eo quod illi primogeniti jura abstulisset, quæ sibi ex naturali jure competebant, ob quam caussam plusquam varinia-no odio ac inuidia in fratrem exardescebat: Regreditur de Mesopotamia Iacob vxoribus, liberis, gregibus & opibus diues: noua intelligit, contra sese copiosa militum cohorte fratrem armatum procedere. Quid consilii Iacob? Nouit fratris copias suis longe esse fortiores, & quod si pari Marte cum illo confligat, certo certius præuidet se perdendum iri cum tota sua familia, gregibus & opibus. Fratris enim exercitus notoriè viribus suas excedebat legiones: quo circa secedit in solitarium locum, genua flectit, oculos sursum in cælum dirigit, Dei præsidium deposcit. *Deus Patris mei Abraham Gen.32. &c. erue me de manu fratris mei Esau, quia valde 11. eum timeo,* O Domine Deus meus, væ mihi, sine tuo præsidio, prosternor infelix, succurre mihi. Hoc egit oratione tam perseuerante, vt totam in ea noctem transigerit: tam feruenti, vt effusus in lachrimas: tam constanti, vt cum Deo luctari dici posse videretur. Eò modò declarat Oseas hanc luctam, non brachiorum motibus, sed lachrimis & orationibus. *Et inua-* Oseæ 12.4 *luit ad Angelum & confortatus est, flenit & rogauit eum.* Quibus Dei benedictionem & adiutorium adeptus est, quo confortatus, adeo conualuit & roboratus est, vt fratri suo vltroneus occurrerit, qui eum talis esset, & vindictæ cupiditate flagraret, fratrem Iacob nequaquam manu aggressus est violenta, sed nec vel minimum capitis capillum lædere præsumpsit. O quàm mortali odio hominem persequitur diabolus: cum enim sit ipse quo ad naturam primogenitus, de Dei domo, hereditate priuatus, electus infremuit, ad quam Dei bonitate homo adoptatus exultat. Ob hanc igitur rationem excitatur in nos sæuissima hæc persecutio: nec curat aliud, aut somniat aliud, quàm speculari, quibus nos modis possit impellere in ruinam: ad hoc omnes intendit nexus. Optas tuos

17 I. Iacob invocat Dei gratiam.

illius

illius superiores? Ad Deum confuge, feruenti oratione, vigiliis, ieiuniis, lachrimis: cernuus illum deprecare: *Deus in adiutorium meum intende*: quòd si eius præsidio muniaris, impertertitus occurras inimico.

Quis contemplaretur viraginem illam Iudith, quæ, vt notat Diuus Ambros. licet mulier ex natura debilis & ignorans, ipsos sacerdotes sapientia præcelluit, viribus & animo integris prævaluit exercitibus, nedum populi sui Bethuliæ, sed ipsius Regis Assyriorum, qui tantus habebatur, vt solo suo nomine fortissimas quasque sibi subjiceret ciuitates. Stratagema meditatur, potentissimum eneruare Ducem Holofernem omnium quos sol vidit, inuictissimum. Quid hoc rei, o Domina? Hoccine tua concipis mente? An non consideras tuas viribus eius inæquales? Totius orbis coadunatæ copiæ viribus eius resistere non præsumunt, tu vero sola, mulier infirma, inermis, illum confidis te posse subiugare? Etiam inquit; & quidem licet meæ sint infirmiores vires, ipsius Dei mihi aderunt auxiliares. Post hæc obstupescens, quòd longa habita oratione, qua sacerdotes instruxit, & populum adhortata est, ait, se tale quid stratagema moliri, & contra crudelissimum prodire inimicum. Quæ igitur arma, o Domina requiris? quas legiones? Vestras non appeto, sed tantum, vt Deum rogetis, ille mihi sua arma, suas suppeditet copias, gratiam suam elargiatur. *Nihil aliud fiat, nisi oratio pro me, ad Dominum Deum nostrum.* Et continuò, quasi qui se armis induit ingreditur oratorium suum: hoc enim cubiculum armandis Dei militibus conuenientissimum, eius gratia & præsidio, quo redduntur omnibus inuincibiles. *Ingressa est oratorium suum, & induens se cilicio, posuit cinerem super caput suum, & prosternens se Domino, clamabat ad Dominum.* Dei igitur præsidio munitor prodit in campum, & quas non victorias reportet, admirabere is; inquit Diuus Ambros. Prima sit, de cunctis militibus, qui arenam maris multitudine superabant, quos adeo lasciuos & in omnem venerem effusos carpit Spiritus S. vt dedecori sibi ducerent occurrentem mulierem intactam puramque dimittere. Inter millenas eius farinæ copias transit mulier elegantissima, inermis, & nequidem ad hoc, quod animo faciendum gerebat, nimirum, vt Holoferni caput obtruncaret, ulla secum arma deferebat. Ac proindetot obtinuit numero victorias, quot in exercitu milites numerabantur. Secunda de ipso Holoferne, homine ad luxuriam nato, quæ postquam cum illo in eodem cubiculo pernoctasset, intacta & immaculata permansit. Vltima denique, qua Holofernis obtruncans caput, triumphauit. Quam tuta poteris illustrissima Domina tali prælio confligere, ita viribus tuis inæqualis, sed Diuinis roborata: & quam certus de victoria tu esses, si illis adiutus descenderes in aream?

Euentum quendam summa admiratione dignissimum narrat Spiritus Sancti, & exponit, ænigma difficillimum: agit de eo, quod contigit, dum Deus ex Ægyptiaca seruitute Filios Israel in libertatem vendicaret, & inter alia refert, cyniphes & muscas ac crabrones, bella gessisse: In modum exercitus sese cyniphes disponunt, lanceolis suis & tubulis. Et in quem, mouent arma? In Ægyptios, populum ad bella promptissimum, fortissimum, qui cedat nemini; & cum sint muscæ illæ tales, illi vero homines gigantei, eos deuicerunt. Minimus crabronum, solo suo morsu Ægyptiorum robustissimum quemque mortuum in terram illidebat & vel vna musca solo suo aculeo deiciebat, & prosternebat Ægyptum armis munitissimam. Ex alia parte crudum intulerunt bellum ipsis Israelitis horrendi quidam dracones, flammiuomi serpentes, adeo venenosi scorpiones, vt solo suo contactu, quin & halitu suo interficerent, & nihilominus, absit vt Israelitas prosternerent, quin potius dracones ipsos illi superabant. Protagoræ sophisma; quid minus creditu, cum sint vnius eiusdemque naturæ omnes homines, quod illos vel vna musca superet & occidat, aliis vero nec milleni venenosi dracones nocere sufficiant? Voluit ostendere Deus (ait Spiritus Sanctus) nullam esse sine eius auxilio victoriam, nec quidem de vno crabrone, & hunc sufficere vt deiciat vel robustissimum. Porro nullas contrarias vires, licet terribilium draconum; & serpentum posse contra tenerrimum & maxime imbecillem, homuncionem eius auxilio munitum prævalere. Ob defectum Diuinæ gratiæ: quæ cis posset esse subsidio; vno muscæ morsu concidebant Ægyptij; quia vero Israelitæ Dei erant fauore protecti, illos nec pestilentes dracones, aut serpentes venenosi inficiebant. Audite historiæ textum: *In hoc est indistinimicis nostris, quia tu es, qui liberas ab omni malo:* illos

Lib. de viduis.

Ad c. 8. 33.

II. Similiter & Iudith

Iudit. 9. 1.

18

III. Quid posit Dei gratia.

Sap. 18.

illos enim locustarum & muscarum occiderunt morsus, filios autem tuos, nec draconum venenatorum vicerunt dentes, misericordia enim tua adveniens sanabat illos. Quam futile est, quod sufficiat in animæ tuæ interitum vel vna locusta, aut crabronis bombus, vnius strepitus fimbriæ mulierculæ, vel soleæ crepitus, vnus oculi puellæ reflexus, vnum verbum tibi displicens, vel mundi minima occasio, quæ vix duobus valeat obolis: E contra miraberis viros sanctissimos, meritis insignes grauissimis expositos periculis, à lasciuis & venustissimis mulieribus prouocatos vt Ioseph, S. Vincentium Ferrarium, S. Thomas Aquinatem, ad mortem vsque ab inimicis conquisitos, vt D. Stephanum; inter mille carnis incentiua constitutos vt. D. Hier. contra voluntatem inter millenas repræsentationes lasciuas detentos, quas illis fingebant dæmones; vt D Antonium, D. Catharinam Senensis, nullum percepisse nocumentum, illæsos perstitisse? Hæc sit vnica causa: Diuinæ misericordiæ gratiâ muniebantur, orationum, lachrimarum, vigilarum & ieiuniorum piis operibus impetratâ. Tu vero nec illâ te munire satagis, nec eam à Deo deposcis, nec plus quid sit oratio, nosti, nec in ea magis te ipsum exerces, quàm si quid foret Arabicum &c.

§. 7. Cum ieiunasset. *Necessarium quoque est ieiunium, quod diabolum prosternit, vt Eleazar elephantem.*

19 ARma habuit Christus arma, quibus ex parte sua se præmuniuit, nimirum strictam quadraginta dierum ac noctium abstinentiam. Aliud nobis hic prælegit documentum; licet enim tibi Dei gratia sit permecessaria, vt obtineas de hoste victoriam, non tamen ei totum committendum: etiam necessarium est, vt ex parte tua aliquid agas, & eius auxilio conjungas tuam diligentiam, jeunia & tui ipsius mortificationem. Supponebat hoc Salomon in illa sua ad Deum supplicatione: *Emitte illam de celis sanctis tuis & à sede magnitudinis tua, vt mecum sit, & mecum laboret* Largire mihi, Domine, gratiam tuam: vt mecum sit, & mecum laboret, non ideo illam requiro, vt ipsa totum exequatur, & ego dormiam otiosus, sed vt mecum sit & mecum laboret: q.d. Domine fauorem tuum non quæro, vt me laboribus subtraham: sine illo enim nihil fit, sed vt fauor tuus labori meo vires addat, ita vt junctim operentur. Huic concinit D. Paulus: *Abundantius illis omnibus laborani, non ego autem, sed gratia Dei mecum*: Quibus verbis significare voluit nostrum laborem ex se parui valere, requiri tamen: licet enim homo ex natura sua sit ipsa infirmitas, Diuino tamen fultus auxilio, potentissimus est. Requiruntur igitur arma ex parte tua; Quænam erunt hæc, quibus contra diabolum confligas? Ieiunium strictum, continuum & rigorosum.

Sap. 9. 10.

1. Cor. 15.

D. Aug. Lib. de grat. & Lib. arbit. cap. 22.

Composuit D. Augustin. de hac materia librum, *De Agone Christiano*. In quo supponit potentissima contra diabolum arma esse ieiunium: vt verò hoc declaret, quæstionem proponit. Notorium est: ait, ieiunium contra carnem pugnare, contra carnem tendere eius vires, eam impetere sed licet hoc verum sit, tamen etiam constat, inimicos nostros, nec carnem esse, aut carne vestiri, sed puros spiritus. Optimum de hoc reddit nobis testimonium D. Paulus: *Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus Principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiæ.* Si igitur ieiunium carnem impugnet, diabolus vero non sit: quale bellum potest diabolo inferre ieiunium? Hoc noueris mysterium (inquit D. Augustin) de quo omnes tractant Sancti: licet enim diabolus sit spiritus, communiter tamen nos per carnem nostram oppugnat.

Habetur Tom. 3.

Eph. 6. 12.

Expendunt Sancti Patres: Quod primus omnium Israelitis egressis de Ægypto armatus oppositus fuerit Amalec: Hic erat de Esau progenie natus, per Amalec filium Eliphas, consanguineum Iacob & Esau, & significat: *Populus lambens sanguinem.* Genuinum hieroglyphicum carnis; est enim illa quæ primum prodit, & quam diabolus obtrudit spiritui fratri suo, vt Esau, primogenitus frater, Iacob. Huic necesse est occurrere oratione & virga. Hoc enim remedium præscribit Moysi Dominus: Mandat, vt montem conscendat, vt vero eum ascendat, præcepit, sibi præsidio sumat virgam & orationem: orationem, & strictum pœnitentiæ ieiunium. Hoc vult à Moyse Deus vt carnem affligat durius, quo spiritus inualescat, robustior & se opponat fortior dæmoni in tentationibus, quibus eum lacessit & spiritus ex palæstra recedat gloriosus. Hoc lego ex D. Ambros. *Stationes vocantur ieiunia, quòd stantes, & commorantes in eis, inimicos insidiantes repellamus. Standum contra dæmonium*: ait D. Ambros. necessaria

D. Ambr. Ser. 21. Tom. 2.

» necessaria vrget nos pugna. Ad hanc ieiunio armemur: hoc enim vires tollit inimico: Spiritum roborat, ne succumbat. Vnde Tertullia. » *Statio soluenda est accepto corpore Domini.* Nomen » enim hoc *Statio* deriuatur ex alio, quod significat prælium, pugnam, congressum: vt vero ad » congressum cum potentissimo illo hoste descendamus, nihil nobis magis conducit, quàm » corpore Christi Domini nos diligenter præmunire. *Quod si statio de re militari nomen accepit,* » *nam & militia Dei sumus, vtique nulla tristitia,* » *aut lætitia castris obueniens, stationes militum re-* » *scindit.* Ad confirmationem, quòd ieiunia *Vo-* » *centur stationes*, dixit alio loco: quòd quartæ, » feriæque sextæ stationes, id est ieiunia appellan- » tur. Sicut enim diabolus nos per carnem » impugnat, ne vincamur, ieiunio est præmu- » nienda.

Tert. Lib. de orat. in fin.

Tert. Lib. de ieiunio.

I. Stationes ieiunia dicuntur.

Eodem nos bello lacessit, quo primæuos parentes nostros. Ambos cernit Paradisi Dominos, peruersa eius mens Adamum dejicere festinat: eo enim inuicto, nulla censenda victoria. Quid molitur? licet principaliter Adamum impeteret, eum primo ictu aggredi non præsumpsit, nouerat enim quòd infusa ei diuinitus sapientia impulsum retunderet. Mulierem accedit eius sociam, quam, cum esset os ex ossibus eius, & caro de carne eius, Adam intimè diligebat; illam ergo aggreditur, & hoc agit vt illa virum blandiens illiciat: hoc egit illa, viro pomi gustum persuasit: comedit & perijt. Notat dæmon versipellis in vnoquoque nostrum Adam & Euam, spiritum & carnem consanguineos, coniunctos, & intimos valdè socios. In spiritum conspirat, quem si sibi non subiecerit, quidquid agat, nihil de cæ- 220 tero refert. Quod vt impetret non directè spiritum aggreditur, non planè ei suggerit: vt Deum offendat, leges eius contemnat; si enim eo accederet modo tentaturus, indubiè diabolum ad malas damnaret aues, sed carnem adoritur, hanc sibi præsidio sumit, ad delicias, ad oblectamenta, ad epulas, ad comportationes incitat fraudulentus; illa his allecta spiritui ablanditur, hortatur vt consentiat, hocque modo illum prosternit & superat.

II. Similitudo.

Alius, cuius eo desideria tendunt, quo puellam nobili stirpe & corporis elegantia præstantem in suam trahat voluntatem, quæ inaccessibili & fortissima turri conclusa reseruatur: vno impetu & absolutè intrare, aut allicere non præsumit: veruntamen si nouerit illi familiarem esse quandam ancillam, ad eius obsequium destinatam: sibi illam studet deuincere, huic vestes, annulos, gemmas & mundum promittit muliebrem, si Dominam sibi conciliet, ei consentiat, & habeat accessum. Hoc opus est diaboli, in animæ tuæ conspirantis pernictem, animam quærit puellam, nobilissimam, Diuino prognatam semine, vt Angelus, formosissimam, quæ corporis tui concluditur ergastulo. Ad illam aperto non accedit vultu, directè non proponit Diuinæ legis transgressionem, diabolo obedientiam. sed cum nouerit ancillam, ei conuiuentem, plurimum dilectam, carnem scilicet, quam nemo vnquam odio habuit, sed fouet: illam aggreditur, spondet pe fidus delicias, voluptates, bona, si dominam suam deducat, ad id quod prætendit maleuelus, ad impudicitiam, ambitionem, vindictæ cupiditatem: Hæc est ancilla, malefida ancilla, cuius ope dæmon animum oppugnat, & in æternum superat perituram.

Hinc exponit D. Cyrill. Alexand. hæc D. Iacobi verba: *Vnusquisque tentatur à concupiscentia sua.* Quid hoc? an quisque ab ipso non tentatur cacodæmone? An eius munus non est, tentare? D Paul. de eo sic testatur: *Is, qui tentat,* qua igitur ratione? *Vnusquisque tentatur à concupiscentia sua?* Totum hoc verum est. Si eum tentat diabolus, tentat mediis affectibus, & carnis tuæ deliciis, eas tibi objiciens insidiator. Si igitur dæmonis tentationes fiant per carnem vestram, eiusque passiones, si diabolum studes superare, carnem impugna, mortifica, subige: quod si hoc Adam egisset cum Eua, si eam illo modo excepisset, eum nequaquam diabolus illidere potuisset. Hunc præliandi modum (ait D. Augustin.) docuit nos supremus castrorum Dux Christus, qui ideo descendit de cælis. Si enim eius aduentus rationem ab illo inquiras: respondebit tibi venisse se vt cum diabolo decerta et, qui sibi tam potenter mundum subiugauerat, vt princeps huius mundi diceretur, vt eum foras ejiceret, mundo eliminaret, & omnia suo dominio & adorationi subjiceret. *Nunc princeps huius mundi ejicietur foras, & ego si exaltatus fuero, omnia trahàm ad me ipsum.* At quibus eum armis est adortus? quo bellorum apparatu lusit, vt victor eius & euaderet triumphator? Audi D. Paul. de his differentem: *Exuens principatus, & potestates traduxit confidenter, palam triumphans illos in semetipso.* Legit D. Augustin. *Exuens se carne, principatus & pote-*

Lib. 1. de Iacobi. Iac. 1, 13. 1. Tim. 3. 3. Lib. de Agone c. 2. & 3. Ioan. 12. 31. Col. 2. 15.

states exemplauit: q.d. denudans carne animam: carceribus, manicis, verberibus, alapis, spinis, clauis, cruce & probrosa morte triumphauit pec ea quæ in carne sua passus est, & in semetipso sustinuit patienter. *Triumphans illos in semetipso.* *Isai. 9.4.*

Apostolo dixeris in mentem venisse prophetiam Isaiæ vbi ait, eô modò Christum adepturum victoriæ palmam, quo eam de Madianitis obtinuit Gedeon, qui prodiit in illos, vasis fictilibus armatus & residentibus inimicis percussit, ac confregit hæc vasa, & complosione hac, quâ lagenas hinc quasi in seipso percutiebat, illinc perterrebat Madianitas, & militibus suis idem præcipiens ait. *Quod me facere videritis, hoc facite* vt ipsi quoque lagenas suas comploderent, quas secum quisque detulerat, vt illarum collisione hostium acies perturbarent. *Iudic.7.* III. Laginæ confringendæ exemplo. Hoc stratagemate aduersarios vicisti, ô strenuissime Dux, ait Isaias. *Superasti sicut in die Madian.* Prodit in campum, carnis suæ lagenis armatus, Diuinæ personæ suæ vnitis: Omnes totius inferni principatus, & potestates patitur aduersarios: adest hora conflictus præstituta, hora passionis: omnes impetus & ictus purissima illa carnis lagena patitur, quas non aperturas & hiantia vulnera sustinuit? singulis complosa membris dirumpitur: *Attritus est propter scelera nostra.* Has porro complosiones, has attritiones, quibus hydra diffringi videbatur, excepit diabolus, his perturbatur, his superatur, his de illo Christus triumphauit, his cum mundo exultauit, his subiecit, his irridendum exposuit: vt Diuus Augustin. intelligit hoc verbum: *Traduxit.* Eia agite milites fidelissimi, ait nobis, ecce quibus superetur armis inimicus. *Quod me facere videritis, hoc facite.* Hoc stratagemate victoriæ triumphum obtinebitis: complodite carnis vestræ lagenas, illas confringite, ieiuniis, disciplinis, vigiliis, mortificatione. Licet enim tibi videatur te carnis tuæ complosisse lagenam, virius tamen dixeris te spirituales hostes tuos contriuisse, quos quisque conturbare debet triumphans illos. *In semetipso* te ipsum macerando, mortificationis operibus teipsum collidendo, de quibus cum D. Gregor. egimus alibi. Si Christus, cuius erat caro sanctissima, Spiritus S. opera formata, in purissimæ Virginis visceribus, ipso cælo, quin & ipso sole prioribus, quæ numquam vel leuissimum inordinatum senserit motum, in omnibus & per omnia subdita Diuinæ personæ voluntati, cui vniebatur, si Christus, inquam, carnem subigat mortificando, flagellis & disciplinis, clauis, & spinis confringendo, mille tormentis ac molestiis cruciando; quanto magis incumbit tibi, bello fatigare dæmonia, complodendo carnem tuam, quæ est persona illa tertia, cuius opera contra te vtuntur, vt te sibi subigant emollitum.

Lib. 30. moral. c. 32. 33. Tract. 7. in 1. 44.

Hinc perspicuum erit, teste D. August. quàm apprimè lectionem hanc inuictus ille Christi miles didicerit D. Paulus, eam nobis quoque elegantissimè prælegens his verbis: *In carne ambulantes, non secundum carnem militamus: nam arma militiæ nostræ, non carnalia sunt, sed potentia Deo, ad destructionem munitionum, consilia destruentes.* Milites sumus, qui in carne viuimus, & prælium nostrum non aggredimur, sicut carnalia geruntur bella, in quibus id præ oculis habetur, vt carnalium inimicorum vires destruantur, & ob hoc in eos jacula diriguntur, in illos verbera collimant. *Non secundum carnem militamus.* Nos vero bella gerimus contra spirituales inimicos, pro nde arma nostra, contra carnem non proceduut, sed contra inimicos spirituales. q.d. Licet quis judicaret, quæ emittimus jacula carnem impetere, hanc enim ictus disciplinæ confodiunt, hanc extenuat jejunium, hæc perfistit in vigiliis, carnem tamen affligendo, præcipuè hostes impetimus spirituales, eorum euertimus machinas, inentiones elisimus, & consilia dissipamus. *Ad destructionem munitionum.* Alludit, vt mihi persuadeo facinori illi generoso Ducis Eleazari, de quo spiritus S. Adsunt acies hostium instructissimæ, Dei populum infestant, bellorum tumultibus Iudæam quatiunt, quorum vires præcipuæ constabant elephantis: illis enim supererigebant turres ligneas è quibus electissimi depugnabant milites, qui elephantis confisi, igneta jacula in Iudæos detorquebant. Quid Eleazarus? Omnium Elephantorum cernit præeminentissimum. Ex quo eruditum monebant prælium, eo quod desuper triginta duces fortissimos milites deueheret, & bellicum apparatum copiosissimum; Accedit ille intrepidus, aluo se supponit elephantis, quem pugione transfodit. Sicut autem ex huius Elephantis viribus, militum dependebat fortitudo, ita illo deiecto & prostrato, tota illa corruebat machina, & pariter hi omnes interempti. *Lib. de Ag. Christ. 2. Cor. 10. 3.* *1. Mach. cap. 6.*

Bellum, quod nobis malignus inferunt spiritus, ait D. August. carnis nostræ innititur Elephanti: ex ea enim sagittas depromunt inordina- 21

inordinatorum, quibus animam infestant. *Manifesta sunt opera carnis*, ait D. Paul. *Quæ sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria* &c. Pe: fodito carnis tuæ elephantem, ieiunii pugione ventrem castigato, & cunctas in te directas inimici machinas lætabere corruisse. Hoc in se experiri se fuisse testatur idem Apostolus *Ego sic pugno, non quasi aerem verberans, sed castigo corpus meum, & in seruitutem redigo.* Hostes mei, spiritus sunt, per aera volitantes. *Principes & potestates aeris huius*: Dissonum est prælium, gladio illos impetere, hic enim diffindere poterit aerem, hostem vero lædere, minime: his non utor armis, sed ieiuniis, quibus corpus meum castigo, mortifico, subiicio, & illud exerueians, inimicos illos prosterno: & licet carnem opprimere videatur, principaliter tamen in hostes diriguntur. Quocirca præcipua arma, vt de inimicis erigamus trophæum, ad rem nostram, statuuntur illa, quibus carnis nostræ superbia retunditur, & seuera mortificatio, qua eius luxuria reprimitur, & petulantia coerceatur. Quia vero inter cætera ieiunium efficacius ad hoc operatur, quo totius corporis nostri mortificatio quædam generalis exercetur, hinc illud habetur inter arma potentissimum & huic prælio maxime congruum. Sic confirmat opinionem nostram admonitio Sancti Raphaelis Angeli Tobiæ proposita, quod assata ieiunoris parte; dæmones effugentur. Hoc quoque quod Deus ab exordio mundi docuit, infernalis serpentis vites eius aluo continen, de quibus & alis ad rem alias fuse tractauimus.

Hinc intelligimus, id quod patiter expendimus latius, & probat Diuus Augustinus his communiter armis Sanctos contra diabolum inualuisse. Fortissimus ille Domini miles Iob, dum contra se totius inferni cernit directa tormenta validissima, ilico manibus tam strictum arripuit ieiunium, prout ex textu Græco confirmat Origenes vt totis continuis septem diebus nec panem sumens, ieiunus permanserit. Primicerius legis Euangelicæ miles Diuus Ioannes Baptista, his se circumquaque ita communiuit, vt plerique crediderint, eum nihil aut comedere, aut bibere. Vnde ipse Christus ait; *Venit Ioannes neque manducans, neque bibens.* q. d. baculus, cui innitebatur, arma, quibus semper induebatur, strictum fuit ieiunium. Optenta a Christo potestate, inquit Diuus Ambros. reiiciendi dæmonia, oblatus est Apostolis quidam adeo ferox & indomitus, diabolus, vt eum nequiuerint expellere: Confugiunt ad Christum, adducunt hominem a diabolo obsessum, quo per Christum expulso, inquirunt illi. *Quare nos non potuimus eiicere illum?* Quibus Christus: *Hoc genus in nullo potest exire, nisi in oratione & ieiunio.* a Opinantur Diuus Hieronim, b & Diuus Leo Pape c hoc verbo *Hoc genus*. Significari potentissimos diabolos. Illos non est quod aggrediamur, vt eos superemus, sine ieiunio. O quam magnas habet vires, inquit Diuus August. d ieiunium: cum enim Apostoli tanta pollerent sibi a Christo concessa potestate eiiciendi dæmonia, hoc expellere fuerint impotentes, & id ad quod eorum succumbit potestas, præstat ieiunium. *Videte, Charissimi, quanta sit virtus ieiunii, vt id facere ieiunium valeat, quod Apostoli nequiuerunt.*

Addit D. Ambros. aliam rationem. Si tanta sit virtus ieiunii vt si illo muniti accessissent Apostoli ad illud eiiciendum, quod hominis illius corpus obsidebat, efficaciter illud expulissent, nec illis resistere dæmonium valuisset. Si tanta ieiunii virtus in vno, contra diabolum corpori alterius immorantem? quanto maior erit eius virtus contra diabolum, in eo ipso, qui ab ipso diabolo impugnatur? Quis attendit D. Antonii ieiunia? quis D. Hilarii? quis D. Bened ci? quis Sanctorum ieiunium qui celeberrimos de diabolo retulere triumphos? Et quæ tu reportabis trophæa, quæ spolia; si vel ignores quid sit ieiunium, & vix abstinentiæ prima nosti elementa? Quæ enim sunt vestra ieiunia, tot cupediis, tot ferculis intermixta? Non multum est dæmonem de vobis in cunctis aggressibus triumphum agere. Disce ex hoc cur viri meritis celeberrimi, carnem suam tam ferocitet affligant, tam immisericorditer, disciplinis & verberibus excipiant, ecce hic corpus inter rubeta & spinea circumuolue, alius inter nines & aquas congelatas; alter ei cibum subtrahit, potum alter, hic lectum, somnum ille: viden' hunc corpus noctu per terram volutare, illum catenis illud & ferreis constringere disciplinis. Quid hoc: cur illud illustrissimi viri? An non hæc vestra caro? An ignoratis verbum Apostoli. *Nemo vnquam carnem suam odio habuit.* Hoc pro eis respondeo: primum norunt carnem, tertiam esse personam ac mediatricem Satanæ. Audi propriam carnis tuæ diffinitionem: Tertia est persona, ac mediatrix, cuius ope diabolus exagitat & sibi subigit animam tuam: proinde eam vt sibi inimicam considerant, quam & reprimere, & coercere

Galat. 5. 19. manifesta sunt opera carnis
1. Cor. 9. 26. Ego sic pugno, non quasi aerem verberans, sed castigo corpus meum, & in seruitutem redigo.
Lib. 4. hypogn. ſt. IIII. Ieiunium arma contra diabolum.
Tal. 3. in Iob. 1.
Matt. 11. 18.
Serm. 25.
a Marc. 9. 28.
b In c. 17. Matth.
c Ser. 2. de ieiunio sept mensis.
d Ser. 25. de temp.
Ser. 25. cit
Ephes. 5. 29.

omnimodo ſtudent, ne in dominam ſuam inſurgat refractaria; eo plane modo, quo tu quoque famulam tuam refrænares, quæ pro vxore tua mediatricem ſe exhiberet. Secundum, & hoc quoque illis manifeſtum, carnis colliſiones & attritiones infernales magis torquere inimicos, & eo certius ſibi diabolos ſubiiciendos de illiſque ſe triumphaturos, quo ſibi carnem magis ſubiecerint, eamque arctius refrænarint.

Bellum omnium præcipuum indixerunt carni: non enim eos latet, illa ſuperata, diabolos quoque ſuperari. Semper admiror ſymbolum, ab Eliſeo Regi Ioæ præſtitutum filio Ioachaz, nepoti Iehu, Regi Iſrael. Huic erat inimicus Rex Syriæ, cuius imperium verſus orientem, hic Samariam acceſſerat, metropolim Regis Ioæ, eiuſque patris Ioachaz, quam pene diruerat, cum enim populorum eſſet multitudine fœcunda, iam quaſi in ſolitudinem redacta defecerat. Vt unico auxiliatori innitebatur, Eliſeo prophetæ, qui graui & mortali infirmitate lecto detinebatur: hunc acceſſit Ioaz obortis lachrimis, voce querula, & alto trahens de corde ſuſpiria ingemiſcit. *Pater mi, Pater mi, currus Iſrael. & auriga eius.* Pater mi, heu me male fauſtum. Noli timere, ait propheta: Si fueris talis, qualis eſſe debueris. repelles & ſuperabis Syriæ Regem. Adfer mihi arcum, aperi feneſtram orientalem, explode fortiter in aera: Exequitur Rex prophetæ mandatum, acclamat propheta: *Sagitta ſalutis Domini, & ſagitta ſalutis:* bonis auibus, dextero Deo: *Percuties Syriam in Aphec. donec conſumas eam.* Verumtamen ſubſiſte pauliſper, adfer arcum & ſagittas, *Percute iaculo terram.* Percuſſit rex tribus vicibus, & ſubſiſtit. Cui vir Dei; O te infelicem. *Iratus eſt vir Dei contra eum, & ait: ſi percuſſiſſes quinquies, aut ſexies, ſiue ſepties, percuſſiſſes Syriam vſque ad conſumptionem.* His Syriæ Regi vires & neruos victor elides. Bone Deus quid hoc rei Regem Iſrael iaculo proprium ſolum percutere, ut de Rege Syriæ agat triumphum? An non expediret ea contra Syriam eiaculari? Regem Syriæ dico diabolum, Dei iuratum inimicum: dirigantur in aera ſagittæ. *Principes aeris huius:* quæ ſagittæ, iacula quæ? Cui *Reſiſtite fortes in fide.* Fide viua, quæ mendaciis eius nullas præbeat aures.: verumtamen contra carnis tuæ terram emitte plurimas, percute iaculo quinque ſenſus tuos, uiſum, auditum odoratum, guſtum & tactum. Sagittas, ieiunia; *Percute terram iaculo*, non vno, aut duobus. ſed innumeris. Mellifluus Bernardus liquido demonſtrat, quam

4. Reg. 13. 15.

V. Terra iaculo id eſt caro ieiunio percutienda ut victo iam reportes

1. Pet. c. 5. 8.

ſit caro noſtræ præpotens inimicus, *Quem nec fugere poſſumus, nec fugare.* Per eam nos tentat diabolus; eſt illa pharetra, de qua iacula depromit. *Parauerunt ſagittas ſuas in pharetra, vt ſagittent in obſcuro rectos corde.* Quam pauci perpendunt illarum venenum ſagittarum, quod per carnem infundit diabolus: detorqueantur igitur ſagittæ ieiuniorum, mortificationum: ut illa ſubiecta, diabolus quoque ſubiiciatur. Notat Diuus Bernard. Contra continentiam multos exſurgere inimicos, ſed horum omnium ſæuiſſimum, eſſe carnem noſtram, quocirca ad eius compreſſionem neceſſarium iudicant omnes, iaculis carnem illam percutere frequentius: Audiamus Apem mella fundentem; *Primus continentiæ noſtræ hoſtis caro eſt, aduerſus Spiritum concupiſcens: quam domeſticus hoſtis, quam pernicioſa lucta, quam inteſtinum bellum! Hoſtem hunc crudeliſſimum, nec fugere poſſumus, (o anima mea) nec fugare. Circumferre illum neceſſe eſt, quoniam alligatus eſt nobis: nam quid periculoſius eſt & miſerabilius? Hoſtem noſtrum cogimur ſuſtentare, perimere non licet. Vide ergo, quam ſollicite te cuſtodire neceſſe ſit ab ea, quæ dormit in ſinu tuo.* Hinc plurimi Sancti viri ut de dæmonio trophæa erigerent, excesserunt in ieiuniis; mortificationibus & carnis ſuæ afflictionibus. Ita referente D. Thom. huius exceſſus ſe D. Bern. accuſabat. quo corpus ſuum nimiis ieiuniis, vigiliis immoderatis attriuerat indiſcretus. ex quo multas ſibi contraxerat infirmitates. Quid dicam de terreſtri illo Seraphin D. Franciſco? hic enim extrema vitæ ſuæ hora, veniam ſupplex a ſuo requiſiuit corpuſculo, quod excedanter, & immoderate illud caſtigaſſet? Addo D. Petrum Martyrem, qui carnem ſuam tam ſtricto iam inde a primo in religionem ingreſſu, ieiunio maceraverat ut inde ad ultimam metam properaret, ob cuius exceſſum a ſuperioribus coercebatur.

D. Ber. Serm. de fugienda ſeptem miſericordiarum.

Pſal. 10.

Quodlib. a. 18.

Tid. Tract. 8. n. 32. & ſeqq.

Confidite, non neceſſe erit, vos a corpore veſtro ob tales exceſſus veniam rogare, qui in omnem euentum magis exceditis ut eam recreetis, lautius excipiatis: quam eam caſtigando ſeuerius, quod ita vobis patet, tum ex continuis, quas patimini rebellionibus, & motibus carnis inordinatis: tum ex quotidianis victoriis, quas de vobis refert Satan inimicus.

§. 8. Acce-

§. 8. Accedens tentator : *Sine miraculo, ieiunium multis potest diebus protrahi. Accedit tentator ex suo munere talis , quem Dauid descripsit; & oculos requirimus Ezechielis.*

Circa verba hæc talis ab aliquibus mouetur quæstio : an Christus hic quadraginta diebus , quibus ieiunauit , famem passus fuerit , an vero illam tantum sensu ritfinitis his diebus; hanc autem quæstionem enucleauimus alio loco. *Hoc* tantum notatum volo, non esse stupendum, Christum his quadraginta diebus ieiunum permansisse, nec famem vllam persensisse, qui carnem suam diuinæ suæ personæ unitam substantialiter circumferebat, cum sola per contemplationem cum Deo unio hoc in Moyse & Elia potuerit operari? Vt vero hoc declaremus , & saniora ac veriora eos doceamus, qui omnia volunt miraculum. Dico primo: extra controuersiam esse , aliquos talis inueniri complexionis, qui pluribus diebus absque cibo possunt perdurare sic ut nec famē sentiant. Pro rei huius argumento conscripsit integrum trium librorum volumen in folio Philosophus & medicus Patauinus Fortunius Licetus , quod inscripsit ; *De his qui sine alimento diu viuere possunt.* Et totum primum librum exarat in huius veritatis confirmatione , producens auctores, historias tam antiquas quam modernas, examinatas & approbatas, ex quibus constat , aliquos perseuerasse sine cibo aut potu , quosdam tres dies , quosdam sex, quosdam septem, quosdam decem, quosdem viginti & vnum: quosdā mensem, quosdam centum, quosdam sedecim menses, & quosdam duos annos, quosdam tres, quatuor, quinque, duodecim, quosdam plures. In duobus vero sequentibus libris discurrit, inuestigans ex Philosophiæ principiis, qua possit id ratione fieri, & quomodo hoc procedere possit ex complexionibus & flegmatibus, cum experiamur serpentes, scorpiones & alia animalia ex hac causa, ad multos menses sine omni alimento superuiuere.

Quinimo narrat præfatus auctor, ut rem veram & approbatam in Prouincia Sarmatiæ populum , quem vocant Lucomerios in frigida commorantes regione , cunctos communiter sine cibo perseuerare, quinque hyemalibus mensibus, nempe a Nouembri , usque ad vltimam Aprilis, quodque eo tempore frigore exanimes ut mortui videantur & immoti , sicut eo tempore Serpentes conquiescunt. Sancti Iob amici ; de quibus Spiritus S. audito eius ponderē calamitatum, cum visitaturi & consolaturi accesserunt, ut vero eum viderunt tot percussum plagis, doloribus & fœdissima lepra conspersum, veluti attoniti. *Sederunt cum illo in terra septem diebus, & septem noctibus, & nemo , loquebatur ei verbum.* Iob. 2. 13

Opinatur Origenes eos toto illo tempore abstemios perseuerasse , idque ex singulari Dei virtute ipsos roborante. Arbitrantur alii, opus hoc fuisse naturale , nimirum quod stupor ille & dolor, caloris naturalis suspenderit actionem sic ut toto illo septiduo nihil consumpserit humidi radicalis, hic enim videre licet, quod digestionem impediat & huius caloris operationem, subitus stupor, vel tei alicuius, quæ dolorem inferat attentissima consideratio.

Dico secundo, minus esse dubium, opera diaboli posse quendam viuere multis diebus ac mensibus absque cibis ordinariis : Hoc probat. D. Prosper Aquitaniæ illustrissimus Episcopus D. Aug. contemporaneus , dum agit de signis & mirabilibus, quæ Antichristus operabitur, historia quadam addita, quam testis oculatus scribit Vidit Carthagine puellam Arabicam, quam diabolus ob quandam actionem honestatis repugnantem possederat ; Et quando illam Episcopus vidit , iam fluxerant septuaginta dies , a quibus nemo eam viderat aut comedentem aut bibentem. Deinde huic malo volens Episcopus mederi, eam monasterio monialium recluſit , ubi & alios quindecim dies omni alimento abstinuit , computatis igitur omnibus , octoginta quinque dies perstiterat ieiuna: illam examinat quanam id ratione contingeret, inuenit, & puella fatebatur singulis noctibus ad eam accedere diabolum sub specie passerculi ; qui nescio quid cibi ori eius ingereret saporis suauissimi , quo vegeta & sana, & famis nescia nutriebatur. Res notatu dignissima, ut hinc discamus, ne quis, dum quempiam cernit vel audit pluribus diebus ieiunum permanere , statim eum canonizet , aut beatum prædicet, particulariter vero, dum huic abstinentiæ tam insolitæ manus non iungunt humilitas, mortificatio, patientia, honoris contemptus, sed propriæ æstimationis ambitio.

Dico tertio : certius esse , virtute Diuina quempiam plures dies , menses & annos, & abstemium , & saturum posse permanere. Et eo rantum quod Moyses & Elias cum Deo per quadraginta dies & noctes fuerint conuersati , his

diebus

I. Possunt aliqui multo tempore famem non sentire. Tract. 7. n. 56.

Lib. 1. c. 6.

II. Idem potest fieri virtute diabolica Lib. qui inscribitur Dimidium. c. 6.

III. Certius ad huc est fieri posse diuina virtute.

diebus omnibus, nec fame premuntur, nec alimento satiantur: ille in monte Sinai, in monte Oreb aliter. S. Catharina Senensis multos traduxit menses incolumis, nullo alio sumpto alimento, præter species Eucharistiæ sacramentales. Hoc visum in aliis quoque Sanctis notamus: præsertim attestatur hoc Innocentius Papa Octauus de Beata Columba Perusina, quæ septem exegit annos, solo Sanctissimo Sacramento contenta. Quod si diabolus bolum possit conficere, tantæ virtutis ac substantiæ, quo licet minimo, qualem passerculus rostro suo contineat, puellam sustentare octoginta & quinque diebus valuerit, & vlterius sustentasset si ei permissum fuisset, quanto magis operari hoc valebit diuina illa esca Sanctissimi Sacramenti, si Domino placuerit ad eundem effectum cooperari in corpore mortali, quo hospes suscipitur? Et si hoc efficere queat Christi corpus sub speciebus Sacramenti in eo, qui illud sumit: quanto credibilius valuit ipse Dominus ipsum corpus suum, quadraginta dies, quin & annos vegetum conseruare sine omni alimento, ut nec fame crucietur, nec siti arescat, Diuinitatis suæ virtute, qua illud hypostatice personæ filii Dei vniebatur? Refert igitur modo Euangelista quod transactis his quadraginta diebus absque omni cibo, Dominus esurierit, & grauiter quidem: ita vt purissima eius caro notabili debilitate angeretur: ut in nostris diximus Tractatibus. Accedamus igitur ad id quod nos principaliter tangit. Pensate verba Euangelistæ: *Esurit: & accedens tentator.* Eo momento, quo Christum aduertit esurientem: accedit tentator: vt vidit occasionem aggrediendi, & impetum faciendi, aggressus est, & fecit impetum. Paulo superius diximus, communiter nos à diabolo tentari ex affectibus & carnis nostræ motibus sumpta occasione. Vt enim cernit motum aliquem exoriri, continuo manus adiicit illo sibi prænalet, illo disponit ingressum, & in damnum nostrum appropinquat.

Aliud accipe magni momenti documentum, quo nobis innotescit, sollicitudo & nostri diligentia inimici, vt eo simus diligentiores, & alacriores: si enim tanta eius est diligentia, qua nobis noceat plurimum, maior indubie nobis incumbit in nostri defensionem. Quis mihi explicet, qua hostis aduolet diligentia, quam dispositus, vt quacumque oblata occasione nos aggrediatur? Proinde proprie ab Euangelista dicitur tentator, *Accedens Tentator.* Cur inquies non eum vocat diabolum, aut Satanam aut dæmonium, modo familiari, sed tentatorem? quia voluit eum describere proprio sui muneris vocabulo; si vero scire desideres, inquit D. Aug. quale illud sit, quo fungitur diabolus; Tentatoris est. Ita cum prænotat D. Paul. *Ne forte tentauerit vos is qui tentat.* Digitum latius explicat glossa: *Is est diabolus cuius officium est tentare:* quia in rei veritate, nullo alio fungitur officio nec aliud est quod agat, nec aliud cui intendat, aut curet, proinde illud tam gnauus exequitur, ut nec magnam, nec paruam elabi sinat occasionem. O quantam tibi hæc eius indefessa diligentia conferre debet sollicitudinem? Si prænosses huc appulisse duos prædones (a) a demone obsessos in omne facinus temerarios, idque nulla alia de causa, quam vt tibi necem inferant acerbissimam: quibus noctu & interdiu alia nulla succedat cogitatio, propositum nullum, singulis horis tuis gressibus insidientur, attendant sedulo, qua te via confodiant; quam viueres anxius? Plus, si eos necromanticos scires, qui se tibi reddant inuisibiles, in tantum, vt tibi præsentes non videas, qui domum tuam ingredi valeant imo & penetrare, in quo dormis cubiculum te nihil horum sentiente: quam intremiscerés? quam anxiareris? quam vbique tibi timeres, in omni loco, in omni parte, in foro, in plateis in domo tua, in lecto tuo? Hoc igitur, quod tibi in hoc euentu potes imaginari, in alio veritas est catholica. In mundi huius ciuitate, non duo tantum prædones proditores, sed infiniti vagantur diaboli, & vt veritatem asseram, nihil illis aliud incumbit, nec ad aliud huc peruolant, quam vt tibi bellum indicant. Et hoc sit a Deo constitutum (vt inquiunt Sancti) qui de hoc particulares ediderunt tractatus, quibus hanc vrgent difficultatem, cur Deus, Pater noster benignissimus, nos ita deseruerit, vt agnos inter tot lupos? D. Cypria. *a* D. Chrysost. *b* qui pro huius quæstionis solutione tres illos celeberrimos composuit libros de prouidentia D. Aug. *c* in eandem rem conscripsit librum de Agone Christiano, & eno dauit D. Thom. *d* Sic hanc vnico verbo percipe rationem; quia nulla est sine victoria corona, nec sine prælio victoria, nec sine hostibus prælium. Idcirco nobis Deus tot hostes permisit, vt nobiscum decertarent. De quibus actum est alibi.

Concludimus igitur, quod nihil aliud habeant quod agant, nec ad quid attendant illi hostes nostri, nec hic ad aliud obambulent, quam vt tibi ruinam & necem moliantur; quocumque ieris te sequuntur, quocumque fugeris, intrant,

(a) Addita.

a Lib. de Mortal.
b Lib. de prouidentia.
c Lib. de Agon. Christiano.
d 1 p. q. 64. ar. 4. Tract. 7. 1, usque ad 5.

Lib. de decem persec. cap. 1.
1. Thessal. 3. 5.

224 Diabolus diligentissimus est ad nos tentandum.

trant, quocumque te subtraxeris, accurrunt, nec aliud habent præ manibus, quam quà ratione te percutiant, & sagittas in te detorqueant inuisibiles. Sunt inuisibiles, adstant tibi præsentes quos minime vides; cubiculum tuum ingredientur, & nec percipies: quæ igitur oportet te curæ habeant suspensum? qua non sollicitudine vines mali suspicione perterritus. Optime vtique id dixit Psalmographus: Cernas illum afflictum, auxiatum, timore perculsum: *Afflictus sum & humiliatus sum nimis*, q.d. prout eum explicat modernus Agellius. Corde doleo afflictissimo, oppresso, mille curis & sollicitudinibus angustiato. Vnde hoc vero, o Dauid? *Vim faciebant, qui quærebant animam meam, & qui inquirebant mala mihi, locuti sunt vanitates, & dolos tota die meditabantur.* Grauissima verba, & consideratu dignissima: Loquitur de suis inimicis plus aliter: quia plures, imo passus est innumerabiles. Censuit Origen. id quod legimus in Iosue de inimicis populi Dei. *Sicut arena maris, quæ est in littore maris.* Multitudine tanta conuenerunt pugnare contra Israel: dignius ponderari posse de spiritualibus inimicis: ita explicat D. Hieron. *Hæc omnium Doctorum opinio est, quod aer iste, qui cælum & terram medius diuidens, inane vocatur, plenus sit contrariis fortitudinibus.*

Psal. 37. 9.

Psal. 37. 13.

Orig. Hom. 14. in Iosue. Iosue 11. 4.

In cap. 6. ad Ephes.

Refert D. Athanas. hoc fuisse sæpius verbum eius in ore, vtique in his apprime versatus; milliones dæmonum mundum hunc percurrere. Et eius discipulus S. Hilarion, referente D. Hieron. idem testabatur, in cuius rei probationem adducebat historiam illam, quam tres conscribunt Euangelistæ de quodam dæmoniaco, adeo feroci, qui cum nullo conueniens in deserta secedebat, & spelúncas. Illac transit Christus, accedit miser ille tanto expostulans malo remedium. Interrogat dæmonem Christus; *Quod est tibi nomen? Respondet legio, mihi nomen est, multi enim sumus.* Dæmonum integra legio in huius viri ruinam conspirauerat, id est sex millia sexcenti, sexaginta sex diaboli, & tot eius corpus incolebant tortores crudelissimi. Vt vero Christi virtutem diaboli cognouerunt, instanter supplicarunt, quatenus eos in abyssum inferni non amandaret, licet eos ex huius corpore profligaret, sed concederet porcos occupare, quorum numerus duo millia censebatur. Concessit illis Christus & Euro citius hominem deserentes, porcos ingrediuntur, quos velut aquilo rapuerunt, vt se mari præcipites immergerent præfocandos. Quam credis, inquit D. Hilarion subsuisse rationem, ob quam Christus ab eo petierit: quod est tibi nomen? Eorum numerum perspectum habebat, sed vt circumstantes intelligerent quot simul coniungantur dæmones in vnius hominis ruinam, voluit, vt ipsimet fateretur, legionem eorum intrasse; & omnibus propalam fieret, quanta polleant potestate: & quo ardeant nocendi desiderio, si illis Deus concedat potestatem, cum extemplo talem exercuerint, quam Christus illis permittebat, opere complentes tanto an imalium, & illorum dominorum nocumento, qui fortasse talem peccatis suis pœnam meruerant. An non tibi videtur numerus inimicorum esse multiplex?

In vita S. Antonij.

In vita S. Hilarionis D. Matt. 8. 2. & D. Luc. 8.

Marc. 5. 9.

Omnes hi, totis præcordiis nocere mihi molluntur: *Vim faciebant*, ait Psalmes: q.d. omnes in hoc vires suas intendebant. Vt Christus exoneret, quam ex toto pectore, nobis sit cælum acquirendum, his exprimit verbis; *Regnum cælorum vim patitur.* Magnæ requiruntur vires, o Christiane, vt cælum conquiras; his me hostes impugnant, ait Dauid; *Vim faciebant.* Et ad quid? quod sibi regnum præstituunt occupandum? animam meam. Aurum meum non quærunt, non pecunias, non, palatia, non hortos, non bona mea, nec meorum aliquid, sed animam meam, omniũ quæ possideo, pretiosissimã, eam de Christus. *Quid prodest homini, si lucretur mundum vniuersum, animæ verò suæ detrimentum patiatur?* O Christiane, quam non esse debes sollicitus, cum inimici tui quærant animã tuã, quã vineam habes, qua perdita, quid rerum ages? *Vineam meam* appellat Dauid. Si animæ detrimentum patiaris, quid tibi refert, diuitias, honores, sanitatem, & mundi transitoria possidere? *Quam commutationem dabit homo pro anima sua?* Qui latrunculis ludit, eo tendit eius studium, vt Regem eripiat, eo omnes machinæ, eo tendunt omnes insidiæ; Rege erepto quid reliqui? quando dicunt alteri, quod Rege eripiat, [a] occidat, quid boni sperandum? Ad hoc inquit David. *Qui inquirebant mala mihi, locuti sunt vanitates, & dolos tota die meditabantur.* Ecce quid diabolus prætendat; ruinã tuã, pernicie tuã. Persuades tibi, quod delicias, honores, voluptates, opes offerat liberalis, scito autẽ, quod hæc tibi non prætendat cõcedere, sed potius damnũ tuũ. *Inquirebant mala mihi*, velut piscator pauperculo pisciculo offert illiciũ, quo videtur illũ velle saginare; & id quod sibi placet, offerre, & eo nihil minus cogitat fraudulẽtus damnũ verocius intendit, & pisciculo mortẽ machinatur. Ad hoc, testatur Dauid. *Dolos tota die meditabantur.* Toto diei, quin & vitæ decursu, (hoc

Matt. 11.

Matt. 16. 26.

V. Similitudo.

(a) Xaque mare.

enim significat *Tota die*) nihil aliud perpetuo meditantur, nullis aliis studeut libris, nec conquirunt bona, nec rebus aliis occupantur, nec alia requirunt, nisi laqueos, illicia, decipulas. *Dolos tota die meditabantur.*

26 VI. Similitudo.

Iucundum ac gratum spectaculum videre passerum aucupes, quid moliantur, omnis eorum conatus ad eorum tendit perniciem. Ad hoc autem excogitant insidias, machinas, & decipulas, quibus eos innectant incautos; erigunt virides ramos, & arboribus decisos in medio campo, quasi qui illis locum offerat residendi, & a volatu quiescendi auiariis circumquaque suspensis, multis passeribus refertis, cantantibus & pipientibus quasi hi aliis occinant, vt aduolent; se illic alacres & voluntarios detineri, locum hunc esse tutissimum, vbi nullum damnum, nullus dolor sit timendus, cum in illo ita decantent alacres. Appendunt transennas apertas, quasi illis dicerent: En quam libere tibi licet intrare, vestrum non prætenditur vllum damnum; absit: tam erit apertum oltiolum egressui quam ingressui. Mentiuntur eorum pipitus & cantum quadam Echo, & quo propius passeres accedunt, eo magis illos animant, velut qui illis signum darent securitatis: quid his omnibus prætendunt? Omnia sunt laquei, decipulæ, & aucupum insidiæ ad simplices aues decipiendas. Hoc mei moliuntur inimici, inquit Dauid: *Dolos tota die meditabantur.* Offerunt virides deliciarum ramusculos, quasi qui nihil præter recreationem & voluptatem deferant, exhibent mille passerculos auiariis inclusos cantates præ gaudio, peccatores alios, quos peccati caueola detinent, alacres, excitatos, præ gaudio subsilientes, qui tibi dicant vt eos habeas præ oculis, quam hilariter adolescentiæ transigant dies, quam iucunde omnes arripiant ansas voluptatum, & vt illi viuunt, sic tibi & viuere & gaudere non est qui recusset qui refragetur.

Offerunt peccati caueolam valde patulam, quam liberrime liceat intrare, & dum libuerit exire: peccata confitendo, aliena testificando, pœnitentiam agendo si placuerit, liber egredetis. Auribus mille resonant Echo: huius respræsentant facies venustatem, tuas cum illa delicias, magnam tui nominis æstimationem, si deniciem pro dente, & oculum pro oculo exigas, splendidam tui venerationem, si diuitias accumules, & quocumque te verteris, incidis in scyllas & charybdes. Quid tibi agendum qua

1. Cor. 10. 12. non viuendum cautela?

Sanum Apostoli consilium: *Exigilate iusti, & nolite peccare.* O culos aperite state super custodiam vestram. An non illa tangit mysteriosa Ezechielis animalia? Duabus visionibus illustrantur duo præclarissimi prophetæ concorditer sibi occinentes: quarum vna decoratur Isaias, qui, explicatore Diu. Greg. præuidit inimicum nostrum dæmonem in persona Regis Babylonis, adeo ad bella instructum, qualem ipse describit; *Er ecce festinus velociter venit: Non est deficiens, neque laborans in eo: non dormitabit, neque dormiet & neque soluetur cingulum renum eius, nec rumpetur corrigia calceamenti eius, sagitte eius acute, & omnes arcus extenti.* Quam graphice nobis illum depingit, s. e. quam sit semper inuigilans, vt nos incautos aggrediatur. Omnibus passeribus leuissimis velocior, & hoc est, *Festinus.* In Hebraico legimus, nomen quod latini transferunt, *Leuis*, sine vllo pondere, vel onere, quo nullo grauatur, cum sit spiritus, vnde & ipsis cogitationibus leuior. Numquam eius obseruantur oculi, somno fatigatur numquam, proinde in somnum non tantum se reclinat numquam, sed nec quidem dormiturit: *Non dormitabit, neque dormiet;* Numquam arma deponit, sed perpetuo in bella procinctus, & hoc est: *Non soluetur cingulum renum eius.* Semper erectus, semper vigil, pedum fatigatione non laborat, sagittas adeo depromit acutas, vt quidquid, & per quæuis penetrent, quas nec portæ, nec fenestræ, nec fortissimi & elatissimi parietes valeant præpedire. *Sagitte eius acute.* Et quod maximi refert: ad quasuis habet partes tensos arcus: *Omnes arcus eius extenti.* Quamtumuis præparatus, & solleitus sit tuus inimicus, hoc maxime potest agere, quod arcum semper collimet in vnam partem, qua speras confpectum tuum, siue ex illa fenestra, siue ex alia, sed versus omnes partes, quis arcum extensum, & directa detineat iacula? Maxima, sane, inimici nostri sollicitudo.

Obserua modo propheram Ezechielem contemplantem viros iustos, sub figura quorundam animalium: cernit illos, oculis vndequaque plenos, & iis apertis, quaquauersum collimantes *Omne corpus eorum, & colla & manus, & pennæ, & circuli plena erant oculis.* Per omnia oculi: incorpore, capite, auribus, manibus, pedibus &c. circumquaque directi.

Iure optimo tot oculis circum spiciunt, cum sciant se cum hoste congredi vigilantissimo, qui ex nunc parata & directa habet in omnem partem iacula: inuigilant, & circumquaque cuncta conspiciunt, habet diabolus sagittas collimatas, si colloquaris, vt te ad detractionem compellat, si mu-

si mulierem conspexeris, vt eam tibi desideres: Si verbum audias tibi iniuriosum, vt ad vindictam incandescas: si fames cas, vt te gulæ tradas, si tibi bulliat sanguis: ad impudicitiam; Plus æquo est, vt oculos habeas in capite, quibus attendas, quid cogites: in auribus, vt aduertas, quæ audias: in lingua, vt cautus & parcus sis in verbis; in pectore, vt desideria reprimas: in manibus, vt non quæuis contingas in pedibus, vt noueris quo progrediaris, & in ipsis oculis, vt videas quid videas, denique Argus sis multioculus. De his egimus alias fuse; ibi obseruauimus quantum Diuus Augusti. nostri miserearur: quia cum tanta sit inimici nostri diligentia, nostra est tanta socordia vt pericula non caueamus, quibus vndique miseri inuoluimur. *Hoc est continuum studium eius, hoc vnicum desiderium eius, vt animas, quas creasti, deuoret, &c. Et tamen Domine, pessima insania nostra: quia cum continuo videamus, contra nos draconem ore aperto, paratum ad deuorandum nidolomnus dormimus, & lasciuimus in pigritiis nostris, tanquam securi ante eum, qui nihil aliud desiderat, quam vt nos perdat. Inimicus, vt occidat, semper vigilat, sine somno, & nos, vt custodiamus nos, nolumus euigilare a somno. Ecce tetendit ante pedes nostros laqueos infinitos, & omnes viæ nostræ repleuit decipulis, ad capiendas animas nostras: & quis effugiet? Laqueos posuit in diuitiis laqueos posuit in paupertate, laqueos in opere, in verbo, & in cibo, in omni via nostra &c.*

Ps. 9. § 22. D. Augu. lib. soliloq. cap. 6. T. 9.

§. 9. Accedens tentator. *Turbatus diabolus Christum tentaturus aduolat, vt eum videt fame laborantem: qualitatem attendit, vt aggrediatur.*

Q. 28 ALiud nobis his verbis prælegitur documentum, & hoc quidem ad rem optime nimirum, vt quisque suam exploret naturam & complexionem & qua parte sit caro eius infirmior obseruet, vt ibi se fortius præmuniat: quia inde communiter hostis noster facit impetum. Vt Dux est, inquit Diuus Cyprian. qui ciuitatem quandam ardet assilire: attendit, circuit totum ambitum, & quæ sit pars vrbis debilior, contemplatur. Simile quid agit diabolus: hoc enim obseruat Diuus Petrus, quando nos præmonet: *Sobrii estote & vigilate, quia aduersarius vester diabolus, &c. circuit &c.* Nota verbum, *circuit*: totum circulum attendit, quid debile, quid apertum: quid periculis expositum &c. Intuere, quid cum Christo agat; quadraginta iam dies explorauerat qua parte eum aggrederetur, & ut primum vidit carnem fame flaccescere, continuo ex illa parte eum adoritur. Hærebat (inquiunt D. Chrysost. *a* & D. Greg. *b*) fluctuans diabolus circa Christi personam, num verus esset Deus, an merus homo. Ex una parte hoc concludebat, eo quod inter peccatores baptizandus concurreret, & Baptistæ humilis prosterneretur, nec poterat sibi persuadere princeps superbiæ, Christum id acturum, si Ioanne esset dignior: Obseruat, quod licet diebus ieiunasset quadraginta, tandem caro eius fame nimia contabescceret, quæ vt notat Cardinalis Caietanus eum in tantum affligebat, vt vltra nihil posset, & deficeret. Ex alia vero, cum esse Deum censebat, cui vtique cæli aperirentur, vox Patris intonaret, *Hic est filius meus dilectus*, cuius capiti in specie columbæ S. S. insideret, etiam quadraginta dies iunctis noctibus ieiunio consecrasset, nulla famis seu sitis pressus necessitate. His confusus substitit, vt hæreret Medicus visitans infirmum, si inueniret brachii vnius pulsum naturalem, conformem, sanum, alterius vero dissonum, intemperatum, festinum & quasi cuiusdam exspirantis. Quã hæreret anxius ignorans quod dare iudicium mortis an vitæ: hunc explorans, fausta acclamat omnia: alterum vero, moribundum ingemiscit: quam sæpe, de vno ad alterum rediret, quid circa hoc resolueret, nescius: quam suspensus remaneret?

a Hom. 4. in Ezech. b In c. 8. Apoc.

Erat Christus, ait D. Gre. *a* & Ru. *b* sanctum illud animal; quod licet primum videretur quadruplex, postmodũ cernitur esse vnicum, tã stupendum vero, vt S. S. impulsu agitaretur; duas prodigiosas habebat alas, cuius erant erectæ pennæ, quibus corpus tegebat, vt dignosci non posset. *Duabus alis velabat corpus suum, penne eorum erecte*: Contemplare in hoc sancto animali Christum, S. S. impetu expulsum in desertum, vt diximus: binas habet alas, Diuinitatem & humanitatem, vnaquæque pennis suarum subnixa proprietatum & operationum quas realiter in eo distinctas diuinas, & humanas fuisse credimus. Natum ingemiscere, reclinari in præsepio, Herodis sæuitiam declinare, in Ægyptum fugere, redire, in Nazareth, vt fabri filium secedere, Ioseph submitti, & matri suæ obedire, illinc discedere, inter peccatores in Iordane a Ioanne Baptizari deserta petere, dolores pati, fame torqueri, alæ sunt humanitatis. Aduolare cælites, intonare musica *Gloria in Excelsis*, cum a Regibus adorari, a sene annoso & probato Simeone cognosci, qui

Erat Christus Ezechielis animal mysticum. Ezech. 1. 10.

dum eum inter vlnas ſtringit, velut cygnus
Luc.2.29. decantat *Nunc dimittis*. Aperiri cælos, Patrem acclamare, in figura columbæ deſcendere ſuper eum Spiritum S. alæ ſunt diuinitatis? His alis ſuæ perſonæ corpus operiebat; quia dum in eo Diuinitatis ſigna radiabant, illico & alia ſe prodebant, quibus probabatur veritas humanitatis. Si ad præſepe connolent Angeli, ut teſtentur Deum; ploratipſe, ut homo. Si teſtetur Pater, hic eſt filius meus, vt de Deo, ibidem vt homo Baptizatur &c. *Naturarum coniunctio* (inquit D. Cypr.) *diabolum exte cauit: quia ei impoſſibile videbatur, quod vel ſortiri poſſet diuinitas, vel quod tantæ tolerantiæ poſſet eſſe humanitas.* Vno verbo dicit D. Augu. iam ſe dæmoni Chriſtus aperiebat, iam ſe abſcondebat, prout neceſſitas exigebat. *Tantum innotuit, quantum voluit: tantum autem voluit: quantum oportuit.* De quibus perdocte D. Thom. Adeo igitur, perplexus dæmon, & æſtuans nocendi deſiderio, fixis oculis Chriſtum contemplatur, explorans qua parte apertum oſtium reperiret, vt eum impeteret, & ingreſſum obtineret. Tandem percipit carnis eſuriem ex qua humanæ naturæ vires deficiunt, hac accuſit, inde captans anſam Chriſtum adoriendi.

D. de ieiu. & tentatione Chriſti.
D. Aug. *li. 9. de ciu. c. 21. To. 5.*
1. p. q. 64. a. 1. & 4. & 3 p. q. 41. a. 1.

29 Et notat D. Ambroſ. id quod ſanctis valde eſt familiare, cuius doctrinam explicat D. Thomas & ſubtiliter eius interpres Cardinalis Caietanus, quod diabolus ſteterit in limine & ſic ſecum reputarit: quidquid mihi reſponderit, prudens malitia viam inueniet, (a) quod ſi ex hac parte non ſuccedat, ſuccedat ex altera, & *Sic explorat vt tentet, ſic tentat vt exploret*; hoc ſibi applaudebat argumento (inquit D. Cypr. *a* & D. Chryſoſt. *b*) aut iſte verus eſt Deus, aut eſt ſoles & melius homo, hoc eum modo aggrediar, tali impetu percutiam, quo ſi verus ſit Deus, eum cognoſcam, & fugiam ſi purus ſit homo, commouebitur, & totes in cibum & potum propenſus, ab incepto ieiunio deſeruiſſet. Ad hoc, inquit Beda *c* talem aſſumpſit figuram, quæ magis eius faueret intentioni, formando ſibi ex aere corpus phantaſticum, ſeipſum Chriſto offerendo, vt virum ſenectute confectum, ſanctum, grauem, veliberabilem, deſerti incolam, ut plurimi precatum. Aduertit autem noſter Caietanus, quod illa priora verba: *Si filius Dei es* &c. primo aſſultu non dixerit, ſed quod illa mitigarit ſeu melle illinierit ſubdolæ præfationis. Blanda progreſſus adulatione: Chriſtum ſalutat, humiliter ſine inuitus, illis verbis quibus Angelus ſtrenuum illum Ducem Gedeonem, *Dominus tecum virorum fortiſſime*, Propitius ſit tibi Deus Sol clariſſime, mundi lumen, qui hæc illuſtras deſerta, & tuo fulgore in cæli tranſmutas gloriam. Tibi perſuadebas te vnicum huius eremi cultorem, nec eſſe in terris oculos, qui tua lætitiæ potirentur.

(a) *Et demonio ſuæ ſuggeſtiones, & euentes.*
a *Lib. 1. de ieiun. & tentat. Chriſti.*
b *Hom. 3. in impeſt.*
c *In c. 4. Matth.*
Iud. c. 6. 12.

Ter fauſta mea dixi lumina, cum & viderint te, & in te tanta detexerint magnalia: vt impoſſibile ſit te non eſſe aut Meſſiam aut mundi Redemptorem iam diu exſpectatum. Deſideriorum quo exæſtuaui eũ in diebus meis conſpiciendi, me vigilem & ſollicitum ſuſpendit, vtq; maximum Deũ noſtrum ſupplicarem & eius obtinerem aduentum, me multis ab hinc annis huic ſolitudini conſecraui. Si tu ipſe ſis aduentui tuo applaudo Dñe mi nullo enim tempore gratior aduentus veſter eſſe potuiſſet, quam hoc, quo tanto te expetimus deſiderio, & omni ſtudio natum, præſtolamur: O quam fauſta ac læta mundo noua referrem, & quam beata ſors mea, ſi tibi præcurſor deſeruirem. Si hoc ita ſit, da mihi, Domine, ſignum, quo ex parte tua homines accedens annuntiator, mihi fidem adhibeant, ſicut Moyſi conceſſum audiuimus, vt illi crederent Iſraelitæ. Vt autem huius cognitionis nulla ſubſit fraus, maxime conueniret, mihi in hoc gratificaretis, dans ſignum, ſicut Gedeoni, in iis quæ præmanibus volubat. Cerno, quod te fames exedat & corpus tuum affligat nimis, quod iam iam defecturum formidamus: hic nihil aliud præmanibus præter lapides: Si ſis igitur filius Dei in manibus tuis eſt omnimoda meæ ſecuritatis teſſera, & infirmitatis tuæ remedium: *Die vt lapides iſti panes fiant*, quibus & velut famelicus veſceris, & ego de tua perſona ſecurus exultabo. O proditor infernalis! quam appoſite accurrit, & quam dextere ictum vibrat in partem deliberet, niſi virtute diuina præmuniretur. Ecce diaboli inſidias, qui in aera non detorquet ſagittas, nec latuã aggreditur, ſed obſeruat indagator, quo pede caſo claudicet, & ad quid propẽſa inclinetur.

III. Dæmonis ad Chriſtum acceſſus deſcribitur.

Doctiſſime proſequitur hunc conceptum D. Gregor. Nouetis, inquit, quaſdam complexiones ad quædam vitia eſſe propenſiores. Iuuenis cui in venis feruet ſanguis, & voluptatibus creatur, in gulam & impudicitiam ſortius in eliuatur. Melancholicus, & excandeſcens, ſi rore & iracundia contra proximum facilius exardeſcit. Qui dignitatum vento atque honoris turbine quatitur, ambitionis & vanæ gloriæ cupiditate ſui eſt quam proximus. Is qui eſt corde puſillanimis, diſponitur ad auaritiam & cupiditatem, vix illo conſulente. Has naturæ propen-

30 *Lib. 14. mor. c. 6. & lib. 15. c. 14.*

ſiones

siones, inquit, obseruat diabolus & te à capite ad calcem vndequaque circumspicit, conditiones & qualitates tuas examinat, ponderat, comparat, & juxta illas, sic hominem impugnat: Nullus auceps tam attentus explorat, quid quæque exoptet auicula, quam aucupari studet, vt cuique saginam offerat palato eius & naturæ conuenientissimam, quemadmodum ipse diabolus, indagat quid carni tuæ, quid naturæ, quid sensualitati lubeat, placeat, satisfaciat: *Vicinas complexionibus deceptiones parat*, ait D. Basil. *Omnium discutit consuetudines* (inquit D. Leo) *Venitat curas, scrutatur affectus, vbi causas quærit nocendi, vbi quemque viderit studiosius occupari.* Conformiter huic doctrinæ exponit D. Iren. id quod Dominus ait se penti verspelli: *Tu insidiaberis calcaneo illius*, per calcaneum intelligit inclinationes, quibus anima huc illucque progreditur. Et hute concinit Dauid illis verbis, quæ à nobis exposuimus. *Omnes cogitationes eorum in malum inhabitabunt & abscondent, ipsi calcaneum meum obseruabunt, sicut sustinuerunt animam meam.*

Hinc lucem accipit visio D. Ioannis, qui, vt obseruant D. Thom. Rupert. Abbas & Richardus de S. Victor. vidit hunc inimicum militem equo insidentem nigro, *Et habebat stateram in manu sua.* Bone Deus, an statera justitiæ symbolum non est? A quo tempore igitur seruauit diabolus justitiam, aut ad illam quidem vel semel attendit? Significatum voluit, quod vniuscuiusque ponderet & appendat conditiones, & quid huic, quid alteri magis conueniat. Audiamus de hoc D. Augustinum cum Deo loquentem. Præclara verba. *Versutus est iste hostis, & tortuosus, nec facile deprehendi possunt circuitus viæ eius, nec cognosci species vultus eius, nisi tu illumines: nam nunc hic, nunc illic, nunc agnum, nunc lupum, nunc tenebras, nunc lucem se ostendit, & singulis quibuslibet qualitatibus, locis, & temporibus secundum rerum mutationes, varias exhibet tentationes. Nam vt tristes decipiat, tristatur, vt gaudentes illudat fingit se & ipse gaudere, vt spirituales defraudet, in Angelum lucis se transfigurat vt fortes comprimat, apparet agnus, vt mites deuoret, apparet lupus: Hæc quidem omnia secundum similitudinem variarum tentationum effici habent, vt terreat alios timore nocturno, alios à sagitta volante in die, alios à negotio perambulante in tenebris, alios ab incursu, alios à dæmonio meridiano. Et ad hæc quis idoneus, vt cognoscat astutias eius quis cogitauit? quis reuelauit speciem indumenti eius, & gyrum dentium quis agnouit?* Hinc sanum disce Spiritus S. consilium. *Fili in vita tua, tenta animam tuam, & si fuerit nequam, non des illi potestatem.* Attende, fili, explora pulsum tuum, & vbi videris malam tuam inclinationem, illam refrænato. Ad quid, si te bile inardescentem noueris, litium te committis occasionibus? Ad quid, si te mulierum amore cernas deperire, eas quæris aspiciendas? Ad quid, si te inter ludendum aduertas exacerbari, & hic naufragium tibi, tuæque familiæ parari ad lusum frequentius, ad illum tendis velocius?

Num. 23. Ier. 17. da Hæres. Libr. contra Hæres. cap. 21. Gen. 3. 15. Tract. 8. §. 12. Psal. 55. 6

V. Dæmon statueram habet, qua libret nostram complexionem. Apoc. 6. 2. D'Avocabi soli hoc. v. 17. Tom. 3.

§. 10. Dic vt lapides &c. *Grauis tentatio, defectus panis: attamen fide Deo, & serpentis attere caput: Eliseum imitare, & cancrum.*

SEntit Dux noster fortem hunc hostis impetum, & se sacrâ excusans scriptura, ictum retundit. *Scriptum est, non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei:* stupenda responsio: quâ diuina nobis proponuntur documenta, vt hostis nostri impetus retundamus. Hæserat hostis versuti calliditas quod si Christus Deus esset, hoc eum ad sui cogeret manifestationem: si vero nihil amplius quam merus homo, permoueret vt à jejunio & mortificatione sui in Dei gloriam inchoatâ, citius abstineret, cum tandem se fame fatiscentem cerneret, & omni destitutus alimento, solos lapides reperiret: & illi dicere volebat: Ecce jam à quadraginta diebus hanc eremum ingressus, cœpisti Deo seruire, in eo quod tantum illi perplacet, stricto jejunio: verumtamen attendas velim: quòd tibi nec de vua passa vel vnica, nec pisa prouiderit, in tui nutrimentum: & tandem te fame oppressum ingemiscas, solis lapidibus, sine panibus inclementer exceptum. Consule tibi, hoc desere jejunium, vitæ tuæ prouide, & quibus te sustentes inquire diligenter: cum hac via, qua cœpisti, hoc non sis adeptus. Hoc vtitur argumento, quo plures solet decipere; & persuadere, quod si in Dei obsequio constantes perstiterint, se perituros. Puellam accedit piam & pauperem: persuadet: Quid infelix hic tuo degis ergastulo? quot jam diebus exspectas? Caue, ne constans tandē pecuniæ inops qua tibi succurras, inueniaris panis indiga, vestibus orba, solis lapidibus, & nudis cincta parietibus, quo te vertas, nescia. Amodo hæc sufficiant, jam quæ tibi

31

Ecclī. 37. 30.

necessaria sunt sedula conquire, ecce tibi præsto sunt, si tali accessum concesseris. O miser sed honorate & venerabilis ciuis, qui Deo seruis, rei alienæ possidendæ inimicus, tandem prose nimia pressus, muliere & necessitate prægrauatus, ad extremas reductus angustias, tolis lapidibus diues, illo te solare & medere, contractu tibi oblato, & quo potis tibi medio succurrere, vno præstito periurio, ecce remedium.

Tract. 2. in Iob. 8.

Hæc illa fuit tentatio, quam vt grauissimam ad vltimum impetum in Iob faciendum reseruauit, vt docte declarat Origen. quâ eum per os vxoris est aggressus: Perstat fidelis in Dei obsequio famulus, ablatis bonis, filiis interemptis, salute priuatus, sedens in sterquilinio putredinem non leni sudariolo, sed asperis emundans testulis, & lapidum fragmentis detergens vulnera: malesuada mulier procaci virum verbo exulcerat: *Adhuc tu permanes in simplicitate tua? benedic Deo & morere.*

Iob 2. 9.

Emphatica sunt omnia verba hæc, & grauida mysteriis. Tu qui te Deo seruire jactabas tibique applaudebas, quòd ob hoc tibi auxiliator adesset tuis in necessitatibus opportunus & nihil tibi vnquam deforet: in hoc perstas, & morti te objice: nihil habebis aliud. Textus, quo vsus erat Orig. legit: *Quousque sustines?* q.d. Opes quas tibi à Deo datas gloriabaris, in obsequii tui mercedem, jam luges direptas: filios tuos, quos te Deo nutrire asserebas, domus ruina oppressit: adeo vitis omnium indigus vt quo infirmum corpus tuum reclines, non habeas: quæ te spes alit, in hoc Dei famulatu perseuerantem? Vrgens tentatio: Hanc declarat Spiritus S. describens diabolum sub figura Elephantis: *Stringit caudam suam quasi cedrum.*

Vid. Tract. 7. n. 132. & seq.

Iob. 40. 12. Tract. 7 n. 138.

» Est velut prælum, quod omnem fiduciæ extrahit succum vt latius alias exaraui mus. Hoc tibi » semper sit in ore responsum, quòd in eum finem » Deus tanta prodigia fecerit, quibus Ionas in » maris abysso se sustentabat, Elias quadraginta » dies in monte, & Moyses totidem, quinimo & » illi septem dormientes. *Scriptum est: non in solo* » *pane viuit homo*: quod licet prægnans insteret » tentatio, vires Christus suggerat ad resistendum, illis verbis: *Scriptum est: non in solo pane* » *viuit homo.*

» *Sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei.* Fide » Deo, quòd ille cuius potentia egressus es de » Ægypto, tui curam geret diligentissimam. » Quando illa Israelitas eduxit, siti arescebant, » murmurabant quòd eos eduxisset, & Moyses » perarentia & inaquosa populum deduxisset, vbi omni subsidio destituti miserè interibant. Recurrit Moyses ad Deum, quatenus populum hunc eripiens necessitati, sedaret murmur eorum & ab ea liberaret inquietudine, qua anxiabantur: Mandat Moysi Deus: *Virgam qua percussisti fluuium, tolle in manu tua*: Videant virgam in manu tua, quâ percussisti fluuium; cum seniotibus de hoc ages negotio, hâc illos in memoriam reduces illius miraculi magnitudinem, *Percussisti fluuium.* Tunc enim viderunt, quòd aquæ conuersæ sunt in sanguinem. Alii eius, quod pro illis gessisti in mari rubro recordabuntur. Virgam illam vident, & recordantur eius quod cum illa fuerat operatus, qua ratione seruauerit incolumes, ab inimicis defenderit, in portum adduxerit: vt sic confidant, me illis modo non defuturum. Extemplo in illos arma sumit Amalec Rex Amalecitarum, ex Esau descendens, & filio eius Amalec. Tolle virgam, ascende montem, pugnet Iosue in montis planitie. Videat omnis populus virgam in altum erectam, vt Dei beneficiorum, per eam memores, spem certam capiant, Deum illos numquam deserturum. O si Christiane, mente reuolueres, quæ tibi Deus præstitit beneficia, & quanto his maiora; & de quantis his apertioribus eripuerit periculis, venit Amalec: *Populus lingens aut lambens sanguinem.* Tales sint tuæ præcautiones oportet. Quid agam? væ mihi deperdito, in me sumit arma populus sanguisuga, & spiritum viscéribus eruunt, & me deserunt ab omnibus derelictum. Ne timeas confide: quia *Non in solo pane viuit homo*: alia tibi via Deus prouidebit.

Exod. 17. 1. Fiducia de Dei subsidio ex præteritis.

In mentem reducit illam Israelitarum historiam, qui isdem pressi molestiis, dum iter carpunt versus terram promissionis, pane & necessario pabulo destituti, per aspera deserta, solis duris lapidibus strata contabescunt: dum vero nihil præter præsentem mortem fame enecti perhorrescunt, ad ortum auroræ deplùit illis de cælo manna, quod nec sciebant quid esset, nec vndè, nec quomodo illis adueniret, quo famem expleuerunt. Noslin' ô populi Dei (quærit Moyses) cur hoc Deus fecerit? Vt noueris, quod si fidelis illi seruieris, neutiquam tibi deerit, & quando tanta languescis inopia, vt non nisi lapides videas, prouidebit ille ex eo quo sibi magis placuerit, vt vnde, vel quomodo tu prorsus ignores. *Dedit tibi cibum manna, quod ignorabas tu, & patres tui, vt ostenderet tibi, quod non in solo pane viuat homo, sed in omni verbo, quod egreditur de ore Dei.* Præclarum sanè opus, & lectio vtilissima. Quis cogitaret in tantæ famis angu-

Deuter. 8. 3.

stius,

aliis, vbi nihil præter famem conspicias, quaquauersus vertas oculos per omnem terræ ambitum : quòd ibidem de cælo Deus prouideret, idque eo modo, vt nec ipsi scirent, quid rei esset, quod illis largiebatur, nec vbi compositum, nec quæ detulissent manus, & dum nihil minus cogitant, ante eorum oculos manna reperitur? quando circa omnes partes, quas liceret imaginari circumspicientes præstolantur auxilium, & se spe omni frustratos arbitrantur: tunc ex nubibus desuper (quis posset imaginari, quis credat?) illis produxit, non fulgetra nec aquarum gurgites, sed panem de cælis dedit omne delectamentum in se habentem, & saporis suauitatem: omnium quæ gustauit mundus, maximè nutritium. Ad quid hoc? *Vt ostenderet tibi, quod non in solo pane viuat homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei.* Hoc sit tibi responsum familiare : ô Cod'o pauperior, & tibi quoque puella integerrima, nec te præreream o Domina, quæ tibi totum deesse mundum conqueueris; hoc attendas (monabo) si Deo seruieris fideliter, licet præter nudos lapides videas nihil, tibi succurret, eo modo, ea via, qua minus tibi persuadebas. De his acturi Dominica quarta.

His igitur in illud tempus reiectis, & aliis, quæ fusè alias explicauimus; modo arripiamus instructionem, quam obseruarunt D. Irenæus *a* D. Chrysost. *b* D. Ambros. scilicet quod Christus hac responsione se diabolo voluerit occultare; non apertè declarans, vtrum esset, aut non esset filius Dei. Vtrum posset, an non de lapidibus panes producere : vtrum illi Deus deesset, vel non, illi cibum ministrando : nihil horum in quæstionem vertit, nisi quod ictum retundat, diuinæ se committens & potentiæ & prouidentiæ : illud tantum attendens, quod in lege Domini scriptum est : cui sine replica adhærendum : *Scriptum est.* Addisce hic diuinum documentum ex D. Greg. vtum tentationibus à dæmone tibi propositis, in dubium non reuoces; vtrum hoc sit agendum, nec ne: si tibi hoc conueniat, nec ne, vtrum pauper sis futurus, obseruans Dei legem, nec ne, hoc tantum age, te ipsum illi occlude his verbis : Hoc mihi agendum incumbit: mihi obligatum meæ satisfacienti, Deus verbo suo neutiquam deerit. *Scriptum est.* Hoc nos docuit Apostolus. *Nolite locum dare diabolo.* Videtur in mentem reuocare, id quod Dominus à mundi principio docuerat: nimirum qua ratione superandus esset serpens: dum ait: *Ipsa conteret caput tuum.* Hæc est serpentis natura (teste D. Greg. Nyss.) vt si capiti eius cedas locum, ilico totum subsequitur corpus : caput eius contere, non intrabit. Satan serpens est : hic modus eum superandi : caput eius contere, tentationis exordio resiste, ne cesseris ei locum, ne cum illo disputes. Hæc prima causa ruinæ matris nostræ Euæ : auctore D. Chrysost. quod loquenti serpenti, & quærenti rationem, cur præcepit vobis Deus, ne comederetis de omni ligno, caput non illiserit, sed ingressum dederit, in dubium cum illo reuocans : an conueniret, necne ? Intorquet tibi diabolus sagittam, vt ad domum talis accedas, si in controuersiam ducas : ibo ne an non ibo: num mihi inde vllum procreatur damnum, an non? actum est de te, occlude te : responde: *Scriptum est.*

Nouerat Eliseus propheta, jam nunc ab impio Rege Ioram missos carnifices, vt sibi caput præciderent, qui modo nuntium suum præmiserat, vt autem eum olfecit, ait, ostia occludite, ne patiamini ingredi : quod si intrauerit, eum statim Dominus suus subsequetur : *Ecce sonitus pedum Domini eius post eum est.* Ostrea species est piscis inter duas conchas, quam cancer vehementer appetit. Myrum quid inquiunt D. Basil. *a* & D. Ambros. *b* de versutia vnus, & diligentia alterius. Prodit ostrea, solis radiis expanditur, conchas dilatat, & quiescit lætabunda. Circumuagatur cancer nec audet propius accedere, nec se periculo exponere si enim ostrea conchas occluserit, cancrum diuidet medium: hoc autem agit, ei lapillum iniicit, si ostea moreretur, nec continuo lapillum euomat, adest cancer, & cum testas non possit occludere, ostream eripit. Si vero vt primum silicem perceperit, eum reiiciat, & conchas occludat : in tuto est, & delusa cancri versuria. O Dauid : si dum foli exposito, vt ostrea insolatio dorsus tuæ pectoris tui conchas dilatanti, & obambulationi intento, cancer infernalis iniecit, animæ tuæ appetens edulium, lapillum, impulsum, quo te commouit, vt Bethsabeam inspiceres curiosus è regione nudam seque lauantem; illum euomuisses? Si Iudas quando Magdalenam vnguenta spargentem vidit, & pectori eius diabolus silicem injiciebat, vtrum sumptum hunc superfluum reprehenderet, nec ne, illum actutum exspuisset : Si quando tibi, Domine, lapillum injecit, vt ad talis accedas ædes confabulaturus & tibi, Domina, vt à tali accepto habeas litteras, illum euomeres : longè abesset tantum animæ tuæ detrimentum si eo momento quo incidit palea scintilla, ea suffocaretur : nullum timeretur

Tract. 7. & 8. Lib. 5. contra hæres. c. 21. *b Hom. 5. in Imperf. in c. 4. Luc.*

L. 1. mor. c. 38.

11. Non est cum diabolo disputandum.

Eph. 4. 27.

Gen. 3. 15. *Hom. 4. in Ps. 118.*

Apud Lapoma. in cap. 3. Lib. Gen.

33

4. Reg. 6. 32.

a Hom. 7. in Hexam *b Lib. 1. Hexam. cap. 8.*

De his & aliis ad hoc instit. Tract. 8. §. 29. & 30.

damnum; at si contemnatur; *Parua scintilla magnam syluam incendit.* ait D. Iacob.

Iacob. 3. 5.

§. 11. Mitte te deorsum &c. *Diabolus doctus est logicus in argumentando: sed eius vis finitur in loquendo & in dicendo:* Mitte te &c.

134 INimicus hoc primo conflictu confusus, alterum intendit; Christum per aera deuehit in Hierusalem, statuit supra pinnaculum Templi: tentat; *Si filius Dei es, mitte te deorsum: scriptum est enim: quia Angelis suis mandauit de te* &c. Fuit hæc tentatio, quasi replica quædam priori Christi responsioni. Est diabolus sophista logicus (ait D. Chrysost.) Hæc doctissimi Logici arguta est scientia, quando proposito primo argumento, eoque soluto, ex solutione materiam trahit alterius argumenti, quo alterum premit instantius. Ita egit hic astutus sophista cum Iob: hic eius primus fuit assultus, quando eius instinctu manu cõpiosa Sabæi irruerunt, armenta boum, & asinarum deprædati sunt, seruos custodes trucidarunt, vno solo excepto cuius ore timendum libraret ictum; & diceret: *Boues arabant, & asinæ pascebantur iuxta eos, & irruerunt Sabæi,* &c. *remansi ego solus.* Soluit sic Iob argumentum, & ictum repellit: oculis in cælum directis, q. d. Modo mihi Deus non obsistat, nec cælum aduersetur, nihili facio quidquid mihi possint inferre damni malæ voluntatis homines. Ilico molitur, vt ignis descendat de cælo, pastores, oues que consumat, vno excepto, quo secundum tentet impetum, & qui dicat: *Ignis Dei descendit de cælo, & tactas oues* &c. q. d. Argumento meo respondisti: nec damnum intulit assultus Sabæorum: quia terreni erant, spes vero tua cælo Deoque nitebatur secura, contemplare modo, en tibi cælum aduersatur, Deus inimicus de sub cælo igne suo oues tuas demolitur, super bona tua fulgura depluit ardentissima. Non dixit, *Ignis* absolute, sed *Ignis Dei*, cui confidebas. *Vidit diabolus*, ait D. Chrysost. *Iob auditam rem tolerare generoso animo, & ad seipsum conuersus, dixit: Male nuntiauit, dicens, homines secum pugnare. Potest ex hoc iste cogitare. quoniam si me homines expugnarunt, quid apud Deum interrogato? Vt ergo ab hominibus eius mentem ad Deum traducat, atque ostendat, non homines, sed Deum bellum fuscipere, dicit ei. Ignis de cælo descendit, vt non homines & hostes videantur iniuriari, sed ignis de cælo decidit, quasi dicat: Quare seruis iniuriantis?*

Hom. 12. & 3. de patient. Iob.

Iob. 1. 15.

Iob. 1. 16.

D. Chrys. Hom. 2. de patient. Iob. Tom. 1

Eo modo cum Christo pugnat. Primum tentauit, vt ieiunium in Dei honorem susceptum desereret, cum post tot præstita obsequia nonnisi duros lapides præ manibus conspiceret. Respondet illi Christus; quod omnem cogitatum suum iactaret in Dominum], qui in tali necessitatis casu suis prouideat abundanter, vt filiis Israel manna ministrauit ipsis ignorantibus, unde, aut quomodo. Solutionem capit, Diabolus quæ sic resoluitur: in tali premente necessitate, Deo fidendum. Hinc educit ipsam replicam, & statuens illum supra pinnam templi, sic assumit: optima solutio, placet, quod Deo fidat, qui Deo seruit, placet, sibi non defecet seruientem. Si igitur tali spei fiducia nitetis; *Mitte te deorsum* quod si scriptum est: *Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei:* patitet scriptum est: *Quoniam Angelis suis mandauit de te, in manibus tollent te, ne unquam offendas ad lapidem pedem tuum*: q. d. Cum respondeas argumento per scripturam, ex alia argumentor scriptura, & cum arte me illudas, pari arte te conuenio. (a)

(a) Pari inquit de arte, pari me defensa parte.

Et tibi aliud documentum, quo te Christus docet esse semper vigilem, etenim quando diabolus ex hac te parte non potest euincere: eo quod te in contrariam videt inclinatum vt calidus luctator vires suas in illam retorquet. Quoties tibi o iudex inspirat diabolus, vt obligationi officii tui attendas, processus expedias sic in istis totum consumis tempus, vt ne hora quidem supersit ad orationem? Si te cernit reluctantem, & subinde vacantem orationi, & diligenti indigilantem faciendæ confessioni, si obiicis; equidem verum est, hoc esse tui muneris causas componere litigantum, sic tamen id faciendum, ut animæ tuæ cura, a qua dependet omne bonum, non negligatur; reflectit impetum, & ex hac te parte conatur superare, dum te sic permouet ad opera pietatis, vltra debitum, vt omnino deficias tui muneris obligationi, & vt sub titulo deuotionis, & animæ tuæ curæ, id negligas ad quod obligaris, causasque tibi comminiscaris negligas infidelis.

Obtrudit tibi, ne ieiunes, adolescens es, crescere te oportet: opus est alimento, ac viribus, vtpote cuius sanitas Reipublicæ apprime est necessaria, & conuenit illam sartam tectamque conseruare. Vires sumis, in faciem resistis, & ieiunium amplecteris, diebus veneris & Sabbati, aliis quoque diebus abstines supererogatorie. Continuo ex alia parte te impugnat: adhortatur ad strictiora, & diuturniora ieiunia, quibus

quibus tibi vires & salus eneruentur, quibus tui muneris officio, deficias cum aliorum notabili nocumento. Quid arbitraris, an non sæpenumero in his piis operibus peccari per excessum? Persuadet tibi sufficere ad salutem, semel tantum idque tempore Quadragesimæ accedere ad S. Communionem: hoc ei ad votum non succedit: quia te cernit cælesti huic cibo nimis addictum eiusque famelicum e mutat & ex contrario adoritur: ad frequentissimas allicit communiones, negligenti præparationi animæ tuæ indecentes, vtque per hoc familiaris nimia cum Deo conuersatio, causa tibi sit vilipensionis.

Multa alia occurrunt hic obseruanda, præsertim id quod Greg. notat nullum esse locum à tentatione liberum, nec ipsum templum, refugii locum, in quo cunctas superemus insidias & subsidium acquiramus: hic intentat, & molitur diabolus casus omnium turpissimos. Perpende, ait D. Greg. id quod Lot acciderit: Egreditur Sodomis liber, quia vero sibi ab incendio timebat, ne eum, priusquam montem accederet, præoccuparet, & vitæ periculum incurreret, Dominum rogat, vt sibi liceat in parua illa ciuitate, quæ in medio sita erat, commorari: Ex magna indulgentia annuit illi Deus: attamen hic iam consistens, & cæterarum ciuitatem busta conspiciens, tanto constermitur timore, vt nec ibi se securum arbitretur, & in montis altiora conscendit, verebatur, ne & ibi eo laboraret periculo, quo cæteræ Sodomorum ciuitates. *Ascenditque Lot de Segor, & mansit in monte.* Quam in tuto se gaudet collocatum? attamen deplorando hic cadit infortunio, dum à propriis filiabus mero somnoque sepelitur incautus, ex quibus filios procreauit libidinosus. Licet vero eum multi excusent Sanctorum, & ab incestu liberetur, non tamen à vini intemperantia innocens declaratur; etsi in primo casu detur excusationi locus, in secundo minimè: nullus enim sub cælo tutus à tentatione locus. Adest D. Greg. quid, inquit, miramur, cum nec in cælo supremus omnium Angelus exstiterit securus. In Dei Ecclesia casus lugemus & quidem terribiles, quos alio loco referemus, & grauiores sunt propter offensam, qua Deus per illos inhonoratur.

An hinc non patet, qua nobis viuendum sit sollicitudine, cum nec ipsum templum ab ipsius diaboli sit tentationibus liberum: quinimo fortiori hic nos aggreditur impetu, hic habemus & à fronte præcipitia & à tergo lupos,

Nolim inaduertenter præterire quod Sancti Patres notarunt ad eruditionem nostram D. Clement. Alexandr. *a* D. Aug. *b* D. Ambr. *c* D. Chrysostom. *d* quod licet diabolus Christum in templi pinnaculum sustulerit, non tamen inde illum deiecerit, aut deicere potuerit, tantum illi potuit persuadere rethoricis rationibus ecclesiasticè compositis, & S. Scriptura male intellecta, vt seipsum deturbaret; vt hinc intelligas, vires nullas esse diabolo nec vlli creaturarum, quibus te in vel minimum peccatum impellat ventale, absit mortale, nisi tu teipsum impellas vltroneus, eo tantum pertingere possum maximæ eiusdem vires, vt te rationibus inducat, vt persuadeat, vt incitet, *Mitte te deorsum*: omnis enim peccatum esse oportet voluntarium, nec inest diabolo potestas, qua manum iniiciat voluntati violentam, aut efficaciter moueat nolentem Hoc soli Deo reseruatur omnipotenti: hic solus est, qui eam efficaciter moueat, & ad sui instiget obsequium. Illam deforis tantum allicere potest diabolus, rationibus, persuasionibus, lenociniis: *Persuadere potest* (ait D. Hieron.) *præcipitare non potest.* Præclarissime declarauit hoc Deus, querelæ cuidam Iob satisfaciens, eo quod sibi tam validum, tam astutum, tam vigilem assignasset aduersarium, nempe diaboli m. Hic princeps est maximus, ego vero vermis, ille viribus excedit quidquid terrenum est, ego imbecillis foliorum congeries viribus inferior, quam attollit & in aera huc illucque turbo dispergit.

Quænam igitur lex permittit, quod Domine velis, me cum illo manus conferre, qui viribus certat æqualibus, & meis longe superioribus? Crudelitas arguitur: qualis patris illius esset, qui tenellum filiolum suum, & elumbum, cum fortissimo leone exponeret prælaturum; Respondet Deus: *Non quasi crudelis suscitabo eum, &c. Non parcam ei & verbis potentibus & ad deprecandum compositis.* Ne me vt crudelem reprehenderis, eo quod locum huic concesserim inimico, vt in te arma moueret, ac insurgeret aduersarius. *Non parcam ei.* q. d. Non concedam ei manibus præliari, nec vt majoribus polleat viribus, quam his, quas verborum elegantia, deprecando, persuadendo potest exercere. *Verbis ad deprecandum compositis.* Locum huic non do aduersario, vt manus voluntati tuæ iniiciat violentas, & pro libitu suo solo prosternat: minime: id tantum efficiet, persuadebit, incitabit, rogabit, mouebit, blandietur, *Mitte te deorsum*, Hoc equidem ipse præstabit,

a *Lib. 6. Strom.*
b *Tract. 12. in Luc. annotat.*
c *In c. 4. Luc.*
d *Hom. 5. in Imperf.*

In cap. 4. Matth. Tom. 4.

Iob. c. 41. II. Solis verbis oppugnare potest, non viribus diabolus.

Hom. 9. in Ezech. I. Nullus locus à tentatione liber.

Gen. 19.

& vias tibi repræsentabit rationes, quas dixeris esse insolubiles, porro in solis verborum lenociniis stat eius summa fortitudinis.

Iob.40.13 In Catena Græca. Lib. 32. Mor.c.20 In c.2. Dan.

Et hoc ipsum indicauit in eo quòd Iob prædixerat, diabolum exprimens sub metaphora Elephantis. Ne te terreat informe hoc animal: *Ossa eius vt fistulæ æru*, per ossa, intelligunt ambo illi D.Gregorii Nyssen. ille, Pontifex alter fortitudinem: in his Elephantis consistit fortitudo. Eius fortitudo, fistulæ æreæ non excedit vires. Iam præfati sumus cum D. Hieronym. æs symbolum esse eloquentiæ. Ecce eius fortitudo in quid resoluatur, nimirum in plausibiles rationes, & elegantiæ flumina; Quid agit, dum talis tibi puellæ faciei præsentat venustatem? eius gratiam, delicias quibus cum illa perfruens? hoc totum desinit in deprecando: *Mitte te deorsum.* Quibus rationibus vtitur, quod si injuriam vltus fueris, tibi cedet in tui nominis gloriam? Et qua ratione hoc tibi describit, si iniusto contractui consentias: euades opulentus. hoc totum nititur in rogando, perluadendo vt hoc facias. His suppositis, Eia age Christiane: ne stulteseas: Si quis castro reclusus, prænosset, quidquid virium impenderit eius inimicus, qui circumdare castrum vallo satagit, quod se nec tangere, nec vel hilum vestis lædere valeat, dum taxat possit, eum deprecari, & incitare, vt se præcipitio detineat se illum pugionis cuspide excepturum: conspicuum est, quod eum è castro securè cuius irrideret. Si vero inimici sequatur consilium: cui culpam dares, quem cædis reum accusares, illumne qui se præcipitio collisit, an hostem qui eum ad hoc incitauit, rogauit, persuasit? Probat acutè D. Augustinus quomodo Christus diabolum catena innexuerit, & vt canem alligauerit. Sic enim eum nobis delineat D. Ioannes: demum interrogat: si catenis vinctus diabolus, si ferro alligatus, quomodo contra tot tantosque viros prævalet? Et præclarissimè respondet. *Alligatus est, tamquam innexus tantùm, & neminem potest mordere, nisi eum, qui se illi mortifera securitate conjunxerit. Iam videte, fratres, quàm stultus est homo ille, quem in catena positus mordet. Tu te illi per voluptates, & cupiditates seculi noli conjungere, & ille ad te non præsumet accedere. Latrare potest, sollicitare potest, mordere omnino non potest, nisi volentem. Non enim cogendo, sed suadendo nocet, nec extorquet à nobis consensum, sed petit.* Alligauit eum Christus vt canem, de quo egimus alibi: a Ex hac doctrina deduxit D.Thom. declarationem eius difficillimæ sententiæ Spiritus sancti. *Dum maledicit impius diabolum maledicit animam suam*: vt latius explicauimus loco citato.

D. Aug. *Ser.167 de temp. Tom.10. Apoc. 20.*

a *Tract.8 n.147. & seqq. 2.2. q.76.a.1. ad 3. Eccl.21. 30.*

Vide Tract 7.n. 171.

§. 12. Rursum scriptum est &c. *Decipit diabolus, vt Astrologus, qui vnius tantum stellæ obseruat influxum: tu vero vnam alteri confer.*

FOrti brachio librauit ictum inimicus: at fortiori scuto Christus illum excepit. Acuta fuit astuti philosophi replica, eam S. Scripturæ testimonio confirmantis, at solidior multo fuit diuini professoris solutio, confundentis aduersarium, pariter nos cælestibus disciplinis instruentis: vt discamus ad intelligentiam S Scripturæ, non sufficere, si vnus per se locus attendatur, sed vnum cum alero esse conferendum. Proinde sic respondet: *Rursum scriptum est: Non tentabis Dominum Deum tuum*: q. d. Admitto locum quem è S. Scriptura producis: & vero verius est: quod *Angelis suis Deus mandauit de te, custodiant te in omnibus vijs tuis, in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum*, Sed hoc intelligi debet, considerando rursum & pariter scriptum esse, *Non tentabis Dominum Deum tuum*, nec ab eo quæres miraculum, vt Angelos suos mittat, dum nulla premit necessitas. Cæleste documentum, ne te diabolus in cautum decipiat, doctrinis, sententiis, locis & S. Scripturæ historiis, sed vt tali modo vnam audias, quatenus eam cum aliis conferas: si enim vnum tantummodo locum admittas, capieris: ideirco hac vtitur astutia versipellis diabolus, tibi quædam S. Scripturæ profert loca, quæ sibi deseruiant, attamen illa quæ eadem S. Scriptura proponit in argumenti solutionem Sophista subticet. Sacris latent mysteriis verba Dei ad Iob, quæ paulo ante retulimus, quibus huius Sophistæ detegit fraudes, *Non parcam ei verbis potentibus.* Alii legunt; *Non tacebo mendacia eius*: Alii, *Astrologias eius*, vel *Astrologationes eius*, q.d. Ego tibi eius Sophismata, & Astrologiæ detegam prædictiones.

Iob.41.3

Vide Tract 3. §.49.

Inuehitur D.Augustin. in Astrologos, quos vocat Mathematicos, & ait; hoc agunt, vt tibi vendant mendacia sub prætextu influxuum cæli, & siderum. Diuturna, inquiunt, tempestas vita; talis enim stellæ influxus hoc prænuntiat, quæ tuæ natiuitatis tempore dominabatur.

Lib. de Ver. Relig. cap.21.

nabatur. Post aliquot annorum decursus, opulentum te lætaberis; en tibi stella in tuo ortu præfulgens, hoc prædixit; Patieris inimicos, quos tamen ne timueris, de illis palmam referes; hoc præsignificat Iouis cum Marte conjunctio. Et communiter, inquit D. Augustinus in iis quæ dicunt à vero aberrant; concedamus enim quod planeta ille, quem vidit Astrologus, tali radiasset influxu, & illum fuisset effectum talis stella operatura, nihilominus, sunt & aliæ millenæ, quas nec ipse considerat, nec videt, nec videre potest, influentiis longe diuersis, quæ huius, quem obseruat, planetæ, præpediunt influxum. Bona & vera Astrologia, si quæ sit, illa foret, quæ sideribus sidera conferret, & huius cum illius influxum attenderet; Hinc enim resolutionem educeret longe tutiorem, quia vnus alterius planetæ aut temperat, aut impedit, aut retardat, aut imminuit influxum. Se tibi jactat diabolus peritum Astrologum, qui tibi prædicit mille euentura, & ostendit hæc præsignare planetas, hoc est S. Scripturæ loca, quam cælum appello, tot stellis, quot verbis fulgentissimum. Asserit; In fine dierum ignoscet tibi Deus; hoc enim stella hæc præsert. *Parcens omnibus.* Te semper in gratiam recipiet, quotiescumque ad Dei donum & gratiam redire placuerit; hanc eius benignam misericordiam præcucurrit stella parabolæ filii prodigi: ne te peccatis inquinare formides, habet Deus infinitos sacerdotes velut Angelos, qui te his citius absoluant, hanc eorum præsignat potestatem planeta hic consolatorius; *Quorum remiseritis peccata remittuntur eis.* Verum enim vero tibi mentitur in animæ tuæ maximum detrimentum; Demus hypothesin, hoc ab illis præludi sideribus, quæ ipse & videt, & tibi digito signat; sunt tamen & alia, quæ signant, hunc posse effectum impediri, accidere sæpenumero mortem subitaneam, & quando minus es sollicitus, fieri posse, vt inspérata te præfocet apoplexia, quæ te hinc eripiat, ne tantillo quidem tibi concesso tempore, vt dixeris: *Iesus*; pariter Dei justitiam sic cuncta juste disponere, vt eis diuinæ suæ gratiæ media subtrahantur qui, dum tempus & media haberent, iis in sui salutem vti neglexerunt.

Hanc Satanæ fraudem hodie Christus detegit. Contendit illum diabolus itretire velut Astrologus, dum ait id quod vna præsignat stella, nimirum, quod Deus mittet Angelos suos ne sibi casu noceat. *Mitte te deorsum scriptum est enim, quia Angelis suis &c.* O mendax Astrologe, & tu ignoras bonam Astrologiam requirere, vt vna stella cum altera conferatur, quod huius influxum, rectè non consideres, nisi & alterius adjunxeris? Consentio locum Scripturæ hoc præsignare, verumtamen aduerte prædictor infidelis, alterum quoque considera; quia *Rursum scriptum est; Non tentabis &c.* Quod si hoc scriptum est, scriptum est pariter & aliud, justum non debere esse temerarium, nec de Dei potentia præsumere, dum nulla vrgente necessitate poscit miracula; hoc enim est tentare Deum.

Hinc discas velim, quotiescunque tortuosus ille Astrologus tibi suggerit aliquid, ostendens S. Scripturæ sidus aliquod ad sui propositum, tu oculos conuerte, & aliud sidus consule, quod prius & temperat & moderatur. Ita aduertit D. Cyprian. *Deus est indulgens, sed præceptorum suorum exactor, & quidem diligens: Ad conuiuium vocat, sed non habentem vestem nuptialem, ligatis manibus & pedibus foras tractat. Parauit cælum, sed parauit & tartarum. Parauit refrigeria, sed parauit etiam æterna supplicia. Parauit inaccessam lucem, sed parauit etiam perpetuæ noctis bustum, æternamque caliginem; cuius temperamenti moderamen, non habere quærimus.* Si consulas id (ait D. Bernardus) quod in vna scriptum est parte, permolue quoque id quod in alia exaratum est, & vnum alteri copulare non pigeat. Parcet tibi Deus: scriptum est enim, quod Deus Dauidi indulserit & homicidium, & adulterium, & populi scandalum, ob vnicum *Peccaui.* Annuo; sed & pariter scriptum est, Quod Saulem Regem ob transgressum vel vnicum eius verbum, regno deiecerit, ac condemnarit, nec tamen ei præsidio fuit dicere, quod equidem dixit: *Peccaui*: nec effusæ lachrymæ, nec orationes continuæ intimi Deo amici Samuelis, quas noctes dieſque fundebat indefessus pro eo, ad sententiæ reuocationem ei valere potuerunt. Expectabit te Deus, multo licet tempore, tuarum voluptatum indulgeas appetitui, & bona & animam dispendas dilapidator. scriptum est: recepit in gratiam pater misericors filium prodigum reuertentem: hoc te certum reddit huius stellæ parabolæ. Transeat, attamen & decem Virginum scripta est parabola, quas ex improuiso sponsus ad nuptias vocauit, nec tempus quinque fatuis indulsit emendo oleo, sed portas occlusit imparatis. Intrare illum suscipientem lationem, qui vitæ tempus stupris, hominicidiis rapinis insumpserat vnico. *Domine memento*

I. Astrologi judiciarii communiter errant.

Isai. 11. 27.

Ioan. 20. 23.

II. Vnus scripturæ locus alteri conferendus ne decipiamur.

D. Cypr. Epist. ad Presbyter & Diacon. vrbis Rom.

Ser. 16. in Cant.

2. Reg. 12.

Luc. 23. *mei.* Non abnio, verumtamen & nota, quod illo ipso tempore condemnarit & alterum socium latronem, sibi in cruce collatronem. Vsus est misericordia cum Petro Apostolo periuro, perfido, fœdifrago, & caput statuit Ecclesiæ. Concedo scripturam: at perpende & horresce, qua vsus sit eodem tempore stricta iustitia, in alterum pariter Apostolum, qui eum triginta denariis traduxe at; quem reiectum æternum periturum. Liceat dare te vitiis, deliciis, & sæculi voluptatibus; scriptum est enim: quod Angelis suis Sacerdotibus, mandauit de te, vt tibi peccata dimittant, & ægrotum sanent. Non nego: sed & illud adfero, Iudam ad Sacerdotes templi confugisse, nec ab illis absolutum: in delicti sui pœnam iusto Dei iudicio condemnatum.

Hæc sit igitur vltima, cum Diuus Bernardo in Psal. *Qui habitat*, resolutio: Ne te summis exponas periculis, vana spe illectus: ne te præcipites deorsum in peccata, illis seductus; non enim tibi promisit Deus prouotis accursurum te adiutorem, quando te præcipitas, sed tunc tantum quando per planas suæ legis incedis vias, has enim strauit Deus, vt per eas ingrediamur. Non enim ait (inquit D. Bernard.) *vt custodiant te in præcipitiis: sed bene in viis tuis.* Fide, crede, quod si per Dei vias incesseris, & offendiculæ te deterreant, mittet tibi custodes Angelos, qui te periculis eripiant, non peritурum. Ne pereas præcipitia obambules, si enim te illis commiseris, aderunt dæmones, qui te propellant vt pedibus vacillans in animæ tuæ miser incidas perditionem, *Vias illorum tenebræ & lubricum, & Angelus Domini persequens eos.* Iunctus ex vxori? An hunc statum in Dei seruitium assumpsisti? An vxori fidem seruas? Filiorum geris sedulam curam? & debito statui tui officio satisfacis? Innitere Deo: ille tibi custodem delegabit Angelum, qui te custodiat, ducat, & prouideat, vt ille, qui Tobiam duxit & redaxit. At si per voragines & salebras incesseris audacsus, ludo consumas opes tuas, vxoris dotem, & totus effusus vt aqua in Venerem: vt velox cursor adolebit ruina tua, tua perditio, tua damnatio. Iuuenis es Dei addictus seruitio, recollectioni & orationi tuæ numquam non deditus aderit tibi, vt Danieli quondam Angelus, dum te inter rugientes leones sentis expositum, qui tibi cibum deferat, licet per aeris vacua, & eorum dentibus eripiat incolumem. Filius es, ex patris tui tota dependens voluntate, sic etiam vt nec matrimonium inire, nisi conformiter eius iudicio præsumas, vt Isaac, qui ad patris sui nutum vxorem duxit, & ad hoc Eliezerum submiserunt: Ne dubites; quin sicut & tunc Deus Angelum suum delegauit; *Ipse mittet Angelum suum coram te.* Ita & modo, tibi Angelum suum Deus amandabit, qui te præcedat in viis tuis, eas applanet, ne te casu quodam collidas. Esto patri tuo obediens, imitare Iacob, qui, quo eum pater mittit, citius excurrit absque vlla repugnantia, contradictione, murmuratione. Scito, tibi mittendos Angelos, vt Iacob, quos *vidit ascendentes & descendentes*; tuo cunctos famulatui paratissimos. Domini tui fideliter bona procuras, vt Labani Iacob? Certo tibi persuade, venturum Angelum, qui te doceat, qua ratione tuæ tibi accrescant opes. An tibi concredita Reipublicæ gubernacula? Num Iudex, num ciuitatis intentus emolumento? Ne desues a recto iustitiæ tramite, sicut Sidrach, Misach & Abdenago. Si te fornaci ardentissimæ inijciant comburendum, tibi, vt illis Deus, destinabit Angelum, qui te de flammarum educat incendio. An Centurio, an militum Dux, & hoc in statu, Dei seruas mandata? Sicut Gedeoni, mittet tibi Angelum adiutorem fidelissimum. Num puella nubilis, tam cauta tamen & integra, vt statum decet virginalem; ne diffidas, aduolabit Angelus, qui te vt alteram Agnetem, defendat & protegat intactam. An desponsata viro, & iuratam seruas fidem, dicant tamen contra te falsum testimonium, sibilent in te Zoili? Eia age; velox aderit tibi Angelus, vt Susannæ? innocentiæ tuæ præco: *Ecce Angelus tibi, qui te foret medium.* An vidua cum famulabus tuis solitaria, cultrix ieiunorum? Animæquior esto. *Vigilat Dominus super viam custodiat me Angelus eius.* Attamen si in statu tuo per charybdes & scyllas procidas, contactus vsurarios, delicias illicitas, nihil certius quam te peritурum.

III. Fide Deo & Angelos tibi mittet custodes. Ps. 34. 6.

Subtiliter annotauit noster Card. Caietan. In paternam domum Iacob reuertitur, ex qua timore Esau fratris sui perterritus discesserat, reuertitur, diu moratus in domo Laban, iunctus matrimonio, binis sororibus Lyæ & Racheli, secum adducens duas famulas Balam & Zelpham, filios vndecim, opes immensas greges & armenta quam plurima. Reuertitur ex Dei præcepto, & patris ac consobrinorum obtrectationum impatiens iter carpit: cui Deus reuertere, quia *Ego ero tecum.* Iter suum prosequitur. Et quia non sine causa timere poterat

Ge. 24. 7. Ge. 28. 12. Ge. 31. 3.

» paterat aduentum fratris sui Esau; mittit illi Deus binas Angelorum auxiliares copias; *Iacob abiit itinere, quo cœperat, fueruntque ei obuiam Angeli Dei, quos cum vidisset ait: Castra Dei sunt hæc.* » Intellexit autem hoc sibi a Deo mitti subsidium » ne deinceps fratrem timeret Iracundam. O » quam securus exultabat Iacob: ait Rupert. *Recte talem habuit occursum, qui sub obedientia peregre militauerat, in fide cesserat, in charitate dilatata eius anima, profundissimas pro beneficiis gratias agebat.* Hoc itaque præsidio munitus, legationem instituit ad Esau, ut iram eius sedet, » dum ipse Dominus Esau, Esau, Dominum suum » appellat. *Mitto legationem adire Dominum meum*, » viam suam & opes dispertit: q.d. Redeo cunctis » abundans, ne suspiceris, me ex bonis tuis velle diteſcere, cum tanta mecum trahan in comitatu, vestris non indigeo: renuntiant legati esse » se munere suo perfunctos, sed tamen *Ecce Esau properat tibi in occursum cum quadringentis viris. Timuit Iacob valde, & perterritus diuisit populum qui secum erat.* Turmas duas instituit: si percusserit vnam, saluabitur altera: & quosdam in » ordinem redegit, quibus illum exciperet venerabundus. Quid hoc rei Iacob? Dei verbum tibi » datum in scalis constat inuariabile, tibi mittendos Angelorum exercitus. Modo eos in tanto » conspicis numero qui tibi dent manum, & eos » adeo fortes & expertos, qui uno flatu in fugam » compellant, & euertant, quotquot se tibi opposuerint, aduersarios. Quid igitur adeo consternaris, quid metu obrigeſcis, & eo solo perculseris, quo verbo tibi renuntiatur, fratrem tuum Esau in occursum tuum properare? Postmodum autem Eliseus, vt vidit Giezi tremulum, » & formidantem cum tanto comitatu aduenientem Naaman & do nui propinquum, parum est, » quod illum minime timeret, sed & se eo fortiorem ostendit & animosiorem, & vt reipsa probaret quam se parum tanti principis intumidasset aduentus, maiori eum alloquitur & fasta & » seueritate, & id ne quidem per seipsum, sed per » famulum ei respondet & sic dimittit; nec tamen » præ oculis spectabat tot Angelorum acies ordinatas: quid vero tu Iacob, tot Angelorum circumuallatus legionibus, & in tui præcinctis defensionem, obstupescis?

» O virum prudentissimum, acclamat Caietan. » notissima ei erat Dei conditio, qui te Angelis » circumcingit, custodes corporis apponit: at » fiet illud, si ex tua parte, tu quantum potueris » non defueris desidiosus. Accrescit Iacobo timor, præuenit turmarum suarum bipartitione, agit quod suum erat, vt se Esau opponat aduenienti, reformidat Esau: quocirca timore perterritus, recurrit per orationem ad Deum, vt sibi in hoc timendo faueat occursu. Et dum promunere suo, quod suarum partium est, agit, sibi certo certius persuadet, & securus expectat, quod Deus ex sua parte illi concedet id omne, quo indiget, vt se de manu fratris seruet incolumem.

Timeto diabolum; quia *tanquam leo rugiens circuit quærens, quem deuoret.* Agito ex tua parte quod tui muneris est, sensibus tuis & curis firma custodiam, ne te socordem & deuoret dormitantem. Diuidito id quod iustum est, ab eo quod iniustum est, idque faciendo cum id ad quod teneris, præstes, esto securus, quod tibi ex sua parte Deus neutiquam deerit auxilator. Quidquid potuit, egit Iacob, & postmodum recurrit ad orationem. *Domine, qui dixisti mihi: Reuertere in terram tuam &c. minor sum cunctis miserationibus tuis &c. Erue me de manu fratris mei Esau.* Ecce tanta egit Iacob, Primo timet: Secundo, turmas suas bipartitur. Tertio, se dat orationi. Quarto, eligit munera fratri suo præmittenda. Quinto, eadem mittit, & addit textus; *Præcesserunt itaque munera ante ipsum, ipse vero mansit nocte illa in castris.* Hoc est, inquit Caietan. in eo loco, vbi erant Angelorum copiæ, legit D. Ambros. *Dormiuit in castris.* Quid modo dormis o Iacob? Dormio, inquit, sit ita: æquum enim est, vt qui egerit id, quod erat sui muneris fidat Angelorum Deique præstoletur auxilium, ac dicat; *In pace in idipsum dormiam, & requiescam.* Et hoc ipsum Christus Apostolis cunctisque iustis instillauit; *Non turbetur cor vestrum. Hoc firmamentum*, ait D. Ambros. *Christianis mentibus Christus inuenit pacem internam inuenus animis probatorum, vt non turbetur cor nostrum, neque exagitetur animus.*

Cm. 32.2.

Rup. apud Lyran.

1. Pet. 5. 8.

Ge. 32. 11.

Ambr. Li de Iacob. & vita beata

Pſ. 4. 9. Ioa. 14. 1.

§. 13. Hoc omnia tibi dabo. *Tentatio prægnans, at mentitur; promittit enim multa, nec habet, nec dat aliquid.*

NE cogitaueris, inquit Origen quod vna aut altera sagitta e uisa diabolus quietus desistat: nequaquam; quia quamdiu aliquas pharetra suppeditarit, eas deiorquere non cessabit, donec his omnino euacuetur: idque tanta versutia, vt acutiores seruet posteriores, vt illæ efficiat, quod priores efficere minime potuerunt

39 Tract. 2. in Iob.

Sic expendit hoc in historia Iob, insuper & luce clarius in præsenti perspicimus. Obseruant D. Augusti. *a* D. Chrysost. *b* D. Ambros. *c* D. Thom *d* D. Anselm. *e* Quod Aquila illa regalis D. Ioannes perspicaci oculo suo, quo sidera penetrauit, nobis exposuerit omnes sagittas, quas Satan pharetris suis secum deportat: illas ad res reducens, dum ait *f*: *Omne, quod est in mundo, aut concupiscentia carnis est, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ*, q.d. Omnia Satanæ iacula sunt: vel appetitus carnis, vel vana gloria, & mundi honoris ambitio, vel bonorum temporalium cupiditas. Cuncta hæc Christo intorsit, & hoc Apostolus insinuauit, aiunt præfati Doctores his verbis. *Tentatum per omnia.* Et præsertim D. Chrys & D. Amb. opinantur, hoc voluisse significare Euangelistam his verbis: *Consummata omni tentatione.* Primam sagittam extorsit appetitus carnis, dum eum in gulam prouocat. Hæc eius non successit voluntati, manu arripit alteram fortiorem, honoris, ambitionis, & vanæ gloriæ, & hæc pariter inauspicato successu. Tandem tertiam pharetra eduxit omnium acutissimam, bonorum temporalium cupiditatem. Sustulit igitur Christum in montem altum & excelsum, ostendit quatuor mundi partes, omnia regna, prouincias, ciuitates, & eorum diuitias, pulchritudinem, gloriam, excellentiam: hoc enim significat: *Ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum.* Arbitrantur aliqui, quibus consentio, quod arte necromantica diabolus Christo ibidem in momento temporis ostenderit quædam secundum externam apparentiam gloriosissima, ciuitates illustrissimas, syluas cum millenis visionibus pulcherrimarum puellarum, castella, milites, exercitus, saccos auro, argentoque turgidos, montes gemmis, lapidibus, unionibus, margaritis fertilissimos vt alibi diximus. Ecce hic: omnia mea sunt; & tradita manibus meis, vt cui voluero, liceat elargiri; *Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me.*

Hac tentatione nulla periculosior, & opinor Cardin. Caietan. subtilissimo suo ingenio penetrasse Satanæ subdolam intentionem aduertit enim primo: quod iam hic diabolus sibi laruam detraxerit, & facie ad faciem prælium contra Christum fuerit aggressus, vt pateat, supremum hunc nostrum Ducem omnibus tentationum generibus, ac omnibus modis, abscondite & propalam fuisse a diabolo molestatum, & in hac vltima tentatione, tanquam in qua extremum potentiæ suæ Satan exerebat, conabatur successum, pro animi sui sententia educere; animum, certo cognoscere, vtrum Christus erat verus Deus: sin minus, eum in peccatum pellicere; vnde sic secum argumentatur: Noverat, nihil adeo Deum, quam superbiam, abominari, nec vnquam passurum aliquem eius se lateri æqualem velle coniungere, & quod quia ipse Satan in mundi principio hoc voluerit prætendere, dixeritque *Similis ero altissimo.* Eum præcipitauerit, & e cælo ad inferni abyssos deiecerit, hinc inferebat; Si hic Deus verus est, vt ei proprium est, comparem non sustinere, si ego non tantum me illi voluero æquiparare sed insuper, ab eo requisiero, vt ipse tanto me sit inferior, vt me tamquam Deum adoret, nulli dubium est, quin me non perferet indignabundus, sed potius totam suam explicans potentiam, & eam contra me ostentans, ad malas destinabit aures maledictum, dicetque; ego sum, cui prona debetur adoratio. Proinde, adoratio illa, quam diabolus à Christo exigebat, adoratio erat a Theologis dicta *Latria*, quæ soli Deo debetur. Itaque, si Deus sit, nemo ambigit, quin suam contra me hac occasione perhibebit auctoritatem, seque ipsum, qualis sit, prodet manifeste. Si vero merus homo sit & quidem sanctitate præclarus, nihil minus egero, quam illi hac petitione magnam parere impatientiam: nihil enim minus sufferre potest, qui talis est quam talia audire verba, & se ad tam enormem Dei offensam, vt idololatriam, prouocari. Si homo sit de vulgari sanctorum numero, indubie eum totius mundi, omnium regnorum, & gloriæ & honoris oblatione prosternam pauidissimum. *Hæc omnia tibi dabo.*

Omnium, quæ diabolus intorquet, iaculum fortissimum, illud est; *Tibi dabo*, quibus te in impudicitiæ propellit barathrum, nisi illo: *Tibi dabo*, delicias, voluptates? Quibus auarum euertit, nisi illo: *Tibi dabo*; diuitias? Quibus stringit ambitiosum, nisi illo; *Tibi dabo*, honores? Quibus te ad centum mille periuria dedicit, nisi illo: *Tibi dabo*, quatuor regales? Quibus te ad tot fraudes, & machinationes & subornationes permouet, nisi illo; *Tibi dabo* lucrum? Si subiiciat aliquos eis offerendo bona temporalia, alios, eis honores offerendo, aliis delicias, quid non efficiet, omnia iunctim, nullo excepto promittendo; *Hæc omnia.* Fuit autem hæc tentatio instar catapultæ (*a*) cui cuiuslibet generis res iniiciunt? Slopos plumbeis glandibus onerant, ballistas ligneis iaculis, arcu sagittis præpilatis, catapultas vero omnis generis glandibus, & quis illi resistet? Vehemens fuit

a *Tract. 2. in Ioan & lib. de vera relig. c. 37. & 38.*
b *Hom. 13 in Matth.*
c *In c. 4. Lucæ.*
d *In c. 4. ad Hebr.*
e *In cap. 1 Ioan. 2.*
f *1. Ioan. 2. 16. Heb. 4. 15. Luc. 4. 13.*
Tract. 7. §. 54.
In 3. p. q. 4. a. 4. & sent. vlt. q. vltim.
Isa. 14.
(a) sive petraria.

I. Quidhac tentatione diabolus intenderit,

fuit hic ictus. Quid in te non operabitur, si tibi aureorum offerat cumulos; si pro pretio animam illi consignes. Quid non a te extorquebit, qui ob leuem voluptatem te illi tradis, si tibi omnia delitiarum genera sponderet? quid non illi concederes, qui ob futilem honorem ei teipsum consignati, si tibi omnia regna mundi pollicerentur possidenda? Considera, quæso te, Traditor est, deceptor, mendax, atque in eo verificatur illud ænigma, quod notat Diuus Augustinus propositum a Salomone, secundum Septuaginta; *Mulier inops panis, conuocat prætereuntes, dicens: Accipite panes.* Ænigma est; Mulier, cui ne vnica quidem est panis mica & quoscumque viderit, ad esum conuocat: promittit; tibi dabo, non vnum panem, sed panes; ipsa vero, vix vllas panis habet reliquias, & multos & integros promittit panes. En dæmonem; Mulier vocatur; eius enim agendi modus, est blandimentis allicere, vt solent mulieres. Tam omnium est indigus vt ne micam quidem mundi bonorum possideat, nec voluptates, nec gloriam nec requiem, nec delicias; quid ergo? ipse totus tantus quantus, miseria est, pœna est, infernus est; proinde eum comparat Propheta Oseas vinaceis vuarum, post iam expressas vuas, quæ nullum in se succum habent: *Vinacia vuarum.* Nihilominus aliud in ore nihil habet, quam homines, qui iure optimo dicuntur; *Prætereuntes*, illo illicere; *Tibi dabo*, promittens sensuali, delicias, ambitioso honores, auaro diuitias &c. O te male fastum, ait D. Cyprian quis dare potest, quod non habet? Quid habes tu, infelix, nisi paupertatem, & quomodo diuitias largieris? quid habes, nisi dolores & quomodo ad gloriam sublimabis? quid habes, nisi æterna tormenta? & quomodo promittis requiem? Optime noui, id quod retribues, o proditor; putredinem, vermes, vulnera, dolores, afflictiones, paupertatem, filiorum necem, hoc enim est, quod Iob tribuisti, quando tuis manibus commendebatur; Adiesto mendax: quid dicis: *Mea sunt hæc omnia, & cui voluero, do illa:* Vbi ergo illa Psalmistæ vox; *Domini est terra & plenitudo eius, orbis terrarum, & vniuersi, qui habitant in eo?* Vbi & illud quod dixit is a quo longe est omne mendacium. *Meum est argentum, & meum est aurum, dicit Dominus?* Porro, quid plura, loqueris, vt soles, & quasi qui nostram noueris infirmitatem, cui proprium est, vana spe allici, & promissis fallacibus decipi. Optime Spiritus Sanctus: stulto proprium esse, illis eo deduci, quo tibi placuerit. *Vana spe,* & *mendacium, viro insensato.* Stulto inaniter multa promittas, & cum eo quodlibet exequeris. Sponde illi, licet adimplendi non habeas voluntatem, habebis eum tibi in omnibus subiectum, *Vana spes:* Inflat nucis auellanæ, quæ præter externam apparentiam habet nihil; & dum eam diffregeris, dentes tuos defatigans, nisi inanem ventum quid aliud reperis? Tales sunt expectationes stultorum, his fidunt insensati, talibus illos dæmon illaqueat, de his dolosa fingit iuramenta: *Hæc tibi dabo.* His in profundum miseriarum omniũ culparum & dolorum demersit primæuos parentes nostros, quos Dauid stultitiæ accusat. *Homo, cum in honore esset non intellexit.* Irretiuit eos vana spe diuinitatis & immortalitatis, & fallaces confingens promissiones, ilico eos adorsus est illo: *Tibi dabo:* hoc enim fuit illud; *Eritis sicut dii.* His quoque te aggreditur, qui stultus & insipiens id cuim omne quod tibi polliceitur; spes est inanis; nux vacua, mendacium. *Tibi dabo:* Spes est inanis, pollicitatio mendax; non enim habet nisi meram apparentem speciem, & sub illa quid latet aliud, nisi damnum malumque tuum perpetuum? Satis aperte hoc proditor prodidisti in insensato illo prodigo, cui licet tot tantaque te iurasses largiturum, tandem tamen eo deuenit vt tubulcum agens, nec filiquis se pasceret ad saturitatem, cui nec quercuum glandes discutisti, sed fame enectum perfidus deseruisti, & eodem se modo deceptos lamentantur, qui promissis tuis credunt insipientes. Talem te conquereris, post multos concubinatus annos, quibus tibi mille mendax spondebat voluptates, & modo quæ sunt (amabo) hæ voluptates nisi infirmitates graues, paupertas infamis, dolores intolerabiles? Talem te deploras factionibus irretitum, quibus tibi honores iurabat amplissimos. Aduerte, quando ad peccatorum accedis confessionem, quid inuenias, quid sentias, quid tibi de tot effusis supersit pollicitationibus, quibus te ad peccatum induxit diabolus, dicendo: *Hæc omnia tibi dabo?*

Trall. 97. in Ioann.

Prou. 14.

Osee. 3. 1.

Lib. de ieiun. & tentatione Christi.

Psal. 23. 1.

Aggæ. 2. 9

Eccl. 34. 1

Psal. 48. 20.

Gen. 3. 5.

§ 14. Vade Satana. *Molesta fuit hæc Christo tentatio: (talibus tu quoque respondes: Vade Satana.) de qua Christus, ad magnum Matris suæ Virginis solamen triumphauit.*

ALiquoties consideraui, quid hac occasione Christus senserit, aut quæ cogitationes ascenderint in cor eius, cum aduerteret hu-

ius

ius infernalis inimici præsumptuosam & non ferendam impudentiam. Quid, bone Iesu, in te sensisti, tam stupidam notans in diabolo audaciam? Num forte huius doluisti creaturæ infelicitatem, quæ illa cum esset, quæ de diuinæ potentiæ tuæ manibus formata prodierat pulcherrima, sanctissima, sapientissima, purissima, prudentissima, ex propria (nullo instigante) malitia, ad hanc extremam deuenerat peruersitatem, degenerarat stultitiam, defecerat impudentiam? Num exacerbatus, ingemuisti tanta te frontis inuerecundæ stultitia inhonorari? Num huius tui figmenti miseretus: quod olim eminentissima & venustissima natura dotatum, modo tam insipiens, tam immundum, tam videbatur indecorum? An in iram commotus, ob eius tam temeratam, quam contumacem superbiam, qui tui in cælo sibi arrogarat similitudinem, modo in terra se tibi voluit superiorem, te petit adoratorem? Notanda sunt hæc; at his remissis, obserno, hanc inter cæteras unam fuisse occasionem, quæ hoc in mundo pectori Christi grauiorem intulit molestiam, quam ipsi claui, verbera, crux, quibus ei postmodum inuidens ille Satan Iudæorum manibus mortem, intulit omnium acerbissimam.

I. Similitudo.

Pone casum; Reginam stemmate nobilissimam corporis elegantia] gratissimam, castitate purissimam, cui nihil magis cordi sit, quam mariti sui Regis honor integer: timus; ab infami nigro Mauro, factioso ad fodinarum effossionem condemnato, ad adulterium in mariti sui Regis summum dedecus prouocari; quid non sentiret illa? quanto se probro affectam non stomacharetur? Quam iusta: secundum exteriorem ve similitudinem visa est querela illius mulieris Putipharis contra castissimum Ioseph, qui fidem eius dictis adhibebat (licet infami traditione, & mendacio esset subornata) quod cum esse Ioseph emptum mancipium, eam tamen, quæ domina eius erat, ausus fuisset ad stuprum sollicitare? quas non emisit voces? quas non fudit lachrymas quam non ostendit, se inhonoratam, despectam & atroci notatam infamia? Num te violauit? Num tetigit? nequaquam, inquit illa, verumtamen ille eius aggressus, me rapit in furorem, iudicii inopem, contusam, dedecoratam: proinde tota conclamat ciuitas Curia concludit (dictis eius credula) tale mancipii nefandum scelus, atrocia mereri supplicia.

Gen. 39.

Miramur omnes verba D. Pauli: *Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ Angelus Satanæ qui me colaphizet*: Qui, quæso, sunt hi colaphi? est enim alapa, infamia grauissima, quæ te posset ad iram concitare; quæ illa infamia o beate Apostole, qua te diabolus inhonorat, vt dicas, tibi abiecto colaphos impingi? Opinatur D. Hieronym. fuisse carnis infirmitates nominatim Cephalæam, id est, diuturnum & inueteratum capitis dolorem, vel rabidam coxendicis molestiam, quæ eum a prædicationis officio, quod tanto ere desiderabat, distrahebat. Ita senserat Tertull. colaphos hos fuisse dolorem capitis, vel aurium vehementissimum, quo eum diabolus grauiter diu exabat, vt alterum Iob. *Per dolorem, vt aiunt auricula vel capitis.* Et primus omnium iudicauerat D. Irenæus ex eo confirmans, quod idem Apostolus ait de suis infirmitatibus, *Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis.* Diuus Chrysostom. arbitratur, fuisse carceres, Cæteras verbera, quibus eum inimici supprimebant & prædicationem eius impediebant. D. Ambros. suspicatur fuisse iniurias sibi a Iudæis illatas, dicteria & calumnias, & falsa testimonia, molestias, quas ei suscitabant multi falsi prædicatores, eius æmuli, quæ summopere cor eius lancinabant, vt testatur de Alexandro hæretico. *Alexander æramus multa mala mihi ostendit.* His omnibus consentit Theodoretus

2. Cor. 12. 7.

Phil. 1. 20. de obit. Theod. Bleffill. Lib. de pæn. c. 13. Lactant. lib. 5. c. 3. Hom. 30. in Gen. & ep. 1. & 4. ad Olymp. lib. 2. ad Cor. 12. 2. Tim. 4. 14. In 2. ad Cor. 12. Tract. 7. in Iud.

At vero D. Thom. vestigiis inhærens D. Augustini illum locum intelligit fuisse carnis commotiones, quibus eum Satan ad Dei offensam instigabat; quocirca per hos colaphos, quos tantopere sensit D. Paulus, accipiamus carnis titillationes, quibus ad peccatum trahebatur; has ita grauiter accipiebat, ac si quis ei colaphos impegisset. Dederunt, inquit, mihi & adhuc dant nuntia mediante carne mea, quasi per tertiam personam, quam mihi Satan mittit, sicut hinc infames alapas perpetiar; sunt vero hæ carnis inordinatæ commotiones, quibus me ad id vrget vt peccem. Dicito mihi, vir Dei, num te Satan superauit? eius ictus te vulnerauit? sanguinem extraxit? ad suam coegit voluntatem? consensum vestrum sibi subiecit? An igitur ad hoc peruenisset? Nullo modo. Si te non superant, quid conquereris, quid te tam grauiter offensum contestaris? De tanta audacia conqueror, qua mihi suggerit, me premit, vt Deum meum offendam, & inhonorem. Hoc mihi est multo grauius, quam si colaphis me cæderet.

II. Quisquis concitare.

Filium principem tibi propone patri suo obedientissimum: si hunc abiectissimi conuenirent

rent serui, vt persuadeant, arma sumat in patrem, sceptro & corona priuet, ut eam vni eorum det; quantumcumque promittentes ad hoc auxilium; quo pudore Princeps hic non perfunderetur? quomodo genæ eius maidescerent flammæ, quasi colaphis attritæ; Mane gladium arriperet festinus traditores perfossurus. Egone Regni, patris mei, Domini mei, Regis mei proditor? Princeps illustrissime, num quis te tetigit? vultum tuum inhonorarunt? fidem tuam euerterunt? Ictus tibi vim intulit? An ergo inferte debuisset? Minime; sed hoc tantum me ad effrœnem hanc sollicitari perfidiam, me confudit; me grauius offendit, quam si faciei colaphos impegissent.

Hoc in Paulo egit hæc Satanæ tentatio, qua illum mediante carnis petulantia commouebat, & quasi hortabatur: vt Deum offenderet. Infamis est mihi hæc alapa perurgeri, vt Deum meum Dominum meum prodam infidelis. Si igitur talis fuerit illa Paulo tentatio, quam diabolus per carnis stimulos proponebat: quid non fuerit Christo filio Dei legitimo & consubstantiali, quod diabolus eo temeritatis ascenderit, vt illi proponeret, hortaretur, vrgeret, quatenus in æternum suum Patrem hoc prodirionis tam infame scelus committeret, scilicet dæmonem adoraret, *Cadens adora me.* O Domine mi, quis modo contempletur faciem tuam inflammatam, maxillas, vt coccus rubentes, quasi hac dæmonis temeraria impudentia colaphizatas, vtique qui hinc summo te opprobrio censebas subtannatum, proinde tanta ei bile respondisti. ¶ 41 *Vada Satana.* Quo tempore diabolus Christum absconditè & fraudulenter aggrediebatur, mansit Christus immotus, ac sedatus, quasi nihil horum intelligeret, respondens ei more solito suo, mansuete, modeste, ac longanimiter. Modo vero, dum ictum librat excerebrosæ huius & præsumptuosæ petitionis, aperto capite & detracta larua, in eum insurrexit, vt leo in pugnam lacessitus, vultu ad iracundiam contracto, supercilio irritato, voce exulcerata, de vagina eduens S. Scripturæ gladium ancipitem, quo communiter suos profligat inimicos, de quo Isaias; *Isa. 11. 11. Spiritu labiorum suorum interficiet impium*: de montis summo cacumine ad ima præcipitem deturbauit, pedibus suis prostrauit, caput dissecuit medium, toto mundo luce clarius eius malitiæ machinas detegens: dum ait: *Tract. 7. § 11. & seq.* *Vada Satana*: *scriptum est*, *Dominum Deum tuum adorabis*, *& illi soli seruies*. De quibus alias. Hoc nobis postremum prælegens suo exemplo documentum quod dum quis te manifestè prouocat ad peccatum: tempus est (liceat sic dicere) omnem perdendi modestiam, mansuetudinem, ac patientiam, quæ per hoc tamen non deperdetur, & justa bile pectoris, vultuque subirato illum rejiciendi dicendo: *Vade Satana.* Hæc illa tua sit responsio, ô puella, juueni dissoluto, qualis & ipsa fuit S. Agnetis (referente D. Ambros.) filio Romanæ vrbis Gubernatoris: *Discede à me pabulum mortis*: Hæc illa tua sit, vir nobilissime, ei, qui tibi persuadet, hortatur, & ad vindictæ premit cupiditatem. Sit & illa tua jam nupta, tertiæ illi, quæ tibi sermones infert de tali luxuriosos: *Vade Satana.* Hæc Euæ perditio: dum ab illa serpens exquirit rem euidenter Dei præcepto repugnantem, quòd non eum repulerit, non retorserit illo: *Vade Satana*, sed quod circa propositam cœperit disputare quæstionem: Nullæ sint rationes, quando id quod petitur legibus repugnat manifestè: sed cum Christo respondeto: *Vade Satana.* D. Amb. *Serm. 90. Tom. 9.*

Verbi huius virtute prostrauit Christus inimicum, & reiecit ignominiosè: ita vt huius vi verbi fugam arripuerit, horrendos emittens eiulatus, tristesque gemitus effundens, cum tota dæmonum phalange, qui ad spectaculum conuenerat. Incunctanter tunc aduolant milites Angelorum legiones Christo famulaturæ & ea veneratione, qua par erat legitimum suum Dominum excepturæ: *Ecce Angeli accesserunt, & ministrabant ei.* Ex hoc, ait D. Augustinus, maximè agnouit diabolus personam Christi, quod ad hominis infirmi properarent obsequium tot tamque præeminentes Angeli, vt eorum minimus maiori vigeret potestate, quàm omnes consocii hostes infernales. Illuc aduolarunt, non vnus, sed milleni Christo seruituri. Alii concinunt pœana victoriæ, mille modulamina: *Gloria in excelsis.* Sternunt mensam alii, videre est hos colligere florilegia; illa mensæ superspargere; alii tubis, plectris, fistulis, psalmis, nablis cælestes intonant melodias; alii vt notat D. Vincent. Ferrar. *a* & D. Bonau. *b* lætissima hæc Virgini Matri deferunt nuntia, enarrant quomodo transactis quadraginta diebus arcto viuens stricteque jejunio, inter bestias demoratus, de Satanæ technis victoriam ac triumphum retulerit celeberrimum; jam adesse tempus, quo Sanctissimo corpori suo honestam indulgeret refectionem. Actutum remittit

Lib. 9. de ciuit. Dei cap. 21.

a Serm. 1. Dom. 1. Quadrag.

b De vita Christi cap. 17.

tit filio charissimo caelestis Principissa praedium suum, licet pauperimum. Hoc vobiscum accipite Angeli mei, deserte filio, & reliquias reportate vtique pretiosas quibus me recreem. Nobis prosint eius documenta, quibus filii erimus, fortes licet sint hostium vires, illos tamen subiiciemus, & aspirante Dei gratia victoriam referemus celeberrimam, qua triumpho supernæ gloriæ perfruemur. Amen.

SVMMARIVM

HOMILIÆ SEXTÆ SEQVENTIS.

PRoponit nobis Euangelium, extremum iudicium. Præsentissimum est remedium, quo nostrorum peccatorum curemus infirmitates & abiis nos præseruemus a quo circa articulus est fidei, quem Deus ab exordio mundi, voluit cæteris magis explicite manifestari *b*. Tria secundum D. Chrysost. nos docet Christus circa illud, eaque maxime horrenda & expauescenda *c*. Primum est: Suprema venturi Iudicis Maiestas *d*. Licet enim vocet se ipsum filium hominis: hoc ipsum facit ad operis celsitudinem *e*. Secundum: verificatio & causarum omnium hominum exactissima discussio: ad hanc enim faciendam conuenit fieri iudicium vniuersale *f* in quo omnes compareant *g* & palam manifestetur quidquid singuli fecerint, dixerint & intimis cordis sui recessibus cogitauerint *h*. Tertium, sententia diffinitiua, omni postposita appellatione, qua hoc iudicium terminabitur *i* bonis periucunda *k* malis autem summi horroris, confusionis & pœnæ pertremenda *l* quorum seuerissimus carnifex ac tortor erit inferni ignis inextinguibilis *m*.

a §. 1.
b §. 2.
c §. 3.
d §. 4. 5.
e §. 6. 7.
f §. 8.
g §. 9.
h §. 10. 11. 12.
i §. 13.
k §. 14.
l §. 15.
m §. 16. 17. 18.

§. 1. *Sanat animæ infirmitates extremi iudicij consideratio, sicut aquæ lordanis leprã Naaman.*

§. 2. *Est hic articulus ab exordio mundi magis explicite propositus: quo Christus finem suæ imposuit prædicationi, quem & singulariter præcepit prædicari.*

§. 3. *Tria principaliter in iudicio sunt attendenda: quæ Christus in Euangelio notat.*

§. 4. Cum venerit. *Primum attende iudicis Maiestatem: etenim nullæ erunt vires, quæ coram illa possint subsistere.*

§. 5. *Si ab aliis mi tremiscant Angeli, quid aget peccator? In nihilum reducetur, & triturabitur, inquit Isaias.*

§. 6. Filius hominis. *In illa ipsa humanitate in qua Dominus est iudicatus, veniet iudicaturus, in suis ipsius honorem & peccatorum confusionem.*

§. 7. Filius hominis. *Vocatur filius hominis: ex hoc enim testes contra peccatorem producet, quos quidam Sancti timuerunt.*

§. 8. Congregabuntur ante eum. *Secundum: Attende causarum discussionem: quæ se mundo purgabit. Quod Sapiens bene exposuit.*

§. 9. Congregabuntur ante eum. *Deus omnes congregabit, & malos bonorum communicet virtutibus; sicut dixerunt Henoch, Moyses & Dauid.*

§. 10. Congregabuntur. *Ad vniuersalem satisfactionem omnia bona, omnia mala illic reuelabuntur, quod summum inferet horrorem peccatoribus.*

§. 11. Om-

§. 11. Omnes gentes. *Denudabit diuina sua luce Dominus etiam abstrusissima, & minimas cordium cogitationes, in maximam malorum, nec non dæmoniorum pœnam.*

§. 12. Omnes gentes. *Etiam Sanctorum peccata reuelabuntur, in eorum tamen gloriam, ac triumphum.*

§. 13. Segregabit oues &c. *Mundus finem accipiet, omnes resurgent, diuidet illos Dominus, tristis erit hæc diuisio malis, bonis autem lætissima.*

§. 14. Venite benedicti. *Lætificabit Dominus iustos, dando eis Regnum: illud enim omnium primum creauit.*

§. 15. Ite maledicti. *Prosternet malos illa verbis, quibus eos pœnis æternis damnandos adiudicabit.*

§. 15. In ignem æternum:] *Dei particularis carnifex, est ignis æternus, omnesque suas contra malos vires exerent creaturæ.*

§. 17. In ignem æternum. *Habet hic ignis particulares proprietates, illo igne descriptas, quo Deus puniuit Ægyptios.*

§. 18. Ibunt in supplicium; *Desperatam & incurabilem eius credit salutem D. Basilius, quem prædicta non mouent. Maneant vos.*

HOMILIA VI.

DE EXTREMO IVDICIO

Primo die Lunæ Quadragesimæ.

Cum venerit Filius hominis in maiestate sua, & omnes Angeli eius cum eo, &c.
Matthæi. 25.

1 HOdiernum Christi Euangelium, inter cætera ampliores potest nostris fructus inferre animabus. Diffinitum est à Spiritu S. nihil adeo prodesse animæ saluti, præter timorem Dei. Libro Ecclesiastici perpendens nouem, quæ ab omnibus communi calculo bona censentur, ait, & ego idem fero iudicium: sed & aliud addam, quod sit decimum tale plenis buccis, & voce præconia iud cabis nouem aliis longe esse præstantius, ac maioris momenti. *Nouem insuspicabilia cordi magnificaui, & decimum dicam in lingua hominibus.* Ad hoc nouem enumerat bona, vt talia ab omnibus habita, quibus homo quiete dies suos, vitamque transigat: alios habere morigeros, de inimicis triumphum referre, mulierem sagacem prudentemque seligere, immunem se gaudere qui nulli vilissimo aut abiectissimo seruire teneatur: verum fidelemque amicum inuenire, &c. Bona sunt hæc omnia testatur Spiritus Sanctus, attamen proponam vobis aliud cæteris omnibus simul iunctis multo fructuosius. Et quid hoc Domine mi? sed *Timor Dei super omnia se superposuit.* Est velut Magister Phonascus, qui cantorum omnium voces regit, moderatur & dirigit, ne discantent, ne aberrent. Ita timor Dei animæ insidens, omnes continet potentias bene ordinatas, ita vt suam quælibet seruet proportionem & puncta in virtutum moderamine. *Beatus homo, cui datum est habere timorem Dei, qui tenet eum, cui assimulabitur.* Timor Dei adeo dives est & præcellens, vt Spiritus S. quasi nihil in toto reperiat mundo dignum, quod ei, qui illum habet, possit æquiparari. *Qui tenet eum, cui assimilabitur.* Appellat eum beatum: *Beatus homo.* Sicut enim beato nihil deest, omnia possidet, quia *Beatitudo, est status omnium bonorum aggregatione perfectus*, ita illi, qui vere timet Deum, nulla deest virtus. Sic declarat D. Basil. id quod Dauid asserit: *Timete Dominum omnes sancti eius, quoniam non est inopia timentibus eum.* Qui fieri potest vt nullum desit Deum timentibus bonum? D. Paulus nobis illos depingit, mille bonorum defectibus, & necessitatibus oppressos: *Egentes, angustiati, afflicti.*

Eccl. 25. 15.

D. Basil. Hom. 9. in Psal. 33.

Heb. c. 11.

di. Ne intellexeris, inquit, Psalmographum loqui, de huius mundi bonis perituris. Hæc enim absolute non sunt bona, sed de bonis virtutum, quæ pleno gutture, talia numerantur. Horum ne vnum quidem in veritate Deum timenti
Ps. 111. 1. deerit. Et ob eandem rationem eos Dauid canonisat beatos. *Beatus vir qui timet Dominum, in mandatis eius cupit nimis.* vnum mihi demonstres, in quo vere residet Dei timor, & eum tibi beatum probauero qui in obseruandis Dei mandatis nullibi deest, quin potius, omnia seruare desiderat, idque nimis, si in hoc nimietas dari
Eccl. 7. 19 possit; hoc autem dixit Sapiens. *Qui timet Deum nihil negligit.* Insuper ob hoc ait D. Basil. Ho. 9.
Hom. 13. in Ioan. & Psa. 118. 120. cit: & ponderat D. Chrysost. illum a Deo Dauid requirebat verbis cœlesti quadam philosophia adornatis. *Confige timore tuo carnes meas.* Triplex pondus, quod vehementer ad ima deprimit: si caute illud volueris stabilire, & vt totius domus sustineat molem: confige illud fortissimo maximoque clauo, quo enim tempore ille permanserit, loco suo consistet immobile. Grauissima caro nostra, ad ima deprimit, & nos ad abyssos vsque inclinat, vt multoties conqueritur Diuus Paulus. Quo detinebitur? forti clauo timor s Dei, qui eam transfigat, & Diuinæ legis tabulis affixam detineat immobilem. Ideo in peccata pronus dilaberis, eo quod hic tibi desit clauus, qui te sursum detineat: Hoc
In Ps. 37. indicauit Rex & Propheta, vt notat Diuus Augustinus; *Dixit iniustus, vt delinquat in semetipso: Non est timor Dei ante oculos eius.*

Diuus Chrysostomus illum comparat armato militi, qui domus tuæ vigil obscuriat portas qui quemlibet deterreat latronem, ea accedentem
Hom. 1. ad popa. intentione vt subintrans opes tuas diripiatur. Est hic timor, serpens ille Moysi, qui Magorum serpentes deuorauit. O quot serpentes in carne tua contra pœnitentiam, ieiunium, patientiam vnius verbi iniurios, eleemosynam, mundi contemptum, & alia similia, omnia hæc deuorat timor Dei, sicut patet in Martyribus. Et hoc in
Isai. 11. 3. Esaia legimus: *Replebit eum spiritus timoris Domini.* Exponit hoc Diuus Bernardus de Christo
Ser. 34. in Cant. secundum corpus suum mysticum, quod sanctos replebit spiritus timoris Domini, proficient Christi membra, augebitur in eis timor Domini, donec ea omnino repleat: vt oculi, manus, os timore Dei repleantur: qualis erat Iob, qui ait:
Iob. 9. 28. *Verebar omnia opera mea.* Vt vero hic in anima timor producatur, nihil vtilius, efficacius nihil, quam extremi iudicii repræsentatio, vbi nobis omnibus certa præstituta est dies, vbi a te exigenda erit ratio, & soluenda, toto spectante mundo, omnium tuarum dissolutionum & ranitatum, ac eorum omnium, quæ egisti, vsque ad minimum verbum quod protulisti, & minimam cogitationem, quam mente reuoluisti; *Vniuersa scelera mea,* inquit Diuus Augustinus; *Patebunt non solum actuum, sed etiam cogitationum, simulque locutionum.* D. Aug. In medit. cap. 4. 25.

Proferetur sententia, posthabita omni appellatione, ignis æterni cum diabolis, aut gloriæ sempiternæ cum Deo. Cœlum aut infernus, idque *In æternum.* O æternitas, o æternitas Hoc viros Dei horrore, timore & curis replet inextricabilibus. En tibi S. Iob de quo ipse Deus; *Homo simplex & rectus, & recedens a malo & adhuc retinens innocentiam.* Homo adeo iusti tenax, vt de seipso hoc verum referat testimonium. *In omni vita mea, non me reprehendit cor meum.* Quem tamen tanto conspicies timore perculsum, vt sibi tolerabilius censeat inferno detineri, tempore extremi iudicii, quam in eo comparere, sic instanter rogat Deum, *Quis mihi hoc tribuat, vt in inferno protegas me, donec pertranseat furor tuus?* semperque sibi persuadebat ac timebat, iam iam super se irruere iudicii diem: *Semper quasi tumentes super me fluctus timui Deum & pondus eius ferre non potui;* sumpsit hanc metaphoram a fluctibus maris, in cœlum vsque sublatis, quas nauis cernit in se irruentes. Dauidi ossa contremuerunt, quæ adeo collidebantur, vt dixeris non solum luxari: quinimo & constringi in iudicii consideratione; *Non est sanitas in carne mea a facie iræ tuæ, non est pax ossibus meis:* Hæret hic D. Aug. confusus, nescius quid agat, seu quo se vertat, & suspiria mittit in cœlum; *Væ misero mihi, quid faciemus tunc Domine Deus meus, cum cœpit reuelabunt iniquitatem mei am, & aduersum me terra consurget? ecce nihil respondere potero, sed demisso capite pra confusione, coram te stabo trepidus & confusus* D. Ber. tremit, corde contabescit, & se infelicem proclamat. *Væ mihi misero, cum venerit dies illa, & aperti fuerint libri in quibus omnes mei actus, & cogitationes, Domino præsente, recitabuntur. Tunc demisso capite pra confusione mala conscientia in iudicio coram Domino stabo trepidus, & anxius, cum ducetur de mea Ecce homo & opera eius* D. Hic qui præ nimia pœnitentia ita corpus suum attriuerat, vt vix ossibus hæreret, & ex nimia percussione pectus gereret vulneribus apertum, vt ipse refert, sola imaginatione tubæ illius terribilis, omnes nos ad iudicium crastis, *Venite ad iudicium?* nec bolum comedit incurius, nec somnium capit sibi securus. V. Iudicii meditatio quam hor ribilis. Iob. 27. 6. Cap. 14. 13. Iob. 1. b. 31. 23. Ps. 37. 5. D. Aug. cap. 39. in medit. tat. Tom. D. Bern. In med. tat. cap. 2.

secarus, at velut attonitus huc illucque se vertit perturbatus.

Quid tibi agendum, talis cum sis, qualem te propria damnat conscientia? *Si columnæ cæli contremiscunt.* Quid tu facies, vile stramen vento raptum? *Si justus vix salvabitur* asserit, D. Petrus. *Impius & peccator ubi parebunt?* Nullum meo judicio clarius dari potest huius veritatis argumentum, eo quod narrat D. Luc in historia D. Pauli. Captivus erat & accusatus D. Paulus Cæsareæ, & ad provinciæ gubernatorem tractus Felicem nomine. Contra eum vehementius vrgebat summus Sacerdos, qui furiosa nequitia in Paulum rabidus ipsemet Hierosolymis Cæsaream advenerat, aliis quoque comitatus sacerdotibus, doctissimis viris, advocatis, nominatim vera Tertullo quodam oratore, qui contra eum diceret. Cœpit hic contra Paulum accusationem instituere, insimulans eum hominem pestiferum, Regnorum perturbatorem, Sanctæ religionis, Templique violatorem. Cui omni mansuetudine respondet D. Paulus, se talem non esse, qualem arguebant, sed eo tantum, quod Resurrectionis quæstionem prædicasset, quam illi negabant, hanc in se moveri seditionem. Diffusi illos tunc Præses, & Diuum Paulum carceri mancipavit. Erat autem hic præses gentilis, infidelis, iniquus, auri cupidus, impudicus, lucri amicus, uxorem duxerat Drusillam mulierem nobilissimam filiam Regis Herodis Agrippæ, neptem Marci Antoni & Cleopatræ, verumtamen inhonesta hæc & adultera, vtique, quæ spreto marito huic Felici nupserat: vt scribit Cornelius Tacitus. Vt vero hi experirentur, num aliquod pecuniæ lucrum ex Diuo Paulo possent emungere, (*Sperans quod pecunia ei daretur à Paulo.*) Separatim colloqui cum Paulo voluerunt. Apostolus vero ne quam prædicandi omitteret occasionem, cœpit illis prædicare: *Disputante autem illo, de justitia & castitate, & judicio futuro, tremefactus Felix.* Hoc verbum (*Disputante*) idem est quod *Prædicante*, vt probat noster Cardinalis Hugo. Cœpit ergo Apostolus prædicare de finali judicio, qui eum talis esset, vt Paulo fidem non adhiberet, tamen expavit, & contremuit judex coram reo, ipse qui hæc nec credebat, nec exspectabat. *Tremefactus Felix.* Quid non in te ô Christiane deberet operari, qui hæc credis, sed nec ego sum, qui hæc prædico, hæc annuntio, sed ipse Christus? quid non ageres prædicante Christo de futuro judicio. Est autem, hoc Euangelium ex illis de quibus acutè Diuus Augustinus: *Non egent interprete, sed auditore.* Audiamus hoc omnes, & in nobis spiritum timoris operetur, qui vitam nostram componat: Aperiat autes nostras Spiritus S. gratia, hanc vero per intercessionem cœlestis thesaurariæ Matris piè imploremus. *Ave Maria.*

Iob. 26. 11. 1 Pet. 4. 18.

1 Hist. 5. & 2. Annal. Act. 24. 24.

D. Aug.

Ser. 205. de temp. Tom. 10.

§. 1. *Sanat animæ infirmitates extremi iudicij consideratio, sicut aquæ Iordanis lepram Naaman.*

4 Licet D. Chrysostomus ob præclara ingenii sui opera & libros doctissimos, meruerit illud nomen Chrysostomus, quod est os aureum, quem ob hoc Diuus Gregorius Nyssenus illo honorat nomine: *Diuinum oratorem*, & Theophilactus, *Magnum luminare mundi* particulariter tamen hoc ei debetur ob tractatum quendam, cui titulus: *De reparatione lapsi*, ab eo conscriptum. Illum composuit ex occasione Monachi Theodori sibi optime noti, qui in quendam lapsus erat defectum, cuius reparationis desiderio æstuans hic Sanctus Doctor, ei librum dedicauit, in quo planè diuina, & admiranda proponit documenta, ad peccatoris pœnitentiam, media adducit, quibus, quantumlibet grauis quis sit peccator, sibi possit auxiliari: Multis igitur & variis in medium adductis, vltimo tandem loco, vt quid efficacius, suadet extremi judicii considerationem: aduerte autem illam debere esse viuam, & talem qualem decet. Ita vt supponat primo, remedium conuertendo peccatori efficacissimum, esse judicii vniuersalis considerationem. Et secundo, vt illa sit viva, impigra; & tum censet impossibile hac salutari medicina hominem ab omnibus peccatorum infirmitatibus non convalescere.

a Lib. de testimo. contra Iude ductor: *Eximit sangis & aqua.*

b In illud Luc. 18. *Vende omnia.*

Orat. 2. in 2. Ad Thes.

Ad hoc expendit hæc verba Spiritus S. *Memorare novissima tua, & in æternum non peccabis.* Quibus addit: *Fieri non potest, vt anima, qua timet de reddendis rationibus ad delicta non sit tarda. Motus enim vigens in cogitatione, in ea nihil dimittit mundanum. Nam si qua de ea verba fiunt eam ita dijciunt, & comprimunt, vt ratio & cogitatio, quæ perpetuo habitat in animis, an non magis purgat animam, quàm quinis ignis?* Norunt omnes admirabilem illam curationem, quam peregit Eliseus in Principe Syriæ Naaman. Totus is erat lepra conspersus, spectrum immunditiæ, carnibus exesus, neruis contractus, pluribus pœdoris scatens profluuiis, quàm corporis partibus.

Eccl. 7. 40

Nullum in regno suo tanto patebat malo remedium: erat enim regio infidelium, vbi pseudodii colebantur, quorum potentia ad talis morbi speciem curandam impotens habebatur. Accedat ad Deum Israel vbi vera viget fides eiusque cognitio: vbi sanctus eius residet Propheta Eliseus. Hic illi præscribit in remedium, vt lauetur septies in aquis Iordanis; *Vade & lauare septies.* Risum iudicauit Princeps Naaman hoc remedium. Qua enim maiori virtute vigent aquæ Iordanis, quam cæterorum fluminum? Et ad quid superstitiosa illa septies lotio repetita? An vna aut altera non sufficiat? Nihilominus ad seruorum & comitum suorum instantiam, se lauit septies in Iordane, quo & integram sanitatem consecutus est.

4. Reg. 5. 10.

Et restituta est caro eius, sicut caro pueri parvuli. O Iordanis aquæ, quam estis efficaces, & quam sunt stupendi effectus tui! vobis reseruatur dare desperatis morbis sanitatem, & infirmitates curare incurabiles. O peccator, quam te cerno Naaman peccatorum lepra vndequaque maculatum! *A planta pedis vsque ad verticem.* Caput vanitatum turris est, oculi autem pleni adulterij, manus *plenæ sanguine*, pedes *ad malum currunt*, lingua *sepulchrum patens*, de quo præter detractionum & lasciuiarum fœtorem egreditur nihil, cor tuum plenum omni dolo. Remedium quæris? quæris conualescere? vade ad aquas Iordanis, in illis lauare septies. Notat Diuus Hieron. quod Iordanis significet, *Iudicium*, & *fluuius Iordanis idem est ac fluuius iudicij*: Hic necesse est te immergi, his aquarum balneis lauari, non semel, aut bis, sed septies; vult dicere, interprete D. Gregor. cunctis diebus, qui per septem hebdomadæ dies reuoluuntur: singulis diebus memento iudicii extremi, in quo tibi comparendum, iudicis attende Maiestatem, qui te est iudicaturus: rigorosam rationem à te exigendam meditare, audi durissimam sine appellatione sententiam, tum temporis enuntiandam, oculos fige in consumentis ignis, cui peccatores addicentur, æternitatem. *Propterea rogo* (inquit D. Chrysost.) *à nutrice acceptos infantes, ne Graue fabulis assue faciamus, sed abinuente ætate discant, quod sit iudicium, quod sit supplicium, infigatur eorum animis. Hic metus si radices egerit, magna bona facit.*

Isa. 1. 6.

D. Hyer. In c. 47. Ezech. Tom. 4. Ho. 16. in Ezech.

D Chrisost. Orat. 2. cit ad finem.

Quam sapienter hoc dixit Spiritus S. per os prædicatoris illius facundissimi Salomonis. *Si multis annis vixerit homo, & in his omnibus lætatus fuerit, meminisse debet tenebrosi temporis, & dierum multorum, qui cum venerint, vanitatis arguentur præterita.* Licet vixeris multis annorum centuriis: & iis omnibus potitus fueris, quæ desiderare in hac vita potuisses; nullus præteribit dies, qua non memineris tenebrosi temporis, illiusque veridici diei, quo *Vanitatis arguentur præterita.* Paraphrasis Chaldaica nominatim legit, de tempore & die iudicii: & diuina quadam proprietate describit illud sapiens Prædicator illis duobus epithetis tenebrosum, & veridicum; vocatur tempus tenebrosum, primo, eo quod de illo Christus dixerit, *Sol contenebrabitur, & luna non dabit lumen suum & stellæ cadent de cælo.* & prædixerat Ioel: *Sol & luna obtenebrati sunt, & stellæ retraxerunt splendorem suum.* Secundo: vt indicetur quam triste sit futurum tempus illud, quam horrendum & ab omni hilaritate alienum, quam curis implicitum mortalibus: confusione & pudore plenum vt nec videat, nec agnoscat peccator, quo sibi succurrat remedio in rebus hisce desperatis.

Eccl. 11. 8.

Matt. 24. Ioel 2. 10.

Ob quam rationem communiter eum vocat S. Scriptura; *Diem caliginis & tenebrarum. Dies Dominica, tenebræ: & non lux. Quomodo si fugiat vir a facie leonis, & occurrat ei vrsus, & ingrediatur domum & innitatur manu sua super parietem, & mordeat eum coluber.* In quamcumque se partem vertet peccator, animæ naufragium patietur: veluti si quis ex hac parte fugeret leonem, ex altera ei vrsus occurreret ferocissimus, & si volens se illo liberare, parietem ascenderet, inde serpens prosiliret venenosus, qui dentibus manum eius configeret. Vocatur denique dies veridicus seu reuelationis, quia in illo mundi nobis vanitas manifestabitur. Ibi luce meridiana clarius patebit, quam inanes fuerint, o Crœse, diuitiæ tuæ, quibus ira fidebas: quam vana, o Domina tua vultus elegantia, de qua tam eras solicita. heu, o dignitatum helluo; quam stulta vestra honoris prætensio: hic voces illas emittes querulas, vanitatis tuæ testes: quas ipse audiuit Salomon: *Quid nobis profuit superbia, aut diuitiarum iactantia quid contulit? transierunt omnia tanquam umbra.* Illo igitur die, *Vanitatis arguentur præterita.* Hic meliora doceberis: quis fuerit mundus, cui seruiuisti; deliciæ, quas adeo tibi procurasti; caro, quam tam optime eoluisti. Hic cognosces, quis sit ille pauper, qui a te in Christi nomine popposcit eleemosynam, quod adeo tibi molestum accidebat, & quanti valeat panis frustum Dei elargitum amore,

Amos 5. 18.

I. Dies iudicii dicitur die reuelationis.

more, cujus tam parua tibi fuit cura, o si te diebus singulis hoc lauares balneo, quàm sanus, quàm vegetus, quàm mundus euaderes.

Indicat Sapiens, quòd si hoc egeris, licet sis vsquequaque luxui deditus, tibi dare possit licentiam agendi quælibet, vnde & addit: *Lætare ergo juuenis in adolescentia tua, & in bono sit cor tuum in diebus juuentutis tuæ, & ambula in viis cordis tui, & in intuitu oculorum tuorum, & scito quòd pro omnibus his te adducet Deus in judicium.* Soleo autem hoc declarare, phrasi illa loquendi D. Augustin. qua significat, quanti valeat amor Dei: tanti valet, inquit vt si Deum diligas, & ab eius amore non te retrahas, tibi liceat quælibet agere: *Ama Deum, & fac quidquid vis*: q.d. fieri non potest, si Dei conserues amorem, vt in Dei offensam agas aliquid; ita ait Spiritus S. impossib le est, moraliter loquendo, te habere viuam extremi judicii considerationem, si vt oportet, animo mentis tuæ oculos versetur dies ille, & nihilominus peccare te graviter. Quoties aliquid præ manibus habueris peragendum, scito quod pro eo adducet te Deus in judicium. Quis in hi persuadeat, fræna te posse laxare appetitui inhonesto, eique petita concedere, ad talis ædes peruolare, si consideres, quod pro his sit te Deus condemnaturus, omnibus creaturis testibus oculatis, æternis gehennæ incendiis addicturus, & quod pro his momentaneis voluptatibus, vltricibus ac desolatoriis flammis sis perpetuum exurendus? Au dixero fieri posse, vt illas prodicorias technas quas in amici tui strnis infamiam, pectore tuo foueres sycophanta, si mente reuolueres, has omnes & earum justam retributionem, in forum & totius mundi conspectum produturas? qua ratione in tam injusto vltra progredi poteris contractu, si hoc tibi persuaseris, cunctas hic opes permansuras, propter illas contra te sententiam illam inuplicatam fore detonandam *Ite maledicti in ignem æternum.*

II. Non est possibile dei recordari judicii & peccare.

6 Hac se consideratione præmuniuit Iob, in omnem securitatem, ne quid adferret animæ suæ detrimentum. Præclara sane verba; *Scio Iob. 19.25 quod Redemptor meus vivit, & in novissimo die de terra surrecturus sum ego: Et in carne mea videbo Deum, quem visurus sum ego ipse, & oculi mei conspecturi sunt, & non alius. Reposita est hæc spes mea in sinu meo.* Res non est imaginaria, nec mea illa opinio, sed verò verior. *Scio.* Quod Redemptor meus, sit futurus judex meus, & in illo nouissimo die, ego ipse & non pro me alius coram illo sistendus sim, in totius mundi conflictu, & his illis oculis eum visurus, qui exactam à me rationem exiget omnium quæ cogito, quæ loquor, quæ molior. Dixeris sumpsisse metaphoram ex eo quod homini contigit, qui ciuitatem ingreditur, plenam satellitibus, & veretur, ne in plateis singulis, & quoslibet post angulos eum præstolentur, qui subito aggrediantur, vnus ex hac, alter ex altera parte, manus injiciant violentas, captiuum rapiant, carceri mancipent inauditum & inclementer. Comparat sibi securitatis tesseram, quam pectori affigit pendulam, vt habeat illam ad manum, & quo tempore satelles ei manus tentat injicere, & captiuum deducere, confestim illam ei demonstret, quâ etiam robustissimus apparitor impotens hæret, ne captiuum abducat in carcerem. Nouerat Iob mundum hunc abundare apparitoribus; qui animas rapiant, & carceribus innectant peccatorum; hos autem vocat Diuus Petrus: *Desideria, quæ militant aduersus animam*; & graphice depinxit Diuus Paulus qui illos vidit, quâ sibi ratione insidiarentur, hic & illic, vt captiuum abducerent: *Video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati & mortis.* Hic inhonesta quædam cogitatio, illic bilis motus inordinatus, ex illa parte ambitionis titillatio, ex altera desideria carnalia, lenocinia voluptatum. Quid hæc esse opinaris? Apparitores sunt vt te captiuum rapiant & mortis injiciant ergastulo, id est, peccato. Ad hoc autem adducebat Iob in securam tesseram extremi judicii memoriam quam ita ad manum habebat, ac si eam in sinu gestaret, vt eam quacumque occasione subito produceret in sui defensionem. Insuper hoc ipsum Dauidem in recta virtutum via conseruabat: vt sine timore, quo eum mundana hæc possent impedire, maiori securitate illam intrepidus percurreret: finalis enim judicii consideratio, optima est & conuenientissima ad timorem expellendum rerum temporalium ipsa veritate teste: *Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere.*

III. Similitudo. Rom. 7.23 Matth 10.28.

Inquirunt Doctores, cur *Angelus voluerit occidere Moysen*? Dicunt quidam, eo quod secum vxorem ac filios adduxerat. Ita sentiunt D. Aug. Eusseb. Theod. Sed ipse Theodoret: assignat hanc præcipuam rationem nimirum, vt illi timorem Pharaonis adimeret, sed hæc causa non fuit, sicut nec alia fuit quod non circumciderit filios Exod. 4.24. Theo.

filios suos. Probat autem hoc Theodoret. Primo: quia Sephora vnicum tantùm circumcidit filium. Secundo? quia in deserto non circumcidit Moyses Israelitas &c. quæ fuit ergo causa? *Aliquid ergo aliud sibi Angelus volens, gladium nudatum ostendit: nam quia magnus Moyses Pharaonem formidabat, ac sæpenumero formidinem hanc declarauerat, modo dicens: quis sum ego, vt vadam ad Pharaonem Regem Ægypti? modo mitte alium, quem missurus es, & rursus, tenuis voce tardaque lingua ego sum. Ideireo supplicium illi Angelus comminatur, timore timorem expellens, itemque majori minorem, perinde ac si per nuditum gladium diceret, Pharaonem times? magis me time, qui nemine cemente plagam tibi facilè inferre possum.* Vt rerum caducarum timor expellatur, efficax asseritur remedium vniuersalis consideratio judicii: quia nihil harum est, quod Dauidem à recta possit justitiæ semita detorquere, si continuam habeat judicii meditationem. Et hoc ipsum Dauid indicauit, vt notat D. Chrys. verba quædam expendens: *Quoniam omnia judicia eius in conspectu meo, & justitias eius non repuli à me & ero immaculatus cum eo, & observabo me ab iniquitate mea.*

Orat. 2 in 2. ad Thess. D. Ch. Ps. 17. 23. In c. 1. Isa. 1. 16.

Congruè declarat Diuus Basilius consilium illud Spiritus sancti per os prophetæ Isaiæ datum prædicatoribus, ne sint iniqui, sint vero immaculati: *Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum.* Qua ratione fiet istud? *Quarite judicium.* Lauamini, mundi estote, vt præfati sumus de Naaman, in balneis Iordanis, juxta præscriptum Elisei: *Lauare septies in Iordane, & mundaberis: Auferte malum cogitationum vestrarum &c.* Cogitationes vestras componite: Ad id vero faciendum: *Quarite judicium.* Loquitur (teste D. Basil.) sumpta metaphora, ex patre, cui filius adoleuit insolescens, incompositus, moribus dissolutus; hæc indefessa eius est sollicitudo, vt illi comparet pædagogum virum senem, grauem qui numquam de latere suo dimittat adolescentem, & timore subiectum contineat bene compositum, modestum, & quantumlibet sit dissolutus, solo huius senis adspectu perterritus introuertat. O quàm peruersas patitur inclinationes filius ille vester appetitus? quam incompositus? quære illi grauem pædagogum, qui eum componat, dirigat, coerceat. Quis erit ille? *Quarite iudicium.* Addit D. Basil. ex Orig. *Quod vobis pædagogus sit*: Dum grauius distractionibus occuparis, si te coram illo statuas pædagogo: quàm citò eris compositus! Quàm mortificatus?

IV. Recordatio judicii nostri est pædagogus.

a In illud ad Ro. 8. Non accepistis spiritum &c.

imitatus est D. Ambrosius. In illud: *Statue seruo tuo eloquium tuum &c.* hunc conceptum, qui censet Dauidem hunc à Deo timorem exposcere his verbis: *Statue seruo eloquium tuum in timore tuo*, Vbi notat deductam metaphoram à columna; quæ, vt secura & firma consistat, non concidat, necessarium omnes judicant, vt super basim fortem collocetur: similiter, vt quis in virtute & mandatorum Dei obseruantia constans perseueret, necesse est timoris Dei innitatur fundamento. Addit insuper præclara hæc verba: *Accipite de verbo Dei lectum in Canticis. Crura eius columnæ marmoreæ fundatæ super bases aureas, significans felicet columnas esse Apostolos, qui fundati sunt in timore sancto.* Hoc ipsum docuit Dauid, teste D. Basil. illos, qui salutem suam desiderant: *Venite filij, audite me, timorem Domini docebo vos.* Finiamus igitur, eo, quod Dauid nos, admonet scilicet, id quod hominem reddit justum, & in lege Domini perseuerantem, est perpetua judicii meditatio: *Os iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium.* Hinc sequitur quòd *Lex Dei eiusm corde ipsius, & non supplantabuntur gressus eius*: Et id quod hominem peruertit, præcipitem agit, oculos excœcat, de peccato in peccatum agit, est, judicii non recordari: *Non est Deus in conspectu eius.* In Hebræo verbum habetur *Helohim*, quod significat Deum, secundum quod judex est. Nunquam homo judicii recordatur, nec se coram tremendo illo adstare tribunali meminit, nec strictissimè illius se reddendæ rationis, nec sententiæ illius pertimescendæ, quam contra eum sine vlla est appellatione proloquuturus. Quid hinc sequitur? *Inquinatæ sunt viæ illius in omni tempore.*

D. Aug. In Ps. 118. Tom. 8.

D. Aug. Tom. 4.

Ps. 23. 6.

Ps. 36. 30. Ps. 9. 25.

§. 2. *Est hic articulus ab exordio mundi magis explicite propositus: quo Christus finem suæ imposuit prædicationi, quem & singulariter præcepit prædicari.*

COnfirmat hanc doctrinam D. Chrysostom. Et si diligenter inspicias totam S. Scripturam, nihil inuenies sæpius repertum, nec viuacius propositum, quàm hunc articulum in quem finem expendit multa & præclara S. Scripturæ de eo loca. Insuper si rem penitius introspicias, occurret tibi, quod licet Deus primæuis illis & antiquis annis nihil aliud ab hominibus exegerit, quàm implicitam, & confusam fidem

7 *Ex. hom. par. 1. cit.*

fidem grauissimorum fidei nostræ articulorum, scilicet SS. Trinitatis, Incarnationis Verbi Dei, futuræ Redemptionis, mortis suæ, quam passurus erat, triumphantis Resurrectionis, gloriosæ Ascensionis, Sacramentorum tantæ efficaciæ, gratiæ Spiritus S. sacri Euangelij, & eorum omnium, quæ ad nouam suam legem pertinent; omnes tamen obligauit, in omnibus annis, temporibus, omnes nationes, vt hic iudicij articulus crederetur explicitè, ac distinctè, & proprio nomine prædicaretur, proponeretur, publicaretur, crederetur. Deinde & in huius fide explicita, voluit includi fidem implicitam cæterorum, quia, prout dicemus, hoc Apostolus innuit notissima hac sua propositione: *Credere enim oportet accedentem ad Deum quia est, & inquirentibus se remunerator sit.* Hebr. 11. 6.

Quia vero fides indiget concionatore, vt inquit Apostolus, voluit vt à mundi incunabulis hic articulus prædicaretur, explicitè, claré, apertè, nullis laruis, metaphoris, figuris obuolutus. Quocirca prima concio, habita in mundo ad peccatorum conuersionem, tetigit hanc materiam & qui primùm effusus est sanguis, ac primum martyrium quod in Ecclesia celebratur in confirmationem fidei, in testimonium adducitur huius veritatis. Ita docet auctor Paraphrasis Hierosolymitanæ qui in eo quod narrat in Pentateucho, magnam habet auctoritatem, vbi historiam scribit iusti Abel, in hunc modum. Ira excandescit Cain, dum videt Deum manifestis signis de cœlo acceptum habere fratris sui sacrificium, suum verò dedignantem reijcere: Gen. 4. 9. eduxit eum die quodam foras in agrum: vt sacer narrat textus: *Dixit ei: Egrediamur foras* Cœpit hic de Deo grauiùs conqueri, eum iniustitiæ, & acceptionis personarum accusare: cum videam, inquit, quòd acceptet, & gratum habeat sacrificium tuum, meum vero illi displiceat, illi nauseet, sed nec me tu melior, nec tua sacrificia, meis pinguiora.

I. Abel suadet fratri Cain iudicii fidem.

Ne sic loquaris, frater mi, respondet Abel. Absit vt sit Deus iniustus, aut personarum acceptor, quinimo tanta viget in eo iustitia, vt ad integerrimam iustitiæ suæ satisfactionem, diem statuerit vniuersalis iudicij, in sui exonerationem, in quo rationem exiget, eorum omnium, quæ homines egerint, dixerint, cogitarint, & iustissima mercede bonis rependet æternam gloriam, malos vero ignibus puniet sempiternis. Quamobrem, mi frater charissime, contende illi seruire diligenter, vt in illo die, beata tibi sors obueniat, stomachum mouit Cain ratio hæc, quasi iam eum vt damnatum iudicaret: *Lapidem arripit, in fratrem insurgit, interrogat:* Quod illud iudicium, & quæ hæc fabula? caput diffindit, sanguinem fundit innocentem; & vitam adimit iudicij primo prædicatori: Hic martyrum primipilus, hoc præcox martyrium in huius testimonium veritatis.

Prodit in publicum protopropheta, qui inter filios Adam numeratur sextus, eius nepos Henoch, qui vt deprauatum vidit mundum, ad eius reparationem cœpit articulum hunc prædicare, voces edens stentoreas in omnibus plateis, foris, vijs, biuiis, congregationibus, iudicii proponit fidem, tam clare, tam distinctè, quasi iam super eos irrueret. *Prophetauit septimus ab Adam Henoch, dicens: Ecce venit Dominus in sanctis millibus suis facere iudicium, contra omnes, & arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis eorum, quibus impiè egerunt.* Mundo vero suis sceleribus in peius ruente, misit Deus prædicatorem Noë, cuius thema propositum, declamatum, publicatum, hic erat fidei articulus: ob quam rationem à D. Petro honoratur: *Præco veritatis*: Post hunc elegit Deus Abraham in populi sui patremfamilias, & credentium omnium caput, & statim in initio, velut beneficiorum quibus eum decreuerat extollere, fundamentum, ostendit illi, sicut declarat D. Aug. hunc iudicii diem in ardentissima illa fornace; cum quadam animalium & auium bipartitione tam stupenda, vt eam conspiciens ita cœperit toto corpore præ nimio horrore contremiscere, vt vix sui compos sensibus corrueret destitutus: sic rem exponit Spiritus S. his verbis. *Sopor irruit super Abraham, & horror magnus & tenebrosus inuasit eum.* Hoc nomen *Sopor* legunt Septuag. *Extasis magna*: Græco textu dicendum: *Exitus*: quasi extra se raperetur. Hunc secutus est magnus ille Princeps, at maior S. Iob, omnium Prouinciarum Arabiæ prædicator vniuersalis, cui quocumque esset, cathedram & pulpitum erigebant: huius erat adhortatio ordinaria: *Scitote esse iudicium fugite à facie gladij. Ad diem perditionis seruantur mali, & in diem vltionis ducentur.* Succedit Moyses primus Dux populi Dei, cuius manibus lex prima tabulis inscripta lapideis traditur populo prælegenda; & id quod frequentiùs ac syncerius ore proferebat, & quo concionibus suis imposuit colophonem, cæteris solemniorem, ad hoc cœlum & terram inuocans auditores: fuit protestatio publica, non tantùm verissimum esse iudicij articulum, sed iam eorum capitibus immi[illegible]re,

8

II. Patriarchæ prædicarunt fidem iudicij. *Iudæ.* 5. 14. 2. *Pet.* 2. 5. *Lib.* 16. *de ciuit. c.* 24. *Ser.* 15. [illegible] *Iob* 19. 29. & 20. 30.

hoc variis loquendi formulis repetens: *Iuxta est dies perditionis: iudicabit Dominus populum suum;* Deuter. 32. 35. *vindictam retribuet in hostes suos.* Adest Dauid Rex illustrissimus populi Dei: Qui hoc maximè cordi habuit, peccatoribus concionari: *Docebo* Psal. 1. 5. *iniquos vias tuas.* & hoc articulo Psalmos suos Psal. 149. 6. exorditur. *Non resurgent impij in iudicio.* Et eo ordine prosequitur, interfecat, & concludit: vt vix Psalmum perlegas, qui de eo non faciat mentionem; & his imponit Epilogum. *Exultabunt Sanctι in gloria, lætabuntur in cubilibus suis &c. Gladij ancipites in manibus eorum, ad faciendam vindictam in nationibus, &c.*

III. Item Prophetæ.

Subintrat Prophetarum chorus, quorum coryphæus Isaias, vt vidit sanctam Hierosolymorum ciuitatem, alteram Sodomam factam, in prima sua concione vbi auditores confluxerant purpurati omnes, ciuitatis nobiliores, consiliarii, gubernatores in spiritualibus & temporalibus, post expositas eorum non ferendas nequitias, & Dei summam displicentiam, ac indignationem, hoc primum omnium tanquam prologum tantis reparandis malis conuenientissimum, proposuit, nimirum Dei iudicium: Hinc incœpit curationis suæ præscriptum: Isai. 1. 17. *Quærite iudicium.* Et vix vllum ex sexaginta sex eius prophetiæ capitulis scriptum legitur, quod hunc non prædicet articulum, vel eius non meminerit. Subsequuntur cæteri omnes, eo ordine & modo quòd licet omnes, non omnes tractent fidei articulos, nullus sit tamen eorum, qui de eo non clarè, ac distinctè prophetizet, idquè insolito quodam modo loquendi, minis, terroribus, anxietatibus, pressuris &c. Insuper & eorum postremus Malachias finem imponit propheticæ suæ locutioni verbis his adeo formidandis, vt anni plurimi, brevissimæ ac paucissimæ forent horæ, vt quis verborum energiam, & emphasim explicet singulorum: Mal. 4. 1. *Ecce dies veniet succensa quasi caminus, & erunt omnes superbi, & omnes facientes impietatem stipula, & inflammabit eos: dies veniens, dicit Dominus exercituum qua non derelinquet eis, vt dicem & germen.* Finio, tota S. Scriptura, hinc exorditur, hoc prosequitur, hic finit. Eius prima verba sunt: Gen. 1. 1. *In principio creauit Deus cœlum & terram.* Ex Hebræo habemus *Helohim*: quod significat Deum vt iudicem: q. d. Iudex in principio creauit cœlum & terram, vt infra dicemus. Vltimum verbum Apocalypseos sic habet. Postquam desierat Christus loqui cum D. Apoc. 22. Ioanne eique suum prædixerat aduentum) *Ecce* 20. *venio* tum quasi attonitus, Euangelista eum iunctis manibus præstolatur: dicens; *Veni Domine Iesu.* Denique rem notatu dignissimam docet D. Petrus, quòd cum Christus Apostolis præcepit prædicare Euangelium in toto mundo, particularem mentionem fecerit, inter alia mysteria eius quod magis explicitè deberent, hominibus annuntiare, nimirum hunc de iudicio articulum. Hoc illis verbis indicauit: *Man.* Act. 10. 41 *ducauimus & bibimus cum illo, postquam resurrexit à mortuis, & præcepit nobis prædicare populo & testificari, quia ipse est, qui constitutus est à Deo iudex viuorum, & mortuorum* Quomodo IV. dicis, ô Dei Apostole, quòd vobis hunc præceperit articulum prædicare? An non vobis præcepit iam cœlum ascensurus, prædicare totum suum S. Euangelium? *Prædicate Euangelium.* Et Marc. 16. si mysterium aliquod in particulari iusserit præ- 15. dicari, an non hoc baptismus fuerit vel pœnitentia. *Oportet in nomine eius prædicare baptismum & pœnitentiam?* Non abnuo: verumtamen magis adhuc in particulari illud mysterium, vt finem & terminum reliquorum, & quod cæteris efficacius possit peccatores ad pœnitentiam permouere: Proinde quotidiana erat hæc Apostolorum prædicatio: *Quia ipse est qui constitutus est à Deo Iudex viuorum & mortuorum.*

Nec non Apostoli.

Hæc adeo erat Petro Apostolorum Principi familiaris, vt eam etiam epistolis suis ex proposito inserat, dum ait, vt inuigilent; quia veniet dies Domini, vt fur, & præcedet ignis consumens, quidquid fuerit in mundo. D. Iacobus in epistola sua idem repetit: *Aduentus Domini appropinquauit &c. Ecce Iudex ante fores assistit.* Diuus Iudas Thadæus Apostolus contendit hæreticorum quorumdam comprimere insolentiam, qui insurrexerant, & Prophetiam Henoch expendit, qui ab ipsis mundi primordijs dixerat: *Ecce venit Dominus in sanctis millibus suis facere iudicium.* Denique ipse Apostolus D. Paulus, hanc ordinariam materiam in suis concionibus prosequebatur, & eam Thessalonicensibus tanta prædicabat energia ac spiritus feruore, vt omnes velut attoniti obstupescerent, vt nec loqui auderent, nec tractare negotia, nec ministri suis fungi muneribus, nec seminare agricolæ, nec terram colere, ita venturi iudicii timore rapiebantur extatici, quasi iam illis tremenda instaret dies illa Domini: in tantum vt necesse fuerit Apostolum aliam illis scribere Epistolam, *Heb. 10.* quæ est secunda, in qua illos animaret ac de- *c. 5. 2.* clararet, non tam subitò ac inexpectato diem *Corinth.* Domini aduenturum. Et notat D. Chrysost. Quòd Apostolus inter prædicandum aliquo-

ties

ties leniter & per transennam, hoc tangebat mysterium: quia quando illud ex professo explicabat, tantus auditores horror, tremor ac metus invadebat, vt nec operari artifices, nec ædificare cæmentarij, nec arua colere rustici, nec negotijs se dare mercatores præsumerent: omnes tremere, flere omnes, omnes ingemiscere: O prædicator cœlestis, ô tuba Euangelica, ô qui tuo gauderet spiritu: & quis nobis concesserit, vt nobis vel vnicam saltem haberes concionem, qua, in nos ipsos reverteremur, tantis vanitatibus valediceremus, tot nequitias omitteremus, à mundi curis vel parum desisteremus, quibus tam grauiter implicamur, & ei, quod tanti nobis refert, attenderemus sollicati. Est porro hoc adeo verum vt ipse Christus, nullum Euangelij sui mysterium ita clarè, distinctè, ac neruosè docuerit, prædicarit, & inculcârit, quàm iudicij diem vniuersalis.

V. Christus venit in mundum vt iudicii diem prædicaret. Isa. 42. Ierem. 42. 2.

Nec hoc multum aut mirum, cum vna fuerit hæc causa particularis, ob quam à Patre æterno missus fuerit in mundum, nimirum, vt ipse proprio suo ore iudicij diem annuntiaret. Ad hoc intelligit Theodoretus dirigi hæc verba Patris cælestis de filio suo iam incarnato. *Ecce electus meus &c. dedi spiritum meum super eum, iudicium gentibus proferet.* Quinimo & huius articuli prædicatione suis finem dedit concionibus appropinquante suæ mortis hora, & ipso eam Patri offerente ingressus Ierusalem pompa illa triumphali die Palmarum, & in eorundem quadragesimæ suæ tam diuturnæ quàm strictæ, triennalis scilicet prædicationis habere voluit illam vltimam non vnius horæ, aut diei, sed triduanam concionem, Lunæ, Martis, Mercurij, quam nobis describit D. Matthæus à capitulo 21. vsque ad 25. In qua postquam egit de occasu & destructione futura malæ fortunatæ illius ciuitatis & templi, transit, & de fine mundi ac iudicio extremo tractatum instituit, fusè declarat, signa huius prænuntia diei Anti-Christi aduentum, rationes quibus omnes obstringimur vigilare, adductis in medium tremendis illis & notissimis parabolis de decem virginibus, de talentis, & reseruat vt suæ concionis epitomen Euangelium hodiernum, in quo latissimè & tot circumstantiis, ac adeo in singulari nobis exponit, qualis sit futura iudicij dies vniuersalis, cuius hæc erit vltima resolutio. *Ibunt hi in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam*, sic vt videatur eum prædicationem suam eo modo, quo nos nostram, concludere scilicet: Hic per gratiam, ibi per gloriam: his totam suam finit concionem: quia hac finita, narrante D. Matthæo, illico colloqui cœpit cum discipulis de celebratione Paschatis, in quo moti proposuerat. *Et factum est, cum consummasset Iesus sermones hos omnes, dixit discipulis suis. Scitis, quia post biduum Pascha fiet, &c.* Matth. 26. 1.

Eadem fuit & Spiritus S. voluntas, vt attentiùs perpenderentur vltima verba, quibus Dauid prophetias suas concludebat: *Hæc sunt verba Dauid nouissima* Ita & Tobias filium suum contestabatur, vt postrema patris sui verba radicem à visceribus eius figerent velut lapis omnium, quæ sibi forent per totam vitam agenda, fundamentalis: quia sibi persuadebat hæc fore eius ad filium suum vltima: *Audi fili mi, verba oris mei & ea in corde tuo, quasi fundamentum construe.* II 2. Reg. 23. Tob. c. 4.

Hæc est de iudicio concio, vult Christus in cor, de nostro, quasi fundamentum ac basis construatur, eorum omnium; quæ ab eo forent prædicanda. Idem vt opinor, voluit nobis dicere, quod excellentissimus ille prædicator, qui quis talis, hoc cognomine decoratur Ecclesiastes, id est prædicator. Hic concionem habuit in qua egit de omni re prædicabili, & licet in illa attentionem commendaret ad ea, quæ prædicabat, attamen singulari quadam præcautione præmonuit auditores, vt omnes, nemine excepto, aures ad epilogum erigerent apertissimas, quo concionem suam fusissimam finiret, proinde his eos verbis præmonet: *Finem loquendi omnes pariter audiamus.* Sapientiores Prædicatores in finem concionis reijciunt instructionem salubriorem, quæ vt vltima audita memoriæ tenacius inhæreat, vnde solent suos præuenire: Hoc ex hodierna concione vobis attripite, hoc memoria retinere, hoc domum reportate: Ita Ecclesiastes: *Finem loquendi, omnes pariter audiamus.* q. d. omnes æqualiter me audite, dilatatis auribus: habeo enim quod vobis dicam, maximè in salutem vestram, ex quo dependet totius vitæ vestræ fors aut bona aut mala: Diuersa dixi, quæ diuersas tangant personas instruxi & diuites & pauperes, nobiles & plebeios, modo sanos, modo infirmos, modo Ecclesiasticos nunc sæculares, iustos & peccatores; modo audiamus pro conclusione id quod omnes

tangit, vt nec meipsum velim exceptum: eo quòd & meæ expediat saluti. *Omnes pariter audiamus.* Quid nobis gestis proferre, ô prædicator celebertimè, quòd sic captes plebis attentionem? quid ita nobis conveniens, vt omnes nos ita præuenias illud vt audiamus? *Deum time, & mandata eius observa, hoc est enim omnis homo, & cuncta quæ fiunt, adducet Deus in iudicium pro omni errato, sive bonum sive malum illud sit.* Tangit omnes æqualiter hæc admonitio. In cæteris interest discrimen; quod enim diuiti prædicatur, pauperem non tangit: nec id quod Ecclesiasticis, ad sæculares pertinet; quod prodest infirmis non conuenit sanis. Illud verò, omnibus æqualiter conuenit; omnes enim manifestari oportet ante iudicis tribunal, quinimo & nos ipsi, qui vobis hæc prædicamus: omnium sunt examinanda opera, cunctorum causæ iudicandæ: diuites & pauperes, Ecclesiastici & sæculares, Domini & subditi, nobiles ac plebei, prædicatores & auditores, *omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi*, & hoc est quod Christus ait: *Congrebabuntur ante eum, omnes gentes.* Si hoc ita sit: *finem loquendi pariter omnes audiamus*: intelligamus concionis Christi compendium, vltima eius verba, quæ spectant ad omnes. *Cum venerit filius hominis.*

2. Cor. 5. 10. Matt. 25. 30.

§. 3. *Tria principaliter in iudicio sunt attenenda, quæ Christus in Euangelio notat.*

12 VEtum fateor, infinita de finali iudicio esse ponderanda, quorum vel minimum sufficiat, ad nostras reprimendum vanitates, dissolutiones, ac lasciuias refrenandum: attamen tria patticulatiter expendit D. Chrysost. quæ cæteris præcellunt, ac singulari quodam loquendi modo describit & nobis proponit Christus Saluator: hæc sunt Majestas, auctoritas, ac potestates suprema, quâ iudex & arbiter toti mundo apparebit; districtissima omnium causarum exactio, & diligentissima omnium rationum inquisitio; sententia vltima, ac diffinitiua, sine appellatione, quæ promptè ac fidelè executioni mandabitur, *In æternum.* Quamdiu Deus, Deus erit. Adeo sunt hæc horrenda, & terribilia, vt sit impossibile homini mortali hæc considerare attentiùs, nec tamen in stuporem rapi attonitum: licet mortalium sit robustissimus, licet, addo quid ampliùs, in se coniunctas habeat vires omnium ducum, quos fama fert, celeberrimos, ipsorum leonum, & si placet, omnium creaturarum. Ob quam causam S. Scriptura teste D. Chrysost. eodem loco, dum sæpe numero nobis obiicit iudicis aduentum, eiusque iudicium, ait: cæli à facie eius defluent & consumentur, montes annihilabuntur, rupes & petræ dissoluentur vt leuis vapor, mare exsiccabitur. Ita nobis describit illum Propheta Michæas: *Audite populi, & ecce Dominus egredietur de loco suo, & descendet & consumentur montes subtus eum, & valles scindentur, sicut cera à facie ignis, &c.* Et Nahum Propheta: *Æmulator Deus, & vlciscens Dominus: vlciscens Dominus, & habens furorem: vlciscens in hostes suos, & irascens ipse inimicis suis &c. Dominus in tempestate, & turbine &c. Increpans mare, & exsiccans illud: infirmatus est Basan & Carmelus, &c. Montes commoti sunt ab eo, & colles desolati sunt, & contremuit terra à facie eius.* Audi Prophetam Isaiam. *Accedite gentes & audite, &c. Indignatio Domini super omnes gentes, &c. Et tabescet omnis militia cœlorum, &c. & omnis militia eorum defluet, sicut defluit folium de vinea, & de ficu, &c.* si in ipsis rupibus, vt æs, obduratis, nulla vis inest tanta, quâ in ipsius iudicis queant subsistere præsentia, si cœli cœlorum ex natura incorruptibiles, si stellæ vt cera liquescant; qui fieri poterit, vt homo corruptionis obiectum possit consistere, quin millies moriatur, si mori posset millies.

L. vit. de operat. Baſſi.

I. Primum: iudicis majestas.

Mich. 1.3. Nah. 1.2. Isai. 34. 4.

Ad rem valde congruè ponderat D. Chrysost. Prophetæ Malachiæ verba: *Ecce venit, &c. Et quis poterit cogitare diem aduentus eius: Aut quis stabit ad videndum eum?* Nota, *Quis stabit*, 13 Malach. 3. 2.

Dauid, cuius virium comparatione, leonum vires erant vt agniculorum, & eorum ossa, vt cuniculorum, vnius tantummodo Angeli contactu, qui euaginatum manu vibrabat gladium, pedibus non potuerit subsistere, in venis eius sanguis ita congelarit & nimio frigore constringeretur, vt postmodum nec pellibus, nec iguibus, nec fomentis potuerit recalescere; *Quis stabit ad videndum eum?* Si Prophera Daniel conspecto Gabrielis Archangeli vultu instar solis fulgentissimi, qui tamen eum venit solaturus, de seipso fatetur: *Non remansit in me fortitudo, sed & species mea immutata est in me & emarcui, nec habui quidquam virium,* (de quibus infra) *Quis stabit ad videndum eum:* Hoc credunt aliqui, indicare voluisse nonnullis his verbis Apostolum. *Statutum est hominibus semel mori, post hoc autem iudicium.* Hoc statuit Dei sapientia, vt prius cuncti morerentur; Dan. 10. 8. Heb. 9. 27.

& post-

II. Quare iudicium mortem omnium non præueniat.

& postmodum iudicium indiceretur. An non potuit disponere, vt iudicium omnium hominum mortem præueniret, in quo peccatores morte corporis ac animæ puniret æuiterna, & in iustis finem accipiant carnis infirmitates? Sic expediebat, vt primum omnes morerentur. *Statutum est hominibus.* Fortes, debiles, pusilli, ac magni, sani ac infirmi, animosi & meticulosi, omnes vitam hanc mortalem deponerent: quia nullus in hac caduca vita, viribus præualeret vt se in iudicio sisteret, qui non prius defecisset, mortuus esset ac penitus consumptus; Proinde conueniebat, vt prius fragilis hæc nostra vita deficeret, quæ potest deficere, & in vitam resurgeremus immortalem quam nec ipse gehennalis potest ignis consumere, aut in nihilum reducere, vt in illa possimus adstare iudicio, & consistere coram tanti iudicis maiestate, dare rationem eorum, quæ quisque egerit, audire tremendam illam sententiam: *Ite maledicti in ignem æternum.* Satis congruè huic doctrinæ exemplum legimus in Speculo Exemplorum distinct. 9 § 98 de quodam Religioso, cuius defunctus erat intimus amicus, de cuius animæ statu certum quid scire præoptabat. Apparet defunctus, illum Religiosus interrogat, quid rerum post mortem ageretur: respondit defunctus altissima ac tremenda voce, ter idem repetens: *Nemo credet, nemo credet, nemo credet* q. d. vt ipse declarauit: Tria sunt maximè formidanda, & stupenda, quæ nullus hominum in hac vita mortali ferre valeat, nec ipse iustus, qualia sint, sibi ad fidem persuadere, quàm strictus, seuerus & horrendus sit iudex: quàm exactè rationem exigat, vt nec minimæ cogitationis atomum omittat: & quam intolerabiles, extimescendæ, & obstupendæ sint pœnæ, ad quas damnat peccatores. Obriguit Religiosus ille; & tu quoque emarcesceres, si hoc tibi contingeret, & ni fallor, illud hinc sequeretur, quod ab Abrahàm iusto requirebat diues Epulo; quòd si talis tibi defunctus appareret, illudque prædicaret, indubiè strictam & veram ageres pœnitentiam. Attamen non iudicauit Abraham hoc esse necessarium, quòd sufficeret, illis hoc per Prophetas & Prædicatores intimari. Et multo minus nobis hoc necessarium: cum nec illi soli, verùm & ipse Christus verus Deus, qui venturus est iudex, ille ipse nobis hoc prædicet, & quæ futura sunt prædicat, tam distinctè tria illa, debitis circumstantiis explicat, tanto verborum pondere exaggerat, tam clarè sine parabolis, inuolueris, ac metaphoris: vt si apertas erigas ei aures, hæc sola ad

III. Exemplum.

tui salutem sufficiant sempiternam. Eia igitus inspiciamus.

§. 4. Cum venerit. *Primum, iudicis attende maiestatem: etenim nullæ erunt vires, quæ coram illa possint subsistere.*

PRimum, quod nobis Christus exponit maiestas est, authoritas ac præcellentia iudicis. 14 20

Cum venerit filius hominis in maiestate sua. Et omnes Angeli eius cum eo. tunc sedebit super sedem maiestatis suæ. Solent terreni Principes eum adducere apparatum, qui ei, quod præ manibus habent, conueniat. Ad venationem vestem induunt leuioris materiæ: ad prælium armaturam, thoracem ferreum, galeam æream, pectorale æneum, ad nuptias elegantem habitum; vt circumeant ciuitatem incogniti, pallium commune ac vulgare. Multo melius nouit hoc Deus: Voluit in mundum venire sed incognitus, vt nos laboribus, pœnis, doloribus, ieiuniis, vigiliis, flagris, spinis, clauis, cruce, &c. redimeret, habitum assumpsit ad hoc, vt ipse per os Dauidis declarat: *Corpus aptasti mihi*, ita citat eum D. Paul. corpus mortale, passibile, doloribus subiectum, & ita ad hæc dispositum, vt domus propria & canalis eorum fuisse videatur. Ob hoc vocat eum Isaias, *virum dolorum.* Sicut enim cisterna locus est recipiendis aquis aptus, quo omnes magno confluunt impetu: ita licet nobis Christum considerare, velut profundum puteum tormentorum, dolorum, vulnerum, quo hæc omnia confluxerunt, vbi conquieuerunt: hæc eius intentio vt ipse omnium solus solueret pœnas peccatorum: ad hoc autem habitum induit peccatoris. *In similitudinem carnis peccati.* Quem adeò ad viuum expressit, vt cum cruci esset affixus, illi ipsi, qui eum intimè nouerant eum viderentur ignorare, eò modo, quo dixit Isai. *Non est species ei, neque decor, &c. desideauimus eum: despectum & nouissimum virorum vnde nec reputauimus eum.* Qui tam genuinè sciuit assumere figuram à se tam alienam, & qui tam appositè se ad id præparauit, quod erat ei tam peregrinum, & à sua natura tam distans: quàm graphicè propriam poterit repræsentare figuram, & quem non induet habitum adeò conuenientem, vt perficiat, quod ei tam est proprium? qua Maiestate, qua gloria quo splendore prodibit? *Cum venerit filius hominis in Maiestate sua.*

I. Maiestas iudicis explicatur similitudine.

Hebr. 10. Ps. 39.

Isai. 53.

Rom. 8.

Isa. 53. 2.

Quando in nostra venit humilitate & vilitate, tum appositè se illa vestiuit, licet ille tam ei

alienus esset amictus: qualis veniet, quando veniet *in maiestate sua?* nihil magis, nihil distinctius dici potest. Magna est terreni Regis Maiestas, vt sæpius potentissimi, ac sapientissimi quique in eorum conspectu perturbentur: porro in rei veritate sicut eorum regnum est fictitium, sic & eorum fictitia maiestas, diuinæ maiestatis ac regni intuitu: cuius respectu omnis maiestas Regum, Monarcharum, insuper & Angelorum omnium, ipsis minimis atomis seu vilissimis pulisculis est inferior: ipse, qui, vt pateretur voluit esse solus, quasi qui se sine oppositione vendit, & quando suam inchoat passionem, protestatur: quod & Angelos in sui defensionem habere paratissimos, eorum tamen nullum secum voluit

Matt. 23. 53. *An putas: quia non possum rogare Patrem meum, & exhibebit mihi modo plusquam duodecim legiones Angelorum.* Quàm associatus veniet, quando se Regem omnium Hierarcharum ostentabit? *Omnes Angeli eius cum eo.* Omnes nullo excepto cum illo venient. O quàm splendens exercitus, quàm potens exercitus, quàm robustæ legiones! Vnus eorum miles, nocte vna interfecit centum octoginta quinque millia militum de castris Regis Sennacherib, nec ob tantam stragem vel minimum defatigatus, facilitate tanta, quanta tu posses mouere vel oculos: quid tot efficient, quorum numerum nec summus valeat comprehen-

Iob 25. 3. dere Arithmeticus? *Numquid est numerus militum eius?* Communitet illos Spiritus S. con-

Dan. 7. stringit dicendo: *Millia millium ministrabant ei, & decies millies centena millia assistebant ei.* Et

Ps. 67. 18. Dauid: *Decem millibus multiplex millia.* Quo residebit throno? *Sedebit super thronum maiestatis suæ.* Thronus erit sua dignus maiestate: hoc indicat dum repetit. *Cum venerit in maiestate sua, sedebit super thronum maiestatis suæ*; quia cuncta tantæ conuenient maiestati: quis ille erit thronus? *Tale illud solium est tam magnificum & augustum,* (inquit D. Gregor. Nyssen. in orat. sup. illud. *Quod vni ex mihi.*) *Quod in se capiat illum cuius nullus locus capax est.* Proinde mihi persuadeo: fore magis augustum, ipsis cœlis, ac sideribus simul iunctis; & maioris splendoris, quàm cætera omnia, quæ Deus creauit: cum futurum sit solium, splendidissima sua dignum maiestate. Quale erit hoc solium!

☞ 15 Sacra Scriptura figuram non inuenit, qua clarius hoc explicet, vt notat D. Chrysost. quàm sæpe sæpius repetendo, quod coram eo, sol obtenebrabitur, nigrescet vt carbo, luna non dabit lumen suum, nec multum, nec parum, stellæ ita obscurabuntur, quasi de cælo decidissent, turbabitur mare, montes subsilient, petræ colliquescent. Ipsi cœli stupebunt attoniti, nec suos temperabunt motus. *Tabescet omnis militia cœlorum.* Isa. 34. 4. Quid tum infelix peccator? Illic licebit viscere tantæ maiestatis Dominũ quem toties es aspernatus: Illic agnosces, quis sit ille, quem tam grauiter, solutis habenis offendisti. In huius rei declarationem exponit D. Chrysost. quædam lo- Loc. cit. ca S. Scripturæ, & nominatim id quod superius indicauimus, de Daniele Propheta: cui Deus quasi prima delineamenta voluit huius ostendere maiestatis, inter noctis vmbras; *In visione noctis.* Vidit figuram quandam permagnifici throni conformis maiestati eius, qui in eo considebat, eiusque apparatui & comitatui. Et cum non nisi vmbra esset, diuum, ac prima delineamenta quædam, idque per noctem, ac Daniel ille esset, qualis erat, ad prodigiosas natus visiones, illico tamen inhorruerunt ei capitis capilli, spasmo corripitur quid cogitet ignorans ita mentis inops turbatur, vt ipse dicat.

Horruit spiritus meus; ego Daniel territus sum Dan. 7. *in iis, & visiones capitis mei conturbauerunt me.* 15. Expendunt omnes, id quod narrat, & paulo superius tetigimus, ad cuius expositionem sic incipit: *In diebus illis, ego Daniel.* Volo ego Daniel tibi narrare quæ vidi: Emphaticum est, in exordio ponere. *Ego Daniel.* q. d. iam, quis sim, notum est. Ego Daniel ex familiaribus Dei amicis, notissimæ sanctitatis, virginalis puritatis integer, proinde à Deo electus, in suorum arcanorum expositionem, & eius ore plurimum commendatus. Audi igitur id, quod illi contigit. Dei misericordiam pro populo postulaturus, ne in vacuum preces funderet, strictis ieiuniis, lachrymosis gemitibus, sese præparauit: tribus hebdomadis continuis permansit ieiunus: numquam toto illo tempore suos detersit oculos: hæc enim efficax est oratio, ad Dei misericordiam impetrandam, cum ieiuniis, lachrymæ, afflictiones corporis & animæ comitantur dans indesinenter.

Misertus est eius Dominus, magnoque eum 16 afficere voluit beneficio non tantum eo, quod rogabat, concedendo, insuper ei delegando ipsum Archangelum Gabrielem vt afflictum erigeret, hæc bona noua in eius solatium nuntiaret. O quæ gratia! dum inter alios socios, & Dei seruos versatur, ecce apparet ei Gabriel Archangelus, & vir vestitus lineis & in signum fortitudinis, lucebat vultus eius, radios, vt fulgura emittens, oculi eius vt ardentes faces, corpus instar chrysoliti, lapidis splendidissimi, brachia & femora instar æris candentis. Prosequitur ipse; *Vidi Dan. 10.*

Lib. de reparat. lapsi tit.

ego Daniel solus visionem; porro viri, qui erant mecum non viderunt, sed terror nimius irruit super eos, & fugerunt in absconditum. Ita vt nullo loco tutos se posse consistere arbitrarentur. Si ergo Archangelum non viderunt, vnde sic terrentur? de quo fugitis pusillanimes? quem timetis, serui Dei? quid est hoc, quod vos agit in absconditum? ob metum inanem metuitis. Hæc est ratio quod licet ipsum non viderint, lucis tamen ipsius radium quemdam perceperunt. Congruè perpendit D. Gregor. hoc nobis à natura innatũ, vt quælibet natura inferior contremiscat, si circa se naturam aliquam persentiat superiorem; quomodo non trepidat Ceruus, ad solius venatoris aërem, aut canum odorem, licet illos minimè videat? quomodo non obrigescit coram leone agniculus? quis metus non inuadit perdicem, ad solam vmbram aquilæ! Hinc causa deducitur, curte aliquando tantus arripiat tremor, quando noctu in cubiculo, inter noctis tenebras, strepitum percipis, quem tibi non esse huius mundi trepidus imaginaris. Quis tibi timorem intulit? Apprehendis naturæ superioris præsentiam, siue animæ, quam te superiorem credis, vel diaboli, aut alterius, non huius mortalitatis: sic accidit sociis Danielis, strepitum perceperunt, vel splendoris fulgorem, vel Archangeli claritatem: hoc solo, *terror nimius irruit super eos*: habent singula verba suam energiam. Terror nimius, horror, stupor & spasmus irruit super eos; qui omnem eis animum & vires eripuit, eos deiecit, prostrauit, pluiquam si super eos altissimus mons irrueret, fuga sibi consulunt, tanta pedũm celeritate, vt ne quidem abstrusis spelunceis, se securos tutosque confidant: quisque etenim super se totum mundum esse ruiturum formidabat. Tu vero Daniel in tali occasione, quis tibi animus? quæ vires? opinor, cum scires quid rei hoc esset, vt qui cœlitus diuina accipere assuetus beneficia, quod totus animæ quior permanseris, à timore liber & tanto securior, quanto socij timidiores: falleris; plus ego cæteris omnibus expaui: *Ego autem relictus solus vidi visionem grandem hanc, & non remansit in me fortitudo, sed species mea immutata est in me & emarcui, nec habui quidquam virium: & incedebam consternatus super faciem meam, & vultus meus adhærebat terræ.* Quo ascendere potest altius terror quispiam, aut stupor? quid vidisti, ô vir sanctissime, quod sic te deiecit? sic consternaris, sic emarcescas, rubens languescat color, vires deficiant? siccine flaccescis siccine pusillanimis, dicam abripiris exanimis? Angelus est mihi in solatium missus, qui de cœlo responsum deferat exspectatum, grauissimas ex parte Dei epistolas, quibus petitioni meæ per omnia indulgetur. Quid ergo hæc tibi propter illum? Vtique: quia tanta Angelus apparuit maiestate, splendore tanto, & claritate lucidissima, vt vel vnicus splendoris huius radius sufficeret cunctis metũ meis incutere sodalibus. Si vnius Angeli splendor, & quâ veniebat maiestas, ad id tamen, vt cum solaretur, misericordiam promitteret, gratiam & desideratam ab ipso Daniele peccatorum remissionem, qui vtique, vt cum Deo eiusque Angelis familiarius ageret, videbatur natus: quid erit: *Cum venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes Angeli eius cum eo?* Quid tam pauendum, (quærit D. Bern.) *quid tam plenum anxietatũ, & vehemẽtissimæ sollicitudinis excogitari potest quàm iudicandum adstare illi terrifico tribunali, & incertam adhuc exspectare, sub tam districto iudice sententiam?* Hanc supremi iudicis maiestatem eleganti carmine decantauit Tertull. Hæc curiosus videat lector: sic exorditur: *Ipse sedens Dominus sublimi lumine clarus, &c.*

Z. Dialog. c. 24.

Serm. 8. in Psal. Qui habitat ad fin.

Li. de iud. c. 7.

§. 5. *Si beatissimi tremiscant Angeli, quid aget peccator? In nihilum reducetur & triturabitur, inquit Isaias.*

AD hoc autem exponendum, nullum aptius, opinatur D. Chrysost. argumentum, præter id quod nobis facet textus suggerit tantam fore iudicis maiestatem, vt ipsi Angeli, spiritus supremi & beatissimi contremiscant, ad hoc adducit quædam loca, ex Isaia Propheta, quorum præcipuus legitur; vbi ex sententia D. Epiphanij, & D. Hieron. ad litteram agit de iudicio. Prodit Propheta; dictum promulgat, & omnes citans in illum diem iudicij vniuersalis ait: *Accedite gentes & audite populi, attendite: audiat terra & plenitudo eius; orbis & omne germen eius: quia indignatio Domini super omnes gentes:* Audite me populi, gentes, nationes, Prouinciæ, nobiles, plebei diuites, pauperes, Domini, subditi: ad omnes enim pertinet, quod dicturus sum: & hoc est: Iratus est Dominus, & omnes gentes eiiat corã suo tribunali. At qualis veniet? Tanta maiestate, tanta gloria augustus, quòd *Tabescet omnis militia cælorũ, &c. quoniam inebriatus est in cœlo gladius meus:* Communi phrasi S. Scripturæ vocantur Angeli robustissimi Dei milites, equitatus cœlestis, exercitus potentissimi quos videns Iacob ait: *Castra Dei sunt hæc.* Et exinde vocatur Deus exercituum Dominus: *Deus Sabbaoth.*

17 Lib. de Repar.

In Anacorato.

In c. 34. Isa.

Isa. 4.

Gen 32.

Totus

Totus hic cœlestis equitatus contremiscet, emarcescet, obstupescet, ita cunctis destituetur viribus, sicut corpus sine anima, quòd corruit & corrumpitur. Totum hoc significatur illo verbo: *Tabescet*, omnis cœlestis exercitus. *Omnis militia Angelos*, (ait D. Chrysost.) *ingens horror occupabit, neque solum, Angelos, sed & Archangelos, & thronos, & potestates cœlorum.*

Exposuit autem hunc horrorem D. Ioannes illa visione, in qua illi Deus imaginem quandam ostendit eius, quod in iudicio videbitur: *Vidi thronum magnum candidum, & sedentem super eum, à cuius conspectu fugit terra, & cœlum, & locus non est inuentus eis.* Verba sunt hæc talia, vt magnus ille pater D. Ephrem ea referens, ad vnumquemque nostrum conuersus dicat: *Vidisti res adeo horrendas vnquam? Cœlum & terra tunc fugere tentabunt, & quis poterit subsistere? nos peccatores quo profugiemus?* Quod terra terreatur, tremiscat, commoueatur, fugiat, se abscondat, nec hoc multum contra eam enim venit supremus cœlorum iudex; porro cœlis, Angelis, Archangelis, Principatibus? Potestatibus quæ ratio tremendi? Num fortè illud contra eos iudicium constituetur, num in illos supremus ille iudex iracundiæ suæ furores effundet? An illi non sunt, qui illi perpetuò assistunt eiusque diuinissimâ perfruuntur præsentia? An illi non sunt qui numquam eum offenderunt, nec in vno quidem atomo: quin potius eius semper mandatis obedierunt, vt hoc nomine à Rege Prophet prænotentur: *Facientes verbum illius.* Consentio, ait D. Chrysostom. quòd pro se non habent, quod formident, tanta tamen erit iudicis maiestas, eius facies ita excandescens, eius contra peccatores intuitus adeo terribilis vt illos ipsos, qui nec defectus alicuius atomo, seu fuligine inquinantur, tremore concutiet exanimes. Frequens est, ait, Dominum contra seruum inobedientem & recalcitrantem irritari, qui arrepto flagello in eum insurgit, vt leo rugiens, vociferans, roboans, spumas euomens concitati animi, domum furibundus percutrit. Videre tum licet ipsos eius filios contremiscere exterritos, pauidos ad matris sinum recurrentes: Vnde hic, charissimi filij timor? hæc vos non impetit patris ira, nec illa facies bile inflammata delicta vestra quæ nulla sunt, castigabit. Concedo, verumtamen eu exterret, & horrore concutit, videre prospectum illum adeo terrificum, faciem, vt ignis, accensam, audire mugitus illos intolerabiles.

Apoc. 20. 11.

Tract. de iis quæ post crucem reuelanda sunt pag. 923.

Psal. 102. 20.

18 Si Rex proditorum ciuitatis cuiusdam seditione commotus contra illam progrederetur toto regem comitante regno, immensis copiis peditum, & equitum turmis: quando iam proximus ciuitati, audirentur tubæ, tympana, fistulæ, tanta & tam horribilis exploderetur bombardarum, scloporum, ac æneorum grando tormentorum, quæ per valles insonarent, vnde & muri conciderent, fortissimæ ciuitatis turres contremiscerent, domus ac palatia immobiliter fundata subsilirent, denique viderent hi perfidi traditores, intrantem Regem, hastam manu vibrantem, præ nimio furore spumiferum, inclamantem, rugientem, comminantem fœdifragis: nullus negabit, quin etiam maximè familiares, amici fidelissimi, filij charissimi Regis, metu consternarentur, & vultum eius intuentes expauescerent, deficerent, latebras quærerent. Hoc ipsum, ait subtiliter D. Chrysostom. continget, quando ille cœlorum Rex huius mundi ciues seditiosos, periuros & rebelles castigabit. Non video quo magis possit exaggerari maiestas, ac potestas, quàm Rex Assuerus die quodam regali sedens solio, se grauiter indignatum ostendit: quàm eo quod nobis refert Spiritus S. nimirum quòd ipsa formosissima sponsa quam vita chatiorem diligebat, Esther in eius prodiens conspectum, vt regis vidit commotam faciem, flammeos oculos, nares ignem spirantes, augustissimo eum residentem throno, continuò passa deliquium, viribus imbellis, attonita corruisset, nisi eam pedissequa, vlnis sustentasset horrore tabescentem.

Quàm ergo tremenda maiestas? quam ipsa contuens qua se recreabat Assuerus, & super omnes regni sui principes, charissima, cuius lingua suorum votorum erat diffinitus mensura, deficiat, terreatur, concidat exanimis. Ipsamet fatetur: cum enim eius tanto Rex amore feruet, vt eam vidit deficientem ac corruentem de solio suo festinus surrexit, eam vlnis excepturus, & ablandiens inquiebat: *Quid habes Esther? Ego sum frater tuus, noli metuere: Non morieris, non enim pro te, sed pro omnibus hac lex constituta est, cur mihi non loqueris.* Esther 15. 12.

Tali fauore ad se conuersa, respondit: *Vidi te Domine, quasi Angelum Dei, & conturbatum est cor meum, præ timore gloriæ tuæ.* Quæ similitudo maiestatis ad maiestatem, gloriæ ad gloriam, throni ad thronum? Erat ille vermis; cum tamen eius maiestas esset velut imbecille somnium tanta erat, vt metu mortali eam concusserit, quæ cæteris erat & vicinior, & familiarior. Hinc videbis quanta futura sit Dei iudicis maiestas, *Cum venerit in maiestate sua.* Hic throni sui fulgor,

gor, *Sedebit super sedem maiestatis suæ.* Hic ille furor animi quo iudex apparebit: vt ipsi Angeli addo supremi Seraphim timore concutiantur. Quod si illi, amici Deo fidelissimi, domus eius incolæ, taliter expauescant: quid tu ages, omnium infaustissime, tu rebelle mancipium, tu subdite sœdifrage, in quem tota illa bilis, furor ille, tormentorum tonitrua displodentur, deuoluentur, dirigentur? quò terratum fugies? quò tibi miser succurres auxilio?

☞ 19 Hic illud erit, quod dilecto suo discipulo Ioanni Deus præmonstrauit: quando ei propositis cunctis peccatorum sceleribus in sanctos commissis, & ipsos sanctos contra peccatores, Dei iustitiam audisse interpellantes, ostendit, id quod in iudicio esset facturus, & qua ratione secundum iustitiæ iura esset puniturus peccatores, aiens: *Ecce terræmotus factus est magnus, & sol factus est niger tanquam saccus cilicinus, & Luna tota facta est sicut sanguis, & stellæ de cælo ceciderunt super terram, &c. & cœlum recessit, &c.* Valde conformiter ei quod Ioël fuerat præfatus: *A facie eius contremuit terra, moti sunt cœli, sol & luna obtenebrati sunt, & stellæ retraxerunt splendorem suum.* Quòd si taliter appareant Sol, Luna, stellæ, & cœli, quid rerum tunc moliti sunt potentissimi nobiles, ditissimi mercatores? Omnes consternati, viribus destituti quo fugerent incerti, montes inuocabant, rupes obtestabantur. *Cadite super nos, & abscondite nos à facie sedentis super thronum & ab ira Agni: quoniam venit dies magnus iræ ipsorum & quis poterit stare?* Quis poterit stare coram iudicis ira incensi, & repleti furore ac tanta maiestate?

Huic proposito conuenienter perpendit D. Chrysost. *a* verba quædam Isaiæ quæ priùs illo perpenderant Origen. *b* D. Cyprian. *c* & postmodum D. Ambrosi. *d* D. Gregor. *e* Hi omnes, tenent loqui Prophetam ad litteram de hoc mysterio. Exorditur vociferans: *f Vlulate, quia prope est dies Domini; quasi vastitas à Domino veniet. Propter hoc omnes manus dissoluentur, & omne cor hominis tabescet, & contereturr, torsiones & dolores obtinebunt quasi parturiens dolebunt, vnusquisque ad proximum suum stupebit, facies combusta vultus eorum.* Stupenda verba, quorum vnumquodque plures requirit conciones. His dictis, altiùs intonat. *Ecce dies Domini venit & crudelis, & indignationis plenus, & ira, & furoris, ad ponendum terram in solitudinem, & peccatores conterendos de ea.* O quæ verba, nota tu dignissima! Aduerte, quod venit dies Domini. Communis est phrasis S. Scripturæ vocare diem iudicij, diem Domini: hic frequens est modus D. Pauli, & Prophetæ Hieremiæ, & Isaiæ multis in locis: quia, vt dicemus, tempus præsens, vestrum est, eo quòd in illo agatis, quæ vobis lubet & Deus tacet; attamen in die illo, aget ipse quod voluerit. Et qualis erit? *Crudelis.* Tremenda verba, quibus similia dici non possunt alia, quæ explicationem non patiuntur, quia cum sit crudelitas adeo à piissimis Dei visceribus aliena, dicatur tamen dies illa in qua veniet iudicaturus, *Crudelis.* Ibi videbis, quid erit, quando vna mutabitur qualitas in alteram, & ex patre misericordiarum, ac Deo totius consolationis conuertetur, in crudelem inimicum, & iudicem omnibus seueriorem. Quando Iob perpendit quòd ille, qui tot eum beneficiis accumulauerat, iam mutatus, manus suas in eum extenderet tot calamitatibus graues, tot doloribus onerosas, blanda & amica voce querebatur, *Mutatus mihi in crudelem*, Eo modo, quo ante se mihi, præbebat clementissimum, iam eum experior crudelem & immisericordem. Ecce qualis appareat suo amico, quem reiecit in sterquilinium, erat autem hæc crudelitas, non vera, sed iocosa, & amicitiæ lusus, vt postmodum in eum misericordiam suam effunderet abundantius: quæ erit illa crudelitas (loquamur in nostro modo demptis imperfectionibus) quâ procedet contra suos inimicos in supplicium sempiternum? *Crudelis* Et quia quædam inuenias animalia, quæ, licet crudelia, suam tamen, nisi prouocata, non exercent crudelitatem; addit: *Indignationis plenus & ira & furoris*, ac si diceret plenus indignationis non qualiscumque sed furibundæ. Furor propriè est, quando homo ita stomachatur, vt præ nimia ira quasi extra se rapiatur, & velut furiosus, quælibet agit, ita victus cholerâ, vt nec preces audiat, nec admittat consilium, si ei loquaris, non te audit, si supplices, magis exardescit, & accenditur furiosiùs. Hoc propriè est furor in homine. Præscinde igitur omnes illas imperfectiones, quas furor habet, & producit in homine, hoc retine, quod est procedere contra inimicum omnibus viribus, tota fortitudine, sine pietate vlla, nullas admittendo excusationes; quid tum fiet?

Huic bene quadrat, quod ait: *Ad peccatores conterendos* quod idem erit, quod ait idem Propheta, sumptâ metaphorâ petræ, quæ cadit super lagenam figuli: *Et comminuetur, sicut conteritur lagena figuli contritione perualida, & non inuenietur de fragmentis eius testa in qua portetur ignículus de incendio, aut haurintur parum* 20 ☞

a Lib. 6. de repar. lapsi. b Cap. 2. Epist. ad Rom. c Contra Demetr. d Lib. de Hebd. & iman. e Lib. 20. Mor. c. 25. f Isai. 13. 6. Apoc. 6. 12. Ioel 2. 10. Iob 30. 21.

aqua de fouea: q.d. Non remanebit in peccatore quidquam quod suos non patiatur dolores, anima, corpus, intellectus, voluntas, memoria, visus, &c. Ob quam rationem eodem loco annectit, quòd eos in nihilum rediget: describit venientem iudicem. *Ardens furor eius, & grauis ad portandum, labia eius repleta sunt indignatione, & lingua eius quasi ignis deuorans &c. ad perdendas gentes in nihilum.* Trahit similitudinem hominis, qui prodit ita cholericus, vt illi labia collidantur, & labra mordeat & ait, quòd *In nihilum* rediget, non quòd hominum natura in nihilum redigetur, sed quòd respectu consolationis, illos in nihilum rediget: nihil erit, quòd non afferat dolorem, tormentum, cruciatum, pauorem, ignes, æternam maledictionem. O quis furor, quæ indignatio, quæ bilis tanta? Tunc adimplebitur, id, quod prædixit Habacuc: *In fremitu conculcabis terram, & in furore obstupefacies gentes.* In Hebræo legimus: *In furore triturabis gentes*, quibus verbis alludere videtur Propheta, tremendo illi supplicio, quo mulctauit Dauid Ammonitas, qui eum non tolerando affecerant dedecore: & licet ad modicum dissimulauerit, at tandem omnis eius mansuetudo ac benignitas conuersa est in grauissimam indignationem: coadunauit copiosissimum exercitum, qui inexspectato irruit super eos, ac deiectos, in cumulum redactos, sicut operarius fasciculos in area conglomerat, tribulis ferreis, nouaculis obarmatis contrinit, quibus eorum ossa & carnes comminuit in vnam omnes massam vt lateres compegit. *Et traduxit eos in typo laterum.* Bone Deus, num tale quid fieri potuit? Numquam Rex Pharao, Antiochus, Herodes, Phalaris, Nero, Busiris, nec alij quos mundus vt crudelitatis portenta est detestatus, quid simile practicarunt, imo ne quidem eis venit in mentem. Cum & ipse Deus tam ab omni humanitate prorsus censuerit alienum triturare inimicos, vt illud statuat, quasi caput suæ indignationis contra Damascum, protestatus se nullatenus velle tantam remittere crudelitatem. *Eo quod triturauerint in plaustris ferreis Galaad*; Credo, quod indubiè Deus hoc ita permiserit, vt Dauid vis alioquin mitissimus, & misericordiæ speculum, tam horrendo, insolito, & nunquam audito supplicio plecteret inimicos, vt nobis, quasi sub huius supplicij prototypo delineater, id quod iudex acturus est, quando *Ad conterendas gentes* in iudicium properabit; quod hoc idem faciet prædicente Isaia: *Triturabitur Moab sub eo* O quàm grauis tribulus, quàm peracutum carpentum est ipse Deus, ac iudicis Maiestas, *Rex tremendæ maiestatis.* O quam enim exhorruit Iob? *Quasi lob 31. tumentes super me fluctus, timui Deum, & pondus 21. eius ferre non potui*, circa quæ verba subtiliter moralizat D. Gregor. ad quæ lectorem remitto. L. 21. mor. legisse non pigebit. c. vlt.

Habac. 3. 12.

Amos 1. 3.

Isa. 25. 10.

§. 6. Filius hominis. *In illa ipsa humanitate, in qua Dominus est iudicatus, veniet iudicaturus, in suiipsius honorem, & peccatorum confusionem.*

RE plicabis: sites sic se habet, quod Dominus istis verbis nobis velit repræsentare, maiestatem & auctoritatem, quâ iudex est venturus die tam horrifico; vt per hoc in nobis excitet timorem tam salutarem, ad quid se describit sub nomine maximæ suæ humilitatis & abiectionis, & quo, nunc nobis ingerit de sua benignitate fiduciam, quod sit *Filius hominis?* Omnes nouimus magnum illum Dominum, vocari nominibus tantæ celsitudinis ac maiestatis: vt illa tantummodo pronuntiando, horrore concutiat etiam fortissimos. Petiit nomine Sampsonis pater eius nomen, cui respondit: *Cur quæris nomen meum quod est mirabile?* Et Isaias Propheta hoc quærebat, vt nomen suum declaret, quòd eo solo inimici eius turbarentur. *Vt notum fieret nomen tuum inimicis tuis, à facie tua gentes turbarentur* Aptè dixit hoc Hieremias: *Magnus es tu & magnum nomen tuum in fortitudine, quis non timebit te ô Rex gentium?* Et iterum: *Fortissime magne & potens, Dominus exercituum nomen est tibi, magnus consilio, & incomprehensibilis cogitatu.* Redundat S. Scriptura Dei nominibus, augustis, tremendis, gloriosis & tantæ potestatis, vt vel ad eorum sonitum, fortissimæ corruant turres, & erectissimi collabantur muri, licet Iericunthini, vel Babylonij: Oh quam causam in illo cantico de diuinis triumphis: eos sanctissima Anna & Moyses, potentissimo Dei nomini adscripserunt: *Omnipotens nomen eius.*

21 ✠

I. Cur iudex dicatur filius hominis. Iudic. 13. 18. Isa. 64. 2. Hier. 10. 6. Hier. 32. 19. Exod. 15. 3.

Porrò nomen illud *Filius hominis*, summæ est humilitatis & abiectionis sic vt etiam Deus humiliare volens Prophetam Ezechielem vocet eum *Filius hominis*, vt aduertit D. Gregor. & ad ostendendam nostram abiectionem: nos eo quoque nomine appellat Psalmographus: *Quid est homo, quod memor es eius, aut Filius hominis, quoniam visitas eum?* Dum Dominus moritur & pro nobis patitur: cum sit actus humilitatis, & in

In Euseb. Psal 8.

& in bonum nostrum & de quo vitæ nostræ dependeat fiducia ac consolatio, se hoc nomine
Matt.20. 18. compellet: *Filius hominis. Ecce ascendimus Hierosolymam, & filius hominis tradetur.* Et itemMatt.26. 24. tum: *Et Ius quidem hominis vadit.* Modo vero, dum suam ostentat Maiestatatem, suæ iustitiæ rigorem, iram, indignationem, quis
Lib.10.de ciu.c.30. dixerit hoc ei nomen aptè conuenire? Diuus Augustinus respondet, quod hoc vocetur nomine quando agitur de iudicio: vt intelligamus
a Lib. de cœna Christi c.14. b Serm.2. in Ascens. quia actus ille iudicij competit Christo, & non Patri, nec Spiritui Sancto; Proinde in sua veniet humanitate visibilis: hoc enim vt aduertunt Tertullianus *a* Diuus Leo Papa *b* indicarunt
Act 1.11. Apostolis Angeli ipso Ascensionis die: *Hic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum.* Et hoc Christus dixit: *Pater non iudicat*
Ioan 5.22 *quemquam, sed omne iudicium dedit filio.* Et
Ioan 5. 27. alio in loco: *Dedit ei potestatem iudicium facere: quia filius hominis est.* Et hoc erat plus æquo, vt cum in forma humana fuerit præsentatus & in tribunali iudicatus, vbi & condemnatus, in eadem ipsa forma, iudex foret, adimpleretutque illud amici de Iob: *Causa tua: quasi impij iudicata est, causam iudiciumque recipiet. Ipse sane* (inquit Diuus Au-
Cap 36. 37. D. Aug. in medit. c.16. gustinus) *Qui iniustè iudicatus est, iudicabit orbem terræ in æquitate, & populos in iustitia.*
Tim.9. Hoc (ni fallor) tetigit Christus, quando productus in iudicium, coram summo Sacerdote, eiusque toto concilio ac tribunali, quibusdam peruersis, stultisque respondens interrogationi-
Matth. 26.64. bus, illis ait: *Verumtamen dico vobis, quia amodo videbitis filium hominis venientem in nubibus cæli, cum potestate magna*, q. d. Modo adsto in forma rei, vos vero estis iudices: breui veniet tempus, quo ego in hac eadem forma hominis veniam, factus arbiter, cum potestate magna & maiestate. Ero ego iudex, vos autem rei. Aliam suppedito rationem; filius hominis, nomen est misericordiæ, & in quo comprehenduntur omnes, quas nobis præstitit Deus, misericordiæ, & illas designamus, quando in earum gratiarum actione dicentes: *Et homo factus est*, cernui prosternimur in terram, quasi contestantes, nullas his soluendis vires sufficere, imo ne quidem tantis beneficiis capiendis.

Quid, ergone in die iudicij se illo summæ misericordiæ nomine iudex præsentabit? Tu dicis; cum ad iustorum consolationem, tum ad terrorem confusionemque peccatorum.

I. Primum (dicit Augustinus) ad bonorum consolationem, qui his bene vsi sunt beneficiis: quam rationem prosequitur Diuus Bernardus *Serm.73. in Cant.* expendens illa sponsæ verba: *Reuertere, similis esto dilecte mi capreæ hinnuloque ceruorum*: quæ ratio illi maior gaudendi qui iam excipere debet in criminali causa sententiam, in qua de eius vita disputatur, quàm audire, quòd germanus filius hosuus primogenitus iudex sit sessurus, quem scit, minis ad quod se vt pupillam oculi diligat, qui perpetuus bonorum suus fuerit aduocatus, procurator & ad expensas consolamedia suppeditauerit, in partem contrariam in- tionem. surrexerit quæ contra se in iudicio contenderat acrius, illam & destruxerit ac refutarit? *Quis* *Psal.147.* *venturus est iudicare*, (rogat D. Augustin.) *Nisi in præsat.* *qui voluit iudicari propter te? Ne timeas accusa-* D. Aug. *torem, de quo ipse dixit. Princeps huius mundi* Tom.8. *missus est foras. Ne timeas malum aduocatum: ille enim tibi modo aduocatus est, qui tunc iudex futurus est. O verè patrem misericordiarum,* (exclamat Diuus Bernard.) *vult per hominem, homines* D. Bern. *iudicari, quo in tanta trepidatione, & perturbatione malorum, electis præset fiduciam naturæ similitudo.* Hac confidentatione (aic D. Augustin.) non se tantùm sancti consolantur, sed & exoptant in licis tam beneuoli aduentum, teste Apostolo *Diligunt aduentum eius* Et singulis diebus 2.Tim.4. eum instanter petunt dicentes: *Adueniat regnum* 8. *tuum*: vt ipse perpendit. Matth.6. 10.

Secundum, ad confusionem terroremque malorum. Peracute dicit Diuus Hieronymus: ni D. Hier. hil adeo bilem mouet, & zelum excitat iusti- *Epist.1.ad* tiæ, quàm misericordia, amor & præstita bene- *Heliodor.* ficia. Proinde hanc allegat propositionem. *A-* III. *mor laesus, in furorem vertitur.* Tanto maiori Ad con- contra aliquem bile commoueris, quanto plura fusionem in eum beneficia contulisti. Hæc Dauidis fuit malorũ ratio; quòd in te inimicus arma moueat; malum est: at transeat: cum eum sua instiget inimicitia, ob aliquid, quod sibi in te displicuit, eumque grauius offendit. Quod te persequatur ac tecum non conueniat, qui de manibus tuis nulla recepit beneficia, vt gratus sit, à malo est: at transeat: cum eum non obstrinxeris, vt tibi complaceat, tibi seruiat, te patiatur: verumtamen quòd ille tibi sit traditor, ille de perdenda vita tua rationes instituat, honoris tui quæras detrimentum, ille, inquam, cui quidquid habes, contulisti, quem mille beneficiis præuenisti: hoc te tigride reddit ferociorem, hoc animum tuum incendit vt leonis, in summo gradu insuper & eum, si iudicio polleat, maxim opere confundit perduellem. Hinc ortum habuit ind gnatio illa acerbissima Nabuchodonosor Regis Babylonis,

contra Regem Sedechiam, & terribile supplicium, quò eius cunctis ingratam damnauit ingratitudinem. Eum ad dignitatem regalem nullo iure nitentem promouerat, Regem in Hierusalem coronauerat, Iechoniam filium Ioachin, regem legitimum quem secum captiuum abduxerat in Babyloniam, sceptro priuauerat: Tanto honore deuinctus Sedechias, plurima præstitit iuramenta, promissa, & serui fidelissimi ac perpetui protestationes. Cum his debuisset obligationibus satisfacere, è contra in eum perfidus insurrexit, contumeliis eum affecit, negauit vectigalia, ob quam rationem, immisit in eum Nabuchodonosor exercitum suum, obsedit eum, deuicit, captiuus coram adducitur: & ait sacer textus: *Locutus est cum eo iudicium.* Verba, quæ bis repetit Propheta Hieremias, quibus indicat: quod ad eius condemnationem eum prius ad tribunal suum reum traxerit, cui in hunc modum: Adesto fœdifrage, proditor, an quæ ego pro te fecerim ignoras? Adiuui te, opitulatus sum, promouite, honorauí te, cum nullo tu niteteris iure, nec diuitiis, nec fortitudine, nec gradu aliquo gauderes, eorum quæ tibi hæc manus meæ largitę sunt abundanter, & mea concessit voluntas gratuita.

IV. Loquetur iudex nobiscum iudicium. 4. Reg. 25. 6.

Mille mihi verba dedisti, tot promissa iurasti, quòd mihi fidelis adhæreres; tributis & vectigalibus mihi corresponderes. Hæc mille sacratissimis confirmasti iuramentis. Tot tantisque mihi deuinctus, beneficiis, titulis, honoribus: mihi factus es: traditor, ingratus, fœdifragus, periurus, sacrilegus, exlex, insulsus, inhumanus. Hæccine tantis debita beneficiis compensatio? quanto grauius, quantoque clarius ei à se præstita obiicit beneficia, tanto contra periurum iustitiæ furorisque aciem acuebat intensius, parebatque cunctis, quamlibet pœnam, tanto sceleri esse inferiorem: acerbior autem multo fuit dolor, quem in hoc sensit Sedechias, quàm ille licet grauissimus & quem ei infligebant, compedes, manicæ, carceres, quibus periurij reus constringebatur. Proinde hæc cæteris terribilior comminatio, quâ eum Deus per Hieremiam Prophetam non semel vrgebat, vna erat, quòd coram Rege Nabuchodonosor traheretur perfidus, eius oculis præsentandus, suæ rebellionis arguendus. *Comprehensione capieris, & in manu eius traderis, & oculi tui oculos Regis Babylonis videbunt; & os eius cum ore tuo loquetur.* Facie ad faciem Regem videbis Babylonis, ille te tuæ confundet perfidiæ, eius tu flammeum vultum videbis, & in tui perditionem concitatum, tot beneficiis tibi præstitis irritatum. Quinimo & ipse Deus, vt Dauidis culpam exaggeret, & quàm condigna sit eius sceleribus pœna demonstret, delegans ei Nathan Prophetam, hoc præcepit, vt primò catalogum recenseret, oculisque eius exponeret, beneficia & misericordias ei, à se præstitas, ne minimum quidem omittens: quod vires ei ad discerpendos leones, ac præstocandos vrsos tribuisset: eum de post fœtantes sustulisset de gregibus ouium, quadriformem peratum mutasset in regiam coronam, & pellicium in purpuram ac bracteas; summam in totius mundi conspectu, dedisset maiestatem, diuitiis auxisset amplissimis, honoribus, titulis, gradibus, ac regno sublimasset perillustri, post quæ optimè concludit: *Quare ergo contempsisti verbum Domini.* An hæc benefacta tali digna recambio? *Quare ergo, &c.*

Hieremiæ 32. 34.

2. Reg. 12. 9.

Hinc lucem accipit verbum Diui Iacobi. *Misericordia superexaltat iudicium.* Hæc multorum congrua declaratio: q.d. quòd misericordia statuat & habeat tribunal suum altiori loco quàm iustitia, vnde & de iustitiæ liceat ad misericordiæ appellare tribunal, tamquam ad superius. Et hoc agimus quotidie, dum nos iustitiâ cernimus damnandos, ad misericordiam recurrimus, eiusque tribunal inclamamus: *Adeamus ergo cum fiducia,* (hortatur D Paulus.) *Ad thronum gratiæ vt misericordiam consequamur.* Verum & alia datur expositio: quòd illud verbum: *Superexaltat,* idem sit quod dicimus, clarius pateat, sicut in picturis: vis pateat albedo? appone ei nigredinem: nihil est quod sic Dei iustitiam prodat, quàm misericordia. Nouacula ad coriem limatur, & oleo exacuitur vt ipsas diffindat acies: oleum inter liquores suauissimum, ad vulnera curanda aptissimum, exacuit nouaculas & machæras, easque fortes reddit, vt omnia discindant & vulnera infligant incurabilia; vemet Deus in iudicium, adducet iustitiæ gladium limatum, exacutum, qui carnes, ossa, corpus animam, spiritum diffindat medium: O machæra extimenda!

23 Misericordia superexaltat iudicium. Iac. 2. 13. Hebr. 4. 16.

Vocat Dominus Ezechielem: Prophera prodi in medium, tristes emitte gemitus, eiulatus ede terrificos, toto corpore, cunctis membris contremisce, & amaras profunde lachrymas. *Et tu fili hominis ingemisce in contritione lumborum, & in amaritudinibus, ingemisce coram eis.* Quando accedent rationem eius quæsituri, respondebis: *Pro auditu;* Verbi, quod illis habeas dicendum. Ezech. 21.

Quod

Quod est hoc verbum adeo tremendum, quod talem operatur effectum? quid potest verbum illud proferre, quod audisti, quod te adeo perterreat, dejiciat, affligat, & talia eliciat suspiria? *Gladius, gladius exacutus est, & limatus.* Ecce verbum tremendum, quod audiuit. Scitote. Deum paratum habere gladium, & hunc quidem exacutum, limatum, splendidum, adeò acuminatum, vt quæuis penetret. O diuinæ iustitiæ gladium! & quem non timore preuenies, quem non dejicies, adeo limatus, splendens adeo? Et quò exacuetur? Oleo misericordiæ: hoc superexaltabit iudicium, *Cum veneris Filius hominis.* Ibi se ostentabit hominem. Et simul (vt prosequitur Diuus Augustinus) delectum faciet omnium beneficiorum. Me recognosce, me intuere maledicte. Ego te suscitaui de puluere: ego tibi hanc concessi vitam: propter te descendi de cœlis, assumpsi hunc vilem humanitatis saccum: huic me alligaui, me in hoc contraxi, ieiunaui, sudaui, laboraui. Has inspice manus, quibus tot partaui mirabilia, propter te clauis confixas durissimis, pedes hos labore nimio in tui salutem fatigatos clauis transfossos: Caput hoc spinis coronatum. Corpus hoc flagellis lacerum, doloribus oppletum, à planta pedis vsque ad verticem, in tuarum culparum remissionem. Pro te meum effudi sanguinem, vitam meam, corpus meum, animam meam; cibaui te carne mea, potaui te sanguine meo, cruci sum affixus, dilatatis brachiis te exspectaui longanimis, inclinato capite pacis tibi osculum obtuli pacificus. Quid propter te agere potui, quod non egerim? vel quam pœnam recusaui, quam ingratiam tui non pertulerim?

Quid in gratiarum actionem, proditor, aliud fecisti: quàm blasphemare nomen meum, meos opprimere pauperes, hostis mei segni vexilla, me denuo contristare, crucifigere; quantum est in te, nouis affligere tormentis, doloribus exulcerare: dum fœna tuis laxas desideriis, tuis voluptatibus, excessibus tuis, sanguinem meum proterens, promissa mea parùipendens, minas meas reiiciens: velut effrœnus equus, millenis flagitiis, eruminibus innumeris terræ lapis offensionis, cælo petra scandali. Ex hoc te vocaui, crucem meam obtuli, benedictionem, paradisum: vocaui, vt meas diuitias, meam possideres gloriam: & audire me noluisti, sed eum, qui te ad pœnas prouocabat sempiternas. Vt verò hoc Christus ad viuum repræsentet, apparebit nostra vestitus humanitate, latere, manibus ac pedibus transfixis. Hoc enim illud est: *Videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt.*

Serm. 67. de tempore. V. Exprobrat iudex peccatori sua beneficia.

Apoc. 1. 7.

Congruit proposito nostro annotatio D. Amb. ex illa enim educimus sensum illorum verborum, quæ Christus per os Dauidis Regis protulit: *Ego autem sum vermis & non homo.* Quomodo dicis hæc, ô Domine? an non ore pleno confitemur? *Et homo factus est?* Hic autem se dicit filium hominis. *Cum venerit filius hominis.* Hæc mens eius est; indubiè hoc verum est, quod homo sit, & propter hominem homo factus sit, vt eum de Satanæ eriperet seruitute, vt eius solueret debita peccatorum, vt eum de mortis faucibus liberaret, vt ei vitam daret sempiternam. At tempus veniet, quod illud esse hominis deseret, non quantum ad naturam, sed quantum ad benignitatem, misericordiam, clementiam (quæ omnia nomen hoc comprehendit) & in vermem mutabitur, qui viscera comedat, qui corda corrodat.

In illud Ps. 21. Ego sum vermis Ps. 21. 7.

Memineris (inquit D. Ambros.) illius historiæ de manna, ad quam in præfatis verbis opinor Dauid alludere; quod euidentius misericordiæ suæ signum populo illi ingratissimo, Deus dare potuisset, quàm manna de cælo, in nubibus nulla hominum operâ coctum, solis Angelorum manibus compactum: cibus erat concessus & factus ad vitæ illorum conseruationem, peregrinationis alimentum, quò facillime in terram possent pertingere promissionis. Attamen multos eorum vidimus rebelles, qui nec illud receperunt, nec eo vsi sunt, eô modo, & tempore, quo illis Deus præscripserat. Contigit, vt illud ipsum manna, eis in corrodentes vermes verteretur. O Diuinum manna, filius Dei, manna cæleste de cælo descendens, compactum nulla hominum operâ, in nube cælesti, purissimis Reginæ cæli visceribus: *Ego sum panis viuus qui de cælo descendi.* O quale manna, nobis concessum in alimentum, salutem, robur, vitam æternam, terræ promissionis ingressum: *Qui manducat hunc panem, viuet in æternum.* Manna suauissimum, clementissimum, mansuetissimum, factus homo propter nos omnium humillimus: *Filius hominis:* Illis autem, qui illo frui ingrati recusarunt, hominis exuet clementiam, & vermis assumet corrosionem qui viscera exedat; hoc enim inter alia, illos acriter affliget, videre, quâ potuerint facilitate misericordia frui adeò copiosa, & nec tantum illa vti renuerint, sed insuper & eam contempserint, & eoncluerint: hic erit (asserit D. Ambros.) ille vermis, de quo Isaias: *Vermis eorum non morietur. Hoc filijs Israel subtiliter prophetatum est in veteri*

VI. Allegoria de manna.

Ioan. 6 41.

Ioan. 6 59.

D. Amb. *To. 2. Isa. 66. 24.*

» *veteri testamento; manna enim illis contra di-*
» *uina præcepta tractantibus, vermes effecti sunt,*
» *id est, contumacia vltores & iulices, qua simi-*
» *litudo Christum indicat Dominum &c.*

§. 7. Filius hominis. *Vocatur filius hominis: ex hoc enim testes contra peccatorem producet, quos quidam Sancti timuerunt.*

25 EX hoc opinor, illam explicari posse visionem D. Ioannis a. (quam D. August. b censuit difficillimam) quâ figuram vidit iudicii, iudicem Maiestate summa residentem, & totum mundum coram eo adstantem. *Mortuos magnos & pusillos*, & vt iudicarentur, inquit: *Aperti sunt libri, & alius liber apertus est, qui est vita.* Et superius declarauerat D. Ioannes, quòd liber ille vitæ, liber esset vitæ agni: *Liber vitæ agni, qui occisus est.* Omnium aperti sunt libri, id est, vita & conscientiæ omnium, & liber vitæ agni apertus est. Quis verò est hic, nisi liber vitæ Christi? Grande arcanum. Sicut enim aperientur nostræ vitæ maximi libri, vt nullum sit opus, verbum nullum, nulla cogitatio, quæ non omnibus pateat, ita etiam vitæ Christi volumen aperietur: hic enim conspicietur, & clarè legetur, omne id, quod propter te fecit. Ibi legetur eius Incarnatio, nati-

I. Liber vitæ Christi legetur in iudicio.

uitas præ frigore tremensis, eius labores, sitis, fames, persecutiones, curæ, lachrymæ, eius vitæ triginta tres anni, omnes transacti in tui remedium, eius passio, cum omnibus, quæ in gratiam tui pati non recusauit. Propitius sit mihi Deus, ad quid hoc? Vt aperiantur libri, in quibus conscripta sunt acta litigantium, & iudicandorum: dignum & iustum est; At quid hic opus est libro vitæ agni? Hoc iam prædiximus: quod ea quæ huic inscripta sunt libro, nimirum misericordiæ eius opera, exaltabunt iustitiam, eamque ita exacuent, vt se tibi opponat, velut limatus gladius, qui scindat, nec inueniat, quod sibi valeat resistere. Grauia sunt tua scelera, furta tua, lasciuiæ tuæ, tuæ blasphemiæ, Dei contemptus; porrò proposita, & beneficiis opposita, quæ Dei largissima tibi manus concessit; Hæc illa adeò superexaltabunt, tantam prouocabunt indignationem eius, qui ea contulit, & cui tamen tam malè repensum est, insuper despectui sit ipse habitus, vt futurum sit spectaculum longè terribilissimum, quò fiet, id quod ait idem Ioannes, montes & colles à peccatoribus inclamandos: *Mentes tuas super nos, &c. ab ira Agni.* Hoc, quòd sit agnus mansuetus, plenus misericordia, quòd passus non aperuerit os suum propter te, quòd se tibi in sacrificium dederit, in Sacramentum, pretium & redemptionem obtuleris, quòd nihil habeat, quod tibi non fuerit elargitus, hoc, inquam, flammas suæ indignationis exitabit, vt oleum, ligno sicco aridoque superfusum. Idem prædixit Ioël: *A facie eius cruciabuntur populi, omnes vultus rediguntur in ollam.* Stupeo loquendi formulam. Quàm benignus, comes, amicus fuit Absalom Ioab, quò non zelo eius apud patrem Dauid procurauit oscula reconciliationis? sicut & in rei veritate, eum in patris gratiam restituit. Attamen hoc ipsum, Ioabi contra ipsum mouit crudeliorem, quando infelix ille huic benignitati ingratus patrisque sui obedientiæ excusso iugo, inter quem & ipsum fœdus composuerat, instructas acies produxit in campum perduellis. Hoc casum gladiumque dedit Ioab, qui pacis auctor fuerat, & restitutor: vt in eum velut indomitus leo consurrexerit, neglectoque Danidis præcepto, pietatem omnem exuens, tribus lanceis transfoderit è quercu suspensum interemerit æternum pertur. a. Quis nos patri nostro reconciliauit, nisi Christus? & sui corporis vitæque dispendio. *Reconciliati sumus Deo per mortem filii eius.* Nihilominus illam contemnis gratiam, contra ipsum Deum vexillum attollis perduellis Absalon, post talem misericordiam bellis ingratior: Ille ipse erit, qui supplicium tuum prosequetur, qui te tribus confodiet lanceis, qui his terribilibus damnabit verbis: *Ite maledicti in ignem æternum &c.*

Hinc reor S. Iob processisse angustias, dum conqueritur: *Reuersus mirabiliter me cruciat, Instauras testes tuos contra me, & multiplicas iram tuam aduersum me, & pœnæ militant in me.* Aduertit Caietan. in Hebræo legi: *Reuertem, & mirabiliteris in me.* q. d. Nostro loquendi modo. Cælum ascendisti, ô Redemptor; dixerunt tamen Angeli, quòd reuerterêris. O qualis reuersio, quàm mihi timenda! quàm graues mihi infert cruciatus, in quam extremas, me non conijcit angustias? *Mirabiliter me cruciat.* Vnde hæc procedunt, & quid tuas exacuit querelas. ô vir Dei? *Instauras testes tuos contra me.* Id est, renouas testes tuos, quibus reaccenditur, & acrius efferuescit tua indignatio, heu quàm iustè omnes hos deuoluendos super me video cruciatus: & heu quàm optimo iure super me corruent

26 Iob 10.17

II. Testes Dei, sunt eius beneficia.

rient vniuersi Dei testes, quibus nobis suum testatus est amorem, misericordia, & beneficia fuerunt, quibus non præuênit immeritos. O quàm euidenter testatus est Pater amorem suum dans nobis suum vnigenitum: *Sic Deum dilexit*
Ioan.3.16. *mundum, vt filium suum vnigenitum daret.*

Quæ testimonia tam manifesta dedit sui amoris Dei filius, tot innumeris testibus, quot fuerunt illa, quæ in tui salutem & egit, & perpessus est? Notum est omnibus ea omnem numerum superare, quæ fames? quæ sitis? quæ defatigatio? quæ persecutiones? quæ calumniæ? qui carcetes? quæ sputa? quæ alapæ? quæ verbera? quæ spinæ? qui claui? quæ crux? quæ mors? quæ opprobria? tanta hæc, vt, sicut notat D. Hieronymus quod humano intellectui impossibile sit ea in numerum, etiam nostræ Arithmeticæ, redigere, Dauid ea diuino remiserit intellectui, qui, vtique infinitus, cæli stellas numerat, & arenæ maris nouit multitudinem. *Tu scis improperium meum, & confusionem meam, & reuerentiam meam.* O quam irrefragabiles, securique testes? *Maiorem hac dilectionem nemo habet, quàm vt animam suam ponat quis pro amicis suis.* Quælibet istius sanguinis effusa guttula, voces mittit altiores, ipso Abelis sanguine; dicens ecce quomodo amabat te. *Vulnera hæc* (teste D. Bern. in persona Christi) *loquuntur pro me: quia diligo te. Patent mihi viscera per vulnera* (inquit D. Aug.) *per foramina corporis, patent mihi arcana cordis.* Instaurabit tum temporis testes illos, in sententiam contra te, renouabuntur, reuiuiscent.

Exciderunt illi tuæ memoriæ, & eos iam tacêre arbitraris. O quàm ad viuum illos reproducet, quàm recentes exponet iustis manus perforatas, pedes transfixos, latus hians, caput coronatum, corpus flagellis cæsum, euulsos capillos, linguam felle potatam; ex illis accrescet furor eius, tumescet contra te iudicis indignatio, vociferabitur, teste Propheta Isaia ex eius ore:
Isa.42. 14. *Sicut parturiens loquar, dissipabo & absorbebo simul.* Hæc vna est inter alias, ratio, inquit D.
3.p.q.54. a.4. Thom cur Christus in suo corpore immortali post resurrectionem seruauerit sua vulnera passionis præclariora: ad hoc producit D. Aug. *Sicut*
D. Aug. lib.2 de Symbolo c.8. *enim demonstrauit Thomæ non credenti, nisi tangeret, & videret: ita inimicis vulnera demonstraturus est sua, vt conuincens eos, veritas dicat: Ecce hominem, quem crucifixistis, videtis vulnera, quæ infixistis, agnoscitis latus, quod pupugistis, quoniam per vos, & propter vos apertum est, nec tamen intrare voluistis.* Tu ipse, quàm tua sit cæca, videbis, condemnatio, tu fateberis: *Iustus*
Zach.12. 10. *es, Domine, & rectum iudicium tuum.* Tu ipse furiosas in te pœnas prouocabis, vt te reum ex cruciem: Ignem inextinguibilem, vt te consumat: dæmones, vt te in orcum deiiciant tot criminibus obnoxium: *Pœna militant in me.* Hic peccatorum tuorum grauitatem agnoscens; illic quis ille Dominus, quem offendisti, illic tuam nequitiam, ingratitudinem tuam, pertinaciam tuam, tuas stultitias cognoscens, nullum esse, quod non mereare, supplicium, ac pœnas omnes, quinimò & ipsius inferni cruciatus tuis esse peccatis inferiores.
Ps 118. 37.

Sæpè perpendi illud adeo notum de D. Paulo, quod Christus eum inexspectatò rapuit in iudicium ad animæ eius salutem. Persequebatur hic in discipulis suis Christum ira flagrans, inflatis buccis, vt narrat D. Luc. *Spirans minarum & cædis*; In ipso obcæcationis & insaniæ feruore, Christus ei luce cælesti apparet circumfusus, ex qua tanta prosiliit claritas, vt Saülum circumdaret, vt mihi persuadeam simile quid fuisse Transfiguration. cum ex luce, quæ de Christo promicabat, totus mons splendidus redderetur, Elias quoque & Moyses essent circumamicti claritate. Talis autem fuit lux, quæ eum tanto metu percussit, ac perterruit, vt in terram pronus decideret, hanc vocem de cælis percipiens. *Saule, Saule quid me persequeris.* Redde rationem Saule, cur me persequeris? Respondet ille: *Quis es Domine?* Ait: *Ego sum Iesus Nazarenus, quem tu persequeris.* Inquirunt D. Chrys. *a* & D. Gregor. *b* Cur Christus interroganti Saülo, *Quis es Domine?* Non respondet, se nomine suprema Maiestatis declarans quis esset, sient Manue, talequid interroganti, respondit *c*: *Quid quæris nomen meum, quod est mirabile?* vel vt Moysi *d*: *Ego sum, qui sum.* Vel ad minus dixisset: *Ego sum vnigenitus Patris, ego verbum ante sæcula, ego principium & finis* (sed tantum) *Ego sum Iesus Nazarenus.* Ad quid, vel tantum non respondent, id quod Pharisæis quærentibus. *Tu quies es?* respondit *e*) *Principium, qui & loquor vobis*: vel saltem, sicut discipulis suis, quando ab eis recessit. *Ego sum via, veritas, & vita.* Voluit, vt ipse Saulus contra seipsum ferret sententiam, & dum se Iesum dicit, quod est Saluator, pariter diuina sua luce, eius obiecit oculis quidquid egerat, vt huic nomini satisfaceret, vt eum redimeret, vt eum saluaret alioquin peritutum. Illic luce meridiana clarius ipsi ostendit suam Incarnationem: quomodo Deus cum esset, propter eum factus esset homo, quomodo natus pauper, afflictus

27

Actor. 9. 1.

a *Ho. de Conuers. Paul.*
b *Lib.* 23. *Moral. c.* 111.
Cur Christus Saulo dixerit: *Ego sum Iesus.*
c *Iud.* 13. 18.
d *Exod.* 3. 14.
e *Ioan.* 8. *Ioan.* 14. 6. 25.

afflictus vlxisset, horrendis mortuus cruciatibus, pro eo sanguinem vitamque profudisset: quæ omnia hoc nomine intelligebantur: *Ego sum Iesus.* Viden hæc Saüle? intuere quem persequaris, quem tam grauiter offendas? quid tanta meretur ingratitudo? quæ pœna tali condigna perfidiæ? tu ipse Saüle profer sententiam: esto in propria causa iudex. Qualis tum Saülus? *Tremens ac stupens dixit: Domine, quid me vis facere?*

Impendere tempus non licet his verbis expendendis; *Tremens ac stupens*; sed alia consideremus. *Quid me vis facere?* q. d. Deus, quidquid de me disposueris, vt iustum approbo, non est quod contradicam. Omnes cruciatus, ad æquale supplicium, nulli sunt: omnia tormenta non sunt condigna, ad meorum criminum punitionem. Si Saülus in tantæ misericordiæ iudicio, talis hæserit, tam confusus, tamque conuictus: *Stupens ac tremens*: timore percussus, horruerint illi capilli, vox hæserit faucibus, ossa collisa fuerint, contra seipsum tulerit sententiam: quid rerum tu ages, omnium sceleratissime, in iustitiæ iudicio, quando tibi dixerit: quid me es persecutus? De pulvere susceitaui te, corpus aptaui tibi, animam infudi, esse dedi & respirationem: descendi de cælo te in terra quæsiturus: *Ego sum Iesus.* Quid egi in tui redemptionem? quid passus, quid pertuli? Et quæ tua erga me gratitudo? Heu quàm non confunderis? quis mentis horror, quis stupor, quis spasmus, quos contra teipsum non prouocabis ignes, quas non pœnas, quæ non dæmonia susceitabis?

28 *Tunc damnabunt seipsos* (ait D. Ephrem a) *& opera, quæ fecerunt mala; tunc confitebuntur; iudicium esse iustum, dicentes: Audiebamus hæc, & à prauis nostris actionibus noluimus recedere.* Fuit hic Doctor vir sanctitate præclarus (de quo D. Hieronym. b) *Ad tantam venit claritudinem, vt post lectionem scripturarum, publicè in quibusdam Ecclesiis eius scripta recitentur.* Cuius vitam, vtique meritis insignem scripsit D. Gregor. Nyssen. D. Basilij Frater vterinus. Et inter alia de eo refert. *Nulla quippe dies, nulla nox, nulla diei, noctisque pars, nullumque breuissimum temporis momentum, in quo non vigiles ipsius oculi lachrimis conspicerentur perfusi* &c. Huius credo dedisse occasionem, quam ipsemet narrat, visionem, ex qua sic exhorruit, vt huius occasione tractatum ediderit doctissimum, cui præfixit titulum, *De timore animæ.* Dum die quodam, sic refert, quietus in angulo cubiculi sederet, considerationi mundi & omnium rerum vanitati intentus ac suspensus, quàm effrœnes sequantur homines tantas mundi vanitates. His occupatus, oculos attollit, Christum videt luce perfusum cælesti, Diuinæ Maiestatis throno residentem, qui sic illi: Cur mihi ex toto non seruis corde, ô Anima? cur tam negligens vitis, in oratione tepidus, in pietatis operibus marcescens? cur tead strictum meum non præparas iudicium? cur tot beneficiis, quibus te affeci, & afficio non respondes? *Ego anima, tui causa mortem oppetij, vt te sponsam mihi conciliarem, ego homo propter te factus sum, vt vitam tuam à corruptione liberarem, ego salutem tuam cunctis operibus meis paraui, ego cælestem thalamum tibi præparaui, Angelisque mandaui, vt tibi ministrarent; tu verò me cælestem sponsum, & ineffabilia dona, quæ tibi paraui spreuisti, me reliquisti, & inimicum tuum odio dignissimum concupiuisti.* Tanta Christus ei luce ostendit qualis esset Deus, quàm iustum ei seruire; quàm sibi hominem deuinciat; quàm terribile malum, eum offendere, etiam in paruis rebus, vt hunc in viro illo effectum fuerit operatus, quem ipse describit: *Ego, fratres in illa hora, coram Domino conflictatus, vehementer contremui, & expaui, præsertim dum formidabilia illa verba Domini, maximamque animi confusionem aduerterem, vnde defecit præ timore, atque confusione anima mea: cogitabamque, vbi me absconderem quòd tantam ignominiam ferre nequirem: dicebamque apud me: Venite montes, & me peccatorem, ac impium operite, & dimisso capite confusus, alta voce me ipsum deflere lamentabiliter cœpi, dicens: Cur ex vtero matris prodij?* &c. Examina, quælo, discrimen inter tuam, & D. Ephrem vitam, inter ipsius & tua scelera differentiam. Si talis hæreat ob lumen quoddam illi apparens, si adeò Sanctus hic pudore perfusus, hic, inquam, mundi contemptor, pœnitens, deuotus, ob minima peccata, si hæc ei coram tanta Maiestate, tam enormia videbantur, & ob illa tanto pudore suffusus ingemuit: quis te, horror inuadet, quis pudor, quis tremor, Milone veracior, æstuans libidine vindictæ, putris in luxuriam, insolens animo: cuius scelera multiplicata super capillos capitis tui, cuius nequitiæ ad summum omnium malorum verticem ascenderunt, & contra te in cælum iudicem supremum contestantur?

Huic visioni optimè conuenit, id quod D. Hieron. de seipso testatur, quando subitò arreptus & in iudicium coram tremendo Christi tribunali præsentatus obstupuit, cuius tanta erat claritas

a DIVVS EPHRE. *Lib. de patientia & consummat. sac.*

b *Lib. de Catal. Script. Eccles.*

D. GRE. NYSSEN.

IV. Exemplum de S. Ephrē.

claritas ac splendor ex eo cunctisque adstantibus dimanans, vt pronus in terra nec oculos quidem sursum tollere præsumeret, cœperunt eum igitur accusare, quod Ciceronianus esset, eo quòd cum delectatione sensuali opera Ciceronis evolueret: huic ei defectum tali modo obiecerunt, vt totus pudore suffusus, timoreque perculsus, & ipsas gehennæ flammas eligeret, vt se tantis eriperet angustiis. Idem dixero de eo quod de

D.M.Teresia. ipsa refert D. Mater Teresia, quando Dominus dignatus est illi splendida luce circumfusus apparere, & luce illa collustrata, ob suos quos videbat defectus veniales, ita verecundabatur, vt inferni cruciatus censeret multo tolerabiliores, & quo se verteret, ignoraret: addit his igitur: Considerani, si tale quid me ita terrefacit, quid erit iudicij dies, quando Maiestas illa se nobis offeret tanta claritate, & peccata, quæ

Lib. vitæ c. 40. commisimus, agnoscemus. Hæc meditare, mi charissime, quis ille sit Dominus, qui te iudicabit, & qualis veniet. *Cum venerit filius hominis in Maiestate sua.* Christi sequere consilium: *Vigilate itaque omni tempore orantes vt digni habeamini fugere ista omnia, quæ futura sunt, & stare ante filium hominis.* Verba, quæ attentam exigunt meditationem, præsertim vltima: *Vt possitis stare.* Hoc est, ne cadatis, nec vos aut euertat, aut deiiciat hoc Dei tribunal.

Luc. 21. 36.

Psalm 1. Occurrit huic Dauid, dum ait: *Non resurgent impij in iudicio.* Alij legunt: *Non consistent impij in iudicio* (vel) *non stabunt impij in iudicio.* O Domine, & quis coram tam tremendo stabit tribunali? *Quis stabit ad videndum eum?* ait Propheta, & Sapiens. *Quis stabit contra iudicium tuum? Contra iudicium tuum* (idem est, quod) *ante iudicium tuum* (sicut) *castellum quod contra vos est, id est, ante vos, aut coram vobis.* Semper vigilate, orate, pœnitentiam agite: *Vt possitis stare.*

Sap. 12. 12.

§. 8. Congregabuntur ante eum. *Secundum: Attende causarum discussionem: quâ se mundo purgabit. Quod Sapiens benè exposuit.*

Ps. 29

SEcundum nobis proponitur considerandum, nimirum, strictâ illa discussio, & causarum omnium inquisitio: hic diffinitiuè omnium filiorum Adam causæ terminabuntur. Ad hoc omnes, nullo deficiente, congregabuntur, & coram summo illo comparebunt tribunali. *Congregabuntur ante eum omnes gentes;*

Huron. Bapt. de Lanuza. Tom I.

& iam ante prædixerat Propheta Ioel: *Congregabo omnes gentes, & deducam eas in vallem Iosaphat, & disceptabo cum eis ibi.* Articulus est nostræ fidei certissimus futurum vniuersale iudicium. Cum tam certus sit, nullibi reperis, Christum dicere, illud futurum, sed semper illud tanquam adeo omnibus perspicuum supponit, vt nullo modo veniat in quæstionem: proinde modo, quando de illo nominatim agit, non dicit, quod veniet ad iudicium, sed illud quasi supponens ait: *Cum venerit filius hominis.* Ad quid igitur iudicij huius dies? Fide notum est, qua horâ quis moritur, eum illicò adstare diuino tribunali, iudicari, causam eius determinari in æternum, teste D. Paulo: *Statutum est hominibus semel mori, post hoc autem iudicium.* Ad quid secundum iudicium de iisdem causis; cum dicat Propheta Nahum: *Non iudicat Dominus bis in idipsum:* Annuo: post mortem hominem continuò iudicari sententiâ diffinitiuâ, à qua nulla detur appellatio, pariter: *Si ceciderit lignum ad Austrum, aut ad Aquilonem, in quecumque loco ceciderit, ibi erit.* Nihilominus necessarium est vniuersalis dicti iudicium, vt se in hoc Deus exoneret.

Ioel 3. 2.

Hebr 9. 27

Eccles. 11. 3.

Multi mundi cursum attendentes, opinati sunt, nullam esse in Deo eius prouidentiam, curam, regimen. Verè si rem penitus inspiciamus: domus videtur fatuorum lunaticorum, nec inuenias, secundam externam verisimilitudinem gyrgathum, qui magis proprie sic possit appellari. Vnde Philosophorum aliquos audiuimus semper effusos in cachinnos, & irridentes, quæ considerabant, disparata & inordinata; alios ea deplorantes. Quinimò & ipse Habacuc Propheta censebat, homines ita viuere omnis regiminis superioris expertes, vt pisces maris: Vbi maior minorem deglutit: *Facies hominũ quasi pisces maris.* Si hortum intrauetis ac videritis, spinas, tribulos, sentes, pinguiorem occupare partem, & violas, hyacinthos, cariophillon, aliosque flores odoratissimos in angulos retrudi, zizanijs suffocatos, quæ terræ pingue dinem exsugunt: ais: Hic nullus est, qui hæc moderetur hortulanus. Si fritillum videas, vbi inuerso stant ordine taxilli; pedes in loco regis, equus, in loco regiæ, seis iudicium: non est qui hic ludat, qui taxillos, suo reponat loco. Vides hanc mundi tabulam: O quam incongruè collocati sunt taxilli? Videbis in throno regali Herodem, Ioannem verò fœtido reclusum carcere. Imperantem Neronem, crucifixum Petrum: crudelem epulonem, diuitijs

Habac. 1. 14.

II. Mundus videtur domus esse fatuorum.

ad luxum sic affluentem, vt & canes essent de eius mensa saturi, & mendicum pium Lazarum, qui nec micis decidentibus posset saturari; Auarum vsuratium, cuius instar spumæ domus accreuit, at solis clausa pauperibus, virum vero misericordiæ, pietatisque meritis præfulgentem calamitatibus oppressum, cuius corruat domus, vt nec sustentaculum habeat, quo fulciat collabentem. Cæteris præeminere, imperare cæteris, quos puteo demergi reposcunt demerita, & obliuioni dari, eos in tristes reiici angulos, qui honoratissimas & altissimas merentur cathedras: pessimos videas prosperitatibus lætantes; optimos miseriis oppressos: illos Iouis in gremio, hos autem, omnibus ærumnis vitam ducentes afflictissimam. Hoc Salomonem rapuit in stuporem, ob quod asserebat, mundum redundare vanitatibus; & quod solus iumitus eorum, quæ in illo fiunt, grauiter premeret cor suum, ac spiritum mœrore consumeret. *Vanitas & afflictio spiritus. Vidi sub sole in loco iustitiæ iniquitatem. Vidi seruos in equis, & Domines ambulantes super terram, quasi seruos.* Videbat quasi superficialiter in omnibus casum & fortunam, nec quidquam secundùm rectam dirigi, & procedere rationem. *Vidi sub sole, nec velocium esse cursum, nec fortium bellum, nec sapientium panem, nec doctorum diuitias, nec artificum gratiam, sed tempus, casumque in omnibus.* Fuit opinio hæc, non tantum inter eos qui publicè, vt stulti in mundo habebantur, velut Epicurei, qui vt sibi bonos indulgerent dies, docuerunt, præter nasci & mori esse nihil vt refert D. Clemens Alexand. quinimò & multi, qui inter sapientes numerantur, arbitrati sunt, hunc à Deo mundum haudquaquam gubernari: & licet illic in cælo Maiestatis suæ haberet palatium, tamen ea quæ infra lunam nubesque fiant negligere, & si cuncta euertantur, inuertantamur susque deque; parum illi referre, de quo hoc proferebant iudicium: *Circa cardines cæli perambulat, nec nostra considerat.*

Eccles 3.
Eccles. 10. 7.

III. Philosophi Dei negarunt prouidentiam.

Eccles. 9. 11.

Lib. 1. Stromat.

Iob 22. 14.

☞ 30 Aduertit autem D. Clemens, Intereos, Aristotelem hanc opinionem morditeus defendere, quem vt philosophiæ facile principem venetamur, qui, ait, insuper & quodam S. Scripturæ testimonio illud confirmabat; (de quo idem dicit, multos Philosophos notitiam habuisse S. Scripturæ) *Domine in cælo misericordia tua, & veritas tua vsque ad nubes.* His annectit Theodoretus, quod Nicomachus Aristotelis filius, eandem cum patre sententiam tenuerit ac docuerit, quam prædicta confirmabat ratione. Quis non miretur, quàm suspensus hæserit hac opinione Cicero, de qua ipse fusè disputat dubitans, in persona Telamonis, num dij mundi gerant curam? Si enim eius haberent prouidentiam (ait) extra dubium est, reperenderent bona bonis, & malis mala. *Si dij homines curarent, deberent bona bonis, mala malis inferre.* Hoc autem (inquit) non tantum non faciunt, quinimò contrariè oppositum videmus enim iustos oppressos persecutionibus, laboribus fatigatos, malorum manibus trucidatos; malis vero omnia ex votis succedere, esse diuites, sanos, quietos, honoratos. Huius intuitu catalogum recensetvirorum tam antiquorum, quam sui temporis: qui licet iusti, speculà virtutum, omnem tamen suam vitam traduxerunt in ærumnis, & tandem infeliciter discesserunt. Duo illi Scipiones, toto mundo celebertimi: in bello Hispanio miserè obierunt. Marcellus manibus Hannibalis pertit, & Africanus, omnium ore laudatus, sub ruina domus suæ interiit. Anaxarchus Democritus iussu tyranni Cyprij membratim diuiditur Zeno sapientissimus acerbissimis doloribus occubuit. *Quid dicam* (ait) *de Socrate, cuius morti illachrymari soleo, Platonem legens.* Sic de multis idem probat. In contrarium, videmus scurras, nebulones, fortunatissimos, & quo imprudentiores ruebant in crimina, eo viuebant fortè feliciori: Adsunt, Pisistratus, Phalaris, Apollodorus, iustorum oppressores, omnis virtutis inimici: ditissimi, filij olbæ gallinæ, vita quietissimi: digito signatur Dionysius Siculus tyrannus, sacrilegus etiam templorum prædo, ipsorum latro, ac ludio Deorum: hinc omnia ita ex animi decreto succedebant, vt ipsemet mitaretur: dum enim in Siciliam nauigat, ita prospero vrebatur vento, vt quasi Deos irridens, sociis diceret: *Videtis amici, quàm bona à diis immortalibus nauigatio sacrilegis detur?* Et hoc, inquit, ei gradum fecit, ad turpiores nequitias: cum videret, quod quo sceleratior viueret, eo euaderet felicior. Hunc ne quidem aut fulgur, aut pestis abstulit, nec eum domus ruina suffocauit, sed ætate grauis in lectulo suo, pacatissimus obdormiuit: heredem filium instituens eorum omnium, quæ rapina fuerat deprædatus. *In lectulo suo mortuus, potestatem quam ipse per scelus erat nactus, quasi iustam & legitimam, hereditatis loco, filio tradidit.* Insuper ob hoc & ipse Diogenes Cynicus, aiebat: dormire Deos.

Cicero Lib. 3 de natura Deorum ad fin.

Deos: eo quod videret latronem Harpalum, quo nefandiores committeret rapinas, & iustorum sanguine macularet manus, eo lætiori gauderet prosperitate. Quis talia considerans, credat huius mundi cura Deos detineri? Hæc verba sunt Ciceronis.

☞ 31 Porrò ex hoc errore te liberat Apostolus, dum eam opinionem, vocat inanem fallaciam, Col 2. 8. & irrationabilem philosophiam: *Videte ne quis vos decipiat, per philosophiam, & inanem fallaciam.* Docet autem vera ac subsistens philosophia, quòd Deus mundum creauerit, & creatum mundi ipsius non committat voluntati, sed ipse regiminis eius clauum teneat, omnibusque quæ in eo fiunt supremus præsit gubernator; qui sapientissimè cuncta disponat, vel faciendo, vel permittendo. Quia verò hominum iudicio tam multa fiunt incongruè, peruerso ordine, rationi contraria, & ea non tantum diuino regimini, verùm & sapientiori hominum discursui repugnantia, necesse est diem quendam signare, in quo Deus seipsum exoneret, detque omnium rationem; nihil enim est, quantumlibet minimum, quod suam non habeat rationem. Hanc rationem subtiliter stabiliuit Elihu amicus Iob in illis mutuis altercationibus, quas ipse Iob proponit. Supponit hoc principium: quòd Deus mun- Iob 34. 13 dum moderetur. *Quem constituit alium super terram, aut quem posuit super orbem, quem fabricatus est?* Indubium est, quod Deus per se creauit cælum & terram, nullâ alia creatura in auxilium aut consilium cunctis adscita disponendis, sed ita vt disposuerat, voluit vt manerent; nec eius conuenit bonitati aut sapientiæ, eo cuncta ordine creare, & demum illa deserere: quia ad hoc, quid necesse tam magnificam exstruere molem, suæ dignam congruamque potentiæ? quocirca aut sua auctoritate constituere quemquam debuisset, qui curam gereret huius immensæ Reipublicæ, qui Dei fuisset Vicarius, vel ipse in se huius regiminis curam onusque suscipere; Rectorem nullum nouimus, cui regimen hoc commendauerit: ipse ergo sibi hanc suptemam mun- D. Gre. Lib. 24. Mor. c. 16. di dispositionem reseruauit; quasi diceret (Interprete D. Gregorio:) *Per se quidem mundum regit, qui per se condidit, nec eget alienis adiutoriis ad regendum, qui non negligit, quod creauit. Quod bene creauit, vtique bene regit: quia quod piè condidit, impiè non disponit. Et qui necdum facta creauit vt essent, qua facta sunt, nunc non deserit.* Regit Deus hunc mundum, & in eo aduertimus ex nostro sensu tot incongrua, tot stultas confusiones: optimos plagis exceptos, pessimos honoribus auctos: qui probroso in stipite exsiccandus fuerat, in throno residet, & cui talis conueniebat sedes, patibulo affigitur: qui carceri mancipandus, liber incedit; qui liber euadere debuerat, hic ergastulo concluditur. Num hæc igitur ita Deus facta dimittet: *Viri cordati audite me, Absit à Deo impietas, & ab Omnipotente iniquitas. Opus enim hominis reddet ei, & iuxta vias singulorum restituet ei.* Nullam Deo adscribatis iniustitiam, nec eius regimini defectum: audite solutionem meam *Viri cordati.* Quam si audieritis, hinc colligetis, de necessitate iustitiæ requiri diem, quò Deus suam probet animi integritatem, & toti mundo propalam faciat, detque rationem ob quam, eorum omnium quæ hic contingunt; offendat autem, hæc facta, disposita, permissa, summâ quadam sapientia, ac irreprehensibili æquitate: idem definiat omnium lites, cuique pro meritis supplicia decernat aut præmia. *Opus hominis reddet ei &c.* Iob 34. 10

Hoc idem sensit Salomon, factus tam sa- 32
piens ac cordatus, vt liber ille Ecclesiastes testatur. Oculos, inquit, in mundum conieci, & vidi cuncta inuerso geri ordine. *Vidi* (inquit) *in* Eccl. 3. 16 *loco iudicij impietatem, & in loco iustitiæ iniquitatem.* Considerans tantam deordinationem: *Dixi in corde meo: Iustum & impium iudicabit Deus.* Hico certam hanc elicui conclusionem: fieri non potest, vt sic cuncta permaneant: horum debet Deus reddere rationem: dies præscribendus, quos illam in totius mundi corona reddat in sui exonerationem. Hanc rationem, ex sensu D. Basilij, vt firmam voluit Deus fundare primis ipsis Sacræ Scripturæ verbis. Intendit nobis edicere, quòd qui mundum condidit, fuerit Deus: *In principio creauit Deus cælum & terram.* Ex Hebræo, Gen. 1. 1. vt prædiximus, legimus *Heleim*: Deus Iudex. q. d. In principio creauit Iudex cælum & terram, id est, vniuersam hanc maximam machinam. Dic (quæso te) historiographe sacratissime, vt quid Deum iudicem vocas? quid iudici cum creatione mundi? Creatio opus est omnipotentiæ, ac proinde conformiter dixisses: Creauit omnipotens. Ex diuino fuit hoc consilio? sit Dom. Basilius inter se connectere, mundi iudicium, quod in mundi fine celebrabitur, eiusdem creationi, Hom. 1. in Hexam.

IV. Adstruitur Dei prouidentia.

V. Iudicij exspectatio solatur iustos

quæ mundo dedit esse ac principium : vt intelligamus, quòd qui eum condidit, de manibus suis non dimittat, & tanta regat sapientia, vt ei finem imponat iudicio quodam vniuersali, in quo de eius optimo constabit regimine, & satisfaciet super his, quæ in illo transacta sunt, à primo die creationis, vsque ad vltimum quô terminabitur.

Hæc fuit ratio Salomonis, quia iustos solatur, quos mundus ducit afflictos, & calamitosos. Postquam illis multa dixit præclara ad eorum consolationem, qua ratione, scilicet, Deus illis sua gratia ac beneficiis succurrat, quàm velox sit eorum in orationibus ac desideriis exauditor, vt lucem infundat, qua illis suis in afflictionibus opituletur, & iam quasi nihil vltra foret dicendum; feruenti quodam spiritus æstro, velut extra se raptus, quo simili postmodum Christi Apostoli repleti sunt, vt ipsos ebrietatis, & musto plenos accusarent, sic ait: Multa dixi, verumtamen. *Adhuc conciliabor vt enarrem, vt furore enim repletus sum.* Adhuc mihi superest quod dicam, in maximum vestrum emolumentum, consolationem, & institutionem. *Obaudite me diuini fructus, & quasi rosa plantata super riuos aquarum fructificate.* Iustos vocat fructus diuinos, admirabili mysterio, vt declaret, illos esse quos Deus requisiuit, quando mundi condidit hortum, sicut ille, qui hortum plantat, id quod prætendit, fructus sunt. Ita de iustis, loquitur Esdras: *Propter nos vtique facta est sæculum.* Proinde illis collectis: peribit mundus, Obaudite me viri iusti, ait Salomon Non tædeat seruire Deo: patienter agite, solamini in Domino; germinent diebus singulis vt rosæ fragrantissimæ, ac formosissimæ bona vestra opera: perfectè tacete, & pro omnibus, quæ passi fueritis, Deo agite gratias, in paupertate, infirmitate, persecutione, calamitate, rerum inconcinnitate, & calumnijs. *Benedicite Dominum in operibus suis, date nomini eius magnificentiam & gloriam: opera Domini vniuersa bona valde:* hæc nouerit is, his firmam adhibete fidem.

Eccl. 39. 19.

4. Esd. c. 5. 55.

Quomodo ergo, Domine mi, aduertimus tantam deordinationem, tantam iniustitiam, tantas iniurias, nequitias tantas? qua ratione radicem figant monstra impietatis, & eruantur sanctissimi? qua ratione diuitiæ ad crudelissimos deuoluantur, qui his æternum pereunt, & premit viros misericordiæ rerum inopia? Ne crediderit (inquit) hæc Deum ignorare, vt-

33

que ad ipsos atomos in aëre volitantes, omnia oculis eius sunt præsentia. *Opera omnis carnis coram illo, & non est quidquam absconditum ab oculis eius. A sæculo, & vsque in sæculum respicit, & nihil est mirabile in conspectu eius.* Præclara verba. Admiratio nascitur ex eo quòd effectum videas, cuius causam ignores. In conspectu Dei nihil est mirabile eorum, quæ in mundo fiunt, habent enim omnia in ipsius prouida sapientia rationem. Tu, qui horum ignoras rationem, admiraris. Non vero Deus, quod miretur habet: quia in conspectu eius, omnia habent causam, ex sua diuina sapientia dispositam aut agendo aut permittendo. Secundum hoc, non te molestes, interrogando, inquirendo, rerum rationes; quia ad hoc præstituit Deus tempus, quo eas, dilucidè, & euidenter declarabit. *Non est dicere: Quid est hoc, aut quid est istud? Omnia enim in tempore suo quarentur.* Quid frustra quæris: *Quare via impiorum prosperatur?* Cur regnet Herodes, cur Ioannes in carcere? Cur libidinoso sanitas, casto infirmitas? Cur iniusto regimen, iusto autem subiectio? Scito omnia habere rationem suam cui reddendæ statuitur illud iudicij tempus: medò verò, nullò modò de his inquirendum. *Nolite ante tempus iudicare, quoad vsque veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, & tunc laus erit vnicuique à Deo.* Deus bone, & quod erit illud tempus, tam horrendum? quis dies ille tam tremendus, quo Deus omnium reddet rationem? *Omnia in tempore suo quarentur.* Cur mortuus inuenis, cuius vita tanti censebatur momenti, & vsque in senectam & senium superstes ille, qui non nisi, vt aliis inferat damna, committatque iniustitias, viuere videbatur? Vt quid ille submersus aquis, familiæ suæ tam necessarius, ille vero eripitur, qui non nisi vt eam euertat, vitam agit? Cur vitis, Reipublicæ pestis, tumultuosus, moritur autem pacificus, defensor? Cur opibus abundat, qui illis in aliorum abutitur detrimentum; et vero deficiant, qui eas misericordiæ impenderet operibus? Cur peruersus tenet clauum tyrannus, nec se vir piissimus valet defendere, factus ouis instar mansuetissimæ? *Omnia in tempore suo quarentur.*

Eccl. 39. 20. Hier. 12. 1

1. Cor. 4. 5

34

Hunc diem iudicij vocauit D. Petrus. *Tempus restitutionis omnium.* D. Irenæus legit: *Tempus dispositionis.* Id est, omnia suo loco constituendi: Nunc male dispositus fritillus auersus est ordo taxillorum; tunc quilibet suo restitue-

Actor. 3. 21. Iren. Lib. 3. c. 12.

tur loco. Nunc paupertas & calamitas in domo hospitantur viri iusti, diuitiæ vero & tranquillitas in domo nebulonis ; tunc restituentur omnia & in propria domo collocabuntur. Tertullian. legit : *Tempus exhibitionis* : quod tunc cuique sua condigna merces exhibebitur. Admiremur autem nostram lectionem : *Tempus restitutionis.* Nunc sunt omnia extra suos Dominos : paupertas, calamitas, infamia, afflictio, apud viros iustos : opes, gloria, quies, exultatio apud nefarios. Cuique restituetur id quod suum est. Tunc reuerteretur ad D. Paulum caput sibi à Nerone resciſſum. D. Bartholomæo pellis, quam ei tyrannus dilacerauit. D. Apolloniæ dentes, D. Agathæ mamillæ & pectus &c Implebitur verbum D. Augustí. *Carnem tuam vsque ad numerum capillorum reddet tibi* ; Valde congruè illi verbo, quo Christus suos est consolatus : dum ait credite : *Sed & capillus de capite vestro non peribit : & capilli capitis vestri omnes numerati sunt.*

VI. Hoc vires & alas addidit fortissimis illis Machabæis, quorum tam celebre exstitit martyrium, vt Spiritus S. eius enarrationem humano calamo, & de eo solo inter illorum veteris testamenti virorum præclariora facinora, diem agit festum Ecclesia Catholica, & ipsis solis templum erexit Antiochiæ illustrissimum, singulari quodam mysterio, quod ex intentione notat D. Augustí. Septem hi erant veterini fratres, in quos impius ille idololatra Rex Antiochus intendebat omnem suam quâ contra Deum feruebat, populumque Israelem, rabiem exercere. Et primogenito exuto corporis exuuio per carnifices sæuissimos, manibus, pedibusque præcisis : & in ignita frixo sartagine, dum alter in arenam prodit, maiori patiendi ardore incensus, quàm ipsi satellites torquendi : in extremo constitutus spiritu, conuersus ad tyrannum sic ait : *Tu quidem scelestissime in præsenti vita nos perdis. Sed Rex mundi, defunctos nos pro suis legibus in æterna vita resurrectione suscitabit.*

Tertium arripiunt cruciandum ; & quia tanto animo fidem confidebatur, iussit ei linguam extrahi, vt eam tortores dissecarent, illico linguam protulit, & manus quàm potuit latissimè extendit : dicens : Seca, prodior, dissecta, patum est, linguam, quin & manus : nec tibi persuadeas, me propter hoc illas perditurum, minimè ; sed Deus, qui mihi illas dedit, pro cuius fide & legibus illas modo deperdo, easdem mihi restituet immortales, triumphis honoratas, & gloria, in resurrectione. *E cælo ista possideo, sed propter Dei leges, nunc hæc ipsa despicio, quoniam ab ipso me ea recepturum spero.*

Quartus eodem modo inter ipsos sæuissimos cruciatus, quibus ad vitæ metam propinquabat, ait : Id ago, quod agendum est iis, qui ad mortem traduntur ; scilicet, Deo fido, scius, quidquid modo demunt corpori carnifices, illud Deum redditurum in die resurrectionis, mille modis perfectiùs. *Potius est ab hominibus mortidatos, spem exspectare à Deo, iterum abeo suscitandos.* Nec mirum hac consideratione sese cunctos præmuniuisse, illâ enim eos pia mater edocuerat ; mater, inquam, tanto digna præconio, vt Spiritui sancto verba deficere videantur ; nostro loquendi modo, vt eam pro merito collaudet. *Supra modum mater mirabilis, & bonorum memoriâ digna.* Mater admirabilis, in ore in oculis Dei, cogita qualis illa foret ? Illa præsens filiorum suorum martyrio, hac eis magis principali ratione dabat animos, erigebat, confortabat. O dilecti votorum meorum, charissima pignora, recordamini, quòd vobis tantummodo corpus fragile meis in visceribus dederim ; Deus est, qui vobis animam, spiritum & vitam infudit ; & qui vobis illa dedit, eam reddet multo perfectiora, vt ne capillus quidem vobis depereat. *Spiritum vobis iterum cum misericordia reddet, & vitam, sicut nunc vosmetipsos despicitis propter leges eius.* Perpende verbum illud : *Reddet* ; quod declarat, id quod præ manibus habemus quòd dies ille, dies erit restitutionis.

Hoc idem contigit magnanimo ac nobili illi Principi Raziæ : quem licet damnent aliqui : vtpote D. Augustí. *a* Item D. Thom. *b* quia seipsum interemit. Nihilominus noster celebris Doctor Fr. Franciscus de Victoria *c* eum excusat, & laudat asserens, eum hoc feciſſe interiori motione Spiritus sancti vt Samson, cui fauere videtur ipse Spiritus sanctus dum de illo sic loquitur : *d Razias gladio se petiit* : cui statim addit. *Eligens nobiliter mori.* Vir hic fidelissimus, vt se Dei inimicorum vidit coronâ cinctum, ab illis fortiter pressum, qui illum à Dei lege detrahere conabantur, & ad eius impellere prævaricationem ; aperto hianteque ventre sanguine fluens, voluit animi sui in obseruanda Dei lege declarare fortitudinem, ob quam tam grauia patiebatur, & securam fiduciam, quam in Deum habebat ; arreptis ergo manu propria visceribus, & eiusdem intestinis, ea in ipsos, qui eum ad mortem quærebant, proiecit inimicos, quasi illa ipsis traderet vltroneus, *Inuocans dominatorem vitæ ac spiritus, vt hæc illi iterum restitueret* ; quæ

Tertull. Lib. de resurr. car. c. 23.

D. Aug. ser. 4 de verb. Domini c. 4. Tom. 10. Luc. 12. 7.

Iudicij expectatione roborantur Machabæi. Serm. 109. de diuers. 3 & 4 & ser. 110.

2 Mac. 7.

a Epist. 61. ad dulcit. & l. 2. contra Epist. Gaudentij. b 2. 2. q. 64. a. 5. ad vltim. c Relect. de homic. d 2. Mach. 14. 42. VII. Similiter & Razias Princeps.

» quæ ob eius legis obedientiam libens effuderat. Ecce qua ratione dies iudicij futurus sit dies re-
» stitutionis.
»

§. 9. Congregabuntur ante eum &c. *Deus omnes congregabit, & malos, bonorum conuincet virtutibus : sicut dixerunt Henoch, Moyses & Dauid.*

☞ 35 AD faciendam hanc inquisitionem, & causarum discussionem, *Congregabuntur ante eũ omnes gentes*; omnes, boni, mali, iusti, peccatores, magni, parui. Congruum est autem hoc, ad bonam discussionem, quę facienda est in corona totius mundi. Ita iam ab exordio mundi prædixerat Henoch, ita notante D. Iuda Apostolo.

Iuda v. 14. *Prophetauit de his septimus ab Adam Henoch dicens : Ecce venit Dominus in sanctis millibus suis, facere iudicium contra omnes, & arguere omnes impios, de omnibus operibus impietatis, quibus impię egerunt. Arguere*, idem est quod, *conuincere*, vt exponit D. Thom. eo modo, quo D. Paul fidem dicit : *Argumentum*. Quod significat, vt alij legunt. *Conuictio* : quia, ad credendum res supernaturales, id quod intellectum conuincit, & ligat,

In c. 11. ad Hebr. & 2.2.q. 4.a.1. non est ratio naturalis, sed fides. Veniet ad iudi-

Hebr. 11.1. cium *in Sanctis millibus suis, arguere omnes impios ideſt conuincere* &c. Possumus autem hoc declarare, illa visione Moysi : Vidit hic Deum in monte Pharan, qui secum duceret multa sanctorum millia, pariter in manu sua igneam legem :

Deut. 33. 2. *Apparuit Dominus de monte Pharan, & cum eo sanctorum millia : in dextera eius ignea lex, dilexit populos. Omnes sancti in manu eius sunt.* Video Prophetam Isaiam, qui hanc nobis explanet visionem : dicatque montem Pharan esse locum iudicij : eo quod Pharan significet diuisionem : & hæc in iudicio peragenda creditur, vt dicit Christus in Euangelio, *Separabit* : proinde vocatur ab

Isa 28. 1. eo, mons diuisionis : *In monte diuisionum stabit Dominus* : O quæ hic non fient diuisiones ? Ad hoc iudicium & inquisitio. *In dextera eius ignea lex.* Ignea vocatur : quia lex est amotis, respen-

Psal. 18. 9. dens & clara, vt de ea sit præfatus Dauid : *Præceptum Domini lucidum illuminans oculos.* Hanc ad iudicium trahet : est enim velut commentarius quidam, ex quo sunt omnes iudicandi. Hoc aut illud tibi præcepi, videamus qualiter obedieris. Porro non tantùm legem adducet, sed & sanctorum millia, qui ob custoditam legem, sancti fuerunt *Cum eo sanctorum millia, in sanctis millibus suis.* Ad quid ? *Arguere impios*, eorum replicas refutare. Adesto vindicta flagrans ; *Ignea lex.* Ego tibi præcepi : *Diligite inimicos vestros* &c. Verùm quomodo illos non tantùm tu non dilexisti, sed insuper & odisti ? Replicabit ille : Domine, vir eram honorabilis vniuersæ plebi & Reipublicæ, ne verò honori meo derogarem, ne me pusillanimem arguerent ; homo eram, & vt sanguine bulliens, ira bileque succensui &c. *Sanctorum millia.* Prodeat Ioseph : qui vt tu, toti Ægypto venerabilis : suiuplius tamen redemit venditores. Adsit Dauid : maiori te multo pollens auctoritate, hic eius conseruauit vitam á quo ad mortem quærebatur. Tertius sit D. Stephanus ; homo titulis multis præclarus : hic pro lapidantibus orauit genuflexus. Prodi scortator impudicissime. *Ignea lex.* An non tibi mandaui, carnem tuam mortifices, inhonestis abstineas operibus ? Domine, debilis eram & humanus. *Sanctorum millia.* Adstet Sancta Agnes virgo tenerrima, duodennis, quæ hos omnes affectus animosa superauit. Vnus Paulus, infirmus, qui hanc carnem castigans in spiritus redigebat seruitutem, vt ouem mansuetissimam. Vem auri cupidissime. *Ignea lex.* Negare num poteris meum de dando eleemosyna præceptum, de misericordiæ viscceribus pauperi exhibendis ? Domine, nimiá grauabar familia, ac prole numerosa, ne mihi igitur deesset, prouidus timebam. *Sanctorum millia.* Te conuincit Abraham tantá dies familiá, vt ex vernaculis, ad trecentos numeraret, nihilominus misericors inquirebat peregrinos &c. Adesto ventris tui cultor, vini pernicies. *Ignea lex.* Quid tibi sæpius inculcani quàm ieiunium, carnis macerationem, corpori castigationem ? Domine : eneruus eram *Sanctorum millia.* Viden' D. Franciscum, vix ossibus hæret : cuius tamen vitæ decem fus, continuum fuit ieiunium ad stuporem strictissimum. Eius sit comes D. Dominicus qui carnem suam singulis diebus tribus excipiebat disciplinis vsque ad sanguinis effusionem.

Hoc cecinit Dauid in laudem Sanctorum in 36 die gloriæ Christi & Sanctorum : *Exultabunt sanctis in gloria.* Gloria nimirum iudicij de quo D. Paul. *Veniet glorificari in sanctis suis.* In illo die : *Gladij ancipites in manibus eorum, ad faciendam vindictam in nationibus, increpationes in populis, ad alligandos reges eorum in compedibus.* Erunt eorum pia opera, vt gladij ancipites, qui vestras dissecabunt excusationes, vt ne hilum supersit, cui innitantur : erunt fortissimæ catenæ, compedes ferrei, qui manus, pedesque constringant peccatorum, vt nec possint euadere, nec rationes obtendere, nec quærere diuerticula.

Ps 149. 5. 2. Thess. 1. 10.

Ad

Ad alligandos reges eorum in compedibus &c. Hinc vitæ vestræ sumetur reprehensio, eiusque condemnatio. Quid igitur, ô proditor fortior esse debet, quam tu, virgo tenerrima? debilis religiosus? An non tu, quod illi cum & eodem gaudeas Deo, & tibi promissam habueris gratiam, & ad manum eadem Sacramenta. Hinc ex D. Augusti habemus expositionem eius visionis, de qua supra meminimus, vbi ait D. Ioann. coram throno coadunari mortuos omnes, vt iudicentur: ad eorum vero terminandas causas: *Libri aperti sunt* &c. *Et iudicati sunt mortui ex his, quæ scripta erant in libris.* Qui libri etunt hi? Sancti (respondet D. Augusti) in quorum cordibus, & moribus distinctius scripta videbitur Dei, ac mandatorum eius iguea lex, quàm in illuminatissimis libris: quorum possint dicere singuli: *Legem tuam in medio cordis mei.* Ex illis constabit non minus potuisse te Dei leges obseruare. Homines fuerunt tui similes imbecilles, carne & ossibus compacti, qui ieiunia, qui sentiebant disciplinas. Eorum castitas tuam arguet lasciuiam, eorum abstinentia tuos luxus, eorum recollectio tuam libertatem, eorum orationes tuas distractiones, eorum silentia tuam loquacitatem: & tot contra te tuæ malitiæ videbis iudices, quot illic aderunt sancti, qui omnis nequitiæ expertes Deo seruierunt. *Væ mihi* (gemit D. Augusti. *tot iudicibus inops adstabo, quot me in bono opere præcesserunt, tot arguentibus confundar, quot mihi præbuerunt bene viuandi exempla: tot conuincar testibus, quot me monuerunt profectu sermonibus, seque imitandos iustu dederunt actionibus.*

Ad rem nostram ponderat D. Gregor. verba illa Iob: *Instaurias contra me testes tuos, & multiplicas iram tuam aduersum me, & pœna militant in me.* Testes Dei, sunt sancti (*Antipas testis meus fidelis*: ait Deus) testes sunt, qui apertè probant, quòd Dei possis legem obseruare, esse perfectus, si velis. Illos tunc restaurabit, quando eorum vitam in lucem proferet. Ex illis tantâ suffunderis verecundia, vt ipse tuam sis sententiam approbaturus, ignes aduocabis æternos, & pœnas contra te gehennales. His satis conformiter locutus est Dauid Psalmo illo 49 quem exponit D. Augusti. qui quasi terribilis præco diem hunc proclamauit: proinde sic exordiur voce præconia. *Deus Deorum locutus est.* q. d. Audite, quæ vobis significentur, quid vobis dicat *Deus Deorum.* Hoc Epitheto *Deus Deorum* supremam Dei demonstrat maiestatem. Hoc enim nomen est præcellentissimum, quo viri alicuius possit auctoritas declarari si illum Deum voces.

Nec cogitari quid altius potest: licet quis sit adeo vanus & stultus, vt Nabuchodonosor Rex Babylonis, de quo Propheta Daniel aut Pharao Rex Ægypti, de quo Ezechiel, vel ipse Lucifer. Illa igitur proclamatio non est Dei, cuiuslibet sed supremi. *Deus Deorum*, cuius comparatione, nihil habet esse, aut virtutem, aut valorem, aut diuinitatem. Ille nimirum est Deus, cuius nomine Dauid id toti mundo loquitur. Et quid annuntias? *Ex Sion species decoris eius, Deus noster manifestè veniet.* Notat hic Dauid (ita eum interpretantur D. Athanas. D. Didymus D. Cyrill.) duos aduentus: primus erit, quando apparebit in Sion, id est Hierusalem, pulcher, mansuetus, humilis, peccatores suâ inuitans misericordia, gratiâ allicions, & conuocans venditione. In hoc venit ita absconditus, vt nec eum potuerint cognoscere in mundo, quin potius ignoratint. *Nec reputauimus eum.* Non Deo talis videtur habitus conuenire, cum fuerit humilis, abiectus, passibilis. *Verè tu es Deus absconditus.* Ait idem Propheta postquam illum attentius considerauerat. Secundus vero aduentus apertus erit, in maiestate diuina, & suprema celsitudine: *Deus manifestè veniet.* Et qualis veniet? veniet vociferans, rugiens, comminans, *Deus noster & non silebit.*

De primo aduentu prædixerat Isa. *Non clamabit, neque accipiet personam, nec audietur vox eius foris.* Viden' an talis non fuerit coram Anna & Caïpha Principibus Sacerdotum, ita vt necessè fuerit eum per Deum viuum adiurari, vt vel vnicum proferret verbum. Coram Herode ita obmutuit, vt eum instar stulti irriserit, & vt talem, veste candida vestierit: quia: *Non respondit ei ad vllum verbum.* Coram Pilato, quasi elinguis steterit, *Ita vt miraretur Præses vehementer.* Porro in secundo aduentu, non tacebit: quid ergo? audi Isaiam. *Tunc Dominus vociferabitur, & clamabit: Tacui, semper silui, patiens fui, vt parturiens loquar.* Tu verò ô Rex piissime, dic nobis, qualis veniet? *Ignis in cōspectu eius exardescet, & in circuitu eius tempestas valida.* Verba hæc pluribus redundant mysteriis, quàm litteris: q.d. ait Hesichius venient emittens fluuios igneos, vt eum vidit Daniel, quod *Fluuius igneus, rapidusque à facie eius egrediebatur.* In primo aduentu coronatus apparuit misericordiis, vt eas concederet, illis alios inuitabat, tunc verò, *In circuitu eius tempestas valida*; veniet circumuallatus tempestatibus, horrendo [illegible]

Ad. 10. de ciuit. 14. Tom 5.

Apoc. 20. 12.

Psal. 8.

D. Aug. l. Medit. c. 4 To 9.

l. 9 mor. c. 34. ad 10. 17. Apoc. 2. 13.

1. Testes Dei sunt Sancti.

l. 10. de ciu. c. 24. Psal. 49. 1.

In Catena Græca.

Dan 3.
Ezech. 28.

In Catena Græca.

Isa. 53. 2.

Isa. 45. 15.

37

Isa 42. 2.

Matt. 27. 14

Isa. 42. 13.

Psal. 49.

In Catena Græca.

Dan 7. 10.

truis, fulgetris terrificis, turbinibus, ventis inuicem contrariis. *Aduocabit cælum desursum, & terram discernere populum suum.* Venit, & vult discernere, & definire omnium hominum causas: ad hoc autem, aduocabit cælum & terram, vt sint iusti sui iudicij testes oculati. Vocauit olim Deus per Moysen (inquiunt D. Didymus *a* & D. Chrysost. *b*) cælum & terram in testes, quando dedit legem suam: præmia obseruatoribus, & pœnas decernens præuaricatoribus. *Testes inuoco hodie cælum & terram.* Sint illi quoque testes iustæ condemnationis. Vel indicat, tam publicum fore illud iudicium, vt futurum sit in consessu cæli & terræ: formula, quâ solemus declarare rei alicuius summam publicationem. Quid intendit? *Discernere populum suum.* Expedire rationum codicillos, aream suam ventilare, dare vnicuique quod suum est. Ad hoc quid faciet? Primum: *Congregate illi sanctos eius, qui ordinauerunt testamentum eius super sacrificia* Videtur colloqui Angelis, quibus præcipit. Segregate mihi ab vna parte sanctos, statuite illos seorsum: illos, inquam, quorum omnis actio fuit & vita, seipsos mihi litare in sacrificium, testamentum & legem diuinam obseruantes. Ad quid hoc? Vt per sanctam illorum vitam aliorum peruersa condemnetur, vt ipsi cæli Dei iustitiam voce præconis euulgent. *Et annuntiabunt cæli iustitiam eius.*

a In Catena Græca Psal. b In illud Isaiæ: Vidi Dominũ. Deut 30. 19.

Quomodo respondebis epulo, te ieiunare non potuisse, cernens illic tot, tam debiles, qualem te fingis, imo & debiliores, qui tam abstemij vixerunt? Quomodo replicabis effæminate, carnis non valui superare voluptates; ecce tibi tot puellæ quæ tot præclara de carne sua trophæa erexerunt? quid obiicies vltor iniuriæ irreconciliabilis: honori tuo derogandum, si calumniatori parceres, beneuolus. Viden', tot ad supremos euectos honores: quibus nihil adeo curæ fuit, quàm benefacere, his, qui eos oderant, & preces fundere pro suis interfectoribus? Post hæc verba, ponit Dauid, nomen. *Selach*, de quo sancti Doctores multa dicunt, & communiter concludunt significare stentoreæ vocis elevationem: & adhuc maioris considerationis: declarando, quòd Dauid quasi attonitus, & sursum elatus in contemplatione eorum, quæ dixerat, hæsitaret. Demum Psalmum concludit, ad peccatores conuersus, Dei suique oblitos, eis acclamans, vt in se reuertantur: *Intelligite hæc, qui obliuiscimini Deum, ne quando rapiat, & non sit, qui eripiat.*

§. 10. Congregabuntur. *Ad vniuersalem satisfactionem, omnia bona, omnia mala illic reuelabuntur, quod summum inferet horrorem peccatoribus.*

INsuper voluit Dominus his verbis: *Congregabuntur ante eum omnes gentes*, indicare, quid sit futurum, vt integra, iusta, & perfecta causarum hominum fiat discussio, & omnibus numeris absolutam det satisfactionem, in totius mundi concione, de diuina sua iustitia Et est, quòd sicut ipse lux est suprema, de qua D. Ioannes: *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem*, & idem. *Deus lux est, & tenebræ in eo non sunt vllæ.* Omnibus gentibus coram se adstantibus ex se clarissimam emittet lucem, quâ omnium conscientiæ, intima quæque, abstrusissimi cordium sinus luce clarius patebunt: sicut hæc terrena quoad exteriora patent, soli exposita, quia eo momento quo super hæc sol suos diffundit radios, & splendidissimam suam emittit lucem, cuncta deteguntur, etiam minutissimi atomi, & aeris vel minimi puluisculi. Ita vt secretissimum cordis intentum, occultissima mentis cogitatio, cunctis adeo dilucidè pateant, vt lux ipsa. Erit autem illud, inter cætera, maximum Dei omnipotentiæ miraculum. Quis cordis nostri nouit secreta? Et ipsis Angelis imperuia occultantur. Soli Dei infinitæ sapientiæ reseruantur cognoscenda, cuius infinitæ scientiæ hoc sibi adscribit epithetum: *Ego Dominus scrutans corda & probans renes.* Et nihilominus ista sua superna luce, exponet occultissima quæque, patentiora iis quæ luce meridiana manifesta detegentur. 38

Ioan 1. 4. 1. Ioan. 1. 5. Hier. 17. 10.

Refert Seraphicus Doctor D. Bonauentura in vita teretni Seraphini Patris sui D Francisci quod dum Assisij esset extra Conuentum nocte quadam religiosis Recollectis, quibusdam orantibus, aliis dormientibus, Monasterium peruasit currus quidam igneus, cuius splendor erat eximius nimis, huic insidebat D Franciscus in modum globi, vt sol, fulgentissimi; qui tales de se emittebat radios, quibus ad intima quæque cor dium penetrabat omnium Religiosorum, quos item ita splendidos sua luce reddidit: vt singuli, quid alij cordibus gererent absconditum, distinctius intuerentur *Ex virtute mirandi luminis, alterius alteri conscientia nuda fuit.* Ait Seraphicus Doctor. Voluit Deus hoc schemate D. Francisci declarare sanctitatem, & quæ esset eius

Cap. 4.

I. Exemplum de S. Francisco

animæ lux tanta, quòd tota esset instar solis lucidissimi, tam splendens, vt eius lux reuelaret cordis abscondita religiosorum. Si hoc potuerit lux illa, quæ de corpore sancti illius manabat qui adhuc mortalem hanc vitam agebat, vili indutus sacco, multis anxius miseriis, quid faciet lux illa, quæ ab ipso iustitiæ sole diffundetur, in suæ claritatis rota, in die maximæ suæ gloriæ ac maiestatis?

Hoc idem capere licet ex luce quadam, quam Dominus communicauit D. Anselmo Episcopo, sicut refert socius eius Ediuerus. Cœpit vir pius à primis vngueulis studiis se dare S. Scripturæ, & Propheratum reuoluens prædictiones nocte quadam, sua reclusus in cellula, ipsâ hora matutinalis officij: in hanc incidit considerationem, qui fieri posset, vt Deus tam longè ante, res tam varias, ac singulares, Prophetis præostendesit, quæ multis ab illis diebabant annorum centutiis: Ecce inexpectato: tantam oculis Deus lucem infudit, vt cella clausâ, parietibus inclusus, illis nullo modo impedientibus videret, ac clarissimè cunctos detegeret religiosos, qui sese ad horas matutinas disponebant: hunc vidit, arrepto campanæ fune, pulsantem: alium vidit crepitaculo monachos excitantem; sacristam lampades emungentem, & altaris candelas accendentem: hunc cernit gnauiter se vellientem, vt chorum primus adeat; illum socordem, somnolentum, remissum; omnes denique, qualiter quisque ad officium diuinum properaret; hunc qua ratione coram altari genu flectetet, lachrymis totus infusus: alterum non tali procumbentem deuotione: omnia vero hæc simul vidit, & quodque ita discretum, quasi illud solum conspiceret, & omnia tam distinctè, quasi singula ad lucem cerneret meridianam. Hunc efficacem splendorem admirare, & licet illum Deus dederit, vt D. Anselmo exponeret claritatem lucis, illius quâ suos illuminabat Prophetas, symbolum tamen nota prodigiosum eius splendoris, quem ipso iudici die hominum oculis communicabit, vt in ictu oculi videant, quidquid est in omnibus, & eorum singulis clarius, quàm si ad ipsius solis splendorem exponeretur.

Hoc ipsum (sentit D. Augustin.) exposuit D. Paulus præclarâ nostrorum oculorum metaphorâ. Ex professo tractat huius articuli veritatem, ac declarat, qualis futura sit resurrectio, & quid rerum in die iudicij sit peragendũ. *Ecce mysterium vobis dico: Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur. In momento, in ictu oculi.* Persuadebat sibi Apostolus (inquit D. Augustin.) quòd ea quæ dicturus esset, magnam auditoribus parerent admirationem, & creditu difficilia viderentur, quinimo Philosophiæ axiomatibus impossibilia, ob hoc illos præuenit, ac supponit, id, quod illis dicturus est, nostris stultis iudiciis non conuenire, nec humanis rationibus; bene quidem mysteriis cælestibus, quæ nostræ superant naturæ capacitatem.

Ecce mysterium vobis dico: quasi dicat: Quiescat cogitatio tua, ô homo, quisquis es, præbe aurem consequentibus verbis, & corrige præsumptionem cogitationis. Ecce, inquit, mysterium vobis dico (Et quod illud?) Omnes resurgemus sed non omnes immutabimur. In momento, in ictu oculi in nouissima tuba. Omnes resurgemus; sed non omnes ad meliorem vitam immutabimur, sed soli boni. Hoc postmodum exponemus. Et qua ratione fiet hoc? quid continget? duo maximè miranda, quibus Dei manifestabitur omnipotentia. Primum: resurrectio fiet *in momento*. Legit D. August. ex Græco: *In atomo*: & conuenienter elucidat, quòd atomus Græcè significet indiuisibile, & indiuisibile temporis est instans, seu momentum. Erit igitur resurrectio in momento. Et licet, vt declarat D Thom. Collectio cinerum omnium hominum, per Angelos fiat in tempore: eo quod localis intercedat motus, de vno ad alterum eos locum adducendo (licet breuissimo, & quasi imperceptibili) vnio tamen animarum cum corporibus quæ erit ipsa resurrectio, fiet in instanti, quò cunctos Dominus resuscitabit; omniaque eo puncto temporis fient, quo insonuerit buccina: quæ à D. Paulo vocatur, *Nouissima tuba*, vt postmodum dicemus. Secundum *In ictu oculi*. Voluerunt quidam (inquit D. August.) intelligere, hâc metaphorâ Apostolum dilucidare id quod dixerat: *In momento*, quòd fiet resurrectio in momento tam breui, sicut exponimus, dum dicimus *In ictu oculi*. Ita declarat D. Chrysost. *In ictu oculi, id est quanto tempore clauditur cilium*. Hanc expositionem sequitur D. August. vbi respondet quibusdam quæstionibus sibi à Presbytero nomine Deo gratias propositis. Expendit vero, quod Apostolus voluerit hæc phrasi explicare Dei omnipotentiam in duobus. Primum: in facilitate, quâ præcelsum illud opus efficier, quæ maior erit illâ, quâ tu aut claudis aut apertis oculos, & sequitur lectionem eorum qui legunt: *In ictu oculi*. Ictus oculi est nictare (vt aiunt) oculis, quò declaras summam facilitatem, quâ Domino obeditur ad vnum ictum seu momentum oculi. Secundum: in eo quòd ea facilitate;

In hũc locum lect. 3.

III. Resurrectio fiet in ictu oculi.

Ho. 42. In 1. ad Cor. Ep. 49. q. 1.

» tate ; quâ recens defunctum resuscitabit : resuscitabit & à sex mille annis emortuum, sicut tu aperiendo oculos, ita vides ea, quæ tibi sunt proxima, ac ea quæ longè distant velut cælum.

D. Aug. Ep. 49. q 1. To. 2.

» *Vt enim radius oculi nostri non citius pervenit ad propinquiora, quàm ad longinquiora, sed utraque interualla, pari celeritate contingit, ita cum in ictu oculi Sicut Apostolus dicit, & resurrectio mortuorum omnipotentia Dei, & ineffabili nutui tam facile est quaque recentia, quàm diuturno tempore dilapsa cadauera suscitare.*

In cap. 15. primæ ad Cor. lect. 8.

» Subtilis sanè declaratio, quam secutus est D. Thom. addit tamen, quod licet illud esse multum indicet, aliquid tamen maius velle indicare Apostolum, scilicet, id quod supremi iudicis præcurret sententiam, nimirum, omnibus omnium reuelare corda, cogitationes & opera, ita vt in ictu oculi quisque conspiciet omnium cordis intima, recessus, secreta, quidquid singuli egerint, cogitauerint, locuti, aut vnquam fuerint imaginati ; tam ille qui proximus est, quàm qui longinquus : tam eorum qui contemporanei fuerunt, quibuscum vixit : quàm qui eum millenis annis præcesserunt, vel quos postmodum numquam vidit : & hoc significat illud, *In ictu oculi* : Quia sicut tu aperiens oculos ante clausos, lucente sole, in ictu oculi cernis & quæ vicina, & quæ distantia, passerem circumuolantem & nubes altissimas, vsque ad ipsum cælum, & dum manum illam meis ego applico oculis, quâ facilitate eam video, video & vos, & tabulam illam quæ est superius. Sic in die illa tremenda, continget. *Quid est ictus oculi ? Non quo palpebris claudimus oculum, vel aperimus ; sed ictum dicit oculi emissionem radiorum ad aliquid cernendum, mox enim vt conieceris aspectum, emissus radius in cælum pervenit, vbi solem, & lunam, & stellas, & sydera contuemur, tam immenso interuallo à terra separata.* Optimè dicere potuit Apostolus : *Ecce mysterium.* Omnia deteget, manifestabit omnia. *Quadam vi diuina* ait D. Bernard.) *vt cuique suo opera, bona vel mala in memoriam reuocentur, & mentis intuitu, mirâ celeritate cernantur, vt accuset, vel excuset conscientiam scientia, atque ita simul & singuli & omnes intuentur.* Hoc ipsum est quod ita ponderauit Dauid *Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo, seculum nostrum in illaminatione vultus tui.*

In mane. c. 2.

Ps. 89. 8.

40 Metaphoram sumit ab hemispherio nostro quod cunctorum oculis est ita patentissimum & illa omnia quæ in eo sunt, eo momento, quo sol ad nos reascendit, oritur, & lucis suæ radios circumquaque diffundit. Qualis est hic mundus noctis immersus tenebris ? *Posuisti tenebras, & facta est nox.* Ait Diuus Chrysostomus nec vides quid sit lapis, nec aurum, nec vitrum, nec crystallus. Ita cecinit Poëta Virgil.

Ps. 103. 20. Hom. 14. super Matth. 6. Æneid.

— — — Et rebus nox abstulit atra colorem.

Porro *Ortus est sol* ; quàm lucidè omnia illustrantur, deteguntur, & prout sunt, agnoscuntur ? Id dixit Christianus Poëta D. Prudentius, & cantat ex eo Ecclesia.

Caligo terra scinditur
Percussa solis spiculo
Rebusque iam color redit
Vultu nitentis sydera.

Eadem idem declarat metaphora Propheta Malachias, prædicens fore Christi aduentum instar Orientis solis mundo gratissimi. *Ecce dies venit succensa, quasi caminus &c. Et oritur vobis timentibus nomen meum sol iustitiæ.* Operabitur Dominus (inquit D. Hieron.) in conscientiis & hominum cordibus, quando veniet iudicaturus, id quod sol in rebus corporalibus, quando splendidus mane exoritur, & lucis dispargit radios : tunc enim, *illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium* : vt ait D. Paul. Diuina verba, quorum prima exponuntur à posteriores (inquit D. Augustin.) quid est *Abscondita tenebrarum ?* Secreta cordium : non sunt enim, nec intelligi possunt tenebræ obscuriores, nec magis absconditæ, in tantum, vt nec ipsi supremi Seraphini, eas clarè valeant intueri. *Quas dixerit tenebras, consequentibus verbis ostendit. Illuminabit, inquit, abscondita tenebrarum. Quid est hoc ? Audi quod sequitur, & manifestabit cogitationes cordium. Hoc est illuminare abscondita tenebrarum, manifestas facere cogitationes cordis.* Quin & indubius credo, quòd ita sit ea lux, quâ prædixit Zacharias mundum finiendum.

Malach. 4. 2. D. Hier. In c. 4. Malach. 1 Cor. 4. 5. D. Aug. Serm. de di. uers. 3. T. 10.

Iam hic Propheta prophetiam suam vltimo mundi fine, extremo iudicio, malorum supplicio, & bonorum præmio. *Et veniet Dominus Deus meus, omnesque sancti cum eo* ; Digitum explicat (a) D. Hieronym. & aiet quòd etiam dixit D. Cyrill. *Manifestè de secundo Saluatoris aduentu prædicatur aduentu.* Et quid tunc euenet ? *Et erit in die illa, non erit lux, sed frigus & gelu.* His metaphoris illius diei terrorem explicat peccatoribus imminentem. *Non erit lux* ; id est, non erit consolatio, non erit gaudium, sed tanta contractio & stridor talis dentium, sicut dum frigus adeo riget intensum, vt omnia gelu constringantur. Et quis ille erit dies ? *Et erit dies*

Cap 14. (a) Alegr. el dict. D. Hier. D. Cyr. Ri. 14.

vna, quæ nota est Domino, non dies, neque nox, & in tempore vesperi erit lux. Quàm aptè declarat diem iudicij! *Erit dies vna, quæ nota est Domino*; de quo ita Christus: *De die illo vel hora nemo scit, neque Angeli cælorum.* Matt. 13. 25. Cælorum in plurali, vt significet nullum eorum id scire: insuper addit: *Neque filius hominis.* Ep. 80. ad Isych. De se loquitur (ait D. Augustl.) vt Ecclesiæ præceptore, eo quod ratione illius tantum dicitur id scire, quod eam docturus venit: & hoc solum erat, quod nos scire conueniebat: *Ego Dominus Deus tuus, doceus te vtilia.* Isa. 48. 17. Huius diei scientia, nobis non erat vtilis (ait D. Ambros.) *Scire non proderat, proderat ignorare.* D. Ambr. l. 5. de fide ad Gratian. Tom. 4.

Hic respondet D. Augustl. rationibus D. Isychij Episcopi, Domine, si inter alia, quæ commendasti, ac prædicari iussisti per Apostolos tuos, fuit iudicij dies. Cur ipsis non dixisti, quando futurus esset? quinimo ipsis de eo scitantibus respondisti: *Non est vestrum nosse tempora &c.* Ratio est: quia *Noluit Dominus prædicari, quod videret non vtiliter sciri.* Deo non feliciter succesisit (nostro loquendi modo) nec quibusdam hominibus profuit, præscire diem diluuij generalis, cuius minis eos deterrere intendebat: dicens, quod nec illud immitteret, & post centum & viginti annos aquæ terram vniuersam inundarent. Ita intelligunt D. Chrysostom. *a* & D. Hieronym *b* verba hæc quæ Dominus ipse Noë præscripsit, in thema concionis habendæ ad proclamandam diuinam iustitiam, quâ toti mundo comminabatur. *Erunt dies hominis, centum viginti annorum.* q. d. Noë: Dicito illis, me illis concedere centum viginti annos ad agendam pœnitentiam. Hoc tanto tempore sic securi, credentes singulis diebus, quòd adhuc multum illis ex præstituto tempore superesset, ita liberè in omnia scelera prolapsi sunt, adeoque eorum increuit malitia, vt quasi Deum coëgerint, illis viginti annos, ex præsignato & concesso tempore rescindere, illosque rapere, tam perniciosâ socordiâ defides, vt nemine tale quid vnquam cogitante deciderit super eos diluuium, quo miserè cuncti in æternum perierunt. Act. 1. 7. a Ho. 12. in Gen. b L. de q. Nohr. Gen. 6. 3. 41

IV. Manifestum est (ait D. Ambros.) quòd si momentum, vel horam iudicij nosceremus, *Iustius esset remissior, & peccator securior.* In sceleribus suis pertinacior, multum sibi temporis persuadens superesse. Has rationes scripsit D. Gregor. cuidam Dominæ Gregoriæ pedisequæ Imperatricis. *Perpende, dulcissima filia: quia mater negligentia solet esse securitas. Habere ergo in hac vita non debes securitatem, per quam negligens reddaris: scriptum est enim: Beatus vir, qui semper est pauidus. Et rursum scriptum est. Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore.* Nunc cum ita sæpe prænoneamur vt vigilemus, quia: *Nescitis diem neque horam*, ita vt nec diem vnum, nec horam vnam, nec momentum vel vnicum habeamus securum, ignaui viuimus, temerarij & præcipites in scelera quæuis prolabimur, illa quærimus, illis detinemur, die vno, mense vno, anno vno, annis, confidentes, nobis adhuc superesse pœnitentiæ tempus: quid futurum, si certi securique sciremus, quid nobis adhuc restet impendendum? Ob hoc, sibi Deus huius diei notitiam suo in corde reseruauit, & nobis abscondit, in tantum, vt (sicut notat D. Augustl.) licet Apostolis pectoris sui aperuerit secreta, quibus ait: *Vos autem dixi amicos: quia omnia, quæ audiui à Patre meo, nota feci vobis.* Illos tamen reprehenderit, & cum ipsis, omnes qui tempus huius diei discere præsumunt; quocirca hoc illis responsum dedit. *Non est vestrum nosse tempora, vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate.* Hoc absconditum est, hoc suo recluso pectore incognitum, hoc sibi soli reseruauit: de quo per Propheram Isai. sic ait: *Dies vltionis, in corde meo.* Matt. 25. 13. Ep. 80. cit. Ioan. 15. 15. Act 1. 7. Isa. 63. 4.

Disputat Diuus Augustinus contra quosdam sciolos, qui huius diei tempus præsumerent designare, & hoc verbo concludit: quod præterquam quòd constet nullam creaturam hunc præscire iudicij diem, quòd nobis maximè conducit illud esse vt sibi persuadeat vnusquisque, eundem esse iudicij & mortis suæ diem. Ita vt bene dixerit Zacharias: *Erit dies vna, quæ nota est Domino.* Præterea de die illo addit: *Non erit dies, neque nox.* Quid dicis, non fore diem; si iam nunc dicas: *Et erit dies vna?* Et insuper ad hoc, quasi dicat. Dixi, quòd dies erit. Expono me: quia propriè non erit dies, neque nox: erit enim tam breue tempus, vt dies, aut nox dici non mereatur. Vel vult dicere: Dixi, quòd erit dies vna: sic explico: non erit omnibus dies, nec erit omnibus nox: bonis dies erit lætitiæ, malis vero nox horroris. Verumtamen, hoc erit omnibus commune occumbet dies hæc clarissima luce: *Et in tempore vesperi, erit lux.* Lux ineffabilis miraculosa, clara, cæteris omnibus, quas Deus creauit, splendidius præluceb it; quæ deteget, illuminabit, clarificabit illud ipsum, quod lux solis; addo, & naturæ Angelorum erat tenebrosum, nimirum intima cordis omnium secreta mortalium, quæ eius radiis

V. Non erit dies neque nox.

Non expedit scire diem iudicij. D. Greg. Ep. 2. l. 6. c. 186.

manifestabuntur vsque ad mentium cogitationes, sicut ad solis radios, minutissimi atomi, quos inuisibiles dixeris, reuelantur.

Hoc credo fuisse id quod Deus D. Ioanni signauit. Vidit hic thronum præcelsum, & quod eo maius erat, ille est qui hoc in throno residebat, *Et in conspectu sedis mare vitreum simile crystallo.* Maris nomen optimè declarat cordis humani profunditatem: Quis penetrare potuit maris sinus, cauernas, abyssos, angulos, antra? Cui bolis est tam longa, quâ maris exploret altitudinem? *Numquid ingressus es profunda maris, & in nouissimis abyssi deambulasti?* Quærit à Iob Dominus, vt rem humanis viribus superiorem. Quas non bestias concludit hæc abyssus Oceani, magnas, medias, paruas, mille inter eas confusionibus intercurrentibus? *Hoc mare magnum, & spatiosum manibus, illic reptilia, quorum non est numerus, animalia pusilla cum magnis.* Et cum talia sint, tot, & tam magna hæc animalia, cooperit omnia illa Pelagus; quod si interdum hic piscis quidam appareat, alibi se mari exerat alius, omnes simul capi posse, impossibile, eo quod tam profundè demergantur, vt ipsis lynceis dispareant.

Apoc. 4. 6. Iob 38. 16. Psal. 103. 25.

42 Ecce quam graphicè hic cor hominis depingatur: quid in se concludit: quot vitia? quæ desideria? quas cogitationes? quas techinas? quas machinationes? quas ventorum turres? quas intentiones? quos discursus? quas insidias quibus vnus alterum euertat? Si ea velis comprehendere, respondebit tibi Deus, hoc vires tuas excedit; ipse solus est, qui hoc possit: vt ait per vatem: *Fraudulentum est cor omnium & inscrutabile quis cognoscet illud? Ego Dominus scrutans cor, & probans renes, qui do vnicuique &c.* Hoc totum mare stabit coram eo: *Congregabuntur ante eum omnes gentes.* Sed ad instar crystalli, *Simile crystallo.* Si die splendidâ radiis solaribus opponas vas crystallinum, quale apparebit? quàm pellucidè cernes quidquid in eo latet? Tale erit & cor tuum. Hoc præclaris verbis dixit Apostolus: *Illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium.* Bone Deus! qui discursus, quæ hoc in corde non præteruolant consilia? quæ vanitates? quæ ambitiones? quæ desideria? quæ iudicia? quæ cogitationes? quæ inhonestæ imaginationes? quæ repræsentationes tam turpes! Totum hoc luce patentius, omnium manifestabitur viuentium oculis.

Hier. 17. 9. 2. Cor. 4. 5.

Opinor Apostolum tangere terribiles illas minas quibus olim Deus metum grauissimum incussit Idumæis descendentibus ex Esau: per Hieremiam. *Ego discooperui Esau, reuelaui abscondita eius, & celari non poterit.* Erat Esau infamis, traditor, versipellis, qui pectore suo proditiones contra fratrem suum Iacob moliebatur indignas quas ille à nemine sciri posse autumabat. Væ tibi (inquit Deus) scito, quod veniet hora, quâ in publicum proferam, quidquid fraudulenter molitus es, cogitasti, concepisti, & in abscondito peregisti. O bone Deus, & quis, licet D. Francisci fulgeat meritis, non reformidet, si modo Deus in oculis omnium adstantium, reuelaret quidquid cogitauerit, imaginatus fuerit in cordis sui meditullio? Quinimo & D. Augustin de hoc conquerebatur. *Ecce coram tot millibus populorum nudabuntur omnes iniquitates meæ, & agminibus Angelorum patebunt vniuersa scelera mea, non solum actuum, sed etiam cogitationum, simulque locutionum.* Hoc quoque perterruit Diuum Bernardum. *Væ misero, cum venerit dies illa iudicij & aperti fuerint libri, in quibus omnes mei actus, & cogitationes e. Domino præsente recitabuntur. Tunc demisso capite præ confusione malæ conscientiæ in iudicio coram Domino stabo.* Vbi refert versiculos illos sæpius repetitos.

Hier. 49. 10. D. Aug. l. medit. c. 4. Tom. 9 D. Bern. l. medit. c. 2.

Iudicium faciet gestorum quisque suorum
Cunctaq; cunctorum cunctis arcana patebunt.

(Et addit) *Quod enim nunc confiteri erubescimus tunc omnibus manifestabitur.*

43 Terribile est videre præclarum Sanctum Ambrosium trementem, attonitum hæc considerantem dum Psalmum primum eluciat, & hæc Prophetæ verba expendit: *Non resurgent impij in iudicio.* Attentè considerat, quæ diximus, & postquam enucleauit visionem illam Danielis, quâ huius tremendi actus iudicialis quoddam vidit prototypon ait: *Iudicium sedit, & libri aperti sunt.* Quod ipse de conscientiis & hominum cordibus interpretatur, quod scilicet, omnia aperientur, detegentur, & ombus manifestabuntur, vt etiam leuissimæ & minutissimæ quæque videantur cogitationes. Genuflexus, iunctis manibus, oculis diffluentibus præ lachrymis, & in cælum sublatis, totus contremiscens, ait: *Non intres in iudicium cum seruo tuo Domine.* Quod si ab eo quæras: de quo, Pater sancte formidas: qui tot coram Deo meritis præfulges, pietatis operibus, & heroicis actibus insignis? Si de peccatis anxius, ea vides leuissima, & licet essent grauiora, an non Deus misericors, qui pro nihilo saluos facit peccatores humiliatos? Tu dicis, inquit D. Ambrosius. Verum

N. Euseb. plura de S. Ambros. Psal. 1. Dom. 10.

» Verumtamen, quis non præ confusione contabescat, me modo considerans Episcopum, Prædicatorem, præceptorem vestrum, quem vt sanctum reueremini, & ego ipse visurus sum, quòd coram oculis meis, vestrisque manifestabit Deus omnes meos defectus, errores, infirmitates, quæ cum ego mecum separatus in angulo perpendo pudore confundor; quid de aliis criminibus, quæ nec aduerto negligens, nec à quibus mihi caueo desidiosus? *Pone: quia misericors Dominus, sed quanta prodentur, quæ latere credebam. Qui pudor, quæ confusio erit, cum ipse, qui profitebar alios docere, in eo deprehendar, in quo alios arguebam?*

» Quid amplius? hoc ipsum Apostolum, vas electionis, adeo terrebat, vt continuâ solicitudine, & anxiâ diligentia contenderet, nihil agere, quod Diuinis oculis non sciret esse gratissimum. *Contendimus siue præsentes, siue absentes placere illi.* Quid, quæso te, ita solicitum, anxiumque conturbat? *Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis, pro vt gessit.* Arbitratur Diuus Cyrillus Alexand. Apostolum tangere sacrificium Zelotypiæ à Deo in veteri lege institutum. Accidebat, vt de muliere, quæ omnium opinione habebatur, & pia & honestatis omnis exemplar, vellet maritus instituere quæstionem, num reuera talis esset: ad hoc adducitur ad tabernaculum, præscriptus datur ei potus, caput ei aperitur; quòd si foret adultetij rea, statim in omnium conspectu peccatum eius in facie prodebatur, sic vt omnes illud & viderent, & cognoscerent. Bone Deus, quæ non confusio mulieri, quæ sub titulo & pallio secreti, vixerat adultera, quando in publicam notitiam prodebatur eius peccatum, ipsa verò capite ac facie discooperta omnium oculis patebat irridenda? quas non anxietates pateretur, cogitans se tam pudendo spectaculo, & puerorum illusioni exponendam? Hoc Apostolum tanto metu constringebat, licet enim eius anima Deo esset ita fidelis, vt ei dicere licuerit: *Se numquam fidem suo sponso eruasse, Fidem seruaui,* proinde eius sperârit præmium: *Ideo reposita est mihi corona iustitiæ.* Attamen hoc eum ad huius fidei conseruationem sollicitum impellebat, nimirum timor ille, quò premebatur, & perpetua consideratio, quòd omnia quæ egisset, in totius mundi conuentu forent manifestanda: *Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi.*

1. Cor. 5. 9. 2. Cor. 5. 10. Lib. 14 de adoratione spiritu.

VII. D. Paulus idem indicij formida. 2 Tim. 4 8. 2 Cor. 5. 10.

Perpende (inquit Theodoret.) verbum hoc, *Manifestari*: Non dixit, *Sisti*, *vel præsentari*, sed, *manifestari*: quia non tantum præsentabimur, & coram illo comparebimus, verùm & manifestabimur, & detegemur in omnibus, & per omnia, sine fuco, sine velo, quasi facti essemus crystallus, quæ luce solis illustratur. Nunc quot Ecclesiastici incedunt superpellicijs amicti mundissimis, in signum puritatis, quâ debet eorum anima præfulgere, qui tunc manifestabuntur &c.? Quot Religiosi induti habitu, qui mortificationem præferat, quâ vivere obstringuntur, qui tunc &c? Quot viduæ suis velis reuerendis ornatæ &c.? Quòt videmus, quales vates Regius depingit: *Circumornata, vt similitudo templi*? Quam excellens venustaque apparet illa tabula, tali imagine decorata, vt hominum oculis sancta, & honore digna censeatur. O si eam intelligeres, ac detegeres, quot reperias araneas, salamandras, & vilia reptilia? Aptissimâ hoc metaphora Deus declarauit, de hoc agens die, dum ait per Psalmem Regium: *Cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo. Liquefacta est terra, & omnes, qui habitant in ea.* Sumitur metaphora ex eo quod singulis diebus præ manibus habemus. Decidit nix in terram ad altitudinem palmi, tota apparet nitidissima, pulchra, munda, & ipsum sordidissimum ac fœtidissimum sterquilinium, videtur limpidissimum: nec vlla apparet differentia inter spinas, tribulos, rubos. Oritur mane sol lucidus, radios dispergit, quibus omnem illam terræ liquefacit laruam, & discooperit omnia omnium oculis sic vt quidlibet, quid sit, agnoscatur. O inundum infelicem! quàm multa contegeris niue, & quidquid est in te? Quàm niue contecta apparet vidua, suis nitidis tunicellis? quàm mundus clericus suis superpellicijs quæ niuis candorem exæquent. Quàm candidus suo habitu religiosus? Orietur sol iustitiæ, niuem hanc liquefaciet & tota discooperietur terra, & quotquot in ea viuunt: *Liquefacta est terra, & omnes qui habitant in ea.* Omnes omnium patebunt oculis, & tales quales sunt, agnoscentur.

Psal. 143. 12.

Ps. 74 3.

VIII. Similitudo.

§. 12. Omnes gentes. *Denudabit diuina sua luce Dominus etiam abstrusissima, & minimas cordium cogitationes, in maximam malorum, nec non dæmoniorum pœnam.*

COnueniens est hoc (inquit Diuus Paulus.) *Manifestari oportet.* Ad quid? Vt Dei pateat iustitia, & mundi gubernatio & omnibus debita merces rependatur, nec vllum sit opus bonum etiam minimum suo priuatum præmio, nec vlla etiam minima mala cogitatio sit, quæ non puniatur. *Ponam* (ait Dominus per Isai.) *in pondere iudicium, & iustitiam in mensura.* Omnia sunt ponderanda, mensuranda omnia, non solùm opera, sed & verba, nec tantum verba, sed & cogitationes. Quis non miretur, id quod Dominus præcepit Ezechieli, quo indicare voluit, quàm strictè iudicet; quam subtilem (vt dicitur) texat telam (a) Hoc volo (inquit Deus) vt illis exponas, qua ratione quemlibet huius populi sim puniturus. Sume tibi nouaculam acutam, illa derade tibi cunctos capitis capillos, vt ne vnus vel medius superstit: dein iustam pone stateram in manu tua, & eos diligenter appende. Illos tripartitò diuide ita æqualiter, vt ne capillus, vel medius plus sit in vna quam in altera parte: horum vnam partem combures in medio ciuitatis: alteram gladio dissecabis: tertiam in ventum disperges, & nudato gladio illam insequêris. His clarè proposuit modum hunc populum castigandi, neminem iniusto cæcoque verbere percutiens, (b) sed summâ iustitiâ & apertis oculis: alij enim ab ipsis Chaldæis igne consumentur, alij gladiis trucidabuntur, alij summæ vi captiui abripientur, quibus ad singulos passus mortem minabuntur acerbissimam. Vt indicet, quàm iustum futurum sit illud iudicium, præcipit, vt stateram capiat adeo iustam, quæ capillos appendat. Deus immortalis! & quæ statera tam iusta, quam in alteram partem deflectat capillus? Stateras inuenio rebus pretiosis appendendis, quia parum ex illis, valet pluris. Statera argenti, auri, gemmarum, ambaris: quis vero vidit vnquam bilancem capillorum, eamque tam æquam vt capilli medium eam in alteram partem inclinet? Hic videbis, quale sit futurum iudicium. *Ponam in pondere iudicium.* Domine, quæ (amabo te) erit ista statera? cum dicat de vobis propheta Isaias, quod in statera libres montes & id est res magnas, quas impossibile est ab hominibus in statera librari. *Librauit in pondere montes, & colles in statera.* Appendisti in statera Balthazar Regem, cui dicitur à Daniele: *Appensus es in statera, & inuentus es minus habens.* Sed vnum capillulum t quòd libres in pondere adulterium, furtum, homicidium &c. concedo; sed quòd appendas vel minimam cogitationem? Appendo. Illic cuncta ponderabuntur, etiam cordis tui inuisibiles atomi. Ibi videbis tuorum peccatorum pondus, & nullum esse tam leue, quod non habeat suum pondus tam graue, cui subuertendo totius naturæ creatæ vires non sufficiant; Æstimas quòd parui ponderet periurium vnum, vnum peruersum desiderium, breuis animi rancor, volatilis affectus, inanis cogitatio? Ibi hoc videbunt omnes homines, etiam Angeli. Ibi pariter opera tua bona appendentur: *Cum accepero tempus ego iustitias iudicabo.* ait Sanctus rex Dauid Ponderabitur illa ieiunij tui spica, & confessiones. & communiones, & eleemosynæ, & expendetur, quo pietatis spiritu, quo charitatis pondere; faxit autem Deus, ne illud nobis Ozeæ obiiciatur. *Culmus stans non est in eo, germen non faciet farinam.*

Hinc orietur lætissima bonorum consolatio, & malorum horribilis confusio. Quàm alacres sancti exultabunt, eo quòd Dominus in iudicij foro propalabit eorum secreta ieiunia, vigilias, disciplinas, & quidquid clauso ostio boni fecerint in abscondito: eorum eleemosynas, tantâ cautela elargitas, vt quid fecerit dextera, sinistra nescierit. Ibi (inquit Origen.) adimplebitur Dauidis vaticinium: *Educet quasi lumen iustitiam tuam, & iudicium tuum, tamquam meridiem. Veram iustitiam* (ait) *quam in egisti in occulto, & reuelasti eam soli Deo, hanc ostendet Deus sicut lumen* &c. Illic educet illas tam stupendas Anachoritarum pœnitentias, soli cælo cognitas, illic martyrum inuictam patientiam, quos tyranni irriserunt, excruciarunt, occiderunt, Illic producet lachrimas in spelunca effusas peccatricis Magdalenæ, &c. Liceat vobis, ô iusti, negligere vestra bona opera, quæ enim vos tradideritis obliuioni, vobis Dominus illa producet ad maiorem vestrum honorem & præmium, toto circumstante mundo: proinde concinnè dixit Apostolus: *Scio cui credidi, & certus sum: quia potens est depositum meum seruare in illum diem iustus iudex.* In hoc ipso Euangelio ait Christus, se iustis narraturum bona ea opera, quæ in sui obsequium præstiterunt. *Esurini & dedisti mihi manducare, sitini & dedisti mihi*

Isa. 28. 17

(a) *Quam delgado lista.*

(b) *Non dando palo deciego.*

Isai. 40. 12. Dan. 5. 27.

1. Deus iustitias iudicabit. Ps. 74. 3.

Ozee 8. 7.

45

Psalm. 36. 6. Orig. Ps. 74. 3.

2. ad Tim. 1. 12.

mihi potum &c. quasi illorum omnium fuerint obliti, vnde illos introducit interrogantes: *Domine, quando te vidimus?* &c.

Mirantur omnes anxiam illam gentilium diligentiam, quâ varia inquirebant media, quibus facinora sua præclariora perpetuæ conscriberent æternitati: de quibus Petrus Bellonius hæc tractans, sic ait: ea pergamenis durioribus inscribebant, vel laminis plumbeis, quæ cum ossibus suis mandabant sepelri, vt quotiescumque illa eruerentur, & illa pariter detegerentur. Ne de talibus, ô Christiane, medijs sis sollicitus: confide, quidquid boni egeris, velut ipsa lux, in publicum proferetur. *Educet quasi lumen iustitiam tuam.* Eodem modo, hoc vel maximè malos cruciabit, debere coram omnibus adstare, & eorum secretissima scelera, luxurias commissas solis testibus patietibus, & lasciuas cogitationes nemini manifestas; in totius mundi ecclesia manifestari: Hoc ipsum est, quo semper voluit illos Deus territare. Per Isa. dicit eis. *Reuelabitur ignominia tua, & videbitur opprobrium tuum.* Horrendas semper iudicauit has minas ex ore Hieremiæ. *In illo tempore, ait Dominus, ejicient ossa Regum Iuda, & ossa Principum eius, & ossa Sacerdotum, & ossa Prophetarum, & ossa eorum, qui habitauerunt Hierusalem, de sepulchris suis, & expandent ea ad solem & lunam* &c. *non colligentur, & non sepelientur, in sterquilinium super faciem terræ erunt.* Phrasis est vulgaris, quâ dicimus, ossa effodere, vt explicemus, præteritos defectus absconditos reuelari. O quot sepulchra dealbata, à foris pulcherrima, ab intus vero pulnere & vermibus scatent: omnia hæc expandentur: *ad solem & lunam*, & in æternum, omnium oculis exponentur conspicienda; & hoc inter alia horrenda, non minimum, quòd tibi tua semper, alijsque manifesta erunt peccata, semper videbis, semper alij videbunt crimina tua, & quam obnihili rem Dei tui eiusque regni feceris iacturam. Audi de hoc loquentem Angelum: *Euigilabunt alij in opprobrium, vt videant semper.* Quid est illud, quod videant semper peccata sua, quæ toti mundo patebunt. *Videant semper.* O quis terror! *si nostrum cuiusquam* (inquit D. Chrys.) *occultum crimen aliquod, hac ipsa die in medium delatum, huic modo confessui innotescceret, nonne fieret, vt ille interire, ac terram sibi potius dehiscere, quàm tam multos sui peccati testes habere mallet?* Quàm grauiter anxiaris; quàm premeris, quando prolapsus in aliquod fœdum peccatum, illud tibi mænet confitendum, cum tamen sit illud tam secretum ac sigillatum iudicium, vt vnicus homo interueniat, & is non in propria persona, sed Dei loco segregato, voce tam leni & taciturna vt te audiat nemo. Sic & vt illius peccati confessio in sempiternam eiusdem seruiat sepulturam, est autem Confessarius sicut Christus cum Samaritana, cuius confessionem ad os putei excipiebat solus: q. d. Reputa, tibi persuade, tua hunc in puteum demergi peccata, quæ fueris confessus: nihilominus mutas faciei colorem, supercilia contrahis, saliuas sputaque emittis, & postquam ea fuisti confessus, velles non amplius tota vita tua videre Confessarium, nec ipse te videret, insuper & aliquoties talem quæris, quem nec tu cognoscis, nec ille te: qui cruciatus, quæ erunt angustiæ, quæ confusio in die illa tremenda, quando euenet, quod Deus prædixit per prophetam Nahum. *Ecce ego ad te dicit Dominus exercituum, & reuelabo pudenda tua in facie tua, & ostendam gentibus nuditatem tuam, & regnis ignominiam tuam, & proijciam super te abominationes.* Sumitur metaphora de muliere, quam in foro coram toto populo denudarent, quæ se omnibus partibus nudam conspiceret. Hoc enim est, *in facie tua.* Quàm verecundaberis tu ô Domina, si hoc tibi deberet contingere? Nudabo minatur Deus per Vatem Ezechielem. *Ignominiam tuam coram eis, & videbunt omnem turpitudinem tuam.* O quæ confusio, quis horror, & is talis, (sicut superius diximus ex D. Basil.) *Grauior, quam tenebræ, & ignis æternus, hic pudor erit, vt numquam non ob oculos habeant scelerata vitæ vestigia.*

Et hoc ipsum declarare voluit D. Basilius ad ea verba Dauid. *Venite filij, audite me timorem Domini docebo vos.* Sunt hæc eius doctissima verba *Cum te appetitus peccandi inuaserit, velim cogites horrile illud, intolerabile Christi tribunal, in quo præsidebit iudex in alto & excelso throno: adstabit autem omnis creatura, ad gloriosum illius, conspectum contremiscens. Adducendi etiam nos sumus singulis eorum, quæ in vita gessimus, rationem reddituri. Mox illic qui multa mala in vita perpetrarint, terribiles quidam & deformes assistent Angeli, igneos vultus præferentes, atque ignem spirantes, ea re proposita, & voluntatis acerbitatem ostendentes, noctu vmbræ similes propter maiorem & odium in humanum genus. Adhæc cogites profundum barathrum, inexplicabiles tenebras, ignem ardentem splendore, vrendi quidem vim habentem, sed priuatum lumine Dein vermium genus venenii immittens, ac carnē vorans inexplebiliter idem, neque vllam satietatem sentiens, intolerabiles dolores*

Nahum. c. 3. 5. II. Quis horror in die iudicij ob peccata ibidem reuelanda. Ezech. 16. 37. D. Bas. Con. 9. in Psal. 33. de iudicio. To. 1. Psal. 33.

2. 2. q. 3. de sepultura. Dan. 12. 2. D. Chrys. Hom. 10. ad Rom. To. 4.

» *corrosione ipsa infigens. Postremo quod suppliciorum*
» *omnium grauissimum est, opprobrium illud, &*
» *confusionem sempiternam. Hac time, & hoc timo-*
» *re correptus, animam à peccatorum concupiscentia,*
» *tanquam fræno quodam reprime. Hunc timorem se*
» *Propheta docturum promisit, docere autem non sim-*
» *pliciter promisit, sed eos qui eum audire voluerint.*

III. Duplex ignis. *Ps.* 10. 11. *Lib.* 6. *mor.* c. 20. & *Lib.* 14. c. 14. *Lib.* 20. 29.

Hoc de ipsis peccatoribus prædixit Dauid. *Pones eos vt clibanum ignis in tempore vultus tui, Dominus in ira sua conturbabit eos, & deuorabit eos ignis.* Conuenienter expendit D. Gregor. hæc verba semel & iterum aduertens, duos hic à propheta signari ignes, qui comburent peccatores; exterior vnus, qui corpus aduret, de quo dicit: *Deuorabit eos ignis*: horrendus ignis, de quo (inquit) loquitur amicus ille patientissimi Iob, dum ait: *Deuorabit eum ignis, qui non succenditur.* Ignis qui non succendetur, iam enim ab ipso mundi primordio Deus illum succendit, quem creauit, in tormentum dæmoniorum, sicut nobis hodie exponit. *Ignis qui paratus est diabolo* &c. Internus vero alius, confusionis ignis, quô interius ita succendentur mali, vt sit cetum anima, velut clibanus accensus: *Pones eos vt clibanum ignis.* Non ait, injicies eos ignis clibano: *Sed pones eos vt clibanum ignis*, sic vt intra se flammas contineant non tolerandæ confusionis, & verecundiæ, quâ de peccatis suis verecundabuntur, quæ in suis ipsis animis conspicient; hoc eos grauissimè conturbabit: *Dominus in ira sua conturbabit eos*: q. d. *Pudefaciet eos*, confundet eos, suprema illos & horribili replebit verecundia.

Hinc iudico posse responderi illi dubio, quod quibusdam videtur difficile: Prædicat D. Petrus, *Actor.* 2. prodncit in confirmationem testimonium Ioelis prophetæ de hoc iudicij die, sic vaticinantis: *Veniet dies Domini magnus & horribilis.* Ipse vero citans hunc locum, sic ait: *Veniet dies Domini* *Ioel.* 2. 11. *magnus & manifestus.* In Græco legitur verbum, quod significat: *Clarus, illustris.* Videtur D. Petrus derogare Ioelis vaticinio dum vocem: *Horribilis* mutat in *manifestus*: minus enim est: *Dies manifestus*, quàm, *dies horribilis.*

Optimè citat D. Petrus hunc locum, dum vult exponere, id quod propheta intendit per hoc verbum: *Dies horribilis*, nimirum, quòd erit dies ille clarus, & manifestus? hinc enim erit maximus diei illius horror peccatori, quòd videat se male fastum cotam Christo Domino, totiusque mundi congregatione manifestum, cuius omnibus illustres sint iniquitates, & quasi in meridie solis radijs expositæ. Est autem hoc adeo verum vt, licet diabolus tam sit omnis pudoris expers, vt illi nequidem vllum supersit verecundiæ vestigium: hanc tamen præ cæteris pœnam maximè reformidet: quòd toti mundo detegenda sit eius & malitia, & superbia, & ingratitudo. Ita loquitur D. Petrus quod, peccatores *2. Pet. 2.* Angelos: *In tartarum tradidit, cruciandos, in iudicium reseruari*: id est reseruari in ipso iudicij *Iudæ. 6.* die cruciandos. Idem confirmat D. Iudas: *Angelos vero, qui non seruauerunt suum principatum, sed dereliquerunt suum domicilium, in iudicium magni diei vinculis æternis sub caligine reseruauit.* An non eis Deus sententiam, iustumque supplicium dedit; eâdem hora, quâ peccauerunt? An non eos congruâ suæ superbiæ & ingratitudini plexit pœna, quâ & semper cruciabuntur? Cruciabuntur, fateor; sed hoc in iudicio actum est particulari: illis solis illic cum solis assistentibus; attamen illos manet dies iudicij vniuersalis, quò toti mundo huius particularis iudicij pateat rectitudo, & omnibus constet dæmonis peruersitas, superbia, & perfidum proditionis scelus: vt cuncti videant, quàm rectè ad holidem tali peccato, tale conueniat supplicium. Ob quam causam, (notante Theodoreto) diem *Iter. 2. ad* hunc appellat: *Dies reuelationis iusti iudicij Dei.* Quâ horâ quis moritur, illico iudicat il- *Rom. 2. 5.* lum Deus, at iudicio particulari: verumtamen iudicium illud est detegendum, vt appareat iudicii huius iustitia, ad hoc quoque manifestabitur omnium oculis, eorum scelerum magnitudo.

De hoc sibi cauet Diabolus, hanc timet confusionem, hoc reformidat opprobrium, quò coram cunctis gentibus eius reuelabitur nequitia: hinc eius anxietas, quâ optaret numquam mundum finiri, nec vnquam diem iudicii aduenturum. Si id diabolo tam formidabile, quid hoc vobis erit, qui nec estis diaboli, nec tam perfrictæ frontis seu contumaces nec tam ab omni pudore auersi? Addo, quòd inter alia diuina illa lux, tibi peccati tui repræsentabit, omnimodam fœditatem. O quis mihi explicet, quanta illa sit, & quàm abominanda! Illic hoc agnosces: hoc enim significat: *Reuelabo pudenda tua in Nah. 3. 5. facie tua.* Et illud: *Statuam contra faciem tuam.* *Ps.* 49. 21. Accedit prænuntius Isaias: *Confundentur ab Isa. 1. 29. idolis.* Nec non & illud quod fornicariæ prædixit: quæ reiecto legitimo suo sponso, suas fuerat insecuta voluptates & itinera non recta: *Propterea Oolliba, hæc dicit Dominus Deus. Ecce ego suscitabo omnes amatores tuos contra te, de Ezech. 23. quibus fatiata est anima tua, & congregabo eos ad-* 22. *uersum*

uersum te in circuitu. Illi circumdabunt te, & ipsi animæ tuæ, ac rationi crudelissimum bellum suscitabunt, & ad illas reducent angustias, quales Christus prædixit maledictæ Hierusalem: *Circumdabunt te inimici tui vallo, & coangustabunt te vndique.* Luc. 19. 43.

Quàm incuriosus Cain peractô illo tam horrendo fratricidio, quasi nihil patrasset mali: Apparet illi Deus, ea proponit, quæ ex textu nouimus: paulo post, ei factum suum detegit: Traditor fœditrage, quid fecisti? *Ecce vox sanguinis fratris tui, clamat ad me.* His fratricidæ lucem infundit, qua manifestat illi peccatum peccatique grauitatem. Confestim desperat Cain, & perverse iudicat Dei misericordiam, licet infinitam, fratricidij sui grauitate superari; proinde ex æquo esse vt in eum totus insurgat mundus, nec quempiam videat, aut cernat creaturam vllam, quæ iustitiæ vindex, & carnifex non infericiat fratricidam. Vnde hoc? Quia interna illa luce, oculis suis Deus tanti peccati malitiam, prout iemque demonstrauit. Examinat Origen. quis tam subito Ananiam & Saphiram occiderit, sic vt ad vnicum D. Petri verbum corruerint mortui, quô eis ostendit mendacem fraudem, quâ Deo imponere nitebantur *Audiens Ananias hæc verba, cecidit & expirauit.* Opinatur autem hoc sic contigisse, quod ex verbo D. Petri tam distinctè peccatum suum agnouerint, vt videntes eius fœditatem, hoc ipso corruerint. Sicut probabile est posse quempiam subitò emori, qui cum Rege suo tractasset fraudulenter, vt ei illuderet, dum se coram Rege clarè & irrefragabiliter fraudis conuictum considerat. Quid erit charissime, quando Deus cunctas tuas nequitias proferet ad lucem sic vt tu eorum videas enormitatem: quando te interrogabit. *Quid fecisti?* Numquid non pluris fecisti, vitam degere inhonestam, quam aquæ poculum deglubere? An non familiaris tibi machinatio, rapina & periurium! Tanto tu pudore perfunderis, vt omnem veniæ spem abijcias, dicasque cum Caino, dignum & iustum est, vt contra me dæmones omnes, ignes, tormenta omnia tumultuentur. Totum hoc Deus descripsit per manum scribæ Ezechielis his verbis, quorum vel singula ponderationem exigunt singularem: *Nunc finis super te, & immittam furorem meum in te, & iudicabo te iuxta vias tuas, & ponam contra te omnes abominationes tuas, & non parcet oculus meus superte, & non miserebor, sed vias tuas ponam super te, & abominationes tuæ in medio tui erunt.* Act. 5. 5. Ezech. 7. 3.

§. 12. Omnes gentes. *Etiam Sanctorum peccata reuelabuntur: in eorum tamen gloriam ac triumphum.*

QVæres, num illic denudanda sint sanctorum peccata, de quibus egerunt pœniten- 47
tiam, & obtinuerunt remissionem? Quia si hoc futurum sit, an non etiam erit illis dies illa, dies confusionis? num D. Petri reuelabitur trina negatio? Adulterium & proditorium Dauidis homicidium? Vanitates Magdalenæ? D. Matthæi lucra iniusta? &c. Respondet ad hoc D. Gregor. dum hanc enodat difficultatem, & ait: Indubiè in totius mundi conuentu eorum peccata reuelabuntur, sed absit vt ad eorum confusionem, quinimo primum ad maiorem Dei gloriam; hanc equidem sancti, Dauide præcinente, decantabunt: *Misericordias Domini in æternum cantabo.* Incontinnè verò, tota hominum audiente multitudine Dei possent extollere misericordiam, nisi ad oculum, eorum paterent calamitates & peccata, quibus inficiebantur; proinde lætabuntur, quòd eorum propalam peccata exhibeantur: vt totus testetur orbis & collaudet Dei misericordias, ac eorum singuli cum Dauide choraliter concinant: *Misericordia tua magna est super me, & eruisti animam meam ex inferno.* Secundum: in eorum maiorem quoque honorem ac decorem: cuius sit illa ratio: quòd non eorum peccata nudabuntur, quasi qui illa committant & ament, sed quasi qui illa destruant & exhorreant, per pœnitentiam, quam egerunt, & odium quo illa persequuntur. Nec apparebunt Sancti vt denicti, & subiecti peccatis, sed vt criminum victores, dæmoniisque triumphatores. L. 4. Mor. c. 42. Ps. 88. 1. Ps. 85. 13.

Superat bello Barbarus inimicus nobilem quendam, hunc detinet captiuum, tam vili abiectoque damnatum mu i, vt alter filium prodigum, quem porc præfecit custodem. Res nobili maximè indecora, ignominiosa, porro, si attentò suo dedecore & corporis afflictione non toleranda, sumat animos, in ipsum insurgat, hostem subijciat, pedibus suis prosternat, proterat eius ceruicem, caput diffindat, vitam auferat: hæc eius summa est gloria, eaque tantò maior, quantò fortior inimicus, qui eum ante deuicerat & miseriis oppresserat. Nec hoc illi vertitur dedecori, fuisse victum, illique subiectum, quin potius summo honori: eo quòd in eum consurgens celebri illum trophæo

prostrauit, protriuit, interemit. Etiam inter paruulos, qui colluctantur, licet irrideatur, qui prior succumbit, alterique cedit substratus: attamen nulla maior gloria, quàm si vires resumat, alterum sibi subiiciat, prostratumque detineat: tripudiat, exultat, quòd de eo victor ab aliis commendetur, coram quo ante arma proiecerat; hanc suam sibi persuadet gloriam, hoc triumpho gloriatur. Perspecta erit omnibus, ad D. Petri honorem, eius formido, & si primum prostratus, & ad trinam compulsus negationem, postmodum tamen animosior contra illam insurrexit tanta charitatis inflatione, vt ei vitam abstulerit sicque de illis triumphum egerit, viuis culpam abstergens lachrimis, & tepidas, timidasque negationes mille generosis, flammeisque corrigens confessionibus: vnde his gloriosior, quàm illâ fuerat abiectior. Videbimus Magdalenæ lasciuias, in magnam sui gloriam, quia animam suam, diuinâ obstetricante gratiâ, sapone illinuit, & feruenti lachrimarum eluit lixiuio; tam feliciter, vt ex infernali titione euaserit in Seraphinum.

48 II. Similitudo.

Quinimo & apud nos, absit vt dolorem inferat meminisse laboris, doloris, infirmitatis, recuperata iam valetudine: summa siquidem delectatione & complacentia illa promulgamus. Obtentâ iam victoria, profligatô inimico, trophæis erectis non erubescit Imperator, si pericula, cunctis pateant, si timores, si cordis anxietates, quibus in præludio certaminis trepidabat, sed nec hostium furor ardentissimus, quô ad modicum de eo triumpharant: è contra vero illa expendit narrat, euulgat, vt circumstantias victoriæ suæ glorioſas. Magnum interest discrimen inter serpentem viuum, venenosum, corrosorem, & alterum qui nec esse, nec vitam habeat, sed auro circumclusus, rubinis, diamantibus, hyacinthis chrysolitis &c. vermiculatus. Serpens viuus, horrorem incutit: illum appone pectori, venenum infundet, viscera erodet: persuade domicellæ, vt appendat illum pectorali: O Iesu, & quis terror? At serpens mortuus, qui nec vitam habeat, nisi in exteriori similitudine, & aureus est, pretiosis margaritis intertextus, quàm dies est, quanta puellæ gloria? hic collo appenditur festiuis diebus, quando in publicum prodeundum, omnium oculis videndus exponitur. In peccatoribus, erunt serpentes, id est peccata, sed viuentes morsu lethali, dentibus corrodentibus: eo quòd in suo esse peccata in eorum vinent cordibus & voluntate: quàm adstabunt trepidi, quàm confusi, quàm dentibus contremiscentes? *Pones eos vt clibanum ignis, in tempore vultus tui.* Vt supra diximus. Ardore consumentur, vt clibanus accensus, præ nimia verecundia, confusione, tumultu, quibus eorum intus anima cruciabitur. Ps 20.10

In sanctis verò, quia pœnituerunt, iam per pœnitentiæ opera perdiderunt omne suum venenum, & vitam peccata: sunt autem vermiculata gemmis pretiosis, scilicet: contritione, ieiunijs, vigilijs, iam auro fulgent charitatis, iam dicitur Magdalenæ: *Remittuntur tib. peccata tua*, peccati vita, vinificæ charitatis: quia *dilexit multum*, iam aurea, vermiculata, pulcherrima resplendent. Horrendum Israelitis erat spectaculum videre Ægyptios, à quibus tam durè lucrant, tot annis oppressi acerbiori vita, quàm sit eorum qui ad triremes sedent. Solatur illos Deus per Moysen iam Ægypto egredientes. Euge, populo meus, hanc non tolerabitis amplius fœcem detestandam. *Ægyptios, quos nunc videtis, nequaquam vltra videbitis vsque in æternum.* Obicit D. Augustinus an hoc verum, cum eosdem postmodum viderint in mari? *Viderunt Ægyptios mortuos super littus maris, & manum magnam, quam exercuerat Dominus contra eos* Respondet D. August. Hoc illis Deus dicere voluit: Abiectam hanc plebeculam, quæ vos tam inhumanè exeepit peregrinos, non videbitis amplius viuentes & in eo statu, quô illam timeatis, & quòd sit in vestram confusionem. Nequaquam: quinimo subministram aquis gandebitis, exultabitis, triumphos ducetis, vt Dei agnoscatis vobis præstitum beneficium, eiusque omnipotentis brachij adoretis potentiam, qua tanto honore de hostium furore, insidiisque triumphastis. Hoc idem dicito, de Sanctorum peccatis. Luc. 7. 47. Exo. 14. 13. L. qui in Exod. 9. 31. Exod. 14. 31.

III. Lachrimæ peccata baptizant. P. Chr. Sermon.

Subtilissimâ vtitur metaphora D. Petr. Chrysologus tractans de pœnitentia, & verè pœnitentium afflictionibus, quâ declarat peccata iustorum toti notificata mundo, absit, vt illis infamiæ deputentur, quinimo & supremæ gloriæ dabunt argumentum. *Lachrimæ peccata baptizant.* O talium aquarum virtus præclarissima: tales lachrimæ ad delenda peccata vim habent sacri baptismatis à Christo pro hominibus institui. Nascitur homo carnalibus parentibus, carnalis iræ filius, abominabilis, horribilis, diuinis oculis ingratus, Satanæ mancipium, exul cœlo, quid remedii? Instituit Christus Sacramentum baptismi, tantam tribuit aquis virtutem, vt qui illis ablutus filius Adæ carnalis, traditor, Dei oculis peripsema, Angelis execrandus

» erandus eum reddat ſpiritualem Dei filium per
» gratiam, conſpectui Dei gratiſſimum, cunctis
» Angelorum ſanctorumque hierarchiis amabi-
» lem. O quæ vſquam tanta potentia, tam di-
» uina, tam præcellens! Hoc ipſum igitur ait, D.
» Chryſologus modò ſuo operantur in peccatis
» lachrimæ pœnitentium. *Lachrimæ peccata ba-*
» *ptizant.* Cum ſint enim peccata adeo fœtida,
» ſpurca, execranda, confuſionis titulus, æternæ
» damnationis argumentum, iræ diuinæ irritatio,
» diabolo ſubiectionis occaſio: abluta amaro ve-
» re pœnitentiæ profluuio, non propter illa, ſed
» propter illam, vt illâ baptizata, talem inducunt
» metamorphoſin, vt iam ſint pulcherrima, ani-
» mam reddant Deo acceptam, omnibus Ange-
» lis, totique mundo dilectiſſimam: & ea, quæ
» titulus erant ſufficiens horroris, confuſionis, æ-
» ternæque damnationis, modo ſunt honoris, pul-
» chritudinis, æternæque ſaluationis argumentum.
» Viden' quanti tibi referat vera pœnitentia &
» pro peccatis tuis profuſæ lachrimæ: æternæ tibi
» parient triumphum gloriæ laudiſque celeberri-
» mum.
»

§. 13. Segregabit oues, &c. *Mundus finem accipiet, omnes reſurgent, diuidit illos Dominus: triſtis erit hæc diuiſio malis, bonis autem lætiſſima.*

Lu. 49 SVpereſt tertium & vltimum ex D Chryſoſtomo nimium ſententia illa rigoroſa, tremenda, plena formidinis quam ſupremus proferet iudex, de qua nulli licitum appellare, cuius executio ſit irrefragabilis, perpetua, ſempiterna. Si, quæ diximus, horrorem incutiant, vel maximè hoc tertium nos timore conſtringet, & adhuc plura circa hoc ſe offerunt dicenda, ſi illa multa, quibus in prædictis hæſimus, nos non cogerent, hæc breuiter, & cum &c. tranſcurrere. Finem mundus accipiet igne illo conſumente omnia, cœlos, elementaque putificante, ita D. Auguſtinus ſed præclarè Diuus Petrus. *Cœli ardentes ſoluentur, & elementa igni ardore tabeſcent.* Notandum eſt hoc verbum, (*ſoluentur.*) Admirabilis planè vnio, & ligatura, qua inter ſe cœli conuertuntur, inuicem mouent, colliduntur, & omnes hi terram circumcurrunt, quibus miſer hic mundus conſeruatur, & quidquid in eo continetur, animalia, plantæ, petræ, montes. Tunc vi conſumentis huius ignis vnio hæc diſſoluetur, concentus, ordo, & ſicut rupto fune, quâ horologii mola conſtringitur, ex quo totum hoc artificium, ac concentus dependet, ſubitò omnia hæc conquieſcunt, ita huic infauſto mundi continget horologio: diſſoluta enim vnione, & cœlorum nexu, cuncta corruent aceruatim. Illic deficient, eruenturque arbores, plantæ, montes, petræ, turres fortes, ædificia, aurum, argentum, ornamenta, opera ſerica, plumaria, omnis pulchritudo: ſicut caſtelli papiracij cometis igniariis inſtructè ornatus, quando illi ignis admouetur: quales Eheu, tunc erunt mundani tot infelices, illi, inquam, quibus ita Chriſtus comminabatur *Væ vobis diuitibus: quia habetis conſolationem veſtram.* Luc. 6. 24.

Oſtendit Deus dilecto ſuo diſcipulo D. Ioan. tremendum Babylônis (& omnis confuſionis theatri) vltimum finem, qua ratione cœlo indicante, deſcenderit ignis eam conſumpturus. Videbat in ea mercatores, & habitatores, qui ibidem quondam lætabantur: *Flentes, ac lugentes, & dicentes: Væ, væ, ciuitas illa magna quæ amicta erat byſſo, & purpura, & cocco, & deaurata erat auro, & lapide pretioſo, & margaritis, quoniam vna hora deſtituta ſunt tam ingentes diuitiæ.* Apoc. 18. 16. Ita totus infelix mundus conſumetur. O ſi hæc conſideraret, ô ſi attenderes, quem finem hæc omnia ſortientur, quæ modo tanquam deos adoras idololatra. *Cum igitur hæc omnia diſſoluenda ſint* (addit Diuus Petrus) *quales oportet vos eſſe in ſanctis conuerſationibus, & pietatibus?* &c. Attende, quanti illa ſint facienda, quæ ſic conſumentur: congruum iudico, vt illis cauſam ſalutem, que tuam componas, per eleemoſynas, operaque pietatis. Sequetur poſtmodum reſurrectio vniuerſalis. Citabit enim Deus cunctos Adæ filios, dabit autem, ſiue per ſe, ſiue per Archangelum Michaelem, ſonoram illam terribilemque vocem, quæ tubæ ſuperet clangorem: *Surgite mortui, venite ad iudicium*: Chriſti verbum implebitur: *Omnes, qui in monumentis ſunt, audient vocem filij Dei.* Ioan. 5. 28. Audient vocem illam diuinam, omnipotentem. Articulus ille reſurrectionis vniuerſalis, gentilibus non probabatur, quinimo vt impoſſibile commentum explodebatur: non enim perſpectam habebant diuinæ vocis cuncti potentiam: Verumtamen nobis nihil creditu facilius, qui eius vires probè nouimus: quæ à D. Paulo vocantur *Tuba Dei* (&), *Nouiſſima tuba*, referens hoc, *Nouiſſima tuba*, ad primam quæſtatim in mundi primordio audiebatur. *Tuba* (inquit D. Petrus Chryſoſologvs) *qua in principio mundum creauit ex nihilo, ipſa in nouiſſimo mundum reuocabit ex perdito: & qua in primo homi-*

D. Petr. Chrys. Serm. 105 de filio vidua.

hominem suscitauit ex nihilo, ipsa in fine hominem resuscitabit ex puluere. Vtetur Dominus Angelorum ministerio, quos idem Apostolus dicit: *Angelus virtutis eius,* ad hoc, quod ipse Chri-
2. *Thessal.* 1. 7. stus signauit, nimirum, vt tum temporis Angeli colligant omnium cineres, hoc est boni Angeli, bonorum, & dæmones peccatorum.

SO I. Anima corpus alloquitur.

Heu qualis tum anima peccatoris, quando coram se viderit corpus suum maledictum, fœdum, horribile, graue, male olens, vermibus scatens, viuentibus corrosum flammis. O corpus reprobum, tunc illud, quod ita dilexi, quod vt Deum colui? tunc, ob cuius gratiam pelagi pisces episcabantur, montes venationibus molestabantur, texebantur serica, acu pingebantur plumaria, coquebantur fercula; molles sternebantur lecti, byssus candefiebat? O faciem execrandam, diris deuouendam, tunc illa, quam toties ceruso fucisque deliniui? O iure dissecandæ manus, vosne illæ, ob quas pretiosissimi conflabantur annuli? Conclamant omnes, iustum est traditor, cum tunc temporis meorum fueris particeps delictorum, sis & modo tormentorum. Ingredientur igitur animæ infelices inuitæ quidem, vnaquæque proprium sibi corpus; fœtida erunt corpora fœtore oppleta & vermibus, ardentibus corrosa ignibus, omnium infirmitatum morborumque collegium, inquam omnium, quos vnquam vel infirmus est passus, vel medicus imaginatus: afflictabuntur podagra, calculo, auribus verminosis, ischiade obontalgia, spasmate, ardentissimis febribus, & quotquot in hac vita defectibus laborarunt.

II: Quo statu corpora resurgent. *L. 22 de ciu. Dei c. 19. & in Enchirid. c. 87. a In c. 15. ad Cor. 1. lect. 8. ad finem & 4 dist. 44. q. 3. a 1. b D. Aug. Epist. 446. ad Consentium. Ep. ser. 121. de diuers. cap. 20.*

Inquirit D. Augustinus, quæ ætate euigilabunt, & num resurgent reparatis suppletisque defectibus, quos eorum aliqui hic pertulerunt? An cæcus resurget clarè videns? An qui truncus manibus natus est, resurget illis dotatus? Quantum ad iustos, certum est, resurrecturos in ætate perfecta triginta trium annorum, absque vllis defectibus: supplebit enim illos Deus, quos hic habuerunt. At quid de damnandis? Disputat D. August. nunc in hanc, modo in alteram partem. Vnde dicendum primò. Resurgent peccatorum corpora integra, omnibus suis partibus, sensibus potentijs constantia, licet hic fuerint, aut cæca, aut surda, aut muta, aut claudа. Ita respondet D. Thom. *a.* sic quoque D. Augst. *b.* variis locis: *Incorrupti quidem* (ait quodam loco) *resurgent, integritate membrorum. Resurgent* (ait & alio loco) *ad illam pœnalem integritatem; nam integra erunt corpora impiorum.* Hanc autem dat rationem: quia sic conuenit vt integerrimo & perfecto luant supplicio: si illis enim aliquod deesset membrum, vel sensus, iam illa carerent pœna, quam in tali, vel ob talem possent tolerare. Verbi gratia: si cæci forent, non eos dæmonum, aliorumque horendorum aspectus cruciaret. Si surdi, non auditus, terribilium clamorum, tam eorum qui pœnis his affliguntur, quàm qui eas inferunt, carnificum etc. Ita quoque è contrario corpora iustorum omnibus membris, ac sensibus integra resurgent, vt in omnibus integrâ, perfectâque gloriâ perfruantur. *Nihil imminutum in eis apparebit, sed ad pœnam erit integritas corporis.*

Secundò: dicendum resuscitanda impiorum corpora illas omnes malas habentia passiones, quibus in vita cruciabantur, passibilitatem, grauitatem, obscuritatem, podagras, ischiades, asthma, ventris fluxum &c. Erunt igitur corpora illa grauia, obscura, passibilia, infirmitatibus quibus hic torquebantur, oppressa. Podagra, eius qui illa in vita laborauit erit dolorosissima, ischias rabidis affliget pœnis. Asthma non sine summo, ac vehementiore anhelatione impediet spirationem &c. Et quid hoc adeo multum? Cum credam impiorum corpora resuscitanda velut omnium infirmitatum xenodochium, podagræ, odontalgiæ, spasmatis, Asthmatis, cephalææ, ventris fluxus, febrium &c. O bone Deus, si vna harum infirmitatum tantillo quo durat tempore, tot remediis, tot cupediis sufulta & cum adsit qui tibi ad votum seruit, ita te excruciat: quis cruciatus, quis erit dolor, cum simul & in perpetuum miris contorquebere? tot carnificibus circumstantibus, vbi non alio lecto decumbas, quàm flammis, ardentibus, consumentibus. Hanc doctrinam probat D. Augustinus multis in locis. Ex verbis D. Paul. quæ in eiusdem rei confirmationem expendit D. Ambrosius in illud psalm. *Non resurgent impij &c. Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur.* Videtur ait D. Ambrosius Apostolus tangere verba illa mysteriosa Iob: *Exspecto, donec veniat immutatio mea.* Quæ est ista quam Iob sperat, immutatio? Ea est, inquit, quam exponit Apostolus: *Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem & mortale hoc induere immortalitatem.* Hæc mutatio in omnibus resuscitandis non inuenietur: *Non omnes immutabimur*: tantum modo in iustorum corporibus, quæ quigilabunt renouata, mutata, non in substantia, sed in qualitatibus, incorrupti-

Lib. de Agone Christiano cap. 11. Ep. ser. 121. de diuers. c. 16. & 18. Ps. 1. Cor. 15. 51. Iob 14.

» corruptibilia, clara, impassibilia, agilia &c. Porrò peccatorum corpora non mutabuntur, quin » potius omnibus his infirmitatibus afflicta, & » peruersis qualitatibus obruta patientur, illis in- » quam, quibus in hac lachrymarum valle premebantur, & his quidem in hoc miserando statu » accrescentibus, quæ ab ipso resurrectionis die augebuntur.

» Vnica hæc superest difficultas, num eorum » corpora sint futura corruptibilia? sicuti sunt » passibilia, & in illis qualitates contrariæ suum » sint effectum habituræ, caloris ardentis, ignis, » gelu, verberum, vulnerum, morsus serpentum, » quis non dicat, quòd corpora illa aut immutabunt, aut corrumpent, redigentque in nihilum? » Hanc difficultatem olim perpenderunt Theologi, & eandem ventilat D. Thom. quem sequuntur moderni. Lactantius Firmianus opinatur, » quòd corpora illa ex vna parte semper corrumpentur, cùm ignis ardore, tùm corrodentibus » vermibus, verumtamen ex alia parte restaurabuntur: simile quid finxere Poëtæ de Promotheo, quem Iupiter ob cœlo ereptum ignem & » in terras delatum, rupi affigauit, cuius iecur aa » cor vultur perpetuò corroderet, & corrosa vna » parte, alia corrodenda recresceret, quale hoc tormentum? hoc vos diiudicate. Verumtamen non- » uiderur huic Apostolus consentire, dicit enim de » cunctis mortuis: *Mortui surgent incorrupti*: » grauior longè erit eorum vera pœna, quàm illa » conficta Promethei: Hic enim ea in parte, quæ » corrosa erat, eo tempore quo non reparabatur, » dolorem non patiebatur: mali semper patientur » in omnibus suis partibus, sensibus ac corporis » potentiis. O Horrendum! qui igitur fieri potu- » rit, vt illud corpus non consumatur, in quod in- » fernales ignes (cuius considerationis fulgurum » flammæ habentur vt pictæ) totis viribus operabuntur? quis dicat illa passibilia corpora non in » pulueren, nihilumque redigi, tot verberibus à » dæmonibus atrita, tot plusquam mortalibus » saucia vulneribus? si admittat ea esse & corruptibilia & immutabilia? Notat D. August. ratione, subtili suo ingenio perpendens, in cor- » pore corruptibili duo esse considerauda. Primum: quòd in illud operentur, illudque immuerent qualitates contrariæ, quæ ei repugnant, & » imprimuntur, ac recipiuntur in illo, ignis suo » ardore, gelu suo frigore &c. Secundum: quòd » illis corpus conterant & consumant. In illo miserando statu, erunt damnatorum corpora cor- » ruptibilia, quantum ad primam partem: realiter » enim ignis suum illis imprimet ardorem, & gelu » totum suum frigus, serpentes omne suum effun- » dent, venenum, dæmones omnes suos ictus: non » corruptibilia erunt, quantum ad secundam par- » tem: dabit enim Deus infaustis illis corporibus » fortitudinem tantam, vt destrui, seu corrumpi » non possint. »

Proinde, monet D. Augustinus, non eam vocemus incorruptionem, quam inauspicata illa » illa corpora habebunt, sed naturæ firmitatem: » *Erit ineis quædam, vt ita dicam, firmitas corporis, corruptilis firmitas: quia vbi dolor esse poterit, non poterit dici non esse corruptio, quamuis non deficiat illa firmitas in doloribus, ne dolor ipse moriatur.* Nota verba hæc: *Corruptibilis firmitas*: quasi diceretur: corruptio incorruptibilis. Hoc indicat, ait D. Augustinus. Vates Isaias, dum de » eorum loquitur doloribus. *Vermis eorum non moritur, & ignis eorum non extinguetur*: Vermem » vocat corruptionem, quæ erit in carne; ignem » verò vocat, dolorem illum, quem in illa causabit ignis, & reliqua inferni tormenta: *Nam ipsam corruptionis nomine vermis prophetiè significatam, non incongruè credimus, & ipsum dolorem nomine ignis: quia firmitas tanta erit, vt » nec doloribus cedat in mortem, nec ad incorruptionem, in qua nullus dolor est, immutetur.* Quod si » dixeris, hoc re capere non posse, respondet D. » Augustinus dum agit de modo, quo materialis » ignis inferni, cum sit corporalis dæmones excruciet, qui sunt immateriales spiritus: dicit enim: » *Fit mirè, sed veris modis*, licet numquam à nobis » intellectis. »

Attamen siue illo, siue alio fiat modo, concludit D. Augustinus, & hanc expedit difficultatem, parum nobis (inquiens) refert, cum sciamus illos resuscitandos modo supremis tolerandis cruciatibus maximè conuenienti: *Neque fatigare nos debet eorum habitudo, & quorum est certa, & sempiterna damnatio.* Miseros hos resuscitatos, dæmones capillis arripient, protrahent, & in vallem Iosaphat adducent iudicandos. E contra vero qualis erit beatorum animia quando Angelus eius custos ad manum paratum corpus proferet, iam dispositum, vestitum, deficatum omni ambare fragrantius? O corpus meum, amice fidelissime, dilectissime comes, tu mihi vires ad iustitiæ coronam præbuisti, tu fame & siti, & ieiunio laborasti, tu verbera disciplinæ, tu tabularum duritiem, pro molli lectulo, tu cilicij asperitatem pertulisti: iustum est, vt in gloria sis particeps, quod tantum fuisti particeps in doloribus.

Intrabit in illud animi, & resuscitabitur, sup-

III. Quis status corporum damnatorum. 4 dist. 44 q. 3. ar. 1. q. 2 & 3. l. 7. di. uina instit. c. 21.

D. Aug. lib. 20. To. 10.

Isa 66. 24.

L. 11. de ciu. c. 28.

Lib. 2. de ciu. c. 19. & in Enchir. 28.

plebit Deus omnes præteritos corporis defectus, manuum, pedum, oculorum: hoc enim (teste D. Auguſt.) ſignificat Apoſtolus his verbis: *Reſurgent: In virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti.* His igitur iuſtus inſtar ſolis fulgebit clariſſimi, eritque hoc quod veritas ipſa profert: *Fulgebunt iuſti, tanquam ſol in regno patris eorum.* Illo, igitur corpore glorioſo circumamictæ animæ, alacres, comitantibus Angelis procedent ad vallem Ioſaphat. Omnibus igitur illic congregatis prodibit ſupremus inquiſitor præcedente eum glorioſo crucis vexillo: *Tunc apparebit ſignum filij hominis.*

In Matth. c. 1. Eph. 4. 13.

Matt. 13. 43.

Matt. 24. 30.

Expendunt hæc verba SS. Patres, dicentes, quod crux apparebit mille ſolibus illuſtrior, mille legionibus Angelorum circumcincta. Ita D. Ephrem Tract. de iis quæ poſt crucem, ſunt reuelanda. Item D. Hyppolitus Martyr: *Apparebit ſignum filij hominis cum multitudine exercitus Angelorum vniuerſum terram illuminans, à finibus vſque ad fines, ſuper claritate ſolis, aduentum Domini annuntians.* Hanc cum iuſti viderint, poſitis genibus cernui cœleſte cantabunt euphonema. *Salue crux ſancta, ſalue mundi gloria, vera ſpes noſtra, vera ſeruis gaudia.* Mali vero, ait Chriſtus, fletus & eiulatus ad ſydera mittent, præ nimia confuſione: conſiderantes quàm inauſpicato, neſcierint ſibi præſidio aſſumere arborem hanc vitæ & omnis virtutis originem: *Tunc plangent omnes tribus terræ.* Confeſtim officium paſtoris exequetur arbiter: ſeparabit enim oues ab hœdis, ſtatuet oues, videlicet iuſtos, oues manſuetas, vtiles, laniferas, obedientes ad dexteram; malos autem hœdos laſciuos, inquietos, petulcos, ſuarum voluptatum amatores ad ſiniſtram ſuam; vt mundi finis eiuſdem conueniat principio. Quando enim Deus creauit mundi prima fundamenta; vidit non bene interfluere aquas cœli, aquis terræ: creauit firmamentum, quod illas diuideret: *Fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis.* Pariter continget in mundi occaſu. Aquæ ſignant homines: *Aquæ multæ, populi ſunt.* Duas iſtarum aquarum ſpecies numerat Apoſtolus, quaſdam ſcilicet terrenas, quæ naturam ſequuntur corruptam, inclinationem, terrenam hominis terreni Adam. *Qualis & terrenus, tales & terreni*: alias vero cœleſtes, quæ originem trahunt de cœlo per gratiam, ibi fixa ſunt eorum deſideria, homini cœleſti Chriſto conformes. *Qualis cœleſtis, tales & cœleſtes.* Non conuenit, ambas has intermiſceri aquas: quis eas ſegregabit? Firmamentum, cœlum ſupremum & ſtellatum. *Fiat firmamentum, & diuidat aquas ab aquis.* O bone Chriſte, diuinum firmamentum. *Dominus firmamentum meum. Et erit firmamentum in terra.* Canit Dauid: Illud diuidet aquas ab aquis.

Gen. 1. 6.

Apoc. 17. 15.

1. Cor. 15.

IV. Chriſti crux apparebit. *p. 228. D. Hyp. Tract. de conſummatione ſæculi.*

Pſ. 17. 2.

Pſ. 71. 16.

52

Porta Templi, quam vidit Hieremias, in medio ſita, diuidebat inter ſe ficus bonas, & malas, ad vnam manum ſegregabat: *Bonæ bonas valde & ad alteram: Ficus malas, malas valde.* Non erit ficus, quæ ſit mediocriter bona, ſed bonæ, bonæ erunt in ſuperlatiuo: *Ficus bonas bonas valde, & malas* (ſimiliter) *malas valde*: tunc enim boni, boni erunt valde, optimi. Dicunt Philoſophi, tunc qualitatem aliquam eſſe in ſummo gradu, quando nullum gradum habet contrarij. Non habebunt boni quidquam nec paruum, nec magnum, nec minimum capillum mali ſeu peccati: omnia bona erunt: corpus, anima, caro, oſſa, potentiæ, ſenſus, virtus ſemel imo bis confirmata: *Bonæ, bonis valde*, id eſt in ſummo gradu: ejus enim affluentes bonis gratiæ & gloriæ. Tunc nullæ eos anguſtabunt infirmitates, nec fames, nec ſitis, nec fatigatio, nec mors, nec timor, nec paupertas, nec dolor. *Et mors vltra non erit neque luctus, neque clamor*, &c. Similiter mali, malum erunt in ſummo gradu, cum nihil habeant boni, nec in corpore, nec in anima, nec in ſenſibus, nec in potentiis. Cunctis opprimentur malis, fame, ſiti, morte, fatigatione, igne, gelu, omnigenis tormentis; & hoc ex duplex malum: *Malas, malas*; quia obſtinati erunt & in malo obfirmati *in æternum*. Hanc faciet diuiſionem præclara illa porta templi gloriæ. Chriſtus, inquam, qui de ſe ſic teſtatur: *Ego ſum oſtium.* Separabit enim quoſdam ad dexteram, alios vero reiiciet ad ſiniſtram: *Separabit eos ab inuicem.* O mortalibus tremendam diuiſionem!

Hier. 24.

Apoc. 21. 4.

Ioan. 10.

Huius diuiſionis quandam multis ante annis imaginem, & prima lineamenta Propheta Oſeas conſpicatus contremiſcit, cor illi palpitat, viſcera lacerantur. *Conſolatio abſcondita eſt ab oculis meis, quia ipſe inter fratres diuidet.* Quid erit videre, eos ab inuicem ſeparari, qui tam coniunctim vixerunt, vt maritus & vxor: maritum, cum laſciuis hœdis reiici in ſiniſtram, ad damnationem, mulierem autem patientem vt quem manſuetam ad dexteram collocari? Quis dolor fratri, dum à ſe diuelli cernit fratrem ad dexteram ſtatuendum, ſe vero in ſiniſtram reiiciendum. Præcinit Dauid iuſtos velut familias ſtatuendas: *Poſuit ſicut oues familias.*

Oſe 13. 14.

Pſ. 106. 41.

lias. Christus ait etiam malos, vt fasciculos alligandos. *Colligite primum zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum.* Quod & sic explicat D. Augustin. *Ligate in fasciculos, hoc est rapaces cum rapacibus, adulteros cum adulteris, fornicatores cum fornicatoribus, homicidas cum homicidis, auaros cum auaris, iracundos cum iracundis, fures cum furibus, derisores cum derisoribus, similes cum similibus.* Superbos reges cum Pharaone, iniustos iudices cum Pilato, vltores iniuriarum cum Esau, proditores cum Iuda, gulosos cum Heliogabalo, crudeles cum Nerone, luxuriosos adulteros cum Herode, Atium cum discipulis suis, Mahomet cum omnibus Turcis, Lutherum cum suis sequacibus. Alligate ea: colligati erunt: ita Christus: *Ligatis manibus ac pedibus.* Idem erit ignis, quem Deus torquendis dæmonibus creauit inextinguibilem: ille eos tenebit constrictos: *Angelos vero &c. vinculis æternis sub caligine reseruauit.* Erit enim realiter verus ignis, vt probat D. Gregor. qua ratione, quæris, torquebit hic diabolos? *Fit mixtis, sed veris modis.* Dicito tu illis, vt igne exiliant, tormentis se eripiant, se liberent hoc ergastulo. Audiamus D Gregor. Nazianz. *Hunc arctissimè ligatum exposuerunt nudum ad solem melle peruictum, morsibus vesparum, atque muscarum, quas nec abigere poterat, nec ipse recedere, nec mouere manum*: Inuicem colligati erunt, quinimo cum ipsis dæmoniis D. August. & Bernard. tractant de huius supplicij grauitate: erunt tam crudelibus inimicis colligati; qui istis etiam fasciculis constringentur: sunt enim quidam dæmones, qui homines tentant ad luxuriam, alij ad odium, alij ad furta, sicut Sanctis cum Angelis sociabuntur.

Matt. 13. 30. D. Aug. Ser. 39. de Sanctis. Tom. 10. Matt 22. 13. Iuda v. 6. 4. Dialog. c. 29. D. Greg. Naz. Orat. 1. in Iul. de S. Mamy. Marco Aretaf. Isa. 33. & in Exchir. c. 16 & D. B. ser. 36. in Cant. & 53 V. Alligabuntur peccatores in fasces.

Optimè vero dicit alligandos vt fasces; *Alligate ea in fasciculos*: non cum poterunt damnati sese vlterius mouere ad facienda opera pœnitentiæ, vel boni aliquid. Similiter & iusti, vt quium greges congregabuntur: *Posuit sicut oues familias.* Patriarchæ cum Abraham, Prophetæ cum Ioanne Baptista, Apostoli cum S. Petro, Martyres cum D. Stephano, Episcopi cum D. Martino, Religiosi cum suis fundatoribus, D. Benedictus, D. Bernardus cum suis monachis, D. Bruno cum suis Carthusianis, D. Dominicus cum suis zelosis prædicatoribus, D. Franciscus cum suis humilibus minoribus, D. Antonius cum suis Eremitis, D. Catharina Martyr cum Virginibus, D. Magdalena cum pœnitentibus, D. Anna cum sanctis vxoribus. Non erunt alligati, sed liberi, vt in pratis agnelli: *Egrediemini, & salietis sicut vituli de armento*, ait Dominus, & subtiliter declarant Septuaginta: *Salietis sicut vituli de vinculis relaxati*: Et tu, ô hominum infaustissime, cui horum cogitas collegio te sociandum? ad quam ex his sanctis, credis familiam te recursurum? qua ratione tua cum istis conueniat vita? quid in te reperimus laudabile, quo Patriarchis, seu Prophetis &c. connumeteris? Tunc implebitur Scriptura Spiritus sancti, ait D. Augustin. *Tunc stabunt iusti in magna constantia aduersus eos, qui se angustiauerunt, & qui abstulerunt labes eorum. Stabunt iusti*, non dicit, stabunt nobiles, seu Principes, seu diuites, sed *iusti*; illi enim soli, felices erunt in die illa, hi soli sitmi, securi, exultantes omni timore sublato: *Stabunt aduersus eos, qui se angustiauerunt*, opponent se illis à quibus opprobria passi, & eorum labores contemptui habiti sunt. Quàm non vociferabitur contra diuitem epulonem Lazarus, qui sibi panis micas negauit inhumanus: quas non effundet querelas D Vincentius contra Dacianum, qui tot eum torsit cruciamentis? Quas voces Innocentes in Herodem, qui tam crudeli eos manu trucidauit? Qualis insurget, inquit Diuus Augustinus contra impium Achab innocens Naboth: qui, vt ei auferret vineam, vitam abstulit? Qualis contra diuitem sanguisugam, pauperculus, qui se ad tam miserum coëgit statum. Et quàm animo suspensi miserrimi illi? *Videntes turbabuntur timore horribili.* (Quàm emphaticum istud?) *Et mirabuntur in subitatione insperatæ salutis, dicentes: Hi sunt, quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improperij &c. Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam, & finem illorum sine honore: Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est.* Et in se ipsos furentes, tristibus incipient ejulatibus sibi capillos euellere, facies dilacerare vnguibus, suum plangentes infortunium, eò quod agant feram & sine fructu pœnitentiam: *Pœnitentiam agentes, & pra angustia spiritus gementes.* Vitam suam peruersam deplorabunt, errores suos, dissolutiones suas, annos malè vitiis impensos, lamentabuntur transactas voluptates, præsentes pœnas, infirmi æternitatem, quæ ipsos manet infelices. Suam deflebunt stultitiam, quòd pro momentaneis deliciis tanti boni fecerint iacturam irreparabilem, & iam clarè cognoscent, quanta potuerint facilitate summo illo bono perfrui. Tantoque accepto malo

Malach. 4. 2. In Ps. 29. & Epist. 5. ad Bonifacium. Sap. 5. 1.

stulti sapient, sed serò Phryges: *Ergo errauimus à via veritatis &c. Lassati sumus in via iniquitatis & perditionis, & ambulauimus vias difficiles, viam autem Domini ignorauimus. Quid nobis profuit superbia? Aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Transierunt omnia illa tanquam vmbra &c.*

§. 14. Venite benedicti. *Lætificabit Dominus iustos, dandos eis Regnum: illud enim omnium primum creauit.*

54 *TVnc dicet Rex his qui à dextris eius erunt.* Sententiam daturus iudex supremus, primum sese conuertet ad bonos, stantes à dextris eius: vt omnibus testetur, summum sibi placere, misericordiam exercere, bonosque præmiare: quin etiam, vt sentit D Bernard. ad malorum confusionem, vt videant, id quod potuissent, si voluissent obtinere. *Prius benedicti vocabuntur in regnum, quàm maledicti in caminum deijcientur ignis æterni, quo videlicet acrius doleant, videntes, quid amiserunt.* Ad illos conuertetur benigno, hilari, blando arridentique vultu; idque adimplebitur: *Intempore erit respectus illorum.* Quis forsan dixerit, modo Deum vultum suum ad electos non conuertere, illos minimè intueri, aut eorum curam agere, de quo visus est conqueri Dauid: *Quare faciem tuam auertis, obliuiscéris inopiæ nostræ, & tribulationis nostræ.* Illa autem die, conuertet vultum suum, ipsos intuebitur ea hilaritate, quâ sol mundum recreat quando discussis tenebris fulgentissimus mane exoritur suauem illi faciem obuertit. Hæc erat veteris legis amplissima benedictio: *Conuertat Dominus vultum suum ad te.* Maximis famis angustiis oppressis, hoc sufficiebat Ægyptiis, si Ioseph eos tantummodo intueretur: *Respiciat nos tantùm Dominus noster* & hæc est iustorum peculiuis oratio: *Respice Domine in seruos tuos.* Hoc tunc implebitur: *Erit respectus illorum.*

D. BER. *Serm 8. in Psal 90. Qui habitat.*
Sap 3. 6.
Ps. 43 24.
Num. 6. 26
Gen 47. 25
Ps 89. 16.
L. 20. de ciu c. 27.
Malach. 3. 17.

Tunc (teste D. Augusto de hoc disputante) implebit Dominus, quod iustis per vatem Malachiam promiserat: *Et erunt mihi, ait Dominus exercituum, in die: qua ego facio in peculium. & parcam eis, sicut parcit vir filio suo seruienti sibi.*

TERTVLL. *L. de iud. Dom.*
D. GRE. NAZ. *Tract. in illud.*

Verbe notatu dignissima. Oculis ad eos reflexis, vt ad charissima piguora, verbis benignissimis (ait Tertull. hoc subtili versu.) *voce bona & dulci*, (ait D. Gregor. Nyssen.) illos inuitabit: *Venite benedicti Patris mei, percipite regnum* &c. Quis *Quod vni ex minimis.* vim verborum expendat singulorum? *Venite*: Euge, dilectissimi filij, vos mihi proximos volo, amici fidelissimi: accedite propius, properate amantissimi amici, brachiis me constringite arctissimis. Quàm tristis gemit filiolus, dum matrem, in probam amoris, quasi à se eum reiicit, atque amarior: Vade, non te volo, sed istum Ægyptium, & alienum amplexatur, mille recreat blanditiis amoris iudicis: quàm non tenere plangit filiolus? Quàm non acriter asslgitat puerulus? Attamen, dum eum vultu serenior, lætidoque compellat, accurre fili mi, dilecte vteri mei matrem amplectere, anima mea, tu mihi filius charissimus, tibi mea seruantur vbera: fugito: quale gaudium?

1. Iustorum benedictio pendent.

Appellans placidis verbis sua iussa secutos.

Quam hilaris subsilit? quàm consolatus accurrit? Quàm anxiebantur Iosephi fratres, dum ab ipso vt peregrini ignoti regni insidiatores excipiuntur? Cum autem vultu ad omnem amicitiam composito, brachiis dilatatis, ad illa inuitat, osculum præbet pacis: *Dux: clementer Accedite ad me, Ego sum frater vester, nolite pauere.* Quæ consolatio tam inexspectata, quod gaudium tam inopinatum? Maius, *Benedicti*: Latius explicat, D. Chrysost. *Quibus bonis hoc nomen compensari potest, vt benedictus sis, & à patre ipso benedictus?* His, cum cæteris iustis, contentus gaudebat Dauid, vnde & illud repetit, dum rogat: *Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus.* Nota enim est illa S. Spiritus sententia: *Benedictio Domini diuites facit, nec sociabitur eis afflictio.* Nullum maius bonum, sibi persuadebat Dauid, oprare se posse ciuibus Iabes Galaad, ob benenolam misericordiam impensam Sauli, dum eius corpus tradunt sepulturæ: quàm illud: *Benedicti vos Domino, qui fecistis misericordiam hanc cum Domino vestro Saul.* Magis *Benedicti Patris mei.* Antiquitus dabatur cum benedictione paterna ius hereditatis & primogenituræ: vt patet in benedictione Isaac concessa Iacob, proinde cum vocat illos: *Benedictos Patris mei*, perinde est ac si dicat, Vos, vos estis heredes regni, quia Patris mei obtinuistis benedictionem. Ea erit benedictio: de qua Sapiens. *Benedic. o illius, quasi fluuius inundauit.* Erit bonorum omnium inundans fluuius, qui illos cooperiet, & de capite ad calcem benedictionibus irrigabit. Benedicta vestra ieiunia, benedictæ vestræ pœnitentiæ, benedictæ vestræ eleemosynæ, benedictæ vigiliæ vestræ, benedictus dies, quo Deo nati estis, benedicta vita vestra, benedicta mors vestra, benedicti oculi vestri, benedicta lingua vestra, benedicta anima vestra, benedictum

D. CHR. *Hom. 80. in Matth. Tom 2.*
Psal 66. 8.
Prou. 10. 22.
Gen 45. 4
2 Reg. 2. 5
Eccl. 38. 27.

ctum corpus vestrum, benedicti vos omnes; Amplius: *Possidete paratum vobis regnum.* Nolo minus vobis elargiri, quàm omnes vos Reges creare, & Reges regni cœlorum.

Perfectè in illis adimplebitur illud Sapientis
Cap. 6. 17. vaticinium. *Accipient regnum decoris & diadema speciei, de manu Domini.* Nihil habet Rex, quod amplius addet, quàm proprium regnum. Dixit Saul, vt felicem videt Dauidis progressum:
1. Reg. 18. *Quid ei superest, nisi solum regnum.* Visum est Herodi se quidquam non posse dare in promissum regale magnificentius, quàm dimidium regni: ita enim offert puellæ saltatrici, vt beneficium aliquod peteret, se ei concessurum, quidquid petiisset: *Licet dimidium regni mei.* Quis
Marc. 6. 23. Rex priuato cuidam tale præstitit vnquam beneficium? *Possidete regnum.* Et quale regnum? *Paratum vobis à constitutione mundi.* His verbis includit Christus, & suam in nos misericordiam, bonitatemque manifestat. Primum, etenim quòd creans mundum præparauit, fuit regnum cœlorum hominibus in possessionem &
D. Aug. Lmedit. c. 19. gloriam. Iam nunc, inquit D. Augustin. capio quid intellexerit Spiritus S. quando dixit. *Prior omnium creata est sapientia.* Quæ est hæc sapien-
Eccli. 1. 5. 1. Cor. 1. 25. tia? Ne hoc intelligas, inquit, de filio Dei, quem vocat Apostolus: *Dei sapientiam*, hæc enim non fuit creata, quin potius per ipsam creata sunt omnia: *Non vtique illa sapientia Patri Deoplane coæterna, & æqualis, per quam creata sunt omnia.* De illa sapientiæ domo, vbi perfectissimè Deus suam communicat, quæ ipsa est gloria. Vocatur Romæ *Sapientia*, domus extructa ad docendum, schola studiosorum sapientiæ. Hæc illa est sapientia, gloriæ domus omnium primogenita, & primicetia creaturarum;
D. Aug. Lmedit. c. 20 T. 4. quam D. Augustinus his verbis depingit: *O beata & sublimis creatura creaturarum maximè beata.* (Et infertus:) *O domus Dei Luminosa, & speciosa, locus habitationis gloriæ Domini Dei mei, possessoris & fabricatoris tui.* Illa est, inquit, quæ *prior omnium creata est* Primùm enim omnium creauit Deus supremum hoc gloriæ domicilium, vt se hominibus communicaret. Non creauit Deum orbem propter terram, nec propter plantas, nec animalia, nec aquas, nec aërem, nec
4. Esdr. 6. 55. quidem propter cœlos ipsos, sed propter hominem. *Propter nos fecisti seculum, & omnia, quæ in eo continentur*, ait Esdras.

Ad hoc propositum exponit D. Clemens Papa
L. 1. recognit. Rom. 1. in Gen. & ait: *Ex ore Dini Petri*, quem sequuntur Origenes Theodoret. Magister sententiarum & alij,

prima illa verba Geneseos: *In principio creauit Deus cœlum & terram.* Quid intelligit per cœlum, & quid per terram? Cœlum empyreum, hoc est cœlum; moles illa, & globus terræ, & aqua tenebrosa, est terra; quia legimus, quòd cœlum stellatum & alios cœlorum orbes creauerit secundo die. *Fiat firmamentum*, id est octauum cœlum. Ita vt primum fuerit cœlum Empyreum; & inferior moles, de qua, diebus subsequentibus alias eduxit creaturas, inferior cœlo Empyreo. Primò condidit æternam illam domum in habitaculum hominii, vbi æternum regnaret beatus, & deinde istam temporalem, in qua sese diuinâ gratiâ præpararet, ad aliam sempiternam: quia quòd Deus mundum creauerit, fuit in hominis summum bonum vtque se illi communicaret. Non decet summum bonum, ex primaria intentione perdere & castigare. Hoc fuit primum, quod Deus condidit D. Bonauentura ait (apud Cornelium à Lapide) hanc esse communem Sanctorum opinionem. Ita vt primum intentum Dei, quoad creationem mundi fuerit, create hominem, & prætentio, quam in hoc habuit, cum esset summum bonum, cui proprium est seipsum aliis communicare, ea fuit, seipsum homini communicare, & dare cum omnibus suis diuitiis. Non creauit mundum, vt hominem perderet, ac condemnaret. Nequaquam: *Non enim posuit nos Deus in iram,* 1. Thessal. 5. 9. *sed in acquisitionem salutis*, ait Apostolus, sed vt cum illo regnaret, statumque æternæ salutis obtineret. Proinde primum omnium creauit regnum & locum supremum cœlorum, vbi ipse principaliter sedem suam statuit, suaque bona communicat. *Non creauit nos ad gehennam* (inquit D. Chrysostom.) nec homini de- D. Chr. stinauit infernum nec ignes illos æternos, sed diabolis; & ita de iis loquitur: *Qui paratus est diabolo & Angelis eius*: ait vero de homine: *Paratum vobis regnum à constitutione mundi* Viden' quàm tibi Deus optet regnum cœlorum, cum enim vltimum tibi hoc sit dandum, omnium tamen primum creauerit. Adeste, charissimi, possidete illud regnum. Domine, & ob quid? *Esurist & dedisti mihi manducare. Sitiui* &c. Attendit D. August. *a* ex quo sumpsit D. Bernard. *b* quod non sit dicturus D. Stephano, Veni benedicte &c. quia ob mei gratiam fuisti lapidatus: D. Laurentio, quia pro mea fide fuisti in craticula assatus: nec D. Antonio, quia in mei gloriam tua omnia bona reliquisti &c. Non profert maiora Sanctorum facinora, tan-

a Ser. 15. de temp. 50. Ho. 9. b Ser. 8. in Psal. Qui habitat. 11.

tum operta misericordiæ proferantur.

tùm verò illa vulgaria, vt mali videant, quàm facilè illis fuerit, hoc ipsum præmium adipisci. Non enim à te reposcit, amice, vt carnem tuam disciplinæ verberibus dilaceres, vt S. Dominicus: nec noctibus iungas dies in oratione cum D. Francisco: nec te spelæo concludas captiuum, vt D. Paulus primus Eremi cultor: nec tibi pectus lapidum ictibus disrumpas, velut alter Hieronymus: absit, sed illud quod minimo potes facere labore, quale est, fame pereunti succurrere, panis fructum elargiri mendicanti, vile pallium viduæ pauperi, gressum vnicum ad infirmorum hospitale &c. *Quod Abel passus sit* (ait Diuus Petrus Chrysolog. in illud. *Beatus, qui intelligit* &c.) *quòd seruauit mundum Noë, quòd Abraham fidem suscepit, quòd Moyses legem tulit, quòd crucem Petrus resupinus ascendit, Deus tacet, & hoc solum clamat, quòd comedit pauper.*

D. P. Chrys. Serm. 14.

¶. 56 Voluit illo Deus significare (ait Diuus Chrysostom.) hoc quod toties vobis dicimus: vobis nullam esse sperandam gloriam, nisi misericordiæ operibus & eleemosynis faciendis cum potueritis, incumbatis: *In vasa oleum colligamus, dum hanc vitam viuimus, quòd nobis neque post hinc migrationem amplius, neque nisi per manus pauperum colligere permittitur. Colligemus, inquam, abundè, si cum sponso ingredi volumus: sin minus, excludemur. Impossibile enim, impossibile, inquam est, & si innumera facias bona, sine eleemosyna, cœlestis regni, vel vestibulum quidem attingere.* Et maturè expendit Diuus Petrus Chrysolog. hæc verba Christi. *Esurui, sitiui* &c. dicens, his impleri Dauidis vaticinium: *Beatus qui intelligit super egenum & pauperem: in die mala liberabit eum Dominus.* Audi verba hæc. *Esuriui & dedisti mihi manducare.* Vobis, ô Domine? An non ille erat peregrinus pauper? pupillus fame confectus? An illa non erat, quæ ad me accessit vidua desolata? *Non dixit esuriuit pauper, & dedisti illi manducare, sed esurio ego, & dedisti mihi manducare, sibi datum clamat, quod pauper acceperit, se manducare dicit, quod comederit pauper.* Vt cum videris pauperem oculis corporis, oculos attollas animæ, & in illo Christi personam consideres, eoque te beatum existimes, dum pauperem vides ostiis tuis imminentem: hoc enim est: *Intelligit super egenum.*

D. Chr. Ho. 22 in Ioann. ad fin. To. 3.

D. P. Chrys. Ps. 40. 1.

Hinc patet id quod Christus dixit, vt facias eleemosynam tuam in abscondito, ipse illam in publicum adducet & ipse in propatulo reddet tibi: & quod præfatus est Spiritus sanctus: *Pauperi porrige manum tuam* &c. *Gratia dati in conspectu omnis viuentis. Pauperi porrige*, ego te certum reddo, eleemosynam, quamtumlibet absconditam à Deo exponendam in totius mundi conspectu & quotquot in eo sunt, oculis reuelandam. *Venite*, &c. *Possidete*: &c. *Esurui* &c. Tunc, (ait D. Bernard.) quodlibet verbum velut sica quædam, malorum transfodiet viscera, cum visuri sint, quam facili manu potuerint tanti boni sibi lucrum facere eleemosynarij: Quis mœror diuiti qui vestes suas tineis potius corrumpi, quàm dari pauperibus, passus est? Quis horror epuloni, qui mensæ assidebat tot repletæ ferculis, vt in ea pluribus cupediis non daretur locus, nec tamen bolus vnicus dandus reperiebatur fame deficienti &c.

Eccli. 7. 36.

Ser. 8 cit.

Stupet attonitus D. Gregorius Nyssen. & ait. *Trast. in illud: Quod vni ex minimis meis fecistis*: Qui semper audire videbatur in auribus suis tinnitum illorum verborum, itaque tractatum particularem edidit, in quo hæc verba ad amussim enucleat: addit, nihil esse de quo magis admiretur, quàm quòd Christiani, & audientes, & credentes hæc verba, pauperes vltro non inquirant, prostrati: in ædes suas non recipiant, & cum Abraham eorum pedibus humiles non prouoluantur.

Quod vni ex minimis meis fecistis. Matt. 25. 40.

§. 15. Ite maledicti. *Prosternet malos illis verbis, quibus eos pœnis æternis damnandos adiudicabit.*

COnuertet se demum iudex ad eos qui ad sinistram consistunt, vultu commoto, excandescenti, rugiens vt Leo, bilis suæ furorisque euomens impetum, qualem depingit Hieremias. *Ecce turbo Dominica indignationis egredietur, & tempestas erumpens, super caput impiorum veniet, & non reuertetur furor Domini. Vsque dum faciat, & vsque dum compleat cogitationem cordis sui.* Horrescо referens. Egredietur turbo Dominicæ indignationis quasi rupto muri repagulo, vt super impios irruat furiosus. Continuit & quasi concluſit Deus iram indignationis suæ: obstaculo patientiæ suæ multis annis, tunc verò diffringetur, eritque prout diluuij tempus. *Omnes fontes abyssi magna rupti sunt, & cataractæ*

¶. 57

Hier. 23. 19.

Gen. 7. 11.

cæli aperta sunt. Omnes enim iræ suæ fontes dirumpet, & indignationis super impios aperiet cataractas. Heu infelices, quis vobis animus. Graphicè eos describit vates Isaias:

Isa.13.8. *Omnes manus dissolventur, & omne cor hominis contabescet, & conteretur, torsiones & dolores tenebunt, quasi parturiens dolebunt, vnusquisque ad proximum suum stupebit, facies combusta vultus eorum.* Aut quis eos horror inuadet, quando iudex conuertet vultum suum: conuertet enim vultum suum contra eos, sed ferocem, inflammatum, horribilem ardentissimas euomens flammas indignationis? Hæc

L. de Repar. lapsi. Malach. 3.2. cœsiderat Propheta Malachias (inquit Diuus Chrysostomus) & ait: *Quis stabit ad videndum eum, ipse enim quasi ignis conflans.* Liquefaciens ignis, in cuius conspectu, æs liquescit, & ipsæ rupes dissoluuntur. Non credo grauioribus hoc posse verbis declarari, quàm quæ lego apud

Isa.30.27. Isaiam. *Ardens furor eius, & grauis ad portandum: Labia eius repleta sunt indignatione, & lingua eius, quasi ignis deuorans.* Totus videtur ignis, flamma, furor, ardor, bilis, indignatio, ira, labia præ furore tremiscunt; lingua vt gladius igneus, anceps. *Et auditam faciet Dominus gloriam vocis suæ, & terrorem brachij sui ostendet in comminatione furoris, & flammam ignis deuorantis, allidet in turbine, & in lapide grandinis*

Ad hæc verba tinniunt ambæ aures, plena sunt mysteriis; in vltimis verò alludit ad id quod ipse dixit: *Erit sicut nox sanctificata solemnitatis.* Fuit enim nox illa, quando eduxit Dominus de Ægypto filios Israel; Dum enim eos reducturus insequitur Pharao, ecce apparet Deus in columna ignis, medius inter Ægyptios & Israelitas; his splendidos, claros, gratos, alacres effundebat lucis radios, quibus eos in alteram maris oram saluos & incolumes traduxit: At contra Ægyptios fulgura, tonitrua, horrendos ignes, molares, grandines, & petras durissimas euomebat, quibus eos maris fluctibus demersit inuolutos. O bone Deus: si dum vel semel apparet dilecto suo Ioanni, venienti, non contra illum habens aliquid, sed negligentias quorundam Episcoporum reprehensurus, quibus nihilominus fieret misericors, visus sit vultus eius, velut sol, oculi eius vt flamma ignis, gladius in ore eius vtrâque parte acutus: actutum vt illum vidit ait:

I. Sententia *Cecidi ad pedes eius, tanquam mortuus.* Quid tunc erit, quando tempore vindictæ aderit, igneos exsufflans radios? *Inflamma ignis dantis retro vindictam.* Quæ tonitrua? quæ fulgura? quæ horum flammæ verba hæc: *Discedite à me maledicti, in ignem æternum.* Optimè dictis quadrat illud Iob: *Cum vix paruam stillam sermonis eius audierimus, quis poterit tonitruum magnitudinis illius intueri.*

exponitur. 2. Thessal. 1.7. Iob 26.14.

Grauiter expendit verba hæc D.Gregorius & varia circa hoc adducit loca S. Scripturæ, tandem concludit, illud ponderans quod Christo Domino accidit, eo tempore quo mansuetudinis ac misericordiæ eius clariora patebant indicia: cum enim esset, non in forma iudicis, sed rei: non in suprema indicaturus maiestate, sed in profundissima iudicandus condemnandusque humilitate: iam iam à Iudæis capturandus, illis obuiam prodit, interrogat: *Quem quæritis? Respondérunt ei Iesum Nazarenum: dicit eis Iesus: Ego sum.* Dulce verbum, amicum, blandum, humile, quo se illis offert vt agnum lupis; nihilominus tanta fuit huius efficacia verbi, vt hoc audientes: *Abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram.* Stupidi, elumbi, exanimes. Quid facturus quando præclara radians maiestate, vt leo rugiens, vt horribile tonitru vociferabitur: *Discedite à me maledicti?* Si quando, vt ouis parata ad victimam, sese immolandum obtulit, vnico tam suaui, teneroque balatu sic exterruit inimicos: quid acturus, quis eius furor, quis bilis impetus: quando velut Arabidus leo tremendum hoc eiaculabitur tonitru. *Discedite maledicti &c.? Leo rugiet, quis non timebit? Cum moriturus diceret, quem quæritis? & vocem solummodo mitissimæ responsionis ederet, dicens: Ego sum, armatos persecutores suos protinus in terram prostrauit; quid ergo facturus est, cum iudicaturus venerit, qui vna voce hostes suos perculit, etiam cum iudicandus venit? Quod est illud iudicium, quod in mortales aget, qui in vna voce non potuit ferri moriturus? Quis eius iram toleret, cuius non potuit, & ipsa mansuetudo tolerari?*

58

Ioan.18.5.

Ioan 18.6

D.Greg. l.17.mor. c.21.

Congruè dixit Sophon. (teste Diuo Gregorio.) *Vox diei Domini amara tribulabitur ibi fortis.* Quis viribus tam potens, qui flammas has consumentes audiat videatque inconcussus: *Discedite à me maledicti?* Discedite traditores, hinc vos abripite, ad malas aues, inimici: ne vos videant oculi mei sœdifragi: *Vox diei Domini amara.* Ponderat, Diuus Gregorius correctionem illam, qua Diuus Petrus Ananiam & Saphiram arguit mendacij, quemque illorum

Sophon.1.14.

D.Greg. l.1.Epist. 33. ad Venant. Cãcellar.

separatim, quâ audita extemplo mortui corruerunt. Quis non erit effectus vocis Domini, de quo Isaias. *Spiritu labiorum suorum interficiet impium*: Regis irati vox quàm horribilis? *O Indignatio Regis nuntij mortis.* Quot vidimus, ad acerbiorem Regis corruisse correptionem, quâ disrumpebantur? *Si ergo non vales verba ferre pulueris* (Diuus Gregorius argumentatur.) *Quid facturus es ad iudicium conditoris?* Heu verbâ formidanda nimis. *Discedite à me*, fœdifragi, periuri, inimici proditores, Blanditiis vos vocaui, & vt ad me veniretis togaui: *Venite ad me*, & venire noluistis: ergo *Discedite.* Crucem ascendi, apertisque brachiis longanimis exspectaui vos, vt vobis darem amplexum amicissimum: caput inclinaui, vt pacis osculum, pectus meum aperui, supplicans veniretis, in illud securi ingrederemini: *Tota die expandi manus meas*, & venire contempsistis. Igitur *discedite à me maledicti.* Salutaui vos benedictione, illam spreuistis, nec voluistis: modo maledictione obruemini: *Maledicti*: Maledicta vestra natiuitas, maledictæ vestræ pecuniæ, maledicti honores, voluptates, lingua vestra, oculi vestri, maledicta vita vestra, maledicta mors vestra, maledicta anima vestra, corpus vestrum maledictum. Quò ituri Domine à facie vestra eliminati? Horum quilibet dicat, sed maiori ratione, cum Caïno. *Ecce eicis me hodie à facie terræ & à facie tua abscondar: omnis igitur qui inuenerit me, occidet me.* Si sis ô Domine, omne bonum, quo fugient, vt qui illis beneficiat, inueniat? *Ingnem.* O qualem lectum! O quale habitaculum! *Quis habitabit ex vobis cum ardoribus sempiternis?* Et quamdiu? *aternum.* Ignis æternus, in æternum. Et quibuscum? cum dæmonibus. *Ingnem aternum. qui paratus est diabolo, & Angelis eius.* Non vobis creaui gehennam, sed dæmonibus: voluistis eorum parti adhærere: cohabitabitis, & cum illis in perpetuum cruciabimini in eorum societate, tormentis, & ignis doloribus æuitetnis *Ingnem aternum.*

Act. 5.
Isa 11.4.
Prou. 16. 14.
Isa. 65. 2.
Ezech. 4. 14.
Isa. 33. 14.

§. 15. In ignem æternum: *Dei particularis carnifex, est ignis æternus, omnesque suas contra malos vires exerent creaturæ.*

DVas hic Christus declarat pœnas hac sententia: *In ignem aternum.* Prima: pœna damni, quæ est quædam à Deo seuparatio & æterni boni æterna perditio. Secunda est: pœna sensus ignis. Duo agit omnis peccator. Primum, deserit Deum, eique terga vertit. Secundum, conuertit se ad creaturas eisque sese coniungit. His correspondent duæ pœnæ, quarum prima damni, Dei in æternum perditio, tanti est cruciatus, quanti ipsa perditio: quid est autem Deum perdere? D. Chrysostom. probat pœnam damni, multo esse pœnâ sensus grauiorem. *Hæc pœna maior est, quam cruciatus ille flammarum: Noui quòd probatissimi pertimescunt gehennam: ego tamen illius gloriæ amissionem multò amarius, quàm ipsius gehennæ, dico, esse supplicium. Si id non possum sermone demonstrare, nihil est omnino mirandum, neque enim nouimus illorum beatitudinem præmiorum, vt infelicitatem quoque de illorum amissione scire possimus. Nos autem hanc absque dubio discemus cum experimento cœperimus doceri. Itaque tunc aperientur oculi, tunc auferetur velamen, tunc cum ingenti dolore impij videbunt, quid inter bonum æternum & summum, & hæc caduca & fragilia discriminis sit.* Huic superaddetur pœna damni. Adamo primùm Deus abstulit paradisum, eoque expulit profugum, cum illum sibi à Deo datum nihili fecerit, deinde è regione Paradisi, quem perdidit inter spinas & tribulos reiecit.

I. Duplex pœna damni & cruciatus. D. Chr. Hom. 24. in Matt. Tom.

Vides singulatem tortorem quem Deus ea mente creauit vt illo rebelles suos hostes, diabolos castigaret, & quo castigabit peccatores, qui, cum illis similes non sint in natura, similes tamen fuerunt in culpa: *In ignem aternum, qui paratus est diabolo* &c. Hoc indicauit Diuus Paulus. *In reuelatione Domini Iesu de cœlo cum Angelis virtutis eius, in flamma ignis dantis vindictam iis, qui non nouerunt Deum, & qui non obediunt Euangelio.* Arbitror Apostolum occinere rationi illi Ecclesiastici. Vbi asserit, quòd sicut Deus, multa creauit in beneficium, voluptatem & bonorum consolationem, ita quoque alia quædam

2. Thess. 2. 7.

dam in carnifices, malorumque tortores, non
32. Eccl. 34. 33. enim suspicari debet peccator, quòd eius Deus dimittet nequitias impunitas. Amborum autem refert catalogum: *Sunt spiritus qui ad vindictam creati sunt, & in furore suo confirmauerunt tormenta sua, & in tempore consummationis effundent virtutem & furorem eius, qui fecit, placabunt; ignis, grando, fames, & mors, omnia hæc ad vindictam creata sunt Bestiarum dentes, & scorpij & serpentes, & romphæa vindicans in exterminium impios, mandatis eius epulabuntur &c. Et in temporibus suis non præterient verbum.* Singula verba plena sunt Sacramentis.

Creavit (inquit) Deus, & ad nutum suum ordinauit spiritus, vt carnifices, & suarum vltores iniuriarum: hi vero sunt, ignis, grando (sub quo nomine comprehendit fulgura & grandinem) fames, mors, crudelium bestiarum dentes, scorpiones & serpentes, gladij ancipites. Has creaturas vocat *Spiritus*; non quod ipse tales sint, cum omnes sint valde materiales, sed vt significet, id, quod sana docet Theologia, quòd licet omnes istæ creaturæ in se sint, & in nos procedant, vt causæ seu agentian aturalia, nullâ præditæ voluntate: tamen respectu Dei tam sunt obedientes ad nutum, sicut ipsi spiritus Angelici, & ad eius implendam voluntatem tanta accurrunt promptitudine, quantâ ipsi spiritus Angelici: Ratione huius ijsdem verbis, quibus Dauid declarat illorum obedientiam respectu verbi Dei exponit sapiens istarum obedientiam creaturarum; & sicut de ipsis Angelis dicit: *Facientes verbum illius, ad audiendam vocem sermonum illius*, de illis hoc idem dicit: *Ignis grando, nix, glacies, spiritus procellarum, quæ faciunt verbum eius.*

Ps. 102. 20. Ps. 148. 8.

Et quia statim oritur dubium: si Deus has creaturas creauit to carnifices, malorumque tortores, quomodo hoc non faciunt? Nec enim impios adurit ignis nec grando constringit, nec serpentes mordent, nec scorpiones inficiunt, quinimo quis dicat ab his iustos potius cruciari. Comburit ignis D Laurentium; consumit D. Apollonium; & vertit in cineres corpus eius, quo maior inter natos mulierum non surrexit, nimirum D. Ioannis Baptistæ. Gelu adeo vehementi & non tolerabili frigore constringuntur Sancti quadraginta Martyres, vt eius vi vnus eorum superatus resilierit. Fame torquentur Apostoli; discerpunt leones D. Ignatium; commordent D. Christinam scorpiones; gladius caput diffindit D. Paulo; lapides præfocant D. Stephanum; Vt dubio huic satisfaciamus, ait Spiritus Sanctus quòd in die Iudicij circa mundi finem omnes hæ creaturæ: *In tempore consummationis effundent virtutem.* Quo tempore durat mundus, detinet illas Deus quasi refrœnatas, ne illud agent, ad quod eas creauit, scilicet, ne puniant peccatores. Quamobrem dicit Apostolus quòd eas Deus captiuas habeat, vanitati subiectas: *Vanitati creatura subiecta est.* Id autem vocatur vanum, quod finem non consequitur, in quem ponitur, Videtur quòd omnes illæ creaturæ deponant querelas, vt in vanum creatæ in hoc mundo: dum illis Deus, locum, tempusque non concedit, puniendi peccatores, & quælibet contra eos agendi, in quem finem sunt conditæ. Rom. 8. 20

Verum enim vero (respondet Spiritus Sanctus) pœnam, quam infligere deberent, in mundi termino scito infligendam; tunc enim Deus illis dabit libertatem. *Ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis.* Inuadent impios, in illos omnes suas exerent vires, effundentque summum rigorem. *In tempore consummationis effundent virtutem.* Quidquid autem modo faciunt, & operantur: noneris hoc totum esse quasi quandam picturam, nec secundum totam suam nocent virtutem. An non opinaris, magnas illas fuisse ignis vires, qui superecidit Sodomis, qui vt fulgur eos in momento redegit in puluerem? An non fulguris illa vis magna, quod turres in ictu oculi deiicit, æneasque campanas liquefacit? An non terribilis illa grandinis, lapidumque virtus, quibus Ægyptij oppressi, protritaanimalia, arbores, gramina? An non iudicas rabidum illud venenum, quod serpentes dipsades Israelitis murmuratoribus infuderunt, quô confestim ardentissima siti caloreque tabescebant? Parua sunt hæc omnia: non enim totam virtutem tortores extendebant: at in die iudicii cunctipotentem: *Effundent virtutem.* Tunc omnibus operabuntur potentiis: effundet ignis omnem suum ardorem, serpentes omne suum venenum, scorpiones omnem suam rabiem, gelu totum suum rigorem. Et hoc innuit Spiritus. S. quòd illis Deo hoc præcipiente, tanta illud voluptate exequentur, quasi epulis lautissimis assiderent; *In mandatis eius epulabuntur.* Quis hanc non stupeat loquendi formulam? significat autem id quod cum D. Paulo attendebamus; quòd modo creaturæ vim quandam patiantur, & earum sit virtus, quasi

ligata, atque captiua : non enim dat Deus locum deliciis & huius sæculi bonis, vt ea bonos recreent pro quibus illa creauit: *Bonis bona creata sunt.* Nec illis, quas malas, & molestas dicimus: vt crucient impios. Tunc autem soluet illas Deus mandabitque, id faciant ad quod sunt conditæ; itaque tanta virtute, voluptate, & animo impios adorientur, quasi cuilibet earum hoc foret opiparum ferculum. *In mandatis eius epulabuntur.* Ibi pascentur serpentes in corde, colubri in pectore, scorpiones in ventre, dracones in humeris, bufones in oculis, araneæ & nociua reptilia per totum corpus, & particulariter flammæ desolatoriæ: velut dum leo fame rabidus escam summa voluptate arripit, quando ei ad hoc datur occasio.

II. Cur dicatur infernus locus tormentorum. *Luc.* 16. 28.

Hinc intelliges rationem, ob quam diues epulo vocauerit infernum: *Locum tormentorum.* Hic enim locus est, vbi creaturæ, quas Deus in hostium suorum condidit cruciatum, potenter omnibusque neruis illo funguntur officio, & hoc tanta animi voluptate, quasi conuiuio recrearentur popinali. Ita vt hinc tibi sit perspectum, quòd respectu eius quod efficient ardentissimos Babyloniæ, ac Sodomotum ignis, frigus sit, gelu vero rigidissimum: calidum; ferocissimi colubri sunt mansueti, serpentes veneno potentissimi, vt picti, & imbecilles: hoc enim in tempus illud diemque seruatur, quò nullus posterior. Huic nixus fundamento liceat mihi dicere, ad earum pœnarum explicationem, omnes coaceruatos, quantoscumque martyrum cruciatus, non æquare eius pœnas quas in inferno damnatorum minimus patietur. Perlege Flores Sanctorum, expende tantos cruciatus, quos infernalis inuenit feritas tyrannorum: attende hos illo modo, alios altero diuersimode contritos, dein omnes simul considera, omnes hi nec vel minimi inter condemnatos tormentum exæquabunt. Insuper hac ratione fultus sol Theologiæ D. Thomas asserit, nec Christi tormenta, passionemque licet acerbissimam, damnatorum exæquate cruciatus. De quibus forsan alias.

3.p.q.46. a. 6.

§. 17. In ignem æternum. *Habet hic ignis particulares proprietates, illo igne descriptas, quo Deus puniuit Ægyptios.*

61 LIcet autem multum, variæque sint creaturæ, quas Deus in tortores suorum creauit inimicorum, ex intentione tamen particulari ad hoc ignem præparauit infernalem: *Qui paratus est diabolo &c.* Ille enim erit tortor, inter cæteras sensus pœnas, acerrimus, proinde de illo nominatim memorat Christus: *In ignem æternum*, cui etiam Spiritus S. primas cedit, dum tortores enumerat. *Sunt spiritus ad vindictam &c. Ignis, grando &c.* Licet autem dixerit diues ille epulo, esse infernum, vbi cruciabatur: *Locum tormentorum*, indicat nihilominus, ignem esse carnificem cæteris acerbiorem: *Crucior in hac flamma.* Quæ omnia conueniunt. Verbo Apostoli, de quo supra. *In flamma ignis dantis vindictam.* Huius ignis qualitates naturamque subtiliter exposuit Spiritus S. libro Sap quò melius capimus, id quod ex l. Eccles. paulo supetius retulimus. Præsupponit, omnes mundi creaturas, vt opera Dei, pro eius stare honore, & vindices iniuriarum, quæ contra Deo debitum honorem committuntur: idque feruentiori zelo, quàm serui vestri fidelissimi sese vos calumniantibus opponunt defensores. *Vindex est orbis iusto-rum.* Totus prodit orbis in vindictam contra iustorum Dei mandatorum transgressores, eiusque ac sanctorum inimicos: Et hoc ipsum eodem li. prædixerat tibi. *Armabit creaturam ad vltionem inimicorum*: eos enim aduret ignis, frigus constringet, nubes ardentissimos emittent in eos radios: eos serpentes corrodent, scorpiones mordebunt, defringent dracones, pungent dipsades, & hoc tanta voluptate, virtute tanta, quantâ significant verba præcedentia: *Effundent virtutem: & epulabuntur.*

Ecclesi. 39. 33. Luc. 16. 24. Cap. 16. 1. Thess. 1. 3. Sap. 5. 18.

Verumtamen exponit, quod principalis tortor, erit ignis, vtpote inter corporales creaturas maximè actiuus: vt verò hoc explicet, reuocat in memoriam flagella plagasque, quibus olim Deus Ægyptios attriuit suæ voluntati refractarios: inter hos verò, ignis præ cæteris fuit acerbior, & cœlesti sapientia describit huius ignis qualitates omnes maximè demirandas, quibus vltra modum affligebat peccatores, vt aduertit Iansen. Episcopus. Quas licet in Exodo Moyses non referat, eas tamen non tacuit Spiritus Sanctus. *Quodam tempore mansuetabatur ignis, ne comburerentur, quæ ad impios imm ssa erant animalia; & quodam tempore in aqua supra virtutem ignis exardescebat vndique, vt iniqua terra nationem exterminaret. Nix autem & glacies sustinebant vim ignis, & non tabescebant &c. Creatura enim tibi factori deseruiens, exardescit in tormentum aduersus iniustos.* Erat ignis ille expresse creatus à Deo, in hostium suorum flagellum; quocirca singulares habebat qualiqualitates, quibus eos acerbiùs cruciaret. Prima

62

In c. 16. Sapientiæ. Sapientiæ 16. 18.

ma erat, cum esset ardentissimus, viuacissimus, & fortissimus, & fulguris excederet radios; in altera tamen parte (hoc enim significat: *Quodam tempore*) erat moderatior, ardoremque suum recolligebat, ne illa combureret animalia, quæ Deus in tormentum immiserat Ægyptiorum.

Immiserat Deus, vt flagellum & tormentum rebellium istorum ranas, bufones, serpentes, aspides, vespas, crabrones, & mille reptilia & venenata animalia, quæ illos ad mortem torquebant amarius, & talia quidem, vt muscatum morsus illos præ dolore conficerent: quid ergo erat de ipsis serpentibus & scorpionibus dicendum? Nullum horum lædebat aut interficiebat ignis, quinimo, adeo illis erat mansuetus, vt inter ipsos ignis ardores conseruarentur, vigorem reciperent, vt vehementis cruciarent, & morderent Ægyptios: Ita vt circumquaque ignibus miserabilis Ægyptius cingeretur, viueret inter colubros horrendos, crudeles serpentes, dracones terrificos, bufones expauendos, dipsades rabiosas, quorum tamen animalium nullum tam vehemens ignis eneruabat, quin potius suo calore animabat: Hoc est, *Mansuetabatur ignis, ne comburerentur, quæ ad impios immissa erant animalia.* O flammas admirandas!

Secunda proprietas: Licet ex vna parte ardentissimus & fortissimus esset ignis, quo nec ipsum fulmen ardentius, ex altera tamen parte viuacissimæ eius flammæ tanto gelu, grandine, niue abundabant, vt quantum ex vna parte calore suo comburerent, tantum ex altera gelu suo constringerent: & ipse summus calor, ipsum frigus intendebat, vt in supremo gradu frigefaceret, & ipsum frigus intendebat calorem, ad eundem gradum, ita vt, quòd si ex vna parte adureret, simul ex altera frigefaceret: & ipse calor viam aperiret, quâ frigus vsque ad ossium medullas penetraret, in tantum, vt ipse Ægyptius inextinguibili ardens calore, pariter contremisceret, & dentes præ nimio frigore collideret; frigore enim gelidissimo arctabatur. Tertia proprietas: erat ille ignis, vt animal viuum, & operabatur, quasi habuisset voluntatem, & passiones: ab vna enim parte reddebat se mitem, vt prædicta conseruaret animalia, & quasi illa sinu suo fouebat, ab alia verò parte, excandescebat, & fremebat ira, & vires sumebat, vt Dei hostes torqueret angeretque seuerius. Hæc subtili suo ponderat ingenio D. Chrysost. vbi expendit verba D. Pauli secundum suam electionem. *Et ignis ira, qui aduersarios deuoraturus est, vim eius deuoran-*

D. Chrys. Hom. in illud

di declarat, quasi eum animatum reddidisset, cum ait: Et ignis ira, qui deuoratus est aduersarios. Quemadmodum enim fera bestia concitata, & vehementer æstua, & ferox nunquam finem facit, dum aliquos rapiat, & deuoret: sic ignis ille non aliter, ac quispiam ira incitatus, quidquid comprehenderit, non amittit, sed consumit & disperit: Etiam secundum nostram lectionem, *ignis æmulatis.* Zelus ignis æmulus: sumptâ metaphora à filio fideli ac Zeloso, vel seruo, qui in defensionem progreditur contra eum qui patrem vel dominum suum calumniatur. Ita describit Dauid. *Ignis ante ipsum præcedet & inflammabit in circuitu inimicos eius.* vt videatur pollere iudicio, cunctos enim percurrens, solis nocebit eius inimicis.

ad Hebr. 10. vo. luntarie peccantibus, quæ habetur post expositionem Epistolæ ad Hebræos. T. 4.

Hoc significant hæc verba: *Mansuetabatur, exardescebat:* Sicut enim fidelis seruus tuus contra eum qui te offendit, exardescit, ita & ignis exardescet. *Creatura enim tibi factori deseruiens exardescit in tormentum aduersus ministros, & lenior fit &c.* Hôc modo loquendi solet Spiritus Sanctus in S. Scriptura declarare vim quâ creaturæ, quas in carnifices condidit impijs castigandis, hoc faciant, quando illis præcipit, vt id faciant. Quando decreuerat punire pro demeritis tyrannum illum Sisaram, exercitum eius, milites eius, iussit stellis suis vt illos inuaderent, & quasi milites viui fuissent, ita contra illos exarserunt, vt ad vnum omnes interemerint. Vt autem hoc indicet Spiritus Sanctus, illud diuina quidam phrasi ex ore prophetissæ Debboræ declarat. *De cœlo dimicatum est contra eos, stellæ manentes in ordine suo aduersus Sisaram pugnauerunt.*

Ps. 69. 3.

Iudi. c. 5. 20.

Mouet hic *a* duas quæstiones *b*: Quid stellæ egerint. Videtur enim eas Spiritus S. statuere quasi vitos milites, qui se in figuram castrorum acies disponunt, & animosi, vt aduersarios, expugnent, *Stellæ manent sine ordine & cursu &c.* Adducit autem multas opiniones, vt hoc exponat; sic autem exponitur: quòd si cœlis & stellis inesset vita, sensus, & intellectus, vehementi ori non incandescerent cholera, & vt talia se vt accensa, vehementerque commota exhibuerunt, sicut qui stomachabundus incalescit irâ, & frendet indignatione; quocirca tam ardentes flammeasque miserunt influentias, vt aera replerent cometis, & fulgetris tam horrendis, vt illis euerterent Deo rebelles inimicos. Attende, quæso, ignem Babylônis adeo incensum, vt eius flammæ ad quadraginta nouem cubitos sursum ascenderent in aera, quàm mitis appar-

63

a Abulens. in c. 5. Iud. q. 6. & 7.

tirt

uit, quàm infirmus, quàm blandus charissimis Dei seruis, vt ne vestium filum attingeret; quin potius, quasi vsus fuisset ratione pro ipsis, ardore suo tantùm vsus est, vt illis vincula combureret, solueretque liberos: an non vim virtutis suæ oblitus est ignis, vt seruis Dei non adferret vel minimam molestiam? *Vim virtutis suæ oblitus est ignis*: eamque conuertit in ventum roris flantem, qui illis nedum noceret, sed vt eis foret refrigerio. Attamen, quando ei Deus concessit vt infideles inuaderet Chaldæos, actutum emisit flammas suas eos apprehensurus, tanto furore vt fornax media dirumperetur, vbi conclusus tenebatur, & prosilijt inquisiturus, vt inuentos in cineres redigeret. Vt autem hoc indicet Spiritus sanctus posuit hæc verba. *Erupit & incendit, quos reperit iuxta fornacem de Chaldæis.* Notate verba: *Erupit*, *incendit*, *reperit*. Ipse idem fornacem disrupit, aperuitque flammis suis ostia, *Erupit*: quasi iudicio polleret, requisiuit Chaldæos, quos & reperit: *Reperit*, repertos autem, tanto insecutus est furore, vt vinos concremarit; *Incendit*. Hinc intellige, quid egerit ignis ille, quem Deus immisit contra Ægyptios, & ex eo considera, quid cum eo facturus sit, quem parauit in tormentum damonibus & peccatoribus. O Horrendum ignem! ô tremendum ignem! O ignem expauescendum! O ignem vltorem Dei iniuriatum. O ignem, qui primò replebitur serpentibus, scorpionibus, bruchis, ranis, dipsadibus, bufonibus, & quibuslibet insectis venenatis, quæ possit quispiam imaginari. Deinde non tantum hæc suo non interficiet ardore, sed fouebit calore ac irritabit, vt acerbiùs, & rabidiore spiculo hostes Dei mordeant, quàm olim dipsades, seu igniti serpentes ingratos Israelitas.

Dan. 3. 48

Hinc deduco, talis cum sit ignis ille, non tamen ipsos consumet condemnatos: non enim ignis est consumens, qui paratur ad tormentum,

D. Bern. L. medit. c. 4.

Sic ignis ibi consumit (inquit D. Bern.) *vt semper reseruet, sic tormenta aguntur, vt semper renouentur: ardebunt miseri in igne æterno, in æternum.* O mirabilem ignem, qui nec ipsa torquentia animalia, nec infaustos consumet peccatores. Ita iunctim calore extremo & horrendo gelu cruciabit, vt sicut ex parte hac in gradu aduret superlatiuo, ita ex illa parte frigore constringet intensissimo, ardoré igitur flammarum rabiem excitabit, & pariter tanto constringet frigore, vt nihil ibidem audias nisi horribilem quendam tremoreru, stridoremque dentium: de quo ita Christus: *Ibi erit fletus & stridor dentium.* Ignis, qui tandem vt vinus carnifex & quasi draco famelicus, in peccatores excandescens, se pascet inter eorum carnes, ossa totumque corpus, omnes illius inuadens partes, vt vorax & helluo molossus: ideoque à Spiritu S. vocatur: *Ignis deuorans*: & implebitur in eis minax illud Isaiæ vaticinium: *Vestimentum mixtum sanguine erit in combustionem, & cibus ignis.* Verba hæc *cibus ignis*, (&) *ignis deuorans*. Clarissimè manifestant, id quod prædiximus *Epulabuntur*. Si terrenis hic ignis, qui in comparatione illius gelu dicitur, adeo te conturbat, quando inauspicatò vel extremum digiti tui tangit vt in cœlum vociferaris: quid in illo horrendo ages igne, qui te totum & vndequaque contrariis illis qualitatibus torquebit circumcinctum?

Isai. 33. 14.

Matt. 21. 44.

Ignis & gelu torquebunt simul damnatos.

§. 18. Ibunt in supplicium; *Desperatam & incurabilem eius credit salutem D. Basilius, quem prædicta non mouent. Mauleant vos.*

PRonunciata igitur sententiâ diffinitiua, nullo recursu seu appellatione admissa: *Ibunt hi in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam.* Ascendet Christus comitibus sanctis aeris superna glorioso triumpho, cælesti melodia cantantibus angelis, *In vitam æternam*: vitam Dei, vitam gloriosam, vitam omnium bonorum aggregatione ditissimam, vitam ab omnigenis malis liberrimam: Impij vero in puteos demergentur sempiternos, æternum cruciandi. *In supplicium æternum*. Dirumpetur sub eorum pedibus terra, diglutiet, & illos & dæmones, omnibus tumultuariè ac coarcernatim in fornacem illam gehennalem corruentibus: iuxta illud. *Si ceciderit lignum ad Austrum, aut ad Aquilonem; in quocumque loco ceciderit, ibi erit.* Et ad litteram implebitur, sic opinante D. Ambr.) illud Isaiæ, qui postquam retulit, qua ratione homines & Angeli iudicabuntur, tandem concludit loquens de peccatoribus ac diabolis. *Et congregabuntur, in congregatione vnius fascis in lacum*, damnati simul & dæmones. Omnes intermixtim alligati, durissimis ignis catenis, cum omnes in nequitiis inter se fuerint alligati, deiicientur omnes pariter (teste D. Ioanne) *In stagnum ignis & sulphuris. In torcular vini furoris iræ Dei omnipotentis* Præcipites in puteum interitus, sic huius præscius Dauid: *Tu vero Deus deduces eos in puteum interitus.* Verba, præclaris fœta mysteriis. *Ibunt* (igitur) *in supplicium æternum.* In sepulchra sua sempiterna, cum

Eccl. 11. 3.

L. de Elia & ieiun. c. 21.

Isai. 34. 22.

Apoc. 20. 9.

Apoc. 19. 15.

Ps. 54. 24.

Zach. 5. 10. Iob 10. 18

cum vase illo Zachariæ, cui locum præfigunt in Babylone: *Vt stabiliatur & ponatur ibi super basim suam.* Et prout ille ex Iobi amicis prædixit, hic peccator impius. *Luet, qua fecit omnia &c. Et deuorabit eum ignis, qui non succenditur; affligetur relictus in tabernaculo suo.* Curiosi carminum lectores videant de hoc Tertullianum.

Lib. de iudicio Domini.

En peccatores finis vester, in quem deuenietis, & permanebitis *In æternum* maledicti, cælo exules, gloriæ Dei exheredes, consociati, colligati infernalibus monstris, tortoribus sæuissimi: addicti æternis ignibusq; voracibusq; flammis. *Ite maledicti in ignem paratum*, O exilium, ô maledictio, ô ignis, ô æternitas! ô dæmones, ô homines. ô sensus, ô ratio, ô cor humanum! An credo, te hæc credere? Num fabulæ, num inuentiones? fieri ne potest vt hæc credens, sic viuas vt viuis? vt tantum aduertens periculum, hæc non maturè consideres? Si hoc (sic credit D. Basil) te non permoueat efficaciùs, nihil superest, nisi vt te tibi velut desperatum relinquamus. nos autem à prædicando desistamus: etenim liquidò constat cor tuum ipsis esse lapidibus insensibilius. *Quibus, inquit, verbis te curabo? Quomodo loquar? regnum Dei non curas, gehennam non times: quam animæ tuæ meditinam idoneam inuentam? si enim horribilia non metuis, clara insuper, & pulchra despicis: disputamus cum corde lapideo.* Iacta est alea: actum est de te. Quis credat fieri posse, vt hæc te verba non moueant, cor tuum non mansuefaciant: *Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum:* Quis dicat, his te non terreri? *Discedite à me maledicti in ignem æternum.* Disputamus cum corde lapideo, & adamantino. Refert D. Chrys. dicere solebant Gentiles: Christianos esse aut mendaces aut stultos: quia vel ea quæ dicunt credunt, vel non. Si non credunt, mendaces sunt, quia se ea credere protestantur. Si credant, stulti sunt: non enim euidentior potest esse stultitia, quàm cum tali fide, viuere tam socordes, sicut viuimus, & nostros sequi appetitus sicut animalia, & nostris tantum indulgere voluptatibus: quasi numquam actionum nostrarum rationem essemus reddituri, idque non tantùm Deo, sed nec alicui hominum. *Incredulos iis non commouerit, non mirum, sed nos qui credimus, maxime obstupescendum est, vt ita viuamus.*

D. Bas. Hom. 7. in diuersum illud Euang. Tom. 1.

D. Chr. Hom. 13. in Matth.

Tib. citat. de inpar. lapsi.

I. Duo debent esse carceres apud Christianos.

Huic valde conforme est, dictum cuiusdam viri cordati. Duos esse debere carceres apud Christianos, vnum Sancti Officij Inquisitionis, alterum ergastuli Nosocomij: vel enim hoc credis vel non credis. Si hoc non credas; trahunt te ad carcerem Sanctæ Inquisitionis, & viuum flammis exurunt. Si verò credas, & viuis, vt viuis, ad compedes traheris stultorum: quæ enim stultitia stolidior, quàm talia credentem, tam inertem viuere, tam incurium Deum offendere? Perpendit D. Greg. quàm angat quempiam processus, in quo de eius vita disputatur: quas noctes patitur non insomnes: huius exitus ignorantiâ suspensus, & necessaria cum sit coram Rege, vel summo Pontifice comparatio? *Si aliquis vestrum cum suo aduersario, causam aucturus in meo iudicio die crastino esset exhibendus, totam forte noctem insomnem duceret, quid sibi dicè posset, quid obiectionibus responderet, secum solicita & æstuante mente versaret ne me inueniret asperum, vehementer metueret: ne apud me appareret noxius, formidaret. Et quis, aut quid ego? Nimirum non longè futurus post hominem vermis, atque post vermem pulus. Si ergo tanta cura pertimescitur iudicium pulueris, qua intentione cogitandum est, quæ formidine prouidendum tanta iudicium maiestatis?* Hoc ipsum dixerat D. Chrysost. de hoc admiratus, quod cum sciat vir Christianus se coram supremi iudicis manifestandum tribunali, non se tamen præparet strictissimæ reddendæ rationi. *Dic mihi, homo, cum sistendus sis ante tribunal Christi, quæuis potius, quàm de eo loqueris. Cum sit tibi lis apud iudicem, ipse verbis tenus, non actu, non interdiu, non aliquo temporis momento, non nora al qua aliquid aliud loqueris, sed perpetuò de re illa: de tota autem vita tua rationem reddituris, & iudicium subituris, ne eos quidem toleras, qui hoc iudicium tibi in mentem reuocant.* Christi sequamur consilium: *Quis Rex iturus committere bellum aduersus alium regem, non sedens prius cogitat si possit cum decem millibus occurrere ei qui cum viginti millibus venit ad se? Alioquin adhuc illo longè agente, legationem mittens, rogat ea, quæ pacis sunt.* Huic consilio obsecuti sunt iusti: hæc cogitatio perpetuis premebat instis Iob terroribus in omnibus suis operibus: *Verebar omnia opera mea.* Timor ille continuas Dauid oculis eliciebat lachrimas: horror ille spelæo inclusit Antonium: hæc D. Hier. in deserta egit meditatio, vbi solis ardoribus æstuabat. Iudicij metus ad imperuias solitudines silentiarios compulit Anachoritas. Equi erant animosi castrati, de quibus Dominus: *Procul odoratur bellum.* Bellum sanguinarium, ad quod se prudentiùs præparabant. Illos imitemur (sic nos horatur D. Cypr.) *Securitati & vitæ, dum licet, prouideamus.* Sic quoque hoc nobis suadet Deus ex ore

D. Greg. Hom. 26. in Euang.

D. Chrys. Hom. 2. in 2. ad Thess. ad finem Tom. 4.

Luc. 14. 31

Iob 9. 28

Iob 39. 25

D. Cyp. L. ad Demetriam,

Vatis Ioelis, præmissis enim multis iisque grauioribus diei iudicij considerationibus, tandem his terrificis verbis finit: *Magnus dies Domini, & terribilis valde, & quis sustinebit eum?* cuius hæc ea est mens, vt præueniamus, & tam horrenda damna fugiamus: quocirca addit: *Nunc ergo dicit Dominus: Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio & fletu, & planctu* &c. Dominus igitur, vt ita faciamus nobis suam concedat gratiam superefluentem, vt illa muniti, in die illo tremendo audire mereamur. *Venite Benedicti* &c. Amen.

Ioel 2.12.

SVMMARIVM

HOMILIÆ SEPTIMÆ SEQVENTIS.

OSTENDIT nobis præsens Euangelium duo impleta, olim prædicta per Vatem Habacuc, quæ Christi miraculorum lux clarissima efficerer. Primum: cælos obnubilare. Secundum: terram illuminare *a*. Primum patet: illustrioribus enim Christi miraculis excæcabantur sacerdotes, & Doctores, quos cælos dixeris, ob status sui excellentiam, & obtenebrabantur, dum inquirunt, *Quis est hic?* *b*. & mentis inuidentia seipsos depascuntur, Christique gloriam student obnubilare *c*. Secundum patet in eo, quod populus (id est terra) iisdem Christi miraculis ita illustretur, vt eorum conuincat nequitiam *d* & iniquitatem, quam paulo ante perpetrarant, dum eum morti adiucant *e*. iisque declarat; hanc sententiam illis vertendam in perditionem *f*. Ingressus Christus ciuitatem, congruenter recta tetendit ad templum *g*. vbi malitia Religionem mutauerat in sacrilegium *h*, & sub titulo Dei, ac sacrificiorum, furta committebantur *i*: Ibi Christus omnes curauit infirmos: est enim domus eius, domus salutis *k*. Maximumque operatus est prodigium, à Dauide præcantatum, nimirum laudes puerorum *l*.

a §. 1.
b §. 2.
c §. 3. 4. 5.
d §. 6.
e §. 7.
f §. 8. 9. 10
g §. 11. 12.
h §. 13. 14
i §. 15.
k §. 16.
l §. 17.

§. 1. *Impletur hic prophetia Habacuc, quod lux Christi operit cælos, & illuminat terram.*

§. 2. *Aspernatoria fuit hæc Iudæorum interrogatio. Zoilu enim proprium est quærere.* Quis est hic?

§. 3. *Fornax inuidiæ pectus est diabeli, proinde illam non vidit D. Ioannes inter ea, quæ sunt in mundo.*

§. 4. *Inuidia peccatum est occultum: Ex duobus cognoscitur effectibus, cordis & linguæ commotione.* Quis est hic?

§. 5. *Videre est in Saul binos hos effectus inuidiæ, quem spiritus nequam exercitabat.*

§. 6. Populi dicebant. *Per ignorantem populum confundit Deus sapientes; & transmutat cælos, & terram.*

§. 7. Populi dicebant. *Conuincit Deus ex ore populi Principes, vt iniquos iudices. Sit autem iudex, vt sponsæ nasus.*

§. 8. Hic est Iesus, *Præmonet Principes ore populi Dominus, quod si Christum perderent, & vitam suam perderent.*

§. 9. Propheta. *In memoriam reuocat Deus his Principibus, ex ore plebis; id quod de Christo per Mysen prædixerat.*

§. 10. *Hoc egit Deus Principibus per os populi, id quod egerat per os asinæ cum Balaam.*

§. 11. Intrauit in Templum *Recta tetendit Christus ad templum, veniebat enim sacrificandus,*

ficandus, & docturus Episcopos, in quo erravit Theophilus Alexandrinus.

§. 12. Eiiciebat omnes &c. *In Reipublicæ salutem, purgatur templum: hoc enim est corporis huius stomachus.*

§. 13. Vendentes & ementes. *Adductio animalium circa templum, bonum habuit principium: porro de bono educimus malum.*

§. 14. Speluncam latronum. *Latrones erant hi, quos D. Cyprianus vocat honoratos, & Amos vncinos pomorum, sanguisugas, qui perdunt Rempublicam.*

§. 15. Speluncam latronum: *Deum illi sumebant nequitiæ suæ pallium, ipsis peiores Sodomitis: suffulciunt illam virtutis ornamento.*

§. 16. Sanauit eos. *Omnes infirmos curauit Christus in templo: locus enim est omnibus misericordiæ, vt dixit Dauid.*

§. 17. Numquam legistis: Ex ore infantium &c. *Maiorem vim habuit vox infantium; quàm Danielis; quam vt talem expendit propheta rex Dauid.*

HOMILIA VII.

DE INGRESSV IN HIERVSALEM.

Primo die Martis Quadragesimæ.

Cum intrasset Iesus Ieroſolymam, commota est vniuersa ciuitas, dicens: quis est hic? Matthæi. 21.

¶ 1 NARRAT nobis vitæ Christi commentator D. Matthæus, eius in vrbem Hierusalem ingressum ipso die Palmarum: tanto celebrem triumpho, præclaris acclamationibus, & perillustri gloria solemnem, vt supremi Principes, & Reipublicæ gubernatores obcæcarentur; Magna (fateor) fuit illa maiestas ac gloria, quâ Christus ipso Transfigurationis die apparuit glorioſus; attamen fuit hæc suô modo solemnior. Illa enim fuit in monte seorsim & solitariè; hæc in totius orbis illustrissimo foro, ciuitate nimirum Hierusalem. Tunc eius lateri Moyses & Elias sociantur, cum eo colloquentes; nunc latus eius cingunt Apostoli, & stipat discipulorum, ac innumerabilis populi multitudo. Ibi melodiam ei decantat Angelorum chorus; Hic puerorum vagientium, & à matrum vberibus suspensorum laudes insonat, & benedictionibus aera replet multitudo. Audita tum fuit Paterna de cælo vox testificans de filio suo. Modo de terra in cælum *Resonant per nubila voces.* Lego ibi discipulos nimio timore visionis proſtratos, Principes Ecclesiæ, huius vocis tonitru percussos: hic lego Principes synagogæ turbatos, perterritos, & tanta caligine circumfusos, vt nec Christum præsentem agnoscant, inquirantque. *Quis est hic?* Illa hora erat, in qua secretam haberi voluit gloriæ suæ visionem. *Nemini dixeritis visionem.* In hac vero, Matt. 17. tori mundo vult esse notissimam: adhoc enim in omnium oculis triumphator intrauit ciuitatem: spectant eum ingredientem ipsi Iudæorum Principes, qui paucis ante lapsis diebus eum morti addixerant, & voce præconis proclamauerant, vt si quis sciret, vbi esset, indicaret, vt inicerent illi manus & ad effectum perducerent factam iam pridem resolutionem: hunc intuentur modo turbati, conterriti, in eius præsentia tremuli, & quasi lethargici: quærunt *Quis est hic?* Deinde coram eis, & tota vrbis synagoga templum adit tanquam domum sibi propriam, & quam etiam hoc nomine compellat audientibus ipsis sacerdotibus *Domus mea*, & se gessit,

vt eius Dominus, eos ejiciens, qui eam profanabant, horum mensas euertens, nummosque per terram effundens, alios eum suis cathredris deturbans: hos illosque flagello cædens; illinc̃que exterminans, valut canes (nam vt opinatur D. Hier.) eos etiam hac vice flagello cecidit; & hos qui se gentem toto mundo dignissimam reputabant latrones inclamat. Hic ex professo sistit, vt cuncti eius ceruant mirabilia: cæcos illuminat, claudos rectificat, debiles infirmosque roborat, adeoque suam ostentat gloriam vt ipsi ephœbi ac pueruli eam decantent, solemni quadam, & inaudita hactenus melodia. Gloria hæc tanta fuit, vt orbis & vrbis excæcaret sapientissimos, ipsa nostrũ illustrabit intellectum, si eum Deus suâ disponat gratia: vt verò nobis eam obtineat Hierarchiarum Imperatrix, illi dicamus *Aue Maria.*

In cap. 21. Matth.

§. 1. *Impletur hic prophetia Habacuc, quod lux Christi oprit cælos, & illuminat terram.*

2 PAucissimis verbis explicat D. Hier. quod alij pluribus, doctissimisque declarauerant rationibus, qui Canticum Habacuc explanarunt. Quantò superficialiter obscurius ac difficilius est hoc Canticum, tantò clarius ac manifestius est, si illud, vt prophetiam de Christo consideremus. *Manifestissimam de Christo continet prophetiam.* Licet autem hoc verum sit in omnibus versibus, à primo, in quo clarè proponitur eius conceptio operante Spiritu S. in ventre virginali (quam mirabili hieroglyphico iuxta aliam lectionem, vocat montem Pharan, & secundum Septuaginta. Montem condensum & vmbrosum) vsque ad vltimum, quò prænuntiat iudicis aduentum, & Sanctorum sua opitulanta gratia, triumphos, illam pariter victoriam quâ de morte triumpharunt; Particulari tamen modo hoc verum dicimus illis verbis quibus declarat, id quod venturum erat, dum ipse præclarioribus radiaret miraculis: *Operuit cælos gloria eius, & laudis eius plena est terra.* Ad litteram nihil his verbis obscurius. Patet enim sole oriente, cælos eius radiis magis quàm terram illustrari: sunt enim cæli corpora diaphana, luci recipiendæ aptissima: terra verò corpus est de se obscurum, vt quantumlibet clara sit lux, eam tamen penetrare, nullo modo possit. Qui igitur fieri potuit, vt Diuino illo sole suos emittente radios splendidissimos, cæli obnubilentur, obtenebrentur, & obscurentur; terra verò illuminetur, plena lucis & laudis? Obscura sententia, sed de Christo intellecta, *Manifestissimam* (ait D. Hier.) *continet prophetiam*, Christi gloria, erat illa claritas, quæ ex eius persona resultabat, ob patrata miracula, quibus ipse illustrior, quàm sol suæ lucis radiis fulgentissimis: Hæc eius præcellentissima totius vitæ suæ gloria maximè enituit in ingressu illo die Palmarum, quo omnium mirabilium suorum effecit prodigium mirabilissimum. Ita D. Thom. ex opinione Orig. & D. Hieron.

In proœm. Lib. 2. in Habacuc ad Chromatium.

Habacuc 3. 3.

3 p. q. 44. ar. 3. ad 1. In c. 2.

Duo præ cæteris illustriora Christus fecit miracula in gloriam suam. Primum, quò cæteris dedit principium, & quasi statuit fundamentum, quando in nuptiis Canæ Galilææ, aquas in vina conuertit: fidemque in discipulorum cordibus stabiliuit; *Hoc fecit initium signorum Iesus, & manifestauit gloriam suam, & crediderunt in eum discipuli eius.* Secundum fuit, quo & cætera concluſit, Lazari resurrectio, de qua ipse testabatur: illam corporis infirmitatem, quinimo mortem cessuram in eius gloriam: *Pro gloria Dei, vt glorificetur filius Dei per eam.* Ac proinde D. Ioann. (vt ipse ait) sicut in se suscepit, tantùm ea referre miracula, quæ maximè vergebant in Christi gloriam eiusque tesseram Diuinitatis: prius præmisit, vt petram fundamentalem, posterius autem vltimò addidit, velut ædificij clauem, quàm illud obseruauit. Attamen præter illa duo illud fuit eminentius, quod die Palmarum operatus est, & in ampliorem suam cessit gloriam? Licet enim præclarum fuerit prodigium ad nuptias aquam in vinum transsubstantiare, contigit hoc tamen in re seu creatura, in quam ita ipse pro sua operabatur voluntate, vt nullatenus esset, aut posset inueniri resistentia, quâ Dei præcepto repugnaretur. Dein si stupendũ omnino fuerit prodigium, Lazari resuscitatio: fuit tamen teste D. Hier. in iis rebus, quarum nulla simplici voci & Dei poterat resistere voluntati, prout nec ipsa potest mors, nec ipsa anima, nec ipsum corpus. Hic verò ingressus, contigit ipso efficaciter operante in cordibus liberis: quinimo multis eorum contra Deum refractariis, & non minus ipso Pharaone obduratis. Et non tantum hoc in vno vel altero, sed melius dixero in millionibus est operatus.

Ioan. c. 2. 11.

Iam Agni Paschalis imminebat solemnitas, quâ (secundum id quod refert D. August. ex probatis auctoribus) iuxta rectam supputationem plures illo die in sola Hierusalẽ erant, quàm hodie in Hispania: quia dicit, aliquoties inuentos fuisse tres milliones Iudæorum, qui toto orbe dispersi ad illam solemnitatem concurrebant, absq; illis qui Hierosolymis, & in Palæstina morabant.

3 *Ser. 204. de temp.*

rabantur. Præter illos conueniebant multi Gentiles, vt notat D. Ioannes. Paucis ante diebus Christo litem concluserunt in pleno concilio Principes & Sacerdotes, sub Præside summo Pontifice Caïpha, assidentibus omnibus suis Cardinalibus & pronuntiatâ sententiâ diffinitiuâ mortis, tali animo, ac intentione, vt (teste D. Ioanne) voce præconis per totam vrbem præcep sent, & affixis ad platearum angulos sedulis dictam sententiam promulgassent sub graui pœna, mandantes siquis nosset vbi esset Iesus Nazarenus, illico denuntiaret, vt exequerentur supremi Capituli ac Consistorij conclusionem. His ita dispositis, & Iudæis in eius necem conspirantibus, proposuit Christus ciuitatem ingredi, tantâ maiestate, quantâ vel vnquam vllus Romam aut triumphator aut Imperator intrauerat. Huic triumpho dedit initium circa Bethphagen, medio milliari à ciuitate, quocirca cuncti potentem mittit manum suam in tam innumerabilem cordium multitudinem, quanta cum temporis erat Hierosolymis, & in illis omnibus operatur, & agit, tantum, quantum & quomodolibet, eorum millia instigat, mouet, vt eum agnoscentes, procurrant obuiam, sicut & prodierunt, alij ramos cædebant de arboribus, & plateas ornabant: alij vestimenta sternebant in via, omnes denique se illi iungunt viæ comites, cælestem concinunt melodiam in eius laudem & gloriam: proclamant, proficentur, recipiunt vt Messiam, Regem, verum Dominum, & corporum, animarumque Saluatorem.

Ioan. 12. 19.

Millenis aliis desiderium infundebat eum videndi, ac recipiendi ardentissimum, ac proinde portis ciuitatis eruentes, & fenestris, ac domibus prospicientes venienti acclamabant; vt fieri vidimus dum Reges, ac serenissimi Principes intrant ciuitates. Matres mouet, vt suspensis ab vbere natis templum adeant, aduentum eius prosequaturæ, vt dum ipse intrat, mille ei personent laudes, & glorias. In ipsis Romanorum militum cordibus, quorum ibidem multus erat numerus, vt vrbem illam Romanis subiectam premerent, tantam excitauit admirationem, vt licet audirent eum Regem proclamari (quo Cæsaris derogabatur auctoritati) & cum titulo Regis, Domini, ac Saluatoris illum in ciuitatem pompaticè introduci, nec repugnent, nec contradicant. Principum vero ac suorum hostium corda, stupefecit, exterruit, & deiecit, dum vident eius tam mirabilem nouumque ingressum, illas audiunt acclamationes, quibus eorum & corda & viscera transfodiebantur, quorum vox quælibet, eis sæuissimus pugionis ictus videbatur, immoti vt statuæ consistunt, attoniti, spectatores, qui nec audeant, non solum executioni mandare id quod ante tam resolutoriè decreuerant, sed nec vnicum mouere pedem in eius detrimentum: tam supremæ maiestatis inuidiâ se corrodentes. Et illi cum essent, qui habere prætendebant, imo & ius habebant ad templi regimen, disponebantque ea, quæ in eo agebantur, vident tamen Christum illud ingredi, & quasi sibi propriam intrare domum, se eius Dominum protestari, & absoluta Domini auctoritate eo templi profanatores eiicere; hos etenim durius flagris exeipit, illorum mensas solo prosternit, cunctos denique supremo absoluti Domini imperio reprehendit vehementiùs. Ibi cæcis aperuit oculos, gressum solidat claudis, linguas dissoluit elinguium, talia denique operatur, vt illi ipsi ea testentur esse mirabilia: *Videntes mirabilia, quæ faciebat*; inuidi, zoili, Christū accedunt eū reprehensuri, sed ipse illos ad malas abigit aues, Dei inimicos sugillat, nec ei de cætero audent obmutire: quid hoc? homo pauper, iam pridem per ipsos reus mortis proclamatus, ipsos inquam Principes qui populo, & vrbi præsidebant? Sic se res habet hæc Christo est gloria principalis: hic est triumphus maximè gloriosus, in tot cordibus permouendis suam ostendere potestatem.

¶ 4 I. Christus mouit corda ludæorum vt eum ita festiuè reciperent.

Sistit D Augustinus in eo quod refert Spiritus S: Impletis omnibus per Moysen, quæ Deus ei præceperat; Arca, mensa, candelabro, altari incensi, holocaustorum & sacrificiorum, tabernaculo, cortinis, vestibus sacerdotalibus summo Pontifici, aliisque sacerdotibus præscriptis, mari ad lauandum, vnguento sancto ad inunctionem, &c. *Postquam omnia perfecta sunt, operuit nubes tabernaculum testimonij & gloria Domini, implens illud, nec poterat Moyses ingredi tectum fœderis, nube operiente omnia, & maiestate Domini coruscante quia cuncta nubes operuerat.* Vocatur, *Gloria Domini*, nubes quædam clarissima, & illustrissima, vt dicit Caietanus, & ipse D Augustinus, quæ ita dicitur: *Gloria Domini*; & D Hieron. Totum hoc operuit nubes splendidissima, quæ omnia Solis instar splendida reddebat. Nec potuit intrare Moyses; præuenerat enim eius ingressum tantæ gloriæ nubes. Admiratur D Augustinus illudque eximium dicit prodigium dignum consideratu. *Notanda est res mirabilis quòd nube descendente, & implente tabernaculum, non poterat Moyses intrare tabernaculum qui in monte Sina quando legem primitus accepit, intrauit in nubē vbi erat Deus*

§ D. Aug. *L. 99. in Exod. q. 123. To. 4. Exod. 40. 33.*

In c. 5. Ep ad Galat.

» *Deus.* Hoc illi multoties contigit, & in eo monstrabat Deus, quod suus erat Dux, quando ob panis defectum populus murmurabat. Dum Aaron hæret apud populum: *Respexerunt ad solitudinem, & ecce gloria Domini apparuit in nube: locutus est autem Dominus ad Moysen. Iam nunc veniam ad te in caligine nubis vt audiat me populus loquentem ad te & credat tibi in perpetuum. Stetit populus de longè: Moyses autem accessit ad caliginem, in quâ erat Deus. Cum ascendisset Moyses montem, operuit nubes montem, & habitauit gloria Domini super Sinai &c. Ingressusque Moyses medium nebulæ ascendit in montem, & fuit ibi quadraginta diebus, & quadraginta noctibus.* Quid est hoc? *Procul dubio* (ait D. August.) *aliam personam tunc figurabat, aliam nunc, & tunc eorum, qui Principes sunt intimæ veritatis Dei, nunc autem Iudæorum, quibus gloria Domini, quæ in tabernaculo est, quod est gratia Christi, tanquam nubes opponitur.* Ac protinde dicit, quòd hoc non fuerit semper in Moyse, sed tunc tantùm. Completis figuris descendit gloria Domini in nube, in Christo, qui omnes illuminauit & per illam lumine priuatur Moyses, id est Principes, vt nihil videre possint gloriæ Christi.

Exod. 16.10. & in c.19.8. & c. 20. & in c.24. 15.

Modò clarè patet versus ille Habacuc: qui obscurus iudicabatur: *Operuit Cælos gloria eius, & laudis eius plena est terra.* Hoc nomine *Cælos* (inquit D. Gregor.) intelligit, primarios sacerdotes, summos Principes, Reipublicæ magistros: illis enim incumbit populi regimen, quæ nomine terræ comprehenduntur. Ecce cæli, ecce Principes, summi sacerdotes, Pontifices, magistri & Doctores, qui honoris clauum tenent, altiores obtinent cathedras, qui hac Christi luce ac gloria, absit vt illuminentur, quin & maleuolâ ignorantia obscurati, de illo qui de se radios emittebat soleipso clariores requirunt curiosi. *Quis est hic?* & velut vespertiliones ipsis rádiis attoniti, perculsique obtenebrantur. Occinere videtur vates illi historiæ, de qua Spiritus S. *Postquam omnia perfecta sunt, operuit nubes tabernaculum* (vt exponit D. Cyrill. Alexandr.) & prosequemur alibi: similiter visionem Isaiæ, quando apparente Domino gloria radiorum illustri, *Domus repleta est fumo.* Id est templum: vt dicemus. Lux illa, quæ cælos operuit, populum adeo clarificat, vt Dominum agnoscat, mille laudibus extollat; & ipsis inquirentibus. *Quis est hic?* respondeat, elatis ad sydera vocibus. *Hic est Iesus Propheta à Nazareth Galilææ*: quo testimonio eum fatentur vt Deum, vt Messiam, vt mundi Saluatorem. Sic benedicta hæc gloria Domini. Modo & horum tenebras, & illorum lucem, in salutem nostram maturè consideremus.

L. 2. mor. 6.26.

Exod. 40. 33.

Lib. 9 de Adorat. Sabbato ante in Ramos §. 10

Isa. 6.4.

§. 2. *Aspernatoria fuit hæc Iudæorum interrogatio: zoilis enim proprium est quærere:* Quis est hic?

CVm intrasset Iesus Hierosolymam, commota est vniuersa ciuitas. Quæ est hæc ciuitas, quæ ad Christi ingressum turbatur? Aliqui intelligunt habitatores, & ciues Hierusalem, qui, vt subitò, & inexspectatò audierunt voces illas, & a clamationes aduentantis populi, & intrantis ciuitatem multitudinis. Christum concomitantis, nec rationem ob quam illa fierent, intelligebant, perturbantur, & continuo interrogant, quis esset ille, quem tanta solemnitate constiparent, & diuinis, ac insolitis acclamationibus honorarent? Ita interpretatur hunc locum D. Hieronym. Alij vero auctores intelligunt per nomen *Ciuitas*, Principes ac Reipublicæ Gubernatores, eorumque Concilium: ea phrasi, quâ dicimus Ciuitas hoc aut illud proclamauit, prohibuit, statuit. Itaque, qui tumultuati sunt turbatique ob Christi aduentum, Principes fuerunt, Gubernatores, Concilium Hierusalem. Obricies: Illine ergo Christum ignorabant quis esset? Paucis ante diebus de illo multa inter se fuerant collocuti, de eius vita, miraculis, doctrina, operibus, & tandem mortis reum conclamarant. Num forsitan illius notitiam deperdiderunt? quomodo quærunt: *Quis est hic?*

6

D. Hier. in hunc locum.

Optimè respondet Iudocus Clictouæus, qui deperditos libros D. Cyrilli super D. Ioannem luci restituit: quòd hæc non esset ignorantiæ interrogatio, sed contemptus: eo modo quo notat Spiritus S. solere mundanos dicere de viro paupere, abiecto, quando inter viros honorarios loquitur, *Pauper locutus est, & dicunt: Quis est hic?*

L. 6. c. 19.

Eccl. 13. 29.

Familiare valde illis erat hoc pronomen *Hic* quotiescumque in Christi despectum loquebantur. Declarat Christus mysterium Venerabilis Sacramenti à se instituendum: at illi irrisorie & aspernabundi quærunt: *Quomodo potest hic nobis dare carnem suam ad manducandum? Quomodo potest hic.* q.d. Homo vilis, pauper, contemptibilis, & qui vix habeat, quo nudas contegat sibi carnes: *Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum?* Si Salomon esset, cui tanta sapientia: si Moyses, qui aquas in sanguinem vertit, & transmutauit elementa: adhuc.

I. Pharisæi in Christi contemptu pronomine hic vtuntur (hic) Ioan 6. 53.

Porro

Ioan. 7. 15.

Porro *Hic? Quomodo potest hic?* Alij sublimem eius doctrinam audientes, dicebant: *Quomodo hic litteras scit, cum non didicerit?* Hic, homo communis opificij manuarius, qui nullis vnquam aliis rebus, quàm lignariis intendit, vnde huic hæc omnia? Hoc eodem pronomine modo vtuntur in Christi contemptum, diabolica intentione, vt plebem ab eo honore quo illum venerabantur, retraherent æmuli, dum illis spectantibus tanto ingreditur triumpho, tanto plausu excipitur, vt Rex, Dominus, Saluator, verus Deus: *Quis est hic?* q. d. Populè stulte: quid agitis? gens insipiens num illum cognoscitis, quem tanta pompa colitis? An ignoratis eum pauperem, fabri, filium, infimæ sortis, cuius maximæ diuitiæ sint serra, securis, ascia, dolabra, cæl m. Vos obtestamur attendite, *Quis est hic?* Si Moyses quidam esset, qui ex parte Dei veniret, legis eius tabulas manibus suis deportans, cuius facies vt sol præluceret.

Si alter Dauid triumphans, præcisum deferens gigantis caput, qui populum Dei contriuerat, & ob hoc prodierunt illi obuiam, & ipsæ puellæ, gloriæ Dauidis cantatrices, tympanistriq: Io Triumphe. Si Rex foret Salomon, cuius tam illustres erant donorum prærogatiuæ, vt ad eorum famam Regina Saba, ex remotissimis regionibus accurrerit festina cum toto suo comitatu, eum salutatura: eum, inquam, cuius probandæ sapientiæ tot proposita fuerunt argumenta: eum denique, cuius audire sapientiam, vultumque videre desiderabat terra vniuersa cui Reges, terrarumque regna, vectigalia tributaque in signum soluebant obedientiæ. At ille? *Et quis est hic?* Vox hæc, vox est non Iacob sed inuidi Esau, Pharisæorum, quorum corda & viscera mordax rodebat inuidia, quâ perciti diffamare, aspernari & risui exponere Christum laborabant, diuerte regi populum, ne tali hunc honore exciperent, vt Regi congratularentur, vt Saluatori acclamarent, vnde & verbis aspernatoriis sic quærunt. *Quis est hic?*

II. Inuidia puerorum est vitiū.

Propriissimè vocatur inuidia, vitium infantium: Diuino consilio, quando Iosue motus inuidiâ eo quòd quosdam seniores audiret spiritu prophetico adornatos, cucurrit ad Moysen atque, *Domine mi, Moyses prohibe illos.* Eum vocat Spiritus S. puerum. Puer ætate non erat, sed vir: sic tamen audit vt declaretur, inuidiam vitium esse puerorum. Proprium enim illis quarto modo, dum vident alium quidquam habere, continuò ad patrem: auferi illi hoc. Non sic Moyses, erat enim vir, ait Spiritus S. vnde respondebat puero illi: *Quid æmularis pro me? Quis mihi tribuat, vt omnis populus prophetet, & det eis Dominus spiritum suum?* Hic spiritus, spiritus est viri, quem non dolet videre, Deum aliis quoque spiritum suum communicare. At vero viscera sibi corrodere præ dedignatione inuidiosa, quâ cernunt Christum tantò plebis applausu Hierusalem subintrare, sicut ipsi ciuitatis maiores manifestant, vitium est puerorum, qui vilipensionis verbis de Christo, *Quis est hic?* satagunt, vt ei plebs præstitum deneget honorem, eum aspernetur, eiciat, & vt hominem abiectum, vilissimumque dedignetur.

Num. 11. 28.

Impleta est hodie celebris illa figura, quam nobis Spiritus S. prænotauit in Isaac, viuo Christi prototypo & exemplari. Conceptus est & natus de miraculo, de ventre sterili & annoso, lactauit eum vbere de cælo pleno, nec enim ad hoc Saræ materna viscera sufficiebant, nascitur in terra Geraris, vbi Sara peregrina cum Abraham marito suo morabatur, de qua postmodum sedem mouit familia Abrahæ, nascitur Isaac: & admirati sunt vniuersi: educauit eum mater sedula: attamen ablactauit eum, conuiuium opiparum instituit pater Abraham, quo omnes concurrunt, & de nato filio congratulantur, faustaque omnia apprecantur illius pueri natiuitatem celebrantes, ad quem deuoluenda esset hereditas, grauiter hoc tulit Ismaël, inuidiæ facibus incipit exardescere (ita D. Ambros.) Cur igitur hic tanto fouetur honore? cur illi tot festa, tot applausus, cur concursus populorum? cut heres bonorum? An non ego primogenitus? an non mihi hæc festa honor ille, applausus, & debentur de iure acclamationes? Et si mihi negentur, cur illi conceduntur? Inter debet (inquit D. Hieron.) illum primare prima ogenitura: Illum attendite, cur talis festinitas? Conuersus ad cæteros, præsertim iumores, coætaneos, illis persuadet, vt Isaac despicerent, negligerent, & maturius vter futurus esset heres, considerarent. Sic capit Caietan hæc verba: *Vidit Sara filium Agar Ludentem cum Isaac.* Quis fuit ille lusus? arbitrantur aliqui Isaac ab Ismaële verberibus exceptum, alij derisum. Textus Hebraicus (inquit Caietan) significat, Ismaëlem conatum fuisse vt cæteri, qui eum ante fuerant venerati, modo dedignarentur: Ira enim legit: *Vidit filium Agar, facientem irridere Isaac.* En tibi Christum per miraculum, operâ S. Spiritus de ventre virginali conceptum cælesti lacte enutritum in peregrina deductum à Matre in Bethleem natum. Vide Rupertum.

Apud Lipom.

7 III. Isaac Christi figura.

Apud Lipom. De quæstionibus Hebraicis. Gen. 21. 9.

§. 3. Fornax inuidiæ pectus est diaboli, proinde illam non vidit D. Ioannes inter ea, quæ sunt in mundo.

☞ 8 D. Hii. *In c. 5. Ep. ad Galat.*

QVis est hic? Hæc est quæstio genuina, quam obiicit inuidia, & bellè declaratur illo tractatu, quem edidit D. Cyprian. de isto vitio. Cui titulum prænotauit: *De zelo & liuore*: tam doctè compositum, vt D. Hieronymo non satisfuerit illum vocare optimum in superlatiuo gradu, sed insuper addit vnum (*valde*,) quod phrasi Latinæ videtur inconcinnum, *Scripsit librum valde optimum*, & licet terminum hunc non admittat phrasis Latina, eum tamen operis meretur excellentia: Fuit in eo mens D. Cypriani probare, simul & declarare, quàm pernicioſum sit illud vitium, & ex eo nos docere, ac mouere, vt omni illud studio ac labore euitemus; Ad hoc illud præsupponit principium: Inuidiam, proprium esse peccatum diabolo: Ob eam causam, ait, vocatur à Spiritu S. *Inuidia diaboli.* q. d. Inuidia quod peccatum proprium est diabolo, eo modo, quo dicimus, *Misericordia Dei*, vt declaremus misericordiam esse virtutem propriam Deo, vtpote quæ sit ex eius viscеribus purissimè procedens, in eis genita, quasi in propria officina. Ita *Inuidia diaboli.* significat inuidiam, propriam esse diabolo, procusam in eius viscerum fornace, creatam quoque ac genitam ex propria sua malitia, eiusque filiam. Ob quam rationem etiam à D Chrysostom. dicitur *Primum diaboli inuentum*: peccatum, quod inueniri tantum poterat in viscеribus Satanæ. Huius illa est ratio: eo quod peccatum illud nullum motiuum boni nec paruum, nec magnum habeat respectu eius qui illud committit.

L. de zelo & liuore.

Sap 2.24.

Hom. 46. in Gen.

Voluit cælestis illa Aquila, D. Ioannem intelligo, totius mundi peccata describere, & ea ad tres reduxit seu contraxit categorias. *Omne quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ.* Quidquid in mundo mali est culpæ, nascitur ex concupiscentia, id est, ex alicuius boni affectu. Omnia verò bona reuocantur ad tres species, sicut ex D. Ambros. doctrina probat D. Thom. *Vtile, honestum, delectabile.* Omnia mundi crimina committuntur, ex prætensione alicuius horum bonorum, vel vtilis, vt sunt diuitiæ, bona, hereditates: & hoc est, *Concupiscentia oculorum*, vel boni honesti, vt sunt dignitates, honores, status, officia, cathedræ, præeminentiæ. Et hæc sunt *Superbia vitæ* Vel boni delectabilis, vt sunt deliciæ carnales, sensualitates in cibo & potu, vel actibus inhonestis; & hæc sunt: *Concupiscentia carnis.* Posset quisquam obiicere: Non videtur integra hæc diuisio: dabo enim ego, & aliud vitium, quo nullum horum bonorum prætenditur: hoc autem est inuidia: inuidiosus enim, qui abhorret bonum quod cernit in fratre suo, non propter hoc, honorem vllum prætendit; non enim aliud est, quàm quædam mentis abiectio, proinde à Iob vocatur vitium puerorum, ac hominum abiectorum: *Parvulum occidit inuidia.* Nec similiter per illud venatur bona quædam temporalia: nullum enim inde ipsi prouenit luctum, quantumcumque in illo augeatur inuidia. Minus adhuc studet voluptatibus deliciisque potiundis: inuidia, absit, vt illas assequatur, quin potius cum sapiente dixero, & verum dixero, *Putredo ossium; inuidia.*

1. Ioan 2. 16.

Lib. 1. de offic. c. 9. & 16.

Iob 5. 2.

Prou 14. 30.

Respondebo, quod D. Ioannes non intendebit numerare, nisi vitia mundi, id est, hominum, qui in mundo hoc viuunt, ac proinde dixerit: *Omne, quod est in mundo* hi omnes peccant, ex prætensione alicuius boni. Est autem homo animal rationale; sed nec mouetur, nisi per id, quod est rationale, saltem in apparentia: Hoc autem illa suggerit, nihil fiat nisi alicuius gratiâ commodi, proinde, non est hominis mouere se nisi ad illud quod lucrari potest verum, aut apparens. Axioma est Aristotelis. *Nemo, intendens ad malum, operatur*, & declarat D. Thom. Inuidia verò non est vitium mundi, sed inferni; nec hominum, sed dæmonis. Hoc huic infausto est proprium, non intendere in his quæ agit, quidquam, quod sit ei bonum, quinimo, iuxta veridicam Theologiam, quidquid dæmon agit, in eius cedit maius tormentum, pœnam ac confusionem. Tam anxius studet animarum perditioni, vt, sicut prædiximus Dominica antecedente, sit hoc eius officium perpetuum Falleris, si credideris hoc esse in eius quantumlibet bonum: minimè gentium; quinimo per hoc eius augetur cruciatus: quantò enim plures damnantur, tantò est diaboli pœna grauior; sicut accrescit gloria accidentalis Angelorum, quo magis accrescit per eorum inspirationes multitudo beatorum. Maturius expendit Diuus Petrus Chrysologus parabolam à Christo propositam, de patre familias, *Qui seminauit bonum semen in agro suo; cum autem dormirent homines, venit inimicus eius & superseminauit zizania, abiitque malas herbas. Pullulante ac germinante tritico,*

1. 2. q. 8. a. 1. Inuidia, vitium non est mali sed boni.

Matt. 13. 25.

„ tritico, *Apparuerunt & zizania.* Accedunt famuli, conqueruntur: vnde hoc Domine? Vnde igitur tanta zizania, tot vepres, tot tribuli? „ Ne miremini filij; *Inimicus homo hoc fecit.* „ Quærit S. Doctor: Ad quid fecit hoc inimicus? quod lucrum, vel bonum sibi in eo præ- D.P. „ tendebat? *Vt quid? Vt periret Dominica messis.* CHR. „ Dic mihi igitur quid hoc illi refert? *Hoc ad lucrum quid pertinet inimici?* An non igitur capis, „ quòd Christus voluerit depingere peccatum „ proprium diabolo, nimirum inuidiam? Hæc „ enim in suis actionibus non prætendit, nec mentis oculos coniicit in aliquod bonum, sed tantùm „ vt noceat, vt alteri damnum inferat, quod peccatum dicimus particularis malitiæ, innatum diabolo: qui in eo quod agit contra Deum, eiusque „ Sanctos, sibi aliud non intendit bonum, quàm „ perdere, ac deuastare illud, quod in altero bonum „ inuidus contemplatur: *Inuidia spiritus hominum damna suum computat lucrum, & quod perierit hominibus, hoc se existimat acquisisse.*

„ Creauit Deus hominem; vt campum pulcherrimum, fertilem, in quo seminauit illa cælestis „ gratiæ suæ semina, dona, virtutes, vitæ æternæ „ semina, mortis & omnium laborum inexpertem. Cernit hunc Satan, illicò accurrit, super- „ seminat tam pernicioſa zizania, vt diruerit „ messem, & vitæ optimum; ex quo mors intra- „ uit. Quid sibi studuit lucrari inimicus? Nihil „ aliud quàm euertere Adamum, & hominem cum „ tota sua progenie interimere. Quod autem bonum sibi? nullum, nec intendit fructum ali- „ quem, aut beneficium aliquod sibi, nec vesti- „ gium quidem alicuius boni, aut voluptatis, suf- „ ficit illi si bona perdat aliena. Ecce inuidiæ pec- Sap. 2. 24. „ catum, pullus inferni: *Inuidiâ diaboli mors introiuit in orbem terrarum.* Ex inferno adduxit illam inimicus: est enim inferni peccatum. Quid, credis, boni diabolus prætendit, quando tam anxius, peruigil, indefessus in ruinam pellere Iudam laborauit, quod & illi feliciter succesſit? Arbitraris, quòd ex eius damnatione, gaudium, deliciasque hauserit Sycophanta? Absit omnino; singulari, torquetur ex tali consorte cruciatu: quantò enim maior est numerus eorum, qui inter se digladiantur, se mutuo percutiunt, ac feriunt, tantò singulis accrescunt vulnera crudiora. Ecce tibi inuidiam diaboli prolem, qui per hunc nullum sibi bonum prætendit nec obtinet, sed omnium dumtaxat nocumentum. Quid intendis, fratris tui inuidens bonis æmule? quid cordi tuo acquiris, nisi dolorem, vermem, cruciatum. Num ex hoc opes tibi lucraris auare? Quæ tibi inde lux, si candelam, quæ clarius lucet, exsufflas? Crassioribus tenebris inuoluetis. Hac ratione duo probat D. Chrysost. Primum, illud peccatum, cæteris suo modo multo esse grauius: tantò enim peccatum est grauius, quantò minus motiuum habet. In aliis peccatis communiter est aliquod motiuum, aut lucri, aut voluptatis, aut honoris: in hoc vero nullum omninò: *Omni prorsus caret vtilitate.* Secundum, *Omni venia caret illud peccatum:* Nullam enim habet excusationem. *Fornicator concupiscentiam pretendere potest, fur paupertatem, homicida furorem, frigidas quidem & irrationabiles, habent tamen, quas prætendant excusationes; tu vero, quam dices, rogo, causam, nisi tantùm nequitiam?* Cum illud igitur vitium adeò proprium sit ingenitumque diabolo, vocat Spiritus S. inuidos, eos qui ex parte eius sunt. Ac proinde, dum dixit: *Inuidiâ diaboli mors introiuit* &c. Statim addit: *Imitantur illum, qui sunt ex parte eius.* Idcirco dicit D. Ioannes de Cain: *Cain erat ex maligno.* Quia peccatum eius inuidia fuit: vt dicemus. D. Chr. Ho 33. ad pop. To 5. Sap. 2. 24. 1. Ioan. 3. 11.

§. 4. *Inuidia peccatum est occultum: Ex duobus cognoscitur effectibus, cordis & linguæ commotione.* Quis est hic?

DEinde supponit D. Cyprian. huius pestis illud esse damnum maximum, quòd eius venenum tam occultè irrepat & inadueretenter, vt videri nequeat, donec actum sit de anima; & hoc naturæ suæ valde conformiter. Est hoc vitium proprium venenum serpentis infernalis: & hoc vnum habet serpens, quòd mordeat valde dissimulanter, inducit enim somnum, & infundit venenum tam insensibiliter, vt non aduertatur. Ideò, inquit Spiritus sanctus, *Serpens mordet in silentio.* Propitius sit mihi Deus; heu quantos mordet hic serpens: videntibus enim proximum honore præcellentem, infert anxium cruciatum, vt nec aduertant, nec sibi prospiciant tempestiuè. Tinea inest cocco ditissimo, vestibusque pretiosis, quæ producitur nullo id sentiente, nec apparet, donec paulò post, pannos vestesque explicans, offendis corrosas rimas, & scissuras totumque exesum. Et ob hoc, cum sit maximi detrimenti (ait D. Cypr.) tale etiam est, de quo minus nobis præcaueamus. *Leue apud quosdam, & modicum crimen videtur, dumque existimatur leue & modicum, non timetur: dum non timetur, contemnitur, dum contemnitur, non* 10 L. de zelo cit. Eccl. 10. 4. D. Cyp.

facile vitatur, & fit cæca, & occulta pernicies quæ dum minus perspicitur, vt cauèri à prouidentibus possit, improuidas mentes latenter affligit. Febris lenta est, imperceptibilis, in Hecticam febrim degenerat, & penetrat vsque ad ossium medullas. Millenos inuenias hoc veneno infectos, qui illo paulatim consumuntur, quibus tinea hæc corda corrodit, nec proprium aduertunt damnum, nec malum quod pectori insertum gerunt, in suorum viscerum tormentum, & æternam animarum perditionem. Illud ipsum notauit mellifluus Ber-

DBER. *Ser. 19. in Cant.* nardus perorans apud suos monachos: Multi, inquit, viuunt, sed miserè decepti, videntur enim, quia aliis ob receptum beneficium congratulantur, sibi plenissimè satisfeciisse: & turpiter falluntur: multoties enim in vitio inuidiæ hoc contingit, vt quantò maiori aliis congratulantur applausu, tantò in eorum cordibus inuidiæ faces vehementius accendantur. *Mentientes nosmet ipsos nobis, sentimus aliqui nostrum pro nostra imperfectionis experientia, quàm vana virtus sit, alienis non inuidere virtuti: nedum gaudere ad illam, nedum etiam tantò plus quàm ad propriam quemque gratulari, quantò se perpendert in virtute superatum. Adhuc modicum lumen in vobis est, Fratres, quotquot de nobis ita sentimus.* Lucem hanc nobis acquiramus, vt bonam regulam in huius tam pernicioſi mali seruemus cognitione.

Loco cit. In huius vitij remedium proponit D. Cyprian. duas regulas, quibus hoc latens venenum detegatur Et vnusquisque illud percipit, quàm primum sese exerit. Cognoscendum est hoc vitium, si aduertamus duos huius effectus satis patentes ac sensibiles quos statim vbi accenditur, in eo producit, quem inficit. Primus est internus in corde & visceribus, vbi gignit rabiosam tineã, anxiam inquietudinem, commotionem magnam, & turbationem. Secundus est, externus in ore, vbi verba gignit aspernatoria: *Quis est hic?* Hoc probat D. Cypr. stupendis S. Scripturæ exemplis. Primus, in quo hoc patet, est ipse diabolus, cuius pectus (vt prædiximus) fornax est, in qua primum excusa est hæc pestis & prima huius veneni officina.

☞ 11 Condidit Deus hominem venustatis speculum, gratia & iustitia originali prædotatum, vt ei illum concederet locum, quo diabolus exciderat. Vt vidit hoc Satan, inuidiæ facibus aduritur; Et quis huius inuidiæ effectus? Duo illa præfata, quæ Deus ipse declarauit, dum eius pro-

Gen. 3. 14. nuntiat sententiam, in tanti peccati pœnam: *Super pectus tuum gradieris, & terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ.* Infelix, terram perpetuò ore

L. de Paradis. c. 15. tuo commoles. Attendit D. Ambros. dubium illud omnibus satis obuium: Domine: Itane hanc serpenti imponis pœnam. Hoc ei naturale est terram edere, super pectus repere, quod autem naturale est, laboriosum non est, nec in pœnam datur: sicut nec aui, si ei imponeretur, vt per aëris vacua volitaret, nec pisci, vt maris vndas secaret, nec lupo, vt carnes deuoraret. Non ea fuit Dei mens, contra visibilem serpentẽ pronuntiari sententiam: huic enim nulla fuisset pœna, ad talia damnari, sed inuisibilem, scilicet diabolum, qui hoc serpente contegebatur: & euidenter pœna ipsa declarat, quod ex sua inuidia illa nasceretur, in duobus, quos in perpetuum operatus erat, effectibus. Primus, quòd pectus suum roderet & viscera præ nimio liuore depasceret, instar vermis corrosorij: ex eo quod videat hominem honoratum, diuinâ beatum gratia, illaque splendentem, iam in via, vt gloriam, Deique regnum possideat in æternum: Hæc est diaboli pœna maxima, tortura grauissima, videre terrenum hominem exaltatum, positum in honore, cui seruiant Angeli. Secundus effectus: quòd perpetuò terram comederet, eamque semper ore masticaret: hoc est vilitatem hominis & abiectionem ei connaturalem, vtpote, qui terra fit, & de terra plasmatus surrexerit: Hæc est pœna diaboli, & quod in eo inuidia producit; quòd scilicet ex parte vna, pectus sibi corrodat, exedat, lancinet eo quod nolens volens cernat hominem sublimem, excelsum, Dei gratiis, doniisque suffultum; & ex parte altera, semper ore suo masticet, reuoluatque hominis vilitatem dicendo: *Quis est hic?* Terræ cespes, luti figmentum, quo nihil vilius, abiectius nihil. Ad tantum honoris gradum? Ad talem gloriam? *Quis est hic?*

Quod modo in diabolo notasti (ait Spiritos S.) hoc ipsum inuenies in iis qui sunt ex parte eius, quibus serpens ille morsu suo venenum hoc infudit abundantiùs *Imitantur autem illum, qui sunt ex parte eius* Horum primus fuit Cain, qui ob illam rationem à D. Basilio vocatur. *Primus diaboli discipulus*: de quo D. Ioannes ob eandem rationem testatur, *Cain erat ex maligno* Vidit hic malignus fratrem suum Abel, à Deo singulari honoratum prærogatiua: eum malignus mordet serpens, cor inuadit, venenum suum infundit, inuidiæ flammas excitat gehennales. Qui huius effectus? Duo, primum, viscera rodit, cor transfodit commordet Hoc loquebatur tristis illa capitis demissio, ob quam illi Deus: *Quare iratus es, & cur concidit facies tua.* Incedebat melancholicus, afflictus, frendens, ingemiscens. Quid tibi deest maledicte? quid tibi vellicat animam,

Sap. 2. *Heb. 11. de inuidia.* *1. Ioan. 3. 11.* *Gen. 4.6.*

cor

cor exagitat, viscera depascitur? Inuidia: hæc enim pœna maxima est, videre præcellentiam, fratrisque gloriam. Secundum. Semper inter dentes balbutiebat. *Quis est hic?* Cur huic tanta gloria? *Quis est hic?* An non me minor? An non ego primogenitus? An patre genitus iustiore, vel natura præditus eminentiori?

Idem aduertit D. Gregor. in fratribus Ioseph. » Aduertunt eum plus cæteris à patre diligi: eos » enim virtutibus præcurrebat: hoc autem dicit » textus, quod *Israël diligebat Ioseph, super omnes* » *filios suos, eo quod in senectute genuisset eum.* Alij » legunt. *Eo quod Ioseph, filius senectutis, id est, se-* » *nex.* Et lectio Chaldaica sic habet: *Quoniam fi-* » *lius Sapiens erat ei.* De quo alibi. Ac proinde il- » lum vsque polymita præ cæteris adornauit, quare » confestim in inuidiam fratres rapiuntur. Ex hoc » (docet D. Ambros.) attendant parentes, ne filio- » lum præcæteris vestibus, muneribus, blanditiis » honorent, hoc enim est fomitem inuidiæ mini- » strare. Hinc in eorum cordibus exarsit odium » diabolicum, cordis dolor, viscerum cruciatus, » verba dedignatoria. *Videntes fratres eius, quòd à* » *patre plus cunctis filiis amaretur, oderant eum, nec* » *poterant ei quidquam pacificè loqui. Quid est* (pe- » tit D. Chrysost.) *non poterant pacifice loqui? quia* » *affectio dominabatur eis, & inuidia quotidie cre-* » *scebat, quasi captiui facti, & tyrannidem huius* » *mali ferentes, in dolo loquebantur.* Mille verba » contemptus euomebant in illum coram ipso et- » iam patre suo ex SS. Patrum Græcorum sen- » tentia, quod nostra vulgata lectio legit: *Accu-* » *sarunt apud patrem crimine pessimo*, hoc legunt » ipsi iuxta Septuaginta, *Accusabant eum apud pa-* » *trem crimine pessimo.* Ita hunc locum explicant » Origen. Theodoret. D. Cyrillus & Diodorus. » Accesserunt ad patrem dicentes: quis iste amor » ô pater? Nosti, quem tanti æstimas? nebulun- » culus est & impostor. »

§. 5. *Videre est in Saul binos hos effectus inuidiæ, quem spiritus nequam excruciabat.*

PAtent omnia luce clarius in Rege Saule, in quem ingressus erat spiritus infernalis, quasi in domum sibi propriam: cum nedum ipsius possiderit animam, sed & corpus. Vt autem hoc declaret Spiritus sanctus vtitur termino quodam, quem Sancti Patres grauiter expendunt D. August. *a* D. Gregor. *b* D. Isidor. *c Exagitabat eum spiritus nequam d.* q.d. Spiritus malus. An ergo diabolus inuenitur bonus? Omnes enim tam mali sunt, vt Christus voluerit nobis declarare idem esse: diabolus, & malus, ac proinde nos docuit, vt oraremus: *e Sed libera nos à malo.* Similiter in parabola de semine, id quod duo Euangelistæ referunt dixisse Christum: *Venit diabolus & tollit verbum de corde eorum.* At alius refert eum dixisse: *Venit malus, & tollit verbum de corde eorum.* Diabolus enim pleno gutture vocatur malus, & nulla est inter vtrumque differentia: quia idem est (*diabolus*) quod (*malus*) verum est, concedo; sed licet omnes diaboli mali sint, eorum tamen multi, non sunt tam ex toto mali, quod nullam præferant apparentiam boni, in eo, ad quod hominem tentant, seu mouent: vtpote deliciarum, vel honoris vel sensualis appetitus, vel voluptatis, vel diuitiarum. Ille qui Saulem exagitabat, plenis buccis, & cunctis manibus, erat diabolus malus per omnes casus: *Spiritus nequam*: nullo enim modo, aliquid habebat, quod vel minimi boni haberet apparentiam, quia ille ipse erat, qui eum ad inuidiam prouocabat.

Compositi Abbas Cassianus octo tractatus, de spiritibus malis, hoc est de diabolis, qui ad peccata homines sollicitant: Hi sunt diuersi: aliqui enim sunt, qui particulariter instigant ad vnam speciem peccati, alij ad aliam. Aliquibus proprium est inclinare ad luxuriam, illos vocat S. Scriptura *Spiritus immundos*: alij suadent mendacia, illos dicit: *Spiritus mendaces*: alij inducunt ad errores: hos nominat *Spiritus erroris*: alij prouocant ad gulam, quos Cassianus intitulat: *Spiritus gastrimargiæ*: alij ad diuitiarum opumque thesauros: hi sunt *Spiritus philargyriæ*: De his & illis licet mali sint, dicere tamen possumus quòd aliquid habeant boni; idque in duobus. Primum (ait Cassian.) quod habeant facile remedium ex virtute opposita; per illam enim destruuntur. At inuidia remedium habet difficillimum, & quasi impossibile: cum ex ipsa virtute radices agat profundiores, & eò crescat amplius, quò virtutes, quas in aliis inuidet sunt illustriores. *Ipsis remediis, quibus cætera extinguuntur, accenditur.* Quocirca D. Pet. Chrysol. iusmulat hoc vitium, tanquam incurabile. *Quos contigerit, non patitur iam sanari.* Et hæc debet esse ratio, cur Abbas Cassian. agens de omnibus spiritibus malis, non tractet de inuidia: tractat enim de iis, qui curari possunt, & eius est propositum præscribere singulis vitiis, singula remedia, videtur autem hoc vitio omnem respuere medicinam: non quòd ei curando nullum superint remedium, sed quòd sit inexhausti laboris

opus. Quocirca Sancti eum quasi omnibus aris præsidijsque destitutum existimant, cui tale vitium dominatur. Probat hoc D. Basil. sed particularius D. Chrysost. comparando fornicarium Corinthium virum qui erat aliis scandalo, cum Caino: cuius licet peccatum grauissimum fuerit, correctus tamen & castigatus per Apostolū, vitæ pristinæ sordes eluit per pœnitentiam, ad studia meliora conuersus; Cain autem admonitus, correctus, minis territus ab ipso Deo, nullum suscepit salutis remedium. *Quidam olim apud Corinthios fornicatus est, sed accusatus fuit, & breui correctus. Abeli Cain inuidit, sed sanatus non est quia & Deo statim ipsius vlceri curam afferenti magis intumescebat, & fluctuabatur, & in eadem properabat.* Ex quo fonte declarat idem D. Chrysost. rationē, ob quam Cainum peccantem, Deus ipse maledixerit: *Maledictus eris super terram.* Adamum vero inobedientem, non maledixit sed terram: *Maledicta terra in opere tuo.* Ratio autem est hæc, quia Deum alicui maledicere est quasi eum vt incorrigibilem, & perditū abijcere, proinde in Adami peccato maledixit serpenti, vel dæmoni in serpente: *Maledictus es super terram.* Et eodem modo maledixit Cain vt omnibus pateat, quòd cum eius crimen fuerit inuidiæ peccatum, & ingenitum diabolo, iam ex nunc de eius ita possis, atque de diaboli salute desperare. *Facinus iniquum, & inexpiabile flagitium* (ait D. Chrysost.) *ipse pœnam luit, & quia ferme eadem agit, quæ serpens, & quasi organum seruiuit diaboli voluntati, eâdem videtur pœnâ multatus.*

Ho. 11 de Inuidia. Ho. 44. ad pop. To. 5.

D CHR. Hom 36 in Ioan. To. 3.

Gen. 4. 11.

Gen. 3. 17.

Gen. 3. 14.

D. CHR. Tom 5.

Secundum, in quo alij dæmones tentatores boni aliquid habent, hoc est, quia illud ad quod pelliciunt, & mouent: aliquam habet rationem boni, seu veri, seu apparentis. Hoc specificatum deducit D. Chrysostom. Diabolus tentator ad immunditiam, aliquam habet rationem boni apparentis: nimirum dum repræsentat, delicias ac voluptates. Ille vero qui ad intemperantiam: saporis habet rationem. Qui ad cupiditatem impellit; pecuniæ, opumque pallio tegit peccatum &c. Attamen diabolus ille, qui cordibus inuidiæ faces conatur inijcere nihil habet, quod ratione boni pallietur, nec quidem apparentis: non enim allicit ad gustui delectabile, ad vtile, vel honestum, sed hæc omnis eius est cura adferre cruciatus. Ob hoc ei proprium nomen à Spiritu sancto imponitur. *Spiritus compunctionis.* Ita D. Paul. *Dedit illis Deus spiritum compunctionis*; allegans illud Isaiæ: *Immiscuit vobis Dominus spiritum soporis.* In Hebræo legimus verbum quod deriuatur ab eo quod significat, transfodere, lancinare, mordere. Accepto inde genuinè significat; spiritum lancinatorem, pungentem, mordentem. Aptissima spiritus inuidiosi descriptio, cum ei proprium sit viscera transfodere, vulnerare, distorquere, & quot bona sunt, quibus frater gaudet, tot sunt spicula, lanceæ, quibus viscera transfodiuntur inuidiosi. *Quot sunt prosperitates hominum, tot tormenta sunt inuidorum*, ait D. Petrus Chrysolog. Qui igitur hoc corde suo admittit recipitque vitium, in eum immitis intrat inimicus, qui eum lancinet, & canis rabidus, qui eum dentibus dilaceret: *Inuidia* (ait S. Hieron.) *suorum carnifex, torquet animos, discruciat mentes, corda eorum pungit. Inuidia* (scribit D. Hieron. a) *primum mordax tui.* D Basil. b Idem definit, ex suo genere, scilicet, dolore: *Inuidia est dolor de proximi prosperitate, ac rerum successu conceptus.*

Rom. 11. 8. Isa. 6. 9.

Ser. 172. ex.

D. Hie. a Ep. 99. ad Agel. Tom. 2. b Ho 11. de inuid. Tom. 1.

Hinc deducit Cassian. c D. Paulum de eo loqui peccato, quando dicit: *d Radix amaritudinis*, alludens ad id, quod de eo dixerat Moyses, *e vlt.* illud explicans iisdem verbis: *Radix germinans fel & amaritudinem.* Non enim congruentius quidquam dici poterat, quo intelligeremus, id quod vitium istud in anima operatur. Et satis patet in Cain, hac peruersa passione commoto: honor enim ille, quo Deus Abelem fratrem dignabatur, eius exedebat viscera, felleum amarumque turbabat tristem, capite inclinatum: ob quam rationem eum Deus sic interrogat: *Cur iratus es, & cur concidit facies tua?* Similitet & in fratribus Ioseph; quibus hoc spiritu compunctionis superatis, quidquid aduertunt à patre, beneficij, ac amoris impendi Ioseph præ cæteris; illud intima illis cordium depascitur, nec vllum tribuit locum quieti inuidiosis. Hic diabolus ille malus: Libera nos, ô Deus, à malo.

c Coll 18. c vlt. d Hebr 12. 15. Deut 29. 18. Gen 4. 6.

Hic igitur ingressus est Regem Saul: quia (vt præclarè D. Petrus Chrysolog.) nec ipsis parcit Regibus. *Reges vrget.* Nec miteris: est enim tinea, quæ coccum pretiosissimum aggreditur, ac proinde eius primum natale fuit in cælo: Illa enim altissimarum cedrorum pectora primum hanc tineam germinarunt. Notat Saul Dauidem opilionem gloriâ celebrem, ob deuictum, prostratumque gigantem Goliath. Aduertit, quo eum cuncti honore venerentur; Actutum excitatur in illo vermis inuidia; & ecce, duo, quæ prædiximus in eo confestim operatur. Primum intus in anima; sæuissimis agitatur doloribus, cruciatibus anxiatur extremis, rabidis morsibus dilaniatur, *Exagitabat eum spiritus malus.*

13 Ser. 172. ex.

1. Reg. 16. 14.

lus. Secundum exterius in ore: continuò enim interrogat. *Quis est hic?*

Refert Spiritus Sanctus quòd obtentâ de turre illa carnea Goliath illustrissima victoria, summâ pompa, & populi totius applausu festiuissimo ingressus est Dauid Hierusalem, in Regis
1. Reg. 17. 58. Saulis conspectum; cui ille: *De qua progenie es, ô adolescens?* Quo sanguine natus? Oritur modo difficultas qua ratione hoc Saul quærere potuerit: optimè enim nouerat ille Dauid, nouerat & filium Isai, nouerat & ouium pastorem, nouerat concinnè psallentem citharâ: vnde paucis ante elapsis diebus agitatus melancholico humore nuntios misit ad Isai: *Mitte ad me Dauid filium tuum, qui est in pascuis:*
1. Reg. 16. 19. vt psallat coram me, & lenius habeam. Misit Isai filium suum Dauidem, magnis grauem muneribus, qualis tunc temporis magna habebantur, præsentem iam Dauidem creat Saul suum armigerum, qui ex eius oculis, numquam recedebat. Post hæc, paulo antequam Dauid contra Goliath descenderet in aream, collocutus est cum Saule de ineundâ monomachia, ad quam ei Saul regia sua arma proponebat. Quid hoc igitur ô Rex, tam velox tibi Dauidis excidit cognitio: vt iam de illo quæras, vt ignoraus: *De qua progenie es, ô adolescens?* a Opinatur D. Augustinus b quod iam præterfluxissent aliquot dies, quibus Dauid barba creuerat quodque proinde esset Regi incognitus: hanc opinionem sequitur Cardinalis Caietanus. Licet aliquam patiatur difficultatem: considerato enim textu non tantum interlapsum est temporis, vt tanta potuerit interuenire mutatio. Theodoretus arbitratur quæstionem hanc ortam ex inuidia, quâ Dauidis gloriam obscurare conabatur. Videt illum triumphantem, omnem populum ei manus tendentem, ad sidera excollentem: hoc ei bilem mouit, ob hoc indignatur, & interiori animo dedignatur: vt vero eius euertat gloriam, voluit publicè notificari eius progeniem. Et cunctis innotescereet, Dauidem filium esse viri abiecti de Bethlehem Isai: q. d. Ita mihi bene fit, en qualem honoratis: *Quis est hic?* pauperculus, paterni gregis opilio. Innatum hoc inuido (teste D. Basilio) vt proximi sui bona, ac præclara despiciat facinora, in publicum adducere, si quos patitur defectus, velut lapillus ille: cum enim statua illa tam pretiosis radiaret constructa metallis, in pedes tamen lutos illisit, quo hæc omnia sunt *redacta in fauillam afflua area.*

a Vide Glossam Ordin. b In c. 17. lib. 1. Reg.

In Lib. 1. Reg. q. 42.

Hom. 11.

Dan. 2.

Lib. de zelotypia.

Hinc patebit (teste D. Cypriano) quam commune sit illud vitium, licet adeo dissimulatum: Quid cogitas, quid sit: cum alio narrante, quòd vicinis tuus talem adeptus est dignitatem, seu honoris gradum, subrides & oculos in terram declinas? Signum est amaritudinis cordis tui, quæ te velut alterum Cain corroditintrinsecus: & continuò erumpis in hæc verba: *Quis est hic?* An non talis filius? Incipis eius ossa ettere, eius defectus enarras & lingua tua eius concutis pedes, è quibus statua exurgit. Prodit honoratus beneficiis: audis hoc, & obstupescis; & totus meditabundus, quasi tibi cordis fibras constrinxissent, confestim quæris stomachabundus. *Quis est hic?* Parcat mihi Deus, num tale tali? talis tali filio? Alius diuitiis accrescit: videris atronitus: quasi hoc tibi insipidè, amareque sapiat, & corde fastidioso acerbius eructas: *Quis est hic?* Scito verò hanc naturalem esse inuidiæ quæstionem, velle mortuos effodere, producere stemmata, genealogias, propalare, quæ nosti malefacta, vel quæ, vt taliadamnas temerarius. Charissime, proprium agnosce peccatum, vide, quem pectore geris coluhrum infernalem. Modo notissima tibi erit horum maledicorum inuidentia. Vident Christum tantâ gloriâ celebrem, tanto applausu receptum: ilicò inuasit eos inuidiæ Spiritus, Spiritus lancinator, *Dedit illis spiritum compunctionis.* Illo intrinsecus exagitantur, cordis sibi corrodunt viscera: & nullum in Christi laudem proferebatur verbum, quod illis cor non transfoderet, commoueret, laniaret. *Commota est vniuersa ciuitas.* Ilico autem audies illos ore reuoluentes, & dentibus commolientes: *Quis est hic?* Nunc ergo, ita viuam, maturius attende, cui talis gloria? cui talis applausus? cui congratulatio tanta? *Quis est hic?*

III. Inuidia mortuorum profert defectus.

Perelegans est illa D. Chrysostomi consideratio: Natis patri Isaac Iacob & Esau: fames valida regionem illam oppressit: deliberat Isaac de terra discedere: at illi Deus: ne discesseris: & licet enim alios, non te tamen fames est oppressura, & vbi cæteri non metunt, ne paleam quidem, triticea erit messis tua, eaque centenaria: ob patris tui Abrahæ præclara merita, qui iussis meis obediens, mandata mea, ac ceremonias custodiuit, & quæcumque illi præceperam. Dixit hoc Deus ratione illius præcepti: *Egredere de terra tua &c.* Et ob ceremoniam circumcisionis. Dicit illa Deus Isaac (ait D. Chrysostomus) Primò: vt ostendat, quanti faciat merita iustorum Patrum: in quorum gratiam, filiis eorum benefacit liberalis. Secundò: vt animos

14. Gen. 12. 1.

» det Isaac. *Erigit mentem iusti, & vt Patris imitator, fiat, efficit: Num si ille, inquit, qui mea obediuit voci, tanta pollicitatione dignus est habitus, & propter illius virtutem in te, qui ex eo natus es, sum imple urus: Si & ipse imitator illius fueris, & eadem, qua ille, via incesseris, cogita quantam apud me benevolentiam habiturus sis, & quanta mensura te signaturus sim?* Omnium primum aggreditur, patris sui Abraham detegere puteos erat enim terra illa sterilis & inaquosa, vt autem huic incommodo succurreret Abraham, multos sibi effoderat puteos, vt patet ex libro Geneseos. Omnes vero hi obstructi erant & terra repleti; hoc egerat invida Palæstinorum malitia, qui eos infecerant & lapidibus oppleuerant. Venit Isaac, primùm eos expurgat, aquam illis extrahit, seminat, & licet terra illa esset infœcunda: *Inuenit in ipso anno centuplum, benedixitque ei Dominus, & locupletatus est homo, & ibat proficiens, atque succrescens, donec magnus vehementer effectus est.* Notant hoc Palæstini: *Ob hoc inuidentes ei Palæstini, omnes puteos illo tempore obstruxerunt, implentes humo* Dicit quoque Isaac Rex Abimelech: *Recede à nobis, quoniam potentior nobis factus es valde* Sub intrat D. Chrysostomus atque: *Considera quanta illorum malitia, qui & aquas iusto inuidcant, & neque Rex inuidiam continere potuit, sed dicit: Recede à nobis.* (O proditores) *Cuius gratia abigis iustum? num aliqua in re tibi nocuit? num iniuriam intulit? Sed ita se habet inuidia, nihil cum ratione operatur. Oportebat eum spectare, & attendere, quem omnium Deus tanta gratia prosequebatur, magis fouere, & seruiendo, vt honore in illum collato, etiam ipsi sibi diuinum fauorem conciliarent. Illi autem non solum hoc non faciunt, sed expellere tentant, & dicunt: Abi à nobis. Ita agere solet inuidia, non potest benignè videre aliorum felicitatem, sed felicitatem proximi suam putat infelicitatem, & tabescit bonis proximi.* Iustum abigis? Ille solus sufficit, quò conseruetis. O Christe Sancte Isaac! Quot puteos foderunt Prophetæ? cunctos aperuit, quos obcæcauerat malitia Palæstinorum, Primatum vrbis Hierusalem, cælestis aquæ doctrina terram fœcundat in diuinæ personæ cognitione. O quàm multiplicem populorum colligit messem, qui ad fidem conuersi diuinitatis, eum confitentur, ei congratulantur, & vt vero Deo suo hilares famulantur. *Propterea inuidebant ei*, eumque mundo eliminare conantur Scribæ & Pharisæi, in eius necem conspirant Primores Hierusalem. » Hic est effectus inuidiæ, te namque commotum grauiter, inuidumque conturbat acerbius, dum proximum vides præ cæteris exaltari. »

Gen. 26 15.

Gen. 26.

IV. Inuidia alterius non patitur felicitatem. Divvs Chr. In c. 26. Gen. Tp. 1.

§. 6. Populi dicebant. *Per ignorantem populum confundit Deus sapientes; & transmutat cælos, & terram.*

Hic est Iesus Propheta à Nazareth Galilææ. Hæc est populi responsio; aduertit autem Ecclesia mater in Officio Dominicæ Palmarum, quòd Spiritus S. per os turbæ hyis loquebatur, ac proinde eam vocat: *Beata turba*, quinimò licerat nobis dicere, idquod Dauid mulieri, quæ sibi proposuerat argumentum, subtilius multò, quàm à muliere quis posset exspectare *Verè Iesus est, qui posuit verba hæc in ore tuo.* Hoc huic beatæ turbæ dicere possemus, Spiritus S. est, qui posuit verba hæc in ore suo, ac proinde pluribus redundant mysteriis quàm literis, nedum syllabis. Primò intendit Spiritus S. confundere Principes illos, Sacerdotes, & Doctores, licet enim essent Christi miracula, & huius diuini lux adeo splendida, vt eam cæci & videre, & agnoscerent, ipsi tamen adeò obcæcabantur, vt velut vespertiliones ac noctuæ obtenebrarentur, & implerentur vaticinium Habacuc, quòd illi, quos cælos diximus, lucis Christi gloriâ radiisque obnubilarentur. *Operuit cælos gloria eius.* Et inquirunt curiosi: *Quis est hic?* Et terra, id est, populus, adeò laudis eius est plena, vt canora voce respondeat: *Hic est Iesus: laudis eius plena est terra.* Viden' hic impletum Christi verbum, postquam cæco nato vilum luto suo delerat: *Ego in hunc mundum veni, vt qui non vident, videant, & qui vident cæci fiant?* Aduerbium hoc (*vt*) non est particula causalis, vt notant D. Augustinus, D. Chrysost. & D. Thomas, sed quid futurum sit, indicat, nimirum, quòd illustrioribus suis miraculis, cæci viderent, & clarè videntes, excæcarentur. Quam cæci erant hi, qui mundi oculi censebantur? quàm huius diuini solis radiis obtenebrati? quàm obscurati? quàm perculsi; dum quærunt: *Quis est hic?* Et quàm claram lucem populus nanciscitur, qui tantis solebat esse tenebris obuolutus? *Quis Matth. cæcus nisi seruus meus?* Quæ fidei professio tam illuminata? *Hic est Iesus.* Isai. perfecta: Confessio tam illuminata? *Hic est Iesus.* Isai.

Ecclesia in benedict. Ramor. 2 Reg. 14. 19. Operuit cælos Habac. 3. gloria eius. Isai. 9. Ioan. 9. 39. In cap. 5. Ioan. Isa 42. 19 Ioan. 9. 39. Isa 61. 1. Luc. 4. 18.

Opinantur Origen. *a* D. Cyrillus *b* & S. Iustin. *c* Dialog. contra Tryphonem illius stupendique miraculi, quòd Deus per Prophetam Isaiam prædixit futurum, in aduentu suo in mundum, quod ex professo declarat D. Paulus. 1. Cor. 1.

Primum

Primum proponit hypocrises Principum, Sacerdotum, ac Doctorum, deinde nefaria scelera, ab ipsis committenda, in quorum supplicium ita
Isa.29.14. Deus: *Ideo ecce ego addam, vt admirationem faciam populo huic miraculo grandi & stupendo: peribit enim sapientia à sapientibus, & intellectus prudentium eius abscondetur.* Septuaginta sic habent: *Ecce ego addam, vt commutem populum istum, & commutabo eos: peribit sapientia* &c. Quæ ista commutatio, quam sic minaris te facturum Domine? An forsitan illa, quam prædixisti postmodum per Aggæum Propheram. *Mouebo cælum &*
Agg.2.7. *terram.* Quod terra sit in cælum commutanda, facta iam cælum: & cælum commutandum in terram, factum iam terra? Perspicua est D. Greg.
Li.2.Mo- doctrina, quâ tractatus hos exorsi sumus, per ralc.c.6. cælos intelligi Pontifices, Sacerdotes, & Principes; per terram autem populum: illi enim aliis lucem communicant cognitionis Dei, influentias mysteriorem Dei, institutiones; & aquas cælestis
Malac. 2. doctrinæ. *Legem ex ore eius requirent.* Locutus 7. est Deus de Sacerdotibus: erit eorum os seu lingua cælum quoddam supernum, quod emittat influentias lucis, doctrinæ &c. Attende iam miraculum stupendum, summaque admiratione venerandum: *Admirationem faciam populo huic miraculo grandi;* Quod modo cælum hoc, in terram commutatum, spissum & obscuram, interroget: *Quis est hic?* Et populus appareat cælum illustre, clarum, quod lucis emittat splendidissimos radios: Respondens: *Hic est Iesus* &c. Et sicut ante legem populus ex ore requirebat Sacerdotum ac Principum. *Legem de ore eius requirent*: Ita modo accurrunt illi populum interrogantes qui eos doceat & instruat.

Stupenda est hæc commutatio: *Admirationem faciam.* Opinor vatem alludere ad id, quod
» grauiter expendit D. Petrus circa miraculum &
» commutationem illam numquam auditam, fa-
Nu 22. » ctam autem peruerso incantatori Balaam. Cum
» enim ille esset qui hactenus direxerat, & dedu-
» xerat asinam, in tantam incidit cæcitatem, vt
» asina ipsum dirigeret, doceret, Angelumque si-
» bi adstantem demonstraret, quem ille nec vide-
» rat, nec nouerat talpa cæcior. Iter Dei contra-
» rium voluntati arripit infamis hic præstigiator,
» ea intentione, vt suis populo Dei præstigiis ma-
» leficeret. Toto mentis furore iumento infidens
» proficiscitur, insatiabili ductus auri cupiditate,
» quale ei promisso regio adiurauerat Balac, adeo
» suæ passionis tenebris obcæcatus, vt Deo illi
» obuiam mittente Angelum suum, qui illum in
» bonam reducat viam, ipso ex opposito adstan-
te, idque tam euidenter, vt eum animal & vi- »
deat, & veneretur, ille tamen adeò sit cæcus, vt »
Angelum nec videat, nec cognoscat, quinimò »
volens inceptam suam prosequi stultitiam, in »
asinam insurgit, durissimis illam fustigans ver- »
beribus non semel sed iam tertiò, tanta bile, vt »
ipso teste, si gladium habuisset ad manum, asi- »
nam transfodisset. »

Adest Deus in iumenti subsidium, & eius re- »
ditum; asinæ os soluit, linguam mouet vt lo- »
quatur, idque tam perfectè, & elata voce, vt »
Prophetam conuincat insipientiæ; quid agis? »
cur me cœdis? quid defectus in me reperisti? O- »
culos aperi, attende perspicax, quem hic tibi »
habeas præsentem, Angelus est de cælo missus, »
quem tibi Deus mittit in tui medicinam. O cæ- » I.
lestе mysterium (ait D. Petrus): Ecce Prophetæ » Asina
cæcitas demonstratur; illius Prophetæ, qui se cæ- » docet
teris præferebat oculatiorem; & patuit, quòd cæ- » Bala-
cus esset & insipiens, ille qui se cæterorum ia- » am.
ctabat præceptorem. *Hominis voce loquens, prohibuit Prophetæ insipientiam.* O quæ commutatio: » 2 Pet. 2.
cui quem regere conueniebat homini iumentum, » 16.
aut iumento hominem? Quis quem dirigeret, »
& erudiret? An Propheta asinam, vel asina Pro- »
phetam? Indubium est: Prophetam hactenus in- »
structuisse ac direxisse asinam: Attende modo stu- »
pendam immutationem, quod ille, qui se Pro- »
phetam gloriabatur & deducebat asinam, ita ob- »
tenebretur, vt id quod animal videbat, ipse mini- »
mè cerneret, animal tam sapiens ac prudens, vt »
eum dirigat, erudiat, Angelum demonstret, »
quem ipse nec sibi adstantem aut vidit, aut co- »
gnouit. *Prohibuit* (ait D. Petrus) *Prophetæ insipientiam*: illum illumnauit, *voce hominis loquens.* »
Consentiunt omnes, animal illud, cui Balaam »
insidebat, & eum in viam dirigebat: popu- »
lum significare, quem dirigebat, docebat; & il- »
luminabat chorus ille Sacerdotum, Doctorum- »
que concilium. O malo fide e nati, quàm cæci »
temporalium bonorum cupiditate, viam arri- »
piunt perditionis vt Iesum perdant, supremi »
concilii Angelum Errabundis, & à recta salutis »
semita deuiantibus occurrit hodie diuinus ille »
Angelus, eorum se offert conspectui, portas in- »
greditur ciuitatis, nec tamen tenebriones eum aut »
vident, aut cognoscunt: videt autem illum & re- »
cognoscit iumentū cum illi omnis populus lętus »
occurrat humilis eum suscipiat, maximè solemni »
introducat Maiestate, Regem, Messiam, verum »
Deum, & Saluatorē voce acclamet contentiosa.

Sistit ac detinet eos iumentum in via, qua »
perdere illum conabantur, & executioni man- »
dare »

dare mortis sententiam, iam dudum in eum
» prolatam in concessu xenadhrin. Laborant illi
» iumentum ferire, ac verbis his acerbioribus la-
» pidare: quibus plebem arguebant: *Quis est hic?*
» hoc enim, vt præclusimus his dictenis intende-
» bant. Porrò, hoc casu, quo Sacerdotum illustris
» chorus adeò obtenebratur; lynceos populus ac-
» quirit oculos, cælesti illuminatur sapientia, vt ei
» Deus ora muta dissoluat, linguam moueat vt di-
» cat: *Populus dicebat. Hic est Iesus Propheta.* Ita vt
» perdocta iumenti voce Deus Prophetæ conuin-
» cat tenebras, & crassam confundat ignorantiam.
II. Populus docet sapientes. » Tanta est Christi gloria, lux adeò relpendet mi-
» raculorum, vt vel rudis ille populus, cum ex illis
» cognoscat, eoque casu, quo Sapientes desipiunt &
» tanta luce obfuscantur, vt contemptibiliter ex-
» quirant. *Quis est hic?* Populus tanta clarescat lu-
» ce, vt Magister ipsos doceat magistros; & Sapien-
» tibus sapientior dicat: *Hic est Iesus* &c. Hoc to-
» tum decreuit Deus in eorum confusionem, vt ipse
Isai. 29. 22. » declarat, finiens præfata Isaiæ verba: *Non modo confundetur Iacob, neque modo vultus eius erube-
scet, sed cum viderit filios suos opera manuum mearum, & sanctificabunt Sanctum Iacob, & Deum
Israel prædicabunt* &c. Modo, ita modo confusi
sunt, & erubuerunt vultus eorum: cum viderent
inferiores & plebeios gloriæ Christi celebres
prædicatores. Adimpletur autem (interprete D.
In Psal. 8. Chrys.) id quod Dauid de solemni hac die præ-
Ps. 8. 1. cinerat, vt ipse Christus approbat, *Dom ne Do-
minus noster, quàm admirabile* &c. *ex ore infan-
tium & lactentium, perfecisti laudem propter in-
micos tuos.* Infantes vocat, non tantum annis in-
fantes, sed etiam illos, qui scientia pueri sunt,
scilicet vulgarem populum. Vna populi insipien-
tis voce, quâ Christi cuncta mysteria declaman-
tur suos confundere voluit inimicos; quis pudor
illis ter maledictis Sapientibus Doctoribus, &
Prædicatoribus quòd infantes populi, homines
rudes, illos sapientia præcurrant, ipsi Sacræ
Scripturæ eructent mysteria, qui ea nec legere
poterant, ipsi vero mille ignorantiæ tenebris
inuoluantur?

En tibi rem non ferendam, duplici confusione
Eccles. 10. 7. dignam: quam vidit in mundo Salomon sapien-
tissimus: *Vidi seruos in equis, & Dominos ambulan-
tes super terram, quasi seruos.* Quæ confusio ta-
libus Dominis pedissequos, equites factos: & e-
Hom. 5. de pœnit. quites pedestres ambulare? Mos est Deo (ait D.
Chrysost.) quem D. Paulus præclarè extollit, con-
fundere fortia debilibus, & ignorantibus Sapien-
tes: nobiles abiectis & trioboli hominibus: vt e-
ius pateat brachij magnitudo. *Elegit Deus infir-
ma mundi, vt confundat fortia, & ignobilia mun-
di, & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non
sunt, vt ea, quæ sunt destrueret.* Elegit Deus Raab
communem & meretricem (qualitates sunt, quæ
vilitatem eius produnt) ait D. Chrysost. vt popu-
lum suum confundat & rubore afficiat. Docue-
rat illos Deus, nullum esse alium Deum præter
se, idque innumeris probauerat prodigiis, quæ
coram eis patrauerat frequentius: nihilominus
adeò obstupescunt, vt illa adhuc præ manibus
habentes, Deum abnegent, volentes alios sibi
fingi Deos, stultamque hanc & excerebrosam
Aaroni proponant quæstionem: *Fac nobis Deos,
qui nos præcedant: Si Dij* (obloquitur os aureum
D. Chrysost.) *quare dicu: fac? quomodo enim
dij fiunt?* Deus ex auro non conflatur: sed ipse
est, qui cætera condidit: Componit Aaron vi-
tulum, quem populus ingratus adorat, & in illo
multos Deos: *Hi sunt dij tui, qui eduxerunt te de
Ægypto, ô Israel. Vnum respicientes, hi dij dicebantur, in eo sanè, quem vnum videbant plures Deos
simul adorabant.* Voluit Deus illos pudefacere: ad
hoc illuminat mulierem communem, meretri-
cem, vile prostibulum, inter Gentiles Chananæos
in vrbe Iericho commorantem, quæ nullum vide-
rat miraculum, nec prodigium, nec signum ali-
quod fieri; tiunitum tantum eorum perceperat,
iam enim quadraginta præterfluxerant anni, à
quibus Deus illa patrauerat, quando eduxerat
populum suum de Ægypto, & eo solo est ad fi-
dem conuersa, sancta, Deo Israel subdita, hunc
vnicum Deum esse confitetur: *Dominus enim
Deus vester ipse est Deus in cælo sursum & in ter-
ra deorsum.* Sic ipsa exploratoribus Iosue.

Aduerte (D. Chrysost. monente) quis pudor, 18
electos Dei, tot mirabilium spectatores, cælesti
institutione eruditos, adhuc cæcutire, vt in vno
vitulo Deos plurimos, & confiteantur, & vene-
rentur: *Hi sunt dij tui, ô Israel* &c. quos & istio-
rum profitentur esse prodigiorum auctores. Vna
vero mulier, inter pluralitatem Deorum educa-
ta meretrix, factum audiens ab annis quadragin-
ta patratum in longè dissitâ regione, vnum
Deum Israel confitetur, eique tot mirabilium
defert auctoritatem; quid hoc? Mulier infidelis,
tam paucis adiuta subsidiis, Deum Israël, eius-
que mirabilia confiteatur eorumque se præco-
nem instituat, illi vero, qui ea experiebantur, &
præ oculis habebant, tam socordes tam hæreant
obcæcati?

Quis pudor, quæ confusio præceptoribus illis,
senioribus illis, consiliariis illis & rectoribus Be-
thuliæ, quos Spiritus S. vocat *Presbyteros* qui
obsidionis

Iudith.8. III. Iudith mulier instruit Sacerdotes.

obsidionis arctati angustiis, quâ Holofernes ciuitatem premebat, adeo turbantur omnis consilij expertes, vt nec ad Deum recurrant, nec eius misericordiæ confidant, vt oportet; sed consilia ineant minus salutaria, & fœdera diuinæ misericordiæ concipiant dissentanea, si intra quinque dies illis non aduenerint copiæ auxiliares: quod illis consilium videbatur sapientissimum. Prodit autem mulier vidua Iudith, solitaria, quæ tantâ Dei pollet sapientia, & eorum quæ temporis postulat necessitas, vt eos Dei tentatores accuset, ac summæ esse dementiæ conuincat, quòd illi summæ sapientiæ consilium putauerant, eos instruat & doceat saniora. Hæc est multorum confusio. Quis pudor Ecclesiastico, quòd sæcularis orationis nouerit partes, & contemplationis arcana, & ad ea præsignatas sibi obseruet horas, ille verò nec prima orationis nouerit elementa. Quæ tua confusio, diuit arum helluo, quod pauper ille mille necessitatibus obrutus, prole grauatus, paupertum misereatur, eis frustum panis largiatur, IV. Sæculares confundunt Ecclesiasticos etiamsi illud ori suo subtrahat: te verò cui cistæ, cellaria, horrea tritico præ multitudine crepant, diuitem auarum, nec moueant pauperum gemitus, nec Lazari vulnera? quæ confusio tibi, vir nobilissime qui adeo es ab omni cura & occupatione liber, vt cui tempus impendas, ignores; si Minister verò publicè deputatus officio, cui nulla supereſt hora vacua quin diurno deficiat, labori, nihil ominus rosario legendo inueniat opportunam, obeundis stationibus, & piis misericordiæ operibus congruam; tibi verò ad hoc solum desit erat? Conformiter proposito nostro exponit D. Greg. Dei vocem ex ore Vatis Isaiæ: *Erubesce Sidon ait mare. Quasi per vocem maris (ait) ad verecundiam Sidon adducitur, quando per comparationem vitæ sæcularium, atque in hoc mundo fluctuantium, eius, qui minùs, & quasi stabilis cernitur, vita reprobatur.* Pariter expendit D. Chrysost. id quod Spiritus S. narrat de Eliseo Hic enim moratus inter Israelitas, à nemine cognoscebatur, honorabatur à nemine, & qui eum cæteris minus venerabatur, erat Rex ipse. In Syria verò, eum declamat perdisse qua captiua, eum barbarus Gentilis veneratur. Fusam hanc historiam, fusè narrat Spiritus S. Interloquitur D. Chrysost. *O fides Naaman Principis, ô istius Regis perfidia? Naaman Syrus fideliter festinat ad Deum, & Rex perfidus suum scidit vestimentum; diffidunt qui nouerant, & qui non nouerant, credunt. Domestici repugnant, & externi festinant. Alieni currunt ad auxilium, & proprij cælestè denegant donū, qui prædicare debuit, destruit, & qui destruere potuit, festinat.* Hieron. Bapt. de Lanuza, Tom. I.

D. Greg. 32 Past. Admonit. 29. *Isaiæ 23.4*

4. Reg. 5. D. Chr. *Serm. de Naaman & Elia. Tom. 1.*

§. 7. Populi dicebant. *Conuincit Deus ex ore populi Principes, vt iniquos iudices. Sit autem iudex, vt sponsa nasus.*

SEcundum: Intendit Spiritus S. hac responsione ex ore plebis: *Hic est Iesus* &c. Acriùs mordere Principes illos, Sacerdotes, Rectoresque ciuitatis Hierusalem, eisque obiicere excerebrosam atq. proiectam iniquitatem, quam iam pridem iniusti commiserant. Paucis ante præteritis diebus in generali plenoque concilio in Christi conspirauerant perditionem, mortique eum aduouerant turpissimæ. Modò verò, dum Hierusalem ingreditur & populi adhuc autibus insonat præconium, quò præceperant, vt si quis de eo quidquam nouisset, confestim indicaret; interrogant. *Quis est hic?* Quid proditores? ab hinc biduo illum morti communi suffragio damnastis, & eum ignoratis? Quis sit non cognoscitis? Sit felix faustumque iudicium vestrum, si; tunc illum non agnouistis, modò agnoscite. *Hic est Iesus.* Subtiliter exponit Christus malitiam quam contra eum exercuerant, morti adiudicantes, illis verbis ex ore Vatis Regij: *Circumdederunt me vituli multi, tauri pingues obsederunt me.* Alij legunt: *Tauri Basan.* Balan Regio erat fertilissima, tauris fœcunda pugnacibus, qui tauri de Basan dicebantur, sicut modo tauri de Xarama. Taurus animal est cholericum & vehementius bile commouetur: ira enim oritur ex inflammatione sanguinis circa cor; & sicut inter cætera animalia taurus sanguine abundat, ita maiori incenditur flamma ac proinde videre licet dum vehementiùs ignescit, cornua eius adeò flammea, vt ignites titiones dixeris, eumq; quem ferit, non minus accendit, ac si quispiam flammescente lancea perfoderetur. Hoc eminenter gaudebant tauri de Basan, eo quod essent pinguiores, ac maiores Nota verò, quàm eleganter hoc hieroglyphico describat Principes, Sacerdotes, Doctores, tauros de Basan pinguiores, quibus venæ erant sanguine repletæ, operibus, diuitiis, honoribus, cupiditate, his cornibus suis irruebant in Christum: omnis enim eorum ignita rabies ex rerū temporalium cupiditate exardescebat. *In ira eundia terra loquentes dolos cogitabant.* Hinc bilis eorum, ex timore perdendi bona tertena, proinde, quasi pauidi consulunt: *Venient Romani, & tollent locum nostrū, & gentem.* Hinc inierunt contra Christum consilium, & vt tauri in eum impegerunt. Taurus dum cornu ferit, claudit oculos,

19 Psal. 21. 13. Qui sint tauri de Basan. Psal. 34. 20. Ioan. 11. 18.

sos, ex multa irâ, quâ obcœcatur, seu si mauis, vt secutius inuadat, nec quidquam videat, quod eius furorem remoretur. Ecce tauros mortis sententia contra Christum concurrentes, adeo cœcis oculis, & mente obtenebrata, vt latâ in eum sententiâ, inquirant, *Quis est hic?* O iudices iniquos, optima vestra interrogatio: *Quis est hic?* Consedistis in eum, eius litem causamq; terminastis, nigro calculo condemnastis, & quis sit, ignoratis?

20 Sæpenumero perpendit D. Gregor. honoris laudisque prærogatiuam, qua cœlestis sponsus sponsæ suæ nasum extollit: *Nasus tuus sicut turris Libani, quæ respicis contra Damascum.* Pulchritudinis eius celebrat encomium & quia totius pulchritudo, ex partium pendet, resultatque venustate: singulas diuisim extollit: capitis capillos, oculos, dentes, &c. & nominatim nasum deprædicat: *Nasus tuus sicut turris Libani* Quærit D. Greg. *Quæ laus est fratres mei, vt sponsæ nasus turri comparetur?* Anne hæc nasi laus? si dixero ego: Domina talis, pulcherrima est, eius nasus est vt turris huius ecclesiæ, hoc non foret laudare vultus eius elegantiam, sed risui exponere turpitudinem non tolerandam. Cœlestis sponsi, cœleste præconium. Damascus ciuitas erat limitanea & inimica Hierusalem, metropolis Syriæ, vnde excurrebant hostes in terram promissionis, & frequentes agebant prædas, vt legenti patet. Huic malo studens obuiare Salomon, extruxit turrim altissimam, in cacumine montis Libani, vbi terminus, præfigitur, qui dissecindit, diuiditque Syriam à terra promissionis, præmunitam omnigeno belli apparatu ex qua possent detegere Damasco prodeuntes, eoque modo sartam tectam, tutamque conseruare terram Promissionis: vel præpediendo viam inimicis, vel fumo excitato vicinos admonendo, vt sibi cuncti prospicerent. Nouerit igitur, (inquit D Greg.) hanc esse mentem diuini sponsi, describere sponsæ suæ Ecclesiæ venustatem, & per eiusdem partes, diuersos describit status, ac officia, è quibus illa componitur elegantissima. Nasus symbolum est Principum, Iudicum, Gubernatorum. Primò etenim illi sunt, in quibus oportet resideat prudentia, discretio, hanc signat nasus. Hic enim procul odoratur, inquirit ex vestigiis, id quod oculis non videtur, & latebat occultum. Talis sit, necesse est, discretio, prudentiaque Principum, Iudicum, ac Reipublicæ Gubernatorum, procul odorentur, & damna præsentiant, quæ contingere possunt, vt illis maturè prouideant. Ex vestigio lustrum domus explorent, prostibula, vsuras, furta, concubinatus, eaque omnia, quæ Reipublicæ præiudicant incolumitati. Secundo: eo quod ex naso particulariter aduertatur colera ac indignatio: *Quiescite ab homine, cuius spiritus in naribus eius est*, Consulit Isai. Cauete ab homine, cui nasus ignescit. Hoc enim accensam eius demonstrat coleram. Inter nos, quando indignatis, prouerbium est: inuasit sinapi nares tuas. In naribus attenditur colera ex respiratione: hæc est enim apertissimum signum ignis, quò interius pectus exardescit. Quibus stomachari, indignari, & irasci conuenit in Republica; Principes sunt, & iudices. Etenim illi sunt, quibus ex officio competit, punire, reprimere, cædere, patibulis affigere, *Non sine causa, gladium portat*: *&c. vt cæteri timorem habeant* Homini priuato gladium eximere illicitum, vt & noxios castigare; hoc iudicem tangit, vt vero perfectè, & irreprehensibiliter hoc agat, asserit Aristoteles, de necessitate requiri, vt irascatur, commoueatur, incandescat & omnibus pateat, esse in Republica viros, qui peccatis, sceleribusque succensent correctores.

21 Nasus, aduerte, medius inter binos oculos erigitur, qui quasi duæ faces accensæ eum illuminant. Ita illos cognominat Christus: *Lucerna corporis tui est oculus tuus.* Vt nouerit iudex, quid è iustitia conuenit damnare sceleris reum, cœco non ferlat impetu, sed apertis oculis, & præuia perspicaci consideratione, perpendens quem, ob quid, damnet: quæ sint rei grauamina, quæ defensiones, ne fortè damnanda contingat illa imprudentia, vt damnatum modo reum, ipse iudex non agnoscat, ac percunctetur: *Quis est hic?* Quocirca pereleganter Dominus deliniauit iudicem, in virga illa vatis Hieremiæ: virga erat oculata: *Virgam vigilantem*: Argus sit centioculus, vt videat luce clarius, quidquid illum concernit: quem habet iudicandum. Quàm bonus Rex & Princeps Dauid: *Exaltabitur sicut vnicornis cornu meum.* Fortitudo mea, vires meæ: (has enim in S. Scriptura cornu significat) eleuabuntur, excitabuntur, sicut cornu vnicornis. Salutiferum est cornu vnicornis, vbi vigent colubri, serpentes, animalia venenata, quæ aquas inficiunt: illo enim cornu aquis intincto, tollitur omne venenum, quod serpentes aquis infuderant, proinde sine illo viuere ibidem est impossibile. Porro cornu hoc inter ambos erigitur oculos, quod non applicatur, nisi vbi prius fixis oculis intenderit. Talis, opto, sit Principis potentia & iudicis auctoritas, quæ de Reipublicæ viuario venena dissipet: Colubrorum multus est numerus, qui eam inficiunt, vsurarius

suis.

D. Greg. 3. p. Past. vlt. Admonit. 33 & hom. 11. in Ezech. & Lib 31. mor. c 31. & in c. 7. Cant.

3. Reg. 5.

II. Nasus prudentiam significat.

Luc. 11. 34.

Hieren. 11.

Ps. 91. 11.

Iudex per vnicornis cornu designatur.

suis lueris, suis rapinis latro, suis dissolutionibus concubinarius, litibus suis inquietus, comœdiis & actionibus suis histrio, suis simulationibus tertiæ mediatrices: Exaltetur Principis auctoritas, iudicis seueritas sicut vnicornis. *Exaltabitur sicut vnicornis cornu meum.* Fortiter impingat, feriat auctoritatiuè, venena dispergat, hunc vinculis stringat, cædat illum, alterum ad malam damnet crucem, auriculas præscindat alteri, actus iustitiæ seuerosexerceat. Nequitiarum lites instituantur, per sententiam terminentur; hoc tamen saluo, vt illud fiat, attentis oculis, & explicatis luminibus, vt vnusquisque intimè & integrè cognoscatur, quis sit, quid deliquerit: Quomodo, & quando, quid commeruerit, nec ad eam dilabatur insipientiam, vt post latam sententiam & atro calculo damnatum reum, cum Pharisæis interroget: *Quis est hic?* O fœdissimi: hoc ante quæreres, forsitan inueniretis, quis vobis tunc responderet id, quod modò populus respondet: *Hic est Iesus &c.* quò tibi peruersus ac iniquus contra illum processus panderetur.

§. 8. Hic est Iesus, *Præmonet Principes ore populi Dominus, quod si Christum perderent, & vitam suam perderent.*

22 TErtiò intendit Spiritus S. hac responsione ex ore populi: *Hic est Iesus* Perditis his Iudæis motiuum dare conuersionis suæ, & salutis restauratiuum: licet omni spe vitæ priuati videantur, & illis, sicut naufragantibus submergendis anchorale seu rudentem adiicere, quo confisi non submergantur. Erant hi, vt diximus passionibus suis immersi, malitiâ obcœcati, perturbati, commoti: *Commota est vniuersa ciuitas* interrogantes: *Quis est hic?* Hinc feneſtram aperit Spiritus S. per quod illis lux fulgeat illa responsione, quam populo suggessit exprimendam: *Hic est Iesus à Nazareth.* q. d. O malè fortunati, quæ vos obcœcauit iniquitas; ne hunc agnosceretis hominem; ac per hoc adeò deperditi: illum agnoscite, scito: *Hic est Iesus Propheta*, id est Redemptor vester, Magister vester, vester Messias: hic vos saluaturus aduenit, hic à Deo promissus Propheta, vos doctus instituentes. Venit Rebecca camelo vecta, in sponsi sui Isaac amplexus ruitura, venit residens vt domina pulchertima, plena gratiarum, quasi reliqua præ se despiciens. Aduertit à longe venientem quendam, qui abiectus ei videbatur: quærit ab Eliezer, qui eam comitabatur: *Quis est ille homo, qui venit per agrum in occursum nobis.* O Domina, scias, *Hic est Dominus meus.* Legimus & ex asse familiæ Abrahæ heres institutus, ille tibi sponsus exspectatus, recipiendus, hic tuum omne bonum. Hoc responso, contemptus vertitur in honorem, descendit de camelo, faciem velat, ceremoniâ valde communi mulieribus priscis illis temporibus, qua protestabantur quòd in præsentia mariti, ipsæ caput non essent, nec haberentur, & hoc ipsum declarat D. Paulus: *Vir caput est mulieris*, ipse est, ipse qui debet regere, gubernare, disponere, & fungi capitis officio in domo, nec aliud in ea caput agnoscendum, ne præter rationem, quid contingat. Laude dignam censeo ob hoc Rebeccam; & intendit spiritus S. excitare Synagogam, vt hoc idem faciat. Exspectabat illa ardentius Messiam vt sponsum suum, hoc enim nomine communiter appellabatur, & ita D. Ioannes expressit; vt eum ostenderet, quòd ipse Messias non esset, sed Christus, ait: quòd ipse sponsus non sit, sed Christus, quòd ipse amicus tantummodo esset veri illius sponsi, qui & in nuptiis eius exultaret lætabundus. *Qui habet sponsam, sponsus est; amicus autem sponsi, qui stat & audit eum, gaudio gaudet.* &c. Talis enim incedit Synagoga, camelo insidens gibboso ambitionis suæ ac malitiæ, omnia parui pendens, ac dedignans, quin & ipsum Christum; nec aduertens, nec attendens, quis esset. Ad eius in vibem ingressum, scisciatur: *Quis est hic?* Respondet populus: *Hic est Iesus Propheta. &c.* q. d. Cognoscito illum, ô Synagoga, nec aspernéris: hic enim noster est Dominus, Saluator noster, Messias promissus, heres legitimus domus ac regnorum Dauid patris sui, & tuis tot sæculis sponsus desideratus. O repudio dignam Synagogam, cur tuæ malitiæ frænа non retrahis, cur peruersam non emendas intentionem? cur rubore non confunderis, ex eo quod eum morti tradere præsumpsisti? Suscipe illum reuerenter talem, qualis est: *Hic est Iesus.*

Verum tamen aliud latet profundius arcanum? 23
quia quò illos vt in se reuertantur monet: exponit illis Spiritus S. attendant studiosiùs, quid egerint, quando Christum damnarunt innocentem. *Hic est Iesus.* q. d. Malè fausti Principes, sacrilegi Sacerdotes Doctores cœci, moderatores immoderati; nostisne? quis iste, quem condemnastis, & perdere concluſistis? *Hic est Iesus Propheta.* Quid est Iesus? ipse explicet seipsum. *Ego sum via, veritas & vita* Via est: illum occidite, & à recta salutis via aberrabitis; ve-

ritas est, interficite illum: mendaciis, ac erroribus opplebimini: vita est, perdite illum, & vita vestra finietur, exanimes æternæ mortis trademini sepulturæ. Monet illos: Attendite, damnandi, ad id quod agitis, quòd si hunc occideritis, actum est de vita vestra, salute, veritate, & omni bono: & ipsum perdere, nihil aliud est, quam à vobis & vrbe vestra expellere bona omnia, & laxissimas portas aperite, cædibus, captiuitatibus, incarcerationibus, perditionibus, infortuniis, omnibus denique malis. q. d. Vobis prospicite, licet enim arbitremini, vestrum à vobis occidi inimicum, & illo euadere superiores ac victoriosos, tamen illum interimentes, nihil aliud eius homicidio lucramini, quàm damnum vestrum ac perditionem, vnde & dicere ac conqueri poteritis cum infausto Lamech: (sic interprete D. Chrysost.) *Occidi virum in vulnus meum, & adolescentulum in liuorem meum.* Interfeci virum mihi in damnum; ità vt, illum à me occidi, fuerit, mihi meipsum perdere infelicem. Illi ictum impegi, at ego vulnus recepi, & dolui reus homicidii. Arcanis scatet præclaris lucta Iacob, cuius historiam narrat Spiritus S. Quam expendit Oseas. Luctatus est nocte tota, siue fuerit cum ipsa persona filij Dei, vt vult Concilium Smyrnense siue cum Angelo, qui eum specialiter figurabat, quòd tanto magis nostræ congruit intentioni. Nocte illam luctam Iacob aggreditur, & tali contra eum pugnat fortitudine, vt iam videatur illum siue in hanc, siue in alteram partem solo prosternere superatum. Multo stetit Angelus tempore innictus, nec gradu titubat, vt Iacobi viribus huc illucque inflectatur, donec tandem arenæ cedat voluntarius *Inualuit ad Angelum.* Idcirco dicit D. Hieron. Angelum Iacobo imposuisse nomen *Israel*, quod est, *Videns Deum* siue *Vincens Deus*: Vt constat ex ratione, quam allegauit, dum ei nomen imponeret. *Contra Deum fortis fuisti, multo magis contra homines præualebis.* Videns autem Iacob se Angelo prævaluisse, ait Vates, quod *Confortatus est* q.d. supererat gloriosus & exultans: sicut quando duo multo tempore colluctantur, & vnus alium solo prosternit, ille qui superauit: exultat triumphanis; (a) pedibus gestit, nouos sumit animos, subsilit præ gaudio quasi fortitudinis viriumque suarum ostentans præstantiam. Dices: Quæ tunc voluptas, quæ exultatio Iacob? falleris: quinimo ipsâ horâ cœpit ingemiscere, lachrimas fundere, Angeli pedibus se cernuum abiicere, supplicare. *Fleuit & rogauit.* Quid hoc? Angelum superasti & ingemiscis, ploras, supplicas? Nihil est quòd sic animos gaudio perfundat, quàm celeberrima victoria. *Exultant victores capta præda.* Quid igitur ploras? quid victo supplicas? inuersus est ordo: non enim victor deuictum rogat, sed prostratus supplices tendit victori manus. Sublime mysterium. Considerat Iacob in sua persona totum populum Iudæorum, filium suum, qui luctaturus esset cum Verbo æterno, suæ nocte passionis. O quasem luctam, quàm arduam, iste Iacob instituit cum Verbo æterno? quibus non contra eum vsus viribus, iam illum in illam, nunc in partem alteram deflectens. Nunc ad illum trahit iudicem modo ad alium. Adduxit coram Pilato, credit, quòd ex illa parte eum non deiiciat, ad Herodem recurrit, & quia nec ibi corruit demum in domum Pilati trahitur conuincendus. Optimè dicitur hanc luctam contigisse de nocte. O quales tenebræ, ô quanta intercessit caligo. Non eam præteriit aut tacuit Diuinus ille historiographus Diuus Ioannes de quo nobis textum enarratis, sic inchoat. *Egressus est Iesus trans torrentem Cedron.* Cur cedrorum torrentem vocas, cum in illo nulla floreret cedrus? quia Cedrus Græcè, Latine dicitur *Obscuritas*: Erat autem torrens ille obscurus, caliginosus, ad ostendum id quod tunc agebatur esse plusquam Ægyptiacis tenebris inuolutum. Caligo in decreto illo cœlesti, quò Deus proponit tradere filium suum in mortem, pro salute capitalium suorum inimicorum *Mysterium absconditum à seculis in Deo.* Vocat illud Diuus Paulus. Nox in Apostolis, quâ tanta effunditur Petrus, vt primum de ea moneatur: *Quod ego facio, tu nescis modo*: & demum, trina negatione: oculos sues miserè offendat, sicut qui noctibus obambulat, fugiunt cæteri: *Omnes relicto eo fugerunt* Qui enim à luce fugit: tenebris immergitur. Nox in pectore Iudæ, quam vt ostenderet Diuus Ioannes, quanta esset tum tempotis: ait: *Erat autem nox.*

Nox erat in iudicibus, quibusdam malitia obcæcatis, aliis timore Cæsaris obtenebratis. Dic tu ô sol: *Obscuratus est sol.* tota nocte lucta perseuerauit, & iam videtur in illam inclinare partem, quod iam eum condemnent, iam in alteram, vbi instabant vocibus magnis postulantes: *Crucifige crucifige.* Tandem vicit Iacob: *Inualuit ad Angelum.* Notate verbum *Inualuit.* & signate S. S. Scripturarum conuenientiam. Eò ipso verbo, quò prædixit hoc mysterium Ozeas, impletum signat Diuus Lucas, dum ait *Inualescebant voces eorum.* Ex Euangelio declara impletam Prophetiam: *Inualuit ad Angelum* quia

Inua-

Hom. 20. in Gen.
Gen. 4. 23.
Gen. 32.
Oze. 12. 11.
II. Allegoria.
Oze. 12. 4.
Lib. de quæst. seu tradit. Hebra. in Gen. 32.
Oze. 12. 4.
(a) *Haze piernas de neuo.*
Isai. 53.
Ioan. 18.
Colos. 2.
Ioan. 13. 7.
Matth. 26. 56.
Cap. 13. 31.
Luc. 23.
Luc. 23.

Inualescebant voces eorum & adiudicauit Pilatus fieri petitionem eorum. Vide an non prævaluerint, & vicerint: cum eum tandem crucifixerint. Exultare & præ gaudio gestire videtur Iacob, iam victoria potitus. *Roboratus est, & confortatus est.* Quanta hilaritate perfusi infelices illi, quasi suis Christum viribus superassent, & ille non fuisset, qui amoris viribus se permisit vinci, & morti se sua sponte dedit? Quàm glorioſi & caterватim concurrunt ad Pilatum, quasi victoriæ suæ prosequentes trophæa: *Domine recordati sumus, quòd seductor ille dixit adhuc viuens; post tres dies resurgam, &c.* O maximè Iacob, an exultas ob obtentam hanc à filiis tuis victoriam? Nequaquam, quin potiùs ipsâ hora plorare incipit, gemere, plangere illos: q d O malo cœlo nati filij! ô generatio maledicenda! ô populè reprobande! ô ciuitas desolanda? vincens eum & occidens, quem occidisti, vitam ipsam interemisti, & quid tibi his superest nisi mors? summi Sacerdotis sanguinem fudisti, propugnatoris tui: quid vos modo remanet, nisi omnis auxilij iusta subtractio. Occidisti eum qui tibi erat omne bonum: quid modo timendum, nisi omne malum? Relinquendi estis omni priuati vita, salute, templo, sacerdotio, sacrificio, Rege, Prophetâ. O plebs infausta: te deploro, te plango; licet enim tibi attribuas victoriam, & persuadeas te eum occidendo, superasse: illi tamen parum nocuisti, cum breui sit in vitam immortalem resuscitandus: maximum vero nocumentum, est illud, quod te manet victorem; vitam enim, salutem, & veritatem occidens, *Hic est Iesus* infernalibus mortis tenebris deseteris obruenda. Quocirca Iacob supplicat, & exorat pro illis Dominum: *Fleuit & rogauit* Parce Domine, parce populo tuo; Deus misereatur nostri.

Matt. 27. 63.

Elegantissimè cecinit hoc vatum primarius Dauid: contemplatur Iudæos in concilio congregatos, qua ratione concludunt Christum perdere proditionibus, fraudibus, suis manibus, & Paganorum viribus. *Considerat peccator iustum, & quærit mortificare eum: Gladium euaginauerunt peccatores, intenderunt arcum suum, &c.* *Gladius eorum intret in corda ipsorum.* Quantis animis, quo pectore, iustum occidere intenderunt? *Obseruabit peccator iustum.* Hoc nomen Christo competit. *Hoc est nomen quod vocabunt eum: Dominus Iustus noster, prope est Iustus meus.* Sic testatur Pater æternus. Quot technas, quot decipulas struxit ei maledicta peccatorum Synagoga? quas persecutiones in eum excitarunt? *Gladium euaginauerunt, intenderunt arcum* Omnia arma eorum in eos resiliunt, & ea quæ de propinquo feriunt, vt gladius, & quæ de longinquo, vt arcus. O generatio prauâ: quid cogitatis, quid his efficitis? *Gladius eorum intret in corda ipsorum* Prophe-

Ps. 24.

Ps. 36. 15.

Hier. 23. 6. Isa. 31. 5.

ticum est hoc (inquit D Augustl) & idem est *Intret*, ac *intrabit*. Conformiter regulæ Diui Anacleti Papæ. *Prophetæ cum optare videntur, futura vaticinantur.* Contra iustum gladium nequitiæ suæ euaginauerunt, & eo contra illum decertarunt: arbitrati sunt, quòd eo Christum confodissent, sed heu miseri: gladius hic eos inuasit, & hoc agebant, sibi proprias animas pectoraque transfodiebant, sibi vitam auferebant, & salutem infelices homicidæ. Propterea, non postulat Dauid, gladius eorum intret in corpora eorum, sed *Intret in corda eorum.* Ille etenim, quem crucifigunt, salus est, vita est, lux est, gaudium est, consolatio est, requies est, gloria est: quia *Hic est Iesus.* Sic res se habuit: quasi quis gladium in alterum stringeret, eiusque tantummodo vestem diffinderet, sibi vero transfoderet viscera. *Tanquam vellet aliquis per corpus suum ferrum traiicere, vt concideret tunicam alterius.* Reprobande fœnerator: tibi congratularis, quando pro libitu negotia tua peregisti: hunc decipiens, illum expolians, & in fine anni, computus tuos facis, vt illi quos vidit Zacharias Prophera, dicentes: *Benedictus Deus, diuites facti sumus.* Plora, ingemisce, grauiùs tibi, quàm proximo nocuisti: quòd si alterum bonis nudasti temporalibus, tu æternis nudus exponeris, si alterum in corpore perdidisti, væ animæ tuæ, periisti. Quàm hilaris tripudias, vltor iniuriæ implacabilis: cum tui calumniatorem confodisti. Ingemisce miseram sortem tuam: tibi, tibi nocuisti: etenim, si alter in corpore vulnus susceptit, tibi anima tua confossa succubuit æternum peritura. Tu libidinose, tibi applaudis, quòd carnis tuæ desiderio satisfeceris, illius miseræ despolians integritatem. Ingemisce in contritione lumborum tuorum. Si tibi de satiato inordinato appetitu & Venerea voluptate applaudis, quid egisti? ecce redis sine Deo sine gratia, sine donis Spiritus S. & miseram animam tuam denudasti. Vt talem te plangit ipse Deus, acclamat tibi, te puerum, infantem, stultumque insimulans, qui dum credis te salutem, vitamque consecutum: tuipsius cooperatis perditioni: *Usquequo Paruuli diligitis infantiam & stulti ea, quæ sibi sunt noxia cupiunt* Conuenit Elias Regem Achab, inuenit cum præ gaudio subsilien-

D. Aug. *In Ps 36. Con. 2. Tom. 8.*

D. Anac. Papa & Martyr. *Ep. de ordinatione Episc. T. 1. Consil.*

Zach. 11. 5.

tem: eo quòd lapidato iusto Naboth, iam possessionem vineæ acceperat cuius deperibat cupiditate. O proditor, venditus es vt faceres malum: Audi Prophetam: *Occidisti insuper & possedisti?* Innoxium occidisti virum? illius vineam iniustus abstulisti? An hoc tibi perplacet, illum occisum, & te spoliis eius diuitem? Væ tibi misero, est, quòd lachrymas fundas vberrimas: plus tibi, quàm iusto illi nocuisti: in eo enim, quod sanguis innocens fuerit effusus, via sternitur, quâ regius tuus sanguis effundatur, tam ignominiosè, vt eo canes inebrientur, tua pereat familia, honor vilipendatur, vita eripiatur, corpus computrescat, & anima gehennæ incendio tradatur crucianda.

§. 9. Propheta. *In memoriam reuocat Deus his Principibus, ex ore plebis; id quod de Christo per Moysen prædixerat.*

☞ 25 *Propheta à Nazareth Galilææ.* Non tantum dicunt: *Hic est Iesus*: insuper addunt: *Propheta*: nomen absolutè sumptum non significat Prophetam talem, qualem, sed magnum Prophetam desideratum Gentibus, Messiam. Ex diuina hoc processit sapientia, quòd Spiritus S. nomen hoc Propheta plebis ori ingesserit, vt per illud efficaciter retraheret Synagogæ Principes de hoc diabolico incœpto facinore Christum occidendi, in quem iam mortis fulminauerant sententiam: quia ex illo Prophetæ nomine declarabat, irreparabile damnum, quod illos obrueret: & id quod omnino sibi persuaderent, quòd videlicet occidentes Christum, licet solum & ab omnibus derelictum, ab omni supplicio immunes euaderent, & impunti contraria veritate; etenim erat ille ipse Deus, qui tantum sacrilegium nefariumque homicidium vleisceretur, & qui in sui sumeret arma defensionem, illatamque iniuriam suo tempore vindicaret. Quocirca illis verbis. *Hic est Iesus Propheta à Nazareth*: illi promissioni Diuinæ iam factæ à principio populus alludit: Quando descendit Deus in caligine super montem Sinai: adeo terribilis fuit hic aduentus eius, detonantibus vndique tonitruis, micantibus fulgetris, obnubilante montem fumo caliginoso, vt omnes conterrerentur: nec id mirum: cum & ipse Moyses inhorruerit: teste D. Paul. *Exterritus & tremebundus.* Vnde tanto timore concutiebantur, vt omnes vnanimes supplicarent: non loquatur nobis Dominus, ne Diuinæ terrore vocis turbati caderent exanimes, sed si quid eis vellet indicare, Moyse mediatore veteretur. *Vltra* Exod. 20.
non audiam vocem Domini Dei mei, & ignem 19.
hunc maximum amplius non videbo, ne moriar. Deut. 18.
Loquere tu pro nobis, non loquatur nobis Dominus, 16.
ne forte moriamur Hanc eorum Moyses Domino proponit orationem, cui ille: Placet mihi: *Bene omnia sunt locuti*: Populus est infirmus, Deut. 18.
pusillanimis, iure formidat: Hoc ego quoque 17.
intendi, vt me timeat: spiritus enim legis, quam illi præscribo, spiritus est timoris, sicut eius status, status est & conditio seruorum, quos timore regi conuenit.

Attamen eluescet dies, quâ illis legem amoris promulgabo, filiis propriam, & illam ipsis per Prophetam indicabo, quem ego suscitabo, & ex eis eligam, eiusdem naturæ, familiæ, & stemmatis, hominem, similem tui, in cuius ore ponam verba mea, & proinde quæ loquetur mea erunt, ne dubites. Admone illos, vt quando I.
missus à me, venerit ille Propheta, audiant il- Christus
lum, venerabundi suscipiant, docenti obediant: antono-
quando quid contra illum moliti fuerunt, non masticè,
contra illum, sed contra me sciant se indigna erar Pro-
moliri: & in me suscipiam illos pro allato sce- phet.
lere atrocius plectere homicidas: viderunt enim
quàm sim terribilis, & quàm pauenda brachij
mei fortitudo. *Prophetam de gente tua, & de* Deut. 18.
fratribus tuis sicut me suscitabit tibi Dominus
Deus tuus, & ipsum audies: &c. qui autem ver-
ba eius, quæ loquetur in nomine meo audire nolue-
rit, ego vltor, existam.

Loquitur Deus ad litteram, promittens eis fi- 26 ☞
lium suum venturum in mundum, vt suam diuinam Sanctamque eis legem promulgaret: hinc eis orta spes eaque certissima, quâ Prophetam sibi à Deo promissum præstolabantur, sub quo nomine Messiam intelligebant. Hinc quando de Messiæ aduentu loquebantur, de illo agebant sub nomine Prophetæ. Quando Principes & Pharisæi miserunt ad Ioannem vt interrogarent eum, num Messias esset, ab eo quæsierunt: *Pro-* Ioan. 1.
pheta es tu? Omnes denique, qui Christum vt verum Messiam confitebantur, illum nomine Prophetæ prædicabant. Contigit, dum Dominus ad vitam filium viduæ vnicum resuscitauit: visо tanto miraculo, stupente populo, elata voce Luc. 7. 16.
conclamarunt: *Propheta magnus surrexit in no-*
bis: & quia visitauit Deus plebem suam. Diligenter attende verbum illud *Surrexit.* Conuenit enim promissioni Diuinæ: *Prophetam suscitabo.* Illud quoque: *In nobis*: occinit illi: *De medio*
fratrum tuorum. Quando quinque panes fregit

in

in quinque millia hominum, teſtatur D. Ioannes quòd eum populus vt Meſſiam; receperit:
Ioan. 6. 14. *Hic eſt verè Propheta, qui venturus eſt in mundum.* His alludit modo Spiritus S. ex ore populi Iudæis acclamans: *Hic eſt Ieſus Propheta à Nazareth* q. d. Quæritis, Principes, quis ille ſit? *Quis eſt hic?* Reueremini illum: *Hic eſt Ieſus Propheta &c.* promiſſus à Deo, ſuſcitatus de medio fratrum noſtrorum, de gente, noſtráque progenie.

Hoc conſiderate, & illum agnoſcite, & ſcitote id quod inde ſequetur; licet enim eum ſolum videatis, nec ſit qui eum defendat, nec latus cingat, nec eius ſuſcipiat cauſam, & eum interimere, nihil præterea ſit, quàm occidere eum, cui nec ſit amicus fidelis, nec defenſor auxiliaris;
Ioan. 11. 50. proinde veſtra fuerit hæc vltima concluſio. *Expedit vobis, vt vnus moriatur homo pro populo.* Non eſt vobis tamen cum illo negotium, ſed cum Deo ipſo: qui minatur. *Ego vltor exiſtam,* & verum credite, id quod vobis altero dixerat die: *Vos inhonoraſtis me &c. eſt qui quærat & iudicet.* Attende generatio mala & adultera, id
Ioan. 8. 40. quod agis, Deum enim tibi ſuſcitas inimicum, & illum affligens, Deum ipſum contra te prouocas aduerſarium: iam dudum noſtis brachij eius fortitudinem, & manuum ipſius grauitatem, quando plenam totamque applicat feritus, & id quod vobis præcauit per Iſaiam Pro-
Iſa. 30. 13. pheram. *Erit vobis iniquitas hæc, ſicut interruptio cadens, & requiſita in muro excelſo. &c. & comminutur, ſicut conteritur ligena figuli contritione perualida & non inuenitur de fragmentis eius teſta, in qua portetur igniculus de incendio, aut hauriatur parum aquæ de fouea.*

Quibus verbis intendit vobis declarare, quod adtalis coarctabimini miſerias & calamitates, in tantæ malitiæ iuſtum ſupplicium, vt ita vos radicitus euellat, vt vobis nec ſuperſit Sacerdotium, nec templum, nec ſacrificium, nec altare, nec Rex, nec Propheta, nec honor, nec vita, nec Deus, nec bonum quidquam: & quòd vos ita minutim conteret, vt redacti in cineres, vento per mundum voluenſum diſpergamini vagi & profugi, populorum omnium execrabile perpetuum.

§. 10. *Hoc egit Deus Principibus per os populi, id quod egerat per os aſinæ cum Balaam.*

HOc egit Spiritus S. cum illis, quod olim cum Balaam ariolo: qui cum allectus auri cupiditate, populo Dei maledicere præpoſuiſſet: & iam animi conſilium auidiùs proſequeretur: voluit illum Deus præuenire, & ab hac iniqua cogitatione cohibere, quando iam feſtino gradu tendebat aſinamque, qua vehebatur, atrociùs verberibus impellebat; proinde aperit Deus aſinæ oculos, vt videat, id quod ariolus ille præ malitia non cernebat: Angelum ſcilicet, qui ſtricto gladio ſtabat ex oppoſito, in eum collimans, quem ſi vlterius progrederetur, in viſcera ipſi adigeret, ſimiliter & aſinæ ora laxat: quæ conuerſa præſtigiatorem alloquitur: quid agis infelix? Noſtin' quid animo verſes? Aperi oculos, & intuere in quem agas. Attende Balaam, & conſidera, Dei Angelum fortiſſimum, pugione in viſcera tua directo armatum. Perpende cum illo tibi eſſe negotium: ille quippe eſt, qui populi Dei procurat incolumitatem, in quem tendis temerarius. Reuertere denuo: hoc enim conſilium, ad cuius tendis executionem, non ei, quem cogitas, nocebit, ſed tibi: Angelus enim adſtat, qui ſecet te medium. Eleganter expendit D. Petrus hoc factum: *Correptionem habuit ſuæ veſaniæ ſubiugale animal mutum, hominis voce loquens, prohibuit Prophetæ inſipientiam.* Arcanis ſcatent verba ſingula, conſideratione dignis. Intuere: Quis quo ſapientior, quis quem corrigit quis quo acutiùs videat? ſubiugale mutum animal (ait D. Chryſoſt.) quod (*eſt irrationabilius omnibus animantibus, magis multum, infirmum & ignobile.*) Ecce aſina, populus eſt, qui ſubiugale dirigebant, hi Principes erant, & Sacerdotes: & ipſi cœci, & aſina claris videns oculis. Illi pereunctantur: *Quis eſt hic?* illa reſpondet: *Hic eſt Ieſus Propheta &c.* Quid profuit ſibi peruerſus Balaam, dum verberibus imperit aſinam & verbis. *Quis eſt hic?* Quod, vt diximus, nihil aliud fuit, quàm plebem reprehendere, & accuſare criminis: quòd tali exciperet honore vilifſimum hominem, qualem Chriſtum eſſe calumniabantur ſed linguam ſumpſit Deus aſinæ, vt doceat, vt corrigat.

Hic eſt Ieſus Propheta &c. Infortunati, noſtis, quid agatis? Aperite oculos, attendite contra quem moueamini. Cernite, quòd ſit ille Prophe-

27 I. Aſina docet Balaã, ſic & populus Principes Iudæorum.

2. Pet. 2. 16.

D. CHR. *Hom. 15. in varios loc. s Mat. Tom. 8.*

ta,

ta, cuius sibi Deus sumit vlciscendam iniuriam: hic se vestra sentit proditione grauatum, ipse eam vindicabit seuerius. Huius illos Spiritus sanctus præmonere: quinimo & te huius præmonet, vt attendas, miser, quid agas, quando passionibus tuis obediens, tibi persuades, se tibi posse opponere neminem, quòd tibi cum Deo sit negotium, & ipse sit, qui tuarum erit vindex impudentiarum. Credis te impunem posse pauperculos prosequi, quos solos cernis, ac in eos manum mittere pro libidine tua, eorumque bona deprædari? Hoc nouerit, Deum esse, qui illos suæ fidei sumpsit consetuandos *Dominus illum assumpsit*. Ad eius dexteram collocantur, vt illos defendat, & te castiget persecutorem: proinde dixit vates Regius: *Qui adstitit à dextris pauperis*. Puraſne Bipedum impurissime, te liberum habere in domum talis accessum, & quæ ita tibi sit ad manum, (a) Meretrix cellaris vt nemo sit qui voluptatibus tuis contradicat? hoc igitur tibi persuade Deum cum Angelis suis tibi adstare; & dissolutionibus tuis grauiter offendi: in eum hæc patras, & ille est, qui à te strictissimam exiget rationem, puniens ignibus, pœnisque sempiternis. Ne erraueris, O diuitiarum gurges, paupertum aspernator, qui dum eleemosynis pauperes alere tenereris: eosdem iniuriis lacessis, illos aspernaris, succurrere dedignaris, sed Deum aspernaris: ille enim est, qui ait: *Quamdiu vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis*. Tu vero sanguisuga fœnerator, qui in hoc tibi complaces, quòd pauperum sanguinem exhauris, & neminem arbitraris viuere, qui exigat rationem, diem tibi dicat, pro illo, de iis, quæ deprædatus es. Ipse Deus est qui se exhaustum stomachatur & vt talis, causam hanc sibi assumet ventilandam.

Rom. 14.

Psal. 108. 31.

(a) *Tan a su pan y cuchillo.*

Matt 25. 40.

28 Attende, consule, prouide tibi Diuinum plane consilium Spiritus S. *Ante omnia opera verbum verax præcedat te, & ante omnem actum, consilium stabile*. Vox hæc *Verbum verax*, significat conceptum intellectus, quo iustè, ac veraciter homo in se concipit rem sicuti est: quò subtiliter exponit D. Ioannes conceptum seu Verbum Diuini intellectus, dum ait: *In principio erat Verbum*. Artifex, cui aliquod incumbit opus faciendum, primo eius sibi formar in intellectu conceptum. Quotiescumque igitur (ait Deus) aliquid vis facere, forma prius eius conceptum, nihil agas inconsideratè. Hæc est peccatoris (vt aduertit D. Anselm.) infelix insipientia, qui prius pariat, quam concipiat, ita Dauid: *Ecce parturiit iniustitiam, & concepit dolorem*. Id quod primum iniustitiam, postmodum vocat dolorem, ob præclarissimas rationes, quas modo non vacat explanare. Nota, monet Propheta: *Peperit, & concepit*. An non vates sapientissimè rerum inuertis ordinem? prius enim natura est concipere, quàm parere. Nouit optimè quid dicat, & his verbis describit, id quod agit peccator, quando peccatum aliquod vult committere, non priùs mente concipiens id quod agit, nec attendens prudentiùs Charissimè quando proponis aliquid facere: ante omnia, eius forma tibi conceptum, maturè considera, quale sit illud opus, quod aggrederis, quòd sit contra Deum, quòd ille sit, quem offendis, quem tibi suscitas inimicum, qui illud seuerus index castigabit, quòd infames illæ deliciæ, vile illud lucrum illud abiectum interesse, illa voluptas momentanea; sit animæ tuæ perditio, vitæ tuæ mors & quidquid per illa omnia lucraris, ignes sint æterni, pœnæ numquam finiendæ: momentaneam illam esse voluptatem, cruciatus verò tamdiu duraturos quamdiu Deus, Deus erit; sagax observa: quòd tam vili pretio, te Satanæ vendas vapulandum mancipium: & seruituti te tradas omnium tyrannorum crudelissimi.

Eccli. 37. 20.

Ioan. 1.

Psal. 7. 14.

Verbum verax præcedat te: Consilium cogo, priusquam peccatum committas: *Ante omnem actum consilium stabile*. Non sit tale consilium, quod solam præsentem consideret voluptatem, & inordinatam passionem, quæ te modo propellit in facinus, sed stabile & firmum; attentè appendas, quid sit quod inde lucraris, quidque illud quod perdis, & quibus te periculis exponas, quæ vltima experiaris, quæ tibi sit Deo reddenda ratio, quem adeo irritas intrepidus. Ne assimileris huic malefaustorum synagogæ, qui velut asino syluestri acti, maloque æstro percitj, tanto sceleri consenserunt, vt Christum Dominum occiderent, non attendentes, quem condemnarent; & nihilominus, aperuit illis Deus oculos per ora populi, suadendo, vt consilia agerent saniora, sibi consulerent; attenderent quis esset ille, quem perdere gestiebant, & quòd nefarium hoc conceptum, sacrilegumque homicidium perpetrantes, sibi ipsis maximum damnum acquirerent, & perditionem absolutissimam nanciscerentur. Eo illos modo tractat, quo fratricidam Cain, qui inuidiæ genio malè commotus in fraternam cædem toto furore rapiebatur, attamen, vt ei mentem saniorem adferat, & à tanta malitia retrahat meliorem, obuius occurrit, & volens ei oculos aperire, consulit: secundum lectionem Septuaginta, (quam ad rem nostram

Lib. 5. de ciuit. c. 7. Gen. 4. 7.

noſtram expendit D. Auguſt.) *Peccaſti: Quieſce: ad te conuerſio eius.* Cain in te reuertere: Infraternam cædem properas? hanc concepiſti? Ne perficias, ſiſte, retrogradere, propoſitum muta ſanguineum, quieſce, & attende, quidquid fratri tuo intuleris; hoc in caput tuum redundabit: teipſum prius & peius occides, & ipſum Deum habebis aduerſarium qui fratris ſtabit aduocatus. *Ad te conuerſio eius.* Hoc ipſum Deus perfidis his Iudæis ex ore populi ſignificabat. Coniuraſtis in Chriſti mortem, infernali veſtra commoti inuidia, Cainо nequiores? *Quieſcite:* Siſtite in via perditionis, genimina viperarum, gradum reprimite, ipſum enim iniuſtè perdentes, iuſtè perdetis & vitam veſtram, & ſalutem: *Hic enim eſt Ieſus Propheta*; Deum vobis huius innoxij ſanguinis laceſſitis vindicatorem: hic eſt enim Propheta, quem vobis promiſit Deus qui ei factas vltiſcetur calumnias. Hoc idem tibi intonat, peccator: *Peccaſtis Quieſce, ad te conuerſio tua.* Aduerte te iacturam facere vitæ ac ſalutis tuæ, quodque contra te ſtultus prouocas Deum, hoſtem, omnium potentiſſimum.

demonſtrare. Quò enim eundum eſt Principi primogenito, & heredi Regis, quando curiæ ſuæ intrat ciuitatem, niſi ad Palatium, & patris ſui domum? Hæc eius eſt propriiſſimum habitaculum. Dein eadem ratione voluit primùm Patrem ſuum æternum honorare; eius ſe conſpectibus ſiſtere, eius gloriæ conſignare, honorem quò eum eodem die populus fuerat veneratus: & cum iam paſſionis ſuæ ac mortis ageretur negotium; ad hoc primum voluit paterna benedictione præmuniri: vt diſceſſus ex hoc mundo, eiuſdem ingreſſui conueniret. Quando quippe in hunc mundum venit, natus in oppidulo Bethlehem prima domus, quam adiit, templum fuit, quo eum Mater duxit ſanctiſſima, quando eum æterno Patri ipſo Purificationis feſto præſentauit: quaſi dicat verba illa, quæ ex ore Dauid compoſuerat: *Dixi: Ecce venio, &c. vt faciam voluntatem tuam.* Simul & aſſerens aduentum ſuum, perſonam ſuam & omnem vitam ſuam: ſicque propheticum illud Malachiæ implebatur: *Et ſtatim veniet ad templum ſanctum ſuum, dominator, quem vos quæritis.* Illuſtrans paternam illam domum, & Diuinâ ſuâ præſentiâ glorioſiorem reddens quàm illa vnquam fuerat, quam ædificauit Salomon, argento, auroque fulgidiſſimam, propheticum illud adimplens Aggæi, *Magna erit gloria domus iſtius nouiſſimæ, magis quàm primæ.* Modò verò, dum tranſit ex hoc mundo ad Patrem, pariter ſe eiuſdem offert conſpectibus, ſimulque ſuam, quam aggreſſurus erat mortem ſcilicet, & acerbiſſimos, quos paſſurus erat, cruciatus. Offert aduentum, & iter, ingreſſum & egreſſum: cum totum illud eſſet opus Patris, & in gloriam Patris & ex Patris obedientia. Ex hoc Chriſti opere, inualuit inter Sanctiſſimos Patres conſuetudo, quam ſuis conſtitutionibus confirmarunt. Vt notat Diuus Chryſoſtomus. Vt quilibet Epiſcopus intrans ciuitatem præ cæteris domibus, adiret Eccleſiam, & hoc tam inuiolabiliter obſeruabatur, vt eo ipſo, quo quis in hoc deficeret, vt Schiſmaticus haberetur & Deo iniurius: ſicut error foret intolerabilis, ſi Princeps ingrediens Curiam, vbi Rex Pater moraretur, alii-que nobiles permulti, domum primum aditet priuati alicuius, & primùm Patris manus in obedientiæ & reuerentiæ ſignum non oſcularetur. Et eodem ex iudicio colligit idem D. Chryſoſtom. Theophylum Epiſcopum, non recipiendum vt Epiſcopum & Paſtorem, qui Conſtantinopolim aduenerat Concilium coacturus, ſed vt lupum reiiciendum, quia deſcendens de naui,

Psal. 39. 8.

Malach. 3. 1.

Cap. 2. 10.

Epiſt. ad Innocent. Epiſc. Rom. Quæ ind cipit: Egiam antequam. Tom. 3.

§ 11. Intrauit in Templum *Recta tetendit Chriſtus ad templum, veniebat enim ſacrificandus, & docturus Epiſcopos, in quo euraut Theophylus Alexandrinus.*

¶ 29 INgreſſus Dominus ciuitatem pompa illa triumphali & comitatu illo permagnificõ, rectâ retendit ad templum, idque pluribus de cauſſis. Primam dat Angelicus Doctor D. Thomas vt oſtendat quòd ipſe agnus eſſet, qui ſe voluntariè in ſacrificium præſentabat offerendum & vt talis rectâ tendit ad templum, vtpote locum ſacrificiorum. Præceperat Deus, vt agnus, cuius immolatione feſtiuitas Paſchalis inchoabatur, immolaretur ad quartamdecimam Lunâ menſis Martij, attamen quinque ante diebus, ſcilicet Lunâ decimâ, introducerent illum floribus adornatum, ramis, canticis, & ſolemni iubilatione. Ecce hoc, modo perfectum in Chriſto prout dicemus Dominica Palmarum. Quinque diebus ante diem ſacrificiorum Hieruſalem ingreditur, vt vero pateat, quòd ipſe ſponte ſua veniat, recta tendit ad locum ſacrificiorum, figurarum eius ſacrificij, quod ipſe offerret. Secunda ratio eſt illa, quam ipſe Chriſtus indigitat, & declarat idem D. Thom. loco citat. quod voluerit ſe verum & legitimum Dei filium

Luc. 22. Matth.

Hieron. Bapt. de Lanuza. Tom. I.

primùm Dei Ecclesiam non adierit, vt se Deo offerret, velut legitimus filius, diceretque: *Ecce venio, vt faciam voluntatem tuam*; *Cum Constantinopolim ingressus esset* (ait Diuus Chrysostomus) *iuxta consuetudinem & constitutionem hactenus obseruatam, non intrauit in Ecclesiam sed egressus à naui, praetermissis Ecclesiæ vestibulis, alicubi versatus est* Quàm tibi felix faustumque foret, dum magni negotium momenti aggrederis, si priùs templum adires, cœlestis Patris obtutui te sisteres, eius benedictionem postulares, vt dextero Deo illud exordieris; & eo peracto, similiter de beneficiis acceptis gratias referres immortales: vno verbo, eius rogares benedictionem, & in vitam, & in mortem, exemplo Christi incitatus. Et quid de his loquemur, qui vix cœlestis huius Patris nouerunt domum, nec eam adeunt, nisi velut coacti, proprij honoris ac æstimationis (quæ in hoc consideratur) tracti emolumento?

§. 12. Eiiciebat omnes &c. *In Reipublicæ salutem, purgatur templum: hoc enim est corporis huius stomachus.*

30 TErtiam rationem habemus ex D. Chrysostomo nimirum, quòd Christus venerit, vt expertissimus, ipso attestante, medicus, quando ei exprobrabant quòd familiariùs peccatoribus versetur. Quibuscum conuersari debet medicus, nisi cum infirmis? *Non est opus valentibus medicus.* Expertus medicus, qui infirmum suscipit curandum, primum studet purgando stomacho, qui quamdiu crudis indigestionibus opprimitur, corporis reliquum nequaquam potest salutem adipisci, nec quidem viuum in vultu colorem, nec in brachiis robur, nec in pedibus fortitudinem, nec in capite, nec in oculis viuacitatem: *Medicus* (inquit Diuus Chrysostomus) *quando primò ingreditur ad infirmum, statim de stomacho eius interrogat, & eum componere priùs festinat.* In hoc corpore mystico, est Ecclesia seu templum, velut stomachus in corpore naturali, est autem stomachus communis officina vbi recipitur & coquitur portio pro cæteris partibus. Itaque Sacerdotes, sunt hi qui recipiunt bona cœlestia, vt illa populo distribuant liberales. *Suscipiant montes pacem populo.* Illi legem recipiunt, vt cibum, quem aliis communicent: *Legem ex ore eius requirent.* Illi diuina Sacramenta, aliis proponenda. *Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos &c.* Eorum manibus commisit Deus remissionem peccatorum: *Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis.* Illis traditur pinsendus vitæ cibus, & cæteris erogandus: *Cuius officium committi voluit solis presbyteris, quibus sic congruit, vt sumant & dent cæteris.*

Ho 38. in imperfect.

Matth. 9. 12.

Psal. 71. 1.

Malach 2. 7.

Matt 28. 18.

Ob hoc comparat sponsus cœlestis, suæ cœlestis sponsæ ventrem, id est Ecclesiam, seu locum Sacerdotum aceruo tritici: *Venter tuus sicut acerus tritici.* Qui in totius Reipublicæ seruatur alimentum; Quando stomachus ille bene est euacuatus & dispositus calore ordinato, cibosque acceptos bene digerit: ô quàm sana gaudet Respublica, quàm pulchra tota floret Ecclesia! *Omnis gloria eius filiæ Regis ab intus*, psallit Dauid. Sumpta metaphora ab alia sponsa, pulchra vt sol, colore viuido, rubeo, sano, & forti quam vbi videris: infers. Optimo valet stomacho, magni caloris, bene moderari, vnde hæc illi procedunt. Quando viri Ecclesiastici tales sunt, quales eos esse decet, qui optimè Dei legem obseruent, ritè sacramenta administrent, agant de oratione, de silentio, apud illos pauperes inueniant subsidium, consolationem &c. Quando Confessarij sunt viri docti, qui probè sciunt examinare conscientias, & in audiendis confessionibus sedulam nauant operam. Quando Prædicatores, magis opere quàm ore concionantur. Quando Sacerdotes coram Deo adstant summo respectu, & timore filiali in choro & adhuc amplius in altari: quam bene composita, ordinataque gaudet Respublica *Videte ergo Sacerdotes* (admoneat D. Chrysost.) *Quomodo vos componatis in verbo & opere: quoniam sicut in corpore, si aliquod fuerit infirmatum membrum, non omnino languet & stomachus; Si autem stomachus languerit, omnia membra inueniuntur infirma sic si aliquis Christianorum peccauerit non omnino peccant Sacerdotes: Si autem Sacerdotes fuerint in peccatis, totus populus conuertitur ad peccandum Ideo vnusquisque Christianorum pro suo peccato reddet rationem; Sacerdotes autem, non solum pro suis, sed pro omnium peccatis reddituri sunt rationem.* Secundùm hanc rationem (ait D. Chrysost.) ab illis curatio totius populi est inchoanda.

1. Ecclesia est acerus tritici.

Cant 7. 2.

Ps 44 14

D. Chrys. Ho. 38. in Tom. 2.

Ostendit olim Deus Ezechieli campum satum hominibus mortuis, occisis, quibus nec vitæ nec substantiæ reliquum supererat, ossa erant arida. Quærit ab eo Deus: viuentne ossa ista? Cui Ezechiel: O Domine, vnde hoc nouerim ego? illud video, quòd longissimè à vita distent. Valde bene, dicito tu illis, meo nomine, *Ossa arida audite verbum Domini.* Loquitur Propheta ex 31

ore

ore Dei, & in instanti videt omnia ossa arida sibi mutuo adhærere, vnumquodque loco suo componi. Extemplò caro viget viua, pulchra, fortis, & ita fieri debebat, vt compositis & suo loco dispositis, ossibus, caro viueret vegeta, sana, essetque salutis integerrimæ. Ossa huius corporis mystici, sunt Sacerdotes (asserunt D. Augustinus, & D. Gregor.) illi quippe sustentant populum, carnem mollem, flaccidam: illi sunt Reipublicæ consistentiæ fundamentum. Si illi bene componantur suo loco disponantur, si spiritu vitæ augmentur, illico totus exsurget populus in vitam. Hinc præcepit Deus medicis suis, quos ad visitandum infirmum suum populum destinabat, primam manum stomacho adhiberent expurgando. Exclamat Deus tempore Ezechielis: *Appropinquauerunt visitationes vrbis.* Eo accurrite medici, *Et à Sanctuario meo incipite.* Primum purificare stomachum à suis eruditatibus, quibus corpus infirmatur. *A sanctuario meo incipite.* Et hoc ipsum agit noster cœlestis Medicus, visitans ciuitatem hanc adeo languidam, vt de ea dicat Isaias, *A planta pedis, vsque ad verticem, non est in ea sanitas.* Primum accedit ad curandum stomachum, id est templum, quod eruditatibus exundabat, sacrilegiis, furtis, sæuis vsuris, ad hoc dat illis verberum, flagelliq; minoratiuam, immunditiâ euacuetur animalium, profana exhauriatur auaritia, expellantur vendentes & ementes, prosternantur mensæ, sellæ, pecuniæ, tabernæ, &c. *Eiiciebat omnes ementes & vendentes in templo, & mensas nummulariorum, & cathedras vendentium columbas euertit.*

Epist. 120. & in Ps. 34. L. 20 mor. c. 23.

Ezech. 9. 1.

Isa. 1. 6.

§. 13. Vendentes & ementes. *Adductio animalium circa templum, bonum habuit principium: porro de bono educimus malum.*

32 INtrauit Iesus templum, inuenitque illud prophanatum, basilicam mercatorum, mensam nummulariorum, boum taurorumque stabulum, agnorum, arietumque ouile. Dices: detestandum scelus, non toleranda impudentia, sacrilega irreuerentia, & domum & habitaculum Dei facere forum tam turpe, tam abominabile: verum est, fateor, noueris tamen, quod hoc ex bono ortum sit principio, & sancta intentione: quam peculiariter expendunt D. Cyrill. Alexand. & D. Hieronym. Præceperat Deus sibi plurima offerri, nominatim omne primogenitum, ex ouibus, bobus & cæteris animalibus dein millena dixerim, sacrificia. Hæc cum tanta essent, & cuiusuis status tangerent personas, statuit hæc omnia in vno tantum loco, à se designando, offerri; verumtamen cum sciret Deus, eum, qui procul à loco designato distat, non sine magno labore posse ad eum locum sua deferre sacrificia, hæc præscripsit. *Cum autem longior fuerit via, & locus, quem elegerit Dominus Deus tuus, tibique benedixerit, nec potueris ad eum cuncta hæc portare, vendes omnia, & in pretium rediges portabisque manu tua, & proficiscēris ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus, & emes ex eadem pecunia, quidquid tibi placuerit.* Perpende (ait D. Cyrill.) Dei misericordiam, qui tanto studio cunctas facilitat difficultates, aufert offendicula, lapides tollit, videturque mihi illud implere vatis Isaiæ: *Semita iusti recta est; rectus callis iusti ad ambulandum.* Quando quippe Deus aliquid mandat arduum, ipse continuo omnes exæquat difficultates.

Deut. 14. 24.

Isa. 26. 7.

Hinc ortum est (tradunt prædicti SS. Patres) vt ad præfatum locum à Deo, ad oblationes, & sacrificia nominatum, magna adduceretur animalium multitudo, vt eis qui de longè veniebant essent ad manum, & ea in sacrificia sibi pretio compararent. Cum verò tandem locum hunc Deus designasset vrbem Hierusalem, magna sollicitudine inuigilarant, vt circa festa Paschalia populo aduentanti prouideretur, vnde eo deducebantur numerosi ouium greges, boum, taurorumque armenta, columbæ, aliæque mundæ voluctes. Crescente verò auaritia paulatim mercatores deducebant ad templum tentoria sua, vt ea meliori loco statuerent, & qui maiori pollebat auctoritate, propius accedebat, donec ea tandem in templum ipsum inucherent. Quia verò aliqui sine nummis veniebant, alij cum nummis, sed diuersæ imaginis ab iis qui vsu recipiebantur, intermiscebantur campsores, qui eos certo lucro (ait D. Hieronym.) vel mutuabant, vel permutabant, proinde ad hoc mensas nummularias erigebant. Ita vt, id quod primùm erat blandum religionis & suaue misericordiæ opus à Deo ordinatum, paulatim degenerarit in sacrilegium, rapinam, templi inhonorationem, crudelem pauperum deceptionem sub titulo cambiorum, & qui initio temporis pij erant ac religiosi, postmodum euaserint latrones, hoc eos nomine Christo compellante: *Speluncā latronum.*

L. 1. de admirat. Sacr. Matth.

O cor humanum, quòd nedum malum sis in malo, verum & in bono, & tam peruersum, vt quantumlibet bonum sit opus, illud peruertas, & transmutes in malum, & ex medicina Homines hauriasomnia 33 I.

vertunt ad malum.

hauriasvenenum, de pietate malitiam, de misericordia furtum, de religione sacrilegium: cuncta pœne dixerim quæ manibus vsuque tractamus, bona fuerunt, à Deo quoque instituta in salutem nostram, & omnia peruertimus in tantum, vt id, quod pietatis habuerat originem, & nobis ad nostrum fuerat concessum emolumentum, illud extendamus, ac in malum, damnumque nobis conuertamus. Bonum principium habuere cibi, quos Deus nobis in vitæ creauit alimentum, & virtutis temperantiæ materiam, extendimus autem illos, vt seruant, & gulæ, & luxuriæ, & ad vitæ nostræ filum citius abrumpendum. Ex optima intentione Deus creauit linguam, vt illâ nostros inuicem conceptus animi declaremus, cum sit homo animal sociabile: verumtamen: *Extenderunt linguam suam, vt arcum mendacij.* Adeo vltra linguas extenderunt, quàm fuerat illis concessum: linguis enim, vt instrumentis vtuntur mendaciorum & quibus vnus alterum decipit fraudulentus. Oculi necessarij, sunt ac vtiles, quibus se prodit anima, vt ad fenestras, in domo corporis, in qua habitat, nos eos vt lanuas statuimus per quas in damnum nostrum intrat inimicus vt eam deprædetur, perdat, vt tibi cum Prophera liceat dicere: *Oculus meus deprædatus est animam meam.* Idem verum est in auribus, manibus, pedibus, & cæteris.

Hier. 9. 3.

Thren. 3. 51.

Perelegantèr circa illud discurrit Spiritus S. supponit hanc magnam esse nostram miseriam, quòd adeo simus nequam, vt id quod Deus nobis dedit ad maiorem nostrum profectum, sumque famulatum, conuertamus in turpiorem sui offensam, nostramque perditionem grauiorem. *Creaturæ Dei in odium factæ sunt, & in tentationem animabus hominum, & in muscipulam pedibus insipientium.* Creaturas Dei, bonas esse, & valde bonas, nemo negat. *Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona.* Cum ille igitur, illæque bonæ sint, verum est, quòd illas nobis in rem nostram contulerit; at deplorandum, quòd ex his odium, nequitiam, muscipulas & laqueos animabus nostris eliciamus. Diuina hoc probatione, asseritur; Quid idololatria nefandius? hanc Iob vocat maximam iniquitatem. *Est iniquitas maxima, & negatio contra Deum altissimũ.*

Sap. 14. 11.

Gen. 1. 31.

Iob 31. 28.

Hanc ne credideris cum homine sumpsisse ☞ 34 principium: *Neque enim erant ab initio idola*: qua ratione igitur sunt introducta? quis tali primùm impietati posuit fundamentum? *superuacuitas enim hominum hæc adinuenit in orbem terrarum.* Defectus scientiæ in homine stultitia: hoc enim significat *superuacuitas*. Et quomodo? *Acerbo enim luctu dolens pater, citò sibi rapti filij fecit imaginem & illum qui tunc quasi homo mortuus fuerat, nunc tanquam Deum colere cœpit.* D. Fulgentius *a* opinatur, quod loquatur de Sytophane Rege Ægypti. Et D. Epiphan. *b* de Thare Chaldæo. Et D. Isidor. *c* ad hoc refert plures historias; porrò modo sequamur glossam Lyrani, vbi agit de Balaam: *d* Nino Monarchæ Babyloniorum, & Assyriorum morte ereptus est pater Belus, & vt verus filius, qui patri suo plurimum deferebat eius sculpsit imaginem, quam sibi retinebat. Illam vt defuncti patris figuram honorabat, coram illa lachrymas fundebat, vtpote, qui rapti sibi patris desideret iniuriam. Hoc viso serui, magnates, nobiles, hanc quoque colebant imaginem: de quo sibi complacebat Ninus & quem cerneret eius cultui magis addictum huic plura conferebat beneficia, & qui singulari illam deuotione venerabatur ab ipso præ cæteris promouebatur. Hinc cœpit imaginis huius cultus, quam venerabantur velut causam ac scaturiginem omnium beneficiorum quibus illos Rex dignabatur, & vt viderunt quòd quo eam pluris faciebant, eo Regi forent gratiores, adeo cultus huius excreuit imaginis, genuflexionibus, prosternationibus, oblationibus florum, odoramentorum, incensorum, vt tandem ei altare erexerint, sacrificia fecerint & vt Deum proclamarint, Dominumque suum adorarint. Secundum hanc figuram, alias, & alias depinxerunt, quas per Monarchiæ Nini prouincias dispergebant, illis honorem impertientes, adorantesque vt Deos.

Sap. 14. 14.

a *Lib. Mythol.*

b *In princip. cap. Genes.*

c *L. 8. Etimolog.*

d *In Gen.* 11. Idololatriæ origo.

Hinc principium eduxerunt, & vlterius progressi sunt Regis adulatores, qui Regum magnatumque cœperunt depingere imagines, quibus studebant adulari, gratificari, & summis honoribus abblandiri, quo factum est, vt paruo temporis interuallo, repleta terra sit idolis quæ per varia regna transmittebant adoranda. *Illos quos in palam homines honorare non poterant propter hoc quod longè essent, à longinquo figura illorum allata, euidentem imaginem Regis, quem honorare volebant, fecerunt, vt illum qui aberat, tanquam præsentem colerent sua sollicitudine &c.* Rem admirandam quòd ex filij pietate, ex honore ac reuerentia debita patri suo collata, ex re tam pia, iusta, à Deo constituta, prodeat monstrum, tam horrendum tam Deo, eiusque legibus aduersum, quale credimus, idola vt Deos adorare. Hæc defienda nostra est calamitas quòd omnia inuertamus, & peruertamus. Ita viuimus, vt nobis dicere

Sam.7.13 cere liceat D. Paul. propositionem: *Quod ergo bonum est, factum est mihi mors?* Bonum erat ac necessarium homini, suam tegere nuditatem, fuitque huius auctor Deus, qui tunicas pelliceas composuit, iisque Adamum contexit denudatum, in signum nostræ mortalitatis & tesseram miseriarum, (teste D. Athanasio.) Hinc quot qualesque vanitates? compingimus, & confingimus vestes nostræ insipientiæ stoliditatisque instrumenta. Bonum principium habuit parentum de filiis solicitudo, qui sicut illis dederunt esse naturale, oportet, vt & largiantur eiusdem conseruationem. Attende verò, qua ratione hinc ansam sumas vsuris fœnerationibus, pauperum oppressionibus, auaritiis, & hæc omnia, vt filio tuo diuitias accumules ampliores. Tales erant miseri illi, qui ex hoc, quod Deus in pietatem, sui cultum statuerat obsequium, suxerunt Dei offensam & sacrilegia.

§. 14. Speluncam latronum. *Latrones erant hi, quos D. Cyprianus vocat honoratos, & Amos vncinos pomorum, sanguisugas, qui perdunt Rempublicam.*

Ioan.c.2. 35 INuenit Christus templum vt diximus, prophanatum. Narrat D. Ioannes quod à triennio ante, primò scilicet anno prædicationis Christi. ascendit in Paschate in templum, inuenitque eandem in his perditis hominibus iniquitatem, & honoris Patris sui zelo percitus, fecit flagellum de funiculis, quibus animalia vincta adduxerant, & verberibus maioribus illos & illa eliminauit, præcipiendo *Auferte ista hinc, & nolite facere domum Patris mei, domum negotiationis.* Ioan.2.16. Verba satis ciuilia. Perpendit Abulensis quòd duobus sequentibus annis, non fuerint ausi tale quid vlterius committere veriti Christi præsentiam, qui singulis festis Paschalibus ascendebat in templum. Modò verò vt eum audierunt omnibus proscriptum suffragiis, mortique adiudicatum, & iam recessisse in terram Ephrem, eum non reuersurum arbitrabantur, quòd proinde illis locus campusq; liber esset, vt apertâ fronte possent ad suas pedem referre nequitias. Vt autem, illis nihil tale suspicantibus Christus vrbem est ingressus, & recta templum adiit: inuenit ea quæ illic illi adduxerant, quocirca iterum flagellum constrinxit (vt credit D. Hier. & probat Abul.) & in illos insurgens vehementior, verberibus, vt canes, cum animalibus exterminauit: addidit quoque & aliud flagellum multo atrocius, eos latrones indigitans, quod primùm non dixit. Si eos, qui in templo bona prædabantur temporalia, quos idcirco vocat latrones, sic seueriùs castigat quàm seuerè bonorum templi fures sacrilegos castigabit, qui decimas, qui primitias, qui tedditus suffurantur? Notat. D. Aug. in Exodo id quod S. Scriptura narrat dum Moyses Dei præceptum de conficiendis arca, mensa, candelabro, tabernaculo, vestibus sacris mandat executioni: citat primum populum, *Vt offerret necessaria.* Et demum artifices: *Vocauit omnem virum eruditum, cui dederat Dominus sapientiam. &c.* quibus cuncta à populo oblata tradidit, & illis operantibus, populus quotidie noua deferebat. *Qui cum instarent operi, quotidie mane populus vota offerebat. Vnde artifices venire compulsi, dixerunt Moysi; Plus offert populus, quàm necesse est. Iussit ergo Moyses voce præconis cantari nec vir nec mulier offerat vltra in opere sanctuarij.* Vix capio, quòd tot diuersi artifices hoc dixerint. An non potuerint superfluum sibi reseruare? An non sibi accipere id quod fabricæ non congruebat? Minimè? ait D. Aug. *Poterant si vellent, multa auferre, sed modestia prohibuit, vel religio terruit.* Hos naturalis iustitia, illos terror angebat, ne quidquam ex oblatis pro tabernaculo sibi arrogarent, quia illud credebant in animæ suæ cessurum perditionem proinde sine computu illis dabatur *Ad opus templi* illud etenim quod templo dedicabatur, adeo sacrum erat, vt nullus sibi hoc assumere præsumeret, territus metu supplicio-rum. Ecce quid hic futurum. Si illos, qui in Dei templo furabantur, non templi census, sed eorum qui ad templum concurrebant, bona, adeo mulctat auferus? Graue est funium flagellum, quo corpora plectuntur, durius autem multo (teste veritate) flagellum linguæ, quo corda perstringuntur. *Flagelli plaga liuorem facit plaga autem linguæ comminuet ossa.* Et enim qui blandiori mitiorique flagro non emendatur, adest vltor Deus, qui grauiori percutit, quod cor transfodiat, animamque plaga conterat atrociori.

Eccl. 28.21. D. Aug. q. 17. in Exo. Tom 4. Exod. 7.1.

Quæritur D. Augustinus cur Deus dixerit Moysi. *Ecce constitui te Deum Pharaonis.* Quando enim legatum suum misit ad Pharaonem. Et quando eum misit ad populum suum non ait: *Ecce dedi te Deum populo?* & de Aarone loquens ait: *Aaron frater tuus, erit propheta tuus*, cur ei non dixit: *Tu eris illi Deus?* Alias dixit de Aarone: *Aaron erit os tuum. & tu illi, quæ ad Deum. Non dictum est* (ait D. Augustinus) *Tu illi Deus*: sibi ipse respondet D. Aug. fieri enim potest, quod Pharao obduratus sit, ob hoc necesse est cum illo

illo agas auctoritatiuè, in brachio extento, & adhuc non emendabitur. Propterea dixit ei: *Constitui te Deum Pharaonis*, vt potestate suprema illum reprehendat, retundat, castiget que contumacem Talis enim auctoritas, asperitas talis optimè tali conuenit contumaciæ. Ita hos quoque, vt cernicosos arguit, & tanta corrigit severitate; mites autem blanda Deus excipit mansuetudine. Aduertas velim quàm genuinè horum declaret nequitiam, eamque quam committebant perfidiam, dum illis ait: *Fecistis illam speluncam latronum*: habent sua latrones spelæa, quibus se tueantur, abscondantque & se, & rapinas suas: quasi illos accusaret, quod domum Dei facerent, suis latrociniis prædi sque tegumentum.

Cap. 36. *L. ad Demetria. Ser. de malis euertend. Tom 5.*

Dignus D. Cypriani ingenio conceptus, quem exponit ad Demetrianum Africæ gubernatorem, vt eius retundat blasphemias; in quo declarat, qui sint qui Rempublicam pessumdent; illum imitatur elegantia Ciceroniana D. Chrys. prouerbium est dicunt hi SS. Patres; latrones maximè perdere Rempublicam hoc dicunt omnes; sed hoc ne intellexeris de ijs quos tales iudicas, & patenter agunt latrocinia: noueris enim duo esse genera latronum: sunt enim quidam viles, abiecti, inhonorati, qui aperta fronte furantur, dum populum deprædantur, & maxime in sylvis, pagis, itineribus. Qui tibi pallium auferunt incurioso, qui tibi in via obuij veniunt itineranti, & crumenam exigunt, & alij plures tales, quales illi erant quos cum Christo crucifixerant latrones & latrones: *Duo nequam*, quos alij Euangelistæ diffamant, *duos latrones* q. d. duos latrones infames. Alij vero sunt latrones honorarij qui tibi peculium diripiunt, & linguem exsugunt, tandem perdunt pauperrimum, attamen hoc agunt honorabiliter, quasi sub specie tibi gratificandi. Accedit pauper operarius qui labore diurno sibi victum quærit, indiget centum ducatis, petit illos à fœneratore mutuo sibi concedi. Respondet ille. Mihi crede, charissime, vicem tuam doleo, quia pecuniæ mihi nullæ sunt, sed tandem succurrere tuæ volo necessitati: habeo hic mulam quandam, quæ licet mihi seruiat, eam tibi consignabo libentissimè, vt eiusdem vtaris opera, & in quòd illo tibi sit subsidio; mihi hoc erit pergratum, licet valde sit incommodum. Sub hoc charitatis prætextu procedis, & cum decem non valeat ducatis, eam pauperi mutuas pro triginta latro honorarius. Nota alium (ait D. Augustl.) q em rerum omnium indiga conditio cogit vendere atua, domus, villas, &c. & sub titulo, quòd ei compatiaris, ais illi; succurram tibi, & partem tuorum sumam mihi bonorum; & domum seu prætum, quod centum nummos valet, extorquens pro decem, latro honorarius. Accedit alter vir nobilis seu ciuis ad extrema redactus supplicans, vt eius necessitati quibusdam pecunijs succurras: quid tu? mea mihi, nulla est pecunia, sed cognati mei, vel amici, certam habeo quantitatem, vt eam ad tales nundinas pro cambio commutem; sicque das pecunias, sine codicillis vllis seu syngraphis, nec interuenit realiter vllum cambium, nisi quòd eam in tuo conserues scrinio & ad terminum quatuor mensium computus tuos facis lucrando ex cambio & recambio, ita vt illi numeres decem vel duodecim in centum: prædo honorarius. Accedit causæ alicuius actor, ad rerum illarum expertum aduocatum, exponit illi actionem suam, quæ cum nullo iustitiæ fundamento nitatur: respondet ille, & exhibet eam quasi meridiana luce clariorem, ac spondet quòd eam defendet acerrimè, sicque fidelissimus futurus eius aduocatus, qui & contra doctissimos habet eloquentissimus; quo id quod illi superest nummorum emungat miserumque nudum constituat, sic vt nec ossibus hæreat: prædo honorarius. Hi sunt (testantur prædicti Patres) Reipublicæ ruina, quos latrones Deus per Amos Prophetam vocat pomorum vncinos.

Duo genera latronum.

Luc. 32. 32. Matt. 27. 38. & Marc. 15. 27.

Serm 20. de verbis Domini.

Aduocat sibi Deus vatem Amos, aitque: *Quid vides Amos?* Attollit vates oculos: *Vncinum pomorum ego video.* Optimè vidisti, ait Dominus: proinde scias hanc esse Reipublicæ perniciem: *Bene vidisti: Venit finis super populum meum Israel*: Quid hoc Domine, esse vncinum pomotum, hoccine designat ciuitatis excidium? Quos impetis? Reipublicæ prædones honorarios: *Audite hoc qui conteritis pauperem, & deficere facitis egenos terræ, dicentes. Quando transibit messis, &c. vt possideamus in argento egenos, & pauperes pro calceamentis quisquilias frumenti vendamus.* Quàm ad viuum depingit telonarios & prædones honorarios nostri temporis, qui tempus præstolantur, quò agricolis, ac pauperibus deficiat triticum, vt eis quisquilias frumenti auro appendant, qui ad vsuram commodant vilissima quæque domus suæ ac horreorum sordes, & cum totum id, quod dant, non valeat æra minuta duo, summo tamen vendunt pretio. O quam graphicè tales comparat vncino pomorum. Pomum ex altissimo arboris ramo dependet, nec potest alter illud manu edecerpere: delaceraret enim ac diffunderet arborem; si eam ascenderet; vtitur vncino, & illo paulatim ac suauiter inclinat

Cap. 8. 14.

clinat ramum, pomumque decerpit, & ramus pomo spoliatur, sed nec ille frangitur, nec se periculo exponit, pariter nec ramus offenditur, aut stomachatur.

37 O ciues honorarij, latrones vncini pomorum; intendis auarus pauperis substantiolam deprædari, & pupilli innocentis inuadere hereditatem, ais: ne hoc fiat dirumpendo ramusculum, nec offendendo heredem, sed inuncando, nimirũ si illi persuaseris ac promiseris, quòd ei paratus sis mulã tuã, seu boue, seu panno, seu nummis, mutuo auxiliari, & sub titulo operis boni ac misericordiæ, quasi illi fidas, quasi illi des id quod habes, illi interim quadruplicatum imputas pretium pro eo quod medio vix valet, & multos nummos exigis pro solutionis dilatione, fur honorarius. Hoc (dicit Dominus) perdit Rempublicam. *Venit finis super populum meum.* Hi autem (inquiunt præcitati Patres) sunt latrõnes honorarij qui eam tandem populantur. Hanc autem allegant rationem: quia latronem publicum, cum omnes vt talem agnoscant, omnes persequuntur, tendunt illi insidias, in illum vociferantur: ab his autem honorariis quis sibi cauebit? sunt etenim illi honorati, populo venerabiles, & qui sæpenumero regunt, virgã iustitiæ præeminentes, quos vt pauperum patres celebrant, ac suspiciunt, qui se apud vulgus indoctum iactant, vt viros misericordiæ ac proximum amantes. *Hi tantò sunt illis* testatur D. Chrysost. *deteriores, quanto ad euitandum difficiliores videntur, &c. In latronibus* Asserit D. Cyprian. *est verumque aliqua scelerum verecundia, & desertas solitudines eligunt. &c.* Horum verò: *Eorum auaritia palam fuit, & ipsa sua audacia tuta &c.* Expendamus illa verba: *Sua audacia tuta.* Quam hi quiescunt securi in domibus suis? quam liberè vbique circumuagantur? nec curiæ præpositum, nec vrbis timent satellites. Alter autem latrunculus, abiectus, timet, auxius viuit ob præsumptam audaciam, ob furto ablatos quatuor regales, pallium eius derogatum. Illi verò qui tutã prædantur audacia quam honorati, quam securi, quam liberi? *Sua audacia tuta*, soleo considerare, id quod contigit pulici & sanguisugæ. Ambo hæc animalcula sanguinem venis exsugunt, sed pulex absconditè, studens ne videatur, exsugit vix guttulam, & eo instante, quò illam sentis, quos non motus contra illum excitas! quæris hic illic, & inventum intertimis iracundus: ceuses enim eum tibi sanguinem exsugere pretiosum. Sanguisuga verò extrahit integras libras, & ipse eam tibi admodum amantes. *Hi tantò sunt illis* testatur D. Chrysost. *deteriores, quanto ad euitandum difficiliores videntur, &c. In latronibus* Asserit D. Cyprian. *est verumque aliqua scelerum verecundia, & desertas solitudines eligunt. &c.* Horum verò: *Eorum auaritia palam fuit, & ipsa sua audacia tuta &c.* Expendamus illa verba: *Sua audacia tuta.* Quam hi quiescunt securi in domibus suis? quam liberè vbique circumuagantur? nec curiæ præpositum, nec vrbis timent satellites. Alter autem latrunculus, abiectus, timet, auxius viuit ob præsumptam audaciam, ob furto ablatos quatuor regales, pallium eius derogatum. Illi verò qui tutã prædantur audacia quam honorati, quam securi, quam liberi? *Sua audacia tuta*, soleo considerare, id quod contigit pulici & sanguisugæ. Ambo hæc animalcula sanguinem venis exsugunt, sed pulex absconditè, studens ne videatur, exsugit vix guttulam, & eo instante, quò illam sentis, quos non motus contra illum excitas! quæris hic illic, & inventum intertimis iracundus: ceuses enim eum tibi sanguinem exsugere pretiosum. Sanguisuga verò extrahit integras libras, & ipse eam tibi admodum

D. Chr. Ser. de malue. ur tudis Tom 5.

Hi Qui sunt sanguisuge.

nes, tibi retines, tibi conseruas in aquæ paropside: prætendis enim bene tibi faciat; at illa hæc minimè intendit: sed solum quærit tuo sanguine, quem ad id apperit suam satiare sitim. Sic se res habet: vilissimus latrunculus instar pulicis eripit tibi gallinam, de grege ouiculam, aut similes quisquilias; omnes in eum arma mouent, omnes eius aggrauant nequitiam, omnes eum ad supplicium adiudicant, omnes persequuntur; hunc si capiunt in malam crucem tollunt, aut virgis publicè cædunt, aut aures præscindunt, vt de cætero cognoscatur. Verumtamen latrones honorarios; qui magnis libris tibi ebibunt sanguinem, contractu vsurario, non occultè, sed toto spectante mundo, testibus, notarijs, publicâ scripturâ adhibitis, in medio fori, illos quæris, honoras, facta approbas, quibus securi viuunt venerabiles, & vestro sanguine incrassantur. Hos sic vt nemo melius, describit Spiritus S. calamo vatis Hieremiæ. *Quid niteris ostendere bonam viam tuam? In alis tuis* (legit Vatablus, *Sub veste tua*) *inuentus est sanguis animarum pauperum, & innocentum.* Fœditrage, qui niteris persuadere nobis, quòd benefactas pauperi vir misericors, & illi te studeas auxiliari; attolle paulisper laruam, & patebit te pauperis insatiabilem esse sanguisugam. Tales hi erant qui titulo peregrinis auxiliandi, eisque quæ ad sacrificia requirebantur, vendendi, alleuandi, ad templum animalia conduxerant, quasi dicerent. Huc illa adduximus, vt vestrum & laborem, & curam subleuemus. Habebant & ad manus pecunias, quas mutuo, aut in cambium darent, quasi qui vellent illis succurrere, qui sine pecunia accedebant, aut volebant illam alia permutare: verumtamen erant hæc omnia furta, vsuræ, & latrocinia.

Hiere. 2. 24.

§. 15. Speluncam latronum. *Deum illi sumebant nequitiæ suæ pallium, ipsis peiores Sodomitis: suffulciunt illam virtutis ornamento.*

38 *Domus mea domus orationis est vos autem fecistis illã speluncam latronum.* Voluit Christus horrendam illorũ exponere malitiam, his verbis, quod de templo Dei eiusq; sanctissimis sacrificiis, suis furtis ac latrocinijs pallium contexerent. Nefarium scelus sub titulo famulatus Dei, & sacrificiorum eius subsidii, conuehunt animalia sacrificanda, mensas erigunt nummularias peregrinis, ne pecuniarum defectu opus adeo religio-

religiosum intermitteretur, prima tamen intentio hæc erat; lucrari, ad vsuras dare, deprædari: & sub specie: quod Dei templo eiusque sacrificiis intenderent studiosi, illud auaritiæ crimine inhonestè violabant. Ecce scelus omnium pœne dixerim, quæ committuntur contra Deum, præcipuum, quod adeo Christum exacerbat, vt eum impellat ad sacinus tam illi non consuetum, nimirum vt ipse sit carnifex, ipse sit, qui propria illos manu fustiget: & quod illud? In Deum peccare, sub prætextu ipsi seruiendi. Ecce domicella illa, eo quod domi locum liberum suis concupiscentijs, suis assignationibus non habeat, marito nimis inuigilante, prætextum sumit Iubilæi, stationum, festorum, Ecclesiæ. Vsurarius, vt vsuras suas iustificet, & pauperculum inuertat, hæc ad eum; mihi fide, vt enim sum qui singulis Dominicis peccatorum instituo confessionem, cui summæ sit curæ æterna salus; ô vtinam confessiones, ac communiones non sumat, vt fidem suam alijs augeat, quò securiùs: ac liberiùs suas concludat decipulas De hoc grauiter Deus conqueritur: *Seruire me fecisti in peccatis tuis.* O praua generatio: heu! me vt cooperimentum assumpsisti: & seruire fecisti vt tertiam tuis sceleribus personam, & meo nomine, meo seruitio tibi præsidio fuisti, vt eo in scelera rueres audacior. *Isai. c. 43. 24.*

Hinc elicit D. Tho. declarationem illorum verborum satis intellectu difficilium, quæ dixit Deus per Prophetam Hierem. *Et maior efficta est iniquitas filiæ populi mei peccato Sodomorum, quæ subuersa est in momento, & non ceperunt in ea manus.* Bone Deus: quod scelus eo potest esse grauius? Tale enim fuit Sodomorum scelus vt eius grauitas in cœlum vsque vociferaretur, vindictam tantæ postulans nequitiæ, quin & ipse Deus descendit vt illos plecteret pro merito, & in momento nefandas subuertit ciuitates. Non illis immisit terrenos inimicos, qui eos obsiderent, & in manus captiuos raperent puniendos, sed ipse eos sulphureo mulctauit incendio. *Subuersa est in momento, & non ceperunt in ea manus.* Quod igitur in populo Dei accidisse potuit peccatum hoc grauius? Non loquitur de peccato populi sui secundùm speciem suam, sed secundùm quandam circumstantiam: nimirum, quòd peccatum suum titulo, pallioque regerent sanctitatis, & ipsum Deum assumerent suis nequitijs tegumentum, ac seruire facerent suis sceleribus mediatorem. Grauem irrogat marito iniuriam, qui abuti conatus eius vxore, ipso tamen inscio porro qui hoc attentaret *In c. 4. L. Thren. Thren. c. 4. 6.*

I. Sanctitas nequitiæ pallium.

interueniente ipso marito, cuius sibi amicitiam nomenque conciliaret vt tanto accessum in domum habeat liberiorem: indubiè grauius illum in hoc, quàm in primo offenderet. Detestabilis fuit illa Sacerdotum Bel nequitia, qui ad sua furta & ingluuiem Dei altari abutebantur, de sub eius fundamento sibi absconditum effoderant egressum & ingressum: ita vt altare, eorum celaret infandam peruersitatem: idque tam ingeniosè, vt nullus id agnosceret, donec tandem accurrerit Propheta Daniel, qui cinerem spargens eorum fraudes aperuit. O si Deus nobis tales destinaret Danieles, quàm multos tales detegeret, qui diuini altaris præsidio vtuntur in suis voluptatibus, curis, fraudibus, illoque sua furta, vsuras & auaritiam cohonestant: vt in illis Oseæ vaticinium impleatur: *Ara facta sunt ei in delictum.* Dan. c. 14. Ozee 8. 11.

Querelam Dei ponderare possemus contra illam quæ prætiosis & multicoloribus vestibus, à Deo sibi dono concessis, sua idola contegebat: *Et tulisti vasa decoris tui, de auro meo, atque argento meo, & sumpsisti vestimenta tua multicoloria, & operuisti illa.* Ille qui titulo iustitiæ sua tegit odia, & furentem palliat passionem, quà in eum sæuit à quo offensus est; ille qui prætextu, quòd cum illum Deus patrem fecerit, filijs suis debeat thesaurizare, suam in pauperes sæuitiam cohonestat; ille qui sub nomine pijoperis alicuius faciendi, seu monasterio auxiliandi, suam sanctificat cupiditatem, quò pauperculum suum opprimat debitorem. Ita perfidus Saul suam auaram condecorauit inobedientiam, titulo religionis ac sacrificiorum, & diuini cultus, greges Amalec alioquin occidendos, reseruando. 39 Ezech. 16. 17. 1. Reg. 15.

Pari modo, simili dolo patricida Absalon suam in patrem Dauid cooperuit rebellionem, simulachro deuotionis, quòd votum suum tenderet in Hebron impleturus, interim subditorum prouocat animos, vt in patrem insurgant perduelles. Sub pallio charitatis, & imagine defendendi miseram puellam, illam alter sua detinet domo, & si quando verò talem admones vt domo ejiciat lapidem vtrisque offensionis, respondet; se illam nolle diffamare, quàm si foris eliminet, actum est de eius honore & animæ salute: nullus enim illi manum porriget auxiliatrem. Liberet vos Deus à tali specie peccatorum, duabus de causis. Prima: sunt enim contra Deum grauissima scelera, & quantum ad illam circumstantiam, Sodomorum sceleribus atrociora, vt diximus & illa perpetrantes sunt illis similes blasphemis, qui simulantes se Christum vt Regem adorare, capiti

capiti eius spineam coronam imposuerunt, quâ caput ei terebrabant, ac cordis intimum penetrabant, quique sub salutationis nomine in eum conspuentes illudebant.

Secunda: eo quod peccata sint, quæ non corriguntur, ob quam rationem illa Spiritus S. vocat fortia. *Cognoui scelera vestra, & fortia peccata vestra.* Quando byssus est simplex de facili rumpitur, si verò illi assuas fortem suffulturam, hâc ita roboratur, vt tam difficilè rumpatur, atque ipsa suffultura. Peccatum tela est flaccida, *telas aranearum* illa vocat Spiritus S. quotiescumque quis peccatum aliquod committit simpliciter, sub nullo prætextu vt cognoscit perperam esse factum, & in animæ corporisque damnum vergere, Deum sibi aduersari, dæmonis esse se traditum potestati, pedem retrahit: hic sitam perpendens vitam luxuriosam, alter à prædicatore correptus, alter confessarij diligentiâ, dirumpit simplicem illam telam. Verumtamen quando virtute aliqua fulcitur, forte euadit peccatum: cum enim illâ se miser decipiat suffulturâ nedum hoc iudicat vitium, sed id quod in re vertate tale est, insuper vt virtutem veneratur: Parcat tibi Deus, ait Diuus Cyprian *quando miseris fiunt religiosa delicta.* Hoc Iudæorum erat crimen: offendit utem Christus, quantum hoc sibi displiceat, quàm illos salutis spe priuatos censeat, cum ipsis nec prædicet vt conuertantur nec eos moneat vt emendentur, nec tantum patiatur impudentiam, sed ideo vt vidit, nihil moratus, illos cœdit duro flagro ac tribus verbis quid agant explicat, latrunam in furtis, rapinisque detrahens, ait: *Feciſtis illam ſpeluncam latronum.*

Amos 6. 5. 12.

Isai. 59. 5. 11.

Quæ sunt peccata fortia.

D. Cyp. Epist. 1. ad Demetr.

§. 16. Sanauit eos. *Omnes infirmos curauit Christus in templo: locus enim est omnibus misericordiæ, vt dixit Dauid.*

¶ 40 *Et accesserunt ad eum cæci, & claudi in templo & sanauit eos.* Eiectis templo violatoribus, & loco sacro abutentibus, cœpit in eo Christus illuminare cœcos rectificare claudos, infirmis salutem impertiri: quasi dicat: Ecce ad quid erectum sit templum, non ad cupiditatem, vsuram, latrocinium, prophanationem & omne scelus; *Auferte ista hinc.* Domus est Dei ad quam acceditur, ad Dei misericordiam eiusque beneficia impetranda, vbi illa largitur manu adeo liberali, vt quotquot eò veniunt suis malis remedium quæsituri, certo certius illud consequantur, hinc videtis, in quem finem templa Deo consecrentur, & in quem finem voluerit Deus nos eis vti, scilicet, vt loca sint destinata, vbi ab eo postularemus supplices & obtineremus hilares Dei benignitatem, remedium nostris calamitatibus, paupertati nostræ subsidium, & salutem nostris infirmitatibus singularem. Notat Oleaster. *Numquam legimus, Deum instituſſe in hoc mundo domum iuſtitiæ, in qua reos puniret, aut saltem iudicaret, ſed cum ſit clemens domum, qua peccatis noſtris propitiaretur, inſtituit, non vnicam ſed pœne infinitas. Quot enim ſunt Eccleſiæ, tot ſunt domus propitiationis. Et erexit cornu ſalutis in domo Dauid, &c.* Sociauit Dauid præcibus nostris Dei misericordiam, quam si prostratus rogaueris, assequeris. *Benedictus Deus, qui non amouit orationem meam, & miſericordiam ſuam à me.*

I. Deus nunquam hic dolorum iustitiæ sed misericordiæ dedicauit. Ole. in c. 25 Exod. Ps 65. 20.

Hoc optimè declaruit virorum sapientissimus, quando constructô illo permagnifico templo, non æstimabilibus diuitiis auro, argento, gemmisque pretiosis toti orbi admirando, hoc primum declarauit, (teste Spiritu S.) hoc se templum, non erexisse, quasi eo Deus indigeret cum illi nulla deficiat domus, incolit enim orbes illos cœlestes: cuius tanta quoque sit maiestas vt nec illi tantæ sint capaces magnitudinis. Secundum protestatur: se hoc erexisse templum tantummodo in commodum nostrum, vt in eo Deus, tamquam in propria moraretur domo, & hoc Dei noscemus esse habitaculum, vt eò recurreremus auxilium nostris necessitatibus precaturi. *Vt ſint oculi tui aperti ſuper domum hanc die ac nocte de qua dixiſti: Erit nomen meum ibi, vt exaudias in loco iſto, orationem ſerui tui, & populi tui Iſrael ſi peccauerit homo, &c. Et venerit coram altari tuo in domum tuam, tu exaudies de cœlo, &c. Si fugerit populus tuus inimicos ſuos, &c. ſi clauſum fuerit cœlum, & non pluerit propter peccata noſtra,* &c. Perpendit D. Basil. Illa Dauidis verba: *In templo eius omnes dicent gloriam* in illis colligens quid nobis agere conuenit in templo: nimirum glorificare Deum, illum laudare ac honorare: ad hoc, & non ad confabulationes, dissolutiones, irrisiones, cachinnos &c. templum Deo consecratur.

3. Reg. 8. 29. & 2. Paral. 6. 21.

Hom. 15. in Ps. 28. Ps. 28. 9.

Porrò declarat Dauid quid interſit inter domum Dei, & Regum terræ palatia: In his etenim multi ad fidera Regem laudibus extollunt, pro beneficiis sibi collatis gratissimi, sed hi non omnes: cum in his sint ergastula, in quibus miserè torquentur male factores, furesque puniuntur, hi verò gemunt, conqueruntur, lachrymantur. In domo autem Dei, omnes habent,

41 ¶

vnde Deum glorificent. *Omnes dicent gloriam*: eò quòd in Dei domo castigatur nemo, nemo torquetur, nemo condemnatur, at omnes misericordiam, omnes peccatorum obtinent remissionem, doctrinam, dona, Sacramenta. Hic te paruulum baptizant, peccatorem absoluunt, ignoranti prædicant, esurienti panem ministrant cœlestem, plenarias largiuntur indulgentias. Vnde colligas præ cæteris magnum hoc esse Dei supplicium, quando templa nobis auferuntur. Stupendum terriculamentum Dei lego apud Ozeam, quod subtiliter expendit Abbas Rupertus. Huic Deus præcipit, vt prædicet, & vocem suam instar tubæ exaltet testetur Deum grauiter eorum peccatis exacerbatum, qui proinde proposuerit locum tradere inimicis, vt irruant velut aues rapaces super domum suam: *In gutture tuo sit quasi tuba.* Insonet guttur tuum vt tuba sonora, quæ sonum emittat canorum intelligibilem, qui ab omnibus distinctis audiatur. Domine quid dicam: *Quasi aquila super domum Domini, pro eo quòd transgressi sunt fœdus meum, & legem prauaricati sunt.* Prædico vobis, quod propter peccata vestra, velox aderit inimicus, vt aquila rapax prædæ inhians super domum meam, illam destructurus. Quid Domine: quale est hoc illis supplicium, & pœna quâ illorum diruis domos, funditus euertis, vt veniant hostes, qui eas solo adæquent; porro vestram diruant, non illorum at tuum dixero nocumentum? Hoc mihi neutiquam nocet (ait Dominus) sed illis hoc est grauissimum damnum: est enim domus mea, refugij locus asylum tutissimum, obtinendi peccatorum remissionem, vitam & misericordiam: si hæc illis auferatur, sibi persuadeant omnia illis deficere. ac proinde meam euerti domum, nihil aliud est, quàm omnium bonorum, ac benedictionum fontem illis obturari. Hic cœci illuminantur, claudi saliunt vt vituli de armento, infirmi solidantur, ægroti sanantur omnes, *Sanauit eos in templo.* Huc festinus accurre, dum premeris angustiis, vt tibi Deus intellectum illuminet, accendat voluntatem, tuos mortificet appetitus, tuam sanet animam, tuos suppleat defectus, tuasque curet medicus infirmitates.

Osee 8. 1.

§. 17. Numquam legistis: Ex ore infantium &c. *Maiorem vim habuit vox infantum; quàm Danielis; quam vt talem expendit propheta rex Dauid.*

Videntes autem Principes Sacerdotum, & Scriba mirabilia quæ fecit, & pueros clamantes in templo, & dicentes: Hosanna filio Dauid: indignati sunt, & dixerunt: Audis quid isti dicunt? Viderunt mirabilia quæ in templo operabatur Christus, & omnia illis fuerant vt claui in oculis præ nimia inuidia: verum id quod præ ceteris illorum torquebat animos, hoc fuit singulare; & in Christi laude præcipuum quod puerili matrum vberibus suspensi, transeunte Domino, conuersa facie ad illum, vt laudæ, reguli, philomelæ cœlestes, decantarent, gloriam ac triumphum, eum confitentes vt Deum, Regem, Dominum & Saluatorem: *Hosanna Filio Dauid.* Ad rem expendit D. Chrysost. Quod ex Dei consilio, præsidens Dauid spiritu Prophetico hodierum miraculum esse illud, quod illis Christus reuocat in memoriam, & iam impletur. *Ex ore infantium & lactentium &c.* vt intelligeremus non simplicem tantum populum vocari in scriptura *Infantes*, sed pueros sugentes vbera, in quibus ipsa natura nihil simile quid poterat operari? Hoc (inquit) fuit supremum quoddam miraculum, & Christo proprium huic occasioni reseruatum. Si mortuos ad vitam reuocauit, reuocârunt & Prophetæ, si leprosos mundauit, mundauit Naaman Syrum Eliseus: Si dæmones eiecit, Dauid quid simile egit: licet eorum nullus, vt Christus, nihilominus facta fuerunt opera talia: *Illa quidem* (ait) *etiam ante facta sunt, & si non sic, tamen facta sunt.* Hoc autem mirabile, numquam: erat enim soli Christo reseruatum: quocirca dixit Moysi dum se ne legationem obeat, excusat, vt balbum, hoc esse opus sum: *Quis fabricatus est mutum & surdum, videntem & cæcum.* Et ipse Isaias: *Quidat linguæ expeditas iis qui sunt impediti oru lingua.* Ita hunc locum legit D. Chrys. & alia huic proposito conformia perpendit. Hinc quoq; declarat hæc verba: *Perfecisti laudem.* Alij sic exponunt, quod dicere voluerit, nascente Christo in mundo, cantârunt Angeli de cœlo diuinas eius laudes. *Facta est cum Angelo multitudo militiæ cælestis laudantium Deum & dicentium: Gloria in Altissimis Deo.* Ne verò dixeris testimonium hoc laudis tibi non satisfacere, vtpote cum sit familiarium domus, & duci

D. Chr. In Psal. To. 1. Psal. 8.

Exod 4. 11.

Isai. 1. 32. & 35.

Luc. 2. 13.

duci possit in suspicionem vel quod voces illæ fuerint Phantasmata formata in aëre, inter noctis tenebras, ideo huic incepto cantui Angelorum hodie vltimam addunt perfectionem Angeli terreni, pueruli lactentes, tam simplices, & ob omni suspicione prorsus alieni, vt eorum nequeat peruerti sinceritas, vel vlla quamlibet astuta ac tagaci malitiâ corrumpi simplicitas, nec obiici potest phantasticas fuisse formationes inter noctis caliginem, sed cum ipsos suis cernant oculis, media luce, & suis audiant illos auribus Dei facta laudesque personantes.

43 Adest opportunè D. Ambr. In illud *Pastores venerunt festinantes &c.* Considerat, & quàm congruè venerint pastores, vt personæ Christi primi fierent testes. *Non mediocre fidei hoc videatur exemplum, quòd vilis sit persona pastorum: certe quo vilior ad prudentiam, eò præcipior ad fidem.* Magnum est simplicis plebis testimonium, sine fuco, sine dolo: in hoc autem cum primum locum obtineant lactentes, pariter & eorum testimonium præcellet, quo suis laudibus, & confessionibus, de Christo Domino testantur encomiaste. Explicant alij, quòd hic Dauid cœleste aperuerit mysterium, licet prædicto non adeo dissimile. Allato per virginem matrem Christo puerulo in templum, præordinauit Deus, vt eum ibidem annis grandæui præstolarentur, qui, quis esset qui templum adiret, testarentur, maiestas eius quanta, quanta diuinitas in tantillo corpusculo lateret abscondita. Ita Spiritus S. ipso die Purificationis Virginis puriſſimæ præuenit, ac præmonuit Simeonem seniorem, vt eum in templo expectaret aduenturum. *Et venit in spiritu in templum.* Quocirca vt eum vidit, cordis vnis flammit, cœpit vt cygnus pueruli laudes decantare: *Nunc dimittis seruum &c.* Erat & ibidem Dei instinctu Anna Prophetissa octoginta annorum ætate decliuis, adeo in omnibus pietatis operibus instructa, adeo in diuinis mysterius illuminata, vtpote quæ tot vitæ annos orationibus ac ieiuniis ipso in templo impendisset; publicum illa de Christo reddidit testimonium: *Loquebatur de illo omnibus, qui expectabant Redemptionem Israel.* Deus puer est, infans, èlinguis, non loquitur, adsunt seniores, prudentes, sapientes: *Quia in antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia.* qui illum prædicent, collaudent, contestentur. Eius præconium inchoârunt seniores, ipso adhuc puerulo: modo verò quando proiectiores est ætatis, & per se loquitur ipso ad vltimam metam properante, perficiunt pueruli, & vltimam eius encomiis achibent manum, & testimonium auditur irreprehensibile, irrefragabile. Hoc est autem illud prodigium, quo Christus suas obseruauit laudes, & confessiones suæ Diuinitatis (ait D. Chrysost.) qui cum puerulus esset & èlinguis suam prædidit potentiam linguas dirigens seniorum: modo factus adultior, eandem ostentat linguas soluens oraque patuulorum.

Ad clariorem declarationem prædictorum Dauidis verborum varias expendit lectiones ex Hebræis: vbi enim nos legimus: *Perfecisti laudem*, legunt alii *Fundasti laudem*: q. d. Quòd laus hæc fuerit fortissima petra, quâ Christus se Deum ostentabat, & suos efundabat applausus. Alij denique: *Constituisti robur*: Nullum quippe fortius illo robur, quò Christi confundantur inimici, ipse verò extollatur, ac proinde illud tahquam vltimum apposuit: omnium enim Christi miraculorum fuit hoc vltimum: quò manum vltimam, & coronidem eis quæ patrauerat in suæ Diuinitatis testimonium imposuisse videatur.

Notat insuper D. Chrys. quòd subtiliter ac præclarè cecinerit vates Rex: *Vt destruas inimicum & vltorem*, Attende (ait) quo vergebat illud ex Dei consilio miraculum. Perspicuè & ad oculum hic describuntur Principes ac Sacerdotes, qui paulo ante Christum morti deuouerant, quos neruosè vocat *Inimicos & vltores* Vltores dicit: eo quod hoc principaliter intenderent, populo persuadere, quòd Dei iniurias vlciscerentur, ac proinde se Christo prodesent inimicos, vtpote honoris Dei viri zelosi, quòd & ipsi Christo dixerunt, hanc esse suæ in illum persecutionis rationem, quòd sibi indebitum, Deo autem debitum honorem superbus arrogaret: *Quia tu homo cum sis, facis teipsum Deum* Quod iterum D. Ioannes apertius dicit: *Propterea quærebant eum Iudæi interficere: quia Patrem suum dicebat Deum, æqualem se faciens Deo. Inimicum & vltorem* (ait D. Chrys.) *dicit populum Iudæorum, qui præferebant hoc facere, tanquam patrem vlciscentes.* Hoc miraculum (ait) factum fuit propter ipsos nominatim, in suæ Diuinitatis claritatem argumentum, non vero vt crederent, iam enim patebat eorum extrema, & irremediabilis pernersitas: oculi enim eorum excæcabantur, ne eum agnoscerent, & impletum est vaticinium Isaiæ, teste Diuo Ioanne: *Excæcauit populum suum*: sed, *vt destruas* id est, *vt confundas* Propter illos igitur factum est hoc miraculum. Alia fecit Christus, in gratiam & beneficium illorum, qui ea recipiebant: hoc autem in suorum inimicorum

44 I. Principes dicuntur à Dauide Dei vltores.

Ioan. c. 10. 33. *Ioan. 5. 18.* D. Chr. Tom. 1. *Psal. 8.* *Isai 6. 10.*

rum confusionem maximam. *Alia non propter inimicos facta sunt, sed vt accedentes beneficium acciperent, vt docerentur alij: hoc autem, vt cor inimicorum obstrueretur.* Alij legunt, (vt notat D. Chrysost.) *Propter alligantes te*: quibus verbis Dauid perspicuè declarat hos Principes reprobatos, qui Christum iam cruci addixerant, & mandata proclamârant, vt eum captum, ac vinctum traheret, quicumque potuisset, Ecce petiuri, in quem tanta molimini, quem quæritis alligare, qui mutas infantium linguas nouit de-
Sapia c.10 ligare, *Qui linguas infantium facit disertas.* Apud alios lego: *Vt cessare facias inimicum*: Erat hoc sufficiens miraculum, quò à tam damnabili proposito ac malitia resiliret, qui eam adeo cordi non habuisset, vt diabolus, muisceram.

Totus populus contra pudicam Susannam conspirabatur, quam contra iuris ordinem morti adiudicarant seniores illi vt lapidaretur, seniores iniquam, magis malitia, quam ætate, & iam omnes congloueratis lapidibus adibant vt eam illis præfocarent. At vero Deus Spiritum excitauit iunioris Danielis: qui lactens non erat infantulus, sed excesserat ex ephœbis & adolescens duodennis, illis autem rapido furoris sui cursu delatis vt sententiam exequerentur iam latam ac denuntiatam vocem attollit & Susannæ prædicat pudicitiam, innoxium clamat fundi san-
Dan.c 13. 46. guinem: *Mundus ego sum à sanguine huius.* Tanta valuit iunioris huius vox autoritate, vt gressum cuncti sisterent, quærerent, quis ea diceret, quis illum moueret, quò fundamento, & in tribunal reuerterentur, eam causam denuò tractaturi, quàm iniustè definierant, quo factum vt & pudicæ Susannæ pateret innocentia, & iudicum seniorum incorrecta malitia. Admirare in quem finem Deus spiritum excitet puerorum, moueatque linguas innocentium. Erant hi pueri Daniele iuniores. *Lactentes.* Quis horum potuit mouere spiritum? quis illam excitare puritiam?
Psalm 8. quis illas dirigere linguulas nisi Spiritus S. *Ex ore infantium & lactentium perfeci laudem.*

Perfectior multo est Christi laus, ea quam proloquitur Daniel de Susanna, quia manifestè, & explicitè eum protestantur esse Deum, Dominum, Redemptorem, & Messiam: Ad quid? *Vt cessare facias inimicum*; in itinere & proposito suo, quo iam cæpit Christum perdere, quem morti dediçarat, vt equos illos effrænes detineat in cursu suo procurrentes. Et valde congruè declarat hoc Christus, cum enim ipsos hoc miraculum præ cæteris percelleret attonitos, ficut illa quæ Christus operabatur, oleum erant eorum malitiæ incendendæ, quò vehementiùs frendens eorum incalesceret inuidia; hoc eos tam ardenter inflammauit, vt mortali rabie furentes, in Christum conuersi, interrogent fastuosi: *Audis quid isti dicunt?* q.d. vt quid adeo dissonas vocas pateris, voces adulatorias, acclamationes indecentes? Respondet illis Christus: *Vtique. Num quam legistis: quia ex ore infantium,* &c. q.d. (interprete D. Chrysost.) *Vtique* illas audio: Vestrum erat illas audire: non enim propter me, has voces disposuit Spiritus S. sed in gratiam, in salutem vestram. *Vtique* illas audio: sed in hoc maximè prodessent, si vos illas audiretis. Dicere poterat, quod paulo ante dixerat: *Hæc vox non venit propter me, sed propter* Isai.12. 30.
vos. est vtique Spiritus Patris mei, qui eam formar ad implens regis prophetæ vaticinium, mirum quod vltimum, perfectum, securum, & indubitandum laudis filii sui testimonium, daret per infantium linguas, elinguium acclamationes, & vota pusionum. Cum ergo hoc vobis non satisfaciat, non est quod vlterius progrediamur, nec aliud supersit agendum; ac proinde, *Relictis illis, abijt foras extra ciuitatem*, & quadam vultus mentisque commotione: quasi expresso signo illos vt reprobos deserens, & omni spe salutis denudatos, secessit, ad ficum non habentem fructus, cui maledixit, quæ continuo à radicibus exaruit: vt omnibus innotesceret, nihil ab illa boni sperandum vlterius, nisi vt succidatur, & in ignem mittatur aduten'a. Audistis hæc charissimi? Has voces intellexistis? Mirabilia hæc vidistis? Scitote hæc omnia in vestrum fieri emolumentum: quod si in tantum creuerit malitia tua, vt in mentis tuæ curia Christum morti deuoueris, proponens eum grauius offendere, vel illum tuis sceleribus persequeris incorrectus, vel funibus astrinxisti peccatorum: reuertere retrorsum, attende maturius in quem audax moueris, quem offendas præsumptuosus. In te conuertere, saniora conclude consilia, quæ sint tibi in salutem, vitæ correctionem, peccatorum indulgentiam, dispositionem ad Dei gratiam & misericordiam impetrandam, & æternæ gloriæ consecutionem. Amen.

SVM-

SVMMARIVM

HOMILIÆ OCTAVÆ SEQVENTIS.

DEscribit Euangelium Scribas & Phariſæos, accedentes Chriſtum & ab eo petentes ſigna, quæ Chriſtus illis denegat *a*. Rationes declarat ipſe Euangeliſta *b*. Prima: quod acceſſerint, *Tentantes eum c*. vt olim fecerant patres eorum annis quadraginta *d* quorum malitia dæmonis ſuperat malitiam tentatoris *e*. Secunda: quia generatio eſt praua, tortuoſa, peruerſa *f*. Tertia: quia generatio eſt adultera *g*. Quarta: quia ſigna petunt de cœlo, quibus facile eſt imponere calumniam *h* & ſine vllo fructu *i*. Optimo iure illos repellit, vtpote ſuperbos in profundum maris & terræ viſcera *k* illos quoque confundit exemplo Niniuitarum *l* & Reginæ Saba, quibus nos quoque inſtruit *m*.

a §. 1.
b §. 2. 3.
c §. 4.
d §. 5.
e §§. 6. 7. 8.
f §§. 9.
g §§. 10.
h §§. 11.
i §. 12. 13.
k §§. 14.
l §§. 15.
m §. 16.

§. 1. *Obſtupeſce Chriſtum retrogradi, vtolim Sol tempore Ezechiæ retrogreſſus eſt, cauſam inquiramus.*

§. 2. *Non commouetur Chriſtus, eo quod ſigna petant, quinimo non petentes, fert moleſtè.*

§. 3. *Non offendit Chriſtum, quod Magiſtrum vocent, nec quod multiplicata quærant ſigna.*

§. 4. Acceſſerunt tentantes. *Tentant hi Chriſtum, vt patres eorum, quia poſt congeſtas blaſphemias, ab eo requirunt beneficia:* Generatio mala.

§. 5. Volumus ſignum. *Chriſti miracula vilipendunt, & vt homines derelictos eos Oſeas deſerit, igni reſeruantur, vt leproſi veſtimentum.*

§. 6. *Præcurrunt illi malitiâ diabolum, ſicut alij meritis & ſanctitate ipſos Angelos.*

§. 7. *Sicut in illis connectitur malitia ſtultitiæ, ſic ipſum diabolum longè præcurrunt.*

§. 8. *Grauior eſt Phariſæorum malitia, quàm ipſius dæmonis: hoc autem patet in Iob, & Chriſti paſſione.*

§. 9 Generatio praua. *Phariſæi generatio præpoſtera, velut horologij magiſter, qui velet, vt motus ſolis ſuo ſe horologio conformaret.*

§. 10. *Sunt Phariſæi, generatio præpoſtera, Sanctorum vero recta, & ſicut illa eſt pœnæ ſcaturigo, ita & hæc gloriæ principium.*

§. 11. Generatio adultera. *Sunt Phariſæi generatio adultera, qui ſponſum ore celebrant, & amicum corde. Hyenæ Hieremiæ ſimiles.*

§. 12. Signum quærit. *Quater ſigna de cælo petierunt: quæ erant talia, quæ faciliori ratione poſſent adſcribi diabolo.*

§. 13. Signum non dabitur. *Signa petebant, quæ admirationem tantummodo mouerent, ab intentione Chriſti prorſus aliena.*

§. 14 *Petit mundus ſignum in aëre, cuius vires ſunt, ſicut tauri, Chriſti verò ſunt vnicornis.*

§. 15. Signum Ionæ. *Detrudit Chriſtus ſuperbos illos in profundum, qui cœlum ſcandere nitebantur.*

§. 16. Viri Niniuitæ. *Omnes Niniuitæ, vixiſſuerunt, de quorum pœnitentia & Reginæ Saba ſapientia conſcribitur aptum medicinale Recipe.*

HOMILIA VIII.
DE MALA GENERATIONE.

Secundo die Mercurij Quadrageſimæ.

Tunc reſponderunt ei quidam de Scribis & Phariſæis, dicentes: Magiſter, volumus, &c. Matth. 12.

☞ 1 VIdemus hodie Chriſtum, acriter ſtomachabundum, & eum nobis depingit Diuinus Euangeliſta Matthæus adeo nauſeabundum, vt eum ipſe eſſet, prout Dauid eius pater teſtabatur, cuius labia fontes eſſent perennes dulcedinis ac gratiarum: *Pſal 44.3.* *Diffuſa eſt gratia in labiis tuis.* Modo tamen videatur, labia habuiſſe plena amaritudine, indignatione, & verborum aſperitate: è quibus prodeunt duriſſimæ increpationes, terribiles contra populi ſui viros primarios comminationes qui eum de quibuſdam ſignis accedebant interrogaturi; quos primo acceſſu excipit, vt prauos, adulteros, peruerſos. *Generatio prauа & adultera*; demum altiùs rem attollit, eoſque compellat progeniem maledictam in ſuperlatiuo gradu. *Sic erit generationi huic peſſimæ.* Quibus nedum petita concedit, ſed à ſe dedignans eos expellit, omnibus deuouet diabolis, à quibus eos aſſerit deperdendos. Nec immeritò. Attento enim eorum pulſu, vt veridicus medicus, adeo malitioſam eorum inuenit infirmitatem, vt ex remediis, acerbarentur, & in venenum illa conuerterent. Ecce quàm irremediabilis ægritudo. Vidit eos tam peruerſæ, malitioſæ, & diſtortæ naturæ: vt bona præclariora illis officiant: clarioribus Solis radiis obtenebrentur, ignis diuini calore infrigidentur, beneficiorum ſuauitate magis obdurentur, luce clariſſima obſcurentur, vitæ fontis torrentibus exſiccentur & adurantur ex bonitate malitiâ repleantur, immerſi abyſſo & profundiſſimo pelago mirabilium, prodigiorum, miſericordiarum in ſummæ calamitatis ac miſeriarum pelago miſeri ſuffocentur: ex menſa diuinis ferculis abundantiſſima ſurgunt, ac diſcedùt fanè canina rabidi: vt eis optimè conueniat, illud Dei terriculamentum ex ore Vatis Michææ. *Tu comedes, & non ſaturaberis* *Mich. 6.* *& tu calcabis oliuam, & non ungeris oleo & mu-* 1. *ſtum, & non bibes vinum.* Præparauit illis Deus menſam omni prodigiorum genere redundantem, cui aſſiderent, ſuos paſcerent oculos intellectus; in vitæ ac ſalutis alimentum; & parum eſt, quòd illis nihil hæc menſa contulerit beneficij; ſed & inſuper ex ea laqueum ſuæ damnationi lapidem offenſionis, & petram ſcandali, quo ſibi offenderent oculos, eduxerunt. Iuxta illud Dauidis: *Fiat menſa eorum coram ipſis in laqueum, &* *Pſ. 68. 23.* *in retributiones, & in ſcandalum.* Coram eis Chriſtus plurima ediderat miracula, & inter ea præcellens aliud permagnificum, & in vno multiplex, nam vno actu, viſum, auditum, loquelam homini reddit, quem his omnibus dæmon priuauerat ſenſibus.

Et qui corrigi ac illuminari debuiſſent, & credere Chriſti poteſtatem eſſe de cælo virtutemq; eius omnino diuinam, excæcantur, de illo ſpargunt, eſſe necromanticum, poteſtatem hanc nactum à dæmone, cuius virtute mirabilia hæc operetur, eoque veniunt audaciæ, vt accedant, quærant, quòd ſi ab iis talis haberi velit, qualem ſe gloriatur, det eis ſignum maioris notæ, quæ enim hactenus ediderat, minora eſſe miracula, quorum duodecim vix libram appendant. Magiſter, inquiunt, licet populo ſatisfacias, qui vt vulgus indoctum, paucis conquieſcit: nos verò vt viri docti & honorarij, qui res penitius intuemur, nec duci nos ſinimus rebus leuioribus, volumus à te magni ponderis miraculum, opus magnificum de cælo ſurſum: non enim minoribus operibus de terra deorſum conquieſcimus. Audit illos Chriſtus, & tam impudenti petitione commotus, ad circumſtantes conuerſus, qui plurimi adſtabant, voce canora, quam omnes intelligerent; An non videtis (ait) ſobolem iſtam peſſimam, quibus accurrat, quæ petat miracula, quæ ſigna poſtulet? Vero

Vero verius, illis aliud non dabitur signum, nisi Ionæ Prophetæ. Ex hac occasione procedit Christus, illisque æternæ damnationis intimat sententiam; quasi quorum diabolus iam plenam obtineat possessionem; & discursum suum concludit: declarans quòd vt matrem, fratres ac sorores habeat eos, qui patris sui fecerint voluntatem; Hoc in nobis implebitur diuinæ gratiæ subsidio, quam intercessione Reginæ cælestis imploremus, eam piè salutantes. *Aue Maria.*

§. 1. *Obstupesce Christum retrogradi, vt olim Sol tempore Ezechiæ retrogressus est, causam inquiramus.*

1 DIonysius Areopagita, diuinus Astrologus (Refertur in Glossa ordinaria) non tantùm ob frequentatas Athenas, quantùm ob perceptas D. Pauli lectiones, censuit quod licet sapientis non sit admirari, vt ait Aristoteles, se tamen sapientissimos Babyloniæ Principes, de monstratum: quando summo stupore perculsi admirati sunt solis retrocessum tempore
4 Reg. 20. Regis Ezechiæ (vt narrat Spiritus S.) ad hoc enim maxima mouebantur ratione. Nota cunctis legitur historia, quam idcirco sæpe numero sacer textus commemorat. Infirmabatur in Hierusalem Rex Ezechias, cui Vates Isaias ex ore
4 Reg. 20. 2. Dei vicinæ mortis indicat horam: *Morieris tu & non viues.* Conuersus ad parietem ingemuit Rex ac fleuit: Diuinam imploranit misericordiam, cuius misertus Dominus latam reuocat sententiam, vitæ dies ad quindecim annos extendit. Vt vero illi huius promissionis fidem astruat: hoc ei dat signum: vt Sol, qui iam cursu velociori tendebat ad Occidentem; nec ab expleto cursu multum aberat, ita retrocederet, & quasi præteritam viam repeteret, umbramque reduceret per lineas, quibus iam descenderat in horologio Achaz: æquè ac si à quarta vespertinâ, retrogressus esset ad sextam matutinam: adeo vt cum dies vergeret ad occasum, cœperit de nouo reclarescere.

Vt autem erant eminenter sapientes Principes Babyloniæ, & suis Astrolabiis cælorum motus metiebantur, solisque passus considerabant, Solem fuisse retrogressum, annotarunt: Admirantur: Quid hoc? quòd Sol tantum fit retrogressus, & repedarit diei iter quod iam confecerat? qui cum iam proximus esset Occidenti, versus Orientem remearit? quæ manus adeò fortes? Quid huic oppositum, quod nedum potuerit illius cursoris Gigantei detinere velocitatem, verum & insuper ad regressum compulerit? Hoc prodigium adeo sunt admirati, vt Babylonia Hierosolymam miserint legatos: *Vt interrogarent de portento.* Nec sine causa admirati sunt, (ait D. Dionys.) & causam tam insoliti, & præternaturalis prodigij, quale erat solis retrogressus, scisciti sunt. Maior longè nobis hodie ratio suppetit admirationis, dum solem nostrum cernimus contra consuetum suum cursum in tantum retrogradi. Sol Diuinus est Christus, vt ipse sibi nomen imponit: *Ego sum lux mundi.* testante D. Augustin. Deinde sub eodem Hieroglyphico cum cælestis Pater orbi condixerat mittendum; per Prophetam: *Vobis timentibus nomen meum orietur Sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius:* Tam celer, vt Dauid figuræ inhærens, dicat: *Exultauit vt Gigas ad currendam viam: à summo cælo &c. nec est qui se abscondat à calore eius.* Cuius veritatem nobis insinuat eius Apostolus D. Petrus, dum de Christo testatur. *Qui pertransiit benefaciendo, & sanando omnes.*

2 Paralip. 32. 31. Ioan. 8. 12. Tract. 34. in Ioann. Malach. 4. 2. Ps. 18. 6. Act. 10. 38.

3 Alludere videtur D Petrus ad id, quod de Sole prædicat Ecclesiasticus, eius extollens pulchritudinem, actiuitatem, & celeritatem *Sol vas admirabile opus excelsi Festinauit iter;* pariter exponit beneficium, quod omnibus illo itinere præstat creaturis, vt quasi ipse eas inuestiget, suam communicet lucem, & cum illa virtutem, quâ quæque secundum speciem suam, ac naturam indiget creatura. *Sol illuminans per omnia respexit, & gloria Domini plenum est opus eius.* Virtutem enim dat terræ herbas germinandi, arboribus fructus producendi, animalibus catulos generandi, & educandi. Ecce sol noster Diuinus; *Qui pertransiit benefaciendo, & sanando omnes.* Mundum percurrit totum, totis manibus effundit beneficia, cunctorum vota petentium exaudit: Cœco præstat, vt videat: leproso, vt mundetur: claudo, vt ambulet: paralytico, vt cerui leuitate currat: mortuo, vt resurgat: denique cunctos inuitat, omnibus se liberalis ac beneficus offert: *Venite ad me omnes, qui laboratis &c.* Hodie verò cernimus & admiramur solem illum diuinum, non tantum in cursu suo sistentem, sed remeantem, vsque ad vltimam lineam, qui nedum diuinos suos recolligat radios, id est miracula sua suspendat, sed illa petentibus neget, nec id quidem pro parvo temporis interstitio, sed pro semper. *Signum non dabitur ei.* Parum est quòd illa petentibus neget, insuper & eos pudore confundit, verbis aggreditur acerbioribus: excipit vt generationem malam, imo pessimam, homines quibus omne paratur malum, homines ira-

Eccl. 43. 2. 6. Eccl. 42. 26. Matt. 12. 28.

ita Dei vindictæ expositos, vt misereatur sint; homines inauspicatos, quos diabolus sibi prædam aufert sempiternam. Quid hoc Domine? Ex quo talis? An non ille, quem Pater æternus Moysi promittens, hoc nomine compellat *Omne bonum?* *Ostendam tibi omne bonum?* Si boni natura ea sit, vt se aliis quoque cõmunicet, & quò maius bonum, magis se communicet, quomodo teipsum aliis negas? Dum te tua describit sponsa, membratim de tuo sic proloquitur gutture: *Guttur illius suauissimum.* Legunt Septuaginta: *Guttur eius suauitates*: Fons omnis dulcedinis. Notat D. Gregor. Guttur esse quoddam concauum, vbi vox formatur, quam ore exprimimus. Et sicut, si in concauo saccari formaretur fons, quanta inde manaret aqua, dulcissima foret: Ita cum sponsi guttur sit concauum totius dulcedinis, quotquot in eo verba formabuntur, per os exprimenda, ipsa sit oportet suauissima, imò ipsa dulcedo. Qui igitur fieri potest, vt modò prosiliant verba adeo amara, adeo desolatoria? quæ hæc tanta nouitas? Quis te, ô Sol cælestis coegit, adeo de solito cursu suo retrogradi? Admiremur & nos, vt illi Babylonici Sapientes solis hunc regressum: & huius portenti causas inquiramus.

Exod. 34. 19.

Cant. 5. 16.

Orat. 14. in Cant.

§. 2. *Non commouetur Christus, eo quod signa petant, quinimo non petentes, fert molestè.*

4 OMnes Sancti tractantes præsens Euangelium, inquirunt, quid hic interuenerit, occasionis, quòd adeo Christum commouerit. Quid est quod ei bilem mouerit? quid tam acriter eum momordit? quid tam amarum reddidit, pupugit, exacerbauit? Philosophemur. Num forte stomachatus est, eo quod accesserint signa petentes? Minimè; quia absit vt Deus stomachetur eo quod quidquam ab eo postules, quin potius, angorem illi præbes, dum nihil postulas. Mulier cuius vbera sic lacte turgent, vt crepent, & sponte distillent, filio non stomachatur, quòd illa requirat. Quàm repleta & turgida sunt duo Dei vbera, exuberant potestate, exuberant voluntate, quæ sponsa tantopere commendat. *Meliora sunt vbera tua vino.* Conquiescit Deus, quoties ad illa accedis vbera, quoties eius requiris beneficia, & nostro modo loquendi, conqueritur, quòd nullus sit, qui ea desideret. Hinc ortæ sunt querelæ illæ, quas Vates Isaias impio Regi Achaz proposuit: Mirum anxiabatur Rex ille totus animo consternatus, eo quod duorum potentissimorum Regum, scilicet Rasin Syriæ, & Phacee Regis Israël exercitibus obsessus teneretur. Adest Propheta Isaias, ait: Rex, Deum inuoca, & in tessseram, quòd tibi desideratam concedat libertatem, *Pete tibi signum* &c. quodcumque placuerit: Respondet ille; *Non petam, & non tentabo Dominum.* Legunt alij: *Non petam, & non glorificabo Dominum.* Quando quis aliquo indiget, aut necessitate coarctatur, nec inuocat Deum, auxilium postulans, eum inhonorat, ei est iniurius: quia aut eius denegat potentiam, quâ illi succurrat, aut derogat voluntati illi petita concedendi. Si eius denegat potestatem, accusat vt defectuosum & pauperem. Si potestatem credit, & voluntati derogat, vt illiberalem, & vilem eum inhonorat: quia inter nos, qui habet quod det, nec dare vult, vt talem accusamus. Indignatur Propheta, atque: *Audite ergo domus Dauid: Numquid parum vobis est, molestos vos esse hominibus, quia molesti estis & Deo meo?* Septuaginta legunt: *Angorem præbuistis Deo meo.* O perfidi; qui Deum ad summas redigitis angustias, eum non rogantes, eius portis non insistentes, vt vobis necessaria postuletis. *Angorem præbuistis Deo meo* Deus meus, quis te potest coarctare? Quis tibi potest esse grauis, quis importunus? quis comprimere, quis angustare? num forsan ad similes Susannæ redactus angustias, vt exclames: *Angustia mihi sunt vndique?* Idem Propheta Isaias nobis hoc declarat Deum nobis nostro modo loquendi, describens, quasi cogitabundum, anxium, querulum. Et ob quam causam? quia nullus ad eum confugeret. *Et vidit, quia non est vir; & aporiatus est, quia non est, qui occurrat.* Hoc verbum, *Aporiatus est*, Græcum est, adeo particularis significationis, vt quoties Latinus interpres illud offendit, non transferat, sed ita vt sonat, exprimat: & dicere possemus, quod significet hominum perplexum, sollicitum, consternatum. Talem se Deus exhibuit Isaiæ. *Aporiatus est.* Quam ob rem igitur? Eo quod Deus huc, illucque conspiciat (ait) num sit aliquis, qui ad portas suas pulset quidpiam rogaturus: & vidit neminem. Eo modo quo mercator, qui officinam suam polymitis, telis, sericis, tapetibus gemmis &c. instructam præparauit, quibus omnia bona sua impendit: interim qui merces illas emeret, accederet nemo; & sicut illi nihil magis perplacet, quam quòd modo ille, modo alter eius intret officinam mercaturus: ita Deo contigit; cuius Apostolus oj timè nouerat conditionem, dum ait:

I. Achaz non petens, signum, Deo esse dicitur molestus.

Isa. 7. 13.

Dan. 13. 22.

§ II.

Isa. 63. 16.

II. Aporiatus est, quid significet.

Diues

Rom.10.12 *Diues in omnes, qui inuocant illum.* Apud homines, quantumlibet quis diues sit, numquam tamen omnibus diues est, quo quot ad eum petituri concurrunt; nullus enim adeo diues est, qui non se ostendat inopem petentibus. Do casum, est aliquis opibus ad luxuriam plenus, cuius domus si altera Arca Noe, & vt magni æstimetur, vel vt aliquem honoris titulum assequatur, vel vt matrimonio jungat, aut filium, aut filiam se multo jactat (quam sit) ditiorem ostentat suos tapetes, vtensilia, abacos, tabulas, jura, census, hereditates: Verum enim vero eo ipso quo quis quidquam ab eo postulat, retrogreditur, & se pauperem ingemiscet, mille necessitates, mille opponit rerum indigentias; modo deficit illi messis, modo non soluuntur illi reditus annui, modo tot refert expensas familiæ suæ faciendas, ita vt ei necessaria quoque desint, modo non soluunt ei debitores. Ita describit Spiritus sanctus Nabal: Carmelum. *Erat vir in Carmelo, & homo ille magnanimis: eratque ei oues tria millia, & mille capræ*, adest dies quo omnia in domo eius superefluant; *& Ecce erat ei conuiuium in domo eius quasi conuiuium regis.* Cum hac ille gloriatur abundantia, accedunt Dauidis milites rogaturi: confestim retrocedit, se excusat magnum refert numerum pr matiorum pastorum, operariorum, famulorum, & quod quotidie tot sese offerant expensæ, vt sibi potius quid deficiat quærendum, quàm superfit erogandum. Huius patet experientia quotidiana. Ve umtamen, licet Deus in se diues sit, singulariter hoc ostendit erga eos, qui aliquid ab eo postulant. *Diues in omnes, qui inuocant illum;* Non retrogreditur, quando ostium eius pulsas flagitaturus, & accedis oraturus, sed tunc tibi demonstrat parentius diuitias suas inexhaustas, tibi eas ob oculos proponit, vt plura deposcas, te inuitat; *Dilata os tuum, & implebo illud.* Quia eo instanti, quo precaturus accedis, mentem tuam attollis sursum, in eum jactas tuum cogitatum; suam tibi aperit magnitudinem, te super sidera tollit, suas diuitias ostendens infinitas, ad quas te inuitat liberalis.

III. Similitudo.

Psal.11.

His electos suos solatur, hilares reddit, confortat, reddit securiores: *Diues in omnes, qui inuocant illum.* Non se contrahit, nec excusat petentibus se, non vultum auertit dedignabundus, vt huius mundi diuites epulones. Vidit in cælo Diuus Ioannes, fumum incensorum fragrantissimum ascendentem in conspectu Dei, quo recreabatur, sic vt viderentur cordis eius intima dilatari prout tibi contingit cum adest fragrans aromatum fumus, cuius te reficit optimus odor: quærente autem D. Ioanne, quis ille esset incensorum fumus: respon- *Apoc.8.3* sum accepit: *Sunt orationes Sanctorum.* Hominibus nihil adeo fœtet, quàm os & halitus pau- IV. perum egenorum, nec est infectio, a qua gra- Orationes sanctorum Deo sunt fumus odoratissimus. uius vultus suos auertunt, quàm à petitionibus mendicorum. Ita loqueris, quod talis se subducit à tali vel tali: quia pauperes ei olent. Attamen in oculis Dei nullus aromatum odor adeo suauis, quàm quòd te expectet petentem, & sursum ascendat oratio tua, dicit enim animæ. *Fac me audire vocem tuam.* Quam oro vocem? *Can.8.13* Illam petitionum tuarum, vt illa fuit Dauidis. *Voce mea ad Dominum clamaui.* Hanc Dei qualitatem Christus nobis exposuit, dum inungit, vt numquam ab oratione desistamus: *Oportet semper orare & numquam deficere.* Ad Dei portas *Luc.18.1.* esto continuus postulator; Sed si importunus Domine, numquid tot vocibus, tot petitionibus fatigabitur, indignabitur? Neutiquam: quinimo fatigatur, & indignatur tibi nihil quærenti, vultque ostiis suis hæc inscribi: *Petite & accipietis, quærite & inuenietis, pulsate & aperietur vobis.* Inter dis Deo (phrasi nostra) jucundam exhibere recreationem? Ora: geme &c, hæc enim sunt eius deliciæ. *Sine intermissione orate.* *Luc.11.9.*

Hinc patet, quod cum Christus sit verus Deus, nonex hoc excanduerit, quod signa peterent, quinimo summa adesset voluptate, petita concedens; Accurrit cœcus: *Domine vt videam:* ergo *Respice?* Leprosus orat. *Si vis, potes me mundare.* Illico respondet: *Volo, mundare.* Ad piscinam: *Tolle lectum tuum.* Principi Synagonæ, petenti filiæ sanitatem, consentit, vadit ad ædes, filiam reuocat in vitam. Centurioni serui sui paralysim exponenti, comiter respondit: *Ego veniam & curabo eum.* Huic conformiter expendit Diuus Thom. annotationes Diui Augustin. & Diui Chrysostom. quoties Christus nobis iniunxerit orationem, & in ordine ad illam ipse petitiones composuerit, & in ordinem digesserit: *Non nos hortatur, vt peteremus.* (ait Diuus Augustinus.) *Nisi dare vellet.* Attende, (monet) quod non tantum nobis præcipit, vt petamus, sed vt semper petamus, & opportunè, importunè si liceat sic dicere. *Numquam oranti beneficia denegat* (ait Diuus Chrysostom.) *Qui, vt orantes non deficiant, sua pietate instigat.* *Luc.18.1.* *Matt.8.2* *Ioan.5.11* *Matt.8.7* *2.2.q.83. a.15.* D. Aug. *Ser.3.& 29.de verbis Dom. Tom.10.* *Refertur à D.Thom* D. Chr.

Si igitur hoc ita sit, illis indignari non potuit, quod petentes accesserint.

§. 3. *Non offendit Christum, quod Magistrum vocent, nec quod multiplicata quærant signa.*

7 NEc quidem potuit Christum tæduisse, quod eum Magistrum appellarent. *Magister* hoc enim ipsum est nomen, quo se voluit appellari: sicut ait discipulis suis: *Vos vocatis me Magister, & Domine, & bene dicitis.* & alias: *Ne vocemini Magistri, unus est enim Magister vester Christus.* Nec similiter potuit molestè ferre, quod dicerent: *Volumus*; licet enim sapiat quandam inurbanitatem, quando cum superioribus loquimur, verumtamen similes inurbanitates Christus perferre potest citra offendiculum, qui vtique nostram nouerit incutilitatem & experius sit rusticitatem: ac proinde non ægrè tulit, quod Ioannes & Iacobus illo verbo vsi fuerint, quando supplicem illum libellum, satis temeratum obtulerunt: *Magister volumus, vt quodcunque petierimus, facias nobis.* Denique nec hoc in peiorem partem accepit: quod signa peterent: *Volumus à te signum videre*: quia & eius amici familiares, cum Deo agentes, signa petere consueuerunt. Abraham tantæ fidei vir, vt *Pater credentium* meruerit appellari à D. Paulo, vnus ex eorum numero, qui fide viua sua Deum præ cæteris honorarunt, nihilominus, dum illi Deus terram illam fertilissimam, fluentem lac & mel filiis suis promitteret in possessionem sempiternam, signum petit: *Domine Deus vnde scire possum, quòd possessurus sim eam?* Moysi, vt crederet plura ostendit signa, & potestatem tradidit vt ea faceret coram filiis Israel, quibus illi fidem adhiberent. Gedeon signum petiit, vt Angeli dictis crederet, quod in Dei nomine sibi loqueretur: denique populo huic valde familiare fuit, nihil credere, nisi miraculorum potestate confirmatum; vnde Christus miracula vocat, panem quo sustentantur: dum ait mulieri Chananææ: *Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus.*

Sicut enim vita pane sustentatur, ita populus hic in fide virtute miraculorum alebatur, nec aliquid credebat miraculis non approbatum. Ita asserit Diuus Paulus. *Iudæi signa petunt, & Græci sapientiam quærunt.* Quando aliquid Iudæis prædicabatur, continuo petebant miracula, quæ illud confirmarent, sicut Gentiles exigebant rationes, quæ illud persuaderent. Quinimo ob hoc Christus, qui particulariter, vt testatur Diuus Paulus Petro inunxit prædicare Iudæis, sibi vero Gentibus, Petro adeo plenipotentiarium dedit miraculorum virtutem, vt etiam vmbra sua sanaret languescentes publicè expositos in plateis, vt colligit Diuus Chrysostomus ex libro Actuum: Diuo Paulo vero tantam infudit sapientiam ac eloquentiam vt ipse Diuus Petrus hanc in eo demiraretur. Vt ipse declarat (Secundum Diuum Gregorium) dum ait: *Paulus secundum datam sibi sapientiam.* Potentissimos quoque percelebat Gentilium, eosque verborum suorum eloquentia in stuporem adducebat, vt exemplo patet in Felice Gubernatore. Hinc igitur Christus molestè non ferebat, quod Scribæ signa peterent, quin & non petentibus dabat, sicut discipulis Diui Ioannis: quando illum interrogarunt. *Tu es, qui venturus es, an alium expectamus?* Et ipse, quod Iudæi signa quærerent, non querebatur, sed quod datis visisque tantis minimè crederent. *Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent.* Sed an forte commouebatur, quod datis jam signis alia postularent.

8 Nec ob hoc sofebat Deus indignari: Gedeon enim vno signo ex vna parte, alterum quærebat ex alia; & ambo Deus concessit. Moysi vero potestatem dedit faciendi vnum, multa, & diuersa miracula: vt si vno dato, aliud peterent, illud quoque faceret. *Si non crediderint, neque audierint sermonem signi prioris, credent verbo signi sequentis. Quod si nec duobus his signis crediderint, neque audierint vocem tuam, sume aquam fluminis.* An forte eum læsit, quod signa petierint de cœlo? Nec hoc: quia etiam prophetæ Samuel & Elias dederunt signa de cœlo; ille vt audirent tonitru, videremurque fulgura: hic vt descenderet ignis de cœlo, nec erant tam potentes vt Christus, quanto magis, quod ipse Deus per vatem Isaiam Regi Achaz obtuleris. *Pete tibi signum à Domino Deo tuo, siue in profundum inferni, siue in excelsum supra.* Regi vero Ezechiæ datum fuit signum de cœlo, nimirum, vt sol regrederetur. His addo prophetam Hieremiam, qui per manum Scribæ sui Baruch quasdam describens institutiones Israelitis captiuis abductis in Babyloniam: inter cætera admonet, si quando viderent ibidem multa idola

vt

Ioan. 13. 13.
Matt. 23. 8.
Marc. 10. 35.
Rom. 4. 11.
Gen. 15. 8
Matt. 15. 26.
1. Cor. 1. 22.
Adallatus cap. 2. 8.
Act. 3. 1. Vide Bar. Lib. 1. de Sanct. Petr. c. 12. & l. 18. c. 1.
2. Pet. 3. 15.
Act. 24. 25.
Mat. 11. 3.
Ioan. 15. 24.
Iud. 6. 37.
Exod. 4. 4.
1. Reg. 12. 19.
4. Reg. 1. 10.
Isa. 7. 13

vt Deos adorari, Deos esse non crederent, quia signa de cœlo non dabant : hoc enim proprium est vero Deo, cuius potestas ad ea vsque sese extendit. *Signa etiam in cœlo gentibus non ostendunt.* Si illi vt Dii, colendi non sunt, quia signa de cœlo non ostendunt, Christo videtur conuenisse, qui vt verus Deus volebat haberi, signa dare de cœlo. Vltimo nulla bilis offertur occasio, ex facta eorum petitione : Iudæi etenim ex virtute credebant prodigiorum, & quanto articulus propositus ad credendum habebatur difficilior, tanto miracula exigebant præclariora. Videbant hi, quod Christus expereret, vt quid altius ac diuinus de eo sentirent, quam de Moyse, Samuele, Elia, & omnibus prophetis; : iustum igitur omnes & æquum censebant, vt illis signa daret melioris notæ, quam prophetæ fecerant prædecessores. Et hoc illi ostendunt se velle & dicere & petere. Si hoc ita sit, ob quid stomachatur Christus : ob quid eos excipit tam inhumanè ?

Baruch. 6.66.

§. 4. Accesserunt tentantes. *Tentant hi Christum, vt patres eorum, quia post congestas blasphemias, ab eo requirunt beneficia* : Generatio mala.

» Multas adferunt S.S. Patres rationes. Prima sit Diui Chrysostomi qui illam censet, quam allegat Diuus Lucas, qui eandem referens historiam, ait quod accesserint *Tentantes eum.* Hoc Christum commouit, sicut quando in deserto Raphidim Deum tentarunt *Petentes aquam.* Huc appellunt, fitiunt, petunt aquam. Non illam petierunt, ex eo quod illis aqua deesset, etenim Manna liquefiebat, sed vt Deum tentarent; vt hoc declarat Moyses : *Quid murmuratis contra me ? cur tentatis Dominum ?* Duplex nequitia (ait Caietan.) *Murgium contra Moysen : & tentatio contra Deum* ; Quod fuerit tentatio Moyses exponit : vidit enim Deum adeo commotum, vt voluerit huius tentationis seruari memoriam, intitulans locum hunc: *Massa Meriba, id est tentatio, & murgium ; siue contentio. Et vocauit nomen illius Tentatio.* Addit Caietanus ex Hebræo textu sic addi: *Et murgium : Propter murgium filiorum Israel, & quia tentauerunt Dominum, dicentes, Est ne Dominus in nobis an non ?* Videamus an Dominus sit nobiscum, nec ne. An sit verum, eum esse qui nos conducat, nostri gerat curam. Fuit hæc adeo Deo permolesta tentatio, vt numquam eam ex memoria sibi passus sit excidere. *Non tentabitis Dominum, ne indureris cor vestrum, sicut tentastis in Massa. Nolite obdurare, corda vestra, sicut in exacerbatione, secundum diem tentationis sicut in Meriba, sicut eo die, quo fuistis in Massa in deserto.* Ob hoc decreuit Deus, vt nullus eorum terram intraret promissionis, & merito : Postquam enim viderunt prodigia facta in Ægypto, quæ cæpit Deus per Moysen operari medio mensis Februarii, post egressum ex Ægypto medio Martii, post demersum in mari rubro Pharaonem, post diuturnum iter per Arabiæ deserta, & aquas Marath edulcatas, post manna receptum de cœlo, & coturnices : quæ omnia post egressum de Ægypto contigerunt spatio triginta & vnius dierum. *Quintodecimo die mensis secundi, postquam egressi sunt de terra Ægypti.* Iudicarunt increduli, hæc ad Diuinæ potentiæ non sufficere cognitionem, ob hoc murmurarunt *Petentes aquam* tentantes Deum : hinc tam graniter in eos Deus stomachatur. *Tentantes eum.* Quomodo tentarunt hi Christum ? multifariam multisque modis dici potest, quod quis te tentet : sed hic modus cæteris communior ; quando te grauius offendit, & extemplo, quasi innoxius nulla data satisfactione, *(a)* se tibi sistit, quasi tibi magnum præstitisset obsequium. Si quispiam in medio foro tibi colaphum impegisset, & te adhuc excandescente, vt credere licet de viro honorabili, per domus tuæ portas ingrederetur, beneficium aliquod rogaturus, quid diceres ? Dicito tali, vt hinc se ocyus abripiat, nec me turbatum tentet acerbius ; si eum videro, non aliud potero, quam illum iuxta suæ temeritatis ausum, excipere nebulonem.

Deut. 6. 16. & pf. 94. 8.

Exod. 16. 1.

(a) *sine mas. ab mas.*

Eodem modo tentarunt hi Christum : iniuriam illi irrogarant, qua nulla in hac vita molestior. Patrauerat Christus miraculum cæteris magis celebre, verius dixero plurimorum epitomen : quia oblato sibi homine à dæmone possesso, cæco, surdo, muto, vi verbi sui eum liberauit, oculos, aures, linguamque restituens, pro vt Dominica tertia dicemus. Sic vt huius miraculi magnitudine conuictus populus, eum cæperit, vt verum Messiam venerari, & acclamare : Pharisæi tamen ac Scribæ hinc occasionem sumpserunt, eius honori derogandi, dicentes eum Necromanticum, præstigiatorem, diabolo familiarem, quinimo

à diabolo possessum. *Beelzebub habes, & in Beelzebub eiicit dæmonia*, & vnde ei misse laudes persoluere debuissent, inde contra eum exacerbati talem eo mouere blasphemiam, qualem tota malitia infernalis posset imaginari. Hoc adeo grauiter tulit Christus, vt toto vitæ suæ decursu, numquam ostenderit sibi quidquam tam fuisse molestum, nec quando eum ceperunt vt latronem, nec quando eum flagellis ceciderunt, nec quando crucifixerunt, tales enim corporis motus, tales præter morem exhibuit actiones vt eius ipsi domestici, crederent eum furore nimio agitari.

Marc. 3. 21. Ita refert Marcus. *Et cum audissent sui, exierunt tenere eum: dicebant enim: quoniam in furorem versus est.* Aliquando cernimus Dei seruos ita commotos, ob hominum scelera, & Deo irrogatas iniurias, vt eos, quasi mentis impotes iudicares: talis erat Hieremias, dum ait: *Factus sum quasi vir ebrius, & quasi homo madidus à vino.* Considera quam tæduerit Christum hoc audire, quàm se grauiter offensum ostenderit. Hinc cæpit dicere, quod Deus tantum scelus esset vlturus, tantam eis non ignosceret calumniam nec in hoc sæculo, nec in futuro. *Non remittetur eis, neque in hoc sæculo, neque in futuro.* Christo igitur adeo sensibiliter alterato, ac eis infesto, determinarunt se illi præsentare, nulla præuia satisfactione, & quasi meritis turgidi, quibus nihil posset Christus denegare, ac omnia concedere cogeretur; aiunt. *Magister, volumus à te signum videre.* O genimina viperarum, quàm me tentatis acriter, & mouetis, vt vos dispergam. procul hinc, procul este prophani, generatio mala. Conuenienter eos vocat: generatio mala, soboles diabolica: demonstrans, hoc eis à patribus suis innatum, tam cum Deo agere impudenter, eoque eum modo tentare, ac si quem cum indignis lacessissent opprobriis, quibus justam sibi prouocassent vltionem, confestim temerarii per eius ingrediantur portas, petentes ea, quæ sibi libuissent, nulla facta satisfactione, quæ tanto par sceleri responderet.

Ad se citat Deus Isaiam, cui præcipit. *Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorum.* Multos video, grauissimis Deum offendentes criminibus, qui tamen ea rite non ponderant: Talis est populus meus, & hoc volo vt eis declares, intimes, quod impudentissima sit eorum inuerecundia, & quæ sint eorum crimina, quibus me sentio grauius lacessitum. *Me etenim de die in diem quærunt, & scire vias meas volunt, quasi gens, quæ fecerit justitiam, & mandata Dei sui non dereliquerit.* q. d. In mei nominis dedecus horrenda committunt peccata, mille me afficiunt calumniis, nihilominus quotidie domum meam ingrediuntur, mihi proponunt, vt faciam eorum beneplacita, me illis communicem, meaque dona dispertiam, quasi mihi in omnibus fuerint obsecuti, & summopere deuinxerint, vt eorum festinus accentram desiderius. Hæc est, inquit Dominus, iniquitas maxima huius populi nullatenus tolerandа. Hac patres eorum Deum tentabant, & hac item Scribæ tentant Christum. Ne similes eis efficiamini.

Expendit Sacræ Theologiæ Sol Diuus Thomas verba Spiritus sancti. *Ante orationem prepara animam tuam, & noli esse, sicut homo, qui tentat Deum.* Quando tibi placuerit, Dei portas pulsare, vt eleemosynam postules, compone te, dispone te primitus. Vt Regina Esther Regis Assueri conspectui sese offerret, muliebri prius se mundo adornauit pulcherrimam? *Induens se regalibus vestimentis, & circumdans se gloria sua.* Pulcherrima regina, est oratio, quæ in conspectum Dei est proditura. *Inuret in conspectu tuo oratio mea.* Compone te primum, vt ipsa adornata prodeat, illo vestitu, & gloria, qua par est. Quando cytharam pulsas inquit Origines ante omnia componis instrumentum, eius chordas, fidesque omnes contorques, vt vna alteri consonet, nec vlla dissonantia audiatur. In oratione melodia Deo decantatur gratissima, vt eras dicemus. Prius neruos attempera animæ tuæ, id est sensus tuos, ac potentias: visum contrahe quaquauersum dispersum: aures occlude, intellectum excita, cor tuum examina, attende quale sit, quàm dispositum. Caue (ait) ne sis, *Sicut homo qui tentat Deum.* Quis est iste? Ille, qui eo instanti quo jam desiit offendere Dei maiestatem, domum eius audax ingreditur, libertimè eius requirit beneficia: *Voluntaria oris mei beneplacita fac Domine.* Si qui glandem in te exploserit, sed ne minimum tibi nocuit cum esset tibi thorax ferreus: Si post emissam glandem immediatè, oculis tuis se sisteret inuerecundus, postulans, vt tibi placeret hoc vel illud in eius dogratiam

D. Thom. 2. 2. q. 97. ar. 3. ad. 2. Eccl. 18. 23.

Esth. 5. 1. & 15. 4

Ps 87. 3

Ho. 36. in c. 21. Num. mer.

II. Quis dicatur in oratione tentare Deum.

Psal. 118.

III. Similitudo.

gratiam facere; quid diceres? Hinc abito dæmon, ne me tentaueris impudens. Ecce illos, quos similiter accedentes proponit Euangelista; *Tentantes*: qui post emissas in Christum glandes blasphemiarum, immediate tentantes accedunt, & figna petunt. Qui eo modo accedit (inquit D. Basilius) abfit vt aliquid a Deo impetret desideratum, quin potius eum Deus a se reiiciet, vt effeontem, vt impudentem. Qui sic accedit (asserit Diuus Augustin.) magis contra se Dei bilem exulcerat, vt eum pro demeritis plectat, quam eius allicial misericordiam, qua eius benignus misereatur. *Cum quis odio dignus sit* (ait Diuus Augustin.) *qua fronte gratiam requirit? Cui pœna debetur qua temeritate gratiam deposcit? lacessit iudicem, qui postposita satisfactione delicti, quærit præmiis honorari. Regi insultat, qui obnoxius supplicio, donari flagitat indebito beneficio: & dulcem affectum paterni cultus exacerbat filius, qui post illatas contumelias, ante pœnitudinem, hereditatem vsurpat celsitudinem.* Quid tibi persuades, nihil esse aliud agendum, quam tota vita tua sceleribus immergi, Dei præcepta effrenter transgredi, eius Sanctum nomen opprobriis lacessere, eius contemnere bonitatem, irridere iustitiam, tuis inhærere stultitiis, viduas inhonorare, sollicitare maritatam, pellicere virgines, deprædari pauperum bona, diaboli sociis fœderari, & his non obstantibus, a Deo requirere, tibi succurrat placidus, In tribulationibus faueat benignus: necessariis oppressum subleuet misericors, infirmantem curet medicus? *Noli esse, sicut homo qui tentat Deum.* Quæ similis insania, eum a Rege dignitates expostulare, qui postposita satisfactione refractarius ac periurus in ipsum arma mouisset, & fouisset seditiones.

Lib. Constitut. Monast. cap. 2. D. Augu. Lib. Medit. ca. 3. To. 9.

11 Luc. 22. Luc. Luc 22. 62.

Notanda venit consideratio Diui Ambros. de Diuo Petro Apostolo; quando tertium Christum eiurauit: Dominus autem misericors, pietatis suæ in eum conuertit, fixitque oculos, qui vt duo cælestes soles, eum ad peccati sui cognitionem illuminarunt, vt triplicis negationis delicti, contra Deum, grauitatem agnosceret, quid porro Petrus? referunt pari consensu Euangelistæ: *Egressus foras Petrus, flenit amare.* Quærit Sanctus Doctor: cur extemplo non recurrerit ad Christum veniam delicti rogaturus; sciebat etenim eum esse misericordiæ fontem perennem, & secure sibi per hoc peccati veniam poterat polliceri; accedebat eius præceptum: *Si peccauerit in te frater tuus, increpa illum, & si pœnitentiam egerit, dimitte illi. Et si septies in die peccauerit in te, & septies in die conuersus fuerit ad te dicens: pœnitet me, dimitte illi.* Cur ad minus veniam signis externis non poposcit, Christum intuens, oculis suis alloquens, sicut ipse Christus eum oculis suis ante fuerat allocutus? Inueni rationem (ait Diuus Ambrosius.) & hæc est? cognouerat enim, non ferendam esse impudentiam vix patrato tanto scelere, quasi nullius conscium nulla data satisfactione misericordiam, & beneficium gratiæ postulare, fundendas esse prius amatissimas lachrimas, testes irrefragabiles cognitionis sui delicti, quibus & satisfacere satageret. *Inueni cur tacuit Petrus. Ne tam cito venia petitio plus offenderet. Ante flendum est, quàm petendum.* Si hoc audaciæ, ac temeritati deputaretur Diuo Petro, & ad veniam propterea se prius copiosis disposuit lachrimis, vt postmodum delicti consequeretur indulgentiam: Considera quid tibi sit agendum, qui nec sis Diuus Petrus, sed ei tam dissimilis, ac tu ipse nosti verius.

Luc. 17. 3. III. Cur Petrus a Christo post negationem statim veniam non petie rit.

Mirandum quod accidisse narrat Spiritus Sanctus filiis Israel versus terram promissionis proficiscentibus, & iam illi approximantibus: licet enim propriis oculis millena Dei spectassent miracula, quibus reddebantur certiores, se a Deo dirigi, quod eos ipse in brachio excelso eduxisset de Ægypto, quod illis tacentibus inimicos eorum maris profundo cunctos ad vnum vsque demersisset, panem de cœlo, aquam de petra dedisset ipse mirabilium operator; quibus omnibus, de Dei potentissimo brachio illis iam constabat manifeste: nihilominus post finem dierum peregrinationis, diris Deum impetunt blasphemiis, calumniantur. Dicentes: quod licet operatus sit mirabilia præcedentia, ad subsequentia tamen perficienda, & quod supereft magis principale futurum infirmum, vt eos videlicet introducat in terram illam, ad quam eos deducebat, & vltra nihil posset, quam eduxisse eos de Ægypto, vt in desertis illis morerentur miserrimi, ad hoc quoque eos tanto tempore per has inuias solitudines circumduceret vagabundos: eo quod illi robur deficeret, vires que deesset, quibus eos ad vltimam metam perduceret incolumes, & terræ promissæ firmares possessores. Blasphemas has voces adeo graues accepit Deus, vt Moysen ad se vocauerit, cui Deus: Quo vsque as-

cendet huius populi reiterata toties malitia: quo usque meam tentabunt & potentiam & patientiam? Modo vlterius ferendæ non sunt tales impudentiæ in mei honoris infamiam, quocirca
Num. 14. consumam iam stoties murmurantes. *Vsquequo detrahet mihi populus iste? Quo vsque non credent mihi in omnibus signis, quæ feci coram eis! Feriam igitur eos pestilentia, atque consumam: te autem faciam principem super gentem magnam & fortiorem, quam hæc est.* Abiecit se Moyses ad pedes Domini, ieiunium celebrat quadraginta dierum ac noctium, continuis instat orationibus, & vrget rationibus, quibus hoc effecit, vt Dei placarit iram, ne eos, ut minatus fuerat, seueriùs castigaret. Descendit Moyses ad populum, & ecce inter se consilium ineunt subito stratagemate hostes Amalecitas & Chananeos adoriendi; se mutuo cohortantur: Eia agite: procedamus tantummodo Dei postulantes adiutorium, illud enim nobis non denegabit; quo muniti, stat a parte nostra, certa & gloriosa de hoste victoria.

12 Quibus Moyses; quid agitis male suadi? Attendite, quod iam modo Deum grauissime commouistis, eius iram irritastis, nec ita ad oris vestri beneplacitum stabit, vos, vt præsumitis, auditu-
Nu. 14. 14 tus. *Nolite ascendere: non enim est Dominus vobiscum.* Parùipendunt Moysen; tantummodo dicentes, Deus clemens est, misericors est, nobis auxiliabitur, in hostes armati procedunt; At vix ad primam armorum ventilationem accesserant cum eos inimici, velut muscas confodiunt inermes, vt, quibus illis resistant, vires nullas habeant. Reuertuntur conflictui, & vitæ superstites laceri, vulnerati, confusi, & infausto successu stupefacti. Quid admiramini stupida cerebra (ait Moyses) quod Deus ita vos deseruerit, manumque vobis subtraxerit aduersus vos? quid vobis persuadebatis: quod quem paulo ante tam ignominiosè irritastis, ita illum vt volebatis, haberetis ad oris vestri beneplacitum? *Nec miranda*
Deu. 1. 37 *indignatio; locutus sum, & non audistis, sed aduersantes imperio Domini, & tumentes superbia ascendistis* &c. Paginus noster legit; *Irritastis os Domini.*

V. Similitudo. Desumpta est metaphora, ab eo qui bile exardescit acriori, vt ei lingua amarescat instar capparis: hoc est. Prouocastis, & accendistis Diuinæ maiestatis iram, grauiter eum offendistis, & nulla præuia pœnitentia vestrorum scelerum, nulla cum illo compositione, nullo nouo fœdere nulla petita venia, statim credidistis, quod illum talem inuenietis, qualem optaretis; vobis persuasistis, quod liceret vobis domum eius ingredi, vt domum vestram, tanta mentis libertate? Vnde vos miramini, quod Deus vobis optatum ac petitum denegarit auxilium, nec vobis adfuerit in tribulationibus opportunus, si actualiter tunc temporis illum offenderatis, quando eum inuocaturi. & gratiam accessistis petituri: Hæc ita hæc istorum Scribarum Pharisæorumque impudentia (teste D. Chrysost.) qui cum Christum amarulenta verborum acritate vellicassent hoc sibi arrogarunt, ut vnica voce adulatoria, qua eum vocant *Magister: Ad vnam vocalem* (ait Diuus Chrysostom) *iam possent quantalibet ab eo flagitare nullam repulsam formidantes.* Hæc quoque tua est o Christiane, stultitia, quinimo impudentia, quod credas, te nihil aliud cogitantem, aliud intendentem nihil, quam Dei contemptum, Dei præceptorum præuaricationem, ob vnam effusam lachrimulam, ad vnicam genuflexionem, ad vnum, Domine, iam pedes eius stringere, & securum posse tanta, quanta mens optat postulare. D. Chrisf. Hom. 3. in Imperfect. Tom. 2.

Manifeste hoc ipse Deus populo suo inobedienti declarat ex ore Vatis Hieremiæ, Prophetæ, vade, *Sta in porta domus Domini, & prædica ibi verbum istud & dic.* O vos omnes, qui templum Domini accenditis beneficia rogaturi, *Audite verbum Domini omnes Iuda, qui ingredimini per portas has:* Quid est hoc, quod vult Dominus, audiamus. *Nolite confidere in verbis mendacij, dicentes: Templum Domini, Templum Domini, Templum Domini.* Anne hoc mendacium est, Domine semper in ore versari Templum Domini. An non tu ipse Domine iussisti nomini tuo ædificari domum permagnificam, in tuæ maiestatis habitaculum, in hoc mundo? An hic locus non est honori tuo consecratus, ad quem omnes accurrant oraturi, necessaria precaturi, te adoraturi, & sacrificia animalium oblaturi? Si hoc vestrum non sit templum, cuius est? Explicate, o Propheta, ait Deus, & dicito illis, qualiter templo meo in suum damnum & mei iniuriam abutantur. Vnusquisque vestrum cordis sui sequitur desideria, luxurias, vanitates, sacrilegia, furta, periuria dissolutus. Hic pauperum exsugit sanguinem & occidit auri cupidissimus ille miseræ viduæ deprædatur peculium, & affligit desolatam; alius suo concubinatu voluitur, vile prostibulum: alius sanctissimum Dei nomen blasphemiis inhonorat: Ille liberrimus & puellæ, & coniugatæ honori detrahit. Quod si ab iis qua fieris, quæfronte tot contra Deum scelera committant; respondent duplicando, tripli-

Hier. c. 7. 3.

VI. Verba mendacia quæ sint.

triplicando. *Templum Domini. Templum Domini, Templum Domini*, hoc est; tres eiusdem partes designantes. Accedam ait, vnusquisque ad templi primam partem: atrium scilicet exterius, locum omnibus communem orationibus, Dei vultui me sistam: benignus enim est illico mihi ignoscet misericors; quod si necesse fuerit accedam ad secundum, atrium interius, vbi Altaria sunt sacrificiorum, & holocaustorum: offeram ex iis vnum Domino, quo illi plenarie satisfaciam; quod si vero maior vrgeat necessitas, est & tertia pars, *Sancta Sanctorum*, quo Sacerdotes intrant semel per annum, pro me & omni populo rogaturi: sic mihi omnia remittentur. His tibi gratularis & Templum Domini accedis: vnus alienorum bonorum possessor iniustus: alter inhonestæ amicitiæ intricatus: ille odio immortali contra proximum flagrans, & ille periurus, alius vicinæ mulieris famæ detractor; Et dum quisque suis fræna laxat cupiditatibus, me grauissimis affectu iniuriis, præsumit omni postposita satisfactione, me in templo conuenire, & vix vllius substantiæ vnico verbulo quod mihi suggerit, vel sacrificio, debitis nudo conditionibus, mihi delato, omnia sibi salua, omnia plana, me sibi propitium, me pedibus constrictum nihil autumat posse denegare. *Hæc tua est consuetudo, tua est impudentia. Ecce vos confiditis in sermoni lus mendacij &c. furari, occidere, adulterari, iurare mendacter &c. Et venistis & stetistis coram me in domo hac, in qua inuocatum est nomen meum, & dixistis: liberati sumus, eo quod fecerimus omnes abominationes istas.* Post tot patrata scelera quibus me prouocastis, arbitramini, quod ad templum veniendo, coram me procumbendo, iam sint vobis omnia condonata, & ego deuinctus sim cunctis vestris annuere postulatis, vt vos sine vllo mali periculo securi ambuletis, dicentes: Liberati sumus, ab omnibus, quæ deliquimus iniquitatibus; hoc etenim est: *Liberati sumus, eo quod fecerimus omnes abominationes istas.* Vel nominant, abominationes, sacrificia, quæ tales offerebant: eo quod habentes corda nequitiis sordidissima nec requisitis ornata conditionibus ea Deo offerrent; quæ vocat abominationes ex ore vatis Isaiæ: *Ne offeratis ultra sacrificium frustra; Incensum, abominatio est mihi*: Quid igitur, an ad hoc templum illud exstructum, vt ei confidentes, & me illic commorante, scelera committeretis fræno laxiori liberiores? *Numquid ergo spelunca latronum facta est domus ista?* Spelunca quæ rapinas, quæ contegat sceleratissimos latrones? Fallimini, si existimetis mihi cultu quodam exterioti satisfactum, qui vestras viderim enormes nequitias, quas contra me commisistis, quas quidem, adhuc cordibus vestris retinetis voluntarias, vt meis oculis intueor. *Ego sum, ego vidi dicit Dominus.* Si ad me accedens, me velis tibi placabilem, te mea admittat gratia, & petita largiatur, prius attende, quale sit cor tuum Attende num ab impuro recesserit amore, num aliena restitueris, quæ minus iustis obtinueras contractibus, num honoris nocumentum, quod maledica tua attulit lingua, repararis. *Si bene direxeritis vias vestras & studia vestra, &c. habitabo vobiscum, &c. Præpara animam tuam ad orationem, & noli esse sicut homo qui tentat Deum.*

Quotiescumque premetis angustia, & ad Deum pro remedio recurrere festinas, in quo solo verum & vnicum est remedium; prius animam tuam ingredere, reuolue & inuestiga conscientiam tuam, quæ sint opera tua, quomodo cum Deo ambulasti. Si malo tuo eum irritasti: habeto pacem cum illo, dilue peccati vincula, scelera deterge, illata damna restitue, ablatum honorem restaura, furto depopulata compensa, veneream dissecinde amicitiam: verberibus te casliga, carnem inedia macera, quæ te ad Dei compulit offensam, in te tuos vlcisci appetitus inordinatos aspertima pœnitentia, peccata confitere, turpissimas, criminum absterge maculas lachrimis copiosis. Iam pridem dixit D. Ioannes *Filioli, si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum, quia quidquid petierimus, accipiemus ab eo.* Mysterio non vacat illa, quam narrat Spiritus S. circumstantia in historia Ioseph: vinctus, catenisque ferreis strictus in carcere concludebatur, quando Pincerna regius retulit Pharaoni, ergastulo iuuenem Hebræum detineri, qui legitimam regis somnio calleret dare interpertationem. Quo audito, Rex confestim educi iubet ac solui de carcere Ioseph, suoque conspectui præsentari; *Protinus ad Regis imperium eductum de carcere Ioseph totonderunt: ac veste mutata, obtulerunt ei.* Cauebant hi Reges (inquit Lipoman.) ne quis hominum lacer & vestibus sordidis incompositus eorum conspectibus se offerret. Patet in Assuero, qui vult coram se adducatur Esther, sed composita, sed ornata, sed pulcherrima. Nec hoc solum præcipit, vt ita sit: insuper non permittit, quemquam Regis adire præsentiam, ad hanc non inuitatum. Domine, Regis hoc petit præ-

Hier. 7. b.

Isaiæ c. 1.

Hier. 7. 11.

Hier. 7. 5.

Eccl. 18. 23.

VII. Antequam orationem conscientia munda sit.

1. Ioan. c. 3. 21.

Gen. 41. 14.

» præsentia, vt te primum componas, exornes, » detondeas capillos, sordida vestis exuatur. Non » enim Regiæ Maiestati conuenit, tali minor » ornatus, compositio, ac totius corporis mundi- » tia; Hoc quippe solum regiis complacet oculis; » Quid igitur erit in Dei præsentia? quæ mundi- » ties qualis ornatus, compositio quanta, vt coram » illa prodeamus, requiretur?

» Iacob Patriarcha, vt eum Ioseph reciperet » benignior, præmisit Iudam; existimat enim » illo præmisso filii sui Ioseph se gratiam conse- » cuturum, dum eius conspectibus occurreret; nec » resolutio corrigenda; Iudas quippe significat: » *Confessionem erroris*: ita D. Augustin. *Tollite hostias,* D.Aug. In ps. 95. To: 8. » *& introite in atria eius.* *Quas hostias? Tauros* » *allaturi sumus, hircos vel oues? quas hostias nobis-* » *cum portaturi sumus? Sacrificium Deo spiritus* » *contribulatus, cor contritum & humiliatum.* Cor » perfecta contritione, culparum contritum, quas » contra Dei legem commisimus, qua peccato- » rum sordes eluuntur, & conscientia vitiis e- » mundatur. Sapienter valde argumentatur Eli- phaz Themanites amicus Iob, si talis Iob fuisset, qualem illum ipse iudicabat. Loquitur cum Iob ac si fuisset de numero peccatorum: Tu vero crede, ad te eius dirigi verba, qui peccator es pessimus. *Abstulisti pignus fratrum tuorum* Iob 22.6. *sine causa, & nudos spoliasti vestibus* &c. *Viduas dimisisti vacuas, & lacertos pupillorum comminuisti* &c. *& putabas te tenebras non visurum* &c. *Acquiesce ei, & habebo pacem* &c. *Tunc eleuabis ad Deum faciem tuam, rogabis eum, & exaudiet te,* &c. Ad nihil aliud intendisti nisi ad rapinas pauperum, proximi iniurias, Dei offensas? manus non extendisti, nisi vt viduam opprimeres, & affligeres pupillum: pedes non mouisti, nisi vt ea perageres, quæ legi Dei contraibant, & credebas quod ad domum eius accedens, in ea quæ optares, esses inuenturus? Acquiesce illi, obedi Deo; peccatis abstine, scelerum tuo- rum age pœnitentiam, & tunc domum eius in- tra rogaturus, ne diffidas, eius tibi tunc manet subsidium securissimum, aderit tibi adiutor in tribulationibus? His non dissonat, quod ipse Dens, per Regem prophetam docuit, quid ti- bi sit prius agendum, quando aliquid accedis Ps 49.14. petitutus. *Immola Deo sacrificium laudis, & red-* *de Altissimo vota tua: & inuoca me in die tribu-* *lationis, eruam te.* Aliquid postulas a Deo? Rom. 12.1 offer primum te ipsum illi in acceptabile sacri- ficium, tale quale requirit Diuus Paulus: *Ob-* *secro vos, fratres, per misericordiam Dei, vt* *exhibeatis corpora vestra, hostiam viuentem, san-* *ctam, Deo placentem* &c. Demum pete; *Et in-* *uoca me in die tribulationis.* Perpende coniun- ctionem (*Et*) nimirum, quod ipsa inuocatio, petitio, supplicatio, connecti debeat, gratis Deo sactificiis. Ex eodem principio argu- mentatur Diuus Chrysost. ad illa verba Diui Pauli; *Voluntarie peccantibus nobis.* Et nostram conuincit impudentiam, qui vix a peccato pe- dem vel manus retrahimus, & tanta ad Chri- stum accedimus familiaritate, vt eum recipe- re præsumamus, & corpora corpori eius con- iungere in venerabili Sacramento. An ergo ni- hil superest amplius agendum? Domine, iam peccata mea confessus sum. O vir frontis inve- recundæ. An non percepisti, quod magna tibi voce prædicauit Sacerdos *Sancta Sanctis?* *Sacerdos stans in excelso loco, magna voce & tre-* *moris plena, quasi præco aliquis manu sublata in* *cælum abditus cernitur* &c. *clamat sancta Sanctis,* *cum ait Sancta Sanctis: hæc: ait Si quis sanctus* *non est, nec huc accedat.* *Non enim omnino ait:* *liber à peccatis & expiatus, sed sanctus: sanctum* *enim non peccatorum modo liberatio facit, sed spi-* *ritus etiam præsentia, bonorumque operum abun-* *dantia.* Vide ne Deum tentaueris, properans ad eum accedere. *Probet autem seipsum homo.* Satis hoc congruum videtur ei, quod Deus per Moysen instituerat, quando tra\to taber- naculi exemplari, partium eius, & eorum quæ in qualibet parte statuenda essent, nominatim autem aliarum, in quibus Deo litarentur sa- crificia, hostiæ pacificæ, ad recipienda a Deo beneficia, præcepit, vt ad hæc consecrarentur Sacerdotes, & sint eorum primi Aaron ac filii eius. Illi sunt, quibus incumbit accedere ad Deum, gratias cælestes; & misericordias po- pulo precaturi? Vt vero hoc digne faciant, & congrue disponantur, eis præcepit, vt sumant vitulum de armento, cui primum totum extra- hent sanguinem, demum certas peragant ce- remonias, quas infetius exponemus, & idem faciant de ariete. Domine, quid opus est ad con- secrandos, & præparandos Sacerdotes, vt in tuo sint conspectu tuo, & tua depoleant be- neficia, prius extrahere omnem sanguinem ani- malis immolandi? Sanguis peccatum denotat, quod animam inficit, non minus, quam san- guis vestimentum, ita enim loquitur. *Vestimen-* *tum mixtum sanguine, erit in combustionem &* *cibus igni.* Cunctis etiam liquet Dauidis ora- tio. *Libera me de sanguinibus, Deus, Deus salu-* *tis meæ.* Pariter & illud Oseæ dictum, *Sangui-* *sanguinem tetigit.* Significans populi inundan- tiam

In homilia qua habetur post expositionem Epist. ad Heb in fine Tom. 4. Heb 10 26.

1. Cor. 11 28. VIII. Allegoria.

Exod 29

Isa 29 5. Psa 10 16. Ose 4.

tiam peccatorum. Hæc igitur Dei voluntas est, ut qui ad eum vult accedere, beneficia petiturus, indispositus non accedat, se prius debite præparet, hoc autem supponat quasi fundamentum, & opus illud sit primicerium, ante omnia totum extrahat sanguinem peccatorum, illa a se quam remotissime depellat; & per pœnitentiam penitus emundetur, tum demum securus accedat &c.

§. 5. Volumus signum *Christi miracula vilipendunt, & vt homines derelictos, eos Oseas deserit, igni reseruantur, vt leprosi vestimentum.*

14 Duus Hieronim. quem sequitur Beda, & confirmat D. Chrysostom. aliam assignant rationem indignationis Christi contra Pharisæos, eorumque petionem, fuerunt enim in summo gradu impudentes, & omnium audacissimi, in ea quippe sua petitione clarissime, & sine vlla larua, declararunt vilissimum & abiectissimum quendam despectum omnium miraculorum, quæ Christus hactenus perpetrauerat, & quasi dicerent aspernabundi; *Magister*, quæ hactenus egisti opera admiranda, satisfaciant illa popello, qui vtique, vt homines rudiores, stupidiores, & nullius ingenii, qui duobus vix digitis sursum a terra eriguntur, quolibet miraculo seu re admiranda, percelluntur: sicut factum vidimus, in iis, quæ hactenus egisti, de quibus sine ratione, admirati sunt; omnia enim sunt ordinaria parua miracula, & opera in diminutino nullius momenti, curare infirmum, eicere dæmonem, cæcum illuminare, claudos rectificare. Hæc nostris oculis non satisfaciunt. Quia nobis sunt perspicaces, assueti rebus magnis in sacra Scriptura perspiciendis, quales veneramur gloriosa illa Moysi miracula, aerem tenebris inuoluere, aquas turbare, panem de cælo educere, illa item Samuelis, ciere tonitrua, fulgura, tempore aridissimo; illa quoque Eliæ, cælo ignes detrahere, qui, quos velit, in cineres redigat combustos. Ita hæc miracula erant, pleno ore miracula. Hæc a te quærimus: ea enim quæ hactenus patrata sunt, talia sunt quæ nec duobus digitis de terra sursum eleuantur. Miracula petunt, quasi quæ antea feciſſet, miracula non fuissent Aiunt Sancti Patres. Quanta foret eius impudentia, qui a Principe ad prandium inuitatus, propositis illi ferculis omnigenis, ac cupediis, pauonibus Indicis, ficedulis, perdicibus, vaccis trimis, apris, carne ferina, farciminibus, offium medullis, placentis, libis, condimentis, aliisque deliciis, Principi diceret: porrige mihi cibos ad edendum, delicatos, nutritiuos, illi enim quos hactenus ministrasti, non mihi sed pauperi satisfaciant discalceato.

Quæ non foret vilipensio Salomoni, si postquam fusissime disseruisset coram Regina Saba de profundissimis philosophiæ quæstionibus, de natura elementorum, animalium proprietatibus, plantarum qualitatibus, cursu stellarum, Solis virtute, Lunæ influentiis, illa replicaret. Aueo intelligere te disputantem de rebus subtiliorib. quidquid enim hactenus protulisti, vile est, indoctum, & minus excellens. Hocidem (teste D. Chrysost.) illi Christo dicere voluerunt; Proposuerat enim illis mensam illam splendidam, miraculorum, quibus visum cæcis, claudis gressum, munditiam leprosis, manus ac pedes mutilis, lenitatem paralyticis, vitam defunctis fuerat elargitus, deinde & quoddam farcimen, cui quasi libet incoxerat dapes, quandoquidem hominem a dæmone possessum, surdum, mutum, cæcum integre curasset: quo viso miraculo: *Tunc accesserunt* ait Euangelista dicentes Magister: quidquid hactenus peractum est, nobis non sufficit, sufficiat autem rudi, ignoranti plebeculæ, nobis vero, qui operum nouimus librare qualitatem, & iusto pondere appendere, quantum eorum quodlibet mereatur, quidquid hactenus miri egisti, mihi est, actus est eluuiei enlinariæ, res friuolæ. (a) Proinde volumus opera maioris & excellentioris qualitatis, quibus nobis plenissime, & per omnia satisfiat.

(a) Et nolumus de actogocio de anchirle,

15 Hæc eorum diabolica peruersitas, *Tentantes*, illis a parentibus innata, & hereditaria successio: ob quam eos Christus insimulat: *Generatio prauа*, q.d. fædifragi, hanc a parentibus suxistis iniquitatem, & ex paterno stemmate vobis est hæc temeraria imprudentia naturalis. Tangit, vt sentio, illud Dauidicum quo nos, ne illis similes efficiamur serio monet; *Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione, secundum diem tentationis in deserto, vbi tentauerunt me patres vestri, probauerunt, & viderunt opera mea. Quadraginta annis proximus fui generationi huic, & dixi: semper hi errant corde &c. Si introibunt in requiem meam.* Memoriam celebrat, propheta rex diei illius, quo patres eorum in deserto Deum tentauerunt, & eo modo exacerbauerunt,

Similitudo.

Ps. 94. 8

bauerunt, vt dies ille: *Dies tentationis* vocaretur. Ex Ægyptiaca seruitute in libertatem asserti, proficiscentes in terram promissionis, murmurarunt: *Petentes aquam* idque tanta molestia, vt Moyses ad Deum confugerit: *Domine mi, ait, Ecce do manus, populi huius contimuis iurgiis obrutus, sufficit mihi, Audent, aquam petere, nec superest illis aliud remedium, nisi eis aquas concesseris. Placet mihi, respondet Dominus, ascende petram, illam virga tua percute. & erumpent aquæ largissimæ. Mandatum Dei Moyses exequitur, & illa dedit aquas abundanter.* An modo vobis satisfactum o Israelitæ? Nullatenus. Sic mihi faueat Deus, perpendite, quid nobis dederit, aquam, & quid magis quam aquam? videte, quæso, quæ restant substantiæ: præclariora quærimus, eminentiora postulamus, nec vnquam nobis persuadebimus satisfactum, nisi coram oculis nostris instruat splendidissimam mensam, & dapibus nutritiuis in hoc deserto opiparam. *Et male locuti sunt de Deo, dixerunt, Numquid poterit Deus parare mensam in deserto? Quoniam percussit petram, & fluxerunt aqua, & torrentes inundauerunt, numquid & panem poterit dare, aut parare mensam populo suo?* Quo instanti viderunt hoc aquæ prodigium, cuius beneficio, & refrigeratione recreati sunt, ecce contra Deum nefandæ eorum blasphemiæ: *Male locuti sunt de Deo*: Deum obtestor expendite quid nobis magni dederit, quod munus adeo præclarum aqua; bobus potandis conuenit. Appendit in statera D. Basil. malitiosam eorum blasphemiam qua Dei operibus detrahere nitebantur mentientes, aquam ante petra conclusam, quæ impetu quodam facto prosilire conabatur, & exitum quærebat, nihilque aliud requirebatur, quam facere aperturam: idque tantummodo Deus fecisset, quod vtique quiliter posset facere, qui petram percuteret. *Percussit petram & fluxerunt aqua.* Non eduxit ille de petra aquas, naturali enim impetu defluxerunt *Fluxerunt aqua*: Hoc solum ex parte sua egit, petram perforauit, vt aquæ dimanarent. *Percussit petram*, & hoc ictu virgæ perfecit, qua petram percussit. *Percussit petram*. Aliud quid hoc eminentius a Deo prætendimus; Et quod illud? vt nobis det panem & præparet mensas ferculis instructissimas, si velit suæ nos potentiæ habere confessores. Tam inuerecunda petitione Dominus exanduit, quod videlicet in faciem eius mirabilia tanta aspernarentur, & alia postularent sibi demonstrari quæ essent mirabilia, quasi priora, nulla fuissent reputanda. Hoc est: *In exacerbatione.* Hic modus procedendi, & cum Deo agendi in illis perseuerauit quadraginta annis quibus per deserta gradiebantur. *Quadraginta annis proximus fui generationi huic.* In Hebræo & Græco textu legimus; *Offensus fui.* D. Hieronymus *Displicuit mihi generatio illa*: Felix. *Taduit me generationis huius, fastidium perpessus sum ac generatione hac*: quia dum eis signum quoddam darem, illico mihi exprobrabant; res floccifaciat nobis multo maiora. Hoc egit, verum est, sed aliud facere non poterit. Eduxit nos de Ægypto, verumtamen inducere nos in terram promissionis non valebit. Aquam dedit, at panem dare posse, negamus; panem dedit, numquid & carnes? minime. Vix vnum viderant miraculum, quin illud statim extenuarent, despicerent, & aliud flagitarent. Generatio praua, effrons, eos crede vt derelictos. Per meipsum iurauí, dicit Dominus, in requiem meam non introibunt. id significat: *Si introibunt in requiem meam*: vulgari S. Scripturæ phrasi; ita apud Isaiam *si dimittetur iniquitas hac vobis.* Optime vocat peccatores, generationem malam, peruersam sobolem, indicans quod huiusmodi nullum superit remedium, & quod iam sint censendi, quasi cælo exules: populus, cui nocet, id quod prodesse debuerat, & remedium ac medicina in venenum illis conuertitur; Ex eo genere hominum de quibus amicus Iob Sophar Naamathites; *Panis eius in vtero illius vertetur in fel aspidum intrinsecus.*

Exo. 17.

II. Iudæi Dei miracula vilipendunt.

Psal. 77. 19.

Psalm. 77

Isai cap. 22. 14.

Iob. 20. 14.

Malæ sunt omnes infirmitates, nihilominus dicimus aliquos infirmos esse bonæ naturæ seu qualitatis alios autem malæ. Illum vero dicimus bonæ naturæ, qui talem eam habet, vt licet infirmetur grauiter, admittit tamen remedium, quo pristinas recuperat vires, sicut cum febris qua quis laborat venæ apertione deferuescit: vel si eius dolor formentis lenitur. Alios vero dicimus peruersæ complexionis, quando ea adeo est corrupta, & humores commoti, corpus κακόχυμον vt nedum illis prosint præscriptiones medicæ, sed lethaliter noceant & ipsum malum adeo radicatum vt cordialia conuertat in venenum, & remedia in nocumentum. His cum tales sint quæ spes valetudinis? Ita sunt aliqui peccatores bonæ qualitatis, alii vero peruersæ generationis. Peccatores video quicedant locum medicinæ, remedia recipiunt, iisdem meliorantur, Diuus Petrus, qui vno Christi oculorum intuitu a peccato resurgit. Dauid qui ad vnicam Nathan reprehensionem oculos aperit,

16 ☞ III. Similitudo.

aperit, peccato valedicit, pæniter, vbertimas fundit lachrimas, ad Diuinæ sinum recurrit misericordiæ, ingemisat, confiretur: *Miserere mei Deus.* Adest Paulus qui ad unicam Domini vocem, sistit, se submittit, mansuescit vt ouis: exclamat: *Domine quid me vis facere?* Produco Nicodemum, qui visis Christi miraculis, de eo talem edit fidei professionem: *Scimus: quia a Deo venisti Magister.* Porro sunt alii tam præposteræ generationis, quibus cor conuersum est in fontem omnis malitiæ, ita vt quæuis remedia illis vertantur in mortiferum venenum, & quanto ea sunt efficaciora; tanto eorum plus crescit infirmitas radicata. Talem vidi Pharaonem, qui iis magis obdurabatur, quibus par erat eum emolliri, & luce obtenebrabatur meridiana. Huic similis erat Saul, qui unde Deum honorare atque extollere tenebatur, inde eundem aspernabatur. Qualis non Iudas erat, qui ex Christi beneficiis sibi præstitis, vt ipsum Iudæis vendat, acrius commouetur.

Psalm 50. 1. Act. 9. Ioan. 1. 3. 2.

17 Tales erant hi Pharisæi: qui iis quæ Christus illis concedebat, vt eos adduceret in sui fidem & obsequium peiores euadebant, omniaque illis verebantur in animæ detrimentum. Eduxit eos de Ægypto, vt in deserto eum vt Deum agnoscerent, illi hostias litarent; hoc ipsum, gaudere se liberos, in occasionem verterunt eum negandi, illique auferendi suum esse diuinum, illud attribuendi vitulo suo conflatili; quasi in eorum esset potestate, deponere, & create Deos Introduxit illos in terram promissionis, terram deliciarum; hinc Deum grauius exacerbauerunt, eius immemores, illam idolis replebant innumeris. *Induxi vos in terram &c. & ingressi contaminastis terram meam, & hereditatem meam posuistis in abominationem. Polluisti terram in fornicationibus tuis.* Erant autem hæ fornicationes, idololatriæ. Dedit illis legem ex illa occasionem sumpserunt ipsum offendendi toti mundo notissimis delictis, vt ait D. Paulus. Largitus est illis manu liberali diuitias: at quid ex illis? *Argentum suum & aurum suum fecerunt sibi idola.* Hæc est Dei iustissima querela quam apud Ezechielem verbis deponit luctuosis. *Et de auro meo atque argento meo, qua dedi tibi, & feci-sti tibi imagines masculinas, & fornicatus es in eis.* Et de illis dicere potuit, quod de aliis per Ioelem Porphetam; *Argentum meum & aurum tulistis, & desiderabilia mea, & pulcherrima intulistis in delubra vestra.* Vt res patuit, quando de inauribus suis & gemmis pretiosissimis, quas illis Deus fuerat largitus, sibi vitulum formauerunt.

III. Pharisæi Christi beneficiis peiores reddebantur.

Rom. 7. Osee 8. 4. Ezech. 16. 17. Ioel 3. 5.

Dedit illis arborum fructus & messem fœcundissimam, & iuxta eorum abundantiam, abundabant quoque eorum scelera & idololatriæ: *Secundum multitudinem fructus sui multiplicauit altaria, iuxta vbertatem terræ suæ exuberauit simulachra.* Dedit illis, vt per multas extenderentur ciuitates, facti eorum domini, & hinc cœperunt augere numerum idolorum secundum numerum ciuitatum. *Secundum numerum ciuitatum tuarum erant Dij tui Iuda, & secundum numerum viarum Hierusalem posuisti aras confusionis, aras ad libandum Baalim.* Dedit illis templa, & altaria, & in eis mille scelera commiserunt. *Ara facta sunt ei in delictum.* Misit illis prophetas: illos occiderunt. Misit prædicatores, qui illos erudirent: subsannabant eos; *At illi subsannabant nuntios Dei.* Si eorum non annuat petitionibus per omnia se inclinans; dicunt, hoc ideo est, quia non potuit. Si petita concedat; parui pendunt, dicunt, rem esse nullius potentiæ. Hinc se Deus in S. Scriptura describit, cum talibus, quasi perplexum, suspensum, attonitum: sicut prouerbium, Inter arcum & parietem. Ita loquitur Isaias, iuxta Septuaginta. *Agonem præbuistis Domino Deo meo*, vt a nostro loquendi modo possit illud vsurpare Susannæ: *Angustia mihi sunt vndique.* Sicut Medicus, qui curandum habet infirmum, cuius adeo corrupta sit natura & peruersa complexio, vt videat, quotquot ars medica suggerit salutis remedia, quod omnia ei noceant, hæret in se ipso perplexus, anxius, disputans; quid agam? si remedia non applico, mihi inter manus elabitur: si autem applicauero, nocebit illi, & illis emoritur: quid faciam? Ita se habet Deus, nostro modo, cum talibus; *Angustiæ sunt mihi vndique.* Talem se exhibebat quondam vati Oseæ, vt velut anxius & suspensus, more hominum esse videretur. *Quid faciam tibi Ephraim? Quid faciam tibi Iuda?* Quid faciam vobiscum? quo medio vtar? si tibi ea, quæ petis, negauero, conquereris: si concessero, vilipendis: si non edo miracula, meam accusas impotentiam: si autem edidero, rursum ais, vix ea vel hili valere.

Osee 11. Isai. 7. 13. Dan. 13. 11. V. Similitudo. Osee. 6. 4. Cap. 6.

18 Hinc orta est illa tam inusitata mentis suspensio, qua se premi idem propheta sentiebat. Deum orat pro populo. *Da eis Domine:* Et hæc dicens, obticit quodam mirabili motu, & ait; *Quid Dabis eis, Da eis vbera arentia;* Exsiccentur eis Domine, vbera tua. Hoc tan-

Cap. 9.

Psal.34.12. gere videtur, quod dixerat Dauid: *Retribuebant mihi mala pro bonis: sterilitatem animæ meæ.* Ad eum gradum ascendit eorum ingratitudo, vt ex beneficiis a Deo præstitis, mala seu peccata exsugerent. Hoc autem sterilem aridamque reddidit, & meam bonitatem, & voluntatem: his ingratis hominibus exarui, me ingratitudine sua sterilem effecerunt: est enim ingratitudo, teste Diuo Bernardo ventus exurens, qui torrentem exsiccet Diuinæ misericordiæ. Ad quid ille tibi dabit miracula: si illum tua ingratitudine sterilem reddidisti? ne vnicam quidem alicuius beneficii guttulam in eo tibi reperies. Quid tibi, quæso, concederet, si ex quanto tibi largitur, venenum paras ingratitudinis? Qua ratione dices Medico, Domine doctor, præscribe aliquid huic infirmo: & cernens omnia saluti eius obesse, reperetes; Porro quid illi applicabis? Nihil illi præscribere, occidit illum, præscribere aliquid, occidit illum: quid illi dabis? Ire quoque prophera. *Domine da illis sed quid dabis eis?* dare illis, nocet: non dare, etiam nocet. *Quid dabis eis?* Ecce tibi peccatores malæ generationis, Quibus omnia nocent. Talis & tu quoque soboles peruersa: si tibi Deus opes largiatur, illis uteris, seu abuteris, vt scelerum tuorum instrumento, puellæ coemens honestatem, impudicam sustentans societatem, pauperes vil pendens. Si eas tibi auferat, mille fraudes, dolosque meditaris, qua ratione tibi attrahes, aut furaberis alienum. Si tibi corporis concedat incolumitatem, hac te commoues: vt Dei obliuiscaris, procrastines pœnitentiam. Si te lecto infirmum detineat, in summo gradu impatiens, afflictus, inconsolatus. Si te in Republica ad altiores euehat gradus dignitatum, illis euanescis superbus, & proximum minorem aspernaris. Si te non promoueat, inuidia exardescis. *Quid dabis eis?*

O generatio nequam, cui nihil profieit, nec acerba prædicatoris reprehensio, nec malleorum Dei ictus ad cor tuum sæpius repetiti, nec Quadragesimæ tempus salutis, nec Dominicæ repræsentatio luctuosissima Passionis, nec adolescentis vicini tui mors subitanea, ne quidem dicto seruel Iesus, nec quod crimina tua sentias corporis detriuisse valetudinem. Congruit huic rationi annotatio Diui Cyrilli Alex. circa Dei legem quoad vestes laneas lepra infectas. Quando contigerit, (sic statuit Deus) vestem lepra maculari, lauetur, semel & bis aquis diuersis. Si munda fuerit, lepra est bonæ naturæ: si vero, post repetitam sæpius in aquis lotionem, pristinam retineat immunditiem; illam vt lepram iudica desperatam, nec ad aliud vestis hæc apta sit, nisi vt igne comburatur. *Debet igne comburi.* Talis es tu, tu ille sordidus, quem quærit Deus emundare, & in tui lauacrum quot parat fontes? quot conciones? quot inspirationes? quot cordi tuo acerbas reprehensiones? quot misericordias tibi cælum promittendo? quot timores, inferni tibi pœnas comminando? & post hæc qualis tu? Caue, ne æternis tradatis flammis comburendus. *Debet igne comburi* huic dat manum conceptui Vates Isaias: *Vestimentum mixtum sanguine, erit in combustionem, & cibus ignis.* Tales erant patres eorum, tales & ipsi Pharisæi.

Lib.43. de adorat. in fine.

Leu.13.57.

Isa.9.5.

§. 6. *Præcurrunt illi malitia diabolum, sicut alij meritis & sanctitate ipsos Angelos.*

ALiam rationem includit verbum illud, quod D. Lucas addit, designans tempus, quo illi accesserunt, & rationem quare accesserint. Tempus hoc fuit immediate post patratum illud celeberrimum miraculum. Accessus vero ratio fuit, vt tentarent eum. *Tunc accesserunt tentantes eum.* Quibus nobis eos deser bit, peiores, & impudentioris malitiæ præ ipsis dæmonibus. Accessit diabolus Christum tentaturus, dum eum cernit solitudini immorantem, nulla edentem miracula, vt Deo proprium est, sed ieiunantem, famelicum, velut hominem mortalem, infirmum: & venit eius probaturus potestatem: nondum enim eum viderat miracula facientem, qui vnico sibi concesso, scilicet conuersione lapidum in panes, vlterius nihil prætenderet, sed sibi crederet satisfactum, se conuictum, cuius ex hoc virtutem agnosceret, eum timeret, honoraret. Illi autem, visis tot Christi miraculis; eo quoque iam coram ipsis parato præ cæteris omnino singulari, nedum sibi arbitrantur satisfactum, nedum vt Deum volunt cognoscere, quin potius in eo fundant blasphemiam, diabolica maiorem: accusantes eum: Nec romantieus est, diabolo consœderatus, a dæmone possessus, & in iis, quæ facit prodigiis, opera Satanæ vtitur. Peiores sunt hi ipso cacodæmone.

19.

Fundat in hoc doctrinam quandam SS Patrum.

trum, quam desuper infusa sibi sapientia prosequitur S. Theologiæ Sol lucidissimus D. Thomas, homines quosdam inueniri, qui tantum in omni genere proficiunt nequitiarum & in via perditionis adeo progrediuntur, vt in ea, & omni nequitia, ipsos præcurrant dæmones: sicut è contrario, quosdam vidimus, in omni sanctitate, & iustitia & vitæ putitate proficere, vt ipsos cæli Angelos præcedant sanctiores. Quæstionem proponit D. Ambrosius. Quare in mundi exordio, creato primo homine, de eo non dixerit Spiritus sanctus. *Vidit Deus hominem, quod esset bonus*, sicut de cæteris dixerat. Creauit primo die lucem, & statim addit. *Vidit Deus lucem quod esset bona.* Secundo die, fecit firmamentum, & tertio disposuit aquas, præcepit quoque, vt producat terra herbam virentem, flores pulcherrimos, arbores fructiferas. *Et vidit Deus, quod esset bonum.* Quarto die, creat solem, lunam, stellas admirabiles, & siderum numerum innumerum in cælo. *Et vidit Deus quod esset bonum.* Quinto die producit omne genus viuentium, implet aquas piscibus, aera volatilibus, terram animantibus. *Et vidit Deus, quod esset bonum.* Tandem, sextum diem faciendo hominem dedicauit, cæteris omnibus perfectiorem, & quasi epitomen, cui omnes includeret perfectiones cæteratum omnium creaturarum, vt omnes in illo haberentur eminentiore gradu, quàm in ipsis creaturis, ob quam rationem à Philosophis μικροκόσμος, id est, paruus mundus, seu abbreuiatus intitulatur, quem D. Ambros. inscribit. *Magnum & admirabile totius creaturæ thesaurum.* Creauit illum Deus præ cæteris huiusmundi visibilis dotatum prærogatiuis perfectionibus: decens enim ac iustum erat, eas omnes haberet, qui Dominus, rector, & earum omnium creabatur gubernator. *Faciamus hominem &c. vt præsit.* Inspirauit & animam, quam ex intimis videtur extraxisse suis penetralibus, illa diuina respiratione, quam diuino suo pectore & ore deprompsit: *Inspiraut in faciem eius spiraculum vitæ.* Ad fingendum de terra hominem, consilium inierunt diuinæ personæ dicentes: *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.* Creauit eum in iustitia & gratia, & tam bona proportione inter corpus & animam, inter animam & Deum, partem inferiorem & superiorem, superiorem & Deum, vt ne minimus quidem defectus interlaberetur corrigendus. *Fecit Deus hominem rectum.* Cur igitur non addit Spiritus sanctus quod addidit in reliquarum creaturarum compositione. *Vidit Deus quod esset bonum?* Respondet D. Ambros. hoc omissum consilio quodam singulari ad rei magnæ Sacramentum, vt discrimen pateret, inter homines & cæteras res visibiles. Omnes enim illas creauit Deus tam bonas, vt eis vltimam dederit perfectionem, ad quam eas produxerat: quia illas omnes creauit in hominis obsequium, & totius ornatum vniuersi: & quando illas diuinis suis eduxit manibus, illis omne illud dedit, quod ad hoc necessarium erat, & illas habere conueniebat. Non necesse est plantas habere esse perfectius, nec terrena animalia suas qualitates, nec suam vitam pelagi pisces, nec suas aeris aues inclinationes perfectiores. Nec sperat, nec habet quod prætendat equus maius aliquod bonum, quam illud, quod tum illi Deus infudit, nec perfectiorem leo nobilitatem, nec tigris fortitudinem, nec pulchritudinem pauo, nec cervus in currendo lenitatem, nec visum aquila acutiorem, nec cantum philomela dulciorem. Homini verò, quando diuinis eius egressus est manibus, non defuit vltimam perfectionem, aut bonum, quod potest habere. Quin potius eum in principio statuit itineris boni ac mali, eique ante oculos vtrumque proposuit, dicens, vt quam vellet viam, ingrederetur.

Hunc conceptum prænotauit Spiritus sanctus dum ait: *Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu consilii sui &c. Apposuit tibi aquam, & ignem, ad quod voluerit porrige manum tuam; Ante hominem vita & mors, bonum & malum, quod placuerit ei, dabitur illi.* Cæteras creaturas, quo instanti illas creauit, statuit in vltimo suo fine & perfectione, vt jam quod amplius prætenderent, nihil haberent, hominem verò in capite seu exordio viæ posuit, & vt dixerunt Pythagorici, hoc exprimentes littera Y. quod expendit D. Isidorus. Collocauit eum ante dues terminos, *bonum & malum*: & cælesti quadam sapientia scribit Spiritus sanctus *bonum & malum*, absolutè & sine termino: quia dedit homini diuina sua comitante gratia posse procedere in bono, sine termino, quantumliber enim bonus fuisset, adhuc potuisset esse melior: & sanctus adhuc sanctiore illique dici poterat. *Qui sanctus est, sanctificetur adhuc, & qui justus est justificetur adhuc.* Pari modo, vt progredi posset in malo, ita sine termino, vt quantumliber sit malus, peior possit fieri, eique dici possit: *Qui in sordibus est sordescat adhuc.*

Eccl. 15. 14.

Lib. 1. Ethim. c. 3

Apo. 22. 11.

Apoc. 22. 12.

21 II. Potest quis Angelos meritis præcedere.

Hinc concludimus, quantumlibet sanctus bonusque sit Angelus, posse quempiam adeo in omni bono proficere, vt Angelum præcurrat; sicut etiam, quantumlibet malus ac peruersus sit diabolus, posse hominem in via perditionis ac mali tantum progredi, vt diabolum antevertat. Profunda est hæc Theologia, quam exemplo capies manuali. Manifestum est, sine vlla comparatione aquilam regiam excedere in volandi celeritate limacem seu domiportam. Illa enim alarum leuitate, aera transfindit, nec offendit, nec sistiti, nec quiescit, & in instanti plures peruolat leucas: illa vero repit graui illa conchæ suæ domo coniusa, manibus ac pedibus adeo rudis, vt vix se queat dimouere. Porro si aquila vno aut altero volatu, totis suis viribus intento peruolaret, ac demum consisteret, licet breui temporis interuallo magnum permearet terræ tractum; posset tamen limax, multorum dierum tempore, tantum iter suum prosequi, & tantum terræ tractum transire, vt tandem eo appelleret, vbi aquila conquieuit, imo & vlterius prorepere, eam post se relinquens. Angelus aquila est, tantaque celeritate leuioribus sui intellectus ac voluntatis volat remigiis, vt nihil eum remoretur; nec discurrit, nec quiescit fatigatus. Sed omnia quasi volando percurrit celerrimus. Hominis anima instar est limacis, hac graui corporis sui conchula conchâ, quam humeris gestat, & à qua deorsum deprimitur, pedes intellectus ac voluntatis graues sunt, hinc mille discursibus progreditur, ei quidquid & opponitur, eam detinet, & ne procedat vlterius remoratur.

Ambo hæc expendit Spiritus sanctus, dum ait: *Corpus, quod corrumpitur aggrauat animam. & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem.* Sap. 9. 15. Magnum terræ tractum pertransiit Angelus, aquila cælestis in bono, & in malo, breuissimo temporis interuallo. Quando illos Deus creauit, habuerunt non nisi duo instantia, vt iter suum perficerent, velut duplici volatu, boni, inter duo illa instantia viam diuini obsequii sunt introgressi, fide, charitate, ac præclara sanctitate, & tantam permearunt regionem, ita in sanctitate progressi sunt, vt ea fuerit eminentissima: & hac constiterunt, ad gloriæ terminum peruenientes. Ne credideris: hanc esse paruam. Est enim immensa, excellentissima, præsertim illa supremæ hierarchiæ Angelorum. Quis exponet D. Michaelis sanctitatem? D. Gabrielis? Cherubinorum & Seraphinorum? Angeli vero mali, licet primus eorum volatus fuerit ad bonum, qui fuit in primo suæ creationis instanti, in secundo tamen volatu, tetenderunt in malum, & in eo solo, saltum dederunt maximum, & innata illis leuitate adeo celeriter cucurrerunt, vt immensa sit regio quam in malitia sua peruolarunt. Comparat illos Christus fulguri, quod in instanti tantum peruolat spatii, vt oculos fugiat intuentium. *Videbam Satanam, sicut fulgur de cœlo cadentem.* Luc. 10. 18. Metaphora mirabilis. Vapor est in nube, talis qualitatis, quæ in instanti accenditur, cuius ignis, qui in ea accenditur, tantus est, tam intensus, tam fortis, vt cuiusuis fornacis mundi ardentissimæ flammas excedat, cuius comparatione hic noster ignis pictitius esse videatur. Talis fuit illa malitia, quæ in ipsis Angelis malis vt ignis quidam accendebatur. O quanta? quam actiua, quam diligens, quam præpotens? Nihilominus vnicus tantum fuit volatus, quo ad æternam appulerunt perditionem, quo in peccato superstiterunt obdurati. Cum illi igitur in suis terminis boni ac mali perstiterint immobiles, potest homo tantum hac in via festine progredi, & tot tantosque figere gressus continuos, vt ipsos Angelos æquet, addo & antecurrat.

III. Similitudo.

Sic se res habet, & ipsis oculis patet, ipsa enim prætermissa cælorum Regina, quæ post se relinquit in gratia, meritis & gloria cunctas Angelorum Hierarchias inferiores. *Exaltata est super choros Angelorum.* Intuere D. Petrum, qui tot tamque eminentes gressus in sanctitate ac meritis posuit præclarissimos: vt eius merita millium Angelorum longissimè præcellant merita, & locum obtineat Angelis innumeris sublimiorem; nisi dicamus, quod omnes præcedat perfectior. Adest Diuus Paulus, qui adeo celeri gradu festinat: *Ego sic curro, non quasi in incertum*, 1. Cor. 9. 26. Licet enim mole pressus huius corporis, magna tamen solicitudine corporis pondus ieuniis & mortificationibus alleuiat, & tantum in via & cæli & virtutis proficit, vt post se maiorem partem relinquat Angelorum, si non omnium. Ipsa Magdalena peccatrix, statim à suæ conuersionis exordio, adeo celeriter cucurrit, vt primo gressu se inter ipsos Seraphinos, millenis Angelis superiores sisteret meritis, & charitate flagrantissimam. Hoc Christus his verbis innuit: *Dilexit multum.* Luc. 7. 47. Si vero talis ac tantus fuerit primus eius passus, quo non tendet triginta & tribus annis, quibus superuixit, ne vno quidem puncto à cursu suo desistens remorata? quos terræ tractus non percurrit D. Ioannes Euangelista, tot annis superstes? quid de S. Antonio?

S. Antonio ? quid de D Francisco sentiendum, qui ad talem perfectionis peruenit gradum, qualem sedes illa permagnifica designabat, quæ ei ostensa fuit, illique super plures Angelorum choros præparata ?

Similimodo in malo, potest quisquam ita progredi, & in perus recrudescere, vt malitia dæmones ipsos anteuertat. Quis non capit, Satanæ malitiam à nefario & sacrilego Iuda proditoris ausu superari ? Ob quam rationem, multis ante diebus, quam ad vltimam nefarii sceleris pertingeret metam, cum dixerat de eo Ioan. 6. 71 Christus : *Vnus ex vobis diabolus est.* Quia ex tunc diabolo in nequitia comparabatur. Postmodum ingraueſcente eius malitia vendum Christum Iudæis & vendidit & tradidit impius homicida quot potuit anteuertere diabolos ? An non peior Herodes, Heliogabalus ipso cacodæmone ? Quis autem diabolus tanta furit nequitia, ac Mahometh, Arius, Caluinus, Lutherus, monstra impietatis. Idcirco dicit D. Ioannes quod tales viderit sub figura venenatorum locustarum, quæ de abysso, id est, inferno prodirent, veneno infectæ mortifero, ipsis scorpionibus a dentiores, quæ omnes terræ plantas, flores, & arbores corrumperent. *De fumo putei exierunt* Apoc. 9. 3. *locustæ in terram, & data est eis potestas, sicut habent scorpiones &c.* Quibus verbis quosdam notat tanta diabolica infectos malitia, vt ex ipso inferno prodire videantur, ipsius ditis dæmonibus nequiores, qui in tam horribilia ruunt scelera, vt non homines, sed dæmones esse videantur, *Sicut scorpiones* : omnia veneno suo corrumpunt, nec honorem alicuius integrum seruant nec quidquam fruunt quiescere, nec vident, quam non aggrediantur mulierem, nec crimen norunt, quod non audeant, nec personam cui non sint detrimento ; vt eos homines magis, quam ipsum diabolum reformident : eo quod ipsos ea vident agere, quæ nec ipse quantumlibet nequissimus, diabolus patrare sibi audax arrogaret.

§. 7. *Sicut in illis connectitur malitia stultitiæ, sic ipsum diabolum longè præcurrunt.*

Hvnc conceptum eleganter prosequitur D. Gregor. quædam expendens verba, quibus Iob profundum declarat mysterium *In similitudinem lapidis aqua duruntur.* Litteraliter exponit frigoris horritudinem, licet enim aqua natura sua sit mollis, penetrabilis, liquida, vt nedum digito tuo illam transfodias, sed & vnico halitu illam hac, illacque propellas, quando tamen contingit vt super eam decidat frigus, continuum ec intensum fit vt illam ipsis constringat petris duriorem, ad tantum gradum, vt referat Olaus Magnus quod in illis frigidissimis partibus Septentrionis, in tantum obdurescit glacies, vt ex illa construantur mœnia fortissima castrorum accumulatum, quæ tormentis bellicis fortius quam ipse rupes obsistere velle videantur ? Stupendum hoc, ait D Cyrillus Hierosolymitanus. *Aquea est eius substantia, vis autem, fortitudo & durities lapidea.* Res est hæc plane admirabilis, sed adeo oculis obuia & ordinaria, vt consuetudine cessat admiratio ; sicut in aliis rebus de se admirabilibus, ait D. Augustinus. Aliud longe voluit hic indicare beatus Iob (ait D. Gregor.) magis admirandum, nostram scilicet miseriam. Mitis, comis est hominis natura, facilis vt aqua, quam ex se, vnico halitu, vnica persuasione, hæc & illac vales propulsare. *Lenis Iob. 24. 18 est super faciem aquæ.* Verumtamen decidit frigus vnius sceleris & alterius (hoc enim nomine S. Textus peccatum describit) quo fit vt tam dæmone vehementi glacie cor humanum induretur, vt nequior ipsis etiam rupibus durius constringatur ; hoc est ipsis diabolis, qui ob inflexibilem obdurationem, petræ vocantur, minus timet, minus conquiescit, magis progreditur, audet plura, plura præsumit, plura tentat, quam ipsi dæmones. Hoc ipse Deus expertus est, in populi sui obdurata nequitia : cum semper illo sic vsus termino, *Populus dura cervicis.* Quis hanc induravit cervicem, hæc viscera, corda hæc adeo ex se benignissima ? *Scuti te* (ait Deus) *quia durus Isa. 48. 4. es & nervus ferreus cervix tua. Dura facta sunt Hier. 30. peccata tua.* Indicauit hic principium grauitatis 14 malitiæ humanæ nimirum ex naturæ suæ II. stupiditate. Magnus exsurgit ignis cum stipula Similitu- accenditur, est enim leuis ; at maior multo est do. & ardentior, & efficacior, quando incenditur in materia dura, densa, velut in quercu, seu ferri fragmento.

Congruè locutus est ille, qui dixit : Deus 24. te liberet ab homine peruerso, qui sit & stultus & stupidus. Quando malitia capit sedem in homine subtilis ingenii, licet illum malitia voluntatis ad extraordinaria impellat : eum tamen acumen ingenii remoratur, quo percipit illud sibi impossibile, vel fore nocumento. Porro quando ipsa voluntatis peruersitas, intellectus stupiditate sociatur : cum nihil sit quod eum retrahat, sine vlla profilit retardatione. Hac

Lib. 21. de rebus septentrionalibus. c. 20. & 21. D. Cyril. Hierosol. Catech. 6. Tract. 27. in Ioan.

phrasis

phrasi Spiritus sanctus indicauit perfidi Nabal
1.Reg.25.3. nequitiam, dum ait: *Erat vir pessimus, malitiosus & stultus.* Nihil peius, quam vir nequam adduplicatus stulto, & stultus insitus nebuloni: progreditur enim eius sine termino malitia, cum nihil sit quod eum refrænet, aut retardet. Dæmon nequam est per omnes casus, attamen subtilis, ex natura Angelica, & intellectu valet prorsus Angelico, hunc enim minimè perdidit. Acriter eum propria propellit malitia voluntatis, at sæpius eum intellectus sui retrahit perspicacitas. Aliquoties differt, vt sagax venator; eo quod videat nondum esse tempus congruum, nec apertam cernat januam tentationi. Ita se diebus continuit quadraginta, Christum non accedens tentaturus, donec eum percipit famescentem. Alias, licet aggrediatur, se retrahit continuo, vt prouidus miles: quando se iniquo Marte cernit collectari, impetumque retundi posse arbitratur. Alias timet, dum eius, quem aggredi statuerat, aduertit magnos animos, inuictam fortitudinem; si verò nouerit, vires illius esse superiores, suas verò inferiores, sibi alios dæmones adscisciit auxilia, es, ac potentiores; vt vidit D. Antonius, & Christus declarat in hodierno Euangelio. Porrò homo stultus est, stupidus, ignorans, rudis, ob corporis grauitatem, cui inhabitat. Si in eo flamma nequitiæ accendatur: ex vno duplex consurgit: stultus & nequam, vt sine termino, sine remota suæ peruersæ voluntatis malitia in omne facinus prosiliat, & multo audacius ea aggrediatur, ad quæ ipsa illum malitia impellit.

Magna fuit statim à principio dæmonis malitia, quando de Creatoris sui manib. s egressus, nedum illum non recognouit, aut g atias retulit, sed contra eum superbus insurrexit, illa inani & stulta cogitatione: *In cælum conscendam,*
Is.14.14. III. Diaboli superbia. *similis ero Altissimo.* Attamen millenis milliantibus vlterius progressa est hominum malitia, & in hoc longo interuallo dæmonem post se reliquit, diabolus enim numquam vere prætendit esse diuinum, nec Deum suo expellere throno, cui ipse insideret Deus, vt probat D. Thomas.
1.p.q.63. a.3. Perspicax quippe vidit, omninò fore impossibile, vt esset ipse Deus, Deum sua deiiceret Maiestate, ipse Deus sederet. Ad hoc tantum eius tetendit malitia, vt ei similis redderetur, eo modo quo S. declarat Theologia. Proinde hoc dixit tantum: *Similis ero Altissimo.* Attamen cum sit homo stupidus tam immense progreditur & effrœnatur eius malitia, vt fuerit, qui realiter & vere ascendere de hac terrarum valle in cæli suprema præsumpserit, vt Deum throno depelleret, ipse sederet Deus, & hoc animo tam sæuo, vt illud jam operi mandaret. Quod videmus in gigante illo Nemrod, qui vixit paulo post diluuium de quo Spiritus S. *Ipse cœpit esse potens in terra, & erat robustus venator coram Domino*, siue vt legunt Hebræi: *Contra Dominum.* Vt aduertit D. Aug. Et nomen hoc, *Venator* in Hebræo significat oppressorem, irrisorem & contemptorem: q.d. Erat homo ille superbus, & arrogans, sic vt nec vereretur contra Deum ipsum in certamen descendere. Idque non tantum cogitatione, vt egerat diabolus, sed illud ipsum opere cœpit exequi, ac in eum finem, auctor fuit primarius illius turris celebertimæ Babylonis, vt refert Iosephus, quòd opus hoc aggressus sit ea intentione, vt ad supremum cælum, & vbi Deus regnat, accederet, & cum eo colluctaretur, quo eum seuerius plecteret, quod mundum aquâ demersisset vniuersum, eum cælo in terras deturbaret, ipse Dei throno residereret, esseque Deus.

IV. Hominis superbia arrogantior. *Gen.c.11. 8.Lib.16. de ciuit. 4.c.6.*

Hanc quoque historiam sufficienter testantur ipsi Gentiles, ex qua poetæ confinxerunt illas fabulas, quibus cecinerunt, Gigantes adeò superbos, vt cælum impeterent, Deos ipsos bello lacessierent, in quem finem montes montibus superposuerunt: de quibus perdocte Macrobius. O malitia, diabolicâ malitiâ grauior. Siste, maledicte, an non aduertis, quod si turris cælum debeat vsque pertingere, necesse sit, mediam pertranseat aeris regionem, vbi gelu nimio mortuus congeleris? Etsi hanc transeas, oportet & ignis pertransire regionem, quæ te in cinerem redigat? O caput cerebro vacuum! An non attendis, quòd secundum bonam Astrologiam, tanta sit de terra, ad supremum cælum distantia, vt totam licet sumas terram, & de illa turrim exstruas expolitam, eo vsque non peruenturam? Hæc est hominis nequitia, qui adeò est pertinax vt eam enitatur, & in effectum producat, vt Deus ipse tale contuens intentum dicat: *Nec desistent, à cogitationibus suis, donec opere compleant.* q.d. Propositum est hoc stulti malitiosi, qui vt talis, ab hoc opere non desistet, si ei tempus, vires que concedamus. Hoc agamus, vt vlterius non possit progredi. Cum sint dæmones tanti numero, & tam excellentis naturæ, liberi à carnis miseriis, corporis pondere, nullo grauati, vt in eis nullum habeat locum infirmitas, fames, sitis, aut similes calamitates, nullus tamen eorum eo vmquã

Macr. *Lib.1.Saturn.c.20* *Gen.11.6*

proceſſit

processit malitiæ, vt veraciter, voluerit esse Deus, ob prædictam rationem. Porro ea est hominum audax & stupida malitia, vt eorum milleni hoc prætenderint, quibus libri prophani redundant, quinimo & S. Scriptura, vetissimas de iis refert historias. Ex eadem huius intenti ratione prodit celeberrimus ille dux exercituum Holofernes, tot stipatus militum copiis, vt mundum terreret vniuersum. Id autem quod prætendebat is illum mittebat Nabuchodonosor Rex, illud vnum erat, vt omnes per vniuersum orbem exterminaret Deos, ipse solus vbique pro Deo haberetur. *Iud.3.13.* *Præcepit ei Nabuchodonosor Rex, vt omnes Deos terræ exterminaret, videlicet vt ipse solus diceretur Deus.* Quia vero quidam concilii militaris Centurio nomine Achior, Deum nominauit Deum Israel, crudeliter nimis eum excepit, & exprobrans ait: *Ostendam tibi quoniam non est Deus, nisi Nabuchodonosor.* *Iud.6.2.* Alter autem Nabuchodonosor in diebus Danielis, ad tantam ascendit mentis dementiam, vt nedum sua ei malitia persuaserit vt crederet, quod ipse Deus esset quinimo & statuam suam, opus manuum artificum voluit, vt Deum haberi, proinde sub pœna capitis cunctis præcepit, vt eam, tanquam Deum proni in terra adorarent: sicut aduertunt D. Hieron. & Theodoretus.

§. 8. *Grauior est Pharisæorum malitia, quam ipsius dæmonis: hoc autem patet in Iob, & Christi passione.*

Hinc facile quis intelliget astutiam, quâ diabolus vsus est con Iob, vt primum expendit Orig. *a* & postmodum D. Cypr. *b* D. Chrys. *c* & D. Aug. *d* Aggreditur illum diabolus primum, & duos, tresve tam graues impetus in illum facit, quales omnes probe noumus, vt eum bonis omnibus, filiis ac corporis salute spoliarit. Inuenit autem in viro iusto tantum animi robur, & inuictam resistentiam, vt proposuerit se subducere victumque confiteri, ita ipse Deo fatetur. Tum demum in eum mouit viri sancti vxorem, vt illum aggrediatur, sicut reipsa est aggressa illo impetu, qui tantum ei bilem commouit: *Adhuc permanes in simplicitate tua? &c.* Adesto dæmon cedit arenæ malitia tua terga vertis, & vis vt mulier referat victoriam? Si tibi nequitiæ vires deficiant, vt tu ipse credis? an illas tuas habebit mulier flaccide formores? Male rem capis: hoc scias velim, quod multo pertinacior futura sit illa mulieris nequitia, & vbi mea, quia subtilis, substitit, eius vtique stultra, jam erit pertinax & obstinata, vt vlterius sit progressura. Ita illam agnouit Iob, conuersus enim ad illam, quæ virum acriter impugnabat, sicait: *Quasi vna de stultis mulieribus locuta es.* *Iob.2.9.* Licet enim (test D. Chrys.) ill. respondisse videatur, verius tamen locutus est dæmoni, quem post illam vidit stantem, & qui vt deiectus & vecors animi, jam per se nihil agebat, mulierem vero vt propugnaculo vtebatur retro quod lateret, proinde illi Iob: o periure, viuentium nequissime, quid agis? mulieris operam tibi præsidio sumis, ex illa tibi mœnia formas, & eius in me bellicis tormentis impetum facis? qui scias, quod eius malitia, vtpote stultra & stupida vlteriora audebit, vbi tu defecisti? in ipsa tibi hæc respondeo: *Si bona suscepimus de manu Domini, mala quare non sustineamus?*

Quis non admiretur id quod contigit in Christi Domini morte? illum intentat tota inferni malitia, manum pariter dante, omni hominum nequitia: concedit Dominus vtrisque plenam libertatem, vt contra suam diuinam personam agant quidquid aut sciant, aut possint. Hoc significauit, quando se comprehensuris dixit: *Hæc est hora vestra & potestas tenebrarum.* *Luc.22.53.* Hac accepta licentia omnes in eum vnanimiter insurrexerunt. Ex vna parte prodeunt præcipui & cæteris dæmones nequiores, quos D. Paulus vocat: *Principes tenebrarum.* *Eph.6.12* Confœderantur viris primariis, nimirum Sacerdotibus, Doctoribus & Principibus Hierusalem; exercitus fortissimus, vbi coadunantur & tota dæmonum malitia, & hominum peruersitas, tota mundi infernique nequitia. O quam sæuos fecerunt impetus? Qualem Christum reddiderunt? qui carcores tam infames? qui colaphi tam crudeles? quæ sputa tam ignominiosa? quæ capillorum ac barbæ euulsio tam dolorosa? quæ verbera tam inhumana? quæ spinæ tam horribiles? quæ vulnera tam molesta? Iam quis dicat, nihil esse quod fieri possit amplius. Sustinuit Christus illos omnes impetus animo diuino, & imperturbato, patientia tã insoli tavt ipsi sui intellectus, perspicacia intellexerint dæmones, impossibile illam in puro homine posse inueniri, & necessario consequi illum, Deum esse, proinde si progrediantur vlterius, eumque neci tradant, eorum regnum certo certius fore perdendum, & in terra, quam habebant, potestatem finiendam. Quo posito, nedum conquieuerunt, sed insuper & retrogradiuntur, vt Christi morti ponant obstaculum, quam prius totis viribus intenderant. Credunt D. Ignatius

a *Esiſ. 5.* a & Ven. Beda *b.* Illum hunc fuiſſe timorem, *ad Philip.* quem in ſomnis dæmones per viſiones terrifi- b *In c. 27* cas in Pilati coniuge excitarunt, eam commo- *Matthæ.* nentes, vt viro ſuo mandaret, ab hac cauſa Chriſti deſiſteret criminali, nec ſe hominis illius ingereret condemnationi. In illo caſu, quo malitia inferni Principum retrograditur, & arma proiicit feritatis, arma ſumit, tetinet, vrget, hominum nequitia, vt viribus reſumptis & animo acriori Chriſti procurent damnationem, idque tanto impetu, vt perſuadeant Pilato, dum vident quod Chriſtum intendere abſoluere, eum morti condemnet crucifigendum; demum, dum jam mortuum viderant, nihilominus nouas moliuntur in eum nequitiæ ſuæ machinas, Pilatum turmatim adeunt, requirunt. *Domine recordati ſumus, quod ſeductor ille dixit adhuc viuens: Poſt tres dies reſurgam. Iube ergo cuſtodiri ſepulchrum. &c.* Hinc luce clarius agnoſces, quàm ſit malitia hominum obſtinata, quodque tam ſit pertinax, quàm ſtulta, ac proinde aliquando peior, ipſius perfidiſſimi dæmonis peruerſitate. *Matt. 27. 63.*

27 Hinc intelligemus quamobrem D. Paulus quoſdam homines magis extimuerit, quàm omnium dæmonum legiones, & ipſos rogauerit Theſſalonicenſes, cum ſuis orationibus adiuuarent, vt cum honore victor incolumis ab illis liberaretur. *Fratres orate pro nobis vt liberemur ab importunis & malis hominibus.* Opinatur D. Chryſoſtomus hoc dixiſſe D. Paulum, ob homunculum quendam vilem, abiectum fabrum ærarium, ſeu ferrarium, de quo facit mentionem quem dicit Alexandrum ærarium. Quid hoc rei Dei Apoſtole? an non tu ille, qui diuina armatus gratia totum in certamen prouocas infernum, creaturas omnes, quinimo & ipſam mortem, ipſos tenebrarum Principes, dæmones potentiſſimos & hoc manu ad manum, duello ſingulari? *Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? tribulatio, an angustia &c. Certus ſum enim: quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque Principatus, neque Virtutes &c.* Et homunculum, pauperem ærarium reformidas? Ne mireris, moleſtior enim multo eſt hominis illius malitia, ſolus ille magis me fatigat, premit ſtrictius, fortius coarctat, quàm tota peruerſitas infernalis. Hoc ipſum nos quotidiana docet experientia. Sunt enim aliqui adeo diabolica peruerſitate nebulones, vt ipſos exhorreſcas, quinimo & ipſi Principes eos reformidant, qui animum tuum curis diſcrucient grauioribus, quàm ipſi dæmones. Quid non aggrediuntur? quid non audent? quid non moliuntur? quomodo nulla habita proprii damni, aut mali ſucceſſus ratione ſibi factas vlciſcuntur iniurias? quàm non ſtultè ac ſtupidè hærent in concubinatu, quo naufragium corporis, animæ, honoris, bonorumque ſuorum miſerrimi patiuntur? qua non pertinacia bella mouent, & diuexant mulierem totius pudicitiæ prototypon. Moleſtiores fuerunt illi Chriſto, quàm ipſe diabolus, ac proinde ſe grauius ab illis oſtendit laceſſitum, & hodie liquet, quando peractis ab illo tot miraculis iſdem ſpectatoribus, alia requirebant, vt ne hilum quidem de rebelli ſua malitia vel incredulitate reſecarent, ea quæ videbant ſigna calumniati, ſibi perſuadentes, quod petita ab eis ſigna præſtare minimè potuiſſet, ac proinde illis per D. Marcum reſpondet: *O generatio incredula, quamdiu apud vos ero? Quamdiu vos patiar?* Ac per D. Lucam. *O generatio infidelis & peruerſa vſquequo ero apud vos & patiar vos.* Et modo per D. Matthæum. *Generatio prava & adultera.* *2. Theſſ. 3. 2. Hom. in 2. ad Theſſ. 2. ad Tim. 4. 4.* *Rom. 8. 35.* *Marc. 9. 19.* *Luc. 9. 41.*

IV. Homines magis ali quando timendi, quam ipſi dæmones.

§. 9. Generatio prava. *Phariſæi generatio præpoſtera, velut horologii Magiſter, qui vellet, vt motus ſolis, ſuo ſe horologio conformaret.*

28 PRædictæ rationes, ob quas Chriſtus in hos Phariſæos ita vehementer fuerit ſtomachatus fundantur in illis verbis Euangeliſtæ à nobis præconſideratis. Sed & alias inueniemus, ſi verba illa conſideremus, quæ illis reſpondit, quibus illos viuis depingit coloribus, & ſtylo prorſus admirabili illis immanes, qui ſint, ac propter hoc, iniquum eſſe, illis petita concedere: *Generatio prava & adultera.* Si dicat Philoſophus, nomen breuem rei eſſe definitionem, quinimo & propter hoc Adamo, cui nota erat omnium natura creaturarum, Deus præcepit, vt eis nomina imponeret, quibus paucis litteris cuiuſque naturam deſcriberet creaturæ, & cum Chriſtus diſtinctius horum noſſet naturam, excellentiori modo eam breuiter iis nominibus, quibus eos compellat declarauit.

Primum nomen, quod eis imponit, hoc eſt, *Generatio prava.* Duas generationes leges in S. Scriptura (cum D. Auguſtino) Vna eſt generatio recta, quæ à Rege Prophe a dicitur: *Generatio in. pſ. 23. rectorum*, altera eſt *Generatio prava*, ita à Chriſto dicta, ſeu generatio præpoſtera, diſtorta Hoc- D. Aug. & 31. ad fin. Tom. 8

I. Duę ſunt generationes, & praua.

Hoc naſcitur ex duplici voluntate, quam admittimus in præſenti Euangelio: prima in principio, quæ eſt propria homini quâ hi accedunt, dicentes. *Magiſter volumus.* Secunda in fine, quæ eſt æterni Patris. *Qui facit voluntatem Patris mei, qui in cælis eſt.* Generatio recta ea eſt eorum, quos duodecies Regius Vates vocat. *Rectos corde.* Illi vero ſunt, qui primario in omnibus Dei præponunt voluntatem, cui ſuam conformant. Generatio prauа erit illorum, qui volunt, vt ſua præcedat, Dei vero ſe illi contemperet, & obſequatur. *Quinam recti corde?* (quærit & reſpondet D. Aug.) *qui voluntatem ſuam ad Dei voluntatem dirigunt, non voluntatem Dei ad ſuam curuare conantur.*

Pſ. 10, 31, 35, 63, 72, 96.

Ad bonum mundi regimen duo notamus horologia, vnum naturale, ſcilicet ſolis, quem ad hoc Deus in cælo cum cæteris ſideribus collocauit: *Vt ſint in ſigna, & tempora & menſes, & annos.* In ſignum temporum, hyberni, verni, horarũ mane, veſperi, meridiei. Eſt autem hoc horologiũ adeo certum, vt nullus in eo defectus ſit corrigendus: vt ait Dominus: *Si irritum poteſt fieri pactum meum cum die, & pactum meum cum nocte.* Ad eius exemplar multa conficiuntur horologia artificialia, quædam ex rotis, alia ex lineis, & gnomonibus. Inter hæc quędam ſunt recta, quædam prauа. Quod erit horologium rectum? Illud quod motus ſolis præcedit, & cuius ſecundum ſolis motum diriguntur lineæ, vmbræ, quod tanto erit perfectius, quanto ſolis motui conformius comprobatur. Quod erit prauum? Illud quod velles ſolem præcurreret, & in ſe motus ſolis attemperaret. Si videres horologiſtam, qui horologium conficeret, quod notaret horam decimam, & in ſolis horologio nõ octauam ſignaret: reſponderet autem horologiſta: Hoc meum horologium rectum eſt, ſolis vero indirectum, quod iuxta meum eſt dirigendum: annon replicares: hoc artificiale horologium eſſe peruerſum cui ſe ſol non debeat conformare, cum ſit ipſe prima regula, bene vtiq; illud, ſolis motibus eſſe conformandum. Vt opera perfectè dirigantur, duo video horologia, vnum naturale, artificiale alterum. Naturale eſt voluntas Dei, quæ eſſentialiter, & naturaliter bona eſt, in tantum, vt nec in paruo nec in multo poſſit eſſe peruerſa, vt autem aliquid ſit rectũ, ſufficit illud Deum velle. Artificiale eſt noſtra volũtas: vt enim aliquod opus ſit bonũ procedere debet ex libera noſtra voluntate. Quando bene dirigetur, & rectum erit illud horologiũ? quando conforme erit horologio diuinæ voluntatis, quo præcedente ipſum ſequatur.

Gen. 1, 14.

Hiere. 33.

Talis laudabatur primæus noſter atauus, quando ſupremi illius horologiſtæ manibus compoſitus prodiit in lucem, ob quam rationem dicitur: *Fecit Deus hominem rectum.* Erat autem pars inferior, ſubdita ſuperiori, ſuperior Deo. Quando vero peruerſum erit & prauum illud horologium? Quando tuam præponis voluntatem, vt præcedat, & Dei poſtponis vt ſequatur. Quando vis, vt voluntas tua, concupiſcentiis tuis attemperetur, & Dei voluntas, tuæ obſequatur. Hinc diſces in rectum tuam dirigere voluntatem, ſi ſit præpoſtera. *Duæ voluntates ſunt* (ait D. Auguſt.) *ſed voluntas tua corrigatur ad voluntatem Dei, non voluntas Dei detorqueatur ad tuam prauа eſt enim tua, regula eſt illa.* Quando horologium aberrat, & ad duodecimam ſignat quartam, inſpicis ſolis horologium, quæ ſit eius vmbra, quæ hora, quid ſignet, & tuum ad ſolis motum corrigis. Pari modo tua eſt voluntas rectificanda. O quantum aberrabat illud D. Pauli horologium? quot horas peruerſas, vmbraſque præpoſteras deſignabat? *Spirans minarum ac cædis in diſcipulos Domini*, Quam irregulares omnes eius rotæ: Quomodo vero iuerunt directæ, ac correctæ: Circumdedit eum lux de cælo, cadit in terram & exclamat: *Domine, quid me vis facere*: quænam eſt tua Deus voluntas: Huc vſque meam ſenſi à tua voluntate diſcordem, amodo vero concors corrigetur. O *breue verbum* (ait D. Bern.) *ſed plenum, ſed vtile, ſed efficax, ſed dignum omni acceptione.*

Eccl. 7. 30.

D. Aug. *In pſ. 52, 78.*

II. Noſtra voluntas diuinæ eſt conformanda voluntati.

Act. 9. 1.

D. Bern. *Ser. 1. de conuerſ. D. Pauli.*

Hinc intelliges, id quod Chriſtus nobis prælegit, vt quotidie diceremus: *Fiat voluntas tua, ſicut in cælo, & in terra.* Primum, quod horologiſta ciuitatis agit, dum mane ſurgit, illud eſt, horologium ſuum ad motum ſolis componit, vt toto die congruè horas deſignet, & vltimum quoque idem facit, vt pariter tota nocte horas denoter. Hoc tibi foret agendum, dum mane ſtrato ſurgis, diceres, non tantum oretenus, ſed & anima. *Fiat voluntas tua, ſicut in cælo, & in terra*, firmiter proponens eius obſequi voluntati & tuam illi in omnibus attemperare, eamque conſpectui eius repræſentans, quaſi diſpoſitam ad illud tantum, quod Dei voluntati fuerit beneplacitum. Ita liquet egiſſe Prophetam Dauid: *Domine ante te omne deſiderium, meum.* Attende compendium (a) eius *omne deſiderium meum.* Id eſt, omnes affectus meos, voluntatem meam, ſtatuo in conſpectu tuo. *Ante te.*

Matth. 6. 12.

Pſ. 37. 10.

(a) *In red beredem.*

Vt S. Scriptura omnimodam explicet dependentiam famuli à Domini ſui voluntate, à cuius ore dependeat obedientiſſimus, ait: ſtat in conſpectu

3 Reg. 10. conſpectu eius. Ita inquit Regina Saba: *Beati ſeruitui, qui ſtant coram te ſemper.* Ita quoque quando Rex Nabuchodonoſor Iudæos captiuos de Ieruſalem adduxit in Babylonem, juſſit ex eis ſeligi robuſtiores ac pulchriores adoleſcentes: *Qui poſſent ſtare in palatio Regis.* Similiphraſi loquitur Dauid: Domine compono voluntatem meam & omnia deſideria mea, meos affectus ecce ſtatuo ante te, tuæ ſubiecta voluntari & iis omnibus, quæ tuæ fuerint placita voluntati. Dixerim cong uè, Dauid illo die diuinis oculis gratiſſimum obtuliſſe ſacrificium. Dan. 1. 4.

III. Allegoria. Statuerat enim Deus in veteri lege, vt ſingulis diebus, illud primum in eius ageretur tabernaculo, nimirum Deo agni ſacrificium immolaretur. Quid hoc Domine, num tibi voluntas eſt his agniculis quotidie tuum celebrare jentaculum? Abſit: ſed vt tibi declarem, me velle hoc tu primum agas. Et quem tibi poteroliterare agniculum, qui tibi bene ſapiat: tuam voluntatem, eiuſque deſideria. Hæc Deo offerebat Dauid diebus ſingulis horis ſingulis. *Domine, ante te omne deſiderium meum.*

Videtur autem Vates regius tangere modum quo Deus præcipiebat, vt ſe componerent Sacerdotes, velut artificialia horologia voluntatum populi eiusque deſideriorum; nimirum vt illi primam ſuam corrigerent voluntatem & dirigerent ſecundum voluntatem, naturalem ſolis, id eſt Dei. Hunc conceptum inuenit D. Baſil. Poſtquam Deus Moyſi tradidit exemplar tabernaculi, eorumque omnium, quæ in eo erant ſtatuenda, præſertim vero loci holocauſtorum & ſacrificiorũ: quia ad hæc offerenda requirebantur Sacerdotes, deſcribit Moyſi formam, qua debeant conſecrari. Vocabis ad te Aaron fratẽ tuum, eiuſque filios à quibus originem ducent legales Sacerdotes, & vt Deo ſint accepta ſacrificia, eos hoc modo diſpones: vitulum fumes, quem jugulabis, omnem ſanguinem exhaes, vt ne quidem guttula ſuperſit, deinillum exentebis. *Sumes adipem totum qui operit inteſtina & reticulum jecoris, ac duos renunculos, & adipem qui ſuper eos eſt, & offeres incenſum ſuper altare.* Non vult dicere (inquit Caietan) quod incenſum ponatur ſuper vitulum, ſed vt totus vitulus offeratur, velut incenſum, cuius fumus aſcendat in conſpectu Domini. *Sicut incenſum in conſpectu tuo:* ait Dauid. Et ſtatim poſteà, idem dicit, fiat dearjete: Quinimo & hoc idem diſpoſuit in ordine ad eos, qui Deo vellent offerre hoſtias pacificas ones, boues, capras, ſic licet, vt renunculi, & adipes eorum & omnis pinguedo inteſtinorũ fibi litarentur in holocauſtum ita vt legem ſtatuerit vniuerſalem, ne quis adipem comederet, ſed eum Domino conſecraret. Idem quoq, præſcripſit, in ſacrificiis pro peccato, tã Sacerdotis, quã Principis ſæcularis, quã cuiuſlibet viri in particulari. Exod. 29. 13. Pſ. 140. Lib. de vera Virgin. IV. Allegoria.

Sed quid Deus per hoc intendit ſignificare? Quærit D. Baſil. quid myſterii latet in adipe, renunculis, & jecore, vt ea Deus præ cæteris ſibi poſtulet offerri, illaque in omnibus ſacrificiis cætera præcedant, & primo omnium Deo offerantur, quo Deo ſint gratiſſima: Vbi nos legimus, *Reticulum jecoris*, legit D. Baſil. *Fibras jecoris*, ſicut dicimus, fibras cordis. Hæc omnia (ait D. Baſil) ſignificant deſideria & affectus voluntatis. *Renes enim (dicit Theodoret.) concupiſcentiæ prima ſunt officina. Voluptas & concupiſcentia* (ait D. Hier.) *iuxta eos, qui de phyſicis diſputant, conſiſtit in jecore.* Hic igitur ſenſus eſt, id primum à Sacerdote Deum exigere nimirum deſideriorum & voluntatis ſuæ ſacrificium, vt omnes eius affectus offerat Diuinæ Maieſtati ac voluntati, vt ſecundum eius beneplacitum ſuam dirigat voluntatem, de quo infra latius dicemus ex doctrina D. Cyrilli Alexandrini, & ſi altero paſſu progreſſus fueris aduertendo, quod omnes eſſe debemus Sacerdotes, loquendo, non propriè, illi enim ſoli, ſunt ab Eccleſia conſecrati, ſed communi phraſi, quam ſequuntur D. Chryſ. *a* & D. Aug. *b* eo modo quo S. Scriptura vocat ſacrificia omnia opera pia, & loquitur D. Petrus: *Vos autem &c. Sacerdotium Sanctum, offerre ſpirituales hoſtias, acceptabiles Deo per Ieſum Chriſtũ.* Leu. 19. *a* H. 11 in epiſt. ad Heb. *b* in Pſ. 32.

Ecce quid tibi incumbat agendum, vt recte componas, & vita tua dextero numine dirigatur. Fotas expellatur ſanguis, ſymbolum peccati, vt prædiximus, & offer ex integro corde Deo pedibus, omnem tuam voluntatẽ, eiuſdem affectus illam & illos in ſacrificium immolans, protestando id te velle abſolute, vt in te voluntas diuina perficiatur, in omnibus quæ aggrederis, & tibi euenient, dicendo: *Fiat voluntas tua, ſicut in cælo &c.* Vtinam hoc diebus ſingulis exerceres, quã feliciter in negotiis tuis procederes, quam quietus viueres, quot merita cumulares: ſunt enim hæc propriæ voluntatis tuæ ſacrificia præclariora illis omnibus quæ de te ipſo facere poſſis. Hoc quotidie foret agendum præſertim, quando prænoueris tibi illo die quandam obuenturam occaſionem alicuius commotionis, impatientiæ & querelæ: quia vt aduertit D. Aug. vt hoc nos doceret, ipſe ſupremus Magiſter, licet nunquam eius voluntas à paterna voluntate vel vno atomo diſcrepauerit, tamen humillimus, vt paſſionem ſuam

a Ad Fabiolam apud text. 3. in epiſt. Ho. 32. b de tẽp. cap. 6. c 1. Pet 2. 5. In pſ. 31.

suam inchoaret, eam cum paterna voluntate conformitatem redintegrauit, tertio repetens: *Non mea, sed tua fiat voluntas.*

§. 10. *Sunt Phariſæi, generatio præpoſtera: Sanctorum vero recta, & ſicut illa eſt pœnæ ſaturigo, ita & hæc gloriæ principium.*

¶. 30 HOc eſt, inquit Diuus Auguſtinus, recte progredi, vt Dei præcedat voluntas, tua vero illum pone ſequatur. Contrarium, *In illa pſ. 11. Sunt a promiſſione tua* foret progredi præpoſtere, & non tolerabilis inordinatio. Quis quem ſequi debet? Deus, te an tu Deum? quis quem, Dux militem, aut miles Ducem? Ratione huius expendit acute D. Auguſt. id quod Chriſto cum D. Petro contigit. Intendebat Chriſtus in ſua Eccleſia, eius ſtatuere fundamentum, nimirum Diuinitatis ſuæ fidem: ad hoc diſcipulos ſuos eduxit de Iudæa in terram Gentium, ad partes Cæſareæ Philippi (nec hoc vacat myſterio) ibidem eos interrogat: *Quem dicunt homines eſſe filium hominis.* Volebat autem, vt is veritatis articulus terminaretur, & decideretur ex ore Petri, quo ſignificabat, ſe nolle doctrinam aliquam vt certam ſequamur, niſi illam, quam D. Petrus eiuſque cathedræ ſucceſſores determinarent. Edidit autem hanc fidei ſublimiſſimam confeſſionem; *Tu es Chriſtus filius Dei viui:* Quam Chriſtus confirmat, dicendo, quod locutus fuiſſet tanquam a Patre ſuo æterno edoctus, & diuino ſuo ſpiritu inſpiratus; hoc autem intelligendum eſt de Petri, eiuſque cathedræ definitionibus. Quamobrem eum proclamat beatum, & a Deo edoctum, petram Eccleſiæ ſuæ fundamentalem, regni cælorum claugerum. *Beatus es Simon Bar-Iona: quia caro &c. Tu es Petrus, &* ¶. 31 *ſuper hanc Petram &c.*

Matth. 16

Concluſit autem Chriſtus hoc argumentum, alio ſubſequenti, de morte & paſſione ſua; *Exinde cœpit Ieſus oſtendere diſcipulis ſuis: quia oportet illum ire Hieroſolymam, & multa pati a Senioribus & Scribis, & Principibus Sacerdotum, & occidi.* Proſilit in medium D. Petrus, & amoris Chriſti æſtro percitus nec audire ſuſtinens mortem crucis probioſam, quam Chriſtus ſibi imminere prædicebat, traxit illum ſeorſum (*Aſſumens eum Petrus*) & quaſi in eum haberet poteſtatem, arroganter, & magna libertate, melius dixero, magno deſiderio illud diuertendi, cœpit increpare illum, *Abſit a te Domine, non erit tibi hoc:* me ſuperſtite hæc tibi non fiet iniuria. Vultum ſuum grauiter commotum Chriſtus illi oſtendit, & verbis eum tam duris excipit, quibus diabolum ante exceperat, quando eo deuenit impudentiæ vt in monte, a Chriſto exigeret: *Si cadens adoraueris me.* Aitque illi. *Vade poſt me Satana, ſcandalum es mihi, quia non ſapis ea quæ Dei ſunt, ſed quæ hominum.* Singula hæc verba trutinat D. Auguſt Domine mi, quid ais? *Quare Satanas, qui paulo ante beatus, & petra? O, non enim ſapit, quæ Dei ſunt, ſed quæ ſunt hominis. Paulo ante, quæ Dei: quia non reuelauit tibi caro & ſanguis, ſed Pater meus, qui in cœlis eſt: quando autem a ſe locutus eſt, Satanas dictus eſt, quia præcedere Dominum volebat.* Quæ quæſo, illa lis quæ tuæ in eodem inſtanti mutationi? Iam nunc eum vt beatum canoniſas, & modo eum Satanam inſimulas? Iam eum honoraſti, vt Eccleſiæ lapidem fundamentalem; cui ille deberet omni offendere nollet & optaret eſſe ſecurus, modo vero exprobras quod tibi ſit lapis offenſionis & petra ſcandali? In illo inſtanti laudaſti Petrum, loquentem non vt hominem ſed quaſi qui Patris æterni myſteria ſcrutaretur, modo vero vt rerum Dei ignarum, & terrenorum ſciolum reprehendis? Ne te res illa deterreat, ſed mature verba Chriſti perpende; *Vade poſt me Satana.* Hoc velim noueris, quod Petrus vitæ Chriſti auidus, eum tentabat præcedere, volens vt Chriſtus ſequeretur, & ipſe non faceret, quod Chriſtus volebat, ſed Chriſtus Petri obediret voluntati. Proponit Chriſtus æterni Patris ſui decretum ac voluntatem, quæ ea erat, vt ipſe Hieroſolymam aſcenderet, crucifigendus, moriturus: æquum erat, vt ſuam Petrus, cum Patris æterni diuino decreto corrigeret voluntatem eamque ſequeretur. Attamen renuit, quinimo ſibi ſapiens hoc intendebat, vt Diuina voluntas ad ſuam curuaretur, ageretq; Deus ex Petri mandato. O Petre, quã longe aberras, dũ Deo ſuggeris, te nolle, vt fiat id quod ille decreuit, ſed ille decernat vt fiat id quod tu male ſapiens intẽdis.

D. Aug. *In pſa. 55. Tom. 8.*

I. Cur] Petrus a Chriſto Satan dicitur.

Miror Petre tuam hanc ireuerentiam, quæ meretur, vt voceris Satanas, id eſt aduerſarius, & trib. Chriſtus ſignificet, te in hoc ignorantem Dei ſecretorum. An miles ducem ſuum vnquam anteuertet? Diſcipulus Magiſtrum? famulus Dominum? inuerſo modo tibi agendum o Petre, ſequere me, illud velis quod ego volo, illud fiat, non aliud contrarium. *Vade poſt me. Præcedere Dominum volebat, & duci cæleſti terrenum dare conſilium. Abſit Domine, non fiet iſtud. Dicu, abſit, & dicis Domine? Vtique ſi Dominus eſt, poteſtatem facit. Si magiſter eſt, nouit quid faciat,*

D. Aug. *Tom. 8.*

monuit quid docerat; *Tu autem vis ducere ducem, docere Magistrum, iubere Domino, imperare Deo? Multum præcedis, redi retro.* Si sic Petrum excepit, quid miramur quod Pharisæos tanta confundat, ac reprehendat acritate. De illis autumo cecinisse Vatem Regium: *Conuertentur inimici mei retrorsum. Ideo conuertantur retrorsum* Psal. 55. 10. *ne præcedant, sed vt sequantur.* Hic tu quoque disce, qui Deo leges tentas præscribere eorum, quæ tecum habeat agenda, illique suggeris, vt id velit, quod tibi placet, quam dignus sis ab illo seuera castigatione reprehendi.

32 O quantis dici hoc potest: dum illis Deus suam exponit voluntatem, quantum ad calamitates, quas illis iustus immittit, illi præcedere volunt, & vt fiat contrarium, faciat Deus quod illi fieri decernunt suæ proprietatis voluntatis. O stulti corde, & præposteri, ecce quid de vo- In psa. 24. bis dicatur *Vade post me Satana, non enim sapis* &c & 31. 1 Te illius conformari voluntati: nec enim ille se Psal. 96. 12. ad tuam debet incuruare. Ex hoc poteris intelligere, ait D. Augustinus illa Dauidis verba: *Lætamini in Domino & exultate iusti, & gloriamini omnes recti corde.* Eos quos prius vocat iustos, postmodum vocat rectos corde: qui enim recti sunt corde, hoc est conformes sunt Dei voluntati, hi iusti sunt: nihil quippe magis, conuenit iusto, quam cordis rectitudo. Quid iustum est, vt se conformet, an Deus se tibi, an tu Deo? Dominus seruo, vel seruus Domino? prauum recto, vel rectum prauo? Illis autem duo promittit Dauid. Primum, lætitiam & consolationem. *Lætamini & exultate.* Secundum præmium infinitæ & æternæ gloriæ. *Gloriamini omnes:* Nihil enim adeo virum iustum exhilarat, & in suis tribulationibus consolatur, quam cogitare hanc esse Dei voluntatem, qui eas sibi semper iustus immittit. Hæc cogitatio Iobum in tantis calamitatibus ita solabatur, vt in eis ita lætaretur, quasi thesauros infinitos inuenisset; hoc enim apprime nouerat, quod dicebat; *Sicut* Iob 1. 21. *Domino placuit, ita factum est, sit nomen Domini benedictum.*

Hæc consideratio D. Paulo abstergebat lachrimas, cum solabatur, exhilarabat, & omnet eius pariter discipulos; quando eis prædixerat Agabus propheta, Diuus Paulum vinculis alligandum, carceri mancipandum, morte condemnandum, & omnes mœrore confici viderentur; Non est, inquit Diuus Paulus quod impatientius doleatis; hæc enim est Dei voluntas. Si hoc verbum: Hæc regis est voluntas: sufficiat ad grauissimas sedandas quæstiones, quanto magis hoc verbum; Dei est voluntas? *Quieuimus* (sic refert D. Lucas) *dicentes, Domine fiat voluntas.* Notate verba; *Quieuimus.* Act. 21. 14 Hoc verbo corda eorum quieuerunt, hoc verbo cunctis respondebatur argumentis, hoc verbo omnes pusillanimes erigebantur.

Hæc erat illa meditatio, qua delectabundus exultabat, Diuus Chrysostomus, vt ipse fatetur tam grauibus pressus persecutionibus, quas in eum excitabat Eudoxia Imperatrix, quæ eum & affligebat, & ciuitate expellebat, & per- sequebatur atrocius. *Semper dico: fiat voluntas tua Domine: non quod ille vult, aut ille, sed quod tu vis; Tua voluntas mihi turris fortissima, & petra stabilis, & baculus fortis* &c. Hæc erat illa, quæ solabatur, confortabat Sanctum sacerdotem Saturnum, inter tot carceres, molestias, angustias, quibus a Longebardis ad extrema deducebatur. *Ego in manu Dei sum, tantum in me possunt facere, quantum ipse permiserit.* Diuus Greg. Ita vt, dum eum volunt condemnare, rogantque, vt ipse mortis sib genus eligat, quo vellet ab ipsis interimi; responderit: electionem non habeo, meam enim voluntatem Diuinæ resignaui voluntati. *In manu Dei sum: ea morte me occidite, qua ille me occidi permiserit.* Ille in maioribus periculis tam quietus viuebat, ac si in cælo beatus regnasset, proinde per eum Deus mirabilia operabatur: Vnde credis, tuas oriri anxietates? Ex eo quod optes semper tuam fieri voluntatem, & eum illa non sit, quæ debet impleri, sed Dei, hinc turbaris, hinc afflingeris, hinc mœstitia absorberis. *Vnde bella & lites in vobis* (quærit Diuus Iacob.) *Nonne hinc? ex concupiscentiis vestris.* Vestram præponitis voluntatem & concupiscentiam, & eam videris non impleri. *Concupiscitis enim & non habetis, occiditis & zelatis, & non potestis adipisci, litigatis & belligeratis, & non habetis.* Tu ipse de te ferto testimonium; quid est quod te tantopere discrucias; quando infirmus lectulo decumbens, cum hæc Dei sit voluntas, te illi detractes conformare, sed quod tua velis præcedat voluntas? Vult Deus vt inopia premaris, tu vero vt diuitiis abundes: Vult Deus, ad dignitates non promouearis: tu vero vt illas adipiscaris sæuissima moues prælia. En tibi inquietudinis tuæ, doloris, mœroris originem: nempe quod tuam Diuinæ præponere velis voluntatem.

Attende mentis tuæ statera Varis Eliæ facinus, non enim sine ratione nobis illud hodie proponitur in Epistola coniuncta Euangelio, quod modo declaramus. Ecce Elias omnis vir-

Hom. cum de illius expulsione Agentur. Tom. 5. D. Greg. Ii Dialog. c. 31. Iacob. 4.

tutis

tutis exemplar, nihilominus vice quadam adeo inquietus, turbatus, & vehementer adeo coarctatus mœrore conficiebatur, vt ad iuniperi vmbram protectus conqueri cœperit, seipsum, quinimo & Deum obtestari: Heu me infelicem, 3. Reg. 19. 4. ad quid viuo mortalium miserrimus? Eia Domine, moriar, moriar ego; *Petiuit animæ suæ, vt moreretur; Sufficit mihi Domine, tolle animam meam.* Quid hoc, o Vates Sanctissime? quis hic dolor tuus adeo sensibilis? quis tibi mortales has adfert angustias? Non tacuit hoc Spiritus Sanctus manifestans, quod iterum hoc Elias fuisset aggressus, ex propria sua voluntate. *Ibat, quocumque eum ferebat voluntas.* Hæc ne illa D. Bern. lib. 3. de Consid. est, quæ te ducit, quam tu sequeris? grauis te manet vltio, dicit D. Bern. *Hæc est enim crudelis bestia fera pessima rapacissima lupa, & luxuriosissima.* O iusti; o recti corde: per hoc in hac vita quoddam gloriæ cælestis principium obtinebitis, si vestram voluntatem Diuinæ contemperetis voluntati. *Gloriamini.*

33 Præcipit nobis Christus, vt petamus; *Adueniat regnum tuum.* Domine, da nobis principium, & regni tui seu gloriæ participationem. Quomodo fiet istud? Addant; *Fiat voluntas tua sicut in cælo & in terra.* In cælo nequit esse dolor gemitus, tristitia: est enim status illic omnium quoddammodo gaudiorum. Quæ huius rei causa? dolor ex eo nascitur, quod quis eo, quod appetit, non potiatur. Ibi vero omnes, eo, quod desiderant perfruuntur. *Beatus habet quidquid vult,* ait D. August. Et ea est ratio, quam D. Arg. lib. Mana. cap. 10. ipse assignat, quia in illo statu omnium felicissime, omnes habent suam cum Deo vnitam voluntatem, & unus cum Deo spiritus perfectissime efficiuntur: ac proinde nihil aliud volunt, nisi quod Deus vult, & sicut quod Deus vult. illud fit, ita ipsorum in omnibus voluntas optatissime adimpletur. *Omnipotentes erunt suæ voluntatis, vt Deus suæ. Nam sicut Deus poterit, quod volet per seipsum: ita poterunt illi, quod volent, per illum: quia sicut illi non aliud volent, quam ille volet, ita ille volet, quidquid illi volent, & quod ille volet non poterit non esse.* Profundam continent hæc verba Theologiam. Hoc Isa. 2. 17. dixit idem prophera Isaias, quod ibidem, *Elevabitur Dominus solus.* An ergo non regnant Apoc. 4. 4. omnes? Regnant vtique, idcirco enim eorum omnia vidit D. Ioannes capita coronata vt reges solent. An non totum illud fit, quod omnes desiderant? Fit vtique; sed id tantum volunt, quod Deus vult, quia clarissime diuinæ cernunt rectitudinem voluntatis, & id quod Deus, vult, esse optimum; Hoc inquit Diuus Aug.) vult Deus, quod ipsi volunt, & hoc ipsi volunt, quod Deus vult: & sicut id quod Deus vult, indubitanter fit, ita quoque fit quod ipsi fieri desiderant. Pete a Deo, vt det tibi quandam huius gloriæ communicationem, dic Deo; *Adueniat regnum tuum.* Hanc assequeris, tuam cum Diuina vnitendo voluntatem, *Fiat voluntas tua.*

Hoc Deus promiserat per Isaiam prophetam. *Dum non feceris vias tuas nec inuenitur voluntas tua, vt loquaris sermonem; Tunc delectaberis super Dominum, & sustollam te super altitudines terræ.* Contemplare D. Franciscum, quam lætus in sua paupertate exultat: D. Laurentium video craticulæ superpositum, velut in cælo lætantem: Apostolos eo hilariores, quo grauioribus pressi sunt persecutionibus; Diuum Paulum in tribulationibus gloriantem; *Gloriamur in tribulationibus.* Iam corde in cælo gaudentes conquiescunt, in illis Dei regnat voluntas, hac illis in omnibus satisfactum: Hæc est rectorum generatio; *Generatio rectorum benedicetur.* O generatio nobilis, illustris, excellens, cunctis Regum terræ stemmatibus eminentior. Hoc Christus hic significauit (vt tibi pateat, quam bene hic discursus in eo fundetur) his verbis concludens, quod qui fecerit patris sui voluntatem, ille est filius Dei, frater, soror & mater Christi. *Qui fecerit voluntatem Patris mei, qui in cælis est, ipse frater meus, & soror, & mater est.* Num filius Dei? Frater, soror, quin & mater Christi? An quis possit titulos nanciscì nobiliores? Opponit Christus hanc generationi, de qua in fine Euangelii generationi prauæ & præposteræ, de qua in principio; *Generatio prauæ,* An peior hac vlla dari queat? hæc est illorum nebulonum qui accedunt, dicentes; *Magister volumus à te* &c. O mentis inopes, peruersi; Christum vt Magistrum prius agnoscitis & Dominum (tunc enim Dominos dicebant & habebant ipsos Magistros) & petitis, vtpse faciat id, quod vos vultis? O generatio prauа! Hinc docet D. Chrysost. quod nomen hoc Magister, quo Christum videntur honorare, magis fuerit irrisorium quã syncere prolatum. Quid de illo censeres, qui se Principi in seruum addiceret, & primum, in quo vellet ostendere, se eius seruum, hoc esset, nimirum, Dominum suum adiret, dicens. *Domine mi, vt talem te agnosco, porro tuum erit agere, id quod ego voluero?* Serue nequam, an risui me habes, an me explodis?

Isa. 58. 13.

Rom. 5. 3.

Psa. 111. 2

Quinimo, propter hoc dixit Deus per prophe-

phetam Malachiam, quod eorum multos non ferret, qui se Dominum ac Patrem venerarentur, *Filius honorat Patrem & seruus Dominum suum. Si ergo ego Pater sum, vbi est honor meus? Et si Dominus ego sum, vbi est timor meus?* O quot tales inter nos reperias, quos recte vocaueris? generatio præpostera, praua, quæ Deum exsibilare videatur. Semper hoc sonat ex ore vestro. Domine mi, Deus meus. *Quid vocatis me Domine, Domine & non facitis quæ dico?* ait ipsa veritas Christus. Quæ foret illius impudentia, qui se Ducis alicuius iactaret obsequentissimum famulum, nihilominus, nihil adeo cordi caperet, quam Ducis sui mandata prætergredi? Si ille de famulo suo gloriaretur, quid illi replicares? Et quæ hæc tua, o Christiane inuerecunda malitia vt te Dei seruum fatearis, eumque vt Dominum tuum agnoscas supremum, & nihil magis cordi habere videaris, quam quidquid tibi iniunxerit, audax præuaricari? Quid enim agis nisi diuina eius mandata contemnere, transgredi leges, surdas eius admonitionibus aures præbere, & nihil magis quam Deum obtemperare, nihil minus curare, quam ut iis attendas, quæ ille tibi mandauit obseruanda? *O generatio prana.* Nequior es, secundum quid, ipso Pharaone. Misit Dominus Moysen legatum suum ad Pharaonem, vt hanc ei diuinam exponeret voluntatem: *Hæc dicit Dominus Deus Israel: Dimitte populum meum vt sacrificet mihi in deserto.* Proponit sibi Pharao, Deo non obedire, & supposito quod eius nollet mandatis obtemperare, noluit eum vt Dominum suum palam confiteri, nec seipsum vt eius seruum vel subditum, vnde ait *Nescio Dominum, & Israel non dimittam.* Hoc enim monstrum sum iudicabat, licet barbarus, eum vt Dominum confiteri, & eiusdem nolle facere imperata, & rem esse etiam adeo lapideo cordi, quale suum erat, minime tolerandam. Hæc est Pharisæorum impudentia, qui accedunt Christum colentes nomine Magistri ac Domini vt vlciscantur interim, ipse sit eis subditus, eorumque perficiat voluntatem.

Mala. 1. 6.

Exod. 5. 2

§. II. Generatio adultera. *Sunt Pharisæi, generatio adultera, quæ sponsum ore celebrat, at amicum corde. Heynæ Hieremiæ similes.*

35 SEcundum epitethum, quo eos Christus signat, illud est. *Generatio adultera*, nomen, quo Deus communiter eorum exprimit malitiam. Nihil magis commune adulteræ quam bona verba, & malum cor præstare coniugi, cor suum tradidit ganeoni, magna mariti sui iniuria, magno dedecore, magna infamia, vt autem ei imponat fraudulenta, & se ab illo seruet incolumen, ei verbis blanditur amicissimis, quibus eum compellat: tu vita mea, anima mea, solamen vnicum & quo turpiorem contra eum telam orditur traditionis, eo maritum reddit adulationibus, signis amoris exterioribus, verbisque dulcissimis securiorem. Hoc agebat generatio hæc peruersa. Nihil erat adeo ab eorum cordibus remotum, nihil minus amabant quam Deum: idolis suis medullitus maritati, delicijs suis, cupiditatibus, furtis & rapinis traditi, attamen nihil illis in ore frequentius quam Deus, cuius, & se seruos profitebantur, cuiusque honorem & gloriam numquam non præseferebant: vociferantes, hic est sponsus noster, pater noster, noster Magister, nostrum bonum. Hoc illis dilucide Christus exposuit, quando alias ad eum accedentes verborum eum lenocinijs demulcebant, tunc siquidem eorum publice detexerat cordium peruersitatem, & a se indignos repulerat dicens, quod eos in vs & in cute nouisset, esse illos, de quibus *Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est a me.* Nihil ab eorum cordibus remotius, quam esse Christi discipulos, eiusque diuinæ doctrinæ adhærere. Quocirca dum illis dixit cæcus ille illuminatus; *Numquid & vos vultis eius discipuli fieri?* Dixit eum detestati sunt imo & excommunicarunt: & modo in particulari, non adeo cordibus suis mortem ipsam exhorruissent, quam Christum, cum paulo ante hanc historiam attestibus Euangelistis, in concilio consederint *Vt eum perderent.* Arbitrati sunt, quod fides eius in populo multum derogaret, si in eius conspectu quædam ab eo requirerent signa prodigiosa qualia Christum minime posse facere, sibi persuadebant. Ad eum accedunt hostili corde vt autem eum reddant securum, blandis, & honorarijs vtuntur verbis, titulum & nomen acceptissimum ei offerunt: *Magister.* q.d. Alium magistrum repellimus, tuam scholam frequentamus, alius nobis dux non satisfacit: tu sis nobis talis in omnibus, *Magister: O generatio prana & adultera.*

I. Similitudo.

Isaiæ. 29. 13.

Ioan. c. 9.

Matt. 12. & Mar. 8

Petpendit Diuus Chrysostomus quædam verba, quæ Deus bis repetit per Hieremiam, & Christus ea confirmat in Iudæis impleri. Vbi nostra lectio vulgaris habet, *Spelunca latronum facta est domus ista.* (legit ipse, iuxta Septuaginta) *Spelunca*

36

Ho. 13. in Matt. 3. Cap. 7. 11 & 21. 13.

Spelunca Hyenæ facta est domus mea mihi. Apud scriptores, Hyena particularibus describitur proprietatibus, ac proinde de illa tractant Solinus, Plinius, Ælianus, Oppianus, Aristoteles, Ouidius, D. Clemens Alexandrinus, Tertullianus, D. Gregorius, etiam D. Anastasius Episcopus Nicenus refert ex Eusebio, quod Salomon de ea particulariter scripserit. Sed ex professo D. Chrysost. proponit singulares & stupendas eius proprietates: quas fuse prosequitur noster Vincentius Belluacensis in speculo maiori. Inuenitur autem hoc animal in partibus Africæ: magnitudine instar canis molossi. Primum igitur de eo refert D. Chrysost. quod animal sit lucis inimicum, cuius radiis excæcatur, proinde semper noctibus obambulat. Obquam rationem ab Oppiano dicitur vocari, Noctipla, id est, obambulator nocturnus: alii etiam arbitrantur illud esse animal, quod a Propheta Abacuc vocatur, *Lupus vespertinus*. Secundum corpore est inflexibile eo quod non habeat nodosam spinam, & multis ossibus innodatam seu compactam, velut aliorum animalium spina dorsi, sed vnum tantum os latum, continuum, & solidum instar laminæ ferreæ. Tertium, crudele est, carnis auidum, sed maxime humanæ proinde communiter ei ea cæmiteria vagatur, corpora effodit defunctorum. Tandem animal est perfidum, quod graues molitur traditiones. Vt canes capiat, latrat ut canis, vt hoc latratu, quasi panis signo illos ad se conuocet. Singulariter tamen hoc utitur dolo mirabili, quem expendit Plinius aut quid rari, & Solinus *b* ut quid stupendum. Accedit noctibus pastorum tuguria, hic sistit, auscultans, num forte inter eos quisquam proprio suo nomine compelletur. Si quoddam nomen aure perciplat: parumper subticet, deinde vero, vocem fingens humanam, vocat eum illo nomine, quod intellexit, quasi quidam esset, qui ad tugurium accederet, vt per hoc pastorem reddat securum; quando quippe quemplam proprio compellas nomine, hoc ipso ipsi persuades, quod eum agnoscas, amicus illius sis, eius recorderis. Nihil sinistri suspicatus pastor, amicum credens, qui eius nouerit prompte nomen, egreditur, quem Hyena confestim rapit, & vnguibus discerpit? O animal crudele, fœdifragum.

Tales notantur hi prodotores, eorumque concilium vt spelunca hyenæ; *Spelunca hyenæ facta est hereditas mea mihi.* Primum lucis inimici lucifugæ, qui clarissimis eius radiis obtenebrabantur. Optime dixit illis Christus. *Lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quam lucem.* Fulgidissimis doctrinæ suæ, ac miraculorum radiis magis obtenebrabantur. Modo, quando, velut Diuinus sol radium emittit clarissimum, miraculi, quod patrauit, adeo obcæcati sunt vt dixerint. *In Beelzebub principe demoniorum eiicit dæmonia.* Erant quoque, obdurati & inflexibiles, cum illos ab innato non retorserit odio, ac feritate belluina qua Christum persequebantur nec eius dulcissima suauitas, nec eius stupenda prodigia, nec diuina prædicatio, nec fine fuligine suauissima puritas, nec Sacræ Scripturæ auctoritas, nec bonorum promissio, nec malorum comminatio; proinde illos Christus deseruit vt dæmones obduratos. Erant quoque sæuissimi, vt illos Christus reprehendit, *Qui comeditis domos viduarum,* exsugebant pauperum sanguinem. Sed hoc erat illis singulare, & cum Hyena commune: nimirum cordis pertersitas, duplicitas proditionis; scelus iniquissimum, sibi sumentes præsidio nomen illud, quo eum diuinum pastorem inti mi sui familiares compellabant; scilicet nomen *Magister. Scimus, quia a Deo venisti, Magister.* Dixit Nicodemus & eius schola discipuli. *Rabbi quis peccauit, hic an parentes eius?* Item ei charissima Magdalena. *Rabboni.* quinimo & ipse mittens duos de discipulis suis, versus ciuitatem negotium quoddam præclarum, vt pateret, quod suo nomine venirent, præcepit eis ut dicerent. *Magister dicit: Tempus meum prope est.* His muniti accedunt Hyenæ, vt omnem ei auferant doli suspicionem. *Magister.* Sicut & ille omnium quos sol aluit, sæuissimus Iudas, vt eum traderet, inquit, *Aue Rabbi.*

Hoc nomen ore proferunt, at in corde immortale fouent odium, & eum perdendi vi am & honorem eius flagrantissimum desiderium. Viden' illos spelunca Hyenæ? *Numquid spelunca Hyenæ facta est domus mea mihi? Ego ego sum, ego vidi dicit Dominus.* Quam mihi clare patent mentis vestræ viscera, proditores sed & agnoscite, ex eo quod cordis vestri nihil me præ tereat, fugiat nihil; quia *Ego ego sum*; Deus verus, hinc procul abito *Generatio mala & adultera.* Illos plurimis ab annis præmonuerat Spiritus S. per Salomonem. *Ne accesseris ad illum duplici corde, ne forte cadas, & adducas animæ tuæ inhonorationem, & reuelet Deus abscondita tua, & in medio Synagogæ elidat te, quoniam malitiose accessisti ad Dominum, & cor tuum plenum est dolo, & fallacia.* Quid ergo speraretis, proditores hypocritæ; quid

37

Lib. qui in fine p. 39 lib. 13. cap. 11. Quale animal sit Hyena.

Lib. 13. cap. 11.

Lib. 3. de Natura. lib. 8. c. 18.

a Lib. 8. c. 30.

b In Polyhist.

Ioan. 3. 2. Ioa. 9. 2. Ioa 20. 16

Matth. 26 18.

Eccli. c. 36

Matth. 23 14.

minus ille faceret, quis perfectius vos nouit, & proprius introspicit peruersas vestras intentiones, quam vos ipsi? Tu quoque quid boni speras, qui cum istis accedes suauibus, blandis & amicis verbis; hostili vero corde, & ad omnem offensam præparato?

De vobis verificari potest illud, quod de his dixit, qui eorum egregie tenebat corda. *Et* Psal. 77. 33. *dilexerunt eum in ore suo, & lingua sua mentiti sunt ei: cor autem eorum non erat rectum cum eo, nec fideles habiti sunt in testamento eius.* Ne crediderit is, quod vobis male conueniat nomen, generatio adultera: si enim eos hoc Christus nomine notauerit dignissimos, illud vobis eius Iacob. 4. 4. Apostolus D. Iacobus imposuit. *Adulteri, nescitis: quia amicitia huius mundi inimica est Deo?* Animæ adulteræ, Deo desponsatæ: oretenus cum colitis, corde vero mundum eius inimicum veneramini; Nullum os magis pium & Deo dicatum, quam tuum: Pater noster, Deus meus, meum bonum, pastor meus, gloria mea: sed nec est cor magis oppositum: cum tuum aliud nihil intendat, & moliatur, quam eius iniuriam, dedecus, contumeliam. An non talis oratus D. Greg. Nyssen. accedis (inquit D. Gregor. Nyssen.) dicens id, *Li. de orat Domi.* quod Christus pissima sua misericordia, tibi concessit, vt diceres: *Pater noster, qui es in cælis* Matt. 6. 7. Hoc oretenus; intus vero talis es, vt tibi possit Ioa. 8. 44. exprobrari, quod Christus Iudæis, *Vos ex patre diabolo estis, & desideria eius vultis facere.* Ex vna parte dicis, *Sanctificetur nomen tuum.* Et ex alia illud blasphemas. Exterius voce ostendis te eius resignatum voluntati, dum ais: *Fiat voluntas tua, sicut in cælo & in terra* & corde tuo nihil magis satagis, quam id aggredi seu conari, quod eius est contrarium voluntati, & præceptis. Voce tenus; *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus* &c. & corde tuo iniuriæ meditaris vltionem.

Subtiliter notat Abbas Rupertus quam graphice illos describat Deus, imo & vos, in eo quod is Moysi, altare erigeret, in quo eius lex describeretur, & interiori parte constaret ex lapidibus duris, informibus, impolitis: Audi verDeut. 27. 2. to Dei præceptum: *Erges ingentes lapides, de saxis informibus & impolitis & ædificabis altare Domino Deo tuo, & calce leuigabis eos, vt possit scribere in eis omnia verba legis huius.* Ne scriptura peruadat, penetretque vsque ad lapides, illi etenim suam retinerent duritiem, In Hebræo legimus; *Limes eos calce.* Tales fuerunt hi Iudæi. Quale altare Deo erigebant exterius adeo calce leuigatum? qua legis Diuinæ super scriptione apparebant, adeo religiosi, Dei honoris zelosi, mitissimi, cor autem eorum petras vincebat duritie? Tu quoque talis. Quam præfers superscriptionem? quales protestationes ore tuo pro Dei gloria? quantus Ecclesiæ zelus. At quam parum recipitur hæc superscriptio intus in animæ tuæ visceribus? Cum tibi eor sit adeo durum, informe, nullo labore virtutis expolitum.

§. 12. Signum quærit. *Quater signa de cælo petierunt: quæ erant talia, quæ faciliori ratione possent adscribi diabolo.*

Signum non dabitur ei. Expendamus, quæso diligenter verba hæc. Quo clarius intelligamus insipiens Pharisæorum intentum, & Christi Domini diuinam sapientiam, diuinum consilium. Quæstionem proponit D. Tho. circa illa verba. Quomodo verum est quod Christus dixerit: signum non dabitur ei: si postmodum plurima dederit? Redundant Euangelia ipsis miraculis quæ Christus post hæc fecit, imo & ipse D. Matth. qui hoc conscripsit Euangelium, refert illud quod heri tractauimus, quod etiam ibidem ipso Palmarum die, vicinus passioni, multa coram eis similia ediderit, quæque tam admiranda, vt ipsi Pharisæi summo stupore percellerentur. *Videntes autem Scribæ & Pharisæi mirabilia quæ fecit* &c. Talia inquam, vt D. Ioannes eorum cæcitatem admiratus de iis hæc verba proferat, miracula titulo prænotans multa & magna. *Cum autem tot tantaque signa fecisset coram eis.*

3. p. q. 42. ar. 1. ad 1.

Matt. 21. 15.

Ioan. c. 12. 37.

Multa attulit Abulens. ad enodationem huius difficultatis, attamen illa primo describit D. Tho. Dicit igitur Primo ex D. Chrysost. quod eis Christus non pro semper signa denegarit, sed tantum pro illo tempore illos enim tunc, repulit a se nullo dato signo. Dicit Secundo cum D. Hier. quod eis non omnia negauerit signa, sed tantum ea quæ ipsi petebant; nimirum *Signa de cælo*, vt ait D. Luc. vt aeri tenebras offunderet, aut manna cælo deduceret, cum Moyse, aut solis cursum retardaret cum Iosue; aut tonitrua, fulgura, tempestates excitaret, vt olim Samuel, ignem de desursum in terras attraheret, in morem Eliæ. His duo prætendebant: Primum vilipendere, & extenuare Christi miracula, dicendo, quod ea quæ hactenus fecerat, ea essent, quæ vix duobus digitis à terra sursum tollebantur. Secundum eius gloriæ derogare: sibi etenim persuadebant, Christi potestatem eo vsque non extendi, vt signa de cælo faceret: quod proinde

In cap. 12. Matt. q. 37. Luc. 11. 29. 44. in M. tib.

con-

concluderent, quod illa quæ faciebat inter oculos & manus, id est quæ viderentur & tangerentur, opera essent oculorum, manuumque facilitatis seu præstigiatoria. Quater signa petentes accesserunt, Primum: quando in exordio prædicationis suæ illos flagis eiecit de templo, ut canes immundos omnes. Sicut enim hactenus nulla Christi viderant signa, sufficiebat illis pro illo tempore quædam in communi postulare: *Quod signum ostendis nobis, quia hæc facis.* Secundum: quando patrato miraculo quinque panum, adeo celebri, vt videntes illi, quod omnis populus communi suffragio ei acclamaret: *Hic est vere propheta, qui venturus est in mundum.* Accesserunt ad Christum, dicentes, quod fecisti modo miraculum, res est parui momenti. *Quid operaris?* Frustum panis, & quidem hordeacei, elargiri, quid hoc tanti? *Quod signum tu facis, vt credamus? Patres nostri manducauerunt manna &c.* Ita hoc, hoc est, miraculum, quod Moyses operatus est, panem de cælo deducens panem Angelorum; tu vero *Quid operaris*, quæ tua sunt miracula? Res terrenæ, nullius ceu paruæ entitatis, panis vsualis, & quidem hordeaceus. Ostende tu nobis signa de cælo: illa quippe magni sunt æstimanda. Tertium, quod modo præmanibus habemus, facto enim illo miraculo, cæco, muto, surdo, & a dæmone possesso integre curato, accedunt, arguunt, hoc nihili faciendum: opus esse adeo restrictæ potestatis, quæ vlterius se non extendat quam ad ea, quæ sunt nobis proxima, rogant propterea vt signa de cælo demonstret. Vltimum quando eis & Sadducæis rubore nimio confusis, qui tentantes eum accesserant, reuersi sunt, petentes, si vellet vt in eum crederent, ostenderet signa de cælo. *Rogantes vt signum de cælo ostenderet eis.*

Ioan. c. 2. 18.

Ioan. c. 6. 14.

Mat. 16. 1

40 Illa signa de cælo toties licet, ac tanta importunitate petita numquam illis dare Christus consensit (ait D. Tho.) idque iure merito. Primum eo quod præsciret, proditores illos ad nihil aliud intendere, quam vt eius miracula possent calumniari, quæ dicebant, vel flocci pendenda vel virtute effici dæmoniorum; ac de nullo eorum illis facilius erat hoc dicere quam de illis, quæ ipsi petebant de cælo; (ait D. Hiero. ex quo sumpsit Beda) velut de tonitru, fulgure, grandine, ignibus, ventis &c. Et patet apertissima ratio, quia in illis superioribus regionibus, vbi formantur tonitrua, fulgura, ignes, grandines, tempestates, communiter dæmones commorantur, vnde de illis S. dicit Theologia, quod habitent in aere illo caliginoso, qui tot dæmonibus repletur, sicut Dominica præterita retulimus. Vnde illos vocat D. Pau. *Principes potestatis aeris huius. Principes & potestates in cœlestibus*: quia in illis mediis aeris regionibus ampliorem exercent potestatem. Vt declarat D. Aug. Ob quam etiam rationem eos Christus nominat: *Volucres cæli.*

In cap. 12 Matth.

Factu perfacile est dæmonibus aera commouere, & vapores concertere, qui in illis sunt, in grandines, in imbres vehementissimos similiter & ex eis igneos radios accendere, & in terram demittere: Ita Antichristus operabitur, cuius signa fallacia erunt, & dolis plena, sicut D. Paul. testatur. *Prodigiis mendacibus*: ea quæ ipse patrabit ex tali constabunt apparatu, seu phaleris & virtute diaboli efficientur, *Faciet signa magna, vt etiam ignem de cælo faciat descendere in terram in conspectu hominum.* Loquitur enim hic D. Ioan. de ista bestia. Et D. Methodius Martyr ait quod signa illa erunt, quædam in aere alterationes, vt videatur Sol in tenebras conuersus & obcæcatus, & luna in sanguinem. Et D. Hippolitus Martyr opinatur, quod Antichristus id effi. ciet, vt in meridie tam palpabiles sint futuræ tenebræ, ac in media nocte, & e conuerso. Hoc adeo verum arbitror, sicut notat D. Au. vt quando Deus castigare voluit Ægyptios, illisque immittere tonitrua, fulgura, grandines, tenebras, hoc egerit opere dæmonum, velut suis carnificibus, & iustitiæ suæ ministris: ita cecinit Rex Vates. *Misit in eos iram indignationis suæ, indignationem & iram, & tribulationem, immissiones per Angelos malos.* Idem nobis ad oculum liquet in historia Iob, in igne qui descendit de cælo, quo diabolus in cineres redegit viri iusti ouium greges, & in tempestate & turbinibus, quibus domum eius funditus euertit. Vnde patet, quam sapienter procedat S. Mater Ecclesia, dum ingruente tempestate, aera coniurat, seu dæmonos exorcisat, qui in aere versantur, aera complens sonitu sacrarum campanarum, aspersione aquæ benedictæ, piis orationibus, crucis imaginibus; ac Sanctorum reliquiis.

Ad Ephes. 2. 2. Ephe. 6. 12 Lib de Agone Christ. c. 3 4. 5. Luc c. 8. 1. Dæmones possint excitare grandines, tonitrua & coram. 2. Thess. 2. 9. Apoc. 18. 13. Lib. suarum reuelationum habetur 2. Bibliotheca anti. Patrum Orat. de consumma. Psal. 77. Psal. 77. 49.

Si tam peruersi fuerint illi, vt ea miracula, quæ oculis suis intuebantur, manibus suis contrectabant, experiebantur in ægrotis, & semimortuis, toti mundo notissimis, sua maledicentia vellicarent, quo non aceto perfunderent, signa de cælo? Si procul audirent horrenda tonitrua, terrifica viderent fulgura, radios ignitos, qui terram horrore concuterent? Signum vnum de cælo dedit eis Pater æternus ipsa Palmarum die, voce de cælo delapsa supra filium suum, quæ quasi ex nubibus prosiliebat, quacum vt fi-

lium suum protestabatur, & esse se qui in se susciperet eius clarificationem, dicens. *Clarificaui, & iterum clarificabo.* Et ecce omnes adeo obtenebrati, vt quidam dixerint eorum: nihil aliud esse, quam factum tonitru, alii vero: *Angelus ei locutus est.* Ita vt, realiter & vere, petendo signa de cælo, ea peterent, quæ maledica verborum eructatione possent enixius cauillari: proinde prorsus erat a ratione alienum illis ea concedere. Sit ergo hæc prima ratio illa denegandi.

Ioan.12.28

§. 13 Signum non dabitur. *Signa petebant, quæ admirationem tantumodo mouerent, ab intentione Christi prorsus aliena.*

¶ 41 SEcunda ratio, ob quam Christus ei talia denuit miracula, hæc est (ait D. Thom.) quia erant sine fructu. Christo nequaquam conuenit facere miracula instructuosa. D. Augustino optime quadrat, conceptus ille, quem habet in libro *De vtilitate credendi.* Supponit primo, extra dubium esse, quin ad hominibus fidem persuadendam, nec vtilia fuerint miracula; cum enim sit fides de rebus supernaturalibus quas nec ipsa potest proba e ratio, requiruntur probationes supernaturales, quæ sunt ipsa miracula. Hoc adeo verum est vt si ea ex se Christus minime daret ab eo ipsa petere possent homines, vt e. crederent, fidemque dictis adhiberent, & ipso ea non dante nemo eos iure redarguere valeat infidelitatis. Hoc enim ut regulam certissimam scripsit D. Ambr. in illud *Exurgens Maria* &c. *Morale est omnibus vt qui fidem exigant fidem adstruant.* Quinimo & ipse Christus hoc ipsum asserit: *Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent.* Secundo disparat D. Augustinus quod genus miraculorum fuerit conueniens, vt Christus patraret, ad fidem, quam de sua persona prædicabat, persuadendam: duo enim sunt genera miraculorum, unum eorum quæ intellectum rapiunt in admirationem: quale foret illud: solem sistere, cælum retrogradi, lunam ascendere, sidera descendere &c. Alterum eorum, quæ eo modo intellectum satiant, vt etiam moueant, & afficiant, & alliciant voluntatem, quale foret illud: dare lumen cæco, esurientes pascere, tibi filium tuum desideratissimum ad vitam reuocare, desperatam tuam curare infirmitatem &c. Hæc quippe talia sunt, vt ex parte vna sint mirabilia, & ex altera, utilia: ex eo enim quod prodigia sint, conuincunt intellectum, & ex eo quod adferant vtilitatem attrahunt voluntatem.

Loc.cit.

Ca.16. To.6.

D. Ambr. *Li.2.Luc. Tom.3.*

Ioan.c.15. 24.

I. Duo sunt miraculorum genera.

II. Miracula necessaria ad fidem. *2.2.q.2.a 1.& 2.& 3.4. ar.2. D.Aug. Lib de vti lit.credi. Lib.de prædestin. Sanct c.3. 2.Cor 12. 2.2 q.4.a. 2.*

Ad fidem hominibus persuadendam (ait D. Augustinus) priora minime congruebant, bene quidem posteriora: Et hoc suadet ipsa ratio, fides enim non tantum dependet ab intellectu, quinimo & a voluntate, vt declarat D. Thom. Sicut, enim ea quæ fidem persuadent, euidentiam non præbent intellectui, ita necesse est, eum moueri a voluntate ad credendum: proinde vt verissimam habeo hanc D. August. propositionem. *Cateru poteſt homo nolens, credere vero non nisi volens.* Et ratione huius hanc quoque statuit propositionem. *Fides in credentium voluntate consistit.*

Ob eandem rationem, dixit Apostolus ad credendum, necessario requiri, vt voluntas alliget, & captiuet intellectum: & docent Theologiæ professores, vt fides firmas agat radices in intellectu, requiri piam affectionem voluntatis. Ob hoc videmus, neminem id credere, quod abhorret, nec facile eum esse bonum tibi persuadebis, quem oderis vtinimicum, aut quod apte loquatur, cui optas malum. Ad duo hæc consequenda, de necessitate requiruntur miracula: quæ eo modo sint mirabilia, vt sint pariter beneficia, quæ ex vna parte suspendant intellectum, & ex altera tuam alliciant voluntatem.

Hoc liquido constat (inquit D. Aug.) si venerit quidam asserens, se magna posse potestate, & in eius probationem per aera volitet, vnico habitu arbores eradicet, pugionis ictu turres concutiat fortissimas; fidem aliqualem eius adhibebis potestati: attamen non ob hoc ei afficieris, aut adhærebis: At si tibi hoc monstraret, in eo quod te vsque ad mortem infirmum, a medicis derelictum, iam supremo halitu exspirantem, ipse propius accedens, solo contactu mortis faucibus eripere: incolumem: Si e eco filio tuo lumen restitueret oculorum, quam animo sincero illi crederes? quam prompte illi tuum subiiceres, ob tale miraculum intellectum, & ob beneficium voluntatem? Illa miracula, conueniens erat, vt Christus ederet, & hæc illi prophetæ, vt ei propria adscripserunt. *Deus ipse veniet, & saluabit vos: tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt, tunc saliet sicut cerua claudus, & lingua infantium erit diserta.* Signa de cælo, & quæ superficialiter tantum ingerunt admirationem, reseruantur (vt diximus) Antichristo facienda.

Isai.35.

Addit

Addit D Thom. in huius confirmationem, rationem illi propriam. Manifestum est, media debere fini proportionari. Christus intendebat persuadere, quod ipse esset Deus, & veniret, vt salutem homini corporis & animæ daret integerrimam. *Non misit Deus filium suum, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum.* Ea igitur miracula facere expediebat, quæ testarentur eum esse corporis & animæ saluatorem: & ista dare signa corpori, & animæ salutaria, qualia erant, quæ faciebat, tam perfectam dans sanitatem, qua alterum donatum dimisit, vt dicere potuerit: *Totum hominem sanum feci.* Talem dedit sanitatem quoque paralytico, quem ante eum baiuli posuerant, vt eum primum in anima sanauerit, dum ait: *Remittuntur tibi peccata tua*: deinde in corpore: *Surge & ambula.* Talem etiam ad piscinam, vbi corpore sanato, declarauit animam quoque saluam, dum ait: *Ecce sanus factus es, jam noli peccare.* Vnde D Chrysostom. hanc communem elicit doctrinam, quod quantis Christus corporis, iisdem etiam animæ attulerit salutem. Hoc autem est, vt arbitror, quod Deus per prophetam Abacuc est locutus, quando multis à propheta precibus instan et rogatus tandem ei respondet, & filium suum mittendum reprimittit, *Apparebit in finem*, quod idem significat, vt superius diximus, quod, *Apparebit in bonum*, Legunt Septuaginta. *Apparebit non in vacuum.* Quasi dicat; Apparebit, & vt sol lucidissimus mundo orietur, attamen non in vacuum nec vt opera faciat lucissima, & fructu vacua, sed quidquid est acturus, erit in bonum. Hic cæcos illuminabit, ibi leprosos mundabit, hodie dæmones eiciet, eras mortuos suscitabit &c. Quibus omnis populus in eius affectum, amorem ac sequelam adeo frequens trahebatur vt ipsi inimici blasphemones eructarent *Totus mundus post eum abit. Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum.*

43 Si illa, quæ petebant signa Christus faceret, nedum illos moueret, vt eum sequerentur, quin pottus in malitia sua manerent pertinaces. Voluit Deus ad gradum altiorem attollere Pharaonem, regem potentissimum creauit; at ille elatus tanta maiestate ac potentia in superbiam, Deo recalcitrauit inobediens: quoties ei permisit Deus, vt in suæ malitiæ pœnam, in sua duritie & rebellione obduraretur: quod causa fuit sæpe numero hæc verba repetendi: *Ego indurabo cor Pharaonis.* Nodum sapiunt hæc verba Gordianum. Horum autem do primam enodationem: sicut enim puer refractarius, natus ad omne facinus per ipsa flagra magis obdurescit, & castigatus acriori in præceptorem odio incandescit: Ita Pharao flagris & plagis à Deo sibi immissis obdurabatur magis ac magis. Ad hoc patrat miracula, vt Pharaone obdurescente, verbera forent ac supplicia, quibus ille grauius irritabatur, & sæuior in Deum Deique populum insurgebat persecutor. Hoc dixit D. Aug. *Deum non tantum sua patientia, sed & potentia, id est potenti imperio, plagis & flagellis Pharaonem obdurasse.* Sicut & diabolus, quo manifestius Dei videt potentiam, eo contra Deum furit arrogantior. *Superbia eorum qui te oderunt, ascendit semper.* Vt notat Cornelius contra Caluin. id est, O quæ signa contra illos! Vnum, aqua conuertitur in sanguinem, alterum, producuntur ranæ, muscæ, locustæ, cyniphes grando tenebræ, mors primogenitorum, quibus *Punita sunt in omnibus bonis, in fructibus agri, in animalibus, in filiis primogenitis, in auro & argento. In corporibus per vlcera. In omnibus sensibus, in visu per tenebras & spectra, in auditu per voces, echo, & tonitrua, in gustu per sitim, & potum sanguinis, in odoratu per terrorem aquarum corruptarum, & ranarum, in tactu per dolorem vlcerum, in phantasia & mente per mœrorem & timorem & terrores.* Omnia illa signa, omnipotentæ Dei clarissima testimonia, illis fuerunt occasio maioris obstinationis, & peccati grauioris. Etsi Christus ea, quæ requirebant miracula patraret, illis magis indurarentur, & nedum ei populus adhæreret, quin potius ab eo discederet fugitiuus: sicut dum descendit Deus de cælo daturus legem, quod & fecit, tonitru, radiis igneis, fulgetris terribilis, quibus adeo terrebantur, & diffigiebant, vt nec eum loquentem sustinerent. Quales, quæso te, forent hi, si ignem de cælo, vt alter Elias in terram deduceret, qui illos consumeret quinquagenos? Aut fulgura & tonitrua excitaret horrenda, cum Samuele, quibus omnes collapsi consternerentur?

Inter Christi mirabilia, hoc cæteris præfulsit, quod tres narrant Euangelistæ quod hominem liberarit integra dæmonum possessum legione, cuius numerus ascendit, ad sex millia, sexcentos, sexaginta sex, quibus miser ille torquebatur, catenas, compedes, quælibet vincula diffringens, vnde eum omnes timebant, fugiebant, nec quisquam etiam fortissimus eum poterat domare, montes & spelæas incolebat, vbi Iudæi communiter sua effodiebant monumenta. Transit per illas partes Saluator, vidit illum infelix ille, festinus accurrit, misericordiam, &

auxilium Christi deprecetur. Dæmones Christi præsentientes potestatem, expoſcunt: quod ſi eos de corpore miſeri huius eliminet extorres, illis ad minus concedat ingreſſum in porcos ibidem paſcentes ad duo millia. Permiſit illis hoc Christus quo oſtēdit (teſte D. Aug.) hoc eſſe proprium diabolo habitaculum; nimirum porcū immundum. Hâc obtentâ licentiâ tota dæmonū egreſſâ legio infernalis intrauit in porcos, & in inſtanti totus rapitur, grex, quaſi turbine actus violento in præceps, & mari immergitur periturus. Multa hic latent ſacramenta, quæ modo tempus non permittit declarare. Cunctus huius regionis populus illo modo miraculo perterritus, Chriſti agnouit potentiam: attamen ad eum ſuos mittunt oratores, qui dicerent: perſonam tuam reueremur, agnoſcimus, & omni cultu digniſſimam iudicamus, quam tanta venerabilem reddit poteſtas: Verum enim vero, hanc nobis concede gratiam, vt regionibus noſtris excedas: illis enim non indigemus qui talia edant miracula, tanto dominorum diſpendio, quale fuerat illud porcorum, quos dæmones aquis demerſerant. Nota vero, animaduertas illa non fuiſſe Iudæis propria, ſed Gentilibus, qui inter eos mixtim verſabantur: ſed veriti ſunt, quod qui tale patrauerat ſignum, in damnum Gentilium, poſſet & aliud facere, quod illis quoque foret nocumento & damno, quocirca libellum ſupplicem Chriſto offerunt, felix abeat, & valeat, qui illos tanto timore perculſos conſtringebat. Quid porro facerent, ſi fulgura, ſi tonitrua, ſi turbines, ſi ignes excitaret, quæ eos & conſternerent, & occiderent plurimos? Hæc miſerrima ſors noſtra, ea petere, quæ nobis minus expediunt: Illud nobis Deus concedit, quod maximè eſt è ſalute noſtra, & deſideriis noſtris ſatisfacit, nihilominus ea nos petimus, quæ nobis maximè ſunt obfutura: Hæc eius eſt miſericordia, ea nobis denegare.

§. 14. *Petit mundus ſignum in aere, cuius vires ſunt ſicut tauri, Chriſti vero ſicut vnicornis.*

44 Signa de cælo petunt à Chriſto in ſuæ poteſtatis oſtenſionem, ſigna quæ ſonitum edant quæ tumultum excitent, abſque vllo fructu, & ſine alio affectu quam quod admirationem adducant. Quis eorum eſſet animus, quæ voluntas probè nouerat Chriſtus, dum illis ait: *Vos de mundo hoc eſtis: ego autem non ſum de hoc mundo.* Innatum eſt huic mundo, nec habere, nec velle ſigna in poteſtatis oſtenſionem, quæ ſint in beneficium pauperum vel infirmorum, ſed nonniſi tantum illa, quæ tumultum cient, & fragorem edunt, & in illis conquieſcunt, cum tamen ſit nemo, qui ex his aliquod ſibi capiat emolumentum. Princeps moritur, ſuccedit ei hæres filius magno faſtu, magna jactantia ſuperbus, ad ſuæ vero celſitudinis oſtenſionem, pectoris magnanimi, & potentiæ ac diuitiarum jactantiam quæ paterna ſucceſſione illi aduenerunt, quæ non inſtituit, laruatorum ludos, choreas, arundinum luctas, torneamenta tauroru n Ad hæc autem & qualis ornatus? quot equi! quis equorum dines apparatus? quæ phaleræ? quis tinnitus campanularum? qui ignes? quæ faces? O quàm hæc ſunt præclara! Sed quis eorum finis aut fructus? Mirabilia in aere, quis eorum tandem exitus? Nullum ex his fructum percipies oriri, nec patris ſolutionem debitorum, nec pia adimplet legata, quæ filio teſtamento conſcripſit, nec vnicam pro anima eius miſſam curat celebrari, nec xenodochium foue tur, nec redimitur captiuus, nec vidua alitur; quin potius mercator mille effundit querelas, quod ei nec ſerica, nec panni ſoluantur ablati ex officina: ſartor conqueritur, quod ſibi manuum ſuarum labores non compenſentur, operarii, quod ſibi merces debita injuſtè defraudetur; Eccleſiæ procurator, quod ſibi ſepulturæ jura denegentur, ſacriſta Conuentus, quod eleemoſynas paucorum ſacrorum nequeat obtinere, quæ ſibi ſunt commendata. O ter infauſtum mundum! ò Babyloniam confuſionis!

Contuere, quæſo te primos illos Babylonis incolas, qui eius jecere fundamenta, quid illis intendunt, niſi ſuam jactare potentiam, qua toto mundo vt gens potentiſſima, ditiſſimus populus habeantur. *Venite celebremus nomen noſtrum.* Ad hoc autem, quid agunt? opera in aere. *Ædificemus turrim cuius cacumen pertingat ad cælum.* Et reipſa cæperunt immenſis laboribus & expenſis erigere turrim, eamque in cœlum teſte D. Hier. ex Euſebio, ad quatuor millia pedum altitudinem eleuarunt. O quantus in ea apparatus, quot impenſæ in aere! *Vſque ad cælum.* Hoc vt rem magni momenti celebrabant: Erat autem hoc opus, vt ſibi perſuadebant potentiæ ſuæ præco, fortitudinis animi teſtis publicus, & tubicen diuitiarum: hoc enim eſt quod agit mundus, opera, quæ diuitias conſu-

Similitudo.

Ioan. c. 8. 23.

Gen. 11. 4.

In c. 14. Iſa.

mant,

mant, & vires eneruent, ea sunt, quæ mundus laudibus extollit. Quàm alter exornatus ob institutas à se arundinum luctas, alius ob inane facinus, alter ob laruarum ludos tam inutiles, quam sumptuosos? Nihil facit eum mundus, qui auctoritatem suam, bona sua, potentiam aliorum impendit emolumento, eum qui viduæ misericors succurrit, eum, qui redimit captiuum liberalis, eum, qui pauperibus in hospitali seruit humilis, eum qui suis manibus pauperibus iis offert fercula religiosis.

Deplorat D. Hier. Asellam Romanam nobi- 345
lissimam feminam quæ Romæ agebat. Illustres Matronæ nobilitatis Romanæ flos ob generis eminentiam, & diuitiarum luxum, Paula, Eustochium, Melania, quæ ex consilio D. Hier. proposuerant mundo renunciare, opes suas distraxerant, pretium pauperibus diuiserant, vt essent perfectæ, & thesaurum sibi in cœlo ditissimum compararent, quem Christus adolescenti promiserat. Quidquid habebant, calamitate oppressis erogabant, summo studio viduis aderant, pupillis debilibus, tenuioribus nosocomiis auxiliatrices. Ecce tota in eos Roma commouetur, cunctorum linguæ procaces, eas vt à nobilissimo suo sanguine ac stemmate degeneres accusant: eo quod se nimium abiicerent, & communes viuerent, quæ nescirent sibi aliorum conciliare reuerentiam, admirationem, æstimationem: quod facultates suas inutiliter, & inhonorè dilapidarent. Super hoc D. Hier. (a) Toma cælos obtestatur (a) & ait: Quod si nobilissimæ hæ fœminæ diuitias suas imponderent choræis, ornatui muliebri, vanitatibus, intortis capillis, vestibus plumariis, recreationibus, cœnis, lecticis, fusiois, illustres vocarentur, nobiles, magnanimæ, prudentes, bene educatæ censerentur: quia verò omnia in proximi bonum elargiuntur, vt viles, & vecordes æstimantur: D. Hier. Epist. 99. ad Asell. Tom. 2. *Si Paula, & Melania balnea peterent; vnguenta eligerent, diuitias & libertatem haberent materiam luxuriæ & libertatis, Dominæ vocarentur.*

Stylo pereleganti descripsit Moyses Christum in persona pulcherrimi Ioseph. Habebat Iosephum præ oculis, sed corporis, at Christum præ oculis mentis, & fidei, dum ait: Oter maxime Ioseph: *Quasi primogeniti tauri pulchritudo* Deut. cap. 33. 17. II. Cui pulchritudo Ioseph *eius, cornua Rhinocerotis, cornua eius.* Pulcher es, ô Ioseph, pulcher, velut taurus primogenitus, leuis, luxurians: cornua tua, cornua Rhinocerotis. Hoc omnes demiramur. Cur enim comparando Ioseph quoad corpus tauro, non etiam comparet tauræ cornibus, sed vnicornis? In S. Scriptura cornua significat fortitudinem ac potentiam: quia animalibus cornutis, totum robur consistit in cornibus. Voluit explicare quandam Ioseph prærogatiuam virtutis. Pulcher fuit adspectu, & quia talis, iniecit Domina sua oculos in illum quinimo obambulante eo per plateas & vicos ciuitatis, prospiciebant mulieres per fenestras, faciei allectæ venustate: hoc enim significatur per illud: *Filiæ discurrerunt super murum* Verumtamen laudat, quòd eius cornua non fuerunt, vt cornua tauri, sed vt vnicornis. Gen. c. 49 22.

Hoc interest inter vtrumq; discriminis, quòd 346
taurus robur suum ostentet & impendat in aere. Arripit hominem, & in aera sustollit, cadentem inter cornua recipit, ruisumque in aera ventilat altius, nec desistit, donec hominem in aere membratim diserpat: Nullus alius est fructus, nec aliam speres de tauro vtilitatem, quando eorum cursum intueris, præterquam luctatores, seu venatores in aere discerpi, diffringi vestes, clamydes &c. in aere. E contra robur, quod Rhinoceros ostendit suo vnico cornu, vergit in mul orum vtilitatem: illo quippe cornu venenum aufert aquarum, & illas purificat, quo animalium sitient um succurrit necessitati, ouium, vaccarum, passerum &c.

III. Cornua tauri pernicioſa sunt.

Hæc autem illa fuit prærogatiua Ioseph, qui cum tanta polleret auctoritate, vt totius Ægypti regeret habenas Dominus absolutus secundus post Pharaonem, illa non vsus est, nec impendit, vt taurus quo fratres suos in aera discerpendos sustolleret, l cet eum grauiter offendissent, nec in comœdiis instituendis in aere recreation s ergo, nec equorum cursibus torneamentis, spectaculis, di umpendo lanceas in aere, sed in populi totius beneficium, his & aliis triticum & c bos administrans, in hominum alimentum, hoc vnum solicitus vt omnibus sufficiens erogaretur alimentum, fratribus suis beneficus, eorun qi e filios enut. iens, patri suo ætate jam prouectiori succurrens: honores, redditus, & exemptiones magnas concedens sacerdotibus, denique totam ab interitu vendicans regionem. Et in hoc præclara fuit Christi Ps. 44. 3. figura: *Speciosus erat formâ præ filiis hominum.* Potestatem suam non ostendit, nec impendit, vt taurus in aere, in operibus, quæ in aere euanescunt, sine vllo fructu, sed sicut Vnicornis, venena expellens, curans infirmitates, dæmones eiciens? *Virtus de illo exibat.* Ad quid? *Sanabat omnes.* Salutem & vtilitatem. Eleganter Luc. 9. 19. Mat. c. 15 30. hoc dixit D. Matth. *Accesserunt ad eum turbæ*

mul. a,

multæ, habentes secum, mutos, cæcos, claudos, debiles & alios multos, &c. Et curauit eos, ita vt turba mirarentur, videntes mutos loquentes, claudos ambulantes, & cæcos videntes. His miraculis testatur Euangelista impletum id quod Isa. *Infirmitates nostras ipse portauit.* Omnes erat auferens; Et hoc dixit D. Zacharias D. Ioan. Baptistæ pater, quando Deo grates pro accepto beneficio referebat dignissimas, nempe illo, quod toti mundo filium suum miserat jam incarnatum: *Et erexit cornu salutis nobis.* q.d. Mittens filium suum in mundum, omnem Dei potentiam & robur posuit in illo, sed quam potentiam exequetur in nostrum commodum & salutem. quicquid enim operabitur, loquetur, aget, tractabit, patietur, in nostram cedet redemptionem: & hæc est optima Christi definitio. *Cornu salutis.* Fortitudo, armamentarium, officina salutis vniuersalis, in hoc tanto quanto præstat robore, vtetur, & in ipso, quocumque remedio quis indiguerit, illud inueniet.

Isa. c. 53. 4.

Luc. 1. 69.

In hoc deberet Princeps Christianus, Dux, consul, nobilis, illustris ostendere suam potentiam, patefacere auctoritatem suam, nimirum in proximi commodum, non vt taurus, deperdendo vestes, togas, quinimo & homines in aere: opes dissipando, mommios erigendo, famulos delassando, ipsos mille periculis exponendo, idque in aere, ob laruas tuas, ludos, nolarum tinnitum, choreas &c. Quot domos cernis euersas? quot opes plangis dissipatas? quot familiarum status luges in præceps corruisse? Dicito tu mihi: in quibus sunt hæc expensa? In cere. O flagris dignissime: vertatur obsecro robur tuum, cornu tuum vt Vnicornis in aliorum beneficium. Oculos conjice in hanc ciuitatem: ecce tot pauperum greges derelicti; pias aures arrige, ad tam luctuosos gemitus captiuorum, qui, cum non sint qui eos redimant de seruitute, quotidiano renegationis periculo exponuntur; ecce tot Ecclesiæ altaria debitis nuda ornamentis, tot vidtæ desolatæ, tot puellæ præ nimia indigentia in panaribus prostitutæ, tot orphani, quibus nullus adsit tutor fidelis: hic tuum patefiat cornu salutis illos tua confortet potentia, illos tua, qua præstas auctoritas, tueatur.

§. IV. Dux habeat cornu Rhinocerotis.

§. 15. Signum Ionæ: Detrudit Christus superbos illos in profundum, qui cœlum scandere nitebantur.

Signum non dabitur ei, nisi signum Iona prophetæ: sicut enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. Profundissima continent hæc verba sacramenta, quæ notantur à SS. Patribus. Illud tantum aduerto, quod in superficie ipsi detegunt, nimirum quod illos Christus excipiat, vt soleat, superbos: quia, sicut notat D. Greg. quo illi arrogantius superbiebant, & cristas magis attollebant, eo Christus illos profundius deprimebat. Hoc etenim est illud D. Iacobi verbum: *Deus superbis resistit.* Quærit Lucifer altissima cæli conscendere. *In cælum conscendam.* Illum rapit, & in profundissimam abyssum deergit humiliatum. *Verumtamen ad infernum detraheris, in profundum laci.* Expandit autem D. Ambr. illud *in re pasti superbos*, & D. Aug. quod de Lucifero hæc verba non tantum effatus sit, sed & in persona superborum omnium præsertim vero eorum, qui ei erant adeo similes, vt ob hoc illis Christus dixerit: *Vos ex patre diabolo estis.* Ac proinde cum 47 illis agit, sicut cum illo. Petitis signa de cælo, de altissimi? Huc ne conscenditis? Nulla igitur talia vobis dabuntur, sed de profundo laci, de maris visceribus, vbi Ionas ceti ventre conclusus morabatur, & de corde terræ, vbi virginis filius sepelietur.

47

Lib. 32. mor. c. 6; & sæpe. Isa. c. 2. & Isa. c. 14. 64

Psal. 118. Lib. 3. de doct. in. Christian. c. 37. Ioan. c. 8. 44.

Ita punit Deus superbos, nedum illis non concedendo quæ desiderant, sed contraria eorum desideriis inordinatis. Conueniunt alii superbis inflati cogitationibus, vt sedem suam figant in terra fidera, & turrim moliuntur, quæ cælos perueadat. Descendit Deus, & ex hoc ipso Ille eo modo confundit, vt de terra se sursum nequeant eleuare. *Ita diuisit illos Dominus ex illo loco in vniuersas terras.* Quanto per turrim illam contenderunt ascendere sublimius, tanto Deus illos depressit in terra profundius. Eia age diuitiarum helluo, tu sublimis in cælum votis, qui omnium diuitiarum gazas meditaris, ob hoc noueris, descendet Deus, vt te ad tam miserandū redigat statum, in profundū demersum miseriarum, vt ne gutta aquæ sitibundus obtineas. Eia age ventris tui idololatra, laxa tuarū habenas cupiditatum, omnia discerpe, omnibus fruere, nec vllū corporis tui membrū superst, quod suis non gaudeat

I. Deus superbos humiliat.

Gen. c. 11. 8.

» gaudeat deliciis: per hoc ad tam horrenda des-
» cendes cruciatuum tormenta, vt nullum tibi sit
» futurum memb.um, quod suos nõ patiatur cru-
» ciatus. *Quantum glorificauit se & in deliciis fuit,*
Apoc. » *tantum date illi tormentum & luctum.* Hoc probè
c.18.7 » imo malè expertisunt Pharisæi, qui eo neruos
» omnes intendebant, vt in Hierusalem, & terra
» promissionis firmam constituerent sedem, loca
» sua, honores, templum, sacerdotium, & sacrificia
Abdia. » perpetuo conseruarent: ex hoc illos Deus in tam
v.3. » calamitosam deiecit seruitutem: vt toto mun-
» do obtererent vagabundi: *Superbia cordis tui ex-*
» *tulit te &c. Si inter sidera posueris nidum tuum,*
» *inde detraham te.* Attende quid desideres, vide
» quæ procures, quod si contra Dei legem quid-
» quam moliaris, & tuis obedias concupiscentiis
ex hoc mihi crede, totum perdes, & in profundu-
m omnium decides miseriarum. Hoc erit tibi
signum: mors mea, mea resurrectio: me etenim vestris manibus voluntariè interempto,
meis ego manibus re urgam gloriosus. O quam
efficax signum Christi mors! hæc quippe ve-
stram manifestabit malitiam, at eius in mo-
riendo bonitatem. Non potuit tota mortalium
malitia, addo, nec inferni, conscendere altius,
quam vt Deum ipsum sacrilegi interimerent:
quoniam peruenerunt peccata eorum vsque in
1 Thess. cœlum, *Et Dominum occiderunt Iesum.* Dominum
2.15. suum, saluatorem suum.

Fieri nequit vt nefandior patretur à seruo
peruersitas, quam si Dominum suum cruci con-
figat ignominiosæ, sed nec eminentior dari
potest, bonitas, charitas ac misericordia Dei,
quam pro illis ipsis mori, qui eum morti tra-
Ioan.15. debant innocen-. Testatur prima veritas: *Majo-*
13. *rem hac dilectionem nemo habet, vt animam suam*
quis ponat pro amicis suis. Hinc vero (clamat D.
Ioan.5.8. Bern.) vel regressa est, Christe tua charitas, cum
vitã tuam fuderis etiã pro inimicis. *Commendat*
charitatem suam Deus in nobis: quoniam cũ adhuc
peccatores essemus secundũ tẽpus, Christus pro nobis
mortuus est. ait D. Paul. Sicut enim præcipuũ fu-
turum est signũ peruersę vestrę potestatis, mors
meame in profundũ deiicere sepulchri àmortis
ceto deglutiri; ita præcipuum erit meæ signum
potestatis, tertia die assurgere rediuiuum. Fuit
hic nouus prædicationis partus Euangelicæ:
Ioan.3.34. fuerunt hæc signa cæteris præstantiora. Censeo
hic impleri illud Exodi. Post vituli conflictilis
idololatriam, precibus luctabatur Moyses cum
Deo, cui Deus: gradi nolo vobiscum, te vos soli,
Exod.34.9. *Populus dura ceruicis es vna die dispergam te &c.*
Facies mea præcedet te. O Domine Deus replicat
Moyses; *Si non tu ipse &c.* Interneciõi tradetur »
populus, actum est de illo, si non tu ipse præ- »
cedas populum Ductor. Demum post quadra- »
ginta dierum ac noctium in monte ieiunium, & »
sermonem cum Deo productum, quo tempore »
ei ostendit *Posteriora eius.* Repetit Moyses suum »
thema: *Si inueni gratiam in conspectu tuo, Domi-* »
ne, obsecro gradiatur, nobiscum; & hoc eo mo- »
do, vt petierat: *Vt glorificemur ab omnibus populis.* »
Cui Deus; *Populus dura ceruicis est.* Et hoc ip- »
sum Domine tam noui; Verumtamen, hanc mi- »
hi (amabo) gratiam concede, *Respondit Dominus:* »
Ego inibo pactum, videntibus cunctis signa faciam, »
quæ numquam visa sunt super terram, nec in vllis »
gentibus, vt cernat populus iste, in cuius es me- »
dio, opus Domini terribile, quod facturus sum. Quæ, »
precor, erunt hæc signa, maiora his quæ fecit in »
Ægypto grauissima, in Marath mirabilia, & in »
manna de cælo magnalia? Et aiunt Rabbanus »
ac Rupertus, adhuc maiora. Et, ni fallor, illud
est, de quo Isaias coram Achaz rege *Numquid* »
parum vobis est, molestos esse hominibus, quia mo- »
lesti estis & Deo meo? Ecce dabit Dominus vobis sig- »
num: Ecce virgo concipiet. Partum enitar nouum, »
id est Euangelium, omnibus gentibus: *Faciam* »
signa quæ numquam visa sunt. Et hoc signum, »
erit Christi mors & resurrectio, in quo dedica- »
tio Euangelii fundabitur. *Signum Ionæ prophetæ.* »
Quo populus iste duræ ceruicis videat opus il- »
lud terribile, nimirum propriam experiatur re- »
probationem, de quibus alias latius disseremus. »

Isai.7. 13.

§. 16. Viri Niniuitæ. *Omnes Niniuitæ, viri fuerunt, de quorum pœnitentia, & Reginæ Saba sapientia conscribitur aptum medecinale Recipe.*

OCcasione huius, prædicit illis Christus eo- 48
rum reprobationem, æternamque condem-
nationem, ad quam eis erunt Niniuitæ
antigraphæi, & iudices condemnatores: quandoquidem illi, ad vnicam hominis incogniti
commination.em, mari eiecti, ventre ceti erudi-
ti nullo alio præcurrente vel comitante signo,
parum est quod crediderint, insuper adm.ran-
dam omnes subiere pœnitentiam, rege præeunte, vsque ad infimum gregis opilionem, a fortissimo vsque ad puellam tenerrimam, a sene ætate decliui, vsque ad infantulum vtero vix natum: illi vero tot exhortationibus, tot signis confirmatis, non tantum ei non crediderunt, insuper & eum eiuraruut, & peiores euaserunt. *Viri*

» *Niniuita surgent in judicio &c.* Nota *Viri Niniuita.*

» Admiror D. Petr. Chrysologi conceptum, » quod ab initio ciuitatem hanc condiderit Deus » & de Iona disposuerit historiam, in populi Iu- » dæorum condemnationem, & suæ potestatis » testimonium, eorumque ob durationem, vt sua » omnibus pateret causa justificata. Ciuitas erat » hæc toti mundo celeberrima; illa quæ prima » post diluuium fuit ædificata, vbi populus in co- » piosam exertuit multitudinem, inter quos vixit » famosus ille Nemrod, filius Chus, Nepos Cham » de quo Spritus S. *Ipse cœpit esse potens in terra* » *Potens* (ait D Aug.) *robore atelacia, superbia, cru-* » *delitate.* Proinde sic addit: *a Et erat robustus ve-* » *nator coram Domino*, D Aug. *b* Venator homi- » num, quos sibi tyrannus subiiciebat, & sæuo » regebat imperio D. Isidorus ait: quod feritate » & cruciatuum terriculamentis populum à cultu » Dei, ad idololatriam attrahebat. Hoc est *Coram* » *Domino.* Alii *contra Dominum.* Seipsum Regem » creauit, & Babyloniam extruxit. *Fuit principium* » *regni eius Babylon.* Hic pater fuit Nini, ex mul- » torum opinione, quem omnium primum adora- » runt vt Deum cognomine Belum, quem filius » eius Ninus, vt Deum voluit adorari. Vnde con- » sequenter omnia idola sibi nomen assumpserunt » Bel, Baal, Baalim: credunt quoque eum fuisse » Iouem, omnium quos perfida cœcaque colunt » Gentilitas Deorum Primicerium; Qui Babyloma » egressus ædificauit Niniuen; huic innixi funda- » mento. *De terra illa egressus est Assur, & ædifi-* » *cauit Niniuen.* Hunc Assur opinantur multi fuisse » Ninum. Addit autem S. Scriptura: *Hæc est ciui-* » *tas magna.* Ecce ciuitas prima cognomine ma- » gna, & jure merito, vt enim refert Pererius, ex » Diodoro, & Strabone, complectebatur in cir- » cuitu viginti leucas hoc alias. Muri centum pe- » dum altitudine erigebantur, amplitudine tanta, » vt pari cursu tres quadrigæ procederent, cen- » tum quinquaginta turribus muniebatur ducen- » torum pedum altitudine, quæ in tam vastam ex » creuit magnitudinem, vt in diebus Ionæ, iter » ad eam perambulandum requireretur triduanum. » Ex solis pueris lactentibus numerabantur cen- » tum viginti millia. Perpende, quæ hæc ciuitas? » Quanto autem hæc ciuitas aliis magnitudine ac » opibus excedebat, tanto quoque alias vincebat » malitia, ac peccatis *Vsque ad cælum &c.* Vult » illam misericors Deus ad frugem reducere me- » liorem, quid aget? An millenos destinabit pro- » phetas, qui toto spectante populo mirabilia o- » perentur, quibus illi commoti conuertantur? » Minimè gentium. Vnicum tantum mittit, & » eum quidem incognitum, maris abortiuum: ille

I. Origo vrbis Niniue. *Gen. 10.8.* a *Gen. 10.10.* D. Au. b *L. 16 de ciu. cap. 4. Tom. 5* c *Lib 6 Etimo.*

Gen. 10.11.

Ionæ. cap. 1.

igitur eos illo modo præparabit, vt ad vnicam suam prædicationem omnes se virili pectore ad vera conuertant lamenta pœnitentiæ *Viri Niniuita.*

An ergo non fuerint ibi mulieres? Fuerunt (asserit D. Chrys.) attamen vocantur omnes viri: omnes quippe viri fuerunt, in agenda pœnitentia, virili, constanti, infractoque pectore. Notat D. Cyrillus id quod postmodum D. Greg. quod in Dei vocabulario, hi omnes vocentur viri, qui virili sunt fortitudine, constantia, & pectoris robore, licet quoad sexum sint mulieres: sicut è conuerso, omnes illi vocantur mulieres, qui tales sunt pusillanimitate, inconstantia, timiditate, & virtutum exercent opera ea tepiditate, vt se suis patiantur passionibus superari. Ita expendit Origenes: quod homines productioris barbæ de populo suo vocet mulierculas, vaii suo Ezechieli collocutus: *Contra filias populi tui.* Loquebatur de prædicatoribus, & populi rectoribus. Quinimo & ipsos Niniuitas, post annos quadraginta vidit, propheta Nahum, & eos inuenit omnes mulieres: *Ecce populus tuus, mulieres in medio tui.* Quid igitur, an in tam copiosa hominum multitudine viri nulli reperiebantur? Sicut omnes fuerunt viri, dum pœnitentiam animo virili ac constanti sunt amplexi *Viri Niniuitæ* postmodum omnes, vt mulieres censebantur, quando quadraginta post hæc annis in agenda pœnitentia defecerunt, & se suis passionibus cupiditatibus, feminea inconstantia superari. *Ecce populus tuus, mulieres.* Vitos vult Deus (testatur D. Greg.) & ad illos tantummodo vociferatur, quando ait: *O vir, ad vos clamito.* Qui in agenda pœnitentia vir est, qui eam complectitur, vt Niniuitæ, adeo stricto, jeiunio adeo duris cilicijs, adeo dolorosis gemitibus, adeo viua cordis compunctione, adeo absolutis propositis, adeo publica morum vitæque mutatione, Illi (credamus Christo) generationem hanc prauam & adulteram judices condemnabunt: Pariter & ipsa Regina Saba, quæ ex auditu tantum eorum, quæ centenariis multis à Meridie leucis, de Salomonis sapientia vulgari fama spargebantur, iter aggressa est adeo diuturnum periculosum, & sumptuosum, vt eum, & videret præsentem, & audiret disputantem, quo vero propior accedebat, eo plus & reuerebatur & magnificiebat Salomonem: Hi autem, generatio prava & adulterа, cum me habeant præsentem, qui maior sum infinities Salomone, non longo viarum interuallo prædicatum, sed oculis suis spectatum, quanto coram eis plura edo miracula, tanto me reputant viliorem.

Hom. 1 ad populum. Lib. 1. de adoratione. Lib. 28. mor. c. 7.

In c. 13. Ezech. Ezech. 13 17. Nahum. 3. 13.

Lib. 28. mor. c. 7. Prou. 8. 4.

Subti

¶ 49 Subtiliter expendit D. Ambr. quod diuina quadam sapientia Christus copulauerit operta Niniuitarum, Reginæ Austri diligentiæ, vt ex illis ambobus, Pharisæis justissimam suæ causam ostenderet damnationis; nobis autem perfectum ac sufficiens nostræ saluti remedium. Quid egerunt Ninuitæ? *Pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ*, eam que animo ita serio, vt de his testatus sit Vates, Ionas: *Prædicauerunt jeiunium, & vestiti sunt saccis &c. Et clamauerunt ad Dominum, & conuersi sunt à via sua mala.*

Ion. 3. 5.

Quid Regina Saba requisiuit? Sapientiam. *Venit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis.* His pœnitentes Niniuitæ, & Regina sapiens efficitur. En tibi, ô peccator, omnibus numeris absolutum, salutis tuæ remedium, vna medicina confecta ex duobus, Ninive & Saba, pœnitentia & sapientia. Tibi necessaria est pœnitentia, qua gemas, plores, & coram Deo humilis prosternaris, rogans misericordiam, qua de præteritis doleas & confundaris delictis, jeiunio quoque ac cilicio corpus tuum castiges: sit autem illud viriliter, constanter, non jocosè, non femineæ leuitate. Peccata defere, de via tua mala ad meliorem conuertere, & tutiorem: *Conuersi sunt vnusquisque à via sua mala.* An illud sufficiat? Nequaquam, sed & sapiens esto, vt teipsum custodias, diligenter, sedulo caueas, ne ad deplorata semel ac relicta peccata, vt canis ad vomitum, reuertaris: sapientia requiritur, qua te hoc in statu serues incolumem, & manum mittens ad aratrum retro ne respicias, regno Dei ineptus. Hoc prædicat D. Ambros. peccatoribus necessarium. *Peccata commissa plangere, & plangenda iterum non committere.*

D. Amb. lib. 11. Luc. To. 3

Hac, vt reor, ex causa, Christus celebrem instituit concionem, quam nobis refert D. Luc. & præmissis rebus præclarissimis, quales diuino ore suo eructabat Dei sapientia: addit. *Memores estote vxoris Lot.* Cunctis nota liquet historia, nouerunt omnes exitum huius mulieris infelicem: metamorphosin formidandam, quam perpendit D. August. Si rem penitius inspiciamus, mulier fuit hæc prototypon pœnitentis sed stulti pœnitentis, inquam: realiter enim luxuriosam deseruit ciuitatem, & ea prorsus est egressa, fugit & in montana celerrima conscendit. Attamen varium & mutabile semper femina, quæ corpore maledictam reliquerat ciuitatem, eandem oculis repetit curiosa. Verus pœnitens, totaliter manu mittat peccatum, illi valedicat in perpetuum, occasiones fugiat, sed nec oculos suos quidem ad illud reflectat. Stulta mulier hæc & cerebro vacua, sale non est salita, proinde in statuam salis conuersa castigatur. Quærit D. August. cur magis in statuam salis, quàm æris, vel petræ? Si enim ad æternam hæc statua erat seruanda memoriam, teste Spiritu S. *Incredibilis animæ memoria*, durior statua æris, quàm salis, quæ aquis diffluit, obriguisset. Sed Dei acquiescamus decreto: sal etenim symbolum est sapientiæ. Conuertitur igitur mulier insipida in salis statuam, quæ sapientiam denoter; vt tu, velut animal, vitæ tuæ auidus, illam lambas, cum naturale sit animalibus, ex petra salis meliorari, & perditum recuperare ciborum appetitum. Illam tu lambito, & sapiens esto. *Nec enim in quæcumque statuam, sed in statuam salis versa est, vt exemplum fieret, & condimentum, vnde alii salirentur, id est cuius meminisse proficeret ad sapientiam. Petra enim salis languentibus animalibus palatum sapidum reddit, & edendi auiditas reparatur.* at Rupert. O quot pœnitentes dolemus, quibus non proficit pœnitentia, vtpote insipientibus: heri Sodoma peccatorum egrediuntur, at hodie in illam regrediuntur: heri muheris societati renuntiasti luxuriosæ; hodie vero in eam reflectis oculos, imo & conuertis animam: heri alterius puellæ donaria reiecisti pœnitens, hodie illa repetis & quæ is facti pœnitens, quæ tibi erant offendiculo, fieri fusuum domibus excessisti flens amare comite D. Petro, vbi Christum perfidus abiurauit, & hodie te video remeantem, qui pœnitentiam agis de pœnitentia. In ipsis hoc patet Niniuitis. Fuerunt pœnitentes, & tales quales nouimus, attamen male sapientes: eo quod breui annorum intercursu, ad viam suam malam, à qua prius sapientes deflexerant, repedarint insipientes; Quocirca Deus illos perdidit relapsos, vt illis propheta Nahum fuerat comminatus. *Ex duobus* (ait D. Ambros. huius historiæ commentator) *constat Ecclesia, vt aut peccata nescias, aut peccare desinas, Pœnitentia enim delictum abolet, sapientia cauet. Ex defectu pœnitentiæ quidam pereunt, alii ex defectu sapientiæ. Iudæi ex vtroque, quia propterea Niniuita condemnabunt, qui pœnitentiam egerunt ad prædicationem Ionæ. Illi autem pœnitentiam non egerunt ad prædicationem Christi, & Regina Austri, quæ sapiens effecta est, audiens sapientiam Salomonis, isti autem nequaquam sapientes facti sunt, audientes ipsam Dei sapientiam Christum.* Si illos igitur condemnabunt Niniuitæ & Regina Saba; Auertat Deus, ne & ipsi nos condemnent, sed nos potius instruant rudiores:

Sap. 6. 10. 7.

RVPERT. Lib. 6 in Genes. 12.

D. AMBR.

ſed nos potius inſtruant rudiores. Et Niniuitis ſeriam diſcamus agere pœnitentiam, & ex Regina Auſtri in perſeuerare ſapientes: vt in hac vita viuamus per Dei gratiam, qua ſemper in æterna gloria perfruamur. Amen.

SVMMARIVM

HOMILIÆ NONÆ SEQVENTIS.

a §. 1. b §. 2. c §. 3. 4. d §. 5. e §. 6. f §. 7. g §. 8. h §. 9. & 10. i §. 11. k §. 12. 13 l §. 14. 15 16. m §. 17. 18. n §. 19.

PRoponit nobis Euangelium mulierem Chananæam, quæ nobis ſit magiſtra orationis *a* hæc enim ea eſt, qua quidquid nobis eſt neceſſarium, obtinemus *b* Eam domo ſua expulerunt calamitates, & ad Chriſtum adduxerunt: ipſe enim eſt, qui ad hoc illas immittit *c* & docet nos orationis argumenta. Primum: à peccato diſcedere *d*. Secundum: exordiri à *miſerere e*. Tertium: ſuorum peccatorum culpas recognoſcere *f* Quartum: ad Deum recurrere pro remedio quod ſi ſubinde taceat, nec reſpondeat, hæc ea eſt ratio: ne tua finiatur oratio, quæ ei eſt acceptatiſſima *h*. Et ſi verbis non reſpondeat, reſpondet tamen via virtutis *i*. Quintum: in ea perſeuerare *k*. Sextum: calamitates perferre patienter *l* & de neceſſitate elice e virtutis exercitium *m*. Oratio tantæ fidei, à Deo, quidquid petierit, impetrabit *n*.

§. 1. *Excitat Dominus Spiritum ſanctum ſpiritu mulieres, quando virorum deficit feruor ſpiritus.*

§. 2. *Eſt oratio, theſaurorum Dei clauis, cuius vſum nos docet mulier Chananæa.*

§. 3 *Eliæ Iudæos deſerenti, corui ſeruierunt, & Chriſto gentiles, ad quorum vltimam lineam Sol iſte radiauit.*

§. 4. Egreſſa mulier. *Egreſſus Chriſti, huius mulieris operabatur egreſſum, quæ, vt Onager, capta eſt tribulatione.*

§. 5 Egreſſa. *Ad faciendam orationem, egredere de peccato: quia etiam alienum peccatum impedit orantem Moyſen: Cur ſtantes oremus.*

§ 6 Miſerere. *Hinc optime inchoatur oratio, & non ſicut Pelagius docet, nec vult Deus virge verbera.*

§. 7. Mei. *Punit Deus parentes in filiis, & aliquando dæmonem ſuis appetunt filiabus.*

§. 8. *Magna huius mulieris fides, qua Chriſtum implorat: eſt enim aduerſitas, vt murro Hieremiæ.*

§. 9. Non reſpondit. *Deus nobis non reſpondet: vel quia illi non reſpondemus, vel quia diſſimulat.*

§. 10. *Eſt pauperum oratio aroma Deo ſuaue fragrans, quam vt melius audiat, præpitur in cælo ſilentium.*

§. 11. Verbum. *Chriſtus mulieri via verbi non reſpondit, ſed virtutis, vt Dauid ait:*

§. 12. Accedentes Diſcipuli. *Chriſtus hoc eis negat, quod pro muliere hac requirebant, vt eius oſtendat virtutem.*

§. 13. At illa venit. *Orationi neceſſaria eſt perſeuerantia, licet nobis nullus reſpondeat.*

§. 14 Non eſt bonum. *Hac repulſa prouocat Chriſtus huius mulieris fidem, qua hortus apparet cæleſtis.*

§. 15. Etiam Domine. *Ex opprobrio retulit mulier miſericordiam, ſicut Anna & Eſther.*

§. 16. Mittere canibus. *Attende, quod melior eſt canis viuus leone mortuo, & quòd de tenebris Deus lucem educit.*

§. 17. Etiam

§. 17. Etiam Domine. *Christus amat & cruciat, vt Ioseph, si vero nos tribulationem voluntarie suscipimus, vt mulier hæc, erit nobis vtilissima.*

§. 18. Etiam Domine. *Ficus simus primi-floris, vt mulier hæc.*

§. 19. Magna est fides tua. *Videtur fidem hanc præferre fidei Abrahæ: Talis fides a Deo obtinet, etiam illud, quod ipse dixerat, non esse bonum hoc facere.*

HOMILIA IX.

DE CHANANÆA

Secundo die Iovis Quadragesimæ.

Egressus Iesus secessit in partes Tyri & Sidonis, &c. Matth. 15.

¶ 1 QVod si præsentem comparemus historiam, quam vitæ Christi commentator D. Matthæus conscribit, cum ea quam heri nobis obiecit; patebit luce clarius meridiana quod in Christo Domino nostro impletas designet perfectissimas veri Dei qualitates, quas ipse Deus eadem esse dixit quæ essent & ignis; *Deus tuus ignis consumens est.* Illas seruatur Origen. qui illas asserit diuersis effectibus manifestari, quos in iis, quæ igni adhibentur, operatur. Si quippe sit straminis manipulus, eius flammis iniectus, comburitur, consumitur fucus effectus candelæ. Si vero lamina fulgea aurea, quo eam fornax vrit ardentius, eo purior, eo prodit lucidior. Hæc in Christo perpende, igne illo Diuino. Heri quidam ad eum accesserunt Pharisæi; hodie accedit mulier; Erant illi stipula; *Scribæ & Pharisæi:* Hypocritæ, solo nitore exteriori sibi blandientes, nulla vera virtute fulgidi. Illos apprehendit ac inuadit supremus ille ignis, diuinæ suæ flammis reprehensionis, eos inflammat: *Generatio prauа & adultera:* vt homines damnat obduratos, æternam illis prædixit damnationem quorum iudices arbitri seu criminales sedebunt Niniuitæ, & Regina Austri. *Erunt omnes superbi, & facientes impietatem stipula & inflammabit eos.* Quæ vero hodie accedit mulier, aurum est purissimum (a) ad coctem tribulationum probatum. Hanc arripit mulierem ignis flamma; cum prius illi nec verbum responderit; deinde reiecerit, tandem vt cæteris ablegarit, tamen absit, vt consumatur, quin potius purificatur vt aurum, in qua lucidissimi omnium virtutum radii effulgere videantur: animirum fides firma, spes secura, charitas incensa, pietas deuota, humilitas profunda, patientia constans, perseuerantia inuincibilis, prudentia discreta, & fortitudo tanta, quæ vincat & ipsum Deum, & si Pharisæis nedum id quod petebant, non concessit, huic tantum elargitus est eius, quod rogauit, vt suam propriam, mulieris tradiderit ac consignarit voluntati; quam et am in Ecclesia sua fidei proposuit exemplar: fuit enim huius mulieris fides eminentissima. *O mulier magna est fides tua.* Quocirca etiam nos D. Euangelista hortatur, vt in eam oculos nostros conniciamus, & quasi verum fidei, cæterarumque virtutum exemplar intueamur. quod imitemur *Ecce mulier Chananæa*: vt enim aduertit D. Gregor. Nyssen. hæc & similes historiæ, nobis non præleguntur, vt eas tantum admiremur, minis enim paruus esset hic effectus, *sed* vt nos ad sedulam moueant imitationem. *Ecce mulier Chananæa.* Oculos conice (hortatur Euangelista) in mulierem Chananæam. Secundum naturam malorum pa entummalam sobolem, at cœlesti gratia adeo diuinam prolem, vt ad eam contuendam gratia cælestis sit nobis omnimode necessaria: eam igitur requiramus, cælesti Domina mediatrice, quam vidit in cælo D. Ioannes amictam sole, & gratia pleniſſimam *Ane Maria.*

Deus ignis consumens. Origen. Illuminata lib. Iesus. 1. Christus ignis est.

Malach. c. 4. f.

(a) Oro de coctate ij tem quatro qualitates.

Oratio ad Pulcheria

§. 1. Excitat Dominus cæleſti ſpiritu mulieres, quando virorum deficit feruor ſpiritus.

2 NOtat D. Hieronymus quod Deus pro veteri conſuetudine, quando viri deficiunt, & aberrant ab eo ad quod tenentur, excitet ſpiritum mulierum tam ſapientem, ac iuſtum, vt virorum ſuppleat defectum, quo ex vna parte rubore viros confundat, ex altera vero declaret, & brachii ſui exponat potentiam, & diuinæ ſuæ prouidentiæ ſecuritatem. *Hæc norma ſcripturarum, vt deficientibus virtutibus ſanctis, mulieres in virorum laudentur opprobria.* Hoc omnibus eſt in profeſſo circa illam hiſtoriam quam refert Spiritus S. Inſurgit & arma ſumit viliſſimus populus infidelium, contra populum Dei hinc viri adeo vecordes obſtupuerunt, vt occurrere nullus auſus fuerit inimicis: excitat Deus celebrem illam prophetiſſam Deboram, quæ ſub palma morabatur, hanc ducem creat omnibus Ducibus quæ tam prouida huic ſtratagemati decernit præſcripta, vt eius ſapientia, hoſtes numero copioſiores deuicti, in turpem fugam acti, & Dei populus perilluſtri victoria redierit glorioſus.

D. Hier. *Epiſt. ad Principiam, & lib. 1. contra Iouinianum, & in prologo ſuper Sophoniam To. 5.*

Iudi. c. 4.

4. Reg. 22. Demum in diebus Regis Ioſiæ. Viri primates quorum intererat eſſe populi Magiſtros: bonarum diſciplinarum, & legis Dei imperiti langueſcebant, excitat tunc Dominus ſpiritum mulieris Holdæ, hanc doctricem ac magiſtram creat totius populi Doctoribus, quam ſummus ſacerdos Elcias, & primæ notæ viri conſulebant Tempore Nabuchodonoſor quando in Beſulia Magiſtri ac ſacerdotes adeo a recto itinere defiexerant, vt Diuinæ tempus ſtatuerent miſericordiæ, excitat Deus mulierem viduam Iudith, quæ innata ſibi ſapientia conuincit & Doctores & ſacerdotes, ipſa quoque ſola plus efficit, quã tota in vnum Reſpublica congregata. Alia addit exempla D. Hier. tam mulierum, quas refert Scriptura, quam aliarum, quarum præclara facinora prædicant auctores prophani, quas vt ſapientiſſimas extollunt: Aſpaſiam de qua agit Plato. Sapho, cuius meminit Pindarus. Corneliam, vrbis Romanæ miraculum quam celebrat Carneades philoſophus &c. Verumtamen hæc nobis ex Euangelio mulier ſufficiat.

Heri Phariſæi viri populi Dei, Reipublicæ luminaria, ſapientes Magiſtri noſtri, adeo ſunt rudes, ac hebetes qui cum Deo agant, vt parum eſt, quod petita non impetrent, inſuper probris litteris aſſertionis, verba referunt acerrima, terribilia, minas formidabiles, æternæ ſuæ prognoſtica damnationis. Hodie ſpiritum excitat Dominus mulieris communis, vilis, proiectæ Chananæ, quæ agere feſtinat cum Deo, idque tam felici ingenio, acri iudicio, ac multa facundia, vt ipſam cœli ſibi ſubdat fortitudinem, & Dei ſibi cor deuinciat, vt inde hauriat quidlibet, pro ſuæ voto voluntatis, cui datur tam generale aſſertorium, vt ei dicatur: *Fiat tibi ſicut vis.* Quales illi viri, & qualis hæc mulier? Viri illi, filii generis Abrahæ in ſe & filiis ſuis benedicti; *Benedicentur in te omnes gentes.* Viri in ſchola Dei verſatiſſimi, graduati in S. Scriptura, inter prophetas educati. Illi, inquam viri hæreant adeo elingues, barbari, peruerſi, quales heri eos conſideratimus. Mulier hæc, filia Cham, maledictus ille, maledicti eius poſteri ac nepotes, ob horrendam in patrem Noe commiſſam irreuerentiam. Mulier, quæ nullas virtutum claſſes frequentarat, nec alios coluerat Magiſtros, niſi dæmones, quos in idolis alloraverat, lacte ſacrilegiorum, idololatriæ, ac omni nequitiarum genere enutrita, ecce prodit illa tam prudens, ſagax, itinere graditur adeo recto, vt totam illa doceat Eccleſiam, & ſit virtutum omnium ſapientiſſima Magiſtra.

Gen. 12. 17

3 Hoc ſuppoſito hodie mundum offendimus inuerſum ac præpoſterum prout eum, mundum conſiderans Salomon vidit, dum ait, *Vidi ſeruos in equis, & Principes ambulantes ſuper terram quaſi ſeruos.* Ordo præpoſterus. Erant Iudæi Domini Dei familiares, chariſſima pignora. *Quorum adoptio eſt filiorum, & gloria & teſtamentum, & legiſlatio, & obſequium, & promiſſa,* inquit Apoſtolus. Chananæi vero, vt mancipia, & ſerui ad perpetuas damnati triremes, per patrem ſuum Noe ob commiſſam in eum impudentiam, quorum primi ſerui fuerunt, quos mundus ſibi ſeruos ſubiecit, & ex quibus orta eſt infamis ſeruitus. *Sit Chanaan ſeruus eius.* Ira quoque mulier hæc Chriſto Domino humiliter confitebatur, quando Iudæos vt filios nominarat, Chananæos autem vt canes reiecerat, ipſa prudens intulit; *Etiam Domine: nam & catelli edunt de micis qua cadunt de menſa dominorum ſuorum.* Illi vero, qui Domini erant, deſcendunt pedites ex leuiori fidei equo illo, inquam cui inſidens anima ſurſum aſcendit & cœlos ipſos ſuperuolitat, penetrat ad intima, illi vero repunt per terram maledicti: eo quod eorum cogitatione digito quidam alius ipſa terra ſurſum ad Deum eleuetur,

Ecc. 10. 7.

Rom. 9. 4.

Gen. 9. 25.

ue'ur; homines, terrigenæ, & adeo obtenebrati, vt ipsum lucidissimum solem sibi præsentem non intueantur: famula vero hæc ac vile mancipium, equm sibi arripit fidei, ex quo illi descenderant, illum scandit, & contento mirabilique cursu progreditur in cognitione Christi Diuinitatis, cui connect.t actus heroicos humilitatis, patientiæ, perseueranciæ, præsertim vero orationis: actus tam singulares, vt eos Christus demiretur, quibus cum superet, sibi subiiciat, hoc denique agat, vt ipse Christus eius virtutis ac fidei sit præco, quam sic canora voce deprædicat. *O mulier magna est fides tua.* Nos eam consideremus.

§. 2. *Est oratio, thesaurorum Dei clauis, cuius vsum nos docet mulier Chananæa.*

12. 4 Multa licet sint hac in muliere, & admiranda, & imitanda, quod tamen in ea cæteris præeminet, illud est, quod nomen signat, quo eam describit Euangelista *Ecce mulier Chananæa.* Nomen Chananæa significat, negotiatricem. Phrasis est vulgaris S. Scripturæ, quod
Iu. c. 31. 24. negotiatores vocet Chananæos ita loquitur de forti illa muliere; *Cingulum tradidit, Chananæo,* quod alii legunt, *Negotiatori.* Et hoc in muliere hac præfulsit, quod fuerit negotiatrix cum Deo. Medium commune, & generale cum Deo negotiandi, stat nitur oratio. In hac autem adeo primo gradu profecerat, vt magistra cæteris Ecclesiæ litteratissimis Doctoribus præsidere posse videatur. Hærent aliqui, & admirantur: videtur enim quod Dominus nimis parcus ac minus fuerit effusus, respectu hominis, qui se tamen aliis animantibus ostendit adeo liberalem, illis enim omnibus abundanter, & effusa manu suppeditauit, quæ ad eorum conseruationem, ac defensionem necessaria esse censebantur. Auibus concessit alas & plumas, quibus volarent. Animalium quædam armauit unguibus, alia cornibus; dentibus alia, celeritate alia, quibus se defenderent, fugerent, conseruarent: Homini vero horum dedit nihil, nec alas ad volatum, nec ad capiendum vngues, nec in defensionem cornua, nec ad
Iob 1. 11. fugam velocitatem; hoc etenim subtiliter dixit Iob vnico verbo; *Nudus egressus sum de vtero matris meæ.* Attamen, est omnino verissimum, quod Deus nedum minime parcus fuerit homini, quinimo multo abundantius illi prouiderit de iis quæ ei opus erant, quam omnibus aliis creaturis eo quod illi omnium suorum tradiderit clauem thesaurorum. Quis illum vt auarum reprehenderet Regem erga filium suum Principem, qui cum famulis suis diuitias suas dispertiret, filio vero suo harum nihil daret; daret autem ei omnium thesaurorum suorum clauem, quam semel tantum retorquens, haberet quidquid desideraret. Ita cum hominibus egit Deus. Cunctis animalibus sua singulis dona dispertiuit. *Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione.* Psa. 144. 16. Quæ pulchritudo pauoni? qui vngues leoni? quæ fortitudo tigridi? quæ proboscis elephanti? quod cornu Rhinoceroti? quæ crania equo? quæ ceruo celeritas? quæ saniras coruo? quæ alæ aquilæ? quæ plumæ auibus? quæ ouibus lana? Homini horum nihil; consentio; verumtamen dedit illi, ait D. Augu. clauem vniuersalem omnium gazarum, quas Deus possidet, quæ est hæc clauis? Oratio, quæ nihil aliud est, quam certa clauis cæli vbi Dei thesauri conclusi reseruantur. Se. 210. de temp. a

Hoc ipsum Deus homini primitus exposuit, quando, statim a peccato commisso, & Adam summis miseriis obruto, mulieri prædixit, *Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos, in dolore paries filios, & sub viri potestate eris.* Gen. 3. 16. Quid igitur Domine Deus, an nullum est supersest remedium Itane mulierem omni destitutam solatio deseres? Nequaquam, quod ergo ei paras remedium? *Ad virum tuum conuersio tua.* Ita legunt multi, (asserit D. Hieron. *a*) & legit D Chrysost. *b* & Cypr. *c* id quod nostra vulgata lectio habet: *Sub viri potestate eris.* Nuda es o mulier omni bono, ecce tibi præparo remedium vniuersale, hoc autem pono in eo quod oculos tuos ad virum tuum conuertas, quacumque te videris pressam calamitate. *Ad virum tuum conuersio tua.* Sed qua ratione Domine Deus illam tribulationibus leuabit, qui non minus quam illa, tribulationibus arctatur condemnatus? Voluit exponere remedium, quod per hoc homini concedit suis omnibus tribulationibus, ac necessitatibus subleuandis peraccommodum Sponsus nester, Deus est. Assignare remedium vniuersale cunctis calamitatibus vtilissimum, mulieri, vt suos ad sponsum conuertat oculos, quasi figurabat, quod illud ipsum erat, quod homini parabat quibuscumque suis ærumnis aptissimum, nimirum, si oculos suos sursum ad Deum dirigat, dicaque cum Dauide; *Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cælis.* Psa. 122. 1. Oratio est (inquit D. Damascenus, apud D. Thom. *a*) *Elevatio mentis in Deum.* Hæc est (auctore D. Augustino *b*) clauis arcanum Dei, clauis cœlorum. Quam eleganter hoc dixit D. Iacob. *Elias homo erat, similis nobis passibilis*

a Lib. de tradition. Hebræ. in Gen.
b Hom. in Gen.
c Li. de disciplin. & habitu.
D. Damas. 2. 2. q. 83. a. 2. 226. de temp. loco. 5. 19.

ORA-

& oratione orauit, vt non fluëret. Aperiebat & claudebat pro libitu ciſtas illas cœleſtes, hac vtens claui ſuperemineuti. Hoc Chriſtus nos docuit, quando, vt nos ab omni eximeret cura, & ſolicitudine, quibus ob quotidianas anguſtamur neceſſitates, & quid nobis ſit agendum, ignoramus dum nobis deficit corporis valetudo quies, opes, panis, veſtis, & nos a Deo omnium indigos & derelictos arbitramur. Non te fiangat iſta res, ne queraris (ait Dominus) tece enim omnium theſaurorum Dei clauis in manu tua, contorque eam. & aperi, *Quæcumque orantes, petitis credite quia accipietis, & euenient vobis.* Ad votum omnibus abunde munitum ac inſtructum eduxit Dominus populum de Ægyptiaca ſeruitute: licet adeo omnis alimenti indigum, vt non niſi parum farinæ ſecum detulerit. Virorum erat numerus ſexcenta millia, exceptis mulieribus, parvulis ac Senioribus, quorum erat numerus ſine numero. *Sexcenta millia peditum.* Num ergo tantæ præcipis multitudini, iter aggrediatur tam largum, ſterile, infructuoſum, diuturnum, ſine vlla proviſione, cum & in terram tendat adeo inaquoſam, vt illi ad potum deficiat frigida? Ne timueris, illi aliquid defuturum: hanc enim illi dedi clauem, & dixi: *Dilata os tuum, & implebo illud.* Dum neceſſitote premeris, hanc ſume clauem orationis, hac aperi, pete, & quidquid petieris, impetrabis. Si, vt aperiatur mare rubrum; iter ſolidum ſiccumque greſſibus tuis præbeat, Si, vt tibi de petra proſiliat aqua cryſtallina: ſi, vt tibi cibus depluat de ſideribus, manibus piſtus Angelorum: ſi, vt tibi ventus adducat cotur nices ad luxum: ſi, vt ſol curſum contineat, quo dies tibi pro voto præceletur, & abſoluas negotia, quæ prætendis; ſi, vt Iordanis fluxum ſuum ſuſpendat, quo liber tranſgrediaris; *Pette, & accipietis, pulſate, & aperietur vobis. Dilata os tuum.* Hinc intelligamus, quod dicit S. Texeo. 13. 18 tus; *Armati aſcenderunt filij Iſrael de terra Ægypti.* Qui iſtud? conſiderando enim S. Scripturam

I. Quæ arma tam vniuerſalia, tam fortia, tam offenſiua, vt nullus ſit inimicus, quem hæc arma non ſuperent, nullus ictus, quem non retundant fortiora? Tantum eleuat manus ſuas Moyſes orando, & ecce tota langueſcit Amalecitarum fortitudo. Extollit Dei populus in cœlum voces, & ecce muri corruunt Iericunthini. Vnico oris ſui verbo, ignem de cœlo detrahit Elias, in ſuorum contemptorum ſupplicium. Sola oratione contriuit piiſſima Eſther impiiſſimas Amani machinationes, quibus Dei populum perdere moliebatur. Alia nulla depoſcit arma Iudith vidua, mulier infirma, contra omnium cop oſiſſimum, quos ſol vidit, exercitum Holofernis: quando eum expugnatura deſcendit, rogante eam Summo Sacerdote, totoque Bethuliæ populo, quæ ſibi vellet arma comparari, reſpondit: *Nihil aliud fiat, niſi oratio pro me, ad Domi Iud. 8. 33 num Deum noſtrum.* Quod & ipſum Summus Sacerdos Eliachim intellexit, quando populus Dei quid primum ageret aut vltimum, animo conſternatus ignoraret: hoc unum in eorum defenſionem, libertatemque perſuaſit, ſcilicet oratio-

Marc. 11. 24.

Num. 11. 21.

Pſa 80. 11.

Quæ arma Ægyptiorum filii Iſrael non exuleriut, ſed nec quidem potuerunt tanquippe tumultu diſceſſerunt, vt nec in cibum quidquam niſi parum farinæ, rem nullius momenti potuerint conferre, & vix valuerint veſtium ſarcinulas colligare?

Et hoc quidem verum eſt (inquit Orig.) quod ſecum arma non exuleriut, at illos Deus armatos eduxit: eo quod illos armis munierit orationis; quæ tam eſt vniuerſalis, vt ea ſola pollit plura, quam omnia arma defenſiua & offenſiua. Quod optime Rex Balac intellexit, dum vidit Dei populum (inquit Orig.) fines ſuos accedentem, tanto ex hoc horrore perculſus fuit, vt pene animos deiecerit, militare cogit concilium, timorem ſuum ac paruos exponit animos: Addunt iranter omnes: qui & Regis? Quid tibi tiraes, o Rex potentiſſime, regno tuo ſecurus, muris tuis, propugnaculis armiſque præmunitus; quid populum hunc inermem reformidas? Non inermis prodiit hic populus: talia enim defert arma, quibus reſiſtat nemo: quæ ſunt (amabo) hæc arma? Oratio. Illis hoc Rex expoſuit, dum populum Dei comparat boui, qui in ſuperioris parte dentibus caret, quibus herbas diffindat: at vero Deus eius linguæ talem indidit fortitudinem, vt ea ſola cunctas diſcerpat herbas etiam fortiſſimas. *Ita deuorabit hic populus omnes qui in noſtros finibus commorantur, ſicut Nu. 22. 4. ſolet bos herbas, vſque ad radices carpere.* Sapiens contemplabatur Rex, quod licet Deus populum hunc eduxiſſet lanceis, gladiis loricis, & cæteris mem illi tamen fortiſſima dediſſet arma, nimirum orationem, & tantum in lingua eius robur ac vires ſtatuiſſet, vt orando, quidquid vellet impetraret. Ac proinde dixit: Populus hic tantis pollet viribus mouendo linguam, vt non ſit qui illi reſiſtat, ſicut nec bouis linguæ vllæ reſiſtere herbæ poſſe videntur. Et hæc eſt (ait Origen) plurium Doctorum ſententia.

II. Oratio, arma optima.

Exod. 17. 11

Iud. 8. 33

orationem. *Scitote quoniam exaudiet Dominus preces vestras, &c. Memores estote Moysi serui Domini qui Amalec confidentem in virtute sua, & in potentia sua, & in exercitu suo, & in clypeis suis, & in curribus suis, & in equitibus suis, non ferro pugnando, sed precibus sanctis orando, deiecit.*

7 Altius decantari non potest vis orationis, quam nobis eam extulit Spiritus sanctus dum ait, quod per eam prævaluerit, ac deuicerit Iacob fortissimum ac potentissimum illum Angelum: Luctabatur cum eo nocte tota, ac tandem: *Inualuit ad Angelum, & confortatus est,* Osee 12.4. *flenit, & rogauit eum.* Hæc enim illa fuit lucta, cumque ita sit, quod Angelus ille fuerit vel Verbum æternum, vel eius diuinam repræsentatit personam, hoc significabat, quod Deo ipsi prævaluerit oratione? Nihil te hoc moueat, quod si Deus sit omnipotens, & ipsa quoque est oratio, vt ab eo quælibet obtineat: quinimo vt ipsi manus liget, & nostro loquendi modo, ipsum detineat, ne faciat, Philip. 4.6. nisi quæ voluerimus. Ob hoc rogat nos Apostolus: *Nihil solliciti sitis.* Quid hoc, an prohibes me diuersis curis implicari, deficiente pane, valetudine, & quiete, quibus illa mihi comparem? Si me persequatur inimicus, solicitus nihil ero? Ille mihi honorem, aliter bona, vitam hic molitur perdere, nihil agam? quis me iuuabit, securum? Oratio. *Sed in omni oratione, & obsecratione, cum gratiarum actione, petitiones vestræ innotescant apud Deum.* Contorque clauem orationis, & de Dei thesauris Luc. 11.9. expromes quantum tibi fuerit necessarium: *Petite & accipietis.*

Porro te modo audio contradicentem Domine, hoc ego non experior: a multis enim diebus corporis rogaui sanitatem, & infirmus decumbo flagito remedium, & semper omnium indignus vitio paxillo nudior. Quotetem postulo, & sedatus viueres? & ecce quotidie increscunt calamitates. Hæc sit (opino) amice ratio, quia Iacob. 4.3. claui hac male vteris, nec armis istis ludere didicisti. Ita obiectioni tuæ respondet D. Iacobus. *Petitis & non accipitis, eo quod male petatis.* Prouerbium est, in clauibus & armis plus valere industriam, quam vires; quod si dexter romphæa non ludas, parum est, quod te illa ab hoste non defendas incolumem, insuper & teipsum occides inexpertus. *Hoc vidimus in* Pharisæis hesternis, qui Christum accesserunt signa petentes, & nedum minime quæ petierunt impetrarunt, quin potius, illis hoc maxime nocuerit. Attamen quid hodie possit oratio, patet, si quis industrius illis armis, hac claui vti nouerit. *Ecce mulier Chananæa.* Obiicies (credo); Domine, quod Abraham, Isaac, Iacob, Moyses, Iosue, Dauid, Daniel, Esther, Iudith, aliique quam plurimi, petita consequantur, non obstupeo, fuerunt enim viri, coram Deo, meritis clarissimi: ego vero peccator, miser, miserabilis, qui vitæ meæ tempus, non nisi peccatis consumpsi, qua ratione, quæ peto, mihi largiatur? Hoc te mihi moretur; licet sit mulier Chananæa, idololatra, maledicta, quidquid optarit assequetur, si artem nouerit negotiandi. Mulier Chananæa sagax negotiatrix, clauem hanc adeo dextre contorquet, vt diuini pectoris aperiat scrinia, & thesaurorum cistas, Christi Domini pectus, *In quo sunt omnes thesauri* Coloss. 2. deprædatur, & quidquid voluerit impetrat, vt ipse Christus illi consentit, *Fiat tibi, sicut vis.* Nos ex illa discamus negotiari.

§. 3. *Eliæ Iudæos deserenti, eorui seruierunt, & Christo gentiles, ad quorum vltimam lucem Sol iste radiauit.*

8 *Egressus, Iesus secessit in partes Tyri & Sidonis & ecce mulier Chananæa a finibus illis egressa.*

Ecce hic impletam (ait D. Augustinus) Eliæ historiam. Cum primum Vates ille Elias egressus est, & se Iudæis manifestauit, statim in eum insurrexerunt, eius miracula vilipenderunt: Illos statuit deserere, peregrina petere, deserta colere, & ecce accurrunt eorui, qui peregrino seruiant, cibos ministrent esurienti, & derelicto obsequantur. Huius historiæ (inquit D. Augustinus) præcipuum intentum, non est littera mortua: illius seruare spiritum; & quid in ea Deus signet figuratum. Verus Elias Christus est, cui pauca nomina, melius quam hoc, conueniant; Elias enim significat: *Deus Dominus*, & hoc nomine a Rege Dauid insignitur: *Deus Dominus & illuxit nobis.* Dum hic in publicum prodit, concionando, mirabilia inter Iudæos operando, mille eum infestant persecutionibus, detrahunt calumniis, miracula peruertunt, doctrinam reiciunt. Quocirca illis relictis abiit, deserta petit, Gentilitatem lege diuina inculcam, Sacramentorum ac Dei cognitionis infœcundam. Cernit Iudæa egredientem at Gentilitatem adeuntem. *Egressus, secessit in partes Tyri & Sidonis.* Et ecce aduolant illi continuo

Ser. 201. de temp.

Psal. 117. 27.

tinuo corui, vt ei seruiant, laudeque recreent a Iudæis inhonoratum. Proprium Gentilibus nomen (teste D. Augustino) est coruus, ob peccatorum nigredinem, quibus ita vndequaque fœdabatur, vt nullum eis superesset membrum candidum, nuidum, defœcatum. Ita de Gentilibus fatetur Ecclesia, in primo illo statu; *Nigra sum*, & addit, *sed formosa*. Declarans statum posteriorem, quem aqua deluta baptismatis est assecuta. *Asperges me hyssopo, & mundabor, lauabis me, & super niuem dealbabor.* Egrediuntur de arca coruus, cuius cupediæ sint ac deliciæ cadauera mortuorum. Eodem passu egressus infidelis populus ex Abrahæ domo, id est, veram vnius Dei fidem abnegans, inter idola lubens versabatur. *Veluti morticinis cadaueribus, idolis ministrabat*, ait D. Augustinus; Quam primum Elias hic cœlestis deserta coluit, ecce in eius corui conuolant obsequium: Capharnaum ingreditur, & ecce Centurio Gentilis eum excipit honorifice, tanta fide, tanta confessione veneratur, vt & ipsum Christum rapiat in admirationem. Samariam adit, & ecce mulier Samaritana, qualis huic occurrat Eliæ ministratura? Modo vero, secedens in partes Tyri & Sidonis, *Ecce mulier Chananæa*, innumeris eum recreat obsequiis, eius confitetur diuinitatem, adorat præsentiam, potestatem veneratur, pietatem inclamat, Manifestati supplicat, misericordiæ pedibus prouoluta. *Ecce mulier Chananæa a finibus illis egressa.*

Can. 1. 4. Psal. 50. 9

D. Aug. Ser. 201. de tem. 10. 10

Non incongruum erit huic historiæ, id quod heri proposuimus de stupendo illo portento, quod tantam philosophandi sapientibus Babyloniis suggessit rationem: nimirum solis retrogressus, nec eum sistere in horologio Achaz, donec vltimam lineam radiis illustraret. Sol diuinus Christus erat; cuius cursus communis per Iudæam agebatur, ad hoc enim illuxit mundo, ipsomet teste: *Non sum missus nisi ad oues domus Israel.* Hanc, cursum suum perficiens inambulabat. *Circuibat castella, in circuitu docens.* Attende modo eum retrogradientem: *Egressus Iesus, secessit* &c. Cursum suum per Iudææ lineas deserit, & ad Tyrios, Sidoniosque retrogreditur, & vltimam eorum lineam illustrat. *Ecce mulier Chananæa.* Inter orbis nationes, nulla distantior seu rudior in Dei cognitione ipsis Chananæis, de quibus opinatur Lactantius Firmianus, quod ipsi omnium primæ Deo terga verterint, eius fidem eiurarint, idola coluerint. *Hæc fuit prima gens, quæ Deum ignorauit.* Ex genere fuit Cham, de quo Spiritus sanctus recensens filios Noe ait *Filius suus minor.* Non natu minor, siquidem D. Chrysostom. *a* D. Ambros. *b* notant eum fuisse natu maiorem fratre suo Iapheth, sed ob morum peruersitatem cæteris censetur inferior. Huic nationi adeo erat innata malitia, vt Spiritus sanctus testetur illi fuisse quasi naturalem. *Nequam est natio illorum, & naturalis malitia ipsorum. Iniquissimæ gentes* (ait D. Chrysost.) *apud quas, etiam leges naturæ eversa fuerant.* Hinc orta phrasis Spiritus sancti qua summam exponat malitiam, & hominem describat omnium pessimum, vt eum vocet Chananæum. Ita proloquitur de Synagoga. *Generatio tua de terra Chanaan.* Nec ipse Daniel cognomen magis inuenit proprium, quo Senioris illius peruersi, & contra pudicam Susannam iudicis iniustissimi malitiam declararet, quam quod eum intitulet: *Semen Chanaan & non Iuda.* Licet autem vt talis tota illa natio haberetur, nominatim tamen erant mulieres cæteris nequiores, quæ maxime Dei animum offenderant, illæ enim lapis fuerant offensionis & petra scandali Iudæis, vt in Dei contemptum idolis sacrificarent quod grauiter expendit Rex Vates. *Sacrificauerunt simulacris Chanaan.* Ecce lineam vltimam: *Ecce mulier Chananæa.* Hanc sol ille diuinus illustrat, tanta lucis plenitudine, qua eam adeo reddit illustrem ac splendidam, vt ex se radios emittat adeo lucidos, ac claros, vt ad eius lucem gradi posse videamur. Ne hoc tibi persuaseris, Deo defuturum, qui illi seruidit obediens, qui eum sequatur fidelis. Si eum tu manu mittas, & diuinæ gratiæ luci fenestras occludas obduratus, nouit ille ad alium retrogradi tenebrionem, illum sua luce collustrare, qua ille clarificetur, & in æternum viuat gloriosus.

a Hier. in Gen. b Lib. de Noe arca. 31.

Sap. 12. 10

D. Christ. In cap. 15. Mat. 10. 2. Eze. 16. 3.

Dan. 13. 56.

Psal. 105. 38

4. Reg. 20.

Mar. 8. 6.

Lact. Firmian. Li. 2. c. 14. Gen. 9. 24.

§ 4. Egressa mulier. *Egressus Christi, huius mulieris operabatur egressum; quæ, vt Onager, capta est in tribulatione.*

9

10

INgeniose sibi inuicem occinunt Christus & Chananæa, quod Euangelista significauit, eodem vtens verbo, de illo, & de illa loquens, de Christo sic ait: *Egressus est Iesus:* Statim vero de illa: *Egressa mulier Chananæa.* Et enim egressus sibi subtiliter correspondebant. Primo Iesus egressus est, demum illa: quia huius egressus, ortum suum habuit ex egressu Iesu; numquam enim illa Christum quæsitura egrederetur, nec locum suæ nequitiæ ac cœcitatis deseret

deseréret alio migratura, nisi Christus prius ludæa egrediens, & terram Chanaan ingrediens & terram Chanaan ingrediens, suæ lucis radios emitteret, quibus illam illuminauit. Signauit in hoc diuinus Euangelista doctrinam Catholicam nimirum, quod numquam egrediatur peccator, vt Deum quærat, nisi primum Deus eum quæsiturus egrediatur: diuinæ suæ gratiæ radiis illustrans, quibus illum prior moueat, & incitet torpescentem. Numquam Petrus de miserabili triplicis negationis scandalo foras egrederetur, nisi illud præcessisset; *Et conuersus Dominus respexit Petrum.* Nec Christi rogaret misericordiam, flens amare, nisi illum Christus prior ad misericordiæ sinum inuitasset: Sed nec pueruli iam mortui oculi potuissent aperiri, quibus Prophetam Elisæum intueretur iam viuus, nisi ille prior suos pueruli oculis superinclinasset: quod ille optime nouerat, qui nos hoc docuit; D. Ioannes: *Non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos.* Quotiescumque de peccatis egredimur ad Deum, toties prior ad nos egreditur Dei præuenientis misericordia peccatores.

I. Deus præegreditur ad peccatorem.

Luc. 22.

3. Reg. 4.

1. Ioan. 4.

Verum enim vero & aliud hic intersucer mysterium: dum enim tam specialiter notat Euangelista regionem, quam Christus ingreditur scilicet Tyri & Sidonis; arbitror, voluisse significare quod egressus hic fuerit, veluti Principis cuiusdam egressus in venationem. Tenet consuetudo inter Principes, dum nimis fatigantur, aut ob subditi alicuius impudens facinus exasperantur, quærere diuerticula molestiarum, egredi venatum, vt animalium ferocium captura, stomachantem dolorem possint temperare. Hoc opinor Christus egit: Eum etenim Iudæi grauiter suis fraudibus, & diabolica nequitia, vt heri diximus, irritarunt: eos deserit, egreditur venatum, hoc enim significat Sidon. Erat autem Sidon ciuitas Phœniciæ, quam extruxit Sidon filius Chanaan, & significat *Venationem.* Egreditur Christus in Sidonem, quasi dicat, egreditur ad venationem per deserta Gentilitatis. Quinimo & modo, actus fuit suæ diuinæ prouidentiæ, quo permisit diabolum domum ingredi huius mulieris, ad hoc vt eam compellat egredi festinato, & in manus incidat Christi venatoris. Nihil iucundius, acceptius nihil in venatione, quam dum constricta ab accipitris ardea se vltro tradit manibus venatoris: quando falcone perterrita perdix, subsidium quærit ab eo, qui eam insectatur: Studet alter, vt cuniculus, quem viuario suo ineluctum alit, egrediatur, & se manibus vltro tradat capiendum, impellit per hanc partem viuerram, quæ cuniculi subterat mandram, quem vnguibus impetit & vexat inquieta, quo eum ad egressum compellit, vt manibus tradatur venatoris.

II. Christus venatori comparatur.

Venatum egreditur cœlorum Princeps Christus, appetit, vt cuniculus qui infidelitatis mandra delituerit, egrediatur sibi in occursum: per hanc partem impellit viuerram, dæmonem, rapacibus unguibus terribilem, qui filiam mulieris dissecerpat, dilanier, excruciet. Ecce quam velox mandra egrediatur, & se Christi tradat manibus capiendam. *Ecce mulier Chananæa, de finibus illis egressa clamabat ad Dominum.* Hic liquido constat, quid Dominus voluerit, dum locum dedit diabolo, introcundi eius domum, filiamque cruciandi: Hoc quoque prætendit, quando tibi hærenti intra mandram scelerum tuorum, concubinatus; vsuræ, odii, rancoris, immittit Deus infirmitatem, quæ te aggrediatur, male torqueat: febrim, quæ te ad extrema deducat inexspectato: coxendicem, quæ tibi mortales adferat anxietates, tribulationem, qualem numquam suspicabatis. Hoc ipse Deus intimabat (teste Diuus Hieronym.) quando, vt animam peccatricem venaretur, aiebat. *Sepiam viam tuam spinis.* Et dum velut populi querelæ respondens, cur illos premeret calamitatibus, dicebat Vati Oseæ; *In tribulatione sua mane consurgent, & dicent: Venite, ascendamus ad Dominum* Dum se tribulationibus dolent conteri, ascendent ad me. Quam celer accurris ad Confessarium, quando te dolor acutus constringit? Et quam solicitus mittendi ad talem vel talem Ecclesiam, vt ad tuam dicant missas intentionem? Quæ non proposita, peccata deserendi, Deo seruiendi?

In c. 2. Oseæ. Ose. 2. 6. Ose. 6. 1.

Expendit D. Basil. duo fuisse stultorum genera: quidam enim asserebant, nullum esse Deum in hoc mundo cum tot calamitatibus repleatur; Alii tenebant, quod si sit aliquis, eum esse crudelem, dolores & cruciatus his & illis immittentem. Plane indigent elleboro, ait Diuus Basil. Ipse est in mundo. *Non longe est ab unoquoque nostrum; in ipso enim viuimus, mouemur & sumus.* ait alter Poeta, relatus a Diuo Paulo, & ipse est, qui nos his affligit angustiis, quas incessanter patimur: & nos per Prophetam Amos instruit: *Si erit malum in ciuitate, quod Dominus non fecerit.* Ipse est, qui febres, qui podagras, qui ischiades, qui famem, qui pestem immittit, nec quidquam contingit, ip-

Hom. 9. Quod Deus auctor malorum non sit.

III. Duo genera stultorum.

Act. 17. 28. Amo. 3. 6.

so aut non faciente, an non permittente, idque prudentissima dispositione; verumtamen non in nostram perditionem, sed in bonum nostrum in nostrum emolumentum.

Perdocta sunt hæc Vatis Regii verba. *Vides, quoniam tu laborem, & dolorem considerasti, ut tradas eos in manus tuas.* His consonant eiusdem Vatis alia verba: *In chamo, & fræno maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te.* Iniice illis chamum quod si non sufficiat, adhibe fræmum durum quo illos ad te adducas etiam reluctantes. Ambulat equus solutus, iniice illi chamum, eo non reditur domesticus non mitigatur, nec te trahentem sequitur, superadde fræmum, quod ei maxillas fortius constringat, hoc indubie pro vero illum deduces quocumque lubuerit. Accommode declarat Divus Augustinus. *In ira populos deduces*, ita ipse legit; quod nos *constringes*. Quod deducet malas intentiones, mores refractarios ostendens se commotum. Præmonet Deus Moysen, vt incidat bracteas aureas, & extenuet eas in fila, vt possint torqueri cum priorum colorum subtegmine, vitta hyacinthina quod & fecit. Verumtamen priusquam illis consutæ superhumeralis necterentur iunctuæ, & in fila extenuarentur, multos passæ sunt ictus malleorum. Vt autem peccator filum sit aureum, aut sericum, ut Deum clare cognoscat, vt ei sit amicitia familiaris, necesse est, pluribus tribulationibus, multo pœnitentiæ verbere extenuetur, & cordis eius duricies mitigetur. Domine Deus progrederis laborem & dolorem considerans, vt tradas eos in manus tuas. Videt te Deus a conspectu suo fugientem vitiis & sceleribus tuis, & nullum aliud esse, quo recurratis, medium, quam labores, & calamitates & illas duriores.

Psal. 9. 34. 12
Psal. 31. 9.
D. Av. Psalm. 55. 8.
Exod. 39. 3.

Idem iterum exposuit per Hieremiam animæ loquens, quam volebat (vt ita dicamus) ut se suis manibus traderet. *Cursor leuis explicans vias suas.* O quam te plango, qui veluti cursor leuissimus tuas percurris nequitiæ & stultitiæ semitas; quo non festino pede tuis ad omnem impudicitiam, vindictam, gulam? quam celer non properas ad vsuras, contractus iniquos? quam non propere præcipitas in illud, quod tibi aut emolumento aut sensualitati fore persuades? Domine quid remedii? Illud ipsum, quo venatores vruntur ad capiendum Onagrum. *Onager assuetus in solitudine, in desiderio animæ suæ attraxit ventum amoris sui: nullus auertet eum, omnes qui quærunt eum, non deficient, in mensruus inuenient eum.* Loquitur, ex opinione Vatabli de asina syluestri. Leuissima est, quando per deserta discurrit, cuius ratio est, quia nullo negotio respirat, & ventum attrahit quantumlibet. Inde oritur in currendo tibi difficultas, eo quod tibi deficiat halitus, & qui pectus habent occlusum, & asthmate oppressum magis adhuc laborant. Nullam vero patitur asina syluestris difficultatem. *In desiderio animæ suæ attraxit ventum.* Respirat quomodo, & quantumlibet, proinde currit adeo celeriter, vt non sit qui eam detineat, aut assequatur. *Nullus auertet eam.* Quocirca venatores, qui ei insidiantur, nec se fatigant, nec eam currentem insectantur. *Omnes qui quærunt eam non deficient.* Attamen attendunt mature, dum prægnans sit, & partui vicina, eo quippe tempore extremos patitur cruciatus, quibus, vt agnellus, mitigatur, quinimo partus doloribus oppressa, quasi auxilium rogatura sponte sua, se manibus tradit venatorum. *In mensruus inuenient eam.* O anima deploranda, quæ tam velox tua percurris diuerticula, inuia, deserta. *Cursor leuis explicans vias suas.* Quam te explicas, & percurris vias perditionis? quam celer in tuis affectibus? quam propero gressu ad diabolicas vltiones? quis te detineat tuis ambitionibus inhiantem? Quis sistat currentem, alienam mulierem insequentem, mundi honores venantem, lucris tuis peritutis insudantem? Nec vox altisona prædicatoris, nec ignis æterni veridica propositio, nec vitæ brevitatis obiectio, quæ finem accipiet, dum de fine manus cogitas, nec discriminum, quibus exponeris vaticinium, nec vanitatis eorum, ad quæ adspiras, instructio: nec malleorum ictus, quibus tuam incessanter Deus percutit conscientiam, & cor tuum continuo pulsu correctionis inquietet. Quid remedii? Adesse partus dolores, angustiis, & calamitatibus te Deus fatiget: coxendix te crucier, fibris aduratur, lis tibi intendatur, quæ te exciret: naufragium tibi submergatur, cuius diuitias inhiabas: amicus tibi integerrimus moriatur, tuæ spes baculus, filiolus, lumen oculorum tuorum tendat ad occasum: infirmetur filia tuæ mœstitiæ solamen.

Hier. 2. 23

Quam cito mitigaris, conquieseis? vt agnellus, spontaneus ad Dei manus recurris, illis te tradis, illis te committis, illi iuras, quod obsequeris, seruus eris amodo fidelior. 13

Quot

» Quot voces ingeminas, quoties illi psalmum
» decantas: *Miserere mei Domine, fili Dauid, mi-*
» *serere mei?* In hunc finem labores immittit Deus
Orig. Hom. 5. Exod. » & cruciatus; vt hoc medio nos ad se supplices venire compellat, subsidium, suaque dona postulantes. Expendit Origen. responsum Pharaonis datum Moysi, Aaroni & Senioribus
» Israel. *Quis est Dominus, ut audiam vocem eius*
» *& dimittam Israel? Nescio Dominum, & Israel non*
» *dimittam.* An dari potest impudentior, stultiorque responsio? Non miremur, de eorum
» grege est, de quibus postmodum Dauid: *In la-*
» *bore hominum non sunt, & cum hominibus &c. Ideo*
» *tenuit eos superbia. Denique videbis eum* (inquit
Psal. 72. » Origen.) *paulo post quantum profecit in flagellis,*
» *quanto melior verberatus effici tur. Iste qui modo*
» *dicit: Nescio Dominum, postea cum vim senserit*
» *verberum, dicturus est; Orate pro me Dominum, &*
» *non solum hoc, sed etiam contestantibus Magis fa-*
» *tebitur, quia dignus Dei est in virtute signorum.*
» *Nemo ergo credat, verbera Domini pœnalem esse*
» *interitum, aut perniciem.* Sensum hunc imitatus est D. Augustinus, cui addit probans flagelli ro-
D. Aug. Serm. 9. de tem. Ser. 10. » bur, quo Deus agnoscetur, hoc idem declarans de diabolo, per Pharaonem designatum. *Audi*
» *quid respondet Princeps mundi huius. Nescio Do-*
» *minum. Sed vide in Euangelio, quemodo verbe-*
» *ratus emendet hanc vocem. Scriptum est enim;*
» *quia clamauerunt dæmones ad Dominum, & dixi-*
» *runt, Quid venisti ante tempus torquere nos? Sci-*
» *mus te, qui sis, tu es filius Dei viui. Vbi tormenta*
» *senserunt, sciunt Dominum. Ante flagella dicit;*
» *Nescio Dominum & Israel non dimittam. sed postea*
» *Israel dimisit & non solum dimisit, sed ipse per*
Exod. 8. Exod. 9. 27. Exod. 10. 16. Exod. & 11. » *vrgebat eum exire.* Quando ranis puniebatur:
» *Orate Dominum.* Cur modo non ais? *Nescio Do-*
» *minum?* quando lapidibus & grandine obruebatur, ait: *Peccaui, & nunc Dominus iustus, & ego*
» *& populus meus impii.* Dum locustæ cuncta corrodunt & deuastant, clamat, *Peccaui.* Ea vero
» hora qua Deus flagellum continebat, & ille quoque Deum non nouerat. *Videns Pharao, quod da-*
» *tus esset requies ingrauauit cor suum.* Quod notat
» D. Aug. Iterum quando grandinis plaga cessauit
» Noueris autem (inquit Dauid) Deum cœco impetu flagellis cædere neminem. *Tu laborem &*
» *dolorem considerasti vt tradas eos in manus tuas.*

» Sagax ferarum venator, non iisdem ad feras capiendas vtitur mediis; sed attendit & explo-
V. Similitudo de venatore. » rat, quid cuique conueniat, ad hoc autem salit falcones, accipitres, canes venaticos; molossos, leporarios, sagaces, catellos ad capiendum quippe perditem hi sufficiunt scilicet: nisus, timeriglius: ad leporem vero sectandum conducunt canes venatici leporarii: sed ad aprum comprehendendum, necessarius est canis sagax & molossus: & ad ardeam, quæ altiora petit, non sufficit falco ordinarius, sicut nec ad aquilam, vnguibus enim suis ac rostro se acriter defendit, sed requiruntur accipitres, ac milui; qui se eo vsque attollant, vt oculos fugiant, & adeo fortes vngues ardeæ inticiant, vt eam deiiciant elationem, & superent eius fortitudinem. Est Deus sagax animarum Venator: non vna omnes capit calamitate; quibusdam enim sufficit catellus, febricula, minimus dolor, quem cum percipiunt, illico se componunt, & ad Deum recurrunt. Sunt autem aliæ, quæ eo vsque se suis in altum attollunt præsumptionibus, ac temeritatibus vt requirantur Aquilæ leporariæ quæ oculos fugiant, & adeo rapaces ac feræ, vt nihil illis resistat: calamitates, infirmitates quibus nullum supereſt remedium, nec medicorum oculus expertissimus, nec medicinæ præsentissimæ, & ex India conquisitæ, nec fomenta electissima, & a cunctis approbata, Conqueretis.

O Domine, quantus me premit dolor? heu quæ me grauat infirmitas, quanta exæstuo febri? quam sæua me terret persecutio? quam me concitat labor non tolerabilis? Cum fueris aper syluester, nequitiis tuis obduratus; cœno luxuriæ tuæ inuolutus, vt te nullus illis potuerit extrahere semper renitentem: quid minus quam tales tibi debuit Deus immittere molossos, feras rapacissimas? Illæ ad te conducunt capiendum quinimo & aliquando necesse est vt ipse te diabolus excruciet alioquin non emendandum. Ira D. Paulus, vt hominem luxuriosum feram singularem Corinthi, totius populi Christiani scandalo commorantem caperet, dum illi nullum profuit remedium, molossum excitat adeo ferocem, qualem tu credis dæmonem: *Tradere huiusmodi Satanæ, in interitum carnis.* Vt eum corpore discruciaret laniaret, & infinitis mortis periculis obiiceret recalcitrantem: ad quid hæc laniena? *Vt spiritu saluus fiat.* Hoc quoque Dominus agit cum muliere hæc Chananæa: Erat autem maledicta idololatra: aper indomitus; vult eam infectari, non in illam conuenit minores anes adigere quam ipsum diabolum, qui domum eius inuadat, & illud arripiat, quod matri est chariſſimum, nimirum filiam suam inuadat, exagitet, discruciet tam inhumanus vt ipsa tribulationi cedens, vltro se manibus tradat venatoris: Cerne 1. Cor. 5. 5

venientem. *Ecce mulier Chananæa à finibus illis egressa.*

§. 5. Egressa: *Ad faciendam orationem egredere de peccato: quia etiam alienum peccatum impedit orantem Moysen. Cur stantes oremus.*

14 CVm igitur dixerimus, mulierem hanc omnium virtutum nobis proponi exemplar, nominatim tamen eam nobis depingit D. Lucas orationis emblema, qua cum Deo negotiamur, quocirca de ea sic ait: *Ecce mulier Chananæa*: q. d. Intuere mulierem negotiatricem, videamus quid agat, vt ex illa proficiamus. *A finibus illis egressa*: Maledictis egreditur ciuitatibus Tyro & Sidone, eiusque finibus: qua phrasi communiter declaratur, quod egressa sit ex peccato & omnibus occasionibus et conterminis: vt enim dextrè cum Deo negotieris, hoc tibi præ cæteris incumbit faciendum. Notat Rupertus illud quando Deus populo manna promisit de cælo, voluit, vt ad illud colligendum valde mane foras egrederentur. Exo. 16.4. *Ecce ego pluam vobis panes de cælo: egrediatur populus vt colligat quæ sufficiunt per singulos dies.* Heri consideranimus, quam sine vllo dubio nequam illi Pharisæorum oratores infaustum responsum à Christo Domino essent relaturi: quia peccatores accesserant, & recentis adhuc in Christum blasphemiæ, & grauis iniuriæ rei signa petierant; ideirco dicebamus, primum omnium fundamentum vt felicem faustamque referamus expeditionem, illud esse, vt de peccatis egrediamur, eiusque occasionibus valedicamus. Diligenter expendenda sunt verba Dauidis, qui huius rei valde gnarus erat: Psal. 65.18 *Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiet Dominus.* Vt huius dicti energiam intelligamus, conuenit notare doctrinam Cardinalis Cajetani: In 4. Reg. c. 5. scilicet quod Deus adeo peccatum exhorreat, vt aliquoties Sanctis petita non concedat, quia societati peccatorum immiscentur, & hoc iuxta D. Amb. illud D. Ambrosij. *Qui suis meritis est firmus, turbatur alienis.*

15 Hinc patet illa tam anxia Moysi & Aaroni in Ægypto proposita cautio: nimirum, quando se ad orationem præparabant, vt beneficium aliquod a Deo consequerentur, palato Pharaonis excedebant, & incantatorum egrediebantur societate. Rogat illos Pharao, à Deo impetrent, vt releuet manum suam, tollatque muscas ac cyniphes, quæ & ipsum Regem eiusque populum infestabant. Respondet Moyses: Perplacet, attamen expedit me de conspectu tuo discedere rogaturum, & Dei gratiam obtenturum: *Egressus à te orabo Dominum, & recedet* Exo. 8.29. *musca à te, & à seruis tuis, & à populo tuo.* An ergo, Moyses, conuenientius non fuisset, si præsente Pharaone preces tuas Domino fudisses plagam hanc auersurus, quo Pharaoni & omnibus magis explorata foret, & tuæ potestas sanctitatis, & sanctitas potestatis? Absit, omnimodo enim è re nostra est, vt illis relictis foras Exo. 8.29 secedamus, vt id quod petimus impetremus. *Egressusque Moyses à Pharaone orauit Dominum, qui fecit juxta verbum illius.* Ita quoque dum Deus Ægyptum conterit grandine, lapidibus, fulgure tonitru, supplicat Pharao Moysi. *Orate Dominum vt desinant tonitrua Dei, & grando &c.* Cui Moyses, faciam, orabo Dominum, verumtamen hoc tum fiet: *Cum egressus fuero de vrbe, extendam palmas meas ad Dominum, & cessabunt tonitrua &c.* Quid quæso tibi obstat Pharaonis præsentia, quo minus Deum roges, & petita consequatis? Multum quidem per omnem modum, quod enim Deus mihi meo concederet merito, negaret hostis sui demerito, si coram eo Deum deprecarer.

Hoc autem erat (dicente Cajetano) id quod Elisæus intendebat, quando in mulieris viduæ subsidium ei mandat, vt mutuo petat à vicinis vasa vacua non pauca oleo implenda, quod in eius lecytho multiplicaretur: vt autem hoc fiat 4. Reg. 4.15 prodigium, ex Vatis præcepto, *Clausit ostium super se, & super filios suos.* Sic enim ei præceperat: *Ingredere, & claude ostium, cum intrinsecus fueris tu & filij tui.* Quid, responde mihi damni, quid impedimenti, si & alii eiusdem vrbis ciues cum iis fuissent intrinsecus? Erant infideles: timebat autem propheta, ne eorum incredulitas fluxum olei miraculosum retardaret, Cajet. *Ne demerita alicuius impedirent executionem miraculi. solam religiosam matrem cum filius rectè instructis mandat adesse miraculo.* Quid ergo, num forsitan aliorum peccata cursum impedirent olei precibus sancti prophetæ, & desiderio matris vidnæ consecutum? Tu dicis: aliquoties enim nos docet Sacra Scriptura, quod Deus in gratiam sui faceret serui, supplicantis, negat concedere, ob alicuius demerita, criminaque *De quo Suarez* peccatoris.

Obstupesco referens, quod apud Simonem Metaphrasten legimus, contigisse mari illi omnis sapientiæ & sanctitatis D. Chrysostomo Pontifici, *Tom. 5. 27. Jan. p. 672.*

1. Exemplum.

Pontifici. Licet hic sanctus omnia summa pietate, summoque spiritu perageret, particulari tamen semper deuotionis affectu missam celebrabat, quo fiebat, vt sæpe sæpius anima eius diuinis & consolationibus & visionibus recrearetur. Quodam vero die dum singulari S. Spiritus feruore sursum ageretur in Deum, ecce subito, *Depulsa fuit visio S. Spiritus.* Ingemiscit Chrysostomus, reatum suum culpamque reformidans at illi Deus reuelat, non ob vllam suam culpam, at sacellani sui, inter alios altari seruientis retractum fuisse S. Spiritus influxum, qui vtriq; curioso nimis oculo in mulieris ibidem vicinæ orantis faciem intendisset. Illico mandat D. Chrysostomus Sacellano oculos discedat, quo egresso ad Dominum conuertitur, & optata beneficia sibi concedi posse deprecatur. O quæ hic non considerandæ! Attendite primo sacerdotes, qua mentis puritate sacris adstandum sit altaribus. si Diuinorum mysteriorum velimus gaudere consolationibus. Et vos, attendite, o mulieres, qua corporis honestate templum adeatis, ob hoc enim, vobis præcipit Apostolus in eo esse velatas: quinimo ea de causa statuit D. Chrysost. vt post hac fierent cancelli, quibus mulieres à sacerdotibus secluderentur, ne promiscue ac libere viderentur. Demum hoc quoque notate peccatum illius, qui proximus adstabat altari priuasse talem Dei seruum cælesti S. Spiritus consolatione, qua eum Deus frequenter visitabat, nec rediit, donec impurus ille procul pelleretur. Si igitur peccata, quibus alius inquinabatur, orationis tuæ possint impedire fructum ac finem, quem vt obtineant sancti, societatem deserunt peccatorum, procul ab eis recedentes: quæ non diuinæ misericordiæ ponent obstacula tuæ propria mentis inquinamenta? quomodo non suspendent Dei beneficia tua luxuria, perjuria tua, rapinæ tuæ, tuum odium proprium, quo Deum tuum grauiter offendisti, vindictam irritasti, misericordiam demeruisti. Primum egredere peccato, animam tuam sceleribus expurga, tuam Deo conformem offer voluntatem: jam enim nosti quid scriptum sit: *Voluntatem timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet.* Huc reuocatur illa sancti Spiritus sententia. *Omni vita tua dilige Deum, & inuoca eum in salute tua.* Quam bene ad rem nostram expendit auctor grauis Iansenius. Num aliquid à Deo pro vtriusq; hominis tui flagitas incolumitate? primum compone te ipsum ad statum gratiæ, quod si à peccato fueris immunis, tua exaudietur oratio. Suauiloquo lepore dixit olim sponsæ sponsus cœlesti. *Sonet vox tua in auribus meis, vox enim tua dulcis, & facies tua decora.* q.d. Amica mea, dilectissima, sonet vox tua in auribus meis: nihil enim mihi auditu suauius, quàm vox tua; eo quod sit facies tua decora nimis: quæ (quæso) conuenientia voci ad faciem? Num forsan vocis dulcedo ex faciei nascitur venustate? Respectu Dei, nascitur: nulla ei magis placet musica quàm quæ Sanctorum vocibus intonatur, quando ad eius pietatis ostium concinunt mendicantes, vt dicemus. Attamen hoc scito, quod tota vocis huius dulcedo ex faciei venustate prouenial. Animæ facies est conscientia de qua Christus: *Faciem tuam laua.* Anima quæ faciem hanc lachrimarum ac pœnitentiæ lauat profluuio, & singultibus purgat amaritudinibus, sonet vox eius in auribus Dei, toget quidquid voluerit: Etenim asserit D. Ioan. *Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum, & quidquid petierimus, accipiemus ab eo.*

Cant. c. 2. 14.

Matth. c. 6. 17.

Ioan. c. 1. 23.

Hinc elicit Diuus Augustinus rationem huius tam solemnis Sacræ Scripturæ ceremoniæ, quæ dicit, vt orantes, stent. *Volo* (dicit Apostolus) *Viros stantes orare.* Idque tam familiare reperitur Sacræ Scripturæ phrasi, vt conuertantur stare, & orare: *Serui Domini, qui statis in domo Domini, &c. Stetit Phinees & placauit:* Eo situ corporis orant Sacerdotes vides enim eos semper stantes orare, quinimo & ipse Pharisæus in templo, *Stans orabat:* Erat autem hæc consuetudo: *Stantes orabant:* Nec in hoc errabant. An ergo, conuenientius non esset in terra coram Deo prostratum orare, vt dicat cum Abraham: *Loquar ad Dominum, cum sim puluis & cinis* Et sicut Christus in horto, *Qui procedit in faciem suam?* Nemo dubitat, quin & ille corporis situs congruus sit suis in occasionibus: alter vero frequens est (ait Diuus Augustinus) quo significatur, qua dispositione qui orat, se debeat præparare, stare quippe significat, surgere à peccato, non vero in illud cadere. Christum à mortuis resurgentem imitari, *Qui steterit in medio discipulorum suorum:* Sicut enim Christus à mortuis reuiuiscens, jam de sepulcro egrediebatur, mortem vincebat, & quæ mortis erant reliquit omnia, sudarium, linteum, instita, & his omnibus liber egressus est in nouam Deo vitam, quam re ipsa demonstrauit, *Dum stetit in medio*; ita quoque sibi præsuadeat ille qui orat, vt eius oratio ad votum exaudiatur, quod sibi necesse sit de sepulchro peccati fuisse jam egressum, culpæ mortem conculcasse, cunctaq; quæ ad peccatum implicant deseruisse,

Epist. 119. de moribus Eccles. c. 15. 1. Ad Tim. c. 2. 8.

Psal. 133. 1. Psal. 105. 30. Luc. 18. 11. Matt. 6. 5. Gen. c. 18. 27. Matt. 26. 34.

Ioan. 20. 19.

Christum

16 *Psal. 144. 19. Eccl. c. 13. 18.*

Christum imitetur, monentem audiat Apostolum: *Christus resurgens ex mortuis, jam non moritur, mors illi ultra, &c. Sic & vos &c. in novitate vitæ ambulemus.* Eg edere de peccato, & de omnibus finibus eius, exfurge, & tum tua erit oratio conueniens; sic testatur amicus Iob: *Longè* Rom. 6. *faciès iniquitatem à tabernaculo tuo &c. Tunc* Iob. 22. 23 *eleuabis ad Deum faciem tuam, rogabis eum & exaudiet te &c.* De quibus heri.

Vt autem clarius nobis exponat, quam omnibus numeris absoluta fuerit oratio Chananææ, vt nulla illi defuerit circumstantia addit: *Clamabat.* Adest Diuus Ambrosius declarans verba Regis Dauid: *Clamaui in toto corde meo &c.* O bona oratio, nulla melior. *Clamaui in toto corde meo.* Prosequitur deinde historiam Moysis. Prosequitur ac insequitur Pharao tot momentis furore Israelitas Ægypto exeedentes, qui inter bi- nos coarctati montes exercitu pressi Pharaonis, qui eos pone infectabantur, & maris fluctibus, quod se progredientibus opponeret, transitumque denegaret: conqueruntur, vociferantur. *Cum appropinquasset Pharao, leuantes filij Israel oculos, viderunt Ægyptios post se: & timuerunt valde, clamaueruntque ad Dominum instabat Pharao, & innumeris Ægyptiorum sipa tis curribus vrgebat Heb 2.* Hinc circumfusos hostibus, inde interfusum mare plebem Dei clauserat. Nulla in armis fiducia. Spes nulla in viribus. Sustinebat tantummodo querela miserabilis, quod commodius sibi foret dura in Ægypto seruitutis onera subire, quàm aeterna in deserto morte consumi: querela nihil præsidij ferens, plurimum offensæ afferens. Stabat ergo Moyses mœstus, solicitus, anxius populi & periculi & querelis, expectans fidem cælestium promissorum: & tacitus secum ipse volubat quia tandem Dominus ope, immemor, memor gratiæ, subueniret. Dicit ad eum Dominus: *Quid clamas ad me? Sonum eius non audio, vocem eius agnosco, silentium eius agnosco, clamorem eius in operibus deprehendo. Clamabat populus, & non audiebatur: tacebat Moyses, & audiebatur. Non populo dictum est, Quid clamas ad me? Non enim ad Deum clamabat populus, qui iniusta & iuris indigna clamabat: sed Moysi dicitur, quid clamas ad me? hoc est: Tu solus ad me clamas, qui de me speras, tu solus ad me clamas, qui virtutem meam excitas. Tu solus ad me clamas, qui per vniuersam terram annuntiari meum nomen expetas. Clamabat ergo Moyses in corde suo, & omnis sapiens in corde suo clamat. Denique sapientia cum altissima prædicatione conuocat ad craterem dicens: Relinquite insipientiam, & quærite sapientiam. Magna sublimitatis, magnæ vocis hæc prædicatio est: quia stultis sapientiam pollicetur. Et Iesus Dominus clamabat: Si quis sitit veniat ad me, & bibat. Et voce vere magna clamabat, qui vocabat homines ad regnum cælorum ad illum venerabilem potum quo vita æterna fluentis infunditur. Et tu cùm oras, magna oraui est, ea ora quæ æterna sunt, non caduca. Ora quæ diuina sunt atque cælestia, vt sis sicut Angeli in cælo Noli orare pro pecunia quia aruo est nolo pro auro, quia metallum est: nolo pro possessione, quia terra est. Ista oratio ad Deum non pertenit. Non audit Deus nisi quod dignum suis ducit esse beneficijs, sed audit piam vocem plenam deuotionis & gratiæ. Non solum ergo clamandum in corde, sed etiam in toto corde clamandum est. Sicut enim corporaliter tunc bene clamatur, ita spiritualiter toto est clamandum corde: si volumus magna deferre, & à Domino qua poscimus impetrare. Hanc Dominus vocem ex gebat à populo, quam populus nesciebat. Ideoque ait Dominus: *Populus hic labijs me honorat, cor autem longè est à me. Qui ergo appropinquauerit corde, ipso auditur à Domino. Cor ergo prius clamet, vt sermo possit audiri.*

Exod. 14. 10.

Idem notat D. Aug. In Ps. 118. & D. Hier. addunt multa In Ps. 5 D. Chr. de Cha D. Gre Nyssen. D. Gre Mag. apud Lips. Exod. 14. cap. 169.

§. 6. Misere re. Hinc opt ime inchoatur oratio, & non sicut Pelagius docet, nec vult Deus virga verbera.

AVdiamus hanc mulierem perorantem, vt ex ore eius verba sumamus, ore nostro expromenda. *Miserere mei Domine fili Dauid, filia mea male à demonio vexatur.* Hæc oratio pluribus (ut ait mysterijs, quàm verbis, quam syllabis, imo quàm litteris. Quàm congrua principium, *Miserere*: Num per vsum *Miserere mei* exordiris? concludas, *Acceptabis sacrificium justitiæ, &c.* Insipientes oratores hellenici, quorum sunt primordia: *Volumus*, verbum superbum quasi id quod petunt illis ex justitia debeatur. Hinccne formas initium? *Signum non dabitur* ed. Scripsit D. Hieron. tres libros contra Pelagium Hæresiarcham, quibus omnes eius refutat errores: videt modum quendam orandi, quem ille docebat, vbi elatissimè demonstrat, quàm parum ipse sciat quid sit oratio. Refert igitur, quod Pelagius à nobili quadam vidua requisitus, vt eam de oratione rite instrueret, illi respserit, ad orationem primo requiri, vt quis coram Deo suorum longissimum texat catalogum meritorum: sua enarret jejunia, eleemosynas, legis Dei obseruationem, his innixus oret, dicat. Tu nosti Domine, quod te mihi deuinxerim, & ratio suadeat iustissima, vt eumque quod

D. Hier. Lib. 3. contra Pelag. pag. 251. Tom. 1. Col. 170. Inan. 37.

quod suum est, tribuatur: Memento, quod hoc & illud fecerim opus in tui nominis dignitatem quodque hoc & illud præceptum obedierim seruauerim: *Tu nosti Domine, quàm sancta, quàm innocentes, quàm puræ sint ab omni fraude, & iniuria & rapina, quas ad te extendo manus, quàm iusta, quàm immaculata labia, & ab omni mendacio libera, quibus tibi vt miserearis oratrices, preces fundo.* O rationis impotens, ait D. Hier. *Christiani est hæc, an Pharisæi superbientis oratio? qui etiam in Euangelio loquebatur: Gratias tibi ago Domine: quia non sum sicut cæteri hominum, &c.* O Stultorum stultissime nescis, quàm fuerit diuersus modus orandi Danielis Propheræ, cuius orationis hoc fuit exordium: *Peccauimus Domine, iniustè egimus, &c. nobis confusio &c. Miserere. &c.* nescis, prorsus ignoras Spiritus S. regulam: *Iustus in principio orationis accusator est sui.*

Non sine magna ratione (teste D. Cyril. Alexandrin.) Præcepit Deus, dum columbas, vel turtures offerrent, eius conspectui sacrificandas, vt prius eis alas confringerent, Nihil tibi adscribas præsumptuosus, nec in altum alas attollas, nec superbus in oratione coram Deo, ex bonis tuis operibus intumescas, quin potius humilis prosternere, Diuinam inuoca misericordiam, scelera tua reuoca in memoriam, quæ te omnis gratiæ testantur indignum. Magnum latet in petra, quæ fluenta fudæis ministrauit, mysterium. Siti laborat populus inter arentia Arabiæ deserta: accurrunt Moyses & Aaron ad Dominum: quibus ille: accedite ad petram, quod si optetis aquam, ex illa, & per illam vobis est hauriendæ, de hoc vos volo præmonitos, vt nullo modo eam virga percutiatis: sed tantummodo *Loquimini ad Petram.* Præceptum hoc transgressi, bis virga silicem percusserunt: vnde ita grauiter offensus Dominus, numquam eis voluit hanc culpam dimittere impunitam: quinimo in eius pœnam Moysen & Aaron vita priuauit, nec ingressum eis in terram concessit, sæpius licet rogatus, promissionis. Ignoscat nobis Deus, quid peccati commissum, in petræ percussione, vt aquas extorqueant, quod Deum ge exacerbauit? Num forsan percutiendo petram, Domini oculos vlcerarunt?

18 Exponit nobis Diuus Paulus petram hanc Christi fuisse figuram, *Petra autem erat Christus.* A quo misericordiæ & donorum omnium aquæ scaturiunt à quo sunt hauriendæ. *Si quis sitit veniat ad me. Venite ad me omnes qui laboratis. Ex ipso, & per ipsum & in ipso sunt omnia.* Virga symbolum est iustitiæ, & ad hanc significandam, Reges & Principes, quibus competit exercitium iustitiæ, virgam manu gestant. Vt à Christo donorum impetres aquas, hanc virgam caue ne applices, ne iustitias tuas profeias in medium: hoc enim exordium nequaquam congruit orationi, sed Dei tantummodo inuoca miserationes, Ora cum Daniele: *Non enim in iustificationibus nostris prosternimus preces ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis multis.* Quàm longè aberrabat Phariseus, qui se Deo jungebat collateronem, bonorum suorum operum fiducia tumens; offert Deo jeunia sua, suas eleemosynas, in decimis soluendis iustitiam. Inordinatè accedis, tibi polliceor, quod repulsam patieris. Humilis Publicanus stans à longè, qui se diuinis oculis judicat indignum, nihil præter miseras, vt pauperes, qui à te flagitant eleemosynam, Deo exponit, non præclara stemmata, non opes immensas: sed vulnera, sed calamitates, sed morbos, misericordiarum aptissima obiecta, pectus percutit verbere repetito, vociferatur acclinis. *Deus propitius esto mihi peccatori*: O quales hausit misericordiæ, & gratiarum aquas? *Descendit justificatus.*

Verbulum vnum posuit S. Spiritus in historia Iacob. Quasi impertinens, vt magni mysterii. Mortuo Abraham, Isaac matrimonio innito, natisque illi filiis Esau & Iacob fames valida regionem oppressit: statuit Isaac discedere, replicat Deus, ne discesseris, nihil tibi deerit, licet plurimi pereant: memini enim mei patri tuo Abraham pollicitum, dare illi terram hanc & semini eius, tu vero principalis eris huius familiæ aquæductus. Quiescit, igitur in Geratis regione Palæstinorum, arida, & famis tempore. Accurrit Isaac & præ cæteris laborat expurgare puteos, quos pater suus Abraham illis in montibus effoderat, nominatissimos: *Et puteus viuentis, & videntis: puteus juramenti.* Quibus eadem nomina imposuit, quæ Abraham imposuerat. Licet autem apti essent, nihilominus seruis suis præcipit, vt in valle profunda altos effodiant. *Hic pro valle torrens scriptus est.* (Inquit Diuus Hieronimus) *Foderuntque in torrente & reperierunt aquam viuam.* Apti sunt montium putei, sed ad aquæ viuæ scaturiginem fode in vallibus. Multas hauries aquas, si per opera bona fodias &c. at fode in valle tuarum miseriarum defectuum, inopiæ, O quàm salutares, quàm abundantes aquæ profi-

Matth. c. 11. 28. *Rom. c. 12. 36.* *Dan. 9. 18* *Luc. c. 18.*

Gen. 26. 21.

I. Sui ipsius miserarum cognitio.

» prosiliunt : vtinam sæpius ligone vallem hanc
» effoderes, tuarum calamitatum. Miser sum & » I.
» miserabilis, pauper & nudus omnium inops, » Pharao
» primus peccatorum, *Miserere mei &c.* Proinde » in filio-
Salomon sapienter portas templi compegit de » rum
lignis olivarum misericordiæ signis, per hanc » emol-
enim tibi intrandum, hinc orationis tuæ tibi » litur.
sit principium, cum Chananæa. *Miserere.*
Quo verbo (explicat Orig.) sic Christo suggerit. Domine, nihil mihi pretiosius tuis dignum conspectibus, nec obsequia tanta, quibus mihi oratio mea posse videatur. Nihil tantæ conueniens Maiestati; ac proinde nihil horum offero, ad misericordiæ sinum recurro, hanc imploro, hanc sumo mediatricem, *Miserere.*

§. 7. Mei. *Punit Deus parentes in filiis, & aliquando damonem suis appetunt filiabus.*

CVius, rogas ô mulier, Deus misereatur? *Mei.* Quis opprimitur? quis damnum patitur? An non filia tua? tu ipsa faterist *Filia mea malè à damonio vexatur.* Cur ergo » non te audio rogantem, Domine miserere filiæ » meæ? sic alter inclamabat, simili necessitate » obrutus, & filio suo lunatico afflictus pater: *Matt.* » *Domine, miserere filio meo* Multa & vtilia se no- *17.14.* » bis hic offerunt consideranda. Sit autem hoc » primum, medium omnium efficacissimum, quo » mulier prælla Christum accederet, & ad Di- » uinitatis Christi cognitionem traheretur, sup- » plex rogaret misericordiam, hoc vnicum fuit, » filiam eius à dæmonio malè cruciari. *Filia mea* » *malè à dæmonio vexatur.* O quale remedium, vt » peccatis egrediaris filium tuum apprehendi? » Notatu dignissima est historia Moysi ac Pha- » raonis: instat, vrget eum Moyses, vt dimittat » populum, ingeminantur flagella, cæditur octa- *Exod.* » uo, nimirum locustis? his quoque liberatur. Et *8.16.* » *induratum est cor Pharaonis.* Succedit error te- » nebrarum, nec his terretur aut Dei cognoscit » potentiam, aut emollitur obduratus. Tandem » aliquantulum conuictus, Discedite, inquit, vos » & filii vestri: jumenta vero remaneant. Nulla- » tenus: hæc enim Deo nostro in sacrificium re- » quiruntur, ad hoc enim tendimus: *Nec vngula* » *remanebit:* stomachatur Pharao, ferox in hæc *Exod.* » verba erumpit: *Recede à me, & cave ne vltra* *10.26.* » *videas faciem meam, quocumque die apparueris* » *mihi, morieris.* Cui Moyses, *Ita fiet, sicut lo-* » *cutus es, non videbo vltra faciem tuam.* Et addit » illud ex capite 14. vt auctores declarant. tum

enim illi Deus reuelauit, ac præcipit, ea dice- » Exod.
ret. &c. Hinc ego discedo: *Nec vltra videbo fa-* » 11.5.
ciem tuam. &c. Attamen hæc audi. *Hæc dicit* » Exod.
Dominus: media nocte egrediar in Ægyptum. (Egre- » 12.30.
ditur Dominus, quasi de tuguriolis suis) *Et mo-* »
rietur omne primogenitum Ægypti; à primogenito »
Pharaonis, vsque ad primogenitum ancillæ &c. »
Descendentque omnes serui tui. (Illi qui tibi cor- »
dis suaserunt obdurationem) *Et adorabunt me* »
dicentes: Egredere tu, & omnis populus, qui subie- »
ctus es tibi, & exuit à Pharaone vratus nimis. »

Dicendo, quæritis me, rogabitis me, & ad- » Exod.
orabitis me; *Adorans.* In muliere Chananæa, » c.11.5.
quod & factum est quando luxerunt primoge- » Exod.
nitos suos occisos. *Surrexit Pharao nocte, & om-* » 12.30.
nes serui eius, cunctaque Ægyptus. Accedunt fe- »
stini Moysen ac Aaron. Multi credunt ipsum »
Pharaonem, ac Principes eius accessisse: *Surgite* »
& egredimini à populo meo vos, & filii Israel, & »
immolate Domino, sicut dicitis. Oues vestras & »
armenta assumite, vt petieratis, & abeuntes bene- »
dicite mihi. O quæ tragœdia? dexterè dimicasti: »
Perpendunt ai qui verbum hoc. *Surgite,* erant »
enim Moyses & Aaron quiescentes, quos vrget »
vt à quiete surgant, Deo statim suo sacrificatu- »
ri: quis instituit, vt Pharao Rex adeo populum »
vrgeret ad Dei sacrificia? clades primogenito- »
rum.

Nunc secundam rationem exploremus. Mulier hæc parentum suorum memorit, facinora recolit atauorum, è quibus addiscit, quid sibi sit faciendum. O vos omnes, qui nobilium stemmate gloriamini, & ad quodlibet verbum, vestras adducitis genealogias: si oculos vestros ad antecessores vestros reflectere is, eorum laude digna facinora confiteraretis, acta nobiliora, pectoris eorum excellentiam, in Deum pietatem, in pauperes misericordiam, honoris Dei zelum flagrantissimum, Ecclesias ædificantes, hospitalia censibus dotantes, Sacellanias instituentes, defendentes orphanos, viduis anxiliantes, fidem defendentes, virtutem magnificentes, vtinam illi vestrorum studiorum essent scholæ, eorumq; quæ vobis conueniunt facienda. Reuoluit hæc mulier suorum genealogiam, & priorum acta proauorum, & in eorum statim inuenit principio, quod pœna quæ filiis infligitur, ob parentum culpam infligatur.

Liquet omnibus actus ille impudentissimus, quo Cham patrem suum Noe turpiter dedecorauit. Voluit eum Noe pro meritis castigare, & ait: *Maledictus Chananæus.* Erat autem Chananæus *Gen.9.25* filius Cham. Quis peccauit? Cham. Quem

punuit

puniuit? Chanaam eius filium: hæc enim diuina gerebantur prouidentia, vt filius ob parentis peccatum plecteretur. Hæc vero est ratio quam expendunt D. Ambros. & D. Chrysostom.

L. de Noe & Arca cap. 32. Tom. 1. Hom. 29. in Gen.

II. Filiorum doloribus parentes grauiter vrequentur.

Voluit enim Deus tale inferre supplicium, quod cordis intima lancinaret: & communiter magis parentem affligit pœna qua filius plectitur, quam si eam proprio corpore pateretur. *Patres sæpe orant,* (inquit D. Chrysost.) *Vt filiorum pœnas ipsi ferant, & grauius est illis, videre filios supplicio affici, quam si ipsi, in ipsos forent obnoxii.* Vult Deus viscera Abrahæ amici sui grauius torquere, in suæ fidelitatis probationem, cui mandat vt vnicum filium ei offerat in sacrificium. Domine, an non euidentius pateret Abrahæ fidelitas, si ei præciperes, vt seipsum tibi obediens immolaret: vt gladius guttur eius, vel cordis perfodiat intima: Minimè: maiorem enim adferet cruciatum, si filium, quam si seipsum trucidet offerendum. Notat D. Hieron. quod licet hæc tot virtutum floreret insigniis, motus suos inordinatos composuisset, minimè tamen cordis sui tristitiam potuisse superare, quando eius quilibet filius graui torquebatur calamitate, & quando eorum quisquam moriebatur, infirmabatur illa, & ad mortem vsque periclitabatur: *Suorum mortibus frangebatur, maximè liberorum, in quorum dormitione sæpe periclitata est &c. superabatur affectu, &c.*

D. Hier. Epist. 27. ad Eustoch. Paula. Tom. 1.

Hom. 7. de Machabæis

Hinc colligit D. Chrysost. Astum Diaboli dum morti traderentur septem illi germani fratres Machabæi, quod omnium primò non cruciarit, aut enecarit matrem, sed prius septem eius filios interemerit, vt ipsos ea coram aspiceret cruciatibus torqueri, quo matris penetralia crudelius in vnoquoque torquerentur, quàm si ipsa hos perferret cruciatus. Quocirca multorum est opinio, quod illa præ dolore nullo alio aut gladio aut cultro trucidata corruerit: quod Spiritus S. indicauit illis terminis, quibus eius describit mortem, postquam enim filiorum retulit martyrium ipsa præsente, & filios adhortante, immediatè subiungit: *Nouissimè autem post filios, & mater eorum consumpta est.* Quasi dicat: quod ex conspectu cruciatuum, quibus charissima sua pignora laniabantur, vitam amiserit: tormenta quippe, quæ natorum torquebant corpora, vt gladius acutissimus, materna viscera penetrarunt, & necem attulerunt. Vult Deus punire peccatorem, & eum plectit in eo, quod durius illum affligit, quod habet charius, quod toto diligit affectu, quod eum acrius irritabit. Ad se citat non semel Absalon Ducem Ioab,

2. Machab. 7. 41.

at ille surdas præbet aures, ire negligit, præcipit seruis suis, vt ignem iniciant frugibus eius momenti maximi, & ipsi lætissimis. Rem intelligit Ioab, illico accurrit, quid hoc rei, Domine, quid campus meus, quid messis mea commeruit vt innocens ignibus conflagraret? Non propter messis reatum, sed propter tuam socordiam, qui vocatus à me jam sæpe venire renuisti: cũ enim voces & nuntia nihil proficerent, ignem jussi frugibus adhiberi, flammas quippe ignis illas consumentis indubiè fenites vehementius, illæ te excitarent dormientem. *Missi ad te obsecrans vt venires ad me.* Quoties domum redis, ex ædibus illius quam optimè nosti, reuersus & ecce tibi filius charissimus delitiæ tuæ, dimidium animæ tuæ ardentissima febri correptus, quæ viscera eius exurit vel æstimate est pænè præfocatus: in vanitatibus tuis, ac inhonesta, & perniciosa viuis libidine, vsuræ lucrum, auri sacra fames mentem tuam occuparunt, & ecce filia tua, quã vt pupillam oculi diligebas, lecto decumbit moritura, vxor quoque solamen vnicum, ad extrema properat non conualitura.

2. Reg. 14. 32.

Eleganter discurrit D. Chrysolog. circa illam interrogationem Christi, subsidium quærit pater cuius filius à dæmone possessus sæuè nimis torquebatur: *Allidit eum, & spumat, & stridet dentibus, & arescit:* Christi manum poscit auxiliarem. Iubet Christus eum ad se adduci coram tota populi concione, vt miraculum omnibus testibus fieret celebrius. Tum patrem interrogat: *Quantum temporis est, ex quo ei hoc accidit?* Quid tu ergo Domine (quærit D. Chrysol.) de tempore requiris: An non tu ille, qui nosti tempora, vsque ad minima momenta: Iam nobis dixit amicus ille Iob. *Ab omnipotente non sunt abscondita tempora.* Respondit D. Petr. Chrysolog. *Requirit passionis tempus, auctor temporis, non vt nescius.* Sed vt ex responsione quàm a patre dandam prænouerat, illi intimaret, quod ob sua peccata, filius eius tam immiti Domino traditus torquebatur. Quærit: *Quantum temporis est, ex quo ei hoc accidit?* Respondet pater: *Ab infantia* Quasi illi diceret: Attende, quæso te, quod illa passio filio tuo aduenerit eo tempore, quo ille propriis peccatis non inquinabatur, quibus Dei iram in se prouocasset, ac proinde tibi persuade hanc illi contigisse propter tua peccata, quæ Deus in eo voluit castigare. *Interrogatione autem pandit, vt tanti mali causam non sobolem, sed parentem &c.* Et bene hoc pater aduertit, illico enim Christo ad pedes prostratus, cum lachrimis inclamat: *Adiuua nos, miserere nostri:* Miserere mei

20

D. Petr. Chrysol. *Serm. 51. Marc. 5. 21.*

Iob 24. 1.

Domine patentis, qui me huius causam accenso calamitatis. *Adiuua nos misertus nostri. Hoc est,* (ait D. Petr. Chrysol.) *Miserere nobis, quorum reatus aggrauat innocentem, ad quorum pœnam infantis periculum redundat.*

21 O quam salutaris lectio parentibus! Eodem modo castigauit Deus per Noe impiam in parentem Cham, filio eius Chanaam maledicens. In intellectu suo mulier Chananæa reflectitur, super hoc parentum suorum facinus, & cum ex eadem fit nata progenie, veretur ne sibi in domo sua hoc ipsum quoque potuerit accidisse, vt mater in filia plecteretur, & ad eius pœnam infantis redundet periculum: Num ob sua scelera, idololatrias, & vitam inhonestam per filiæ cruciatum Deus matrem cruciaret. Num fortè, ob aliquod maledictum, quo filiam diris deuouisset, effuriendo: diabolus te auferat, illam modo diabolus ingressus laniaret. Exploratum est, parentum benedictiones filiis prodesse, quam plurimum, sicut è contrario maledictiones maximo venire nocumento. Satis apertè hoc testatur Spiritus S. *Benedictio patris firmat domos filiorum, maledictio autem, matris eradicat fundamenta* Eccl. c. 3. 11 Vnde Iacob omnia fausta, qui tot molestus obruebatur? quid eum tot euidentissimis eripuit periculis? tam illustrem reddidit, & bonis omnibus prædilectem nisi patris Isaac benedictio, quam ei tanto studio, totartibus sedula mater procurauit? Quid Ruben primogenito Iacob jus abstulit primogenituræ, effecitque vt in numerosam non excresceret familiam, sed instar fumi in fumos euanescerent omnia, quæ ageret, nihil illi cederet prospere, felicitet ei nihil eueniret, eorum quorum spoliatus erat, nisi maledictio illa patris: *Non tri scas?*

Gen. c. 49. 4. Lib. 22. de Ciu. c. 8. III. Exemplum. Notandam propono historiam ex D. August. de muliere vidua, decima prole fœcunda, septem filiis, ac tribus puellis, quodam die ob nescio quem defectum, irritata, cunctos maledictis deuouit dicens: Timor ac tremor vos absumat. Extemplo tremor ac horror cunctos inuasit: ita vt eorum quilibet tanto toto corpore ac singulis eius membris tremore quateretur, vt ad commiserationem stuporemque cuncti moueremur: idque continuè, siue stantes, siue sedentes, siue comedentes, siue jejunantes, siue vigiles, siue dormientes, semper hac membrorum agitatione concutiebantur. Horrendum erat videre, in capite tremores, & motus continuos; pariter & brachia & humeri, & pedes, & manus, nunquam à motu quiescebant. Addit autem D. August. quod duos ex illis viderit fratrem ac sororem, adeuntes Ecclesiam vbi D. Stephani reliquiæ colebantur; vbi totum populum stupore ac horrore suspendebant, pauendis suis vultibus, motibus inordinatis singularum partium corporis, nec erat qui illis non compateretur: omnes quoque intellexerunt hanc illis infirmitatem ex materna maledictione obuenisse: demum omnium miraculorum, quæ ad intentionem sacrarum S. Stephani reliquiarum patrata sunt, fuit illud celeberrimum, scilicet, quod ipsis coram illis orantibus, totoque populo, ac Sacerdotibus in preces & lachrimas effusis, sanitatem receperint, prior frater, deinde soror.

Nec minori vacat mysterio quod accidit Apostolico nostro Prædicatori S. Vincentio Ferrario dum in Francia verbum Dei disseminat: In eius necem conspiraruerunt juuenes quidam germani fratres, qui dum factum temant & virum Dei interimere moliuntur, ecce subito virtute diuina brachia eorum arescunt: ita punit eos Deus, qui Sanctos suos insequuntur, vt quid simile legimus de Rege Hieroboam. Quâ pœnâ meliores effecti, temeritatis culpam agnoscentes, ac peccati sui pœnitentes, pedibus eius prouoluti delicti veniam rogant, & orationum eius ad eorum salutem, suffragia, quibus ille clementer, vt solent viri Dei, reddentes bonum pro malo. Abite, filij, matri vestræ renuntiate, vt tria peccata sua grauissima confiteatur, quibus eius conscientia prægranatur: illa vero confitente, pariter & vos ab hac Dei plaga liberabimini ac integre curabimini: quod & contigit. Heu quot infirmis liceat hanc præscriberet medicinam? Parentes peccata confiteantur, agant pœnitentiam, & filii conualescent. Vestram testor experientiam: dum anima vestra peccato languescit, continuò & puer languescit, excrescunt in facie pustulæ, scabies, & Deum puero in auxilium inuocas, sed in hoc pueri consistit valetudo, si prius anima tua peccatis euacuetur, ex illius enim humore pessimo redundat in puerum morbi supplicium. 22 IV. M. F. Vincen. Gen. In ejus vita. L. 1. c. 31. 3. Reg. 13. 4.

Conuenium Consules ac Rectores Hiericho, adeuntque Prophetam Eliseum, querentes, *Ecce habitatio ciuitatis hujus optima est, &c. sed aqua pessima sunt.* Quibus Propheta, adferte mihi vas nouum, & mittite in illud sal: adferunt & sal mittunt in vas nouum, in sal num, & *Egressus Eliseus ad fontem aquarum misit in illum sal.* Quo pejacto adstantibus ait: Discedite 4. Reg. 2. 21.

& ad

& ad propria reuertimim, iam ciuitatis vestræ sanatæ fuor aquæ & obdulcatæ. Cur o vates sal non misisti in amaras aquas ciuitatis? quia præsciebat Prophera aquarum amaritudinem ex fontis amaritudine scaturire: fonte autem obdulcato cæteri quoque riui lenirentur. O quoties cernis filios, ex se pios ac innocentes amaris torqueri cruciatibus, morbis acrioribus ad mortem vrgeri? Eorumne desideras valetudinem? mitte sal in fontem aquarum, fontem undemorbi scaturiunt; hoc age, vt parentum amara vita corrigatur: honestius mores suos componant, cordis rancores mitigent, nec dubium pristinam facile salutem filii consequentur. Hoc apprime noverat mulier Chananæa, veretur enim ne sua peccata, filiam a dæmonio vexatam detineant. Hoc quoque placet considerare, quam pia mater hæc; quæ filiam suam a dæmone toto postulat cordis affectu liberari.

Parentes etenim plurimos videas, quibus nedum dolor est filias a dæmone possideri, sed insuper & tanto sibi malo gratulantur. Narrat D. Lucas. Philippos in Macedonia ingressi sunt D. Paulus & Sylas Euangelium prædicaturi: & ecce occurrit illis puella a dæmone possessa: *Dolens autem Paulus, & conuersus, spiritui dixit: Præcipio tibi in nomine Iesu Christi exire ab ea, Et exiit eadem hora.* Mirum, continuo in Apostolum commouentur puellæ domini qui eam vt patres dilgebant, & vtrumque tam Paulum, quam Sylam reos citant, & in vincula conijciunt. Fieri ne id potuit, nihil te hoc moueat, (ait Euangelista) illi quippe, qui eam domi curabant, quæstum ibi ex puella a dæmone possessa conquirebant; multi enim confluebant, vt eam viderent, & de secretioribus negotiis, aut aliis rebus interrogarent veritatem. Tonitus vocem extollit D. Chrys. *O paganorum inhumanitatem, vt augeant pecuniam puellam a dæmonis vexari volunt.* O sanctissime Doctor, quid hanc adeo stupes in paganis crudelitatem, hanc potius in Catholicis quam plurimis stupeas inhumanitatem. Heu quam multos dolemus parentes Christianos, quorum sunt filiæ a dæmone possessæ: quot matres ingemiscimus, quæ totis nervis huic incumbunt, vt diabolus filiarum corda possideat, quia ex illis sibi victum acquirunt? Nolunt dæmonium a filia discedere, qui animo vt hostem habent ac persequuntur, qui eas conatur a malo dæmone liberare. Alios legimus, cum Dominus dæmonum legionē ex homine in porcorum gregem demandasset, instare supplices, ut ab eorum finibus festinus discedat non enim aiunt, talibus egemus, qui dæmones hominum corporibus expellant, cum porcorum immundorum animalium damno, quos dæmones occuparant. Pia mater Chananæa, quæ filiam a dæmone vexari non sustinet, vtpote hoc supremum domus suæ existimans detrimentum, & maternorum viscerum sæuiorem morte euiciatum.

Act. 16. 18. V. Parentes filias a diabolo possideri non dolent. D. Chrys. tom. 3. in Acta.

§. 8. *Magna huius mulieris fides, quæ Christum implorat: est enim aduersitas, vt mucro Hieremiæ.*

Domine fili David. Admirare in his verbis fidem mulieris huius præclarissimam, quibus perfectam ac integram de Christo prodit confessionem: hanc nimirum quod cum Christus vna sit persona, esset tamen simul & diuina ac humana. *Hæc est fides Catholica, vt credamus & confiteamur; quia Dominus noster Iesus Christus, Deus & homo est.* Deuiarunt ab hac fide hæretici, qui hanc vnionem permittere noluerunt; Quidam credebant Christum esse solum Deum nec verum hominem, vt Manichæi; alii somniarunt, eum esse solum hominem, non verum Deū vt Ariani, O perduelles, qui vnionem hanc nexumque dissoluitis Anti-Christi: *Omnis spiritus, qui soluit Iesum.* (audite D. Ioannem) *Ex Deo non est & hic est Anti-Christus.* Vnum alteri connectite, duos illos tomos in vnum compingitè librum, librum illum grandem, sicut Deus Isaiæ præcepit: Confitemini: Quia Dominus noster Iesus Christus Deus est verus, verus est & homo. Hunc fidei articulum mulier hæc confitetur, dum enim Christum inclamat: *Domine*: absolute, sine restrictione, sine additione, confitetur Deum cui proprium est esse cœli & terræ Dominum sine termino, illimitatum Dominum creaturæ spiritualis ac corporalis, mortis & vitæ, eorum omnium quæ sunt, imo & eorum quæ non sunt, vt prædiximus in confessione Centurionis; & hoc eius est sigillum, quo cunctis subscribit: *Ego. Dominus.* Dum vero Christum dicit filium Dauid, distincte Christi fatetur humanitatem, secundum enim hanc ex familia Dauid descendebat. Sublimis fidei confessio, qua dixerim altiorem non fecit ac euidentiorem D. Paulus, etiam post frequentatas gloriæ classes, & raptum suum vsque in tertium cœlum. *Qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem, qui prædestinatus est filius Dei ex virtute.* Multis prærogatiuis præcessit mulieris huius veridica confessio, Doctorum Ierusalem fidem, qui se mundi iactabant luminaria, & Ecclesiæ magistros, qui

In Symbolo D. Athanas.

1. Ioan. c. 4. 3.

23

1. Mulier Christi fatetur diuinitatem.

Ro. c. 1. a.

Ser. 231. de temp. hanc naturarum in Christo vnionem numquam crediderant, vt ponderat ad rem D. Augustinus. Illos quondam Christus interrogat, Respondete mihi. Cathedrarum magistri, populi huius Doctores, Christus cuius filius est? dicunt ei omnes. Dauid Replicat Christus: *Quomodo ergo Dauid in spiritu vocat eum, Dominum, dicens; Dixit Dominus Domino meo: sede a dextris meis.* Pater enim, qui formulas nouit loquendi, numquam filium suum vocat; Domine mi: quo audito Pharisæi ita hoc laqueo irretiebantur, vt muti, & pudore confusi discesserint. O mulier Chananæa, quam tua sublimior de Christo cognitio, quam subtiliter hoc dissoluis dubium: Dominus (ait) Dauidis & filius Dauidis. *Dauid fili Dauid.* Ex qua parte Deus es, Dauidis es Dominus; & omnium creaturarum; qua vero parte homo es, filius es Dauid.

Matt. c. 22 v. 43.

K. 24 Aduerte autem, quod veram Christi confitens humanitatem, non Christum vocat hominem, sed filium Dauid, quasi dicat: proficiat, quod felix faustumque sit ei, qui suis assimilatur parentibus. Memineris Domine parentum tuorum, sicut & ego meorum, patris tui Dauid: faemora recordare. Erat hic misericors, pius, clemens, inopia pressis accurrebat, eorum erat Princeps, hoc ei quotidianum exercitium, oues dentibus ac vnguibus eripere leonum, cytharæ suæ pulsu compescere dæmonem Regem Saulem cruciantem; En tibi viam aperio, qua te talis patris probes filium; a te misericordiæ viscera reposco, qui filius es parentis clementissimi. Gratiam tuam imploro, qui filius eius es, qui gratiæ suæ fauore miseris subueniebat. Agnoscat oculis tuis obiicio, leonis dentibus præfocatam, qui carnem dilaniat, qui ossa confringit, qui sensus perturbat, nec est, qui misereatur. *Filia mea male a dæmonio vexatur.*

Porro, mulier o Chananæa, si sit diabolus qui filiam tuam excruciat, cur ab eo non postulas, vt eam desinat cruciare? familiare quippe erat Chananæis diabolis sacrificare, vt eorum iram placarent, & inflecterent, ne rebus eorum vllum inferrent nocumentum. O mulier admirabilis! Credidit nullas dæmoni esse vires, ad filiæ lanienam, nisi quas illi Deus permisisset: licet enim diaboli voluntas peruerta sit, & ad omne malum prona, vtpote diaboli voluntas; potestas tamen quam habet, iusta est, quia eam a Deo habet, & ne minimum quidem amplius potest, quam illi Deus concessit, vt Dominica 3. dicemus; ac proinde nulla est ratio ad diabolum recurrendi, cuius voluntas in malum nostrum est obdurata, sed ad Deum, qui ei dat licentiam vel etiam præcipit, vt exagitet eum, quem exagitat. Cædit magister puerum virgis, virgas puer non rogat, vt cessent eum verberare, sed conuersus ad præceptorem infusus lachrimis supplex expostulat, spondens emendationem, desistat ipse a verberando. Hæc erat gentilium cœcitas, vt dum illis res aliqua incommodo afficeret, cui resistendo vires non suppetebant, eam vt Deum adorarent, se ad eam conuertebant, supplicantes, vt eis clemens propitiaretur. Ita vt Deos coluerunt famem, febres, mortem; quinimo quidam mures glires vt Deos habuerunt, quia talibus non poterant præualere. O mente capti, quid aurumatis febrem ex se vobis nocere? paupertatem, & rerum inopiam eam esse, quæ vos affligit? calamitatem, eam esse quæ vos excruciat? flagellum est manus Dei. Quando eo plecteris, ad eum conuertere, nec excandescat furor tuus in febrim, in medicos, in medicinas, in paupertatem, ac diuersas ac plures technas ac fraudes fœneratoris; de his enim conqueritur Deus, quod, dum populum cædit, ad eum se non conuertat, *Populus non est reuersus ad percutientem se.* Immittebat illis hostes, & ad eos tantummodo reuertebantur, non vero ad eum qui illos excitabat, sicut flagellum, quo illos puniebat, & hoc omne erat eorum studium, hæc diligentia, hostes profligare, quasi sua malitia concitati illos bello lacesserent, vel suis tantum viribus sisi conuenirent; oculosque ad Deum non reflectebant cum esset ille, qui eos excitabat in suorum scelerum iustissimum supplicium. Indignabatur Dominus Palæsthinis, Tyriis, Sidoniis, Ascalonitis, Gazaritis: vt vero designaret, quo, eis flagello statuerat pœnam irrogare, flammeum ostendit in visione Prophetæ Hieremiæ mucronem, qui terribilem adeo edebat virorum stragem, vt ipse Propheta animo consternatus; & ad mucronem conuersus, eum cœpit deprecari, vt cædere desistat, ardorem suum, itamque moderetur: *O mucro Domini, vsquequo non quiesces? Ingredere in vaginam, & refrigerare & sile.* Vocem audis sibi respondentem. Quid mucronem deprecaris? Ad eumne te conuertis, vt furorem suum longe lateque debacchantem remoretur? hoc noueris, o vir Dei, mucronē nec venire, nec strangem edere, nec euaginari proprio motu; Deus est, qui eum de vagina educit, qui potentissima sua manu eo in vindictam utitur populorum: & dum ille mucronem cædentem non retrahit in

II. Vide gen. tilium idololatria.

Isai. c. 9. v. 13.

Hier. 47. 7.

vaginam,

vaginam, inanes sunt omnes tuæ curæ, studia vana: non enim desistet ulteriori strage inter homines latrocinari. *Quomodo quiescet, cum Dominus præceperit ei aduersus Ascalonem, & aduersus maritimas eius regiones ibique condixerit illi*

Te ad Dominum conuerte, illum roga, ut mucronis vires eneruentur, inclama: *Miserere mei Domine.* An te febris ardentissima velut fornax incensa fatigat? num te lis iniusta molestat, qua te vicinus impenit innocentem? num te superueniens bonorum damnum excruciat? An te premit contra te dictum testimonium, aut calamitas in te inopinato insurgit, nihil tale suspicantem? Attende, crede hæc esse Dei mucronem, quo tibi comminatur, quo te ferit, non eo tua tendat solicitudo, non labor, illa detorquere, vocare medicos, quærere medicamina, corrumpere iudicem muneribus, aduocatos consulere, meditari paupertati tuæ remedia, vires tibi conquirere quibus te tuis opponas inimicis, & iniurias vlciscaris. Ad Deum sit conuersio tua, ille quippe est, qui educit mucronem, qui te fatigat, qui te molestat. Ita Dauid Saulis persecutione aliorumque hostium fraudibus huc illucque profugus agitatus, ad Deum recurrit: *Domine eripe animam meam ab impio framea tuam ab inimicis manus tuæ.* Legit D. Hier. *Salua animam meam ab impio, qui est gladius tuus.* Mucro tuus, Domine, inimicus meus est qui me molestat, illa calamitas quæ me lancinat, quo pœnam infligit. Ita postmodum Deus ipse fatebatur, loquens de Nabuchodonosor, quem virgam vocat, qua ferit, qua punit peccatores. *Assur virga furoris mei, & baculus ipse est, in manu eorum indignatio mea.* Ad te Domine recurro, te medium quæsitura & in tua confido misericordia desolata, *Miserere mei Domine.*

Vtilissimam nobis narrat Spiritus S. historiam. Erat Rex Achaz perfidus, sacrilegus, Deo pernicus, cultor dæmoniorum eximius; & ipse cum talis esset, offensionis lapis fuit vniuerso populo; quare Deus prouocatus statuit eum pro demeritis castigare: seuerius in eum pronocans superbum Assyriorum Regem Theglats pharnasar exercitu copiosissimo ferocientem. Narrat hoc S. Textus quibusdam verbis, quæ ex ore Spiritus S. prouenire, optime conuenit. *Humiliauerat Dominus Iudam propter Achaz Regem Iuda, eo quod nudasset eum auxilio.* Eadem hac phrasi loquitur, qua olim, dum Aaron ad populi murmur, vitulum aureum illum conflauit, quem omnes vt Deos suos adorarunt; dum enim Moyses de montis saltigio descendit, vidit que populi stultitiam, ait S. Textus: *Videns Moyses populum, quod esset nudatus (spoliauerat enim eum Aaron propter ignominiam sordis, & inter hostes nudum constituerat.)* Vestierat, atque armauerat Dominus populum gratia sua, multo fortius ac secu ius quam si omnes armis æreis, expolitisque munirentur; ac proinde, nullus eum hostis cædere potuisset. Illo vero crimine, quo Deum irritarunt, eis Deus suum abstraxit auxilium, priuauit gratia, ac proinde quasi nudi, nullo protectore inter sæuissimos exponebantur inimicos: ita vt vndequaque hostilis eos gladius inuadere potuisset. Hoc in Republica peccatum operatur, hic est criminum effectus, dæmo illam denudat auxilio, unde nullo negotio, nemine obsistente, eam hostis insadit, depopulatur, & pro voto sibi subicit ciuitates etiam munitissimas. Ita Rex ille egit idololatra, dans occasionem populo, vt relicto Deo suo, diis alienis adhæreret, ob quam eorum culpam, illos Deus diuino suo fauore nudos dereliquit ac inermes, ita vt aduenieus Theglats pharnasar, vt a Deo missus, impetum facere potuerit in Regnum Iuda, qua parte voluisset, quod & fecit. *Adduxit (contra eum Theglat pharnasar Regem Assyriorum, qui & afflixit eum.* Impius autem Achaz & eunctus populus Iuda his uduersitatibus miseri, & inducti in laqueum, peiora fecerunt, & veteribus noua peccata addiderunt. *Insuper tempore angustiæ suæ auxit peccatum in Dominum.* Et quæ fuere, quæso, hæc peccata? Non est reuersus ad Dominum misericordiam eius rogaturus, sed idola coluit, & dæmonibus Syriæ hostias immoliuit, obtulit sacrificia, vt eos sibi deuinciret, i ramque eorum deliniret. *Dij regum Syriæ auxiliantur eis, quos ego placabo hostiis, & aderunt mihi, cum e contrario ipsi fuerint ruina & vniuerso Israel:* O stulte, dæmonum opem imploras? eorum quæris auxilium? Attendis Regis Assyriorum exercitus, mucronem Dei, quo ipse te ferit punit, tuis tradit inimicis? stulte, in Deum oculos conice ipse quippe est, qui in tuorum criminum pœnam, quibus eum inhonorasti, te ad has compulit angustias, illi tu dicito: *Miserere mei Domine.* O Dauid virum iuxta cor Dei, qui durissima ab hostibus perpessus, non ad eos se conuertit, sed ad Dominum: *Ad Dominum cum tribularer clamaui, & exaudiuit me.* Illum rogauit, illi vota sua tendidit, illi hostias immolauit, vt sibi succurreret, inimicis foret inimicus, illos armis, suoque præsidio denudaret.

Isa. 16. 13.

Isai. c. 10. 5.

2. Para lip. 28. 19. Peccatis nos diuino auxilio nudan

2. Paralip. 28. 19. Exod. 32.

Psal. 119. 1.

§. 9. Non respondit. *Deus nobis non respondet: vel quia illi non respondemus, vel quia dissimulat.*

25 VT autem Christus audiuit huius mulieris querelas & lamentabile *miserere*, terga illi vertit, abit, nec verbulum respondet. *Non respondit ei verbum.* O verbum maioris admirationis quam possit omne verbum ponderare. Quid hoc noui Domine? Quis tuam peruertit conditionem? Dum vates Isaias mundo fausta omnia, & felicia ob Christi aduentum apprecatur, eum describit adeo promptum, & ad misericordiæ opera paratum, ei qui ea flagitaret, vt fidem nobis faciat, fore coniungenda; & petere, & impetrare. *Miserans miserebitur tui, ad vocem clamoris tui, statim ut audierit, respondebit tibi.* Isai.30. 19.

Perpende, (monet te D. Basil.) quod in S. Scriptura, si eam attenta mente perlegeris, inuenies Dei misericordiam, nostræ comitem orationi; quia inter inopis orationem, & Dei concessionem, nullum interest medium: *Benedictus Deus, qui non amouit orationem meam, & misericordiam suam a me.* Confociantur oratio mea, & Dei misericordia, confœderamur, ego rogans, & Deus mihi succurrens, ego inops & Deus auxiliator. Hoc quoque Dauid canit; *Domine Deus meus, clamaui ad te & sanasti me.* Ratione huius notat D. Bern. alia quoque verba Regis Dauid, *Cum inuocarem, exaudiuit me Deus iustitiæ meæ.* Adhuc verba ori meo inhærebant necdum perfecte pronuntiata Deum meum inuocabam, & ecce exaudiuit me. Memor esto (ait D. Basil.) promissi huius vatis Isaiæ: *Adhuc te loquente, dicet, Ecce adsum: id est: nondum vocare desijsti, & finem inuocationis aures Dei susceperunt.* Comprehende animo, monet D. Greg. Nazianz. verba illa Prophetæ Ezechielis. *Si conuertas ad Dominum ingemueris, tunc saluus eris.* Ita legit ipse: notans illud *Tunc*: quod nostra vulgata lectio habet: *In quacumque hora. Tunc.* quando clamaueris, quando ingemueris? *Videtis quemadmodum salus cum gemitu coniuncta sit. Nihil inter petitionem, & rei petitæ obtentionem interceßit.* Psal.65.1 20. Psal.29.3. Serm.9.in Cant. Psal.4.1. D.Basil. Hom.8. Quod Deus non est auctor malorum. Tom.1. Isa.38.9. D.Greg. Nazian. Orat.17. Ezec.c.18. 21.

Opinor ad me noriam velle reuocare historiam Regis Ezechiæ, quo flente & postulante a Deo misericordiam, ad primam eius lachrimam ac singultum, accurrit misereturs Deus per Isaiam Prophetam, dum non tantum ora ionem non absoluerat, sed nec mediam eius partem, & vix eam inchoarat, vix primum gemitum ediderat. Argumentemur: Si Deus in lege veteri orationes suorum tam festinus exaudierit, quanto iustius erat, vt exauditet, quando homini per Incarnationis mysterium magis propinquabat? Aget hoc (asserit Propheta) tam pronus, vt *Ad vocem clamoris tui, statim eum audierit respondebit tibi.* Quid igitur modo tales voces audiens; *Non respondit ei verbum?* O Domine, (quærit Orige.) Quomodo fieri hoc potest? De te tuus testatur Apostolus: *Seipsum negare non potest.* Quis tu? verbum. *In principio erat verbum.* Si sis verbum, & verbum tuum negas, te ipsum videris negare. Domine a quo tempore, hoc silentium, hæc verborum paucitas, hæc austeritas quod te pigeat vel vnicum dare verbum? quæ fiducia te rem magni momenti daturum, si vel negas verbulum? An non Domine, te decet meminisse præcepti, quod olim diuinitus iniunxisti: *Eleemosynam pauperis ne defraudes & oculos tuos non auertas a paupere.* Et inferius. *Non prætrahas datum angustianti, rogationem contribulati, & ne auertas faciem tuam ab egeno.* Et adhuc inferius. *Declina pauperi sine tristitia animum tuum &c. & responde illi pacifice in mansuetudine.* Omnia hæc, quæ tu Domine aliis præcepisti, tibi videntur desicere. 2.Timot.2. Ioa.5.14. Eccl.4.1

Multas congerunt SS. Patres huius silentii rationes, asserentes quod non sine ratione Christus siluerit: D. Chrysost. vnam signat, quam leuiter considerabimus licet enim ex suo Deus, ea qua illum hora inuocamus, responderet, nos ipsi tamen sæpius in causa sumus, quod ipse nobis non respondeat, surdum agat, se contineat, Deus quippe speculum est, & talem eum tibi reperies, qualis illi tu fueris. Millies ille te accedit, te vocat, clamat, tu vero taces. Quoties ad cordis tui pulsauit ostium, rogando, & instando, vt illi aperires, locum cederes, amicam dimitteres, quæ per vsuram lucratus es restitueres, malæ vitæ tuæ mores componeres, peccata confitereris, mortis tuæ horæ ignarus, & non respondes ei verbum? Quoties accedit Deus in paupere vulnerato, vidua paupere, pupillo nudo, & tibi vociferatur quidquid pauperi fueris elargitus, te hoc Christo largiri: in eius enim nomine postulant eleemosynam, sed nec audis, faciem, imo & terga pauperi vertis inhumanus? Ob hoc nec te Deus audit rogantem, quando calamitate pressus eum quæris adiutorem: adhuc quippe iam dudum fueras inuitatus. *Vocani & renuistis, extendi manus meas, & non fuit qui aduerteret, ego quoque in interitu vestro ridebo, tunc* Hom.28. ad pop. 1. Cur Christus vt mulieri, ita nobis sæpe non respondeat. Prou.1.1.

inuocabunt me, & non exaudiam. Licet hoc ita fit, non credo, hoc locum hic habere, quandoquidem hæc mulier tam prompta fuerit Dei voci obediendo, vt quo tempore Christus fuerit egressus, illa quoque fuerit egressa vt diximus.

26 Veneror rationem D. Bern. Scilicet, quod Deus sæpenumero sileat, nec respondeat; non quod nobis irascatur, sed quia dissimulat. *Dissimulatio est sponsi, non indignatio.* Perpendit idem D. Bern. Hæc sponsæ verba. *Reuertere dilecte mi;* Vt quid Domine recedis, & sponsam deseris, cum dicas omnes tuas in eo esse delicias, quod cum illa sis eum te ipsa vocet, dicatque: *Reuertere. Non vocat, sed reuocat; nam reuocationis verbum est, Reuertere. & fortasse, ideo subtraxit se, quo amplius reuocaretur, teneretur fortius. Nam & aliquando simulabat, se longius ire, non quia hoc volebat, sed volebat audire, mane nobiscum Domine, quoniam aduesperascit. Et rursus alia vice super mare ambulans. cum Apostoli nauigarent, & laborarent in remigando, quasi volens præterire eos, nec tunc quidem istud volebat, sed magis probare fidem, & elicere precem. Denique sicut ait Euangelista, turbati sunt, & clamauerunt putantes, Phantasma esse.* Ita cum animabus simulat Christus sicut cum Chananæa, quam repellit, vt amplius id, quod quærit, deprecetur.

D. Bern. ser. 76. in Cant. ser. 74. in Cant. Cant. 6. 2.

Alludit D. Bern. ad illa verba, quæ Dominus in simili occasione cuidam dixit animæ, quam nescio qua videbatur tractare asperitate, & infra declarabimus. *Indignatio non est mihi.* Et distinctius, adhuc D. August. Hoc Christi cum Chananæi silentium perpendens sic ait: *Clamabat fœmina, & dissimulabatur a Christo, non ut misericordia negaretur, sed vt desiderium accenderetur.* Puerulus fame laborans, matrem inuocat, & voce, & manibus, & pedibus petit ab ea quæ illum suis claudit brachiis. Mater; at illa non respondet, simulat dormientem. Domina puerum non audis? eius non capis necessitatem? an illum vis occidere? an illi stomacharis? Certe nequaquam. Ad quid hoc ergo? *Dissimulatio est non indignatio.* Non enim ita puer ardet matris vbera sugere quam hæc illa ei porrigere, attamen his vocibus recreatur, his pueri motibus hilarescit, quod eam hac, illac ita trahat quasi exultans dormientem, inde gaudet hoc delectatione sentiens. Eleganter de hoc D. Chry. *Si non exaudiuit es, perseuera, vt exaudiaris, & si differt aliquando Dominus, non id odio facit, neque te auersatur, sed differendo diutius te secum seruare vult, sicuti & patres filios indulgentius amantes, quo illos diutius apud se*

D. Aug. ser. 74. de temp. Ifai. 27. 4.

D. Chrys. His singula habentur ex Euthymio in illud. Quæ per vexationem filios indulgentius amantes, quo illos diutius apud se Luc. 4.

Hieron Lanuza Bapt. de Tow. I.

detineant, quos desides vident dedita opera morantur aliquid daturi.

Illucet Natiuitas Domini, tempus strenarum quas ab Episcopo, vel Prorege postulant chorauli Ecclesiæ, ad eius ostium cantantes, interim immotus residet Episcopus. Reuer. Domine, An rogantes non vides, non audis? video, audio, Choraulis ergo non respondes, & eorum non festinus te inclinas prætensioni? Eo quod musica delectet, & si eis statim respondero, ac bene muneratos dimisero, discedent illico, & terga vertent. *Dissimulatio est, non indignatio.* Hoc quoque agit Deus. Nulla etenim suauior ac auribus tuis gratior musica, quam Dei auribus oratio tribulati, Rem narrat Propheta Daniel omnino singularem. Toto corde preces suas effundit Propheta coram Deo, remedium postulans populo afflicto, captiuo, desolato, ad multos dies hanc protraxit orationem, ieiuniis rigidis, cilicio sacroque indutus, cinere adspersus, lachrimis & singultibus indulgens amarissimis. *In ieiuniis, sacco & cinere.* Tandem in oratione perseuerante Propheta, circa dierum multorum finem, apparet ei Gabriel Angelus, qui Propheta Amice charissime: *Ab exordio precum tuarum egressus est sermo.* Dan. 9. 23

Ad primum orationis tuæ verbum hic in terra, egressum est decretum Dei in cœlo in tui fauorem, & modo mittit me, vt hoc tibi ex eius ore significem. Si ita statim a principio Prophetæ votis annuit Deus, cur eum tot diebus detinuit perorantem in ieiuniis, sacco & cinere, nec ei statim, ab exordio voluit respondere? Eo quod summopere illa Deus delectaretur oratione, & ob recreationem, quam ex variis clamoribus singultibus, lachrimis, (sicut de matre diximus) hauriebat: licet enim quam primum pusio requirit vbera, mater illi dare statuit, nihilominus continet se, audire dissimulat, interim delectatur, recreatur, audiens lachrimas, videns gestus motusque pusionis, qualiter excitet dormientem, impellat hæsitantem, acclamet surdescenti, suæ quærat subsidium necessitati.

§. 10. *Est pauperum oratio aroma Deo suaue fragrans, quam vt melius audiat, præcipitur in cælo silentium.*

27 Admirandis, & consideratione dignissimis scatet Sacramentis visio illa D. Ioa. Euangelistæ Raptus in cœlū vidit subito altissimū imperari silētiū: *Factum est silentium in cœlo.* Adquid quæso, *Silentium in cœlo?* Sæpius lego repetitū in S.S cœlites illos continuas Deo persoluere laudes, & gratiarū actiones, Illos notabat Dauid, dū de

Apoc. 8. 1.

Psal. 83.

cantoribus his,& ipse terrenus cantor canebat: *Beati,qui habitant in domo tua Domine, in secula seculorum laudabunt te.* Hic in cognitione Diuina stipites sumus,& in Dei laudibus desides,ac proinde congruum est, eum silentio venemur, & ille Dei melius deprædicat celsitudinem, (asserit D. Dionys.) qui strictiori silentio confitetur, nullam ad Dei laudes linguam connemere. In cœlo autem, vbi ipso Deo pleni sunt.& ad eiusdem laudes dispositi personandas ei continuo laudes decantant suauissimas. Hoc etenim Dauid his verbis indicauit:quæ D.Hier. ita legit: *Tibi silentium laus Deus,in Sion. & tibi reddetur votum Ierusalem* In Sion Ecclesia militante,vbi statim languescimus,& mille distrahimur negotiis; optime Deo laudes persoluimus silentio,*Tibi silentium laus Deus in Sion.* In cœlesti vero Hierusalem, beatorum impletur desiderium nihil enim eos remoratur, turbat nihil, distrahit nihil, ita vt intermisse cœlesti musica Deo modulentur gratiarum actiones,*Tibi reddetur votum in Hierusalem.* Si hoc ita sit quid potuit intercuenisse,vt subito totus chorus ille cœlestis obmutuerit? Credo hoc eo modo contigisse quo dum Phanaeus seu vocum moderator cantoribus imperat silentium, plausum edit manu & subito conticent omnes, vel dum passeres cantant prima aurora, si quis inopinato vehementemexcitet strepitum subito rostella sua concludunt, & altissimum fit silentium. *Factum est silentium in cœlo.* Quæ tanti causa silentii?Ad quid istud? Cum primum factum est silentium,vidit D. Ioannes Angelum ascendentem de terra, qui habebat thuribulum aureum plenum suauissimis odoramentis,& cum eo stetit ante thronum Dei. An ergo propter hoc debuit musicæ cantus impediri? Num forte se non compatiuntur cœlitum cantus & oblatio suauis fragrantis incensi ascendentis de terra?Hoc scito,inquit, incensum illud esse Sanctorum orationes,quas tribulationibus attriti in hoc mundo, sursum ex cordis visceribus contribulati ad Deum dirigunt, sicut incensum suauem emittit odorem,quando igne accenditur: illæ autem in Dei conspectu debebant personare.vt vero perfecte distincteque audirentur, vult & mandat Deus,vt cœlitum voces obmutescant. Magna latent hic arcana.Primum sit Angelos fidelium orationes de terra in cœlum deferre:sicut enim famuli qui Principi suo student placere, norunt autem eum fructibus delectari, per diuersos inquirunt hortos eos ,quos credunt Domino suo esse gratissimos:ita quoque, cum sciunt Deum orationibus afflictorum plurimum recreari, descendunt ad nos, & vix ore tuo sunt egressæ, cum eas colligunt, sursum ascendunt, eas Deo offerunt grassimas.Hoc se facere Archangelus Raphael Tobiæ fatebatur: *Quando orabas cum lachrymis ego obtuli orationem tuam Domino.* Tob.12.12

Hoc autem attende quando oras, si talis sis qualis esse debes, quod orationis tuæ ne minimum pereat verbulum,quod tibi adstet Angelus qui omnia verba quæ de ore tuo procedunt, colligat diligenter;(& sicut ille qui ex odoratissimis floribus componit rosarium) illa Deo defert odoranda.Ecce qualis esse debes in oratione qua veneratione,qua attentione,quo spiritu.Secundum sit:quod dicit illas orationes fuisse cælo gratissima & suauissima aromata, vt ostendat, quam illæ placeant Deo,absit vt aliquod ei adferant aut tœdium,aut molestiam,vt heri diximus: *Auscultat cœlum orationes Sanctorum*, ait D. Augustinus. D. Aug. in r. Ap. Tom. 5.

Nihil est quod sic cor dilatet, vt suavis quidam odor: Proinde dum illam percipis, ore, & naribus aspiras,quo eum tibi attrahas: illo cor dilatatur, Indicauit Deus, sibi gratum esse piorum sacrificiorum odorem, sibi his cor dilatari, quo circa viri sancti illa Deo offerrafat agebant. Ita Noe, transacto diluuio,vt primum de arca prodiit, ædificauit altare; obtulit auium mundarum sacrificium per ignem. Odor autem ille Deo erat incensum acceptatissimum *Odoratus est Dominus odorem suauitatis*: vt autem significet, hoc agere Sanctorum orationes,qui aduersitatibus atteruntur,ait eas esse velut odorem suauissimum, & quod illas Angelus mittat in thuribulum aureum,vt quid pretiosissimum:ita vt,sicut heri diximus, absit vt Deo nostræ sint orationes fastidiosæ, imo ei tædium leuant, & quo diutius durant ac sunt amariores,eo cor eius magis dilatant ac recreant. Gen.c.8. 21.

Præcipuum autem notatu dignum, hoc est, quod quam primum Angelus ante Deum vult Sanctorum de terra offerre orationes, imperat Deus omnibus cœli cantoribus silentium, quo significat,sibi horum orationes quasi magis placere, illisque se magis delectari, quam cælitum melodia. Quando concinunt cantores,accedant autem aliæ voces sonoriores,præcipis,vt alii sileant,quo melius hæ percipiantur. De se narrat Iob quod eius sermo tam gratus esset hominibus,quod dum contingeret eumadire multorum sapientium societatem, exemplo omnes uti digitum superponebant, hoc silentio indicantes, magis se recreari audiendo eius colloquia quam propria,

propria, quibus inter se differebant, erant enim doctissima & auditui mirum in modum accepta. Altiori non poterant præconio orationes nostræ commendari, ut videas quam his Deus recreetur, quibus de tribulatione & cordis angustia ad eum, gemitibus, lachrimis & suspiriis vociferamur. Hoc ni fallor, tangit vates Rex, qui ut rem certissimam hoc asseruit, Deo proprie conuenire, reflectere suos oculos ad eorum
Psal.101.18 orationes, qui variis ac summis ærumnis exponuntur: *Respexit in orationem humilium, & non sprevit precem eorum.* Vt autem confirmet, ac demonstret, quam Deus his orationibus recreetur dicit, se nobis velle edicere, quidquam quod ipse videt, & desiderabat litteris aureis conscribi ad perpetuam memoriam eorum qui sunt in hoc mundo nascituri, vt ex hoc obligentur Deum indesinenter laudare, glorificare, venerari. *Scribantur hæc in generatione altera, & populus, qui creabitur laudabit Dominum.* Quid est hoc Rex ipsissime? *Dominus prospexit de excelso sancto suo, Dominus de cœlo in terram aspexit.* Vidi (inquit nostro modo) Dominum de cœlorum altissimis in terram aspicientem, ut maximum quendam Principem qui recreationis ergo in curia suo regali discedit ad fenestram, quæ hortum respicit, vt oculos suos reficiat. Ad hoc aperiunt aliquando Reges aulæ fenestras, e quibus cætera prospiciunt. Imo hoc ipsum fecit Rex Dauid, licet damno suo satis deplorando, vidit enim de nudam Bethsabeam. Vidi inquit quod Deus *Prospexit de excelso sancto suo:* Huc & illuc diuertit oculos ut quid videat, quod eum delectet, quo iucundetur. *Prospexit.*

O magnæ maiestatis Deus, quid quæris Domine, an sit aliquid in terra tuis dignum oculis. Recordare, quod vna quidem vice terram es intuitus, & quid in ea vidisti, nisi corruptionem, & quidem tantam, quæ te compulit, vt eam a-
Gen.6.12. quis diluuii demergeres peccatricem. *Vidit Deus terram esse corruptam; omnis quippe caro corruperat viam suam super terram: dixit ad Noe finis vniuersæ carnis venit coram me, repleta est terra iniquitate a facie eorum, & ego disperdam eos cum terra.* Quando eam consideraſti in diebus Oseæ Prophetæ; nihil vero in ea vidisti, quod oculos tuos reficeret, sed infinita, quæ te offenderent, mendacia, proditiones, homicidia, furta, adulteria. *Non est veritas, non est misericordia, & non*
Osee.c.4.1 *est scientia Dei in terra. Maledictum & mendacium & homicidium & furtum, & adulterium inundauerunt & sanguis sanguinem tetigit. Propter hoc lugebit terra.* Nihilominus asserit Dauid, esse aliquid in terra adeo Deo iucundum, vt eius videndi desiderio, de excelso sancto suo in terram aspiceret, vt illud inueniret, proinde videret eum, huc & illuc oculos suos conuertentem. *Prospexit.* Et quid est hoc, o vates optime? quid in terra adeo maledicta esse potest Deo pergratum? Gemitus, suspiria orationes miserorum *Vt audiret gemitus compeditorum.* Ea etenim Deo gratissima est melodia, gemitus compeditorum, suspiria captiuorum, lamentationes infirmorum, voces miserorum pauperum lachrimæ, iniuriatorum ciulatus, singultus profugorum, vt eorum audiendi gratia de cœlo prospiciat, tum in terra sit aliquis, qui suaue et hoc decantet harmonicum. Eia igitur charissimi, Deum recreate, eius aures refouete, nec dies præteruoler, nec hora, qua ad eius ostium non occinatis chroma, licet illud aliud non sit quam vnum triste *Miserere mei Domine fili Dauid.* Hoc conuenit cum eo quod sponsus sponsam suam dilectissimam togabat: *Quæ habitas in hortis, a-* Cant. c.8.
mici ausculant te fac me audire vocem tuam. O 13.
amica mea, quæ habitas in hortis mundi concine, testor enim me, & amicos meos, ardenti desiderio exspectare, vt vocem tuam audiamus. Domine quod melos, qui modi quis concentus esse potest in mundo valle lachrimarum, vbi non nisi suspiria & gemitus pauperum audiuntur? Quæpœana canere norunt qui viunt in terra paupertatis & miseriæ, qui numeri, quæ voces in eorum ore, nisi in suis tribulationibus subsidium, suis ærumnis leuamen, suis infirmitatibus solatium, suis aduersitatibus præsidium? quid dicere norunt aliud doloribus afflicti, nisi gemendo petere subsidium? Hoc autem est, ita hoc est, ait cœlestis sponsus, id quod aueo intelligere; illa musica gemituum auribus meis nulla dulcior, hanc volo, hanc desidero esse perpetuam.

Notat D. Bernard. præclara illa verba Dauidis 29
Desiderium pauperum exaudiuit Dominus, præparationem cordis eorum audiuit auris tua. Multo Se 75. in
tempore, Domine, in endili audiendo cordis Cant.
præparationem afflicti, qui te cupit inuocare, Ps. 9 38.
& coram te preces effundere lachrimosas: quanto delectabilius est audire suauem & consonam I.
melodiam, tanto molestius est audire cytharam Similitu-
vel brabiton, quando fides & neruos attemperant, & componunt symphoniarchæ tunc enim plures audiuntur dissonantiæ, quam consonantiæ, & maxime tetricum & auribus offensiuum est, audire organum, quando fistulas componunt: hæc enim suis dissonantiis aures lædunt adstantium. Si quis ita musica delectaretur, vt de

professo conueniret, illas dissonas voces intellecturus quando vocum moderator, eas temperat, & sadoerteret, quod ad singulas voces attentam aurem arrigeret, quam eum indicares musica modulatis vocibus bene sonanti delectari? Oratio musica est; quam anima nostra Deo concinit, quæ diuersas & multas habet potentias, vt organum fistulas, & cythara neruos; oportet ante
Ps.150.40 orationem, illas disponi ac temperari: *Laudate eum in chordis & organo.* Orationem, præcedat præparatio: hanc enim omnes vitæ spiritualis instructores præsupponunt, primo requiri, vt animæ potentiæ colligantur, quietentur, exteriores vero ad omne sensibile concludantur. Quid hic negotii, quæ non difficultas? cū & ipsi Sancti, quando ad orationem se disponunt, multis indigeant viribus vt disponant intellectum, de terra eum subleuent & cœlo inserant, item memoriam, item phantasiam imaginatiuam. Ecce quam Deus musica recreetur orationis: dum enim adhuc te præparando distraheris, tecum ipse ductaris; iam ipse attentas arrigit aures. iam illi placet, iam delectatur: hoc enim est:
Ps.9.38. *Præparationem cordis eorum audiuit auris tua.* Quam illi placebit, quales arriget aures, quam recreabitur ipsa deuotione orationis, quæ vt suaue fragrans incensum ex cordis intimis ascendit, igne accensa tribulationis?
In Ascet. Hinc colligit D. Nilus, discipulus D. Chr. rationem, cur Deus sæpe taceat, & nostris petitionibus non tam propere respondeat vt desideramus: nostram enim ipse nouit miseriam, quod eo solum tempore orare perseueramus, quo non accipimus, id quod postulamus, & ea iam consecuti, retrocedimus: similes passeribus (sicut ipse per Oseam testatur) qui grana colligentes, illico
Ose.9.11. auolant: *Ephraim quasi auis auolauit.* Idcirco nos detinet, tacet, dissimulat, sicut cum hac Chananæa, quæ, vt eum vidit non respondentem, imo & terga vertentem, illum prosequitur acclamando *Miserere mei Domine, fili Dauid.*

§. 11. Verbum. *Christus mulieri via verbi non respondit, sed virtutis, vt Dauid ait.*

Mat. 15. 30 ALiud quoque, quantum coniicio, signat Euangelista Matthæus, dum non simpliciter ait: *Non respondit ei*, sed addit: *Non respondit ei verbum.* q.d. Non respondit ei verbo,
L. Meditat. cap. 6. sed opere, magnum ei præstans beneficium. Aduertit Dauid & notat D. Bern. Quod aliquando
Ps.101.24 non respondeat Deus verbo, sed opere. *Respon-*
Num.c.14. *dit ei in via virtutis suæ;* Aliquando enim respon-
Luc.c.18. det verbo, concedēs id quod petimus, sicut Moy-
si roganti remissionem peccati populi, respondit: *Dimisi iuxta verbum tuum.* Dicit ei cœcus; *Domine, vt videam:* Cui Christus, *Respice.* Leprosus. Mat.c.8. *Domine, si vis, potes me mundare.* Statim respon- 3.
det directe verbo petitioni, sed via virtutis, id est animæ non annuit postulatis, sed dat ei virtutem necessariam, & donum maxime conueniens. Similitudo.

Præsidet gubernator castro præsidiario, senio confectus & pauper, supplicat Regi, eum hoc onere absolvat, alio dimoneat, se iam nimio labore fatigatum. Iudicat Rex non esse ex re illum amoueri. Non respondet ei directe verbo, sed via virtutis, superaddens ei sex millia ducatorum subsidiaria, vel censum, seu titulum quatuor millium ducatorum, quibus sibi possit succurrere, eodem in præsidio remanere, & regiminis labores sustinere. Ita quoque sæpe respondet Deus: non enim respondet, dando homini ea quæ petit quia non eius sic suadet salus, attamen respondet ei via virtutis: nouam ei conferens gratiam, vires magnas, dona cœlestia quibus potest pluribus meritis proficere, & agere virtutum incrementa. Ita respondit Deus D. Paulo: bis, ter enim, genibus supplex popoſcit a Deo, vt hanc illi præstaret gratiam, & a carnis tentatione liberaret. Tacet Deus, & multo tempore non respondit ei directe verbo, sed respondit, nouam ei dans gratiam, nouos animos, nouos spiritus, quibus ad intus, possit patienter & meritorum augmento laborem illum sustinere, constans, ac firmus cum humilitate sine peccato permanere. Hoc declarat ipse Rex Dauid: *In* Ps.137.3. *quacumque die inuocauero te, exaudi me; multiplicabis in anima mea virtutem.* Expendit D. Chrysostomus lectionem. *In quacumque die inuocaui, ex-* Isa.c.58.9. *audisti me.* Et hoc conformiter, inquit, ei quod Dominus per Prophetas suos pollicitus fuerat. *In quacunque die inuocaueris me, exaudiam te, & dicam. Ecce te loquente, adsum.* Attende, o Rex Propheta, qua ratione hoc dicit, cum legamus te sæpius Deum inuocasse, qui aliquando tibi non respondit, aliquando vero aperte tibi postulata negauit? Te ipsum testem produco, qui utique sæpius integras dies, noctes integras ad eius ostium supplex rogasti, sed nec tibi respondit: *Deus meus clamabo per diem, & non exaudies, &* Ps.21.3. *nocte, &c.* Tu ipse obortis lachrymis, solo prostratus, pro filii tui salute, ex Bethsabea nati, Dominum es deprecatus, & hoc quoque tibi negauit: quomodo ergo dicis; *In quacumque die in-* *uocaui te, exaudisti me?* Bene locutus sum: nō enim dico, quod sēper quando rogaui, mihi postulata cūcta cōcesserit, sed quod me exaudierit, quia licet

mihi,

mihi petita non indulserit, nec à labore liberauerit, nec ærumnis, nec infirmitati finem dederit, concesserit mihi tamen virtutem, auxit vires, diuinam suam gratiam, cœlestia dona multiplicauit, vt maiori merito possem patienter aduersa sustinere, & hoc est quod addidit: *Multiplicasti in anima mea virtutem.*

Notat D. Chrysost. aliam lectionem: *Constituisti animæ meæ virtutem.* id est, semper me rogantem exaudisti, constituendo, concedendo & largiendo virtutem quandam auxiliatem, quâ labores omnes, omnes aduersitates infractò animo, & multò meritorum lucrò possim tolerare. Ex hoc intellige Christi verba: *Petite & accipietis; omnis enim qui petit accipit.* Non dicit; petite, & accipietis id quod petitis, sed *accipietis.* Nec dicit, omnis qui petit, accipit id quod petit sed absolutè, *accipit*: quia si non accipit id quod petit, nec ei Deus verbo respondet, accipit id quod est illi salutare; sæpe quippe, non nobis conuenit id quod petimus, & nobis Deus id nõ concedit, sed dat nobis vires, spiritum, gratiam suam, & hoc (teste D. Greg.) præstantius est beneficium, non nobis laborem auferre, sed dare virtutem patientiã, vt alacriter, libenter, magnanimi consolatione, vniformicum Deo voluntate pondus aduersitatis perferamus. Insigne fuit illud ac magnificum beneficium, quo Deus clarissimos sibi & electos adolescentes in Babylonia est muneratus: non eis ignem cui iniiciebantur, extinguendo, sed salutiferum ministrando rorem, qui tali modo ignis temperaret ardorem, vt nedum illos non adureret, sed pleni diuina consolatione in medio fornacis ardentis obambularent.

Quali gaudio D. Paulus replebatur, dum ait: *Propter quod placeo mihi in infirmitatibus meis Gloriamur in tribulationibus*: An decumbis infirmus? pete, quod si taceat Deus, nec tibi verbo respondet, dando tibi valetudinem pristinam, tibi respondebit viâ virtutis, dabit tibi patientiam, quâ ipsa tibi plus proderit infirmitas, quàm valetudo. De inopia quereris? pete, si tibi non respondeat opes largiens, respondebit, dando tibi vires, fortitudinem, & spiritum Apostolicum, quo ipsa possis paupertate gloriari. Hæc omnia piè pius Bernard. *Dices quotidie oro, & oratione mea nullum fructum video, nemo mihi respondet, nemo loquitur, nemo quidpiam donat, incassum laborare videor. Sic loquitur humana stultitia, non attendis quid inde veritas promittat, dicens. Amen dico vobis: quia quidquid petitis credite, quia accipietis & fiet vobis. Noli ergo vilipendere orationem tuam, quoniam ille ad quem oras, non vilipendit eam. Et vnum de duobus indubitanter sperare debemus, quoniam aut dabit nobis quod petimus, aut quod nobis nouit esse vtilius.* Hoc egit cum muliere hac Chananæa, non respondit ei verbo, sed *Respondit ei in via virtutis suæ.* Dedit ei fortitudinem, patientiam, perseuerantiam, auxit fidem, spem roborauit, accendit charitatem, desideria eius viuificauit, cor animauit, quibus ad tantum perfectionis profecit gradum, vt ipsi Christo miraculo esse videatur.

Matth. 31 DICHR. Tom. 1. Ps. 137.

Psal. 11. 9

2. Cor. 12. 10.

D. BER. Lib. de Mod. c. 6.

§. 12. Accedentes Discipuli. *Christus hos eis negat, quod pro muliere hac requirebant, vt eius ostendat virtutem.*

VT primum Christus huius mulieris audiuit libellũ supplicem, terga vertit, nec respondit ei vllum verbum, celeri gradu progreditur, abit, & quasi illam fugit, illa verò eum prosequitur, & à tergo insequens, lachrimosa voce sæpius ingemina: *Miserere mei, Domine fili Dauid* idque tam molestè, vt Apostoli tædio affecti, Christum adierint. *Rogabant eum dicentes: dimitte illam: quia clamat post nos.* D. Chrysex his verbis colligit, quod ipsa Apostolis, tot clamoribus ac eiulatibus fuerit permolesta, vt quasi Christo cõquererentur (vt ipse capit) *Libera nos à molestia, libera nos à clamore, quem excitat, &c.* Domine, dimitte illam: quæ nobis suis eiulatibus ac ploratibus caput obtundit. Communis Sanctorum opinio credit, hanc Apostolorum pro illa intercessionem actam ex pia commiseratione: Sancti erant, compatiebantur, videntes mulierem tam afflictam, tanto labore miseram, proinde Domine: Attende, (amabo te) quàm nobis cor transfigat mulier hæc miserrima, cuius calamitas nostra peruadit ac laniat viscera, placeat tibi eam læto responso consolari.

32 D. CHR. Hom. 38. & 44. in Gen.

Hinc illud primum collige, Sanctos nostras adiuuare preces, & suas nostris lachrimis maritare intercessiones: non enim eos Deus minoris facit, quam mundi Rex suos familiares: & si hos illi exaudiant, tum quòd eos ament, tum quòd eos velint honorare, vt omnibus innotescat, quòd apud se multa polleant auctoritate: multo magis audiet Deus Sanctos suos quos pluris facit, & cumulatius honorat, & vult sincerius ostendere quanti eorum apud se vigeat ac possit suffragium. Secundum Nota: cum jam illi non possint mulieri dare, quod ipsa petit, hoc ei dant, quod possunt, scilicet sua illi fauere & opi-

I. Sancti nostras iuuant orationes.

& opitulari intercessione. Piissime dixit, Tobias filio suo: *Quomodo potueris, ita esto misericors.* Tob.4.8. Pecunia nulla tibi est, quam pauperi eroges? dato panem: Nec panis adest? dato vestem. Veste nudus es? da bona verba, pro eo apud illum intercede, qui illi potest succurrere. Apostolis Christus respondet. *Non sum missus, nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel.* Sinite illam; hæc non est de illo grege ouium, sed descendens ex maledicto Chanaam. O Domine, heu quæ verba tam aspera, videris ei omnem occludere aditum, & omnes spei suæ funes resecare.

In Ps.77. Notat D Aug. Quod quando non vult Deus aliquid concedere, etiam intercedentibus Sanctis, illos prohibet intercedere, sufficagari, deprecari. Ita dum statuit non vti misericordia, qua populo suo misericors parceret, non semel præcipit Prophetæ Hierem. pro populo non deprecaretur. *Tu ergo noli orare pro populo hoc, & non assumas pro eis laudem & orationem, & non* Hier.7.16 & 14.11 *assistas mihi: quia non exaudiam te,* Dum pariter determinat non concedere Sauli ea quæ desiderabat nimirum minas illas renocare, quod ei regnum auferret, præcipit amico suo Prophetæ Samueli, vt sibi de hoc negotio amplius non loquatur, non deprecetur: ac proinde illi ait: *Vsque-* 1.Reg.16 1. *quo tu luges Saul, cum ego proiecerim eum.* Et hoc est secundum litteram, ait D. Aug. quod Dauid dicebat, quando Deus præcipuos totius populi statuerat enecare, quod aures suas petitionibus electorum suorum occludebat, præcipiens vt tacerent, nec pro eis supplicarent. *Occidit pingues* Ps.77.31 *eorum, & electos Israel impediuit.* Ita loquuntur, Deo familiares viri sancti, quod illis contingat, quando Deus eorum petitionibus non vult acquiescere, quasi illis os obturat, ne rogent: de quibus legimus graues historias. Hoc, vt sentio, modo Christus egit, qui nedum petitiones non admittit Apostolorum, sed etiam illis os occludit, respondens frustra esse quod pro illa deprecentur: cum non sit ex ouibus Israel à Christo congregandis. O Deus misericordiarum, & totius consolationis, quam duro mulierem hanc infirmam excipis flagello? Caue, ne illam in desperationis coniicias laqueum. Non hoc ipse prætendit: si enim illi discipuli compatiantur, multo magis ipse totius misericordiæ scaturigo. Hoc autem agit, ill. ansam porrigit, qua cordis sui testetur constantiam, & animi sui magnanimitatem, vt in illa discamus, qualiter cum Deo negotiemur.

33 Expendunt D. Gregor. Nazian: & D. Chrys. verba Domini ad Iob plena consolationis, tam illi, quam omnibus suis electis. Quærebatur vir ille patientiæ speculum, quod Deus illi quasi *In Catena* nimis esset rigidus, proinde ait *Mutatus es mihi graca in* Iob.30.21 *crudelem.* Nec sine ratione: multis enim gemitibus, suspiriis, vocibus querulosis, amaris singultibus Deum in sui rogauerat subsidium, tantisque calamitatibus remedium: ille vero Iob.30.20 tacebat; & dum expectat leuamen, longius ab illo discedere videbatur, & omnino ab illo flectere, non solatium. Tandem illi Deus satisfecit, nosque cunctos instruxit; & vbi nostra legit vulgata lectio: *Condemnabis me, vt iustificeris.* Habet versio, quam SS. Patres Græci sequuntur. *Putasne me aliter vbi respondisse, quàm vt appareas iustus?* Quid me credis velle, dum te vociferante, ego tacco, & quo tu diligentius instabas, eo ego me longius retrahebam? Arbitraris hoc fuisse, nolle tibi misericordiam impertiri? Minime gentium, sed *vt appareas iustus*, vt toti mundo tua pareat sanctitas inuincibilis, robur pectoris insuperabile, patientia nulla fortior, fixa constantia, virtus admirabilis: quo enim tempore durabit mundus, cæteris omnibus exemplum eris imitatione dignissimum, quo discant non fatigari, si supplicantes, clamantesque non exaudiam, non respondeam, quinimo me subducam, longius abscedam. Cur scalpello sartor incidit vestem holosoricam, nisi vt appareat suffultura argento, auroque intexta, quæ subtus abscondebatur? quid intendit Deus dum Abraham amicum suum ad tantas adduxit cordis angustias, nisi vt eius mundo pateret fides perfecta, spes firma, robur pectoris inuincibile? Hoc idem quoque cum muliere Chananæa hodie meditatur, vt testentur omnes mulieris fortitudinem, constantiam, fidem, quod animo non despondeat, ob primam repulsam, ob nullum Christi responsum, ob eiusdem secessum, ob Apostolis impositum silentium: *Sciebat Dominus reconditam margaritam, quam latere nos nolebat, idcirco differebat, nec responso dignabatur, vt posteris omnibus mulieris sedulitas, magna foret doctrina;* D Chrys. Hom. 44. in Cat. Tom.1. Dialogo Tripho Isa.xxxv. inquit D. Chrys. Vt tu quoque noueris, Qua ratione sit tibi cum Deo negotiandum, quando ille tibi vel non respondet, aut tuam repellit petitionem. Pensat D. Iust. Martyr verba illa Domini per Isaiam: *Dominus dedit mihi linguam eruditam, vt sciam quando debeam proferre sermonem.* Ita legit ipse, quod vulgata lectio habet *Dominus dedit mihi linguam eruditam vt sciam sustentare eum, qui lassus est verbo.* Si sapienti conueniat, nosse quando loqui, quando tacere expedit, arbitraris hoc Deum ignorare? quando tacet sic

ratio

ratio postulat: quando non respondet sic suadet vtilitas: quando te suspendit, nec indulget postulata, hoc in tuum cedit emolumentum. &c.

§. 13. At illa venit. *Orationi necessaria est perseuerantia, licet nobis nullus respondeat.*

234 ANimum non abiicit mulier, quinimo bene intellectis verbis, quibus Christus Apostolorum responsum suffragio, non hoc attendit, quod eis petita non concedat, sed tam præclaris se ceruens mediatoribus suffultam, per hoc nouos resumens spiritus, gradum accelera, Christo se præsentat, eiusque pedibus prouoluta, clamat altius: *Domine adiuua me:* O prudens negotiatrix, quam abunde promota in eo, quid necessarium sit, vt oratione faustum optatumque adeo Placet obtineas; nimirum perseuerantia: licet enim tibi verbum non responderit, terga verterit, Apostolos repulerit mediatores, in eodem tu constans perseueras. Num forsan cœlestis illius Doctoris audisti lectionem, quam nobis de conditione præscripsit orationis. *Amen dico vobis, si perseuerauerit pulsans, &c. dabit illi quotquot habet necessarios?* Hoc grauiter accipit Deus scilicet, quod eum nobis non concedit ea quæ petimus, illico langueximus, & quasi nos repulsos a bitramur. Hæc Saulis erat insipientia (quam tam apposite damnauit vates Samuel) dū sequestris sacerdotibus à Deo postulans suis ærumnis subsidium, Deo autem illi statim non respondente præcipit Sacerdoti: *Contrahe manum tuam*, quasi dicat scriptura destitit orare: quia oratem SS. dicitur, manus leuare. O caput insipidum, quam parum eruditus in modo cum Deo negotiandi per orationem quæ tam debet esse discreta ac sapiens, quam perseuerans, ac proinde sapienter paulo ante improperauerat ei Samuel *Stulte egisti.* Hoc elegantèr expositi orationis instructor Rex Dauid: *Deus meus, clamabo per diem, & non exaudies; & nocte, & non ad insipientiam mihi.* Deus meus, sol mihi ad portas tuas orietur surgente aurora, peroranti: & licet nemo sit qui respondeat, toto die perseuerabo pulsans. & dum sic me pulsante præterlabitur dies, nec referio beneplacitum, non ob hoc secedam tædiosus, sed ibidem perseuerans noctem transigam insomnis, nec me quispiam vt stultū reprehendet. *Non ad insipientiam mihi:* Si quotidiano exemplo quidam primo diluculo, ad domus ostiū accederet, fortius, ac sæpius pulsaret tintinnabulum, nec vllus deintus responderet, sicque vsque ad meridiem immotus persisteret, sed nec langueſceret, imo vsque ad noctem perseueraret tum demum impetu percuteret ædes fortiori, clamores attolleret in cœlum, eunctique qui eum sic pulsantem, sic vociferantem spectarent, & quotquot in vicinia commorantur, quid aliud illi obiicerent, nisi o stultior Terebintho, o barbatenus sapiens: cum neminem videas tibi respondentem, quid pulsando insistis: tibi nobisque frangis caput. Hoc consentio quoad eos qui hominum ædes pulsant indefessi: verumtamen iis, qui portas Dei pulsant, licet rogent clament vociferentur, die vna, nocte vna, anno vno & altero, & non sit qui eis respondeat nulla erit insipientia, si perseuerent, quinimo hoc Dominus intendit, & stultitiæ si discedant arguentur hoc etenim ad bonam requiritur orationem, vt sit perseuerans, non vna hora, non vno die, non vno anno, sed omni vitæ tempore. *Non ad insipientiam tuibi.* Non vt stultus reprehendat, quia Deus meus es tu: *Deus meus clamabo per diem.* Qualis est ille Deus? Deus viuus: *Sitiuit anima mea ad Deum fortem viuum.* Lymphatici erant Sacerdotes Baal, & vt illos Elinni percitos videt Vates Elias. Prima etenim luce Deum suum Baal inuocabant: *Baal exaudi nos.* Perstiterunt clamantes vna, & altera hora vsque ad meridiem quibus tum Elias per iocum exprobrans, ait, *Clamate voce maiori, Deus enim est, & forsitan loquitur, aut in diuersorio est, aut in itinere, aut certe dormit, vt excitetur.* Perseuerabant, & nullus illis respondebat, irridebat eos Elias, & vt stultos notabat; quia Baal Deus erat mortuus, exanimis, insensibilis, cœcus non videbat, surdus non audiebat.

Qui talem inuocat Deum, & continuo strepitu ostium pulsat eius qui mortuus est, illum vt miente captum arbitrare, sicut enim ad primam vocem non respondet, nec respondebit ad centesimam, ad millesimam. At ego, (inquit Dauid) Deum adoro sed viuum quem scio, quod me audiat, quod me videat, & qui desideret, ut cum illo vi instem orationis. Itaque licet lucescat meridies, sol occidat, adueſperascat, pulsans, ac clamans perseuerabo, sed nec vt rationis inops redarguar. *Non ad insipientiam mihi.*

Subtiliter expendit D. Chrisost. Quam præcise narret Spiritus S. ætatis annos Isaac quando Rebeccæ in matrimonium iungebatur, & illos, quando peperit ei Iacob. Quando nubebat ipsa, Isaac erat annorum quadraginta, quando pariebat

35 *Ho. 49. in Gen.*

Luc. 11. 1. — 1. Reg. 18. 26. — 3. Reg. 19. 15. — 1. Reg. 13. Psal. 33. 1. — 1. Similitudo.

pariebat. sexaginta: ita vt per viginti annos fecerit infœcunda. Casus hic fuit, quàm primùm nupta erat, & se cognouit infœcundam, maritus eius Isaac supplex ad Deum recurrit: *Deprecatus est Isaac pro Rebecca vxore, eo quod esset sterilis.* Quanto tempore in oratione perseuerauit? vno die? vno mense? vno anno? decem? viginti annis perseuerauit precibus Deum interpellans, vt huic occurreret necessitati: Et licet, Dei expressum audisset promissum, de filiorum generatione quò quis dicat, quòd ab oratione surgere potuerit. Huic nixus Dei juramento, fide firma credens, licet Deum non rogaret, ipse suis, Deus staret promissis inuariabilis: non hoc tamen agit sed viginti annis perseuerat continuis precibus indefessus: nec dies præterfluit, quo diuinæ misericordiæ non pulset viscera vir animosus. Quid tibi faciendum, qui, eius quod petis, nullo niteris juramento, seu Dei promisso, sed nec, an hoc tibi conueniat, scientia nosti non dubitata. Conclusiuum est hoc argumentum, at judicio meo illud omnium certissimum, desumptum ex Christi ipsius facto, quod congruè proponit D. Hieronymus.

Gen. 6. 25 21.

II. Viginti annis perseuerat Isaac in oratione

Adest hora Christi passionis, cedens locum carnis timori, secedit ad orationem in hortum Gethsemani: Patrem rogans, *Qui possit illam saluum facere à morte.* Semel rogat & orat: *Si possibile est: &c.* Non respondet ei Pater: Perstat secundò & orat. *Pater si possibile est:* sed nec responsum vllum percipiens: tertiò reuertitur idé rogaturus. *Orauit tertio eundem sermonem dicens.* Tandem respondet ei Pater per Angelum: quod fieri sit impossibile, & non expedire id quod petit. Tum diutius & affectuosius cœpit orare: *Et factus in agonia prolixiùs orabat, & factus est sudor eius sicut gutta sanguinis decurrentis in terram.* Modo dum patitur repulsam, dum ei respondetur, fieri non posse, nec locum habere seu conuenire id quod petit, regreditur prolixiùs oraturus, idem rogaturus. *Prolixiùs orabat:* videtur enim, quod Pater potuerit illi dixisse, quod esset nimis in orando prolixus, sicut tu quoque dicis illi, cui postquam declarasti, quod nullus sit locus eius petitioni, perseuerat tamen in rogando: Vade Domine, nimis prolixus es. Arcanum mysterium, an Christus ignorabat, sibi non concedendum, quod supplicaba? Nouerat optimè, & licet fuisset purus homo, qui hoc ignorare potuisset, jam tamen ex reuelatione Angeli nosse potuisset. Cur igitur rogat id, quod sibi prænouerat minimè concedendum? Ad quid instat & vrget sæpiùs orando id quod nouit sic statutum à Patre, aliter non faciendum? Vt quid audita jam vltima resolutione & sententia definitiua, Christi locum non dari eius libello supplici, reuertitur in oratione perseuerandum, quâ tibi à Deo poscis tuis tiã. ærumnis solatium: si enim ille, perstiterit optimè conscius, quod eius Pater non annueret petitioni, quanto maiori te decet fiducia plenum in oratione esse continuum: de Dei subsidio minime diffidentem, qui tuis in omnibus opportunus aderit tribulationibus auxiliator? Hoc tuum est, hoc te rogat Dauid diuinis illis verbis: *Deo salutare meum & gloria mea: Deus auxilii mei, & spes mea in Deo est: sperate in eo omnis congregatio populi, effundite coram illo corda vestra, Deus adiutor noster in æternum.* In Deo salus nostra remedium, subsidium, omnes in eo sperate, omnes rogate, omnes eum inuocare, si taceat, si non tibi respondeat, ne propter hoc tergauersas sed potius resumptis viribus, coram illo supplex prosternere, coram illo cordis tui effunde viscera, coram illo suspiriis ingemisce lachrimosis. *Effundite coram illo corda vestra.* Crede, confide, nosce: *quia Deus adiutor noster in æternum.* Sic sapiens hæc agit mulier negotiatrix.

Lib. 2. contra Pelag. Heb. c. 5. 7 Mat. c. 26 39.

Luc. 6. 22. 44.

III. In Ps. 61. 9.

§. 14. Non est bonum. *Hæc repulsa prouocat Christus huius mulieris fidem, qua hortus apparet cælestis.*

RE torquet Christus in illam vultum asperum, & quasi nauseabundus, vel stomachabundus ait illi. Discedito hinc canis. Anne bene fecero, si panem filiis abstraxero, & canibus porrexero filii sunt Iudæi, Chananæi, canes, panis, beneficia, dona gratiæ: Fortis canes. *Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus.* O Deus optime, an tale verbum ex ore tuo posse deprimi quis credat? sponsa tua, cui vt pote apprime notus, ait, quòd ore tuo non depromas nisi suauitates gutture tuo dulcissimo formatas: *Guttur illius suauissimum,* non semel repetit Apostolus, dedecere Episcopum esse percussorem. *Non percussorem:* Hoc est (interprete nostro Caietano) non decent Episcopum amara & graua verba, illis enim læditur anima, & medullæ lancinantur. *Flagelli plaga facit liuorem: plaga autem, lingua comminuit ossa:* testatur Spiritus S. De quo D. Chrys. fusè tractat, expendens Davidem grauius multo tulisse calumnias, quas illi Semei verboreus inferebat, quam ipsa opera pessima, quibus eum Absalon filius suus lacessebat, qui patrem ad eas impellebat angustias, vt palàm

36

Cant. 5. 16. ad Tim. 3. 3. & ad Tit. c. 1. 7.

Eccl. c. 28. 21.

suo,

suo, ac vrbe Hierusalem excedere, & in deserta fugere cogeretur; & ratione harum iniuriarum composuit Psalmum trigesimum octauum, quo se numquam toto vitæ suæ decursu, tot ærumnis infelicem fuisse protestatur. Et Iob plus cruciarunt ignominiosa illa probra, quibus illum propria vxor incitabat, quàm omnia illa damna quæ illi Chaldæi, Sabæi, imo diabolus ipse intulerant, vt ipse satis aperte demonstrat in eo quod illis respondit. Quinimo, vt tormentum cæteris acerbius (inquit D. Chryſ.) Annæ illud pro molestissimo ac postremo diabolus reseruauit. Quomodo igitur Pontifex pissime tali mulierem cædis flagello? Nomen maximè dedignationum ac infame quo quis quempiam posset apud Iudæos infamare, hoc erat, eum canem appellare. Ita Abisai Princeps Dauidis, scurram illum ac perfidum Semei, canem vocauit, dum Dauidi opprobriis malediceret. *Quare maledicit canis hic mortuus Domino meo Regi.* Ita quoque Hazael, dum ei res minimi momenti ac vilis proponebatur ab Elizeo facienda. *Quid enim sum seruus tuus canis, vt faciam rem istam:* Idcirco D. Paul. hæreticos, & Iudaizantes vocat canes, vt viles & abiectos. *Videte canes.* Hinc quoq; nos traximus morem, vt infideles, præsertim Mauros vocemus canes, eo quod viles sint & canibus immundiores.

Grat. de filia Annæ.

1. Canis nomen probrosum.

2. Reg. 16. 9.

4. Reg. 8. Ad Phil. 3. 2.

En Domine, mulier hæc te vocat filiũ Dauid, recordare, quæso, quod ipse Dauid tam molestè tulerit responsum tale, quale illi dedit Nabal, vt de facto iter arripuerit, turmis suis stipatus, vt tam ipsum, quam omnia, quæ sua erant, traderet in ernecioni. Rogauit eum Dauid verbis pacificis: omni humanitatis submissione, vt sibi occurrere, dum fame præmeretur benigne dignaretur, cum illi facultas suppeteret. Respondit Nabal: *Tollam panes meos, & aquas meas, & carnes pecorum, quæ occidi tonsoribus meis, & dabo viris, quos nescio vnde sint.* Hoc responso ita contra eum exarduit Dauid, vt extemplo adscitis sibi copijs: recta domum eius versus tenderit, vt eum à quo tanto fuerat læsus opprobrio, domumque eius disperderet vniuersam.

1. Reg. 25. 11.

¶. 27 Hoc quoque, vt audio, huic respondes mulieri, ac per consequens justã ei præbes turbationis occasionẽ. Quid habet, quod speret quis tali repulsus opprobrio? Hoc vnũ Domine præcepisti diuitibus ne pauperibus eleemosynã petentibus vllo modo molestè responderent, aut quo illos contristare posse videantur. Primo prohibet: *Cor inopis ne affligeris.* Demum: *Declina pauperi sine tristitia aurem tuam, & redde illi debitum & responde illi pacifica in mansuetudine.*

Eccl. 4. 3

Hoc etiam inter cætera magis exeeratur D. Chryſ. in diuitibus, non quod egenis denegent eleemosynam, quam supplices deprecantur, sed quod eis illam non largientes, eos insuper verbis repellant amarioribus, de quibus alias egimus. Quid igitur hoc est Domine? An non sufficit huic mendicæ negare eleemosynam, eam insuper & verbis adeo probrosis inhonoras, vt quasi canem repellas indignabundus? foras canis. O quàm tibi mulier compatior, quibus te depressam lugeo calumnijs? quàm non anxius gemeret nauta pauperculus, hoc in oceano suis crudelibus circumcinctus inimicis ac pyratis, qui nauim vndequaque incessanter oppugnant, quatiunt tormentis, impetu facto ad deditionem compellunt, ille vero dum ad postrorum propugnaculum recurrit, omnibus defensionis locum tutissimum, primo voces emitteret auxilium sibi implorans, nemo illi responderet, & post pusillum, qui succurrere putabatur, tormentum exploderet bellicum tanta glande obarmatum, vt integram turrim solo prosterneret ruituram? Quid agas misera nauicula? Et quid tu pauperecula Chananæa Video te ad illa tristia fata damnatam, quibus lugebat Vates Hieremias oppressam Hierusalem, dum illud lugubre carmen seu tristes nænias decantaret. *Contriuit ossa mea, circumdedit me felle & labore, sed & cum clamauero, & rogauero exclusit orationem meam. Conclusit vias meas lapidibus quadris, semitas meas subuertit.* Admiremur modum loquendi: *Conclusit vias meas lapidibus quadris*; loricam mihi ex lapidibus sectis opposuit, vt vel vno passu progredi impossibile esse videatur. O pauperecula, quibus te premi contemplor angustijs, vt de se Iob nobis loquebatur: *Semitam meam circumsepsit, & transire non possum, & in calle meo tenebras posuit.*

Tract. 2. num. 532. & seqq. 11. Similitudo.

Thr. c. 3. 4

Iob. 19. 2.

O grande mysterium. Hortatur nos Apostolus vt in tribulationibus nostris tota fiducia recurramus ad Christum, vt misericordiam inueniamus. *Adeamus cum fiducia ad thronũ gratiæ, vt misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno.* Quis est ille thronus Illum descripsit D. Ioan. valde conformiter visioni eiusdem throni apud Ezechielem. Vidi, inquit, thronum agni splendidum: *Iris erat in circuitu throni.* Iris symbolum est misericordiæ. Quasi diceret, circumdatus erat misericordia. Intuetur D. Ioan. quid de throno illo procedat: *De throno procedebant fulgura, & voces, & tonitrua.* Parce nobis Domine, de throno misericordiæ

Hebr. 4. 16

Ezech. 1. & 2.

Apoc. 4. 5.

diæ procedere tam horribilia? Illo modo, quicumque ad illum accesserit, illa, quibus ei respondebitur, fulgura erunt, tonitrua, terriculamenta, quibus terreatur, deiciatur, vel vox aliqua terrifica, quæ eum in fugam coniciat. Sic est, scito tamen, cum sit thronus misericordiæ, voces illas, tonitrua & fulgura, quæ de illo procedunt, misericordias esse Dei & verba dare mordacia, vt tonitru, & quod dixeris ignes esse desolatorios, dare est & magnam præstare misericordiam: non enim tendunt ad perditionem, sed ad lucrum, quibus Deus viam sterniit diuinæ suæ gratiæ largiendæ. Ita modo agit, dum mulier hæc ad thronum hunc accedit diuinum misericordiæ. Hinc exoritur. *Miserere mei.* Illi respondet Christus tonitru, fulgure, horrendis vocibus, vt canem repellit. O quale illud fulgur terrificum! *Non est bonum &c.* Considera vero, non esse ad eius interitum, sed ad misericordiæ magnæ beneficium. Non credideris Christum voluisse mulierem hanc damnatam iri, aut extingui deuotionis spiritum; absit omnino, sed ardentius excitari.

Verba quædam dixit Pater æternus ex ore vatis Isaiæ, defectibus filii sui benignam conditionem quæ Euangelistæ ad litteram restantur in illo fuisse impleta, dum tanta homines affabilis comitate exciperet, licet autem huic historiæ videantur hæc esse contraria, tamen subtiliter hoc explicant. *Isa.c.42.1* *Electus meus, complacuit sibi in illo anima mea, dedi super eum spiritum meum, non clamabit &c. Linum fumigans non extinguet.* Contemplare dilectum meum: dedi illi spiritum meum benignum, suauem: ipse quoque erit tam suauis, vrbanus, mansuetus, vt ne linum quidem fumigans extinguat. Hoc non capio, an hoc non contradicit veritati si hic oppositum pateat in hac Chananæa? linum est flaccidum, spe incensum, oratione sua fumigans, quam tamen talibus extinguit terminis, vt omnes ei portas occlusisse videatur. Clamat prono, cui non respondet, intercedunt pro ea medii Apostoli, quibus ille, locus non est, bonum non est, verget illa, quam vt canem reiicit, & cum canis sit, ei dare panem filiorum, asserit nullatenus expedire: Domine, spiritum hunc languentem extingues, deuotionem spemque huius pauperculæ mulieris infirmabis. Quomodo tu ille, de quo: *Linum fumigans non extinguet?* Diuina latent hic mysteria. Magnum interest discrimen inter candelam accensam, quæ modica luce paret: quia funiculo stuppeo vel ellychnio tenero fulcitur, & interstitionem ardentem quem ignis & accendit & omnino persuadit: candelæ ne insuffles, continuo enim lux eius extinguetur, qua ardet, modica est etenim: titionem vero plenis licet buccis insufflaueris, absit vt extinguatur, quinimo eo magis accenditur, flammam emittit clariorem, quæ cunctorum perstringat oculos vicinorum. Multi Christum conuenerunt, beneficia eius petituri, sed tam modica luce splendidi, vt ad vnicum Christi flatum extingueretur: sicut Princeps ille Synagogæ, hic Christum adiit, deprecans eum, vt filiam suam defunctam ad vitam reuocaret, fide tam modica, vt credideret Christum nihil posse operari, nisi vbi præsens esset corpore, proinde institit, vt domum suam accedere dignaretur, miraculum in filia sua patraturus. *Matth.9.* Idem Regulus, idem cœcus Hiericunthinus, leprosus ad pedem montis & alii. Quocirca illis, accedentibus, & rogantibus non insufflauit, nullis eos repulit verbis amarioribus. Porro mulier hæc titio erat incensus, hanc petens charitatis ignis accenderat, fideique luce clarissima, spe securissima, profundissima humilitate, ideirco Christus ei plenis buccis insufflauit, & tanto vento dissipauit, quo licet paruæ candelæ penitus extinguerentur, ille tamen titio, absit vt extingueretur, quinimo ignis eius magis exardesceret, quo flammas adeo lucidas emitteret, & scintillas adeo splendidas produceret, quibus totus mundus illustraretur, sicut de facto monstrauit respondens. *Etiam Domine: nam & catelli edunt de micis quæ &c.*

III. Allegoria

Perpendit D Aug. nostro proposito conuenienter illam sponsi cœlestis dispositionem. *Epist.120* Erat sponsa hortus deliciarum in quo omnia *ad hon.* videbantur vniuersa florum, aromatum, & herbarum medicarum genera, hortus sed conclusus, vt nemini paterent flores odoratissimi, aromatum suauefragrantia non perciperetur. *Hortus conclusus soror mea sponsa &c. Cypri cum nardo, nardus & crocus fistula & cynamomum cum vniuersis lignis, aloe &c.* Quid igitur ages, supreme sponse, vt odor tantorum aromatum, lignorum, florumque exterius hauriatur? frustraneum enim videtur, habere hæc omnia, sed nec illorum odore pasci, nec visu recreari Præcipit, & ordinem præscribit ventis vt perflent hortum, concutiant, & fortiter herbas omnes, omnia aromata, ligna omnia ventilent, ita enim odor ille suauissimus foras

exhalo-

Cant. c. 4. 11. euaporabit, cunctosque recreabit. *Surge Aquilo, & veni Auster, & perfla hortum meum, & fluant aromata illius.* Hoc te docet experientiæ, quod flores quamuis odoratissimi, tamen suum non exhalant odorem, nisi agitati, vel manibus contacti, & quasi contriti. Habes in cubiculo tuo manipulum, collectum ex saluia, thymo pluribusque fragrantissimis herbis, si eas ne vel modicum agites, vel manibus conteras, odorem suum non exspirant. Vt autem, inquit diuinus sponsus florum meorum gratissimus odor percipiatur: *Surge Aquilo, & veni Auster, & perfla hortum meum*: duobus sibi oppositis ventis hoc præcipit, Aquiloni & Austro, hortum ventilent. Quid hoc noui queris D. Aug? O quis hortus justus est, fœtus floribus, herbis, vnguentis cœlestibus, tot virtutibus redundans, charitate, potentia, obedientia, oratione, perseuerantia &c. Non patent, non sentiuntur dum conclusæ detinentur? vt vero earum odor percipiatur virtutum: surgat Aquilo, id est diabolus, & Auster meridionalis id est Deus, ambo hortum hunc perflent, concutiant, ventilent.

Veritas patet exemplo in Iob; attende quomodo illum ex vna parte diabolus impugnet, perflet, ventilet bona eius, armenta, greges, domum, filios: imo & ipsum Iob? Ad Deum confugit, & ex altera parte tacet Deus, nec illi verbum respondet, imo dixeris, quod eum deserat, quo de nouo virum justum affligit & amarius excruciat. Ad quid? Vt per hoc foris exhalentur acceptissimus ille virtutum odor, & patientiæ, perseuerantiæ, viuæ fidei, securæ spei, & nostras reficiat animas, nostras foueat virtutes, sicut eas & recreat, & odore corroborat. En mulier Chananæa, ô hortus cœlestis diuino germine virtutum vndequaque fœcundus: nullus eas haurit, nullus eis roboratur. Accurrat diabolus, & ex parte vna perflet domum eius, excruciet filiam; ex altera ventilet eam Deus, clamanti non respondeat, turbine tam horrendo concutiat, quasi concussit, dum eam esse canem exprobat. In quem finem? *Fluant aromata illius.* Ecce quam gratus odor patientiæ, humilitatis, obedientiæ, cognitionis sui ipsius, Dei reuerentiæ. *Etiam Domine, nam & catelli, &c.* Iam cape cur Deus pleno spiritu incenso huic insufflauerit tittioni.

Hoc modo agitat Deus Sanctos primæ notæ qui pietate vigent, solida, & fundata: quando enim eos duplicatis vexat laboribus, & videtur duriori conterere flagello, tanto magis accenduntur, & flammas fidei, spei & charitatis emittunt clariores. Ita Iob declarabatur, vt jam expendimus, dum ei Deus asserit idcirco tam crudas illi flagella ingeminari: *Vt Sanctus appareres.* In quas redigit Deus angustias Susannam pudicissimam, vt tanto eius virtus insignior appareret? Quibus non periculis Deus exposuit Danielem medium inter leonum vngues, vt eius spes, fortius sumeret incrementum? quam dure suos habuit Apostolos, postquam illos jam factos titiones, Spiritus S. igne creauit feruentiores? Quomodo sanctos Martyres? Quas calamitates, quas persecutiones non sustinuerunt? quæ tormenta, quos tyranni in illos non exercuere cruciatus, vt fidei eorum lucem aquis extinguerent tribulationum? Conspirate venti inimici, duplicate, triplicate verbera, vobis cum facibus ardentibus est negotium, quas quo maiori vi, & conatu ventilatis, ac exagitatis, eo clarior orbi toti eorum lucebit flamma fidelitatis. Quali Deus probauit, excussitque venti labro D. Paulum, postquam eum cœlesti splendore collustrauit? Hinc collige, quam leuis, quam languens sit tuæ spiritus deuotionis, & quam tenerum ellychnium spei tuæ, quod minimo flatu tribulationis extinguitur, & leuissima occasione euanescit in fumos. Hic optime quadrat metaphora, qua vates Isaias declarat differentiam, qua Deus electos suos probat, & eorum discutit virtutem, nimirum ea, sicut villicus operarius, qui omnia grana, vt illa emundet & in horrea sua recondat, torturæ subiicit; attamen minora, & quæ non sunt resistendo, vt anisum, gith, sinapi, cyminum, leui purgat flabello, maiora vero & duriora, baculo; triticum vero fortius graui premit ferra spinis ferreis præpilata, & silicibus conterit, vt in pulueremi redigi videatur, sed non in eum finem, verum vt ab omni palea emundetur. *Non in serris triturabitur gith, nec rota plaustri super cyminum circuibit sed in virga excutietur gith, & cyminum in baculo, panis autem comminuetur, &c.* De quibus alias latius. Vobis, qui virtute estis parui, quos labores tantilli ponderis immittit? Ægritudinem quandam leuem, minimè molestam, quam dulci culcitra perfertis, mille cupediis suffultam; paupertatem, ita vt vobis numquam panis desit; persecutionem, quæ si tacueris, euanescit. Verum enim vero viros sanctos, fortes, animosos, vt frumentum tritici selectissimum, quibus ferris non triturat, quibus ferratis curribus non conterit eos Dominus emundandos? D. Petrum cruci affigit, D. Paulum gladio transuerberat, D. Laurentium craticulæ

Isa. c. 28. 27.

craticula ignita exurit, Diuus Stephanum lapidi m grandine præfocat, hanc quoque mulierem aſperâ repulsâ examinat, verbis amarioribus ſupplicem repellit. Hoc autem totum factum eſt, vt grani pateat pulchritudo, & tritici laudetur à tinea non exeſi fortitudo.

§. 15. Etiam Domine. *Ex opprobrio retulit mulier miſericordiam, ſicut Anna & Eſther.*

Matth. 15. 39 REſpondet mulier: *Etiam Domine, nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de menſa dominorum ſuorum. Etiam Domine.* Aptiſſima confeſſio, vt Deus illam exaudiat. Enucleat D. Auguſti. hæc Dauidis verba *Vias meas enunciaui, & exaudiſti me.* Ait, quod alii legant: *Vias tuas*, at communis habet lectio: *Vias meas.* Quod ſignificat: vias meas, continue: *Confeſſus ſum vias meas.* Luberet modò proſequi, quanti refert in oratione perſeuerantia, quam nos docet prudens illa negotiatrix: licet enim Deus nos fuſtibus, vt canes abigat, dum aliquid poſtulamus, animo non deſpondeamus, quinimo, tum nouo clamore, nouo ſpiritu reſumamus animos, huius mulieris imitatores, quæ, quantum colligo, Dauidis illa verba capiebat, qui ita quoque faciebat, & declarabat, inquiens: *Voce meâ ad Dominum clamaui &c. In die tribulationis meæ Deum exquiſiui, manibus meis, nocte contra eum.* Verba digna conſideratu. Pari Marte (a) luctabar ego cum Deo, & meipſum illi opponebam. Tangit hic luctam Iacob, in oratione illa tam feruenti, quam deſcribit Spiritus ſanctus per modum prægnantis luctæ contra Deum ipſum, in qua totam noctem impendebat: ſic quoque tibi agendum, quando Deus poſtulata tibi negat. Redi denuo, reduplica petitionem tuam. Hoc eſt: *Nocte contra eum.* Attamen hoc omiſſo, dico, & auderem ego iurare, hanc Chriſtum habuiſſe intentionem, dum mulierem tam duro repellit flagello, nimium vt illa ex ſe ſonum illum ederet ſibi adeò pergratum. Deus amicus eſt ſonitus, & ſono benesonantis campanæ delectatur: *Laudate eum in cymbalis benesonantibus.* Vt autem campana ſonum edat, oportet illam percutere, & tantò fortius percutis, quanto vis ſonus altius audiatur. Hæc Dei mens eſt, dum Sanctos ſuos tribulationibus grauius percutit. Hoc in Iob volebat, quo circa tanto illum verbere percuſſit, vt quis dixerit, quod Deus eum conterere voluerit; vt ſuauem illum ſonum intonaret: *Dominus dedit &c. Si bona ſuſcepimus &c.* Sonus Deo eiuſque cœlitibus tam gratus, quàm diabolo terribilis, quo audito in fugam ſe dedit, victumque declarauit. Ob hoc hodie tam aſpero campanam hanc verbere percellit, velut canem exprobrans, vt huius vi verberis, ſonus ille tam canorus audiretur, quem & ipſi Angeli admirentur. *Etiam Domine: nam & catelli.* Nota, quæſo, cœleſtem huius mulieris philoſophiam, quæ, abſit (inquit D. Chryſoſt.) vt animo fideque deſponderet, tanto opprobrio laceſſita, quinimo illo audito, progrediebatur alacrior: *Non ſolum eam non abegit dictorum aſperitas, ſed in maiorem alacritatem excitauit*; & ex eadem calumnia, qua credebas illam omnino deiiciendam, materiam ſibi ſumpſit nouæ fiduciæ, & ſpei fortioris, imo & ipſum Deum ſuperandi, qui illam tali calumnia repulerat ignominiſam.

Tractatum edidit D. Chryſoſt. Vbi cœleſtem & admirabilem expendit Annæ mulieris ſanctiſſimæ philoſophiam, Sancti prophetæ Samuelis olim matris; qua exorſus eſt Spiritus ſanctus libros Regum. In eam inſurrexit in domo ſua mulier ſuperba Phenenna, quæ continuis opprobriis & quotidianis conuitiis in eam graſſabatur: eo quod nulla prole eſſet fœcunda quod eo tempore maximæ infelicitatis, imo & diuinæ maledictionis habebatur iudicium. Talibus itaque criminationibus pia mulier vulnerata, domo diſcedit, Dei tabernaculum adit, cuius tantis ærumnis mederi omniſeriis rogat miſericordiam. Aliquanto temporis perſtat in oratione, nec pro votis exauditur, tanto feruore, tanto perſeuerat affectu, vt facie & labiis varies edat geſtus: & dum ſibi à Domino ſperat tanto malo remedium, ecce ſummus adeſt ſacerdos, qui illi. Hinc abito, foris ebria: *Vſquequo ebria eris, digere pauliſper vinum quo madet.* O quale conuitium? crederem, omnem eius patientiam in furorem peruertendam: *Domi exprobrat amula* (inquit D. Chryſoſt.) *Venit in tabernaculum, & verbis aſperis increpat ipſam Sacerdos, eſſugerat domeſticam tempeſtatem, venit in portum, & rurſus inuenit undas venit aſperè, edicamen, & vultus exaſperatiũ eſt.* O quã virgens occaſio: licet enim ſemper tibi detur commotionis ratio, dum canino quis te dente perſequitur, attamen multo maior eſt, quando ea pateris, dum triſtiori fato ærumniſque mi.er.

(a) *a brachio parrido*

Iob. 2. 10.

D. Chr. Hom. 33. in Gen. Tom. 1.

Hom. de fide Annæ & l. 2. 3 ad pop. To. 1. &

miſer abſorberis, ſicut ictus grauius lædit, quando ea parte infligitur, vbi vulnus ſeu tumor corpus affligit; *Scitis, quomodo animi perturbati, ac in mœrore conſtituti, aduerſus contumelias & conuitia ſunt affecti: dum enim perturbato* Pſal.68.29 *perturbationi additur, ingentem & intolerabilem inducit commotionem.* Hanc, œquam exaggerabat Dauid, aiens; *Super dolorem vulnerum meorum addiderunt.* Intuere nihilominus (hortatur D. Chryſoſt.) huius mulieris diuinam virtutem, quæ lechalibus Sacerdotis huius ſpiculis impetita, non incandeſcit, non commota obtrectat ſacerdoti, quinimo tota humilitate calumniam ſuſtinet, & ex illa ſibi viam ſternit, vt id, quod deſiderat, valeat impetrare. Etiam me vituperaſti Domine? Tu dicis; ſed non mero ſopita at dolore, & mœrore conſumpta lugeo; qui tantus eſt, vt mihi cor medium diuidat, & ob hoc tuum ſupplex depoſco ſuffragium. Hoc ſacerdotis pectus emollitur, ita vt ei quidquid optabat miſericors indulſerit.

Subtilis hæc eſt philoſophia, & eadem huius Chananææ collaudatur, quæ eadem incedit via; dolore quippe concitata & domeſticis agitata procellis, dæmone filiam ſuam male torquente, confugit ad Dei tabernaculum id eſt Chriſtum orat, clamat, ingemiſcit, ſuſpirat, obteſtatur, ſed nec ei Chriſtus reſpondet, & vbi tandem exſpectat pœnarum ſolamen, ecce ſummus ſacerdos eam acriori verbo; foras canis, abigit; at vero o prudens mulier, quæ tantam humilis & tacita ſuſpirit calumniam, inquiens; *Etiam Domine.* Conſentio Domine; quia ego canis ſum: ſed hoc ipſum eſſe canem, ius titulumque mihi præſcribit, vt vel micam tuæ miſericordiæ mihi prætendam, iam nunc animoſior. Hoc enim canibus ius, nullus negat, micas de menſa colligendi decidentes. Inſuper & modo iuraſe præſumam, quod Chriſtus hoc ei verbum non improperauerit, vt eam pudore confunderet, ſed vt baſim ei ac pedem præfigeret, & ſpei ſuæ, ac prætenſioni iaceret Iſa.28.4. ſtabile fundamentum. Ait Dominus per Iſaiam *Dominus dedit mihi linguam eruditam, vt ſcirem ſuſtentare eum, qui lapſus eſt verbo.* Licet autem D. Iuſtin. Martyr exponat hæc verba iuxta aliam lectionem, vt diximus iam ſuperius; tamen multo ſcatent, ſecundum noſtram lectionem, ſacramento. Sed o Domine, potius nunc videris mulierem hanc collapſam, verbo vnico protinus conterere, cum eam canè appelles. Quinimo ſapienter admodum canem vocauit, vt eius non concidat fiducia, ſed animos ſumat æquiores; quod ſi me canem indigites, reſpondeo Domine, quod ſim: at propter hoc, & in hoc meam ſtatuo fiduciam: *Nam & catelli edunt de micis*; accipit hoc cognomen, vt ſuæ prætenſionis ſuſtentaculum, & fiduciæ fundamentum.

Perdoctam compoſuit librum D. Cyprianus de modo quo ſunt a nobis de manu Domini flagella recipienda. hunc prænotauit; *De diſciplina & habitu virginum*, ac ſupponit illa libenti ſuſcipienda voluntate, & quaſi duabus manibus acceptanda; hoc enim (ipſo interpiete) intendit Dauid; *Apprehendite diſciplinam.* Ratio vero ea eſt, quia hoc a nobis Deus prætendit, vt noſtra peccata cognoſcamus, quæ nunc veraciter cognoſcimus, quando Dei flagella nobis propter hæc immiſſa, acceptamus, & ea nos, imo multo maiora mereri humiliter profitemur. Ille qui iudicat, pœnam ſibi a iudice inflictam excedere culpam ſuam, & ab ea appellat, ei repugnat contradicit, hoc ipſo proteſtatur, quod ſuam non credat culpam adeo grauem, vt illam iudex exaggerat. Pſa.2.12.

Hinc oritur illa ceremonia, qua præceptores vtuntur, dum pueros virgis cædunt, & patres 49
filioles, dum nimirum eis iam caſis virgas exhibent oſculandas, quaſi qui iſta approbatione fateantur, id quod illis eſt dolori, vergere in eorum ſalutem, & quod ipſi illas virgas acceptent in culparum ſuarum ſatisfactionem. Idcirco vult Deus, quando nos ob peccata noſtra durius cædit, virgas exoſculemur: *Apprehendite diſciplinam* monet Dauid, & in Hebræo (vt notat D. Hyeron.) alii transferunt; *Oſculamini* Oſculamini virgas quibus Deus vos caſtigat, dicite; *Etiam Domine.* Sic eſt, Domine, has bene merui. Hoc ſi egeris, poteris tibi his vti in tui remedium. O Domine, verum eſt, fateor, peccator ſum, nec veniam mereor, hæc pœna peccatis meis multo eſt inferior. *Etiam Domine.* Attamen ius habent, Domine mi, peccatores, a tua iuſtitia digne caſtigati ad tuam miſericordiam confugiendi, & eiuſdem ſibi micam arrogandi. Optime mihi convenit, Domine, hæc infirmitas; non enim bene & ad ſalutem meam vſus ſum priſtina valetudine, quam te grauiter offendendo male impendi; *Etiam Domine*; ſed, o Domine mi, ob hoc ipſum, quod eſt agere pro delictis meis pœnitentiam, ſuccurre mihi; dignum & iuſtum eſt, Domine paupertatis flagellum, quo me ad micam panis reducis famescentem, quia bona mea

I. Peccatores habet ad Dei miſericordiam confugiendi.

in mundi dissipaui vanitatibus. *Etiam Domine.* Verumtamen vt satisfacere possim illi, in quo te per illa offendi: subsidium meæ deprecor indigentiæ.

In pastor. p.2.c.6. Ps.22.4. Hoc (inquit D. Gregor.) indicauit Dauid his verbis: *Virga tua, & baculus tuus, ipsa me consolata sunt.* Discretimem est inquit ille, inter virgam & baculum, virga percutimus & ferimus, baculo vero sustentamur, innitimur; *Virga percutimur, & baculo sustentamur.* Mirare Dauidis philosophiam. Domine virga tua, quæ mihi baculus est, fuit mihi consolationi. Quid loqueris, quid o Dauid argumentatis? Ex virga, qua me ob peccata mea percutis iustus iudex, compone mihi baculum, cui innitar, misericordiam tuam petiturus. An me doloribus atteris? His igitur mihi seruio, vt peccata dimittas, & præstes misericordiam. An me paupertate castigas? Illam accepto Deus meus, vt de manu tua, porro tu ille es, cui incumbit, media mihi conferre quibus

Ps.24.17. mitigetur: *De necessitatibus meis erue me.* Hanc

D Augu. in illud Ps.58 Examen patientur. Tom.8. mulier hæc meretur laudem ait D. August. Dominus enim eam mordacis verbi percutit flagello, verumtamen ex eo sibi baculum erigit, cui innitatur, vt fidentius oret: *Quidautem? Num illa hoc repulsa? Suscepit humiliter conuitium, & meruit beneficium. Ita* (inquit) *Domine verum dicis: prorsum verum dicis, vtique Domine, canis ego sum. sed & canes edunt* &c.

Opportuna nobis ad hoc explicandum adest

141 Regis Assueri Esther Regina charissima. Nulli licitum erat Regis Persarum adire præsentiam, nisi ei quem rex vocasset nominatim, & qui aliter intrare præsumpsisset, reus capitis damnabatur, si Rex illi virgam signum clementiæ non porrexisset. Quis non stupeat indicium esse clementiæ, quemquam virga percuti. Adit Regis præsentiam Esther non vocata, tota mœrore confecta, prostrata periculo, quod sibi, totique populo suo certius imminebat. Vt vero se rex

Esthe.c.5. 2. illi declararet misericordem; *Extendit contra eam virgam auream quam tenebat manu.* Quid ad hoc illa? Ambabus virgam colligens manibus magno affectu eam osculatur, & per hoc Rex regia vsus est clementia, benigne per omnia eius se inclinans petitioni. Hoc tu quoque facito. Quid arbitraris, dum te Deus virga percutit tribulationis, signum esse animi in te concitati? Nequaquam, sed amoris ac clementiæ. Repetita

Hebr.cap. 12.6. Apo.3.19. iam sæpius est illa D. Pauli sententia: *Quem enim diligit Dominus, corripit, & quasi pater in filio complacet sibi.* Vnde & hanc elicit consequentiam quam D. Cyprian. eleganter expendit: *Ergo si extra disciplinam estis, adulteri, & non filii.* Num contra te Deus virgam extendit? num paupertate percussit? num infirmitate vlcerosa? num angustiis, num molestiis grauioribus? Osculamini disciplinam, virgæ eius summitatem, huic innitete, eam tota mentis accepta submissione. per, hanc tuæ remedium deprecare necessitatis. Hinc illud, quod D. August. notat in electis Dei quo Deus eos acerbius flagellat eo de eius sperant misericordia securio es flagella cum humilitate acceptando. Ad hoc exponit illa Dauidis Regis verba: *In tribulatione dilatasti mihi.* An non aduertis, (quærit D August.) quod quo sæuius repetito verbere auri laminam percutis, eo magis extendatur? Ita iustorum corda, quo illa Deus ingeminatis percutit flagellis acerbius, eo crescit & extenditur in eis; misericordiæ fiducia securior; & tanto certiori spe aluntur Dei dona recipiendi, quanto maiori submissione Dei virgam, taciti venerantur.

In Ps. 14. *Ps.4.2.*

Optime in rem nostram D. Chrysost. disputans de publicano & Pharisæo, quos Christus refert in Euangelio. Ambo ascenderunt in templum vt orarent; Pharisæus propius accedit ad altare suam exorditur orationem, quæ tota concludatur propria sui ipsius laude, & grauibus in publicanum dicteriis. *Deus gratias tibi ago, quod non sum sicus ceteri hominum, raptores, adulteri* &c. *velut etiam hic Publicanus.* Qui hic ad templi ianuas adstar precaturus, Quid respondit Publicanus? omni qua potuit humilitate susceptis conuitiis Pharisæi. *Percutiebat pectus suum dicens; Deus propitius esto mihi peccatori.* q. d. Verum est, fateor, quod mihi imponis Pharisæus: illo quippe pectore, nihil præter scelera gero peccator omnium primus, quocirca illud percutio, quasi illis me opponens aduersarium. Attamen tua seruatur misericordia peccatoribus eis, qui te offendunt, tuam offers gratiam, tuæ viscera pietatis. Quid factum? fuit hoc vnicum medium, quo faustum felixque obtinuit *Placet*, Publicanus. *Descendit hic iustificatus in domum suam ab illo.* D. Chrysost. intelligit quod dicere voluerit, illas sibi illaras a Pharisæo calumnias, & tacita submissione toleratas, suorum coram Deo præparasse peccatorum remissionem, *Vides* (inquit) *celeritatem, accepit opprobrium, & abluit probrum; agnouit peccata, & abluit peccata, & criminum accusa to facta est illi criminum remissio, & hostis iustius, factus est beneficus.*

II. Peccatorum confessio Dei misericordiam obtinet. *D.Chry. Hom.3.de Saule & Dauid & Ho. 62.ad popu.Tom 5. Luc.18 12.*

Si dicteria, si tanti hypocritæ nempe Pharisæi conuitia, humiliter acceptata tantum potuerint,

tuerint, ad Publicani criminum ablutionem: quanto plus poterunt de manu Domini flagella, de ore Domini opprobria in tuam sempiternam salutationem: Ex hac doctrina subtilem colligit
In Ps 22. 2. D. Bern. conceptum, exponens hanc spiritus S. sententiam: *De stercore boum lapidabitur piger.* Quæ licet proposito nostro aliena videatur, illam tamen ingeniose declarat. Quid aruis campisque vtilius boum stercore? Quid magis in terræ beneficium præstare potest agricola, quam totam eius superficiem boum stercore cooperire? Illo enim sic hinc inde dispersо, tellus incalescit, & fructus producit abundanter, messemque copiosam. At si campus tam peruersæ foret qualitatis, vt receptum ab agricola stercus in silices conuerteret durissimos, hoc in eius cederet detrimentum, efficeretque vt illud quoque bonum quantumcumque in illo foret seminatum, etiamsi excrescceret, exsiccaretur, langueret, deperiret. Ecce quid cœlestis intendas agricola, dum tibi labores, calumnias & immittit infirmitatem: stercora simumque mittit in campum tuum. Hæc stulti fors siniſtra, quod stercora transuertat in lapides, his obduretur, & qua adhuc vigebat patientia, illam consumat, languentem spem deiciat, scintillas extinguat charitatis, vnde viuit inquietus & exanimatus, desolatus. Tales vos accuso, qui tribulationibus a Deo permissis, & fœcundo stercore impinguari, arescitis, instar silicum obdurescitis, omni fructu steriles. & de vobis hæc fabula narratur, *De stercore boum lapidatus est piger.* Sapiens vero virque iustus, amplexibus hoc amplectitur manibus, & tanto se fortius animat ad patientiam, ac de Dei misericordia fiduciam, quanto se percipit plus a Deo simo illo stercorari; quo fructus profert virtutum, flores odoratissimos, gratiarum in-
D. Bern. quam, actiones, vt alter Iob, vt mulier hæc Serm. 2. in se Chananæa. Audiamus ergo D. Bern. *Non ig-* Ps. 88. *A. noro simum esse verbum increpatorium, verbum* Petri *improperii*, &c. *Sed impugnatur, qui increpa-* & Pauli, *tus benigne accipit, mansuete respondet*, &c.

§. 16. Mittere canibus. *Attende, quod melior est canis viuus leone mortuo, & quòd de tenebris Deus lucem educit.*

IAm nunc intelligo (fatetur D. Augustinus) difficilia illa verba, & quasi ænigma, quod Spiritus S. per os Salomonis præposuit: *Spes est in tenebris: melior est canis viuus leone mortuo.* Ita legi D. Aug. quod vulgata nostra lectio scribit: *Nemo est qui semper viuat*, &c. *melior est canis viuus leone mortuo.* Et licet lectio hæc aliquibus non conueniat, aliis autem satis est conformis, quod modo non vacat explanare. Subtiliter dicit Spiritus S. (ait D. Augustinus) *Spes est in tenebris, melior est canis viuus leone mortuo.* Leo viribus potens, populus fuit Iudaicus, de quo Iacob pater: *Catulus leonis Iuda, ad prædam ascendisti.* Leo adeo fortis, qui cunctas deuicerat nationes, & earum erat quasi Rex sicut leo omnium est animalium & satis patuit tempore Dauidis & Salomonis, hinc eum Isaias nominauit *Ariel*, id est, Dei Leo; quia vt talem cum omnes agnoscebant, seque illi subiicichant, vt populo, qui diuinis pollebat viribus, quibus eum Deus præ cæteris extulerat. Modo vero mortuus erat ob peccata sua Leo iste genetosus, & heri eum Christus vt talem reprehendit. Et sicut mortuo Samsonis leone inuentus est in ore eius fauus mellis, ita in ore populi huius Iudaici, repertus est fatuus Sacræ Scripturæ Canis viuus mulier erat Chananæa, hoc ei nomen Christus imponit, & se canem ipsa fatetur, & vt canis, currit, latrat, eiulat, & mouetur. Perpende, quod: *Melior est canis viuus leone mortuo.* Pluris enim valet illa sola, quam totus ille grex Doctorum, Sacerdotum, ac Principum; & apud Deum pluris illa sola æstimatur, obsequio seruit fideliori, fide fatetur sublimiori, quam illi omnes coniunctim; si enim Christus ipse confessus fuerit, dignioris meriti fuisse fidem Centurionis, quam cæterorum fides erat Israelitarum, idem vult intelligamus de hac muliere, cuius fidei ipse fuit tibicen altisonus, vt videbimus, quod inferior non fuit fide Centurionis. Obicies; si tanti fidem hanc faciat Christus, qua ratione eam ita celet absconditam, & obscuris contegat tenebris, vt ne vel minimus lucis eius radius elucescat? Omnes stellæ ei, ob- I. nubilantur; quia ei dum clamat nullus respon- *Spes est* det: Apostolos pro illa mediatores Christus re- *in tene-* pellit, & tandem videas fiduciæ suæ solem ob- *bris,*

tenebrari,

tenebrati, quando aduertit, se tam mordaci verbo, foras canes proculcari. Sic est, ita sic est, asserit Spiritus S. scito tamen quod, *Spes est in tenebris.* Illæ ipsæ tenebræ, fiduciæ illi præstant materiam, & viam sternunt petitioni: atque illo ex improperio nimirum canis appellatione spem arripit, sibi deberi panis micas, miseticordiam fieri, nec illi denegari posse, quod ipsis canibus nullus negat; qui eo ipso quo canes sunt, & sub mensa dominorum suorum delitescunt ius habent ad micas decidentes: *Spes est in tenebris.* Mitare vetera Dei mirabilia renouata.

Hoc autem vnum inter cætera excellere censebat D. Paulus, quod in mundi principio legimus factum; quando *Deus dixit de tenebris lucem splendescere:* Creauit terram: *Et tenebræ erant super faciem abyssi;* vt in ea ne minima lucis scintilla videretur. Vnde igitur claram educet lucem quæ tecreet omnia? de ipsis cimmeriis tenebris quæ terram nigro obscuroque peplo contegunt; *Dixit de tenebris lucem splendescere.* Ita ut, dum Deus terram densis ac palpabilibus regit tenebris, noluerit tamen illam sic remanere tenebris immersam, sed dare materiam ex qua lucem educeret, ad vniuersæ terræ lætitiam ac exaltationem. O Terra sancta, Chananæa fidelis, quam clare video, quod ipse te Deus spissis obscurisque tenebris inuoluat, opprobriis, conuitiis iniuriis, nec tibi unico vel verbo respondet nec tuas admittit preces; non mouetur lachrimis, nec singultus exaudit, nec pro te rogantes, medioque suscipit, in faciem tibi exprobrat, foras canes, quid cani cum pane filiorum, fustes canibus conueniunt: nec minima quidem fiduciæ tuæ tibi supereſt scintilla lucis; ingemisce cum propheta Iob, *In calle meo tenebras posuit,* & cum illa quam Hieremias inducit plorantem, querebundam. *Me minuit, & adduxit in tenebras.* Sic se habet veritas, attamen sapienter locutus est, qui dixit; *Spes est in tenebris.* Ipsæ tenebræ, calumniæ, repulsæ, iniuriæ obiecta mihi sunt fiduciæ, de his enim educo, ad minus ius ac titulum meæ prætensioni; *Etiam Domine, nam & catelli edunt de micis* &c. Hoc quod ais, Domine, concedo fateor sic esse, sed ex hoc ipso sic assumo argumentum; cum enim sim canis, ne mihi negaueris, quod canibus indulgetur micas de mensa decidentes. *Vidi mulieris constantiam* (monet D. Chrys.) *Non aduersatur, non retrocedit ob verbi contumeliam, sed audito canis nomine, boni consulit, & fatetur se catellam* &c.

43 *2. Cor. 4. & Gen. 1.*

Iob. 19. 8. Thr. c. 3. 2.

D. Chry. Ho. 38. & 44. in Gen. To. 1.

Hinc disce id quod toties diximus, & ad rem nostram tractat D. Chrysost. quod Christus intenderit, dum mulierem hanc tot excipit calumniis, tanta mordet verborum asperitate. Erat hic diuinus negotiator, quærens pretiosas fidei margaritas aliarumque virtutum monilia: vt illa vero inueniret circumbat prouincias, de vna ad aliam migrabat ciuitatem. Accedens autem ad has vrbes steriles Tyri & Sidonis, explorat in huius mulieris pectoris vena, fodinam margaritarum summi valoris, auruæ purum charitatis, argentum purgatum deuotionis: necessarium est, fortiori verbere ac repetitis ictibus percutere, pectus hoc totis viribus excauare, vt talis extrahatur in lucem margarita ad eius laudem & æstimationem: *Deus, qui nouit abscondita cordium* (inquit D. Chrysost.) *non respondet mulieri, volens occultum eius thesaurum omnibus manifestum facere: sciebat enim recondit am margaritam, quam latere nos nolebat* &c. Hic ille modus, quem Deus cum electis suis obseruat; vt virtutum thesauros effodiat quos animo suo latentes non manifestant.

ibidem citat.

D Chry. Ho. 22. in Imperfect Tom. 2.

Hoc iterum declarat per Isaiam prophetam sub vineæ sibi dilectæ similitudine. Supponit primo; quod huius vineæ vigilem adeo habeat curam, vt numquam ab ea suos diuertat oculos, die, noctu, mane, vesperi. Ac hoc eo modo, licet totum moderetur orbem, quasi eius supremus Dominus, tamen quidquid habet solicitudinis, quidquid curæ, totum recolligit, & quasi conflat in vnam, quam gerit de vinea sua. solicitudinem: *Vinea meri cantabit ei, ego Dominus, qui seruo eam, repente propinabo ei, ne forte visitetur quis eam, nocte ac die seruo eam.* O quis nobis exponet, quam sit Dominus pro iusti anima solicitus, quam apertos super eam defigat oculos; vt vero hoc intelligamus toties illud repetit; *Seruo eam.* Licet autem illam tantopere diligam (ait Dominus) *Repente propinabo ei*: quid ei propinat? labores, medicas amarasque potiones. Et forte significat, id quod agis cum vinea sua sedulus agricola, qui illam putat, & superfluos stolones, seu palmites resecat luxuriantes, talem reddit, vt qui eam videt, vineæ agriculturæ ignarus credat, vinitoris, eam esse mentem, vt omnino vineam disperdat, & radicitus euellat. Has amatas potiones, ac hauſtus insipidos propinabo (dicit Dominus) vineæ meæ, extremis iniiciam angustiis, & dum remedium præstolabitur, accurram illi, sed laborio sa rese-

44 *Isa. 27. 2.*

resecatione, cunctos eius amputabo pampinos luxuriantes. *Repente propinabo ei.* Quid hoc Domine, an ficti tibi dilectam excipis vineam? an illi indignaris? an eam dedignaris? Nequaquam, ait Dominus: *Indignatio non est mihi. Quis dabit me veprem & spinam?* Eam tanta tractare ruditate ac feritate, non est indignantis, non est dedignantis, nec enim illam aspernor, illi nec succenseo: à natura mea hoc prorsus est alienum: ex me etenim spina non sum, quibus pungere, lædere ac mordere est naturale. Quæ igitur tua Domine intentio, quæ mens? Hoc idem intendo, quod vineæ fructiferæ cultor operarius cuius radix magna viget virtute & succo fortiori: hanc enim resecat, & amputat flosculos superfluos, vinearum sarmenta, quo credit ignarus, vinea n disperdendam, illa verò produxit pampinos pulcherrimos, palmites viridos, frugiferos, quibus & pascor, & recreor: *Faciet pacem mihi, pacem faciet mihi.* En quæ phrasis loquendi. Cognosce modò, quæ mea sit in hoc voluntas: vt me scilicet recreet, vt validos producat pampinos, quibus me vinculo pacis sibi copulet arctissimè: & tantò strictiùs eius mihi spes colligetur, quantò longiùs à me repulsa esse videbatur, vt dicat modo. *Etiam Domine: nam & catelli edunt* &c.

45 II. Diuersò modo excipitur Centurio, & mulier Chananæa.

Hinc educit D Chrysost. differentiæ rationem quâ Christus excepit mulierem & quâ Centurionem. Iacebat Centurioni seruus in domo paralyticus, ad Christum confugit, ei suam exponit necessitatem: *Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, & male torquetur.* Illico respondet illi Dominus placido vultu, voce benigna, totus beneficus: *Ego veniam & curabo eum.* Et loquendo, & faciendo aggressus est iter: *Et Iesus ibat.* Huic mulieri filia decumbit male à dæmonio cruciata, confugit ad Christum cui suam exponit necessitatem, supplicat: *Domine filia mea male à dæmonio vexatur.* Et nedum ad eius non graditur ædes, sed continuò discedit: & festino gradu viam carpit oppositam, quasi ab ea fugiens. Vt dicit D. Marcus; & nec ei vnico respondet verbo; si verò illi loquatur, hoc est, vt eam quasi canem abhorrens repellat, quæ, quæso te, contrarietas hæc? Si, mulier Gentilis, Gentilis est & Centurio. Si fuerit idololatra, pariter fuit & ille. Mulier si non ex ouibus Israel, nec ille. Iam de hoc fusiùs egimus. Verum enim vero de hoc audiamus D. Chrysost. Supponit Christum electorum suorum honorem promouere, mundo eorum merita, virtutes heroicas donorumque patefacere prærogatiuas; & quia ad hoc multùm referunt, & requiruntur media contraria, idcirco illis vtitur. Videbat in corde Centurionis eminentissimam fidem, sed latentem; si autem eum beneficiis suis afficeret, quod fidem illam manifestaret: & videndo quòd Christus eum tanto dignaretur honore, ipse domum eius properè accedens, coram tota populi concione hanc vetidicam, & sublimem emitteret professionem: *Domine, non sum dignus* &c. *Sed tantum dic verbo*, tanta fide vteam Christus audiens, admiraretur: *Videns Iesus miratus est.* Ad hoc igitur tanto eum fauore dignatus est.

Mat. 8. 6.

Ho. 22. in imperfect. super Matth.

Porro in hac muliere, aliam agnouit fidem, quæ illi non cedat, absconditam & sub nomine, statu, conditione Chananææ delitescentem, cognoscit autem illam dicteriis, iniuriis, & asperâ repulsa propalandam: verbum autem mordax ac ignominiosum illi fore, vt amputatio palmitum in vineis Engaddi, quæ per illam ballamum exhalant odoriferum, & fragrantiam spirant suauitatis: quis hic odor, quæ fragrantia tanta suauitatis? Fides adeo viua, humilis adeo confessio, suiipsius, ac Christi diuinitatis tam distincta, tam sublimis, tam vera cognitio, vt eam Christus stupere videatur: *Fidem eius obstupescit* (inquit D. Chrysostom.) In eum igitur finem pro more suo Christus eam excepit seuerius.

Ho. 3?. & 44. in Gen. Tom. 1.

Attende (inquit idem Doctor.) Quòd motu proprio ad ædes tendat Abrahæ, sub trium habitu peregrinorum, qui tres personas diuinas referebant: vt orbis cernat vniuersus pectus illud Abrahæ charitatis igne, velut fornax inflammatum, qui locum non cederet ardentissimis solis meridiani radiis, ne sibi noceant. Post hoc autem illico progrediens Sodomam moras nectit, & ædes Lot subire paululum detrectat vt in eo eadem quoque patefiat charitas tam feruens, vt ei vim inferat, quatenus ædes suas honoret peregrinus: *Oppido compulit illos, vt diuerterent ad eum. Sic ad Abraham ibat* (testatur D. Chrysostom.) *Vt nos eius summam charitatem percipiamus, & ad Lot ingredi nolebat, vt inaudita eius hospitalitas non lateret.* Hoc idem hic quoque percipe: *Ibi se iterum offerendo, Centurionis, hic prorogando, & quasi renuendo, mulieris fidem cunctis aperuit.*

Ho. 22. in Gen. 18.

Gen. 19. 3.

Illi sint, oportet, hi duo venti contrarij, quibus diuinus ille sponsus horti sui flores impugnat; Aquilo, qui niue geluque constringat, & Auster qui calore foueat & adferat vberiatem: *Surge Aquilo, & veni Auster* &c. Ponderat Brixian. optimè versatus in lingua Hebraica, quòd

To. 1. fol. 140. verbo Horaiz.

in illa sententia Eliu amici Iob, in qua loquitur
Iob 36. 22. de Deo : *Nullus ei similis in legislatoribus*, sit quoddam verbum, quod significet, arcum tendere, vnde sic legi potest : *Non est ei similis in iaculatoribus*. Nullus iaculator tam dextra manu spiculum eiaculatur : eo enim modo, & ratione qua vult, iaculum librat : quosdam sagittis ferit leuioribus, donis, beneficiis, gratiis ad pedes suos sibi prosternit, & eorum cordis intima producit in lucem ; alios vero sagittis venenatis, doloribus, tribulationibus, & opprobriis transfodit inopinato corruentes. Prætendit autem illorum heroicas declarare virtutes, & electorum patefacere prærogatiuas. Hoc verò tanta agit sinceritate, vt sæpius pro eo quòd hi maiori honore digni haberentur, & eorum coram mundo virtus agnita coleretur, ille è contra talia facit, quæ in eorum detrimentum, & ignominiæ quasi notam declinare videantur, vt in simili occasione notat D. Ambrosius.

Quis Christum non arguat crudelitatis, qui modum attendit, quo hanc mulierem excipit, & verba duriora, quibus illam quasi repellit à se nauseabundus ? Ille qui nihil præter miserecordiam resonabat, qui nihil aliud inculcabat, quàm proximi sui necessitati esse subueniendum. Ille, qui motu proprio quærit quibus benefaciat, qui in se figuram exprimit benignissimi pastoris, qui ad vnius ouis inquisitionem, montes oberrat, pericula non timet, inuentam autem propriis baiulat humeris, quis dicat, quod ipse ne vno quidem verbo mulierem hanc afflictam solari dignetur, sed insuper afflictam crudiùs affligit, nouis improperiis, aliis iniuriis animum eius exulceret,
Ps. 68. 27. vt cum Dauide conqueri posse videatur : *Super dolorem vulnerum meorum addiderunt* ? Ne mireris, transeant hæc omnia, modò mulieris huius pectoris patefiat fortitudo, & quantum opinor, vult eam aspero sermone vellicari, vt cuncti conspicient quanta sit mulieris huius eminentia virtutis, & tali in Ecclesia sua honore celebretur, vt per omne sæculum, eius fides viua decantetur, cæteriquè iusti virtutem eius, & in oratione constantiam admirentur. O ter maxime Deus, quàm congruè illi liceat dicere, cui
Ps. 138. 17. tua nota est conditio & agendi consilium : *Nimis honorificati sunt amici tui Deus.* Habes modò
D. Chr. apertam rationem (inquit D. Chrysost.) cur mu-
Ho. 39. in lierem hanc tot agitarit tempestatibus : *Vt illam*
Gen. To. 1. *ipsam in toto orbe nobilem faciat, asperius illam concutit, sciebat enim fortitudinem mulieris.*

§. 17. Etiam Domine. *Christus amat & cruciat, vt Ioseph, si vero nos tribulationem voluntarie suscipimus, vt mulier hæc, erit nobis vtilissima.*

ALiam nobis & proficuam prælegit hæc 46
prudens negotiatrix lectionem, quâ nos instruit, quo sint animo recipiendæ tribulationes, quibus nos Dominus visitat, vt illas voluntarias faciamus, illas extentis manibus suscipiamus, & patienter perferamus. Hoc tibi persuade, (persuadet D. Gregor.) Deum *Ho. 11. in Ezech. ad finem.* nulli permittere tribulationes, ea mente quâ illi optet malum, nequaquam, quinimo illas his immittit quos habet sibi chariores. Hoc ipsum protestatur Salomon : *Quem diligit Dominus, corripit, & quasi pater in filio complacet sibi* : Et iterum : *Ego quos amo, arguo & castigo.* Reuoca ad memoriam (ait D. Gregor.) celebrem illum Ioseph, quàm sæuè debacchatus est in fratres suos, modò illos, vt insidiatores regni accusans, modò vt prædones redarguens, & quos ita liuido ore mordebat sæpius ac acerbiùs, fratres eius erant : *Quasi ad alienos duriùs loquebatur.* An forte odio germanos fratres infectabatur ? An vt illis malum optaret, tot pressit angustiis ? Erras, si hoc credideris : quinimo eius præ nimio erga fratres suos amore viscera liquescebant, quibus & conuiuium iussit præparari quibuslibet cupediis instructum : tantumque illis desiderabat bonum, vt præ amore lachrymas nequiuerit continere, dum eos videt inexspectata forte miserandos, vt autem illas dissimularet, opus fuit in partem secederet eadem detersurus, oculos abluturus, ne flentem annotarent. Quàm pati gressu procedunt amor & cruciatus ! *O Tormentum misericordia* (exclamat D. Gregor.) *Amat & cruciat.* Amat D. Gre. & ob hoc cruciat, vt enormis illius sui peccati recordentur, quod in eum admiserant, dum eum morti dare & perdere cogitabant, deicientes in cisternam, & tandem vt mancipium viginti argenteis distrahentes, perduelles fratricidæ.

O bone Deus : quis sinceriori diligit affectu animas, quam tu ? *Qui amas animas.* Dixit *Sap. 11.* Spiritus S. Quis plura pro illis fecit, quam tu ? Hæc paucis verbis expendit D. August. *Perieram, abieram in peccatis, venumdatus eram, ve-* D. Aug. *nisti pro me, vt redimeres me, & tantum me di-* L. Soliloq. c. 13. *luxisti, vt sanguinem tuum in pretium dares pro*

me.

me. Dilexisti me Domine plus, quàm te: quia mori voluisti pro me. O quæ verba, profunda consideratione dignissima! Nihilominus: *Amas & crucias.* Quos sincerius amas, eos duriori subiicis torturæ, non vt illos perdas perituros, sed vt illi se cognoscant peccatores, reatum suum fateantur, sordes eluant peccatorum, meritorum proficiant incrementis: nihil etenim est, quo thesauros Sancti lucrentur ditiores meritorum, quàm laboribus, ærumnis & aduersitatibus. D. Chrysostom. trutinat parabolam illam talentorum, qua Dominus seruis suis distribuit, bonorum suorum partem, vt illis sibi in lucrum negotiarentur, eorum symbolum bonorum, quæ Deus electis suis elargitur, vt cum eis negotientur. Obiicies, Domine, mihi nullum dedit talentum: nec corporis valetudinem, nec opes, nec dignitatem, nec in Republica honoris statum aut æstimationem: nihil in me reperio: nisi defectus, inopiam, dolores, anxietates. Illa sunt igitur (inquit D. Chrysostom.) talenta ditissima, quibus lucrari possis & multo fœnore negotiari: plura enim lucrari potest animæ suæ rerum omnium indigus ipsa sua paupertate, quam suis opibus dives; & suis ærumnis miser, quàm sua valetudine robustus. Exemplo tibi sint Apostoli, quos dixit amicos suos, fratres suos, suos familiares, sancti omnes, quos cæteris voluit fieri ditiores, nulla alia illis tradidit talenta præter hæc, infirmitates, labores, vexationes, persecutiones, opprobria, de quibus alias. Qua ratione igitur illis ego lucrum faciam? Quomodo cum illis negotiabor? Hoc te prudens illa docebit negotiatrix. Calamitates illas ineuitabiles, quibus te Deus flagellat quas fugere, dimittere, declinare non licet, fac voluntarias: hoc age, quod communi phrasi proloquimur, fac de necessitate virtutem, illas accepta, vt pœnitentiam, quam tibi imponit summus Pontifex Deus, in tuorum remissionem peccatorum, & quas prius propria & placita non recepisti voluntate, modo illas placido vultu, & grato animo accepta. Quando tibi illas Deus permittit; dicito, cum hac muliere. *Etiam Domine*, hoc enim modo erit tibi labor ad quietem, malum ad bonum, mors ad vitam.

47 Hoc consilio quondam instruxit D. Hieron. nobilem Romanam mulierem, nomine Furiam, ex illustrissimo Camillorum stemmate progenitam. Emoritur illi Probus comux vir consularis, remansit illa superstes vidua, iuuenis, & licet dives, diuersis tamen ac grauibus ærumnis miseranda. Illam exhortatur Diuus Hieronym. hanc sumat de manu Dei aduersitatem, intelligat quoque, quòd illud, quod sibi videtur & credit esse signum commotionis diuinæ, misericordia reputanda sit sibi à Deo facta: vt conformi cum Deo voluntate, bona lucretur infinita, cœlestia numquam peritura, & commune adducit prouerbium; *Arripe quasi occasionem, & fac de necessitate virtutem.* Explicat hunc conceptum D. Chrysostom. Luges te morbis attritum, quos totis viribus nequeas curare? A me consilium quæris, & malo tuo remedium? *Qualiter potero, non à tribulatione subuerti?* Hoc tibi explicabo: *Cogita, quod siue velis, siue nolis illam patieris,* & si hanc non feras patienter, nec tribulationem voluntariè acceptes, corporis tribulationi quam ex infirmitate pateris, superaddes animæ tribulationem tuâ impatientiâ, sicque duobus malis opprimeris: *Si grauè quidem, maxima lucraberis: si verò ægrè ferens, & superbiens maiorem reddes procellam.* Præclara valde sunt illa exempla, quæ in huius doctrinæ profert confirmationem. *Filium quis amisit, alter totam rem. Si cogitaueris, quod factum solui non potest, potest autem ex insanabili calamitate aliquid decerpi, easum generosè ferendo, & pro blasphemiis, Domino benedictionem referendo, ita mala non voluntariè illata, tibi fient liberæ merito voluntatis. Vidisti filium ante tempus raptum? Dic, Dominus, dedit, Dominus abstulit* &c. *Vidisti malos prosperis vtentes, & iustos aduersis laborantes, & innumera patientes mala* &c.

Ep. 10. ad Furiam. Tom. 1.

D. CHR. Ho. 64. ad pop. To. 5.

Declaratur autem hoc ex illa doctrina, quâ Sancti perpendunt materiam de concubitus, quam tractat D. Thom. Cum mens Dei ea fuerit, vt mundus in hominibus multiplicaretur, permisit in eius exordio, & post diluuium, vt viri pluribus coniungerentur vxoribus, & hoc nominatim quibusdam, iustis Patriarchis. Attamen eo hoc fiebat modo, vt vna earum esset primaria, marito natalium celsitudine non inferior. Aliæ verò erant ancillæ iumores, vilioris conditionis, quæ communiter fortiores sunt, robustiores ac fœcundiores. Realiter vxores erant: quibus viri copulabantur, sed sub manu, & subiectæ; vt Salomon qui sexcentas duxerat in vxores, & plurimas alebat concubinas Particulariter tamen seruiebant hæ, quando primariæ vxores erant steriles, nec viris suis liberos gignebant: tunc enim illæ ipsæ, ex filiorum desiderio, viris suis persuadebant, vt ancillis suis ingererentur, & earum filios, vt proprios adoptabant. Ita in historia Abrahæ, hoc aduertimus implerum; sed particulariter in Iacob.

In 4. sent. dist. 33. q. 1. a. 3. q. 3.

I. Allegoria

Optat matrimonio iungi cum Rachel, substituit illi Laban Liam, & dedit illi concubinam Zelpham ancillam. Postmodum verò suscepit Rachel in vxorem, illi quoque dedit ancillam Balam. Parit Lia quartam prolem, & parere desitit. Statim verò hoc curat, vt maritus suus in vxorem sumat famulã Zelpham, cuius filios Lia suscepit, & vt sibi proprios in domo nutriebat. Rachel dolet se sterilem, & viro persuadet vt Bulam ancillam suscipiat sibi in vxorem, qua pariente, filios illos in suos adoptauit. Proinde in numero duodecim Patriarcharum recensentur. Duas habes vxores, vnam nobilem, animam scilicet, ignobilem alteram & ancillam, nimirum carnem. Vtraque filios parit. Carnis filij sunt, fames, pestis, morbi, calamitates, mors. Animæ verò, oratio, deuotio, fides, spes, charitas &c. Optas carnis filios, vt legitimos adoptari? Illos suscipiat vxor principalis anima, admittat & suscipiat vt filios suos famem pestem, sitim, ærumnas, morbos. Illos suscipiat, & inter filios spiritus numerabuntur. O quantum posses his tribulationibus mereri, quas execrare, diuertere, declinare non potes, si illas vt voluntarias susciperes, adoptares vt proprias cum omni mentis submissione patereris, & in tuorum scelerum eas offerres remissionem!

Non leuiter transeamus, quantis laudibus extollant Doctores mendicum Lazarum, ob sua stricta ieiunia. Tertullian. *a* præsertim verò D. Basil. *b* Lazari ieiunijs illud tribuit, illa ea fuisse quibus commeruit, vt morientis animam Angeli festiuo comitatu deferrent in sinum Abrahæ refouendam: *Quis Lazarum in sinu Abrahæ requiescere fecit? Nonne ieiunium?* Res hactenus inusitata, res noua. Audiuimus quidem Lazarum de inuicta patientia laudari, quâ dolores suos, ærumnas & extremam paupertatem perferebat inculpatus, sæuitiam quoque non ferendam diuitis epulonis ac suorum seruorum, quâ miserum afflictumque crudeliùs affligebant, illo tamen neminem accusante, nec vel modicum queritante. Tandem inter lambentium sibi vlcera canum linguas emori; sed nec ob hoc expostulantem sumus admirati. At de ieiunio, quis eum meritò extollat, cum illi hoc esset necessarium; quod meritum eius, quod animi robur, si ieiunet ille, cui ne mica panis quâ famem possit depellere, & ventris esuriem saturare? Concedo, hoc illi ieiunium fuisse necessarium: egestate enim laborabat extrema, nec quod ori ingereret, habebat vel fructum panis. Attamen egestatem hanc fecit voluntariam, integra accepta voluntate, famem constanti perferens patientia, sicut etiam paupertatem, morbos, ærumnas, vulnera, quæ sibi à Deo credens immissa, suscipiebat: *Etiam Domine.* Perplacet mihi Domine, voluntariè Domine hæc patior: hæc etenim & multo plura mea merentur peccata, & hæc sors mea optima te Domine, mei recordari, hoc quoque tibi placeat quod me tuæ cernas conformem voluntati.

II. Lazari paupertas erat voluntaria.

Illa voluntatis suæ resignatione, tot meritis diues claruit D. Iob tot ærumnis, aduersis, & tentationibus super eum irruentibus vndequaque perculsus, quæ licet illi contigerint, illo ea non assumente, sed Deo permittente, voluntaria tamen effecit, in omnibus hanc Deo concinens laudem gratiarum: *Si bona suscepimus de manu Dei, mala quare non sustineamus? Sicut Domino placuit, ita factum est. Sit nomen Domini benedictum.* Notate verba, signate mysteria: *Suscepimus.* Ambabus vlnis amplexati sumus bona, amplectamur & mala. Nihil nobis magis necessarium, quam ipsa mors; sententia enim à Deo lata est irreuocabilis: *Statutum est hominibus semel mori.* Nihilominus opinatur. D Ambros. quod mortem illam, Deo possis tam gratum offerre sacrificium, quàm fuit illud Abrahæ Deo gratum: & hac de causa Psalmum explicat 115. vbi Dauid diligenter inquirit, quod Deo possit offerre sacrificium acceptabile in beneficiorum, quæ à Deo acceperat iustam retributionem: *Quid retribuam Domino, pro omnibus, quæ retribuit mihi?* Sic te oportet esse sollicitum, si te gloriaris virum esse virtutis, si enim talis non es, cui illud parum non est gratum, quod in eius gratiam suus præstat vicinus, minus erit, cui gratum non est illud multum sibi à Deo præstitum. Multa tibi ô Dauid occurrunt ad Dei gloriam facienda. Millenos agnorum, atietum & caprarum greges Deo immolare, ieiunare, dare eleemosynam, Dei iniurias vindicare. Bona sunt hæc, fateor; verumtamen illud sentio Deo fore omnium gratissimum, de manu eius voluntariè calicem illum amarum suscipere passionis, quam propinat: *Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini invocabo.*

III. Similiter & Iob & Dauid. *Iob 2. 10.* *Hebr. 9. 27.* *L. de bono mortis c. 3.* *Psal 115. 12.*

Hoc præ cæteris Deo perplacet, hilari mente, voluntate pia de manu eius acceptare calicem, sanctum eius nomen inuocando. Deo grata sunt, quæ agis opera bona, sed quod maximè illi satisfacit, hoc vnum esse credito, vt patienter & indolenter suscipias ignominias, opprobria, tribulationes, ærumnas, eaque omnia profunda humi-

48

a Z contra Physicos, & lib de cibis Iudaicis.
b Ho. 1 de ieiunio. Luc. 16.

humilitate, diuinæ eius offeras voluntati: dicito cum Christo, calici, quem tibi propinat ebibendum: *Fiat voluntas tua*. Et cum omnium terribilium, terribilissima sit mors, sacrificium omnium gratissimum, (testatur David) quod sancti Deo litarunt, illud iudico, quòd animo infracto, voluntate Deo consona, illam acceptarunt, vt quid sibi de Dei manu proueniens pretiosum: *Pretiosa est in conspectu Domini, mors sanctorum eius*. O quàm magni meriti & coram Deo mors hæc pretiosa, quando vir iustus eam sibi cernens iam imminentem, lætus exclamat: *Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis*. Benedictus Dominus Deus meus, qui mihi illam immittis mortem, quâ animæ meæ vincula ditumpantur; illa, quæso, ignis sit, quô peccata mea & purgentur & eradantur. Idcirco cantat Ecclesia psalmum hunc in festo Sanctorum Martyrum: erat enim hæc illorum mors sacrificium, quod obtulerunt Deo gratissimum, accipientes de manu Domini calicem hunc crucia tuum ac mortis, & Deo litantes, occinebant: *Etiam Domine*. Hoc ita verum consemus, quòd per hanc cum Dei voluntate conformitatem, latro ille nebulo crucem muauerit, quâ crimina plectebantur, in altare, quò se Deo sacrificium acceptatissimum & hostiam immolauit: vnde

a Epist. ad Iubaianum, & serm. de cœna, & ser. de pass. Domini.

S S. Patres eum Martyribus annumerant. Ita D. Cyprianus *a*. D. August. *b* D. Hyeron. *c*. & alij. Quid hoc opus tantum, effecit? Voluntaria acceptatio eius quod necessario & ineuitabiliter sibi accidebat: cruciatum hunc acceptando in pœnam suorum scelerum, dicendo: *Nos quidem iustè: nam digna factis recipimus*. Optabat enim ille, vt pœna illa, toto mundi æuo duraret, vt illa pro peccatis suis satisfaceret, & cruci confixus, Christi laudes intonat, eius innocentiæ præco, in cuius confirmationem veritatis, probrosam hanc mortem accepit patien er: *Hic nihil mali fecit. Est enim* (teste D. Chrysost.) *patientia quæ Martyres facit*. Patientia quâ suos tulit latro cruciatus, illum martyrem confecrauit: & subtiliter expendit D. Augustinus. Quod pœna quæ inceperat in latrone, finijt in martyre: cum illam enim ferret patienter, vt latro bene meritus, & Christum confiteretur, in coronam versa est martyrij: *Pœna cœperat in latrone, & nouo genere consummatur in martyre*. Hæc quoque efficiet, & tu martyr sis: si patientiam serues, & summis laborans angustijs, dixeris: *Etiam Domine*. O Domine, quàm agis sapienter, istô me tractans modô, dum me superbum laboribus affligis, reum cædis flagellis, & paupertate punis delinquentem.

a Epist. ad Iubaianum, & serm. de cœna, & ser. de pass. Domini. b ser. 45. ex diuersis & l. 1. de anima & l. 3. c Epist. 58. D. Chr. In Ps. 27. & Ho. 1. in 2. ad Corinth. D. Aug. Ser. 45. ex tyro. D. Euseb. T. 10.

§. 18. Etiam Domine. *Ficus simus primi floris, vt mulier hæc.*

HIc illud optimè quadrat, quod in sensu litterali Dominus proposuit vati Hieremiæ, vt notat D. Hieron. & censet illum esse sensum vulgarem, simplicem ac planum. In excessum rapiebatur, sisebatur ad portas templi, cui Deus ostendit duo canistra ficuum. *Calathus vnus ficus bonas habebat nimis, vt solent esse ficus primi temporis, & calathus vnus ficus habebat malas nimis*. Interrogat eum Dominus; propheta quid vides? Respondet: *Ficus bonas, bonas valde, ficus malas, malas valde*. Quid hoc noui Domine, ad portam templi ficuum canistra? Num forte locus hic fructuum est forum? Hic te vidimus altero die ita mercatum omnem in templo abhorrentem, vt licet oues, boues, ac columbæ ea essent animalia, quæ Deo in templo offerebantur, illa tamen expuleris, ac vitis cecideris venditores: quâ igitur ratione tu modo hic ficuum cophinos exponis? Admirabile hic veneror sacramentum. Iam Deus statuerat populum suum supremis plectere tribulationibus, angustijs, captiuitate, flammis, siti, fame, qua libus illi antè sæpius, per Hieremiam fuerat comminatus, sæpe numero quoque & ipse propheta illis nominatim & consulto persuaserat, vt illis tribulationibus, à Deo missis, sibi consulerent sapientiores, cum verò nec peccatis abstinerent, nec eorum agerent pœnitentiam, certô certius prænosceret, supplicia se non euasuros, quibus illos Deus ipse vindex plecteret: quocirca patienter ac humiliter illa sustinerent, iustam agnoscentes criminum suorum pœnam, imo scelestibus multo suis inferiorem. Talibus eos rationibus, ac monitionibus sæpius vates Hieremias exhortabatur, vt patet ex multis capitibus à vigesimo & vltra. Ostendit Vati suo Deus discrimen, inter vnum & alterum: erant enim aliqui sicut ficus bonæ, bonæ valde: *Vt solent esse ficus primi temporis*.

49 In cap. 24. H. Hier. c. 24. 1.

Erant autem hi, qui prophetæ consilijs obsequentes, qui labores, qui plagas à Deo missas aduertentes, qui dum se captiuos in Babyloniam ductos lamentantur, dum se fame, siti, alijsque procellis cernunt agitatos, patienter & animo infracto hæc omnia perferrent, & cum

Chananæa Deo faterentur. *Etiam Domine.* O Domine: *Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum*, nobis, tot criminum conscijs, tot reis peccatorum. Rectum, & irreprehensibile iudicium tuum: cum enim nostras culpas non castigemus, easque tu ipse castiges, vt pœnitentiam à te nobis impositam amplectimur, disciplinam osculamur, manum hæc omnia nobis facientem adoramus. Talis laudatur Rex Ieconias, & eius curiæ nobiles, ciuesque concaptiui, qui tracti in seruitutem tota mentis submissione hoc Dei flagellum acceptârunt, dicentes: *Psal.118. 137.* *Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum.* Illi, inquit Dominus, sunt mihi, *Vt ficus primi temporis.* Verba sunt hæc abscondita.

Prouerbium erat Domini frequens in ore suorum prophetarum: *Mich.c.7. 1.* *Præcoquas ficus desidera, uit anima mea.* Hac metaphora signabat Sanctos suos, qui à primis incunabilis Deo seruierunt, & toto corde se illi seruos consignârunt fideliores; vt Abraham, Isaac, & Iacob. Hoc quoque dixit per Oseam propheram: *Osc. c.9. 10.* *Quasi prima poma ficulneæ in cacumine eius vidi patres eorum.* Ficus primi temporis, dulces, melle manantes, peccatis duriſſimis exosses. Significare voluit Hieremias, quòd illi grauiores peccatores, qui à Deo puniti, supplicium patienter suscipiunt, & necessarium faciunt voluntarium, qui in spiritu humilitatis, & animo contrito Deo se subiiciunt reos, Deo sint maxime grati, vt sæpius Sanctis æquiualeant eminentioribus, qui talia numquam scelera commiserunt: velut Daniel Deo subditus, acceptans voluntariè à Deo missam aduersitatem. Ionas alter, in profundum matis pelagus relegatus, ad ceti ventrem captiuus damnatus: latro probroso stipite pendulus, vt ante diximus. Ipse rex Ioachim, cæterique eiusdem capriuitatis consortes: illi, inquit Deus, mihi sapiunt: *Vt ficus primi temporis*, vt ficus bonæ, bonæ valde, peccatores, qui tribulationibus à me missis humiliantur, mihi subduntur, aperiunt oculos, & se grauioribus pœnis esse fatentur obnoxios: quo se ad culparum suarum disponunt indulgentiam, vt super illos mea effundam dona misericordiæ: supplicia hæc, calamitates hæ, fames, angustiæ, cuncta hæc illis in maximum cedent *Hier.c.24* emolumentum: *Hæc dicit Dominus Deus Israel. Sicut ficus ha bonæ, sic cognoscam transmigrationem Iuda, quam emisi de loco isto, in terram Chaldæorum, in bonum, & ponam oculos meos super eos ad placandum, & reducam eos in terram hanc, & ædificabo eos &c. & dabo eis cor, vt sciant me, & erunt mihi in populum, & ego ero eis in Deum; quia reuertentur ad me in toto corde suo.*

Diuina planè verba, quæ modum docent, quô missas à Deo suscipiamus tribulationes, aduersitates, flagella, quibus incessantur cædimur: ei scilicet cor nostrum subijcientes, oculos aperientes, per diuinam eius gratiam, & ex toto corde nos ad Deum conuertentes. Alij vero calamitates illas impatienter recipientes, refractarii, queruli Deo recalcitrantes, & cum Deum iudicarent vt durum iniquumque populi sui percussorem, eius se nollent flagellis subdere, nec illa recipere cum humilitate pœnitentes. Talis increpatur Rex Sedechias superbus, periurus, crudelis, Deo refractarius, qui prophetam Hieremiam hæc sibi de ore Dei nuntiantem vinculis constrinxit fœdoque carceri mancipauit occidendum. Tales & aulici, & confœderati arguuntur, illi vt ficus malæ, malæ legis, malæ generationis, his tribulationibus computruerunt, vermibus, blasphemijs, calumniis, impatientia, scatuerunt: *Sicut ficus pessimæ,* *Hier c.24* *quæ comedi non possunt, eo quod sint malæ: hæc dicit Dominus, sic dabo Sedeciam Regem Iuda, & Principes eius, & reliquos de Hierusalem, & dabo, eos in vexationem. Sic & mittam in eos gladium* &c. Parcat tibi Deus, ne talis sis, ne dum te virgis cædit peccatorum, recalcitres, obmurmures ingratus, & quæ tibi dare deberent ansam à peccatis abstinendi, ne causa sint committendi grauiora. Ficus bona Chananæa, ficus Dei palato sapidissima, quæ vt de manu eius hanc suscipit calamitatem, illâ se Deo voluntariè subdit, *Etiam Domine.* Quocirca illam credentium patri comparat Abrahamo: illam magnæ fidei compellat mulierem: *Vt solent esse ficus primi temporis.*

§. 19, Magna est fides tua. *Videtur fidem hanc præferre fidei Abrahæ: Talis fides a Deo obtinet, etiam illud quod ipse dixerat, non esse bonum hoc facere.*

O *Mulier magna est fides tua: fiat tibi sicut vis.* Indubium erat, quòd tale consequeretur. *Placet.* Qui, vt hæc mulier, rogaret: iam enim dixerat Christus: *Qui se humiliat exaltabitur.* D Bernardus expendit hæc verba, & præclarum edit tractatum de humilitate & humiliatione. Non dixit Christus: qui fuerit

„ 50 D. I. „ Quise „ humiliat „ exalta„ bitur,

Luc. 18. 14. fuerit humiliatus, exaltabitur, sed qui se humiliauerit : potest enim quis humiliari, qui non sit humilis. Quis magis humiliatus & prostratus, quàm diabolus ? & quàm parum humilis ? Vocatur autem humilis, ille qui voluntariè & pio affectu tribulationem recipiens, conuersus ad Deum, ait : O Domine, quàm bene mihi hoc conuenit. Hoc autem fit in magnæ fidei hominibus, quorum est tam viua fides, vt in ipsis opprobrijs, lucrum suum ac merita contemplentur. Talem veneror D. Paulum dicentem : *Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Christi.* Ita hæc est humilitas, *virtus Christi*, libenter, & voluntariè perferre calumnias & Dei flagella. *Non dicit patienter se ferre infirmitates suas, sed gloriari, & libenter gloriari in illis, probans sibi bonum esse, quod humilietur.* Non erat in eo Pauli lucrum, Pauli meritum, quòd eum Deus humiliaret, sed in eo quòd istam humiliationem acceptaret, vt sibi fructuosam. Hoc quoque primitùs dixit Dauid : *Bonum mihi quia humiliasti me.* Occurrit illi Semei, Dauidi maledicit : *Egredere, Egredere, vir sanguinum, & vir Belial* &c. *Male dictum est illi à seruo* (inquit D. Bern.) *at ille, nec cumulatam iniuriam sensit, quia præsensit gratiam.* Nota illud *præsensit.* Viuamquoque nota Dauidis fidem, qui in illis dicteris, vidit gratiam quam illi Deus facere dignabatur. *Quid mihi, ait, & vobis filii Saruiæ ! O vere hominem secundum cor Dei, qui se vile scenti potius, quam exprobranti sibi succensendum putauit.*

Quid hoc Dauid, quòd ei succenseas qui pro tuo pugnat honore defensor, illum tartum, tectumque desiderans ? In illum excandesce, qui te nulli tolerandis prouocat contumelijs. O hominem fide viua illustratum ! Vocat Abisai, filium Saruiæ sororis suæ, eum notans, qui carnis affectu duceretur. Non sic : Ego quippe in his opprobriis fide contemplor, quæ mihi Deus per os Semei maledicentis loquitur. *Nunquid in ore blasphemi Deus ? Absit, sed eo vsus est ad humiliandum.* Me vult Deus humiliare : hic meum intueor meritum, si Deo me humiliante, ipse me quoque humiliem : *Dominus misit illum ad maledicendum Dauid. Verùm homo secundum cor Dei, qui de corde Dei ferebat sententiam, seruiebat lingua maledica, & ille intendebat, quid in occulto ageret Deus. Vox maledicentis erat in auribus, & animus inclinabat se ad benedictionem. Nec latuit propheram, quippe cui incerta & occulta sapientia sua manifestauit Deus. Ideo dicit : Bonum mihi, Domine, quia humiliasti me, vt discam iustificationes tuas. O quanti humiliantur,* inquit Bern. *& humiles non sunt !* O quanti humiliantur, & ipsi se non humiliant ? Mirare huius mulieris humilitatem. Illam Christus humiliat, illa viua viget fide, vt Dauid, quid sequitur ? quod exaltetur. *O mulier magna est fides tua. Qui se humiliat exaltabitur.* Hæc est, ita hæc fides magna, in opprobrijs considerare gloriam &c. *Libenter gloriabor in infirmitatibus meis.* Adhuc habes quod in huius mulieris humilitate contempleris, in eo quod cum eam hoc conuitio, foras canis Christus exciperet. *Non est bonum sumere panem filiorum & dare canibus.* Ipsa illi respondet : *Etiam Domine ; nam & catelli* &c. Hæc est illa humilitas, quæ tale meretur præmium. Non sicut vestra, (inquit D. Chrysost.) De te quippe bene dicis, quod peccator sis, abominabilis proditor &c. Attamen si tibi hoc alius obiecerit, ibi tua patet impatientia, ibi vel parum mereris. Humilis publicanus, quem dum Pharisæus latronem, homicidam &c. criminatur ; sibi dicebat, & Deo : verum est : *Deus propitius esto mihi peccatori* : & hac humili meruit veniam confessione.

Quàm secura erat mulier hæc, ô Domine, quòd talis oratio, tanta patientia, & perseuerantia tanta, finem obtineret tam gloriosum : de te etenim alia prædicat sancta mulier, cui probè tua erat cognita conditio. *Hoc autem pro certo habet omnis qui te colit, quod vita eius si in probatione fuerit, coronabitur : si autem in tribulatione fuerit, liberabitur, & si in correptione fuerit, ad misericordiam tuam venire licebit : non enim delectaris in perditionibus nostris : quia post tempestatem tranquillum facis ; & post lachrimationem, & fletum, exultationem infundis.* Certum erat, diuine agricola, quòd super tritici granum ferram non adigeres adeo grauem, vt illud comminueres, sed vt paleis, & exteriori apparentia emundatum, eius in lucem educeres viuam fidem : & cum illam tanti facias ac sedulus quæras, tuquè ille sis, qui in te suscipis, tuos extollere amicos, tu ipse eius vis esse prædicator, eius præco celebertimus, alterius hoc nulli fidens eloquentiæ, quàm tuæ, quâ in totius mundi corona, te quasi mirabundum fateatis : *O mulier magna est fides tua.* Quàm sapienti ictu Magdalena vas illud diffregit pretiosum : illô enim tantus exspirauit odor, à Christo laudatus : quod : *Domus impleta est ex odore vnguenti.* Non in eum finem cor percussit Christus

Tob. 6. 3. 21.

Ioan. 6. 12. 3.

stus huius mulieris, vt illud contereret, sed vt pretiosi pyxidici vngenti exspiraret odor, ac fidei suæ fragantia tanta, quam ipse Christus publico præconio commendaret. *O mulier magna est fides tua.* Hoc enim intendit, dum ei ne verbo quidem respondit, dum preces repulit Apostolorum, dum canem exprobat, vt superiùs de S. Iob diximus, & elegantur expendit D. Chrysostom. *Ab initio & ante ingressum orationis, nihil respondit &c. In fine docet cur dare distulerit, non vt eam repelleret, sed vt patientiam ipsius omnibus manifestaret. Nam si præter repulsam distulisset, neque tardè ei donasset, & nos minimè agnouissemus, mulieris ab initio usque in finem fortitudinem. Dimitte, inquiunt, eam: quia clamat post nos. Vos auditis vocem; ego mentem video, scio quid dictura sit, nolo thesaurum mentis suæ occultum permanere, sed exspecto, & foueo, vt manifestetur, & omnibus clarius fiat.*

D. Chr. Hom. de profectu Euangelij, ad finem, quæ habetur post expos. Epist. ad Philippen. To. 4.

D. Chr. Hom. 38. & 44. in Gen. To. 1.

Verba hæc D. Chrysostom. subtiliùs expendit, & oculos suos in Christum conijciens, quando illa dicebat, ait: *Monstrauit, quomodo fidem eius obstupescat*: Sicut etiam fidem obstupuit Centurionis & quasi alludens ad fidem Abrahæ demiratus est. Ratione huius comparat hanc mulierem Abrahæ, & illi videtur, quòd aliquo modo fidem præcurrat Abrahæ. Magna procul dubio fides Abrahæ, qui pater meruit audire credentium; quem magnificis promissis de terra sua Deus eduxit, & eius dictis obediens nescit quò tendat, per deserta, per longissimos viarum anfractus, per terram inuiam, desolatam, inhabitatam, vbi pauca domicilia, & ea quidem longo distita interuallo, nulla vbi hospitia: qui cum supplicem Deo libellum offerret generationis ac liberorum, annuit ac iurat illi Deus: attamen differt vno, altero, pluribus annis, nec implet promissa, vsque dum (teste D. Paulo) ingraueſcente ætate, & labentibus viribus esset: *Corpus eius emortuum*, terræ saccus; vxor vero ipsius nonaginta annorum decrepita. *Et emortuam vuluam Sara.* At magnam admiror fidem: licet enim corpus suum iam lugeret emortuum, seniles annos, iam proximus sepulchro, & se suamque coniugem aptiores vt terræ mandarentur, quàm vt filij ex illa generarentur: tum demum à Deo beneficium sperat recipere, & completionem præstiti iuramenti. Magnum fidei Abrahæ argumentum: *Qui contra spem*, (inquit Apostolus) *in spem credidit, nec consideranit corpus suum emortuum, & emortuam vuluam Sara.* Contra omnem spem, quam ex corporis infirmitate potuerat concipere, ex mulieris quoque Saræ, infœcunditate credidit, nec hæsitauit diffidentia, magis fidens Dei promissis, quàm iis quæ propriis oculis intuebatur: *Contra spem in spem credidit.* Non tantùm credidit, id quod non videbat, sed contrà id, quod in se, & Sara vxore sua cernebat.

Rom. c. 4. 19

Rom. c. 4. 18.

Duo tamen hic considera (monet D. Chrysostom) Primum: Abraham fuisse virum alacrem, vegetum, fortem robore, & in omnibus expertum, vt ipse solus, sibi vernaculis domus suæ coniunctis, bello aggressus sit quatuor aut quinque reges, quos in fugam compulit, & prostrauit, & reuersus sit triumphator. Secundum: Verbum Dei tenebat iam sibi iuratum, Deus enim illi sæpius, & amoriosis blanditijs optatam seminis generationem iurauerat, idque pluribus argumentis, cœlum illi ac sydera demonstrans. Deique verbo securus innitebatur. Hæc vero mulier Chananæa, primò: mulier debilis, infirma, labilis, natura inconstans ac mutabilis: fundamentum enim inconstantiæ hominis est, ex muliere natum esse: *Homo natus de muliere*, &c. *numquam in eodem statu permanet.* Egressa de finibus suis Christum quæsitura perierit, nullis allecta promissis: *A finibus illis egressa.* Christum gradu festino insequitur, quam Christus nullis demulcet, palpatque blanditijs. Secundò: Nedum nullis nitebatur promissis, eorum quæ viua fide sua desiderabat, quinimo expressa negatiua repellebatur ab eo, qui præterquam, quòd primum illi non responderit, deinde Mediatores Apostolos benignus non audierit, apertis illi verbis declarat. *Non est bonum sumere panem filiorum* &c. His nihilominus asperis repulsa, quæ spem suam omnem radicitus euellebant, contra spem in spem credidit. Numquam securior, fidentior numquam, quàm dum videt fidei spesque suæ totum quasi corruisse fundamentum, dum ei dicitur: *Non est bonum.* Imo huic fidelis innititur argumento, quod sibi contrarium esse videbatur, & spem suam eo confirmat audacior, quod omnem sibi spem resecabat: *Etiam Domine: nam & catelli* &c. Hoc est, (inquit D. Chrysostom.) quod Christum in hæc verba compulit admirationis: *O mulier magna est fides tua.* Talis fides, & quidem in muliere? Sic se quoque veritas habet, vt meâ sententiâ, nullus sit, cui Deus ita fortiter ianuas occluserit, cui tamen statuerat auxiliari,

51

Gen. 14. 14.

Iob 14. 1.

Heb. 11. 33.

Heb. 11. 30

Isa. 40. 10.

Matt. 10.

fiari, atque huic, mulieri. Tertiò: claues retorsit: non aperiens: primò, non respondens, deinde discipulorum preces refutans, tertiò resolutoriè respondens: hoc agere nullatenus expedit. *Non est bonum* An fortius occludi potest ianua, num vllus superstit modus, quò ianua perfectè concludatur? Vero verius est, Deum non agere, nisi quod bonum est, sed nec eius aliud quidquam posse omnipotentiam. Ipsemet respondet, & quasi decretum statuit: *Non est bonum.* A malo est sumere panem filiorum, & dare canibus, eam pro filia petorantem exaudiri: quæ illi potuit spes superesse? Hic fidei miraberis effectus, quâ mulier præcellit, orationis quoque efficaciam, quam viua fides exornat, vt meo iudicio, sententia illa, illud dicatur, quod dici potest de illa, maximum.

Abundant hoc argumento scilicet S Scripturæ, nec in illis sæpius quidquam repertur, quàm vis orationis. Hoc argumento replentur Sanctorum volumina. Verumtamen quantum sapio, nullus vltrogressus est, sed nec eo accessit, vt tanta foret eius vis orationis, quâ Deum illud agere constringeret, quod ipsemet definierat fieri non expedire. *Non est bonum.* Exaggerat D Paulus Sanctorum fidem, quæ tanta laudatur: vt *Sancti per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt repromissiones, obturauerunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis, effugerunt aciem glady* &c. Sed minimè reperies dictum, quod Deum vicerint, sicut regna, minus, quòd Deo os obturauerint, vt leonibus &c & multo minus, quòd non obstante proprio eius de hoc decreto: *Non est bonum* petita consequerentur. Hæc itaque fides magna: Hæc fides potens. Hæc est viuæ fidei oratio fœderata. Extollit D. Paulus populi Dei fidem tantam, quâ: *Muri Iericho corruerunt.* Quæ comparatio huius cum illo? huius enim mulieris oratione an non coram eius pedibus Dei voluntatem dixero corruisse? illam instar parietis, fortem, inexpugnabilem, vt de ea ipse dixerit: *Viuo ego: quia consilium meum stabit, & omnis voluntas mea fiet.* Ipse Deus se (parcite verbo) ad orationis mulieris prosternit præsentiam, efficaciam, & auctoritatem: *Fiat tibi sicut vis.*

Domine Deus, quæ hæc nouitas? Hoc vnum noui, quod me Domine docuisti: vt homo quotidie suam Deo resignet voluntatem: *Fiat voluntas tua,* vt heri diximus; sed à ratione videtur alienum, & intellectu non intelligibile, vt hoc Deus dicat homini, & se eius consignet voluntati, dicatque non vito, sed mulieri, sed Chananææ, sed idololatræ; *Fiat tibi sicut vis.* Perpende, quæso, Domine mi, quod agis: inter consilia quippe Spiritus S. hoc vnum audio: *Non des mulieri potestatem animæ tuæ, ne ingrediatur in virtutem tuam, ne confundaris.* Cum enim sit mulier ignara, non est illius, virum regere, nec suam viri præferre voluntatem, sed viro esse subditam, eius præceptis obedire. Hoc enim illi sic statuit, qui ei à mundi primordijs dixerat: *Sub viri potestate erit.* Quomodo igitur, Domine mi, das mulieri potestatem animæ tuæ, tuam illius conformas ac tradis voluntatem: *Fiat tibi sicut vis?* Attende autem, quòd si sit mulier, mulier non est talis, qualis: sed magnæ fidei: *O mulier magna est fides tua.* Quid hoc significat? non solum significat, quòd magna sit ratione fidei, sed quòd habeat excellentissimas qualitates, quæ fidem reddunt magnam. Amorem habet magnum, patientiam magnam, magnam humilitatem, magnam spem, opera magna, magnam cum mea voluntate consonantiam, & tam firmam, vt eam ab illa destrahere non valuerint tribulationes, nec opprobria, nec frequentes repulsæ, nec ignominiosa cognomina: Iustum igitur est, vt ego ei meam conscribam voluntatem, quæ sapientiori consilio me Dauidis filium inclamauit, qui vir secundum cor meum, de me hoc effatus est: *Voluntatem timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet* &c. Magnæ fidei mulier. Huic suæ dat dominium voluntatis, in ea quoque subtiliter aduertimus, quod nostra possit esse mediatrix. Impletur quoque historia Iacob. Commendat Spiritus S. gratiam, quam illi Deus contulerat: *Certamen forte dedit illi, vt vinceret.*

Luctata durissima, quâ Iacob cum Deo depugnabat, quem & superauit, & licet sæpius rogaret: *Dimitte me: iam enim ascendit aurora.* Non eum tamen liberum dimisit. Nota illud: *Dimitte me.* O mulieris inuictam fortitudinem: *Non dimittam te, nisi benedixeris mihi.* Quod est nomen tuum? Iacob. Vocaberis Israel: *Vincens Deum.* Opinatur Caietan. vim verbi Hebraici referre: *Si dominatus es Deo.* Ita quoque videntur legere Septuaginta. Et Symachus Dominum te fecisti voluntatis Dei, quâ cuncta disponit. Clarum est, hoc non debere intelligi absolutè, sed per Dei misericordiam infinitam, ait D. Chrysost. vt illi vires, & alas addat. Quasi diceret. Fratrem tuum ne timueris: meam enim tuis manibus consigno voluntatem, vt in tui salutem fiat quidquid volueris. O my-

Hebræ c. 11. 33.

Hebræ c. 11. 30.

Isa. 45. 10.

Matt. c. 6. 10.

Eccli. c. 9. 2.

Gen. c. 3. 16.

Ps. 19.

Ps. 144 19.

Sap. c. 10. 12.

Gen. 36. 26.

O mysterium. Mulier hæc tantæ fidei meritô » voluntatis Dei consequitur potestatem. Vos ap- » pello viros, qui magnæ fidei viros vos esse gloriamini, vos mulier hæc confundit Chananæa. Vos adiuro Christiadas, qui titulo superbitis Christianismi, vos mulier pudore suffundit infidelis: ex illa discite quomodo eius imbuti magisterio, cum Deo negotiemini, cuius fauore gratiæ, perennem gloriæ in cœlo statum obtineatis, Amen.

SVMMARIVM
HOMILIÆ DECIMÆ SEQVENTIS.

MEMORAT Euangelium, quoddam Christi miraculum cæteris celebrius factum Hierosolymis, quo diuinitatis suæ maiestas prodebatur. Ad hoc autem statuit Hierosolymis templum, illique vicinam piscinam *a*. Ac præsenti miraculo festum elegit Paschatis, quô plures confluerent testes *b*. Piscinam erexit circa templum plurimis de causis *c*. In illa veræ pœnitentiæ insinuans symbolum, in eo quod esset Hierosolymis *d*. Et quòd salutem imperiret commotis per Angelum aquis, diligentiori *e*. Abbreuiata erat eiusdem efficacia, *f*. Nec potuit in ea curari paralyticus: non enim peccatum, infirmitatis radicem auferebat *g*. Iniecit in illum Christus oculos suos: cuius enim vult miseretur *h*. Cuius rogat voluntatem, quô ostendat, tuam ad tuæ animæ salutem, requiri voluntatem *i*. Remedium non inuenit paralyticus, illud ab hominibus exspectans *k*. Tibi quoque deerit: non enim sunt homines *l*. Eum Christus sanitati restituit, in suæ potentiæ declarationem, ipsius probaticæ viribus longè superioris *m*. Tria hæc præscribens: *Surge, tolle lectum tuum & ambula*: ex quibus tuum pendet remedium *n*. Quem grauiter hortatur, ne deinceps reincidat in peccatum *o*.

a §. 1. 2.
b §. 3.
c §. 4.
d §. 5.
e §. 6.
f §. 7.
g §. 8. 9. 10.
h §. 11.
i §. 12. 13.
k §. 14.
l §. 15.
m §. 16.
n §. 17.
o §. 18. 19.

§. 1. *Erexit Dominus Hierosolymam, vt in ea sese ipsum manifestum redderet vbi & probaticam statuit, in templi subsidium, vt Abisag quæ Dauidem foueret.*

§. 2 *Probatur Christus probaticâ superior, vt olim ipsis cœlis.*

§. 3 Erat dies festus Iudæorum. *Operatur Christus hoc miraculum in festo celebriori, quo plures habeat testes.*

§. 4. Est Hierosolymis probatica piscina. *Nullibi commodius piscina quàm circa templum, & pauperes ad eius valuas, in nostrum beneficium.*

§. 5. Multitudo languentium. *Piscina symbolum est pœnitentiæ, & triagenera infirmorum, tria sunt genera peccatorum.*

§. 6. Qui prior &c. *Diligenter accurrendum, vt Dauid, quando Angeli mouebant pijrorum cacumina.*

§. 7. Sanabatur vnus. *Angustum remedium, saluti corporis non prouidet sicut animalibus.*

§. 8. Erat homo &c. *Corpus non sanabatur, si cui erat anima infirma; nec mare sedabatur, Iona naui non iecto.*

§. 9. D. *Ephrem ostendit Deus, quòd labores mittit ob peccata vel oblita vel non notata sicut huic.*

§. 10. Triginta & octo annos. *Ad triginta & octo annorum paralysim, leuiora sufficiunt delicta.*

§. 11. Hunc cum vidisset. *Pauperculum vidit: hoc enim ei proprium est, & misereri, quaratione & cuius vult.*

§. 12. Vis sanus fieri. *Si tu noluerit, non te sanabit Deus, qui dicitur ludere cum hominibus.*

§. 13. *Non sanaris: quia non vis absoluta volun-*

tate,

tate, vt mulier prægnans, de qua Ezechias.

§. 14. Hominem non habeo. *Qui confidit in homine, non sanatur: pauperem enim fugit, vt aues, & animalia ex arbore deuolant concidente.*

§. 15. *Magnus hominum defectus, multos vocat Deus mulieres, & de hoc conqueritur Amos, & admiratur Hieremias.*

§. 16. Surge, tolle, &c. *Hic Christi elucet potestas, & quem ille curat, securus est, quando eris & tu talis?*

§. 17. *Sanat Christus hunc paralyticum illo verbo:* Surge, tolle &c. *Idem quoque tibi præcipit in tuam salutem.*

§. 18. Noli amplius &c. *Caue peccati recidiuam, ne tibi quid peius contingat, vt Ozæ, & illu, de quibus loquuntur D. Bonauentura; & D. Gregorius.*

§. 19. Ne deterius &c. *Aptè declarat Hieremias deterius illis aliquid contingere, qui ad peccata semel à Deo remissa, reuertuntur.*

HOMILIA X.

DE PARALYTICO APVD PISCINAM.

Secundo die Veneris Quadragesimæ.

Erat dies festus Iudæorum & ascendit Iesus Hierosolymam. Est autem Hierosolymis probatica piscina &c. Ioan 5.

Ioan. 5. 1

PRIMAM hodie audimus lectionem, quam ex Euangelista Ioanne nobis in Quadragesima proponit Ecclesia, proinde nobis erit necessarium oculos reserare (monente D. Augustin.) Tract. 36. in Ioan. Notum enim cunctis liquet D. Ioannem inter Euangelistas aquilæ comparari. Præcipuum autem, quòd auis hæc prætendit auium Regina, hoc esse credimus, vt pulli solem acie intueantur irreuerberata. Ad hoc verò illos clarissimis solis exponit radiis: huius autem aquilæ cœlestis ea fuit mens, vt oculos in veram Christi conficiamus diuinitatem, & personæ suæ diuinam essentiam contemplemur. Notat D. Epiphan. *a* D. Hieronym. *b* & singulariter. D. Basil. *c* D. Ioannem hoc suum Euangelium conscripsisse, post alios Euangelistas contra Ebionem, Cerinthum, alios{que} hæreticos, Christi negantes diuinitatem: quod exorsus est, quasi basim & lapidem fundamentalem ponens diuinam enarrans essentiam. Vt eam verò contemplemur, lucidissimis nos illius exponit radiis, oculis nostris miracula obiicit præclariora. *Hæc autem scripta sunt, vt credatis, quia Iesus est Christus filius Dei* &c. Horum vnum hodie memorat, quô solô suò verbô curauit infirmum tam obdurata paralysi debilitatum, vt iam triginta & octo annis decubuisset membrorum impotens, quem celebris illa piscina curare nequiuerat Hierosolymitana: quæ licet totius orbis maximum portentum, virtutem tamen vni soli curando habebat limitatam, & accedente paralytico, si eum alij præuenissent, virtus eius exhausta languescebat. Vbi deficit virtus creaturarum, adest eius potentia, qui cunctis superemipet creaturis eaque tanto, vt solo suo præcepto, tantam largiatur salutem vt velut cervus exsiliat paralyticus, suo{que} lecto grauidus obambulet ciuitatem, cunctis, & inspicentibus, & ad tanti miraculi stupentibus nouitatem. Radius fuit hic adeo fulgidus, vt huius occasione Christus subtilissimam instituerit concionem, qua, si vnquam clarissimæ suæ exposuit diuinitatis essentiam. Fuit autem huius tanta lux, vt vespertiliones illi, noctuæ, ac bubônes, ex eo tempore cœperint obcœcari, & aperto illum Marte prosequi; & quod hic actum narramus, toto illos vitæ tempore commouit, vt eum ad mortem vsque insectarentur. *Quia Patrem suum dicebat Deum, æqualem se faciens Deo.* His radiis splendidissimis, quibus illi obtenebrabantur, Ioan. 5 18

a Hæres 51.
b Lib. de scriptor. Eccles.
c Lib. contra Eunomium.
Ioan. 20. 30.

nos exponit D. Ioannes Euangelista. Vtinam his illuminemur, & solem hunc diuinum acie collustrata contemplemur, quod futurum non dubito, modò nostros oculos diuinæ gratiæ consolidet fortitudo: eam mediatrice cœlesti D. Virgine postulemus. *Aue Maria.*

§. 1. *Exeuit Dominus Hierosolymam, vt in ea seipsum manifestum redderet, vbi & probaticam statuit, in templi subsidium, vt Abisag quæ Dauidem foueret.*

2 *In Ps. 40.* OPinio fuit D. Chrysost. hodiernum Christi Domini miraculum, opus esse tantâ stupendum substantiâ, tantâ præcellens dignitate, vt illud tam ab annis bis mille Prophetæ regius distinctè descripserit, & apertè reuelauerit, vt opus, quod inter cætera Christi miracula singulari quodam modo præeminet: facile vero est intellectu, hunc excelsum debere esse montem, qui reliquis interiacens, eminet altiùs, & à mille leucis clariùs percipitur, eosque oculos laudari perspicaces, qui eum à tanto discernunt interuallo. Tales mirantur, animæ oculos Regis Dauid, superna luce fulgi los, qui tanto sæculorum intervallo grauissima & altissima Christi detexit mysteria, ipso quoque testimonium de seipso perhibente, quòd tanta Deus mentem eius luce perfudit cœlesti, vt ea contemplans præuideret intellectu tam claro, vt esset instar lucidissimæ auroræ, *Sicut aurora manè sine nubibus rutilat.* Vt ei dicere licuerit: *Incerta & occulta sapientia tuæ manifestasti mihi.* Dei Sapientia Christus est teste D. Paulo. Quidquid Christum tangebat, Deus Dauidi manifestabat: *Manifestasti mihi.* Itaque qui particulari circumstantia de Christo scripsit, Dauid celebratur, & ideirco Christum nominatim Psalmorum eius fecit mentionem, dum ait: *Necesse est impleri omnia, quæ scripta sunt in lege Moysi & Prophetis & Psalmis de me.*

2. Reg. 23. 2.

Psal. 50. 7.

Luc. 24. 44.

Inter ea opera, quæ de Christo cecinit, hodiernum fuit singulare, ratione cuius (sic intelligit D. Chrysost.) composuit psalmum quadragesimum: *Beatus, qui intelligit super egenum & pauperem.* Atque, quòd ille, de quo loquitur Dauid, Christus sit, quem beatum prædicat: talis enim ab instanti conceptionis suæ creditur, qui pietatis suæ oculos coniecit super egenum & infirmum, qualis iacebat hic paralyticus; qui hominem, qui sibi compateretur, non habebat; quocirca tractatum, dignum suo cerebro conscripsit elegantem. Nos autem psalmum quadragesimum septimum expendamus, in quo, quantum coniicio, admirabili quodam ingenio, & eloquentia diuinus ille Psaltes decantat id quod cœlestis illa Aquila hodierno nobis exponit Euangelio. *Magnum Dominus & laudabilis nimis in ciuitate Dei nostri, in monte sancto eius: fundatur exultatione vniuersa terra mons Sion, ciuitas Regis magni.* Magnus Dominus, & omni laudum præconio dignissimus, ad hunc finem ciuitatem extruxit intentione singulari, vt in ea ipse magnificaretur, coleretur, laudaretur. Fuit autem Hierusalem fundata in monte Sion, quam ideirco Dominus fundauit, vt in eo gloriæ suæ erigeret thronum, & sedem collocaret Maiestatis, templum suum scilicet, propitiatorium, aream, altaria, vt in his, sacrificiis, oblationibus, orationibus, ac canticis coleretur. Sed particulariter vt in vrbe illa, venturus in mundum nostra circumamictus carne cognosceretur: *Deus in domibus eius cognoscetur, cum susceperit eam.* Venturus erat humanitatis nostræ pallio absconditus: attamen suam manifestaturus diuinitatem; ad cuius manifestationem hanc condere voluit ciuitatem.

Psa. 47. 2.

3 Obstupesce, quanto præuio tempore Deus sibi agenda proposuerit, hæc enim præmeditatur, condens ciuitatem tam celebrem, tam magnificam tam illustrem, tam opulentam. Si namque Deus dum primum ac terrenum Adam creare voluit in mundo, primum ei præparauerit paradisum (inquit D. Chrysost.) *vt operaretur & custodiret illum*: Suadebat æquitas, vt Adamo secundo talis præstgueretur ciuitas, in qua mirabilia opera sua hic operaretur. Tales Deus vrbes non condit, nisi prudenter præmeditatus. Romam particulariter talem condidit, tot modis tot numeris eminentem, vt in ea perpetuam figeret sedem Vicario suo in terris Pontificalem. In hunc igitur finem designauit Hierusalem, vt in ea præclariora sua miracula patraret, quæ in ordine ad nostram ederet Redemptionem, ac diuinam suam personam, in mundum veniens manifestaret. *Deus in domibus eius cognoscetur.* Hæc luce clariùs patet veritas: recens etenim natus hoc in templo, annoso, probato, coronato se manifestarit Simeoni, Annæ Prophetissæ aliisque quàm plurimis. Ibi duodennis sese Doctoribus, medius sedens inter illos interrogans illos, ac respondens manifestauit. Ibi manum mirabilioribus suis apposuit operibus, quæ vtq spectante populo perpetrauit:

Gen. 2. 9.

petrauit ; quorum primum fuit mercatorum, columbasque vendentium electio : ac postea ibidem ipse tot tantaque edidit obstupenda, vt eorum magnitudine conuictus accurrerit Nicodemus, protestatus : *Rabbi, scimus quia à Deo venisti Magister : nemo enim potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo.* Ibi mirabilia eius videas, ibi conciones audias cœlestes, dum viuit, ibi prodigia eius obstupescas die Palmarum dum properat ad passionem, vt dicere potuerit : *Ego semper docui in Synagoga, & in templo, quò omnes Iudæi conueniunt.* Ibi visæ sunt vltimæ eius moriente eo prærogatiuæ ; dum velum templi scissum est medium à summo vsque deorsum &c.

Ioan 3.2.

Ioan.18. 20.

Vtitur autem Dauid subtili phrasi, dum ait : *Deus in domibus eius cognoscetur.* Vocat templum in plurali, domus, Hebraica phrasi : quando enim quid magnum significatur, licet res sit in se singularis, illam indicat numero plurali, sicut peccatum originale, cum sit vnicum, vocat tamen non peccatum, sed peccata. *In peccatis concepit me mater mea.* In textu Hebraico vbi nostra vulgata lectio habet : *In domibus*, ponitur verbum significans fortes. Quocirca alij legunt : *Deus in fortibus eius cognoscetur* : q.d Licet in illa non esset ciuitate manifestandus, particulariter tamen in illis domibus fortibus cognosceretur : quibus verbis, meo iudicio, ad litteram insinuare voluit hanc piscinam : ideirco enim credo, quòd D. Ioannes singulari consilio illi nomen adscripserit, quo vocabatur : *Bethsaida*, id est : *Domus effusionis* : domus in quam defluebant, & effundebantur aquæ, quæ de templi tectis decidebant. Familiare est Hebræis omnia receptacula vocare domos, sicut cistas eburneas, quibus vestimenta condebantur pretiosa, domus vocabant : *A domibus eburneis.* Alij dicunt, quod *Bethsaida* significet *domus misericordiæ*, quam Deus in illa faciebat, miraculo salutem impertiens languentibus. Domus erat adeo fortis, vt virtute vigeret, mouente Angelo aquas, sanandi omnes infirmitates, paralyses, cœcitates, febres &c. *A quacumque infirmitate.* Singulari porro studio eam vocat Dauid, fortem domum ciuitatis. *In fortibus eius.* Admirabilis Sacramenti gratia : & quod illud ? quòd Deus hanc statuit piscinam vt forte quoddam subsidium & basim sustentando templo ac ciuitati.

Psa 50.7.

1. Quid significet Bethsaida.

Prou 9.1. Loquitur Salomon : *Sapientia ædificauit sibi domum, excidit columnas septem.* Doctrina Lib contra hæc est D. Augustin. quòd veram fidem vera semper miracula comitentur, quæ illam & confirment, & sustentent. Cum enim sit fides rerum supernaturalium, ratione non potest naturali comprehendi, supernaturalibus igitur stabilienda est rationibus, ac argumentis, nimirum miraculis. Pro huius rei hieroglyphico præcepit Deus Moysi, vt ad latus arcæ, in qua duæ tabulæ legis seruabantur : virgam collocaret, tantorum mirabilium operatricem ; vt memorat D. Paulus quæ semper in Ecclesia inseparabiliter & reperta sunt, & reperiuntur. Proinde Christus discipulos suos in Euangelij mitteus prædicationem, pariter illis & virgam tradidit, potestatem inquam miracula perpetrandi. *Prædicate Euangelium* &c. *Signa autem* &c. *In nomine meo dæmonia eicient, linguis loquentur nouis* &c. His fides fuit confirmata ac firmiter stabilita, sicut ait Apostolus. *In nos confirmata est, contestante Deo signis, & portentis.* Et dum olim in populo Iudaico Deus fidem suam condidit. (*Notus in Iudæa Deus.*) fiebant tum temporis miracula sine intermissione continua, quibus illa fulciebatur ; quinimò hoc vltimum in hac piscina demiramur, quam Deus vt fulcrum quoddam robustum ac immobile condidit, ac fidei suæ sustentaculum.

ep fund. Manich.

Hebr.9.4.

Marc.16. 17.

Hebr.2.4.

Ps.75.2.

Soleo dicere, quòd Deus populo illi dederit templum ac Sacerdotes eo modo, quo conciliarij Dauidi Abisag Sunamitidem substituerunt : Fuerat Dauid adolescens robustus, leones discerpserat, vrsos præfocarat, fortissimos deuicerat inimicos : at iam senio grauis, & multo fractus membra labore, frigore nimio constringebatur : cooperitur pellibus ac stragulis, sed minimè concalescit. Vt verò paululum foueatur, concludunt ei submittere puellam iuuenem, pulchram, vegetam, quæ regi concumberet, eumque frigentem calefaceret, corpus siccum ac emortuum repararet. Hoc modo Dauidis vita incolumis seruabatur, vsque dum morte naturali discedens exspiraret. Erat populus Iudaicus suis in primordiis ac iuuentute validus, omnes subiugabat aduersarios, Chananæos, Hethæos, Iebusæos, Amorrhæos, Cethæos, Amalecitas, Philisthæos, cuius per totum mundum fama spargebatur victoriarum : Modò verò capularis pronectæque ætatis, ei vires languescunt, vigor calorque detepuit charitatis : hoc eorum erat omne studium vt pellibus cooperirentur, id est, operibus bonis ac ceremonijs exterioribus : concta hypocrisim, fictionem, & exteriorem redolebant apparatum.

4 3.Reg.1.7.

iam eorum patebat virtutis vigor infirmior, dum eos Romani subditos regerent, deuictosque asperuarentur. Quod remedium, eius viribus conseruandis aptissimum conquiremus? Ad templi latus, quod est pars principalis, statuatur, subsidium, puella robusta, sana; id est, piscina, cuius tanta sit virtus, quam orbis stupeat vniuersus, vt illâ aliquanto tempore fulciatur, & omnes intelligant, apud eos Deum coli ac esse misericordem.

Quod si in diebus Elisei crediderit mundus, Deum verè esse cum Israelitis, eo quod inter eos esset, qui curare posset immundos à lepra, modò iudicent omnes, Deum hic esse cum sit, qui virtute suas omnes sanet infirmitates. Proinde mihi persuadeo, quòd Deus paucis annis ante Christi aduentum hanc statuerit piscinam ad prædictum effectum: quia eius nulla fit mentio in S. Scriptura quantum ad hoc, & opinatur Tertullian. id quod ego quoque concedo, certum esse, quod post hunc diem deinceps huius piscinæ virtus ad infirmos curandos cessauerit, ita vt, nullum post hac curauerit infirmum, cum huius numquam legam fieri mentionem. Magnum est hoc sustentaculum; cum ibi, teste Dauid, *Deus in fortibus eius cognoscetur*, & in eum finem piscinam condiderit, vt virtutis suæ ibidem testimonium perhiberet. Qui fortitudinis suæ vult exemplum exhibere, hoc non aget in rebus infimis ac debilibus: illas enim superare, nulla illi foret gloria, nullum virium suarum efficax testimonium, sed in rebus fortioribus: qui enim se ostendit eo fortiorem, qui cæteris creditur robustior, clarè suam supra omnes probat fortitudinem. Hæc autem maxima erat populi Iudaici fortitudo, nimirum, virtus piscinæ: O quàm magna, quæ cunctas curet infirmitates, sanetque morbos, ad quam nulla mundi potest contingere fortitudo. Adest Christus, & suas declarat maiores esse vires, quàm piscinæ: licet enim magna sit piscinæ huius fortitudo, curate nequit, nisi præstituto tempore, descendente Angelo, qui motu inuisibili aquas conturbet, & hoc ad vnius tantum curationem, qui primus accesserit, aquamque fuerit introgressus post eiusdem motionem; ille verò qui tali non fuerit ingressus tempore, deficiente piscinæ virtute, non sanabatur: idcirco curari non potuit hic paralyticus, qui ibidem triginta & octo annis suam longanimis præstolabatur salutem, sed spe sua frustratus, prout conqueritur, *Dum venio enim ego, alius ante me descendit*, totamque secum iam sanus detulit hausitque piscinæ virtutem. Aduertite igitur Christi Domini virtutem qui piscinæ superat vires, & quem illa curare non potuit, sua Christus virtute sanauit, quippe qui non subest tempori, vt illius exspectet momenta, nec aquæ indiget commotione Angelico ministerio excitatæ, nec opus ei est vt paralyticum aquis immergat membris solidandum, sed solo suo verbo paralyticum sanitati restituit incolumem, & omnia quæcumque vult, facit independens.

L. contra Iudæos c. 13.

Hic quoque suam Christus declarat virtutem, in eo quod propria virtute, non emendicata, non ab Angeli motu dependente, vt piscina, sine temporis operetur limitatione, sine certo personarum numero illis omnibus quibus dignatur, impertiat sanitatem. Eleganter de hoc discurrit D. Gregor. apud Lipoman dicens: quod quidquid Sancti operati sunt, hoc Dei sunt virtute operati: quod latiùs probat inductione operum Moysi. Expendit autem illud: *Quis similis tui in fortibus Domine?* Fortis fuit Moyses, at virtute non propria, sed communicata sibique à Deo concessa. *Dominus autem Iesus incomparabiliter, non aliena virtute apparuit, sed in sua: Vnde ex ipso potens, paralytico imperans ait: Tibi dico, surge: Hinc etiam scriptum est, quotquot tangebant eum salui fiebant. Et iterum virtus de illo exibat, & sanabat omnes. Hoc namque insigne fortitudinis, nec Moyses, nec alius facere potuit, vt dum incomparabilia signa innotescerent, ad verbum vniuersitas apertissimè designarent. Opi me igitur et dicere possumus: Quis similis tui in fortibus Domine?* Hoc Dei erat epithetum, vt notat Sixtus Senensis, quod suis vexillis inscribebant Machabæi; vnde & nomen sumpsere Machabæi. In Hebræo enim hæc sunt quatuor nomina: Mi, Camocha, Baëlim, Iehoua, quorum primæ litteræ, scilicet M. Ch. B. I. significant Machabi, id est Machabæi. Tu quoque time, ex illo enim opere (teste Moyse) hoc secutum est: *Ascenderunt populi & irati sunt, dolores obtinuerunt habitatores Philisthijm.* Erant namque vicini. In Hæbræo (vt refert Caietan.) sic legimus: *Audierunt populi, tremunt, tremor apprehendit habitatores Philisthijm.* Philisthijm, secundum Originem significat: *Cadentes populi.* Et idem aduertit Rupert. Consonum est rationi, vt cuncti Dei timeant fortitudinem Christique virtutem, hæc enim præualet, eamque cæteri licet integer populus, superiorem venerantur, illi se submittunt, in eiusque se protegunt præsentiâ superioris.

II. Christus foriot ipsa piscina. D. Greg. *In 2. lib 1. Reg. apud Lipom. Exod.* 15. 10.

In cap. 15. *Exod.*

§. 1. *Pro-*

§. 2. *Probatur Christus probaticâ superior, vt olim ipsis cœlis.*

CHristi, monet Apostolus, in eo agnoscēs virtutem, quòd egerit, & fuerit operatus, quod nec ipsa tota lex vetus potuit aut agere aut operari. *Quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur* &c. Vt subtilem habeo annotationem D. Cyrilli Alexandr. expendentis, cur Deus dum celsitudinem suam Senioribus Israël manifestat, apparuerit cœlos pedibus suis substernens, mille stellis instar Saphirorum radiantibus præfulgidos. *Viderunt Seniores Deum Israël, & sub pedibus eius, quasi opus lapidis Sapphirini, & quasi cœlum, cum serenum est.* Modo prorsus stupendo, respondet D. Cyrill. vt ostenderet Deus, magnitudinem pulchritudinemque suam cæteris esse superiorem, hoc ei declarandum erat, in eo quod ipsi pro pulcherrimo ac excellentissimo ducerent, scilicet cœlo, cuius stellifera contignatio ac pulchritudo syderea ab Ægyptiis vt Deus colebatur, cum nihil esset illo superius.

Attende (inquit Deus) in cœlis istis, quantò mea sit eminentior altitudo, pulchritudo superior: cum illam quam vos suprēmam creditis pulchritudinem meis subiiciam pedibus, & quod ex illis arbitramini sublimissimum, illud maximè est inferius, quod enim in me vt inferius repræsentatur, pedes mei sunt, quibus illud vestrum sublimissimum substernitur: sed nec cœlorum altitudo vsque ad illud ascendit, quod in me videtur humillimum: mons vester, mihi vallis est. *Quia in Ægypto filij Israel coluerunt creaturam, & cœlum Deum appellabant, ideò rerum ill. Dominus, super ipsum quoque firmamentum sedens apparuit, vt intelligerent, illum omnia sub pedibus habere, & ipsius cœli esse Dominum, & illius effectorem.*

Irrefragabilis altitudinis suæ probatio, eam manifestans in hoc quod cæteris altius æstimatur. Credo quoque, quòd eodem modo Christus voluerit suæ mortis hora ostendere potentiam. Vt enim is vinctus comprehenderetur, tota conflauit in vnum terrena potestas, in militibus populus Romanus, & in ministris Principum ac Sacerdotum, populus Iudaicus, quorum omnium ei ducem creat Iudam Ischariotem. *Iudas ergo cum accepisset cohortem, & à pontificibus & Pharisæis ministros.* Ad quid tot vires reduplicatæ? Nimirum, vt Christi cunctis pateat fortitudo. *Deus in fortibus eius cognoscetur.* Accedunt, illum aggrediuntur, impetum faciunt: at vno Christi verbulo; quo nihil suauius, in terram cuncti corruunt superati. En Christi potestatem: illud enim quod in eo dixeras esse minùs validum, vnicum scilicet verbum, mundi debellat fortissimos. Contuere, *quod infirmum est Dei, fortius est hominibus.* Potentia enim eius ac robur; coram fortissimo quolibet ac robustissimo paret robustius, videtur potentius, reliqua superat. Hoc hodie perfecit: coram enim totius veteris legis fortissimo, & templi potentissimo, suam ille demonstrat potentiam, explicat robur, dum in ictu oculi, verbo vnico, quod in illo erat infirmius, curat paralyticum, quem piscina, quæ apud Iudæos erat omnium potentissimum triginta octo annorum spatio curare nequiuerat, nec vnquam poterit. Tale verò fuit hoc virtutis Christi argumentum, vt eâ perspectâ continuò Principes in eius necem ac perditionem conspirarint; vt memorat Euangelista. Et hoc quoque adiungit Dauid: *Ecce Reges terræ congregati sunt, conuerterunt in vnum. Ipsi videntes sic admirati sunt, conturbati sunt* &c. Cernunt mirabilia magna, paralyticum instar cerui subsilientem, sublato in humeros lecto progredientem: & ecce conturbantur, admirantur, concilia cogunt, Christo bellum indicunt: hic enim radiorum solis est effectus, dum clatiùs lucent, vespertiliones, aueſque nocturnas commouent, obtenebrant & excæcant.

Ob quam præcisam rationem miraculum hoc voluit clarissimè manifestari, proinde sanato coram omnibus paralytico præcepit, vt in humeros grabatum tolleret iam robustus, & per vrbis plateas ambularet. *Surge tolle lectum tuum, & ambula*; vt ansam daret miraculi huius manifestationi, sicut sine vllo fuco illud ita cunctis perpalam euasit, vt Pharisæi mortales inimici iudicarent expedire, illi se deberet opponere, insuper & persequi hominem illum, qui tam aperta voce, ac sine vllis verborum involucris se Filium Dei naturalem declarabat ac euulgabat. Tria Christi opera mihi occurrunt, in quibus, & per quæ se verum esse Deum indicabat, hac in ciuitate facta, & huic intentioni innixa vt in ea ipse se manifestans cognosceretur, vt prælibauimus, & hæc omnia subtiliter enarrat D. Ioannes, cum ille esset, qui in se susceperat Diuinitatis Christi proferre argumenta, vt ait D. Hieronym. Primum fuit de Adultera, quam Iudæi ad Christum adduxerant in adulterio deprehensam, eumque iudicem in hac causa elegerant: hic se Deum ostendit: dum in lucem prodit, iisque Satrapis aperit

I. Tria opera Christi indicabant diuinitatē. *Ioan. 8.*

Rom. 8. 3.

Exod. 24. 10.

D. Cyrill. Alex. Lib. 11. de Adorat.

Ioan. 18. 4.

1. Cor. 1. 25.

Ps 47. 5.

» aperit eorum cordis abditissima peccata, vnica
» scriptura in terra vniuscuiusque scelera exarans:
» diuinam suam in tantum declarans auctoritatem,
» vt adulteram in vtroque foro liberam absolue-
» rit, & non solùm in interiori, peccata illa sua
» condonans misericors, sed etiam in exteriori,
» cum enim lex tam diuina quàm humana eam la-
» pidibus obrui huius criminis ream præciperet,
» nihilominus in omni iudicio dimisit absolutam,
» vt infra latiùs exponemus.

» Alterum contigit die Palmarum, quod etiam
» debitis circumstantiis refert D. Ioannes: quo
» Christus se Dominum supremum declarauit
» creaturarum, præcipiens vt talis, ad se adduci
» asinam & pullum, rabidos summorum Sacerdo-
» tum, Pharisæorum, Scribarumque reprimens
» impetus, qui iam eum publico concilio reum
» mortis conclamarant, linguas, cordaque permo-
» uens, parum est virorum, sed & puerorum, la-
» ctentium, infantium, vt omnes vnanimi eadem-
» que acclamatione, voce contentiosa, eum fate-
» rentur, ac reciperent vt verum Regem, Domi-
» num, & Deum suum: de quibus proprio loco
» latiùs. Tertium fuit hodiernum huius paralyti-
» ci, quod sicut primum fuit quod Christus edidit
» in veræ suæ diuinitatis testimonium, ita nedum
» verbo illud declarauit, sed ex professo illam pro-
» bare, ipsisque voluit Pharisæis publicare, nec id
» quidem in angulo, sed populosa hac in ciuitate,
» in qua voluit ab omnibus, vt Deus agnosci, coli,
» adorari. Quocirca præcipiens paralytico, sanus
» surgeret, iunctim mandat, tollat lectum suum,
» qui vtique præsumeret, quòd ob hoc illico Iudæi
» contra illum insurgerent, eum legis diuinæ trans-
» gressorem arguentes ac festi à Deo mandati vio-
» latorem, quodque proinde esset Deo ipsi con-
» trarius. Erat autem hoc præceptum de seruan-
» do Sabbato cæteris notissimum, quod in die fe-
» sto nulla ferri onera permittebat: ob collecta
» quippe quædam lignorum segmina, & domum
» relata, præcepit Deus virum lapidari, vt infra
» dicemus. Proinde æstimabant Pharisæi nulli pu-
» to homini permissum esse legi subiecto, tollere,
» aut iubere tolli onus in die festo, nisi diuina
» polleret auctoritate, ipsa lege, superiori. Hanc
» Christus ipsis declarat, se habere, se legis Do-
» minum, legemque ipsa superiorem manifestans,
Luc. 6. 5. » dicta sua probans. *Dicebat illis: quia Dominus,*
» *est filius hominis, etiam Sabbati.* Quocirca dum
» in eum omnes insurgunt, ob prædicta, & insi-
» mulant quòd infirmo iussisset tollere grabatum
» in die festo, rem, diuinæ legis cultoribus illici-
» tam, ipse Christus concionem exorsus est proli-
» xam, cuius illud statuit fundamentum, quòd fi-
» lius esset Dei, Deus, vt Pater, omnipotens, pro-
» inde illis hoc primum præfatur: *Iesus autem re-*
» Ioan. 5. 17. *spondit eis: Pater meus vsque modo operatur, &*
» *ego operor.* Mirabile argumentum, vt notant
» Leontius, Theodorus, Mopsuestenus, præclari
» inter Græcos expositores: quasi diceret. No-
» runt omnes, relatum à S. Scriptura, quòd Deus
» sex dierum spatio postquam mundum creauerat
» vniuersum, cessauerit die septimo, quocirca de
» Gen. 2. 2. eo sic dicitur: *Requieuit Deus die septimo.* Pro-
» inde in eius venerabilem memoriam, sanctifi-
» cauit diem septimum, hominibusque præcepit,
» vt dies ille foret illis dies quietis, quo opus ser-
» uile facere licebat nemini.

Sic se res habet, verumtamen eo modo Deus » 6. 11.
die septimo requieuit, ac creare & operari de- » Deus
stitit, & eo modo præcepit hominibus ab omni » est su-
opere requiescere, vt tamen tanquam supremus » pra le-
ac independens Sabbati, legisque Dominus, ple- » gem.
na manserit potestate liber, ea operandi die
Sabbato, aliisque diebus quælibet, quando & eo
quo sibi placuisset modo, de quo illum nemo iu-
re redarguat: licet enim ipse legem statuerit,
superior tamen ipsa lege & eiusdem manfit Do-
minus absolutus: Sicque cernimus, quòd ope-
ra sua faciat in Sabbato, quas vult animas creat.
Ita Sabbatis, sicut aliis diebus, & mouet & di-
sponit elementa Sabbato, quasi non in Sabba-
to. Hoc agit Pater meus, hoc quoque ego ago
Patri æqualis: *Pater meus vsque modo operatur,*
& ego operor. Hæc audientes Iudæi, vt serpen-
tes exacerbantur, & exinde (teste Euangelista)
seriò Christum persequi cœperunt, eumque per-
dere maligni cogitarunt, existimantes iacti sui
quam dabat, rationem, ipso facto suo esse ne-
quiorem. Legi fragum iudicabant, præcipere Pa-
ralytico in die festo tollere lectum suum; ac in
Deum blasphemam illam rationem ab ipso al-
legatam, quòd hæc præcipere, sibi liceret, quia
filius esset Dei, Deo in potestate operandi, æ-
qualis, quo tempore, quove modo expedire ipse
iudicaret. *Propterea ergo magis quærebant eum Iu-* » Ioan.
dæi interficere, quia non solum soluebat Sabbatum, » 5. 18.
sed & Patrem suum dicebat Deum: æqualem se
faciens Deo. Hæc sunt Euangelistæ verba, qui-
bus SS. Patres refellunt blasphemam Arij hære-
sim dicentis, filium Patre esse minorem. Illa no- » a Lib.
tant D. Ambros. *a* & D. Cyrill. *b* Realiter Chri- » de Fi-
stus (ait D. Euangelista) his verbis se facie bat & » de c. 1.
declarabat, & huius miraculi occasione, Patri » b Li. 5.
æqualem. » Thes-
Videamus modò (inquiunt SS. Patres) vter hic » saur.
men-

» mentiatur, Christus vel eius Euangelista. Mentiri posse nemo dicat Euangelistam, cuius linguam, cuius calamum Spiritus S. ducebat regebat, dirigebat, Spiritus ille veritatis: Vero quoque verius est, longissimè à Christo omne mendacium abfuisse: etenim ille erat, summa, suprema, ac prima veritas: de fide igitur est (inquit D. Ambros.) quod perspicuè Arius aut contradicat Euangelistæ, cum dicat, quod nec se Christus declarauit, nec dixit, se esse Patri æqualem, aut ipsi contradicit Christo, qui se vt talem promulgat. Illum (inquit) ipsi confundunt Iudæi: cum enim illi hæc verba clarè prolata sic intelligerent, ex illo tempore Christo moliri insidias non destiterunt. Ille verò nedum dicta à se reuocauit aut pedem retraxit, quinimo eo posito fundamento proceßit vlteriùs, articulum hunc diuinis confirmans rationibus, seque illis manifestans, vt à Moyse promissum, dum ei Dominus ait: *Prophetam suscitabo de gente tua*, &c. Quodque in se Deus verbum suum impleuerat, ipsi vero perduelles essent: cum enim illis Deus antiquum suum promissum, ac iuramentum complesset, de mittendo Messia, illi suis non starent promissis de illo recipiendo, quando veniret & se illis apertè manifestaret præsentem; progressus est autem Dominus hæc tot diuinis claritque demonstrans rationibus, vt illos & summo pudore confuderit, nos autem toramque Ecclesiam in veræ diuinitatis suæ fide illuminarit. Cum essent autem hæc argumenta, ac rationes adeo sublimes, eas voluit D. Ioannes ad longum exarare, ita vt his reliquum capituli scribens, satis fusè impenderit: eorum omnium illud statuens fundamentum, facinus scilicet illud hodiernum tam mirabile. Magnum facinus, fortissimum Christi diuinitatis argumentum. Quocirca illud Euangelista debitis suis, isque admirandis descripsit circumstantiis illud: igitur attendamus.

Deut. 18. 15.

§. 3. Erat dies festus Iudæorum. *Operatur Christus hoc miraculum in festo celebriori, quo plures habeat testes.*

☞ 7 ENarrans D. Ioannes hoc prodigium, supposuit fuisse diem festum Iudæorum: *Erat dies festus Iudæorum.* Opinatur D. Iren. fuisse festum Paschæ, & hoc supponere solet D. Ioannes in præcipuis operibus, quæ de Christo memorat. Primum, cùm se manifestauit in templo, negotiatores, columbasque vendentes eiiciens, quo primarios Sacerdotes, omnemque populum extertuit circumstantem: fuit autem hoc circa festum Paschatis: *Prope erat Pascha Iudæorum.* Miraculum seu multiplicatio panum contigit tempore Paschali. *Erat dies festus Iudæorum* Hodiernum quoque in Paschate Christus peregit. Primò quo nobis innotesceat, Deo nullum festiuius Pascha celebrari, quàm dum nobis sua largitur beneficia liberalis. *Lætatus est Dominus super vos, bene vobis faciens.* ait Moyses. Secundò: quo doceamur, quòd si nobis omnibus sit diebus, bonis operibus incumbendum, præcipuè tamen hæc diebus festis exerceamus, vtpote particulariter institutis, vt ea cultui diuino consecremus: quoque sunt festa celebriora, eò sint & opera vestra bona perfectiora; In illis tibi conuenit visitare Nosocomia, viduis opitulari, captiuos consolari &c.

D. Iren. Lib. 2. contra hæres. 139.

Deut. 28. 63.

Voluit Christus vnico ictu actuque confundere horum nequitiam proditorum, quo ad obseruantiam legis circa festorum cultum, nosque pariter erudire, quis sit verus ac legitimus cultus, quo nobis præcipitur, festa celebremus. Admiremur omnes; quanto studio Dominus nobis præceperit festorum cultum, illum præ reliquis præceptis inculcans sæpius, easque ceremonias, quas ordinauit, ac voluit vt in illis seruarentur, proinde pœnam capitis (ad minus) statuit eorumdem transgressoribus, lege tam stricta, vt hominem ligna die festo igni struendo colligentem proprio ore lapidandum condemnarit. Quis non stupeat zelum cultus Dei viri S. Nehemiæ, nobis à Spiritu S. relatum? Iam septuaginta annis dura populus Dei in Babylonia seruitute oppressus ingemuerat, plurimorum scelerum reus. His peractis, disposuit benignus Deus, vt egederetur, ac in patriam suam Hierusalem liber reuerteretur. Illuc reuersis Iudæis instauratis domorum suarum ruinis, ruderibus reparatis vidit D. Nehemias vt ipse hæc narrat. *In diebus illis vidi in Iuda calcantes torcularia in Sabbato, portantes acervos, & onerantes super asinos vinum & vuas, & ficus, & omne onus; & inferentes in Hierusalem die Sabbati. Et contestatus sum, vt in die qua venderent liceret, venderent. Et Tyrij habitauerunt in ea, inferentes pisces & omnia venalia: & vendebant in Sabbatis filiis Iuda in Hierusalem.* His grauiter commotus vir Dei, infusus lachrymis, voce flebili, illos arguere, meliora suadere toto conatur pectore: Quid agitis, ô viri, quid agitis. An ideò captiuitate miseranda soluti in patrios lares reuersi, vt ad pristina peccata relabamur, & sint nobis posteriora peiora prioribus? An Canes ad vomitum? *Quæ est hæc res mala, quam vos facitis*

F. Festa sunt nobis colenda.

2. Esdr. 13. 15.

» *eitis & prophanatis diem Sabbati?* Ob quam, creditis, culpam, Deus patres nostros puniuit, » & captiuos eiecit in Babyloniam, patrium solum » pessumdedit, euertit Hierusalem, opes disperdi- » dit populi, nisi ob talia opera lege prohibita, ab
2. Esdr. 13. 16. » ipsis facta in Sabbatis, & die festum prophana- tum? *Numquid non haec fecerunt Patres nostri, & adduxit Deus noster super nos omne malum hoc, & super ciuitatem hanc?*

» Hoc vnum lego supplicium cæteris atrocius, » quo Deus populi sui crimina castigauit iustus » iudex: nimirum, dum Rex Nabuchodonosor copiosa militum manu ingressus est Hierusa- » lem, eam solo tenus eruit, omne quod spirare » poterat, interemit, domos succendit, & in tan- » tam redegit solitudinem, vastauitque funditus, » vt teste D. Hieronym. spatio annorum septua- » ginta, nec passerculus, nec aliquod animal, aut » viuens in tota illa videretur regione. Heu Do- » mine: quæ tanta peccatis pœna? quod sceleri- » bus flagellum tam durum? Audi delicta. Ob » violata festa, legem transgressam, onera sublata, » translata, exercitas mercaturas in die Sabbati » &c. Ecce zeli rigorem, quo Deus voluit, vt fe- » sta seruarentur, & ea huius est ratio, quam ipse » Deus declarauit: quando post latam legem, & » inter alia sua mandata hoc quoque de cultu fe- » storum nominatim præcepto, post data in mon- » te Sinai præcepta iudicialia, legalia ac ceremo- » nialia: post propositum exemplar tabernaculi, » cum suis cortinis, ac tabulis Setin: fabricæ » arcæ, propitiatorij, candelabri, mensæ panum, » altaris incensorum, holocaustorum, ac sacrificio- » rum: post factam de Sacerdotibus mentionem, » eorum descriptam consecrationem, omnibusque » iam absolutis, dum Moysen vult dimittere, vt » ad populum duabus tabulis legis instructus re- » mearet, denuo repetit, de cultu festorum præ- » ceptum, quasi nihil de eo fuisset cum Moyse col-
Exod. 31. 13. » locutus, nihil præcepisset: *Loquere ad filios Is- » rael, & dices ad eos: videte vt Sabbatum meum » custodiatis, quia signum est inter me, & vos in ge- » nerationibus vestris: vt sciatis, quia ego Dominus, » qui sanctifico vos.* Hoc inter omnia tanquam la- » pidem fundamentalem populi sui cordibus in- » sculptum voluit Deus, quod per Vatem suum » Dauid asseruit, vt scirent omnes, quòd ipse esset
Ps. 49. 7. » & solus & verus Deus *Deus Deus tuus ego sum.* » Intelligerent quoque, cum talis esset, quòd ab eo » totum eorum bonum, salus, & vita penderent » tam in ordine naturæ, quàm gratiæ, & hanc fi- » dem protestantes, ad illum confugerent, actibus » fidei ac religionis, coram eo assisterent, se eius » seruos, eius creaturas confitentes. Ad hoc statuit, » vt quisque sex hebdomadæ dies, vt sibi proprios » haberet, vt in eis quisque faceret ea quæ familiæ » suæ conuenirent, & temporalibus beneficiis de- » seruirent. Attamen sibi diem septimum reserua- » uit: vt illum operibus diuini sui cultus conse- » crarent, coram Deo comparerent, ei gratias pro » receptis beneficiis referrent, alia noua deposce- » rent, animam spiritualibus exercitiis in bonum » suum occuparent, non minori diligentia, quàm » per reliquos hebdomadæ dies impenderunt cor- » pus rebus corporalibus acquirendis.

Quocirca Cardinalis noster Caietan. obiicit, » *In cap.* circa illa verba quibus Deus, hanc Sabbati legem » 20. promulgauit *Memento vt diem Sabbati sanctifi-* » *Exod.* *ces.* Cui Deus in hoc præcepto verbo illo vtitur » *Exod.* *Memento*, nec illo in aliis nouem præceptis vti- » 20. 8. tur? Vt nouerimus, inquit, rationem huius esse » 11. præcepti, expergefacere memoriam, & quòd » Deus Deus die festo non intendat, vt tantum ab ope- » sæpe ribus corporalibus ac seruilibus cessetis: hoc e- » festo. nim esset, velle vos degere otiosos, vt alius Phi- » tum losophus opinabatur, qui Deum subsannabat. Is- » inculraëlis, qui populo suo septimam temporis par- » cat ob- tem derogaret, quo præcipiebat, vt nullo popu » seruatio- lus suus eo die opere distenderetur: quin potius » nem. hoc intendit, vt operibus illis seruilibus cessan- » tibus, animas ad spiritualia se extendat liberior: » receptorum à Deo donorum recolens memo- » riam, pariter quàm arctè tam liberali Domino » seruire teneatur. *Vt intelligamus* (inquit Caieta- » CA- nus) *rationem præcepti esse recordationem, vt in-* » TET. *telligamus non placere Deo quietem ab operibus* » *septima quoque die, nisi ratione memoriæ, & ra-* » *tione interni cultus.*

Summatim vt animæ tuæ sollicitus inuigiles, » eamque disponas, vt talis cum Deo sit, qualem » esse conuenit homini Christiano. Ratione hu- » ius expendit D. Augustin. *a* & D. Cyrillus A- » lexandrin. *b* id quod Deus in ordine ad hoc præ- » ceptum ipse declarat: Mandabat vt Sabbati re- » quies seruaretur, qua famulus, & famula, & iu- » menta sibi seruirent ac conquiescerent. *Sex die* » *bus operaberis, septimo die cessabis, vt requiescat* » *bos tuus, & asinus tuus, & refrigeretur filius an-* » *cillæ, & aduena.* Tantâ vigilantiâ Deus in hoc » processit, vt conformiter, sicut totius hebdoma- » dæ vnum diem, nempe Sabbatum, quieti desti- » nauit hominibus, seruis, famulis & animalibus; » ita quoque constituit annum septimum quietis » terræ, vt boues ac iumenta, quæ illam colunt, illo » conquiescant; proinde legem condidit, vt licet » tellus esset frumenti, aut vineæ, aut oliueti, » sex. »

a Lib. qq in Exod. q 89. b Lib. 4 in Ioan. Exod. 23. 12.

» sex eam annis continuis aratent, colerent, conse-
» rerent, vineas putarent, cultiuarent oliueta, &
» omnium fruges in horrea colligerent: septimo
» vero anno, cota terra quiesceret, & plantæ in-
» cultæ manerent, ne quis illas tangeret aut terram
Exod. 23.12. » aratro, vel vomere proscinderet &c. *Sex annis seminabis terram, & congregabis fruges eius, anno autem septimo, dimittes eam, & requiescere faciet.* &c. *Ita facies in vinea, & oliueto tuo.*
Leuit. 25.20. » Quia verò statim hæc se offerebat difficultas. » *Quod si dixeritis: quid comedemus anno septimo, si non seuerimus, neque collegerimus fruges nostras?*
» Sed nec anno octauo superetur quod comeda-
» mus: illo enim necesse erit arare terram, præpa-
» rare, & circa anni terminum serere, proinde
» non nisi circa noni anni exitum fruges colligen-
» dæ. Hanc Deus illorum præuenit anxietatem:
» ne vox hæc cura solliciter; perpetuo quippe vo-
» bis adero miraculo. *Dabo benedictionem meam*
Leuit. 25.21. » *vobis anno sexto, & faciet fructus trium annorum, seretisque anno octauo, & comedetis veteres* » *fruges, vsque ad annum nonum, donec noua nascantur, edetis vetera.*
» O summam Dei prouidentiam, qui tanta Iu-
» dæos præuenit sollicitudine: vt quidquid ho-
» minum seruit, suum haberet tempus, diemque quo
» à labore conquiescat. Et seruus, & ancilla, &
» bos, & iumenta, quin & ipsa terra, & plantæ
» vacarent. Quid hoc te tangit, cælorum Domi-
» ne, quærit D. Augustinus, quòd quiescant bo-
» ues, iumenta, terra, quæ præcisè in hominis ob-
» sequium produxisti? Quid tua refert, quærit
» D. Cyrill Alexandrin. ô Domine, terra, plantis,
» arboribusque consita, quòd tanto studio eius pro-
» cures quietem populoque præcipias, vt eam mi-
» nimè colant, tempusque concedant quietis? Ne
» hoc tibi persuaseris, respondent hi SS. Patres,
» quòd Dei pectus cura torqueat aut seruorum, aut
» animalium: iam enim dixit simili occasione D.
1. Cor. 9.9. » Paulus: *Numquid de bobus cura est Deo?* Nec
» hoc quoque credideris, quòd primariò Deus in-
» tendat quietem terræ, aut vacationem planta-
» rum, quæ cum sint insensibiles, quietis non sunt
» capaces, sed id quod dicit Apostolus, vt per id
» quod decreuerat, de seruis, animalibus, terra, &
» plantis hominis, ipsum hominem admoneret eius
D. Cyr. Alex. » quod ab illo requirebat: *Non insensatos agros* » *præcipuè quiescere voluit*, ait D Cyrill. Et qui tan-
» to studio, & singulari præcepto hoc à te exigit,
» vt vnum hebdomadæ diem, & annum septenni j
» concederes quieti, famulis tuis, iumentis tuis,
» aruis, ac vineis: hoc ipso te vult admonitum,
» tibique statutum, quanto studio quærat, tibique
» præcipiat, vt vel vnum septimanæ diem quietis
» tribuas animæ tuæ, quam tot negotiis, contra-
» ctibus, & terrenis lassam obtuis impedimentis,
» quo eius studeas pacì, tranquillitati, seruilibus
» operibus dimissis, eam tantoperè distrahentibus,
» quia verò peccata vel maximè animæ pertur-
» bant tranquillitatem, ab his præcipuè conquiescas
» & manum extendas, mentemque intendas iis
» quibus anima in Deo quiescat, virtutibus profi-
» ciat, meritorumque bonorum salutaribus accre-
» scat incrementis.
»
» Conueniens huic proposito perelegant est illa » 8 a L 8. mor. c. 15. & li. 26. c. 36. b In c. 16. Exod. Exod. 16.4.
» annotatio D. Gregorij *a* de quo sumpsisse vide-
» tur Abbas Rupertus *b* circa illud Domini popu-
» lo suo statutum, & verba, quibus suam explica-
» uit voluntatem, cœlestibus sœra mysteriis. E-
» gressus liber Ægyptiaca seruitute Israëliticus
» populus, versus terram promissionis caput iter,
» cui farina, quam ex Ægypto secum detulerat de-
» fecit iam exhausta, fames illum grauiùs oppres-
» sit. Confugit Moyses ad Deum, cui ille: *Ecce ego pluam vobis panes de cælo, egrediatur populus, &* » *colligat, quæ sufficiunt per singulos dies* Singulis
» diebus recens ac calidus decidet, quocirca aduer-
» te, inquit, vt quisque colligat, quæ sufficiunt per
» singulos dies, non plures, sub pœna conuersionis
» in vermes: *Die autem sexto parent quod inferant, & sit duplum quàm colligere solebant.* Quid igi-
» tur Domine, quid acturi sum die festo, num to-
» to illo die immotus, ac cõplicatis sedebo mani-
» bus otiosus? *Maneat vnusquisq; apud semetipsum, nullus egrediatur de loco suo die septimo*: id est, sit
» in seipso collectus Singulis hebdomadæ diebus
» egreditur cor vestrũ curis, negotiis, impedimen-
» tis, huc illucque distractum vagatur, & iis & ob
» ea quæ extra vos sunt discurrit occupatum. Die
» verò festo apud se remaneat, ibi cõquiescat, vt ea
» quæ intra te sunt meditetur, mentis oculos in a-
» nimæ suæ reflectat nobilitatẽ, eiusdem perpendat
» conditorẽ, in quẽ sit finem creata, quæ sit illa su-
» perna gloria, quæ regna cælestia sibi à creatore
» præparata: quod illud beneficiũ, quòd te ad ima-
» ginẽ, suamque condiderit similitudinem, lucem
» suam ac sumpsius infuderit cognitionem: Quàm
» ritè composita, mundaque conscientia, si non dis-
» composita, immundaque arguatur. Quàm Dei
» beneficiis gratus: qua ratione conuiuas proximo,
» eum num sicut teipsum diligas: quæ tua modo
» sit dispositio, si te hinc in suum eripiat Deus iu-
» dicium: quod animæ tuæ bonorum operum lu-
» crum, quod Deo in tuorum criminum cõferas
» compensationem? *Maneat vnusquisque apud se-*
» *metipsum.* En tibi, cur festa Deus præceperit.

In c 20 Exod. III. Pharisæi præceptum de cultu Sabbati intellexerunt. a *Thret. c.1.7.* CAIET. *Apud Lipom. in c 26. Gen.*

» O stultis stultiores, infelices illos Scribas, & » Phariſæos (exclamat Caiet.) qui, vt carnales » verba hæc carnaliter intelligebant: quaſi fuiſſet » illa Dei voluntas, manerent homines otioſi, » inertes, nihil agentes, & quaſi poſtes conſiſterent » immoti; quaſi verò Deus talis foret amicus » otij, vt illud hominibus præciperet obſeruan- » dum. Optimè & iuſtè eos ſic intuens Hieremias » otioſos, deſides, ait: *a Deriſerunt Sabbata eius,* » vt reipſa illos Gentiles irridebant, habebantque » ludibio, vt otioſos naſo ſuſpendebant, vtique qui » ſeptimam temporis anni partem inertes tranſi- » gebant. *Deridenda ſiquidem eſt* (inquit Caietan) » *ſola exterior requies, vtpote iactura ſeptimæ partis* » *temporis* Venit Chriſtus (inquit Origen.) com- » plens id quod Iſaac præfiguraverat. Foderat ſibi » Abraham in terra Palæſtina puriſſimos puteos » ouibus ſuis adaquandis: illos terra, lapidibuſque » obſtruxerunt Palæſtini, quo potum ouibus ſub- » traxerunt. Accurrit Iſaac & ſingulari opera illos » expurgat, ſordes, terramque eruit, in animalium » emolumentum. Effoderat Dominus ſuos puteos » mandatorum in animarum ſalutem: digito ſuo, » ſeu celſe illos in tabulis illis lapideis aperuit, » quales in vtraque tabula puteos? illos Phariſæi, » obſtruxerunt rerum terrenarum affectu, ſicut a- » more proximi, quo inimicum excludebant hono- » re parentum, quem ſolis verbis conſtare aſſere- » bant, non verò neceſſariis illis auxilia exhibendo: » deſideriorum motuumque repreſſione de bonis, » de muliere aliena; docebant enim ſufficere in il- » lis, operibus non deeſſe. Particulariter tamen » hunc feſtorum dierum cultus puteum opplene- » rant: explicantes hominem nihil in eis operis » facere oportere, ſed nec poſſe, etiam in proximi » ſui ſalutem, animæque beneficium ſed compli- » catis manibus debere conſiſtere otioſum.

» Hunc & verbis, & operibus Chriſtus aperuit, » cum diebus feſtis opera peregerit præclariora. » Dies erat feſtus Iudæorum, quando quinque pa- » nes fregit ac multiplicauit in quinque millia, » dies erat feſtus Iudæorum quando in Synagoga » manum aridam reſtituit, incuruamque erexit » mulierem, paralyticum in lecto coram ſe expo- » ſitum ſanauit; dies erat feſtus Iudæorum, quan- » do triginta octo annorum paralyticum ſolidauit; » miraculo inter cætera celeberrimo; quibus nos » erudit, & hortatur, vt diebus feſtiuis, ſi quidem » tibi operibus ſeruilibus ſic abſtinendum, & huic » præcepto ſub mortali peccato adſtringaris, ea » tamen tibi ſunt opera exercenda quæ in Dei di- » rigantur obſequium, tuique proximi cedant pro- » fectum; diebus his animæ tua ſalus diligentiùs, » grauiuſque curanda: peccata confeſſione eluen- » da, ſacrum Chriſti corpus ſumendum, largien- » dæ eleemoſynæ, hoſpitalia frequentanda &c. » Vtinam non ipſis feſtis diebus in peccata tuatis » turpiora, frænum laxetis veſtris concupiſcentiis, » Dei ſitis minus memores, veſtræque animæ in- » curioſi impendentes illos chartarum alearumque » luſibus, choreis, terrenis vanitatibus, mundi de- » liciis: Hæc proinde ſit ratio ſecunda, ob quam » Chriſtus hoc in die feſto miraculum egiſſe per- » hibetur.

9 Tertiam autem adducо rationem, ob quam Chriſtum hoc miraculum facere, expedebat: ni- mirum vt in Hieruſalem ſeipſum mundo ma- niſeſtaret. Hanc elegit ciuitatem, prout nobis aſſeruit Dauid, vt factus homo, in illa templo- que ſuo cognoſceretur. Ad hoc, ab initio leges ſtatuit, vt in feſtis Paſchalibus omnes Hieruſa- lem conuenirent, etiam longè diſſiti: vnde ho- minum milliones ad feſtorum Paſchatis celebra- tionem confluebant, vt quando iam factus ho- mo, ibidem mirabilia operaretur, totius ſic mun- di oculis exponeretur, vt omnes eorundem eſſent teſtes oculati, cuncti ea viderent, & ex his eum quis eſſet agnoſcerent. Prædixit Iſaias, hoc à Chriſto patrandum, nimirum, *Ducam cæcos per* *viam quam neſciunt.* Qui vero ſunt, quæſo, cæci illi, niſi ex plebe Iudaica? Ipſe idem exponit, ad- dens: *Quis cæcus, niſi ſeruus meus?* Direxit ac monuit illos vt diebus ſolemnioribus ad templū properarent: nec ipſi nouerant, ad quid primariò illud tenderet, quæ huius eſſet ratio principalis. An non Domine illis poſſes præſcribere formam, quâ quiſque ſuis in regionibus Paſcha celebra- ret? Poſſet vtique illos tamen omnium volui huc adducere, vt careuatim conctos cōfluentes titulo & intentione celebrandi Paſcha, coadunatos ha- berem, & teſtes meorū miraculorū oculatos, quæ homo factus, ſum editurus, quibus meam mūdo declarabo Diuinitatem, liceatque mihi proteſta- ri. *Ego ſemper docui in Synagoga, & in templo, quo* *omnes Iudæi conueniunt, & in occulto locutus ſum* *nihil.* Sicut ſol ex medio cœli ſuos quibus ter- ram illuminet, emittit fulgidiſſimos radios, ita ego quoque de medio templi. Proinde vt mira- culorū emittat radios fulgentiſſimos, diem elegit concurſus publici totius populi ac vniuerſalis: in loco toto orbe famoſo nimirum templo, & totius vrbis patentiſſimo, ſcilicet noſocomio, vbi cunctis cognitus decumbebat paralyticus, ab om- nibus ſæpius viſus triginta octo annorū curricu- lo, infirmitate nulli nō peruia, & ipſis triginta o- cto annis cōfirmata, apud Piſcinā tantę ac totiēs

exper-

Iſa 42.16.

Ioan. 18. 20.

expertæ virtutis, vt toti explorata constaret veritas regioni : in populo nominatissimo, tempore solemnissimo, piscina potentissima, infirmitate desperata, die maximæ concionis, plurimis testibus, hoc mirabile prodigium, ac beneficium Christus operatur. Huic conformiter, postquam dixisset Euangelista, quòd dies esset festus Iudæorum, quando Christus ascendebat Hierosolymam, continuò subdit, *Est autem Hierosolymis probatica piscina, quæ cognominatur Hebraicè Bethsaida*: q.d. Christus ascendit ad domum fortem, vt seipsum mundo manifestaret, in piscina, cuius tantæ erat efficaciæ fortitudo, vt quoslibet curaret morbos eius qui primùm descendisset in piscinam post aquæ motionem Angeli factam ministerio.

§. 4. Est Hierosolymis probatica piscina. *Nullibi commodius piscina, quàm circa templum, & pauperes ad eius valuas, in nostrum beneficium.*

℣. 10 SIstamus paruùper in hac coniunctione piscinæ circa templum. In quem, quæso, finem ipsam hoc loco Deus statuit? quia xenodochium est, in quod concurrunt ac decumbant quauis aduersa valetudine laborantes & aptè circa templum erigitur. Discurrit leganter D. Chrysostom. perpendens, id quod S. notat Scriptura, communi hoc more receptum, vt pauperes ad templi valuas mendicarent. Hic cæcus ille à nationitate hærebat, quem præteriens Iesus vidit, Hic ille paralyticus rogans eleemosynam, dum Petrus & Ioannes ascenderent in templum ad horam orationis. His piscina quinque porticibus ampliata: *In his iacebat multitudo magna languentium, cæcorum, claudorum, aridorum.* Quàm dissimile (ait) est templum, Deique palatium, Regum huius mundi ac Principum curiis: Ad horum enim ostia non videas nisi nobiles, diuites, virosque ambulantes illustriores, custodes armatos lanceis, gladiis, omnique telorum genere instructos, qui aduenis terrorem incutiant. Ad Dei verò palatij valuas, quos videas? cæcos, claudos, aridos, paralyticos, lacertos, nudos, angustiatos, famescentes, qui ora sua claudere nescierunt, suam prætereuntibus aperientes, exponentesque calamitatem, inopiam, infirmitatem. Domine, hic his locus non videtur opportunus. Est quippe templum tuæ domus quietis, vbi quasi strato mollique lecto veteris altari tuo ac sanctuario, de quo ipse re-

Hom. 28. ad pop.

Ioan. 5. 9

Act. 3

statis, cui nemo contradicat: *Locus quietis meæ.* *Isai c. 66.*

Ita quidam intelligunt benedictionem, quam Moyses impertijt Beniamin: *Amantissimus Domini habitabit in eo confidenter, quasi in thalamo tota die morabitur.* Amauit Deus tribum Beniamin, ita vt in ea sedem sibi elegerit, quietis, & thalamum securum: quia in terra eius, quæ ei sorte obtigit, Mons erat Moria, in quo templum suum Deo Salomon ædificauit locum quietis Domini. Hoc autem maximè requirit thalamus regius, seu quietis locus, vt longè distet à fletibus, eiulatibus, lamentationibus, gemitibus, ac clamoribus: vbi enim hæc audiuntur; quis facile conquiescat, quis suauiter obdormiat? Quieuit Saul in tentorio suo regio medio campo: Vociferatur nescio quis, quietem turbat Regem, prodit foras Dux Abner: St. St: tacete, quis hic clamor? obdormit Rex. *Quis es tu, qui clamas, & inquietas Regem?* Videre hic licet (inquit D. Chrysost.) quam sit dissimilis Dei mundique Principum conditio. Circa quietis suæ loca quærit Deus pauperes, mendicantes, vt inde certò colligas quanti illos faciat, etsi tu illos domibus tuis illusos eliminaueris, suis te gemitibus infestantes, illos Deus thalamo suo vicinos adsciscit: nec vlla eius auribus suauior insonat melodia, quàm pauperum suspiria, qui postulent misericordiam. Non inconcinnè perpendit D. Pet. Chrysol. parabolicum illud à Christo propositum de amico, ad quem confugit ille, qui panum premebatur inopia, qui ad ipsas domus suæ portas cubile suum habebat, vnde & rogauti respondit: *O quam dure vult, qui sic inquietari taliter, taliter patitur suscitari. O quam pulsanti ille gestiuit occurrere, qui sic secreti sui cubile ipsum collocauit ad ianuam.* Quem mihi ostendas, qui cubilis sui secretum, ad suæ domus ostium statuat, vbi quilibet eum inquietet dormientem? Hinc perspicuum est, hanc esse Dei quietem, quando valuas eius istu pulsas fortiori, ac sæpius repetito, eum tuis inquietas gemitibus, excitas suspiriis dormientem, vt heri diximus. Secundum: vt non ignores, ô tu opibus præcellens pauperes, domus Dei esse ianitores; quod si Dei regnum intrare posse confidis, illis fiat necesse est, intercedentibus: hoc enim Christus asseruit: *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.* Attende diligenter verba hæc. *Recipiant vos.* Sunt enim ipsi, qui concedunt ingressum, recipiunt & admittunt introeuntes. Ne eos aspernaris, tibi occurrentes, & portis tuis inhærentes, vt dives epulo vice-

I. Disparitas inter templa Dei, & principum cuiuis.

1. Reg. c. 26. 14.

D. Petr. Chrys. *Serm. 39 de persuas. orat.*

Luc. 16. 9.

rosum Lazarum, qui nec eum intueri dignabatur viuentem, quem Deus morientem æstimauit dignum, cui sepeliendo chorum cælestium mitteret Angelorum, & quietis sedem in sinu Abrahæ delegaret sempiternam.

☞ II. Templi est hominis refugium. 3. Reg. c. 1.

Tertium: in tui solamen. Templum, locus est, quo te recipis Deo tuas oblaturus, & indicaturus calamitates, illis prestius templum ascendis, multis te singultibus coram Diuina affligens maiestate. vt Anna mater Samuëlis in tabernaculo, flens largiter. Pauperes intuere, hic consistentes, & tuas maximas non esse iudicabis tribulationes: quod si tibi nauis multis pretiosisque mercibus grauis demersa petierit, non ob hoc adeo omnium, vt illi, nudus obertas. Si æger decumbis, non tot vt illi, quos conspicis, vlceribus plenus. *Communes nobis præceptores, & calamitatum consolationem per terrarum orbem misit Deus pauperes.* (ait D. Chrysost.) *Es aliquid præter voluntatem passus? Sed tale nihil, quale ille. Erutus est oculus tibi. Sed illi duo. Longo morbo laborasti? Sed ille incurabili. Amisisti filios? sed ille & proprij corporis sanitatem. Magna multatus es multa? sed nondum ad hoc es redactus, vt alteriùs indigeas. Deo gratias age.* An te quereris desolatũ, quòd tot Deo effuderis preces, sed inauditus? Attende quot tibi illi preces, quot proponant lachrimæ, sed nec tu illos eleëmosynâ vnica consolaris. *Illos videsin paupertatis camino, & ab omnibus quidem petentes, & à paucis accipientes. Cum orare defessus fueris, & non acceperis, cogita quoties audieris pauperem te vocantem, & non exaudisti, nec tamen ille grauiter tulit* &c. Quartum, vt habeas vnde Deo gratiarum referas actiones. Templum ascendis Deo benedicturus, sic postulat æquitas: de quibus igitur beneficiis, quæ in domo mea non video? quot in aliis mirabis difficultates, tot tibi sunt Dei beneficiâ, cum illis ipse te eripuerit, & id nec mereberis, nec sis vicino tuo sanctior.

D. Chr. Hom. 28 ait. Tom. 5

Aduertit, D. Aug. quòd in illa assertione D. Paulus. *Gratia Dei sum id quod sum*, intellexerit quoque, secundum regulam philosophi negationem: *Gratia Dei non sum, quod non sum.* Non tantùm gratiæ Dei adscribendum, quod homo sis, sanus, diues, potens, indolis inculpatæ, *id quod sum.* Sed hic quoque subintelligitur, quòd per Dei gratiam ac misericordiam non es, quod sine illa fores, infidelis, barbarus, claudus, cæcus, stultus: non enim ex massâ tu compactus meliori, aut naturæ nobilioris, quàm Maurus, Arabs, cæcus, insanus: Dei misericordiæ tribuendum, quod illi tot immittens afflictiones, alium tot miseriis obrutum, ac suspiratem affligens, te his omnibus seruauerit incolumem. Sano consilio vsi Israelitæ qui dum Pharao eiusque exercitus maris vndis submergitur, & deperiit infelix, Deo personant laudes gratiarum: *Cantemus Domino* &c. Qua de causa? *Ingressus est enim eques Pharao, cum curribus & equitibus eius in mare, & reduxit Dominus super eos aquas maris* &c. *Filij autem Israel ambulauerunt per siccum in medio eius.* Vna eademque omnes incedentes via, inter ipsos stupentes maris fluctus: Hi se gaudent euasisse liberos, illi autem submersi periere. Quod te per eundem mundum cum altero proficiscente, qui eiusdem sit tecum consors naturæ, eidem subditus passionibus, eadem tu pericula diuitiis affatim abundans, salute, honore, deliciis satur pertransis, ille verò contumptus inopia plagis, lepra vastisque contritus miseris ingemiscat: Deo gratias age, in æternum immeritas Dei decanta miserationes.

1. Cor. 15. 10.

Exo. c. 15. 19.

Quintum: ex D. Gregor. Nissen. Conuocat Deus pauperes ad templi sui ingressum, vt tuis ipsos manibus medium reddat efficax quò quidquid optes, consequaris. Templum adis oratum, *tu de pauperum Deique dona rogaturus: ad hoc enim dedicatur. Domus mea domus orationis est.* Vis vt te Deus exaudiat? Tu primò pauperem exaudi clamitantem. Petis vt tibi Deus manum porrigat, peti ta concedens? tu primò tuam exporrige manum, paupertique tribue postulata. *Date & dabitur vobis.* Rogas, vt tibi dent alij? tu primò da: Vt grauem enim Spiritus S. reprehendit inuibanitatem, manum extendere vt recipias, & ad dandum colligere. *Non sit manus tua porrecta ad accipiendum & ad dandum collecta. Date*, inquit Christus. *& dabitur vobis* Tangit, meâ quidem sententiâ vetus quoddam mysterium: Deus in tabernaculo suo locum sibi statuit designatum, vt qui aliquo indigeret, locum sciret, eoque tenderet, optata flagitaturus. At quâ figura Deus apparuit? Nullâ, nec voluit, vt eo in loco quò beneficia sedebat largiturus, aliquâ cum figurâ formâque depingerent: hoc vnicum inbet, vt ad introitum statueretur lauacrum speculis illustre, quò sese templum adiens contemplaretur: quasi dicat: nosse desideras, qualem in domo sua Deum sis tibi reperturus? Teipsum prius intuere introeuntem: talem indubiè Deum inuenies, qualis fueris & tu. Si Deum intueatis, ipse te quoque intuebitur, si illum audieris, & ipse te audiet, si illi manum porrexeris, & ipse suam tibi manum explicabit: hoc enim in speculo intueris, quod tibi tale est, qualis tu illi. *Cum sancto sanctus,*

12 ☞ *Introitus.* *Matt. 11.* 13. *Luc. 6, 38.* *Eccl. 4, 31.*

Ps.17.27. *sanctus, eris & cum viro innocente innocens eris, & cum electo electus eris, & cum peruerso peruerteris.*

D. Aug. lib. Man. cap. 24. Tom. 9. Hinc educit D. Aug hanc propositionem: *Qualis apparueris Deo, talis oportet, vt appareat tibi Deus suauis & mitis, & multæ misericordiæ suaues, mites, dulces, humiles & misericordes requirit.* Domine peropto, vt appareat mihi Deus manibus explicatis, vt mihi benignus postulata concedat; vocibus meis adsset apertis auribus, piis oculis, calamitates meas misericors intueatur. Ad hoc, tu tuas illi protende manus, eius exaudi gemitus, & benigno eum intuere oculô. Vbi eum videro? In paupere. *Quamdiu fecisti ex his fratribus meis minimis mihi fecisti.* Ad rempli sui introitum sese in vnoquoque eorum tibi exhibet, illum intuere, illum exaudi, illi manus extende liberales *Date & dabitur vobis.* O mentis inops, diues epulo, & quid æquam postulas sitis tuæ remedium? Te pudeat, confundere maledicte, ab eo hanc requirere, quam illi in paupere durus denegasti: cui nec micam panis, nec aquæ guttam concessisti sitienti: talem tu tibi Deum inuenias oportet, qualis tu illi fuisti durus, immisericors, imittis. Ecce Dei mentem, dum templo suo consecrat pauperes: q. d. manibus tuis trado, & fido mensuram eorum quæ tibi sunt à me concedenda; Hoc recipies, quod mihi dederis, eôque modô tuus ero, quô tu fueris meus. talis tibi, qualis tu mihi. Ipsum audi Deum: *Frange esurienti panem tuum & egenos vagosque induc in domum tuam, cum videris nudum operi eum &c Et anteibit faciem tuam iustitia tua, & gloria Domini colliget te.* Ne inconsideratè hæc verba prætereas: *Anteibit faciem tuam iustitia tua.* Iustitiam tuam vocat, eleemosynam præstitam pauperi: quo etiam nomine eam Christus insinuat. *Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus.* Eo quod, sicut alias exposuimus: id quod inter cæteras fundare potest titulum iustitiæ, sic vt ea data repetatur, vt quis à Deo quidquid petit, consequatur, creditur esse eleëmosyna, quam si exercuerimus dicere nobis licet, sicut ad rem congruè dixit D. Petrus Chrysolog. *Redde quod promisisti quia feci quod iussisti. tibi credidi dicenti. Date & dabitur vobis.*

Matt. c. 25. 40.

Isa. c. 58. 7.

Matt. c. 6. 1.

Tract. 2. in 30. & seqq. D. Pet. Chrys. Serm. 39. de verse mutat.

¶ 13 III. Exolli- tur bene- ficium dandi eleemo- synam.

Ornatè de hac re D. Chrysost proponit, quòd Deus homini maius præstet beneficium, præcipiendo, vt illi in paupere det eleëmosynam, quàm si traderet illi potestatem faciendi miracula, suscitandi mortuos, leprosos mundandi, cæcos illuminandi: quando namque hanc alicui concedit gratiam, qui eam recipit totus ob illam Deo perpetim manet deuinctus, & nouo debito obstrictus, ob datam sibi potestatem tam eminentem, donumque prorsus singulare. Porro cum illam tibi infundit gratiam, quâ illi in paupere effundis eleëmosynam, Deus (si fari sic liceat) ipse tibi manet deuinctus, ille tuus debitor, eô quo fieri potest modô, Deum nostrum esse debitorem. *Hic in eleemosyna beneficium tu Christo tribus: illic in gratia miraculorum, ille tibi. Hic quidem (in signis & miraculis dico) debet ipse Deo, in eleemosyna verò Deum tibi, facis debitorem: & si quid ipse debes, compensas.* Iam habes, cur eleëmosyna vocetur iustitia. Addit: *Anteibit faciem tuam iustitia tua*, eleëmosyna tua tibi applaudit viam, ingressum tibi concedens, portas aperiens quô ad Deum pertingas securior. Credo alludere ad id, quod frequens est, dum Princeps iter arripit periculis latronum, vel hostium expositum, antecedit Centurio militum caterua stipatus, viam reddens peruiam, liberam & ab omni periculo securam. Eheu quàm periculis plenum iter orationis? mille se opponunt impedimenta, innumeræ eam perturbant distractiones; infin ta eam repellunt obstacula: Quot peccatis implicaris, tot occurrunt repagula orationi ne progrediatur & vt claudicet. *Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiet Dominus.* Apertissimè hoc Deus per vatem dixit Isaiam: *Cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam: manus enim vestræ sanguine plenæ sunt.* Et per Ezechielem. *Qui posuerit immunditias suas in corde suo, ego Dominus respondebo ei in multitudine immunditiarum suarum* Præcedat eleëmosyna, viam adæquabit, tollet repagula offendicula dimouebit. *Anteibit faciem tuam iustitia tua.* Memoreris, velim, verba Spiritus S. *Munus absconditum extinguit iram & donum in sinu indignationem maximam* Iudicem formidas, cum tibi molesta grauisque impendeat causa, & iustè sit tibi indignatus? Munus absconditum in sinu vxoris, vel filiæ. Attende, num sit familiaris quispiam, qui secretò dona recipiat, & se pomis aureis peti commeat, hoc modo tibi negotium prosperè cedet ex sententia. Hoc nobis suggerit consilium Spiritus S. An sit aliquid quod sic viam sternat actori, quod tam apertas ac dilatatas iudicis dissoluat fauces, ac munus absconditum? quando iudex bouem portat in faucibus munera petit largiora, quàm secum viuit, quàm placidus dormit litigans, si hastis pugnauerit argenteis, muneribus iudicem præuenerit auri sitientem.

D. Chrys. Hom. 7. de pœnit. Tom. 5.

Ps. 6. c. 18.

Isa. 1. 15.

Ezech. 14. 4.

Prou. 21. 14.

Facetam

Lib. 4 de consider. ad Eugenium ad medium.

Facetam narrat historiam D. Bernard De Cardinale Martino viro non vulgariter sancto. Ex Dacia legatus reuertitur, tam rerum omnium indigus, vt Florentiam appulsus, præ inopia vltra iter suum prosequi prohiberetur. Accurrit ciuitatis Episcopus, Cardinali donat equum, quò Pisas tendat, vbi Diuus Bernardus morabatur. Illum sequenti die insequitur prædictus Episcopus Florentinus, sibi persuadens, cum periculosa lite anxiaretur, & Pisas Cardinalis appulisset, eum sibi fore propitium, quodque iudicium in Episcopi proferret fauorem. Adest igitur, suffragium Cardinalis obnixè postulat prædicto munere nixus. Cui Cardinalis prudenter ac pie. Domine Episcope, decepisti me: dum enim equum muneri donasti, nesciebam tibi imminere negotium, cuius in mea potestate ac libero arbitrio esset definitiua sententia; Tolle equum tuum, ecce in stabulo est, non enim decet iudicem à parte susscipere munera, quæ sibi debitam impediant auferantque libertatem.

IV. Exemplum.

¶. 14 *Exod. 23. 8*

Quocirca inhibuit iudicibus Deus munerum quorumlibet acceptionem: & rationem addit: quia *Munera excæcant prudentes, & subuertunt corda iustorum.* Id verò quod Deus iudicibus vetat, vt iustum ferant iudicium, nec in alteram partem iniusti declinent, admittit ipse vt tibi sit misericors, qui hoc vult, vt eum muneribus delinias, & petit, vt sibi des, quibus munera oculos eius excæces, quò tua non videat peccata. Hoc nos docuit Diuus Petrus, exhortatus, vt in quibuslibet aduersitatibus ad Deum per preces confugiamus; sed vt antecedenter operibus charitatis, ac eleëmosynis insistamus. *Vigilate in orationibus, ante omnia autem mutuam in vobismetipsis charitatem continuam habentes; quia charitas operit multitudinem peccatorum.* Vtiliter monuit Filium suum Tobias senior. *Ex substantia tua fac eleemosynam, & noli auertere faciem tuam ab vllo paupere; ita enim fiet, vt nec à te auertatur facies Domini; quomodo potueris, ita esto misericors.* Considerandum nobis venit Spiritus S. consilium: *Initium vie bone facere iustitiam* (id est eleëmosynam) *accepta est ei apud Deum, magis quàm immolare hostias.* Hodie incipite, manum operibus adhibete, transite per hospitalia oraturi. *Initium vie bone.* His congruenter aliàs egimus.

1. Pet. c. 4. 7.

Tob. c. 4. 8

Prou. c. 16 5.

Tract 2. §. 35 & seqq Serm. 8. de ieiun. & eleemosyn.

Hinc resultat illa D. P. Chrysolog. doctrina orationem sine eleëmosyna comparari lampadi oleo vacuæ, aui sine alis, corpori exanimi: documentum omnibus proficuum: quando enim aduersitate quadam obrutus, Dei quæris tibi subsidium: vel cum peccatis tuis optas misericordem, primùm quadam eleëmosyna te Dei gratia dignum præpares. Disponis te faciendæ confessioni, quâ remissionem à Deo consequâre peccatorum? Pauperum greges pertransi, illos tibi concilia. Num ad Sacram Synaxim accedis, quâ tibi Christus nedum corporis sui sacratissimi dignetur sacramento, sed etiam animæ tuæ eiusdem fructus communicet vberrimos? Antecedat cum pauperibus tuarum opum participatio. An te morbus exhaurit, & aliorum ad Deum pro salure tua preces exposcis mediatrices? Indigentibus tu prius infirmis auxiliare, & hic primum tuæ fige pedem orationis. *Ergo misericordia indigemus* (ait D. Augustinus) *quia per nostra merita vitam æternam acquirere non fiducia valemus. Fac vt proximo misereatis, nam tantum misebitur tibi Deus, quantum & tu misereberis proximo.*

D. Aug. Ser. 43 ad Eremo. Tom. 10.

§. 5 Multitudo languentium. *Piscina symbolum est pœnitentiæ, & triagenera infirmorum, tria sunt genera peccatorum.*

¶. 15

COnuenientes sunt hæ rationes coniunctionis piscinæ cum templo: sit tamen hæc proposito nostro congruentior, quàm prælibauimus; nimirum: vt esset columna ac fulcrum quoddam templi forte, robustum, quod eius sustineret auctoritatem, fulciret fidem quæ iam corruebat. Præclarum quid hæc est piscina, quandoquidem cœlum ipsum eius tam sit solicitum, & quandam ineat familiaritatem, cum inde descendat Angelus, vt aquas eiusdem commoueat. *Angelus Domini descendebat* &c. Extulit Christus hominis dignitatem (vt notat D. Hieron.) quia ille suæ cælestis curiæ Angelos misit custodes: Attende piscinæ huius dignitatem, cum qui eam moueat, Angelus sit, quem adhoc Deus è cœlo delegabat. Insuper, ex hoc Angelico contactu, tantum hauriebat virtutem vt quamlibet in quolibet sanaret infirmitatem: *A quacumque infirmitate.* Idcirco tam celebris habebatur, vt ex omni circumiacente regione ad eam omnigeni confluerent infirmi, quibus quinque porticus adiacentes replebantur. Peruulgare est inter Doctores, piscinam hanc symbolum esse pœnitentiæ, & supponit Tertullianus hanc regulam: *Figura ista medicina corporalis, spiritualem medicinam canebat, eâ forma, qua semper carnalia in figura spiritualium antecedunt.*

In c. 18. Matth.

TERTVL. *Lib. de Baptis.*

Quare, vt hæc sit vera piscinæ, illius in ea requi-

requiruntur conditiones. Prima, piscina hæc Hierosolymis erat. *Est autem Hierosolymis probatica piscina*, dum autem per Hierusalem significat Sanctam Ecclesiam, declarat, veram pœnitentiam qua animæ curantur infirmitates, in sola Catholica Ecclesia inueniri. Deploret sua Maurus peccata, pœniteat Arabs, flagris corpus suum cædat idololatra, pectora tundat Iudæus, nisi per fidem in Iesum Christum intrent Ecclesiam, non sanabuntur, sed nec minima quidem peccati dimittetur eis infirmitas: in sola namque Catholica Ecclesia sancti. enia vera laudeque digna reperitur.

Consideremus oportet verba quædam Spiritus S. Appellunt ad montem Sinai Israelitæ. Iam venit hora, ait Dominus, eos legibus constringendi. Quocirca præcipit vt in planitie e regione montis, vbi columna præluceba, castra metarentur. *Ibi Israel fixit tentoria e regione montis.* Vocat autem de monte Moysen. præcipiter Congrega populum dicesque ad eos; *Vos ipsi vidistis, quæ fecerim Ægyptiis, quomodo portauerim vos super alas aquilarum, & assumpserim mihi.* Vosque semper protector incolumes defenderim. *Si ergo audieritis vocem meam, eritis mihi in peculium de cunctis populis. Mea est enim omnis terra. Et vos eritis mihi in regnum sacerdotale, & gens sancta.* Notat Caietan. Tria proponit præmia, amoris sui in populum testem. In Primum, cum tam amplus sit mundus, cuius Dominus dominium habet vniuersale, illud ad solos Israelitas quos sibi in peculium assumit, videtur contraxisse. *Eritis mihi in peculium.* In Hebræo lego. *Et eritis mihi amabilitas e cunctis populis.* Vos solos diligam, cæteri vero odio habendi, reiiciendi spurii, vos vero delecti, viscera mea, cor meum, amor meus. Secundum *Eritis mihi in regnum sacerdotale.* In Hebræo scribitur. *Et vos eritis mihi regnum sacerdotum.* Enduo; regnum meum, vos enim permeipsum regam; ego vob. leges præscribam. Hoc namque Deus adeo grauiter accepit, quando in diebus Samuelis regnum regemque seditiosi petierunt, qui eos regeret, *Ne regnem super eos.* Secundum: *Regnum sacerdotum*; ex hoc enim regno sacerdotes eligam, qui mei sint. Omnes non erunt sacerdotes, sed quos elegero de populo meo. Magna dignitas. Tertium. *Gens sancta.* Hic sola erit sanctitas, vitæ innocentia: qua ad hoc requiritur amor Dei, vt Deus vos diligat, & a peccatis emundet, & tantum in Ecclesia vera inueniri nda est vitæ perfectio, hanc enim solam diligit Deus amore amicitiæ & amore paternali vt filium: & ea est sanctitas, quæ fit *Per munditiam a peccato.* In sola autem Ecclesia talis inuenitur & puritas, & innocentia, sicut in ea tantum sacramenta reperias, quæ ab omnigena peccati hominem liberent in mundiria.

Eleganter hoc dixit Vates Hieremias sumpta occasione beneficii, quo Deus populum suum afficeret, eum Babylonica soluens seruitute, in opulentam reducens terram promissionis: transit vt præscius annuntiet beneficium illud sublime, quo illos Deus peccati seruitute liberos, & dæmonum dominio redderet absolutos, locum in Ecclesia sua sancta designaret, hanc Ecclesiam vocat: *Pulchritudo iustitiæ mons sanctus.* Hier. 31. Legunt alii; *Habitaculum pulchræ iustitiæ mons sanctus.* An non hæc Ecclesiæ optima definitio? Mons est sanctus, locus pulchræ iustitiæ & pietatis, hoc est veræ pœnitentiæ: per quam (teste Doctore Angelico) fit iustitia, per illam satisfaciendo peccatorum debitis, quo criminis deletur macula, anima per gratiam pulchra mundaque perficitur. Hæc autem iustitia tantummodo in Ecclesia reperitur: *Habitaculum pulchræ iustitiæ*; Quocirca quamcunque agant infideles peccatorum pœnitentiam, alia detestentur, fleuerint, se affligant, & talia operentur, quæ cernimus in Mauris lauatoria & pœnitentias, nullam peccatorum per hæc consequuntur remissionem, sed nec vel minima deletur criminum fœditas, nec anima mundata Diuinæ redditur accepta maiestati.

Hinc conuenit id quod cecinit Vates Zacharias D. Ioan Baptistæ patri: *Erexit cornu salutis in domo Dauid pueri sui. Cornu*, in sacris literis indicat robur seu fortitudinem. *Erexit Dominus cornu salutis.* O quale robur quam extraordinarium cornu erexit in Ecclesia pœnitentiæ, nulla sunt pessula, nullæ seræ etiam fortissimæ, quas non perfringat, non comminuat, nec tam profunda abyssus ne quidem ipsius inferni, vnde non extrahat pœnitentes. Illud vero *Erexit in domo Dauid*, quæ est Sancta Ecclesia; *Extra namque Ecclesiam non est salus.* Hoc (inquit D. Aug.) confiteamur dum dicimus. *Credo sanctam Eccl siam Catholicam. Sanctorum communionem, remissionem peccatorum:* Communicatio- nem in vna fide, iisdem sacramentis, vna lege: Hic Sanctorum est communio; ea etenim tantum potest esse in Ecclesia, quia homines iusti & sancti sunt, per amorem Deique gratiam, & hoc solummodo patet in Ecclesia inueniri: Hic tantummodo peccatorũ obtinetur remissio: quia sicut illa non remittuntur, nisi per veram ac

I. Trias Deiamonis in populum iudicia

1. Reg. 8.

16 Luc. 1. 69.

II. Vis pœnitentiæ. D. Aug. Ser. 119. de Temp. Tom. 10.

vitam fidem Iesu Christi, sic vbi hæc solum inuenitur, & illa quæque reperitur.

Hinc colligimus vera Doctoris Angelici doctrina, Idololatris ac infidelibus, nulla remitti peccata, nec originale nec mortale, nec venniale & ob ea omnia, quæ toto vitæ suæ tempore egerint, inferni pœnis cruciandos æternis. Mandat Dominus Moysi faciat propitiatorium, quod sedes ac locus sit remissionis ac misericordiæ: [tabula erat auro fuluo nimis cooperta, qua Deus sedens figurabatur] iubet quoque, vt illud supra arcam collocet, quasi iisdem arcæ cooperculum, ita proportionatum vt ne atomo quidem latius aut extensius sit ipsa arca, qua manna, & tabulæ legis asseruabantur. Arca Dei Ecclesiam designabat, in qua sola dulce manna gratiæ. Deique amoris asseruatur, ita vt inter Mauros, Arabes, Iudæos, hæreticos, nec vel vnus sit qui Dei sit amicus eiusque gratiæ particeps. Hic solum vera viget lex, vera Dei cognitio. Hic propitiatorium, locus indulgentiæ, quod nec vel hilo extra arcam extenditur: extra quippe Ecclesiam nulla remittuntur peccata, licet minima, ac leuissima. Prohuius doctrinæ confirmatione expendit D. Aug. Dei promissiones templo iuratas, quas Ecclesiæ tribuimus; *Magna erit gloria domus huius &c. Et dabo pacem in eodem loco.* Magno & excellens erit Ecclesiæ meæ gloria, decor, honor, ipsaque vnica erit, cui remissionem, pacemque concedam. Accedit D. Cyprian. testis secundus plurima percurrens sacræ paginæ loca, in quibus de hoc proposito themate disputat eleganter.

Exod. 25.

Lib. 18. de Ciuit. c. 45

Aggæ c. 2. 10.

Lib. de vnit. Eccl.

¶ 17 Secundo: Curabat hæc piscina quoslibet ægritudines, etiam grauissimas & desperatas. *Sanus fiebat a quacumque detinebatur infirmitate.* Ad eum autem finem, recuperandæ scilicet valetudinis, *Iacebat multitudo magna languentium, cæcorum, claudorum, aridorum.* Hic veræ effectus est pœnitentiæ, omnigenos curat languores peccatorum. O qualem piscinam, pœnitentiam, in qua sanus fit quisque a quacumque detinetur infirmitate: *Erexit cornu saluti.* Meminit particulariter Spiritus S. Anæ nepotis Seir Horræi habitatoris regionis, quam possedit Esau: *Iste est Ana, qui inuenit aquas calidas in solitudine, cum pasceret asinos Sebeon patris sui.* Mirabilis hic notatur connectio, legunt etenim alii: *Equas calidas*; ex copula diuersorum animalium, asini & equæ. Mea sententia, illas hic non inuenit, ex natura enim hæc fuissent visa, & non ex arte. Cornelius dicit quod fuerint balnea, piscinæ aquæ sulphureæ, & dum illam iumenta bibebant, fructum percepit, quo deinceps gauderet ex eo quod illas pascinas inuenisset, in suorum armentorum emolumentum. Quis explicet fructus vberrimos ex tot lacunis fidelibus prouenientes, quot sunt in Ecclesia curandis morbis, & infirmitatibus ex peccatis oriundis? Nulla vero talis cisterna, qualis piscina pœnitentiæ. *Aquas calidas.* Lachrimas oculis effluentes; *Calidas*, ex corde Diuino amore insta fornacis accenso, bullientes. Hæ namque ab omni criminum labe mundant animam, omnes sanant infirmitates, quia omnia remittunt genera peccatorum.

Gen. 36. 24.

III. Pœnitentia omnes curat infirmitates.

Omnia peccata ad tria genera reuocat S. Theologia, his tribus infirmis significata, quos D. Ioannes hic describit: nimirum ignorantiæ, debilitatis, & malitiæ, quæ Origen. docet a Spiritu S. his tribus nominibus indicari: *Infirmi*, peccatores, impii. Infirmi, peccant ex ignorantia: peccatores ex debilitate; impii vero ex malitia. Legis hic cæcos, claudos, & aridos. Is qui ex ignorantia peccat, cæcus est, tam enim cæcus est, qui nihil scit, quam qui nihil videt: qui ex imbecillitate desinquit claudus habetur. Duos habet homo pedes, carnem & spiritum: peccatum imbecillitatis hoc decernitur quando ex carnis debilitate cadit spiritus. *Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma*, inquit Christus: qui vero peccat ex malitia voluntate siccus est & aridus; est enim malitia venenum, cui proprium est, exsiccare. Mirare hæc tria genera ab exordio mundi, videntur enim ex eo sumpsisse originem. Eua, Adam, serpens. Eua peccauit ex ignorantia, hanc enim serpens decepit ac seduxit, ipsa teste; *Serpens decepit me*; & confirmat Apostolus; *Eua seducta in præuaricatione fuit.* Adam deliquit ex imbecillitate; non enim ab alio seductus, transgressus est. *Adam non est seductus sed blandiris fœminæ compulsus, sociali necessitudine parmit*; ait D. Augustinus serpens ex peruersa peccauit voluntate: nihil enim primario ac directe præ endebat, nisi hominis ruinam, ei nocere, eum perdere. *Inuidia diaboli mors introiuit* &c. D. Ioannes, qui has quinque pestes describit, cæcis, aridis, claudis, languentibusque refertas, videtur & ipse has designasse, quibus totus mundus oppletur; *Totus mundus in maligno positus est.* Mundus congregationem seu Nosocomium benedixeris languentium, quos ad tres species reducit: *Omne quod est in mundo, aut concupiscentia carnis, aut concupiscentia est, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ.*

Gen. 3. 13

1. ad Tim. 2. 14.

Lib. 14. de Ciuit. c. 11. Tom. 5.

1. Ioan. 2. 16. 19.

vita. Inhonestos vocaueris cæcos: quam talpa cæcior viuit luxuriis deditus, nocte obambulans & offendens ad illos angulos, pettas illas, non attendens quid agat, quid desideret, quid moliatur: quid ita cedat in suæ detrimentum salutis, honorum dilapidationem, ac honoris ignominiam. Ipse de te testimonium perhibes ipse confiteris, post quam Diuina te gratia colluſtrante pernicioſa illa libido defoebuit. Parcat mihi Deus, quantis tenebris inuolutus vixi. Deum cupidinis, veneriſque idolum ipſi Philoſophi cæcum caput inque oculis effoſſum arunt; fac conſequentiam, quam non rudes, ſtupidi, cæcique ſint oportet eius ſubditi & ſequaces libidinum.

Perpendunt D. Chryſoſt. & D. Ambroſ. id quod ſacer textus narrat de Sodomitis, quos Deus punuit cæcitate; *Percuſſi ſunt cæcitate a minimo uſque ad maximum.* Ex ratione (inquiunt) talis enim pœna, tali conuenit culpæ animæ cæcitas corporea cæcitate puniatur. *Mentis eorum oculus excæcatus erat* (ait D. Chryſoſtom.) *propter hoc & viſu priuati ſunt. Oſtenditur quod caca eſt omnis libido* (inquit D. Ambroſ.) *& quod eſt amieſe, non videt.* Notat autem D. Auguſtinus *a* quod hæc talis non eſſet cæcitas, quæ illos omni priuaret viſu, ſed quam Græci vocant ἀορασίαν quæ ſpecies eſt cæcitatis, qua quis ea quæ habet præ oculis, videt, non tamen ea cognoſcit, nec ab aliis diſcernit, ſicut illi qui miſſi fuerant, vt captiuum ducerent Eliſeum, ita quoque duo illi Chriſti alumni euntes in Emmaus, de quibus D. Luc. *Oculi autem eorum tenebantur, ne eum agnoſcerent.* Licet enim coram haberent ac cernerent, alias tamen quam erat, illis eſſe videbatur. Tali plectebantur cæcitate Sodomitæ, conſona illi qua luxurioſi demerentur: de quo fuſe dicere poſſemus, Cæcitatem & deceptionem, hanc vocat Iob; *Si deceptum eſt cor meum ſuper muliere* Duxit vicinus vxorem angelica venuſtate laudandam, & inquietus anxiuſque viuit, amore victus vnius vilis deformiſque mulierculæ. Cæcitas eſt, & cæcos arguit Daniel laſciuos illos molleſque ſenores, Suſannæ elegantia vultus obcæcatos, quorum alteri hoc exprobat: *Species deceptite.* Hinc talibus lux eſt odioſa, & tenebras quærunt. *Oculus adulteri obſeruat caliginem, dicens, non me videbit oculus.* Quid hoc miramur, oculos habet infectos, *Et oculus egris odioſa lux.*

Claudi; Conditionem hic attendas honores ambientium: qui ſicut claudus, ſemper huic & illi exhibent reuerentiam, vt ea quæ venantur aſſequantur. Claudus, vt incedat, baculum quærit ſuſtentaculum, ita quoque dignitatum auidi, gratiam aucupantur magnatum, huic tota eorum innititur fiducia. Claudus, ſi pedibus incedat, palam vt talis agnoſcitur, at vero ſi equum conſcendat, ab aliis non diſcernitur. Ecce ille totus effuſus in externas reuerentias, incedens adhuc pedibus, humi obambulans, at ſi equum alicuius aſcendat dignitatis ac gradus eminentioris, quem prætendebat, iam his externis abſtinet obſeruantiis, nec claudus agnoſcitur. Aridi. Nota diuitiarum cupidos. O quam aridum ſiccumque cor auari! ſine ſucco pietatis. Quam aridum cor diuitis epulonis, qui Lazaro ne micam quidem panis vult elargiri? Hinc quoque rationem capies, cur loco tormentorum damnatus, flammiſque cruciatus, aquam petat, erat enim hoc eius peccatum, quod auaritia cor eius aridum ſanauiſſet. De amicis ſic conqueritur Iob, quod aruerint vt torrentes: *Tranſierunt ſicut torrens, &c.* Quam edura eſt tellus arida? non eam diffringit aratrum, non cominuitur ligone, non ſarculo mollitur. Quam obſtipum, lapideumque cor auari, quod nec pauperum clamoribus frangitur, nec indigentium gemitibus cedit, nec viduarum lachrimis emollitur ad compaſſionem. *Nihil patrebantur ſuper contritione Ioſeph.* Sunt infirmi illi & quod dolendum dicente Euangeliſta; *Erat multitudo magna*, non tantum multitudo, ſed & magna. Propitius ſit mihi Deus; quam his infirmis ſcatet mundus; *Totus mundus in malegno poſitus eſt.* Perambula compita hæc, conſidera curias, attende fora hæc. Illa vidit Aquila cæleſtis, vt modo diximus, & nihil in eis reperit, niſi multitudinem magnam languentium: *Omne quod eſt in mundo aut concupiſcentia carnis eſt &c.* Nec aliud inuenit Oſeas propheta: *Maledictum & mendacium, & homicidium & furtum, & adulterium inundauerunt & ſanguis ſanguinem tetigit.* Deus immortalis, quæ multitudo tam copioſa! Quid in hac inuenies Republica, niſi libidinem, molliciem, dolos, odia, murmurationes, ambitionem, auaritiam?

18 Ge 19 11.

D. Chryſ. Ho. 43 in Gen. To. 1. D. Ambr. Lib. 1. de Abrah c. 6 Tom. 1. alab qq. in Gen. q. 44 & l. 22. de Ciuit. c. 19 Luc. 24. 16

Iob 31. 9.

Dan. c. 13. 56. Iob c. 24. 15.

Iob 6. 15.

Amos c. 6. 6

1 Ioan. 5. 19

Amos 3. 9

§. 6. Qui prior &c. *Diligenter accurrendum, vt Dauid, quando Angeli mouebant pyrorum cacumina.*

19 TErtia conditio: Duo erant necessaria ad salutem assequendam, motus cæli & terræ: de cœlo Angelus mittendus, qui aquas turbaret; de terra, tali homo se mouere debebat diligentia, vt omnium primus se piscinæ immergeret, quod si moram vel minimam traheret, nequaquam curabatur. Hoc nobis innuit; ad veram pœnitentiam duo requiri, primumque principale, vt salutis originem, motus cœli; quod Deus cor vestrum moueat, & supernaturali ac diuina commotione, illud perturbet, commoueat, illuminet, incitet. Secundum, vt tu extemplo accurras, pœnitentiæ amplectaris opera, lachrimas, confessionem, ac satisfactionem. Veritas est Catholica, quod non quælibet peccata sanet pœnitentia, sed illa tantum quæ procedit ex supernaturali Diuino instinctu quem nostra subsequatur dil gentia. Ita eam indicat Hieremias; *Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur.* Hinc viri iusti tanto anxiantur timore, de suorum remissione peccatorum; noluunt enim, nullam sine dolore ac contritione sperandam indulgentiam, nec quemcumque dolorem sufficere, & non nisi illum, qui ex particulari Spiritus S. motione procedit; qui dulcia sua gratia corda conturbet, incitet, & inflammet; dubii autem hærent, an Deus illis hanc velit dare, non ob suæ misericordiæ defectum, sed ob eorum demerita. Quare hanc Dauid emisit vocem, quam tanti facit Apostolus *Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra.* Dei si percipis vocem, animæ tuæ interiora penetra, pulsum eius ad cordis tui ianuam persentiens, quo illud moueat, excitet, conturbet subitaneam tibi repræsentans mortem, hiantes fauces inferni, periculum manifestum cui expueris; hico totis neruis ad plectere pœnitentiam.

Thre. c. 5. v. ult.

Psal. 94. 8

20 Vere dixerp, quod Dauid acute tangat id, quod sibi rato quodam contigit stratagemate, vt sacra refert Scriptura. Illustres fuere Dauidis victoriæ, & ubique conflictus celeberrimi. Vt vero in eis felici omine dextroque Deo non aberraret, primum omnium diuinum consulebat oraculum & priusquam hostium funderet sanguinem bellator, lachrimas coram Deo fundebat orator. Dubius quondam hæsit, num bel-

2. Reg. c. 5.

li fortunam tentaret, ac fortissimam Philisthyorum manum si bi occurrentem adoriretur. Rem Dei committit iudicio: Domine, num bellum inferam: Respondet Deus: arma cape; *At non ascendas contra eos, sed gyra post tergum eorum, & venies ad eos ex aduerso pyrorum. Et cum audieris sonitum gradientis in cacumine pyrorum, tunc inibis prælium: quia tunc egredietur Dominus ante faciem tuam* &c. q.d. Circumi talem & talem mõtem, talem, ac talem pertransi vallem, ubi pomarium pyris consitum. Aures arrige, mi tram enim custodes meos Angelos, qui commotione pyrorum signum edent; quo perceptο, vt porè subsidii mei signo, accingere armis velociter, ne tardaueris, hostem aggredere animosus a tergo exercitus. Quid hoc Dom ne mi? Tu qui tam facili manu nulloque negotio vales superare numerosissimos exercitus Chaldæorum, Persarum, Medorum, Græcorum & Romanorum, omniumque quos mundus vidit copiosissimos, vnica ac simplici tua voluntate, modo Dauidi monita præ legis, & præscribis stratagemata; vt dum tuos percipit Angelos, sibi auxiliares, pyrorum motores, hostibus bellum inferat de victoria securus? Si mittis Angelos tuos manum auxiliarem, quid opus Dauidem hostem adoriri.

2. Reg. c. 5. v. 23.

Quando plurimis post hæc annis ipsius Dauidis merito Regi Ezechiæ eiusdem nepoti, decreueras opitulari, quem copiosa militum corona, Hierosolymis obsessum argebat blasphemus ille Rex Sennacherib, vnico a te misso Angelo, notissima potirum victoria recreasti; solus quippe Angelus manum mouit, vnicaque nocte interfecit de exercitu Sennacherib centum octoginta quinque millia, quos in cinerem redactos prostrauit, & circumeirca Hierusalem eorum dispersit cadauera: quo rex equorum vngulis sibi fuga consuluit, lecto autem in regnum proprium confugerit, mortis tamen telum nequiuit euitare, templo enim Deum suum Nemroth adorantem, filii gladio patricem interemerunt, cui nec sacer ille locus præsidio fuit, vt Dei vindicis manus eluderet, quem tot blasphemiis irritauerat. Modo vero in Dauidis subsidium non vnum, sed plures mittit Angelos, eorumque exercitum copiosum; ad quid præcipit, vt ipse gladium arripiat, & summo studio inuadat inimicos, idque eo agat momento, quo Angeli cacumina tetigerint pyrorum? Sicut illi pyros commouent, an non possent perficere reliquum negotium? Possent, vtique. Voluit autem

3. Reg. cap. 19.

Deus

Deus in his victoriis de corporalibus inimicis illis præludere, quas de spiritualibus, id est peccatis, oportet obtinere.

O quantis peccatorum hostibus impugnaris, qui te circumcingunt, & ad turpem cogunt sæpenumero deditionem? Quot libidinum incentiua? quot carnis illecebræ? quot furta crudelia? quot iniusta luera? quot sacrilega periuria? quot murmurationes & detractiones famæ proximi iniuriosæ. Bellum illis indicendum. Ad hoc autem necesse est, primo, vt Deus comitibus Angelis accurrat, qui moueant, qui fluenta conturbent: suis inquam inspirationibus, correctionibus, Prædicatorum clamoribus, campanarum sonitu, quo tibi suggerat, quod adolescentem illum, quem heri optima florentem valetudine es admiratus, mors immatura intercepit, mox sepeliendum: quod puella tota ciuitate ex egregia forma spectabilis, sæua mortis manu intercepta hinc discesserit. Quando sanis Deum te vocantem, te commonentem, ad cordis tui ianuam pulsantem, te redarguentem, ac dicentem; Hominum flagitiosissime, caue ne tibi vitæ filum inexspectato rescinda ur, ne te mors inopina subruat: æternas cogita flammas, in tuum ardentes paratasque interitum; quando Dei ministros, Prædicatores, Confessarios audis admonentes: pacem cum inimicis ito, peccatis ex cordis intimis, & seriis propositis abstineto: animæ tuæ saluti incumbito: *Hodie si vocem eius audieritis, nolite &c.*

I. Deo vocanti cito obsequendum.

Eloquenti facundia agit D. August. de operariis in vinea: Licet enim fateamur multos pluribus horis perstitisse otiosos, quoquot tamen diurnum denarium receperunt, tales homines fuerunt, vt qua illos hora paterfamilias in vineam misit operaturos, continuo accesserint. Nullus eorum dixit: Ibo postmodum. *Numquid illi qui sunt ad vineam conducti, quando ad illos exibat pater familias, vt conduceret, quos inuenit hora tertia, & conduxit, verbi gratia dixerunt illi. Expecta, non illuc imus, nisi hora sexta? Aut quos vocauit hora sexta, dixerunt, non imus nisi hora nona? Aut quos nona inuenit, dixerunt: non imus nisi undecima?* Prærequirebatur vocatio patrisfamilias, attamen & illud requirebatur, vt nulla interposita mora in vineam operarii discederent. Hoc quoque (monet) tibi tanti refert ne vocante, trahente, ac monente te Deo ad pœnitentiam in crastinum, vel in alteram horam differas, cum nescias, an qui te hac hora vocauit, alia demum hora tardantem sit vocaturus: Toto ingenio considerandum id quod nobis D. Matth. & D. Lucas memoriæ produnt, iuuene illo, cui Christus. *Sequere me*, ille vero iespondit: *Permitte me primum ire & sepelire patrem meum.* D. Basil. & D. Chrysost. credunt; eadem hora huius adolescentis patrem è viuis excessisse, & quod ideo à Christo licentiam petierit, patrem sepeliendi: q. d. Ne te lædat Domine, sequar te, verumtamen tantisper mora re, quo patrem meum sepulturæ tradam, quem annuntiant recens defunctum. Respondet Christus: Quando quempiam ego voco, nulla est permittenda mora, nec momentum quidem; curam dimitte sepul turæ, & quidquid hac in occasione sese tibi offert impedimenti, faciant alii, tu vero sequere me, quia ad id ego te voco: *Dimitte mortuos sepelire mortuos suos, tu autem sequere me.*

D. Aug. Ser. 50. de verb. Domini Tom. 10.

Matt. 8. 21. Luc. 9. 59. Lib. de constitut. Mon. Hom. 28. in Matth.

Quis hoc credat cælorum Domine, quod tu qui tantum filiis patres præcepisti honorandos, iuueni huic id deneges, quod tanti refert, mimirum patris sepulturam? Nolo, me vocante vllam dilationem interponi, nec vnius diei, imo nec horæ vel momenti remoram: si enim extemplo ei non fueris obsecutus, fieri potest, vt ipse transeat, & dum peractis negotiis reuerteris eum secuturus, haudquaquam inuenias; vt sponsæ legimus contigisse, quæ trahens moram à sponso vocata postmodum egressa, eum se doluit non inuenisse: *At ille declinauerat atque transierat.* Si igitur dum te vocat, nullam admittat procrastinationem, nec ob id quod jus ipsum pietasque exigere videntur, prout est jus sepulchri, quàm indigne ferat, teipso judice, quod sequelam eius ob delicias tuas mundique differas vanitatem? quàm ægrè, quòd te lasciuo amore implices, iniustis contractibus impendas, & crudeli vindictæ tradas Dei vocibus inobedientem? Caue, ne dum vocanti non respondes, forsitan in tuam illum postmodum non videas, non audias, non sentias damnationem: vt perfidus ille Esau, de quo D. Paul. *Non inuenit locum pœnitentiæ, quamquam cum lachrimis inquisisset eam.* Illud cras, cras, mundum perdidit vniuersum. Caue (monet D. August.) quod ille qui tibi promisit veniam, si mane egeris pœnitentiam, crastinum tibi non promiserit, sed nec vnam horam, sicut nec illam obtinuit, is de quo memorat D. Gregor. vt dicemus inferius. Sanum hoc approbo consilium Spiritus S. *Audi fili mi: in omnibus operibus tuis esto velox.* Diligentia necessaria languido apud pisciquenti nam, vt sanetur, & ea tanta, vt qui eam non

Cant. 3. 6. Hob. 4. 16. 17. §. 18. sequenti Eccl. 32. 27.

adhibuerit, spe salutis frustretur. *Qui prior descendisset.*

§. 7. Sanabatur vnus. *Angustum remedium, saluti corporis non prouidet sicut animalibus.*

22 Hic piscinæ effectus, *Sanabatur vnus.* Ignoscat Deus: quam angustum remedium! Infirmi numero multi: *Multitudo magna,* & hoc Deus erigit pharmacopolium, suæ potestatis symbolum; & positis omnibus requisitis vni soli paratur valetudo. Si medicus huc ingrederetur, qui se medicas herbas ex remotissimis Indiæ regionibus secum detulisse jactaret, & aromatopolium e igeret in salutis ostentationem, & tandem adhibitis omnibus, sanatoque vnico responderet: Iam exhausta est herbarum mearum virtus, Sanè angusta esset hæc herbarum efficacia: quæ ad vnius tantummodo salutem reparandam constringeretur. Ad vnum autem solum curandum, quid opus tot impensis è tam dissitis Indiæ regionibus trahere remedium? O medice cælestis, qui piscinam hanc erexisti, vt sanitatis pharmacopolium, vt omnibus constaret, te posse languentibus imperiri sanitatem, & omnes vis huius confidere efficaciæ, eius consequendæ salutis longanimes expectare, qui vis vt descendat Angelus, aquas contubet, strepitum excitet ac motum, omnes excitentur, & tandem, non nisi sanatur vnus? Magnum hic capio Mysterium, quod scilicet in eo in quo Deus ad nostrum remedium, contractus nimis esse videtur, id nobis suppetit, quod magis judicat expedire.

Quis non miretur, quot quantisque morbis miser homo affligatur. Omnia simul animalia non tot laborant miseriis, quot solus homo. Docent medici hominem trecentis ac pluribus posse modis extingui: Quocirca illum philosophi definierunt: *Animal rationale, mortale:* & licet hoc cognomine, *mortale,* voluerint hominem discernere ab Angelo; illum etiam hac differentia discernebant ab animalibus: quia nullum est animal, quot tot modis sit mortale. Cum verò ita sit, alia animalia paucis vexati ægritudinibus, plura illa & efficacia habent remedia, & eorum stupidissimum novit quid saluti suæ maximè conducat. Novit sibi canis lingua sua mederi, & herbas congruas conquirere, quo stomachum leuet: eodem modo felis. Hirundo sumit chelidonium pullorum suorum oculis aperiendis. Aquila, vt ova conseruet & excludat, lapillum sibi ex littore Nili adscisit: & præcipua remedia nota expertis medicis hauserunt hi ex animalibus, vt variis exemplis probat D. Ambros. Insuper & illis multi jugas addidit pe fectiones, quibus eorum corpora ad longiorem vitam roborantur, quas D. Auguſt. expendit: leuitatem, fortitudinem, visum, auditum, olfactum, pulchritudinem &c. Homo millenis opprimitur infirmitatibus, & paucis ac inefficacibus gaudet remediis, & quas Deus herbis infudit virtutes, teste Spiritu S. eas minimè habet expertas, & tandem ex infinitis languentibus, *Sanabatur vnus.* Quid hoc rei Domine? tam liberalis animalibus, & tam parcus homini? Divino hoc factum consilio. Creauit Deus animalia hominibus in obsequium, ad hoc artem, maximè illis necessaria est corporis valetudo, vigor, robur. Non creauit illis Deus corpora, animæ in subsidium, sed è contra animam vt corpori seruiret, proinde eorum præcipuum consistit in corporis salute: quia illa hominibus creauit officiosa & obsequium quod homo sibi præstari ab animalibus opus habet, non est quidquam quod ad animas eorum pertinet, sed ad corporum eorum proprietates; vires, & industriam. Tu ipse considera, ad quid tibi sit equus necessarius, bos, asinus, jumentum.

Lib 3. Exam. c. 9 Lib. 8 de Ciu. c. 15.

23 Attamen hominem creauit Deus, vt sibi seruiret, & hoc præcipue animæ viribus agendum, & ad hoc plasmauit alli corpus, quod homini in Dei famulatu auxiliaretur, & animæ suis in operationibus adesset obsequentissimum. Quando verò corpus ad hoc dixeris maximè esse dispositum? Quando robustum est, sanum, crassum? Absit: quin potius tunc prævalet vt orationem impediat, officiat contemplationi, extinguat deuotionem: obesum enim, ac opiparè farcinatum aptius est somno, actibus inhonestis, quam orationi. De corpore pingui, vigoroso, ruci ascendunt fortiores illæ passiones, & nociua desideria, *Quæ militant aduersus animam.* & ipsa nos docet experientia: quod *Caro concupiscit aduersus spiritum.* Tunc potest homo conqueri cum D. Paulo: *Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ* Dum corpus est debile, deciduum, contritum, elumbe, fortis & optimè disposita, viget anima; vt pœnis quas patitur, doloribus quibus cruciatur, morbis quibus affligitur, ad Deum sursum feratur, ad illum confugiat, se humilem illi subiiciat. Hoc D. Paulus in se ipso experiebatur:

1. Pet. 2. 11. Gal. 5. 17. Ro. 7. 23

Cum

2.Cor.12. *Cùm infirmor, tunc potens sum.* Et vero verius
10. est quod Deus ait: *Virtus in infirmitate perficitur.*
2.Cor.12. Hac igitur ex ratione corpora nostra tot obrui
9. vult calamitatibus, vt seruiat animæ que subiiciatur. Homo carnalis, brutum animal, ita te
1.Cor.2. indigitat Apostolus, *Animalis homo.* Qui vt
14. animal insipiens tali viuis anima, quasi illa corpori ideo foret infusa, vt corpori subdita famularetur, corporeis enim rebus omnem animæ tuæ intendis sensum, curam, & laborem:
Iud.v.19 *Animales spiritum non habentes,* inquit D. Iudas Thadæus. Oppositum fieri conuenit, firmat corpus animæ, idcirco autem illud tot obruit doloribus, tot affligit morbis, & premit miseriis humiliatum; cuius sanitati tam rara Deus præparauit remedia, quo videas corpus tibi esse mortale, magis quàm cæteris animalibus.

Constituit Deus medelam nostram in mortis consideratione, & eiusdem incertæ horæ anxietate, quæ tibi superueniet inopinata. Maximum hominis damnum, & quod solutis habenis peruersis suis obediat cupiditatibus, originem ducit, iuxta Vatis Regis verissimam sententiam extranslatione D. Hieronimi: *Ex eo*
Psal. 4. *quod non recogites de morte sua.* Cum corpus geras tot morti dilatatis fenestris patulum, ruinæ tam vicinum ac perditioni proximum, mortis obliviscaris, nec eam male securus times, vitæ tuæ confidis imperterritus, multorum annorum tibi texis telam, & quasi nullis subditus mutationibus, multorum sæculorum tibi adscribis centurias. Quid ageres si salute potiteris integerrima, si multis, & efficacibus gauderes remediis sanandis morbis opportunis? Nihil te doctius, nihil patentius conuincit, quam tuæ prædicator mortalitatis, corporis infirmitas. Quocirca sic disponit Deus, vt vix vllus sit, qui non vno vel pluribus laboret morbis.

I. Mortis obliuio nos reddit socordes.

Aliud hic latet: præterquam enim quod huius piscinæ tam parcum esset remedium, erat insuper summopere incertum: occultum enim erat ipsis, tempus aduentus Angelici: & nihilominus, tanto studio omnes adfluebant, tanta præstolabantur patientia longamines, suas expendebant opes, & tempus terebant, multi verò spe sua frustrati deperibant: tales autem indicat D. Chrysost. cœcos ad piscinam jacentes, qui
Hom. 35. in Ioan. cum aquæ motum cernere non possent, nec quâ viâ sese piscinæ immergerent, nec priores accedere, erat illis moraliter loquendo remedium illud impossibile, omnes nihilominus sperabant consequi vel tandem valetudinem: *Expectantium.* Etenim incuitu sanitatis corporis, seu bonorum temporalium, numquam nos eorum spes fatigatos dimittit, & hodiernum diem, quo optata non consequimur, crastino deludimus, sed nec grauissimis nobis obortis difficultatibus, deficimus, aut animo despondemus.

Multitudo magna conspectantium. Quàm pauci concurrunt, curandæ animæ gratiâ: cum tot ac tam efficacia, ei præsentia habeamus animæ remedia, illa flocci pendimus, & magnum quid & arduum vobis videtur vel vnius diei ieiunium vel vnicam missam audire, vel tantillo corporis tempore concioni interesse: præclarum opus feceris, si in criminum tuorum redemptionem quatuor asses expenderis, tantum interim tempori, tot opes, tam patienter pro rebus corporeis prodigè dilapidans. Sapienter cecinit Dauid: *Verumtamen vani filij hominum, mendaces*
Ps.61.10 *filij hominum in statera sui.* Appendis in statera defectum salutis corporalis, cui totum studii mi appendis pondus, bonorum, & potestatis: animæ verò ruinam tam leuiter expendis & appendis, vt tibi sufficiens imo superfluum pondus esse videatur, vel leuis cura, segnisque diligentia: corporis valetudini parua videntur, aperiones venarum, cauteria, vnctiones, incisiones, oleum, emplastra, ingentes expensæ, quibus omnibus, nec ad finem salutem obtines tuis jam facultatibus spoliatus. Ad animæ vero æternam salutem sufficere judicas vnicam confessionem & quidem imparato factam, & tali fultam proposito, quo dicis, quod postmodum vitam circa eius finem in melius sis correcturus, tempus superesse, licet anni multi præterfluant, salutis tuæ reparationi.

24 II. Diligentiores sumus ad corporis quam animæ curam.

Hoc admiratur D. Chrysostom. *Si in corpore* D. Chr. *parum aliquid morbi pulsauerit, statim & medicos* Lib. 1. de *adhibemus & pecunias profundimus, & omni ob-* compunct. *seruantia quod competit, gerimus. Nec prius cessa-* in princ. *tur, quàm quæ molesta sunt, mitigentur: Anima* Tom. 1. *verò cum quotidie vulneretur, cum per singula la-*
metur, vratur, præcipitetur, & modo omnibus per-
eat, nec parua quidem nos pro ea cura sollicitat.
Verè *Vani sunt filij hominum, mendaces filij ho-*
minum in statera sui. Omnes consentiunt, pluris appendere animæ bona, quàm corporis, & omni postposita comparatione morbos animæ multo esse corporis ipsius, & amores, & tantum distare: quantum differt à corpore anima & quantum à solo cœlum. Post hæc manifestum

manifestum est ; difficulter & operose corporis bona obtineri, salutem, diuitias, honorum gradus adipisci inexhausti laboris opus : animæ vero dona, vtpote gratiam, charitatem S. Spiritus, Deum ipsum consequi, minimo negotio id fieri potest. Ad corporis infirmitates curandas Atlante opus est, vt patet in frebribus vestris, podagra, laterum dolore, coxendice, quibus expellendis multo sudore, labore multo, dispendiis multis adniteudum, & tandem vix *Sanabatur vnus.* Animæ vero ægritudines quis nesciat, quàm vel vnico digito reparentur, etiam grauissimæ. Vnicum verbum *Peccaui Domino* Dauidem dolore illo vehementissimo liberauit. Vnico : *Deus propitius esto mihi peccatori* : restauratur Publicanus. Vnico, *Pater peccaui* : Prodigus mortuus reuiuiscit. Quid igitur causæ est, quod adeo vecordes curandis animæ morbis, eius saluti consequendæ, cæli bonis conquirendis insudemus, tanta vero nos vexet solicitudo, tantus exhauriat labor in ægritudinibus corporis medendis, eius salutis tam studiosi, quodque tam sedulo bonorum paucorum adhuc breui pereuntium cumulis aggregandis inuigilemus ? Iniqueres ponderamus, nobis ipsis in stateris mentimur ; *Vani filii hominum, mendaces filii hominum in stateris.* Sumus in eo filii Adam terreni animalis : *Filii hominum*, tales quales nos describit Iudas Thaddæus: *Animales spiritum non habentes*, brutis animalibus similes qui spiritum non habent nec aliam sperant vitam, nec quos spiritualia bona vllo modo tangunt, aut mouent, nec animæ spiritualium morborum sollicitæ : sed toti terreni, terrenis, perituris, fallacibus dediti, occupati, inhiantes, *Animales*, solum baculum & flagrum, quo latera tunduntur, sentientes. *Iudæ. 19.*

Est autem id malum adeo inueteratum, vt & ipsi Gentiles hoc aduerterint. Composuit Plato librum quo probat, quàm sint animæ defectus, corporis defectibus grauiores, quem prænotat : *Quod grauiores sint animi morbi, quàm corporis.* Stupebat quoque Cicero, & hanc mouet quæstionem. *Quidnam esse causæ putem, cur, cum constemus animo & corpore, corporis curandi, vndique causa quæsita sit ars, eiusque vtilitas Deorum inuentioni consecrata, animi autem medicina, nec tam defderata sit, antequam inuenta, nec tam culta, postquam cognita est, nec tam multis grata, & probata, pluribus etiam suspecta, & inuisa? An quod corporis grauitatem, & dolorem animo iudicamus, animi morbum corpore non sentimus ?* Si Cicero, & Gentiles, quorum tam stupida erat cognitio, & qui tam ignoranter de bonis cælestibus sentiebant, quibus ardenter inhiamus, & de gehennæ tormentis, quæ formidamus, minus recte credebant : ita admirabantur, quod homines tot curis distringerentur circa corporis valetudinem, & inertes circa animæ salutem torperent, quid nobis incumbit faciendum ? Triginta octo annis hæret hic paralyticus longanimis ob corporis sanitatem breui perituram. Certum est, & dubitat nemo, quod totidem annis ob animæ medicinam non perseueraret : quidquid enim eius impenditur studio, graue est, molestum ac diuturnum. Quam breue sibi videtur tempus comœdiæ, quæ quatuor horis continuatur, vbi tot intercurrunt repræsentationes fictæ, lasciuæ, infructuosæ ; & quàm protracta censetur illa media hora, qua sacro interes, vbi vere ac realiter repræsentatur sacrificium valoris infiniti, illud ipsum quod Christus in ara crucis, pro totius mundi salute obtulit Patri gratissimum. Quàm graue tibi est impositum vnius horæ tempus concionis, & quod aginta, quas lusibus consumis, horæ vix iudicas momentum subitò elapsum. Malum, quod à multis annis deplorant D. Chrysostomus, has expendens rationes. Quod hic in Ecclesia cuncta vestræ seruiant commoditati, hyeme quamque contra frigus, æstate contra solis æstuantis ardores protegimini, &c. Illic autem mille paximi incommoda solis, caloris, ventorum, pluuiæ, in tantorum luctu & concursu, & nihilominus omnia perplacent. *Hic quidem si paulo prolixius docemus, multi succenseant, & ægrè ferunt, & infirmitatem corporis, & labores prætexunt, licet admirabile huius templi tectum multum soleatur ; illic vero licet compluatur, à ventis vexentur, & calore solis aliquando æstuent, non vnam neque duas tantùm horas, sed bonam diei partem versantur, & neque senex canes fues reuereatur, &c.* *Hom. 6. in Gen. Tom. 1.*

Lib. 3. Tusculan. quæst.

§. 8. Erat homo &c. *Corpus non sanabatur, si cui erat anima infirma ; nec mare sedabatur, Iona naui non ejecto.*

SI multa considerandasint in hac piscina, non sunt minora perpendenda in ipso infirmo, qui de multitudine illa magna vnus erat. *Erat ibi homo triginta & octo annos habens in infirmitate sua.* Parcat mihi Deus : quæ hæc tam diuturna triginta & octo annorum infirmitas? Quis dubitat, quin homo iste vsus fuerit in sui curationem 25

curationem infinitis propè dixerint remediis, balneis, apertione venarum, purgationibus, emplastris, & hæc nihil illi profuerunt? ne mitteris; numquam enim causam abstulit infirmitatis, nec eiusdem radicem euulsit. Iam sanato » Christus ei declarauit, paralysim ex eius pec- » catis sumpsisse originem, quam ipse nec aduer- » tebat nec à se repellere satagebat. Certum erat, » non curandam hanc infirmitatem, quamdiu e- » nim peccatum non expelleretur, nec ipsa pelle- » retur infirmitas. Notat Spiritus sanctus filios » Prophetarum accessisse Eliseum exponentes ei, 4. Reg. » qua ciuitas Hiericho calamitate laboraret: *Aqua pessimæ sunt, & terra sterilis.* Obdulcat il- » las propheta sale: sed non hoc agit in ipsis » præterfluentibus aquis, sed ad fontem tendit, » vndè scaturiebant, illi salem iniecit, quo fluen- » ta reddidit suauiora, parum enim prodesset, cum » velit amaras aquas obdulcare, fontem ipsum » non curare, vnde illæ scaturiebant, nec eiusdem » tollere amaritudinem, vnde aquæ inficiebantur. Peccatum radix est, & origo amaritudinis Deut. » omnium nostrarum actionum: *Radix germinans* 29.18. » *fel & amaritudinem.* Ait Moyses; & post eum Hier. 2. » Hierem. *O quam malum & amarum est reliquisse* 29. » *te Dominum.* Ex peccato, amaritudines in hac » vitâ immensæ & in altera quales nemo dixerit. » Amaritudinum cura scaturiginem, fonti sal in- » iice pœnitentiæ, dimittatur ex toto peccatum, » radicitus euellatur: non enim morbus desinet, si » ipsum peccatum non destruatur.

I. Similitudo. Febri ardentissima decumbit alter, ex obstructione stomachi, eo quod sumptos cibos non possit digerere: labor frustraneus est, velle febrim tollere, quo tempore cibus ille, febris causa, foras non egeritur. Multis ob crimina sua decumbentibus, dicere possemus, id quod Dominus olim ciuitati Ægypti, quam punire manu Babyloniorum decreuerat, cum ciues eius iam sibi imminentem sentirent pœnam, remedia quærebant quibus liberarentur, peccatis tamen suis inhærebant obdurati. Illis loquitur Dominus sub persona puellæ, quæ potu nimio repleta, remedium quærebat euacuandi stomachum & liberè, ac indolenter respirandi, oppilatis interim venis & bene ex potu contiquato: Hiere. 46. 11. *Ascende in Galaad, & tolle resinam, virgo filia Ægypti; frustra medicamina multiplicas, sanitas non erit tibi.* O paupercula, stultam te redarguo, dum resinam quæris Galaad, & Indiarum arundines, diuersaque morbis tuis medicamina: operam oleumque perdis, nisi radicem euulseris, ex qua tibi nascitur ægritudo, & illa prouenit quâ ab hostibus premeris calamitas. Quid inde tibi emolumenti, quis fructus, quid hinc inde conquiris; vt ruis te liberes miseriis, remedia, si non radicem tuleris, resecaueris funditus, peccata tua correxeris ob quæ te Deus his angustiis premit bene meritum & impœnitentem: *Frustra medicamina multiplicas, sanitas non erit tibi.* Vide illis mala hæc, ignorant.

Quando conuertit Moyses aquas in sangui- » nem, vnde tanta terræ corruptio, persenserunt » suam Ægyptij calamitatem, proinde puteos » foderunt ad crepidinem fluuij, vt viderent num » ex iis aqua limpida ebulliret: *Foderunt autem* » *omnes Ægyptij per circuitum fluminis aquam vt* » *biberent; non enim poterant bibere aquam flumi-* » *nis.* Fodiebant lacunas, vt enim erat terra hu- » mida, illico reperiebant venas aquarum. O men- » tis inopes, qui non attenditis, plagam hanc » ictum esse virgæ Diuinæ, licet enim Aaron » aquas percussisse videatur, ipse tamen Deus est, » qui ait? *Ecce percutiam virgâ, quæ in manu tua* » *est.* Sed infelix Pharao: *Induratum est cor eius.* » *Conuertit se & ingressus est Domum suam, nec ap-* » *posuit cor etiam hac vice.* Quàm sæua tibi Deus » frater mi, infligit verbera virgâ suâ: morborũ, » tribulationũ, testiũ, litium, quæ in te suscitan- » tur, sed nec aduertis, quæ tanti sit mali scatebra. » Exod. c. 7. 24.

Quoties tibi contigit, id quod notat D. D. Hier. Hieron. nautis cum Iona eadem vectis naui, cont gisse: Tempestas oritur, sæuit mare, fluctus mittit in nauim, ad ima deprimit, omnes spem abiciunt, nullus sibi fidit. Credebant autem ex causis oriri naturalibus, & communibus, proinde ad remedia recurrunt ordinaria nauim alleuiant, merces eiciunt, & quidquid nauim arbitrabantur onerare. *Miserunt vasa, quæ erant* Ione. 1. 5. *in naui in mare, vt alleuiaretur ab eis.* Nec aduertebant ignorantes, hanc à Deo missam tempestatem ex animi sui proposito, & nauim tantis detineri periculis expositâ iam submergendam, mercium oneribus non imputandum, sed peccato Ionæ fugientis à facie Domini, qui in naui sopore grauis incuriæ deprimebatur. *Arbitran-* D. Hier. *tur nauim solito onere pregrauari, & non intelli-* In c. 1. *gunt, totum pondus esse fugitiui Prophetæ. Nihil Ione.* Tom. 5. *enim peccato est grauius. Solidissimi sunt cœli, & quasi are fusi, & non potuerunt illud sustinere,* ait D. Hieronym. Si pondus, quod nauim ad profunda declinat, pondus est peccatoris, quanto tempore illud in mare non præcipitatur pereundum, telas texis aranearum. Ita quoque fit, oritur tempestas ægritudinis, quæ tui naiculam corporis tantis agitat procellis, vt

meritò eius timeas naufragium, & cogites de sepulchro. Hoc tibi persuades inde oriri, quod nescio quid comederis, plus æquo biberis, stomachus infrigidetur, ventus teinuaserit berealis, his ita positis, vnice laboras nauim exonerare, purgationibus, euacuationibus, venarum apertione. O charissime, non hoc te premit, nam illud pondus, quo ad inferna deprimeris, peccatum est, quod te graui nimium sopore depressum in interiori conscientiæ tuæ detinet concordem, tui immemorem & à Deo fugitiuum. Expelle peccatum, eo expulso pelletur & ægritudo. Quocirca notum tibi sit corporis infirmitates, ex animæ prouenire sceleribus. Vnde

Osee 6.5. » *Respondebit arrogantia Israel in facie eius.* Sæpe
» numero extrahunt medici humorem peccan-
» tem, ex corporis visceribus: quid inde mali si
» ibidem remaneret non extractus? Axioma est
» certissimum, quod morbus ingrauescereat, quem
Sabbato de Adultera. 8. » curare illis foret impossibile, non prius extracto humore illo pernitioso. Hoc ipsum Deus
» agit: vt signat D. Gregor. Nyssen. & latius exponemus infra.

Capita conferebant tempore Hieremiæ Hierosolymitæ ob tempestates contra Hierusalem exsurgentes: tempestas erat famis, tempestas pestis tempestas inimicorum, tempestas bellorum; discurrunt viri sapientiores, causas inquirunt, & de conuenienti remedio consulentibus

Tren. 3.40 respondet Propheta, à scopo abertatis: deliratis: *Scrutemur vias nostras, & quæramus.* Scrutemini conscientias vestras, veram causam inquirite, illic eam deregetis; si vero illam non expellatis, non curabimini, frustra huc aut illuc proficiscemini. Hoc ego vobis quoque denuntio. Num te graue vrget calamitas? te molesta vexat infirmitas? scrutare conscientiam tuam, pectoris intima reuolue, num affectu forte quodam inhonesto detorparis, num in familiari colloquio proximum offendisti, num pauperem inhonorasti, num alium sine causa conuitiis appetisti, num muneri tuo defuisti? nihil enim horum tibi

Iob 5.6. persuade contigisse inaduertenter, omne Quare habet suum Quia: *Nihil in terra sine causa fit, & de humo non oritur dolor.* Dolor non oritur de terra, neque tupibus, neque ex aëre: eius datur causa, & auctor: ita vt dum mala ingrauescunt, & irruunt, dum nos infestant aduersitates; auctorem habent, nempe Deum. *Si est malum in ciuitate, quod Dominus non fecerit.* Hoc

Amos c.3. 6. quoque scias obsecro, nullum à Deo emitti spiculum, nisi vrgenti ratione, & ex particulari sua intentione. Ita nobis asseruit vates Habacuc: *Sol & luna steterunt in habitaculo suo, in luce sagittarum tuarum ibunt, in splendore fulgurantis hastæ tuæ.* Faces sunt sol & luna, eum illuminantes qui sagittam glandemue eiaculatur. Domine sol & luna immota consistunt, clarissimosque lucis emittunt radios, ne spicula tua in aere, seu casual ter, & incerto euentu emittantur, nec lanceam tuam contorqueas, nisi præuiso, quem qua ratione ferias: nec enim cogitare fas est, dolorem te torquentem casu accidisse, fortuitam esse febrim; sagitta est, quam euibrat Deus, & comite clara luce, qua prouidet, & illam sua disponit diuina sapientia. Dum te senseris vulneratum, teipsum perscrutare, te totum circumspice: vitam tuam perpende, tuos rimare actus, tuos ad memoriam reuoca modos agendi, & eorum inuenies iustissimam rationem. *Habac. 3. 11.*

Scrutemur vias nostras, & quæramus.

§. 9. D. Ephrem ostendit Deus, quòd labores mittit ob peccata vel oblita vel non notata sicut huic.

Mirandam vobis profero historiam, quam de seipso memorat D. Ephrem Diaconus Syrus: *a* cuius D. Basil. *b* admiratur sapientiam. Et D. Hieronym. *c* asserit eius scripta publice in Ecclesia prælegi, vt sacra, post S. Scripturam, canonicos ac diuinos libros. Iuuenis missus est à parente suo foras, & syluas pertransiens occurrit vaccæ prægnanti, qui vt erat leuiusculus, illam lapidibus appetit, incitauit ad cursum, protraxit, vt tandem, abortum passa, mortua corruerit. Illico offendit Dominum vaccæ, cui de vacca interroganti, conuitiis ac dicteriis ita respondet petulanter, vt miser homuncio demisso capite confusus abierit. Hoc egit Ephrem, nec eius facinoris recordatur, vt familiare est iuuenibus discolis ac immorigeris. Postmodum, dentro à parentibus emissus noctu inter dumeta, & salius diuagatur, inops consilii, tandem ad pastorum diuerrit tugurium, à quibus nocte illa exceptus obdormiuit. Intempestæ noctis hora, ecce lupi diripiunt gregem. Pastores eos latrones esse credidernnt, quorum auspicem D. Ephrem accusarunt, in eum insurgunt, judici deferunt, in vincula miser conijcitur. Totis neruis intendebat hic suam probare innocentiam, se facti ignorantem, nec latronum ducem, nec de iis quidquam scire, qui gregem perturbarant, nec alicuius reifuisse conscium,

26 ♋ D. Ephr. I. Exemplum. *a Narratione ad Monachos de sua conuersatione p. 261.* *b Hom. 2. in Hexa.* *c Lib. de Scriptorib. Eccl. Vide Gerard. Vossium eius scholastem Epist. ad Sextum.*

at pa-

at parieti loquebatur. Qua traginta dies peregit in vinculis, vbi & alii duo vincti tenebantur, quorum alterum homicidii, alterum adulterii accusabant. Cum verò Ephrem animo langueret, & tam diuturni eum tæderet carceris, innocens, vt sibi blandiebatur, media nocte apparuit ei dum somnum caperet vir adspectu graui, mœstumque interrogat. Dicito mihi, ô Ephrem, ob quamnam hic detineris culpam? quod tuum illud crimen, de quo accusaris. Domine ob testimonium contra me prolatum, at omnium falsissimum, quod latrones ad ouium gregem præuius duxerim diripiendum: & quantumlibet me conor probare sceleris innoxium, nihil ago. Cui alter, fateor vera esse quæ profers, nec eius criminis te esse reum: attamen non recordaris quod præteritis hisce diebus prægnantem hominis pauperculi vaccam occidisti? Illam interemisti, hominem maledictis & iniuriis excepisti, num damna compensasti? Num eius sceleris condignam egisti pœnitentiam? num illata damna pauperculo resarcisti? Scito igitur, hanc tuæ causam esse incarcerationis, quam Dei prouida dispositi justitia, & quamdiu ad illam non confugeris, frustra laboras dum huic judici studes respondere. Vt vero huius te facias certiorem, vade & istorum, quos concaptiuos habes, culpam ob quam detinentur inquire; eorum mores actusque cum illis perserutare. Conuenit illos Ephrem, causam quærit vinculorum. Respondet primus, ob mihi imputatum homicidium, cuius ne quidem leuissimam cogitationem aut culpam noui, totus innocens. Alter ob patratum adulterium, & alterius vxorem violatam, cuius nec quidem vnquam in mentem venit vel minimum propositum. Subsistite paulisper, ait Ephrem, placeat vobis, vt mores vestros ac vitam perscrutemur. Num quidquam contra Deum, vel proximum admisistis, cuius non pœnituistis vel pro quo non satisfecistis? Respondet insimulatus homicidii: nihil causæ in me reperio: illius tantummodo recordor; dum circa fluuium obambularem, duo ecce inter se altercantur, quorum vnus alterum in prætерlabentem demersit; hic præceps in fluuium deiectus, manum supplex petita me auxiliatrem: poteram equidem eum mortis periculis eripere, & nolui, eumque perire permisi nolens auxiliari; nec alterius criminis memini. Alter adulterii reus citatus respondet, in mentem venit me ab annis aliquot, pecunia ductum falsum dixisse testimonium in causa adulterii: cuius duo fratres sororem arguebant, vt in eius succederent hereditatem; nec illius vnquam me pœnituit. Elapsis aliquot diebus, redit prædictus vir ille modestia venerabilis, apparet Ephrem atque. In isto jam tibi constabit Diuinæ justitiæ æquissimus procedendi modus, qui nullum dimittit peccatum impunitum, & sæpe sæpius aduersitatibus plectit ob peccata, non castigata, ac oblita, & inanter iis se desudant liberare, quamdiu pectore illa gerunt scelera, quæ horum sunt ratio supplicium. Licet enim hi non sint illius criminis rei, ob quod in vincula coniciuntur, eius tamen sunt, quod non aduerterunt, & tibi confessi sunt: & illud eos crimen detinet captiuos & afflictos, ob quod & punientur, sicut & punitos refert eo modo quo ibidem narrat idem D. Ephrem diaconus.

Quantis curis anxius, quot pressuris afflictus miser Saul: ex parte vna in eum manum mouet Philisthæus, ex parte altera deficiunt ei vires, exercitus consilium: ad vnam, ad alteram, ad dexteram, ad sinistram manum reflectit oculos, vt sibi quærat infelix subsidium. *Coarctor nimis*, Conqueritur Samueli resuscitato Cui ille: Malo sidere nate, quid deforis tui causam quæris laboris: perfode conscientiæ parietem, intima cordis tui rimare: & quod tu minimum negligis, illud tibi maximè bellum mouet, & huius afflictionis tuæ nulla alia allegãda ratio, nisi quod à paucis diebus commisisti delictum, & cuius immemor non pœnituisti. Hæc omnia venerunt tibi: *Quia non obedisti voci Domini, neque fecisti iram furoris eius in Amalec: idcirco quod patera fecit tibi Dominus hodie.* Num eius peccati te pœnituit? num Deo satisfecisti? num veniam rogare sollicitus intendisti: peccata tua obliuione voluntatia contriuisti, at non Deus, qui justus est, nec crimina sufferit impunita; ea tu spontaneo non deleuisti supplicio, Deus vero dignis plectet pœnis. Hinc illæ lachrimæ, tribulatio illa, noxæ tuæ conuenieus justa Dei in te vindicta. 1. Reg. 28. 18.

Venit Nabuzardam Magister militiæ Regis Nabuchodonosor, obsedit Hierusalem, cepit Sedeciam regem, principes filios regis, quos in conspectu patris jugulauit, patri regi oculos eruit, & catenis vinctum captiuum duxit in Babyloniam: ipse vero Rex & Principes eius, nullo modo capiebant: quænam esse posset tanti causa mali, cum tamen adeo cunctis esset

perspicua, nimirum propter eorum grauissima scelera, quæ illi post tergum reiecerant, vt & ipse Nabazardan licet gentilis & idolatra, eam esse causam intelligeret vnde & ait. *Quia peccastis Domino, & non audistis vocem eius, factus est vobis sermo hic.* Rimare conscientiam tuam, quando fortunâ premeris aduersâ, morbis atteretis, & vitæ tuæ considera rationem. Attende num in isto negotio pauperem decepisti, num ea quæ tui muneris erant, diligenter es executus, num injuriæ conuitiisque proximi tui satisfeci-sti. Num in carne tua commissum luxuriæ peccatum seuera es vltus castigatione: num illatam infamiam maledicâ tuâ linguâ, & scandalosis detractionibus redintegrasti.

Hier. cap. 42. 3.

Ita piè fecerunt fratres Ioseph, dum illis inexspectata superuenit tribulatio tanta, quâ ab ipso Ioseph vt terræ exploratores arguebantur antequam illi agnoscerent, vnde hæc illorum erat confessio peccatorum: *Meritò hæc patimur: quia peccauimus in fratrem nostrum.* Iam plus quindecim anni elapsi erant, à commisso illo in fratrem scelere venditionis, & sibi persuadent, hanc tribulationem obortam, eius esse effectum, & ex isto puluere tale lutum condensari. Sagaciter egit Dauid, se refert ab inimicis circumcinctum, præcipuè tamen falsis testibus accusatum *Surgentes testes iniqui, quæ ignorabam, interrogabant me.* Quid eum egisse arbitraris? Asperum induit cilicium, rigidum amplexus est ieiunium: *Ego autem cum mihi molesti essent, induebar cilicio, humiliabam in ieiunio animam meam &c.* Quid hoc cum altero conuenit? an non expediret quærere & alios adducere testes in tui cautionem? An non famoris esset consilii probare contrarium? O Regem sapientissimum! Prudenter intelligebat ex peccatis suis hæc omnia scaturire, quæ his Deus puniebat calamitatibus ad eorum expiationem, pœnitentiæ & mortificationis ac jejunium assumit opera voluntarius. Conueniens esset, tu quoque illum imitareris. Nouerit peccatum esse, radicem peruersam: *Radix germinans fel, & amaritudinem*, ait Moyses. Semen est dolorum aduersitatumque germen inauspicatum: *Qui seminant dolores*: Vepres, & carduos seminasti? quid conqueris, quid admiraris te nihil minus cogitante, germinari tribulos animam tuam vlcerantes? Exscinde radicem, & ramos ex ea cito abstuleris pullulantes, semen tolle, & zizania tolles ex ipsis oriturа.

Gen. 42. 21.

Psal. 34. 11.

Deut. 29. Iob. 4. 8.

§. 10. Triginta & octo annos. *Ad trigima & octo annorum paralysim, leuiora sufficiunt delicta.*

OBijcies, si paralysim homo ille ob peccata sua merito patiebatur, quis non hæc fuisse, grauia imo & grauissima judicabit? cum & ipse morbus paralysis fuerit triginta & octo annorum. Respondeo, sic fieri potuisse, licet delicta fuissent adolescentiæ. Si enim hæc commissa fuerint ante paralysim, jam ante triginta & octo annos illa patrauerat, sed nec ipse nobis ætatis fuisse decrepitæ describitur: sæpe enim in juuenibus primæ lanuginis, crimina maximæ libertatis, & impudentissima reprehenduntur. In puerulo quinquenni tanta morum peruersitas, & effusa blasphemiarum insolentia fuisse culpatur, vt eum de sinu patris, ipso spectante dæmones euulserint cruciandum, referente D. Gregor. Nihilominus hoc assero, non necessario sequi, quia grauissima fuit infirmitas, eius fuisse peccata grauissima: est enim peccatum radix adeo peruersa, semen adeo pernicio-sum, vt etiam minimum sufficiat ad producendos dolores, labores, morbos graues: & quotquot dari possunt condignum non sunt vel minimo peccato supplicium. De nuce, quam palmo concludis nascitur arbor instar montis condensa, altissima. De grano sinapis vix diuisibili exsurgit planta vt pinus. Huic consonum edidit tractatum D. Chrysostom. vbi historiam vxoris Lot explanat, quam Deus tam horribili ac memorabili punuit supplicio, vt eam in statuam salis transmutarit: quæ ratio Num cædium rea? num via præstigiis? num altaria profanauit? Num idola venerata? num viro fœdifraga? Nequaquam, hoc solum egit: oculos ad curiatem, vnde fuerat egressa retorsit curiosa: res erat nihili, curiositati mulierum familiaris, velle videre, quod Spiritus S. vt rem incredibilem supponit: *Incredibilia animæ Stans figmentum.*

Lib. 4. dia. lo. c. 18.

Serm. de lo. num pe. cator pri. culu. Ter.

Sap. 10. 7. Ser. 83. de temp.

Alium lego in D. Augustin. tractatum, vbi rationem exponit, cur Deus permiserit tot calamitatibus laboribusque agitari sibi charissimum, fidelemque amicum Iacob, in his, quæ Ioseph filio suo aduersa contigerunt. O quale tormentum, dum ei illa quam texuerat tunica defertur sanguine hœdino purpurata, cui imponitur, & credit, à feris filium deuoratum: tantusque paterna viscera mœror absumpsit,

I. Iacob ob leuia pec cata pu nitur.

vt nec

re nec admitteret nec inueniret tanto dolori lenicndo rationem, proinde cunctos vitæ dies in perpetuo luctu, & funebri traduxit lamentatione, mortisq; Ioseph planctu amarissimo. Quindecim annis elapsis creatur a Pharaone Ioseph Prorex Ægypti. Stupet D. Augustin. quod toto illo tempore intermedio numquam Ioseph patri suo de vitæ salutisque incolumitate renuntiauerit, cum ipse patris perspectum haberet luctum nulloque negotio potuisset hoc ipsum indicare, iam ad summum honoris culmen euectus, vel cursorem litteris instructum transmittere. nihil tamen horum, quinimo se continuit, nihil scripsit; antequam vero se fratribus quis esset, intimaret, tot pater interim obtuitur angustiis. Domine, cur tam amaris amicum tuum Iacob crucias doloribus, afflictionibus, iisque tam diuturnis? An non vir pius tuus non tuus familiaris? Tu dicis: attamen aliquibus peccatis erat obnoxius leuioribus respondet D. Augustinus) Et peccatum veniale etiam leuissimum pœnam meretur, ad minus viginti annorum & maiorem.

Psal.98.8

¶ 29 II. Pariter Moyses & Aaron.

Idem appendit in statera delictum Moysi & Aaronis, illudque adeo leue, vt acutissimo suo illud oculo Sancti vix percipiant: & ad summum hoc esse posuit, quod ad petram accessérint, non tantis fiduciæ de Dei verbo signis exhibitis, vt fides exigebat. Hanc eorum diffidentiam puniit Deus hac pœna, ne terram ingrederentur promissionis, amboque prius morerentur, vnus in monte Hor, alter in monte Nebo. Hoc Dauid expendit, *Moyses & Aaron in Sacerdotibus eius.* Erant Dei Sacerdotes, amici charissimi, familiares intimi, nihilominus tam seuere eorum castigauit delicta leuiora; *Domine Deus noster tu exaudiebas eos, Deus tu propitius fuisti eis, & vltiscens in omnes adinuentiones eorum.* Nota illud; In *omnes adinuentiones eorum.* Ne vel minimam cogitationem, aut vanam imaginationem, aut otiosum verbum omisit grauissime non punitum. Talibus peccatis tanta mulcta & quidem mortis?

Psal.98.8

Dauid ob commissum adulterium, eique iunctum homicidium, licet ei culpa fuerit dimissa, audieritque ex ore Nathan: *Dominus transtulit peccatum tuum*; nihilominus toto quo vixit tempore, numquam ei defuit dolor acerbior. Quatuor filios luxit morte absumptos, idque iuxta a se prolatam sententiam: *Quem reddet in quadruplum.* Ex eorum numero Absalon in eum bella mouet, Hierusalem profugum expellit; impleturque illa Dei comminatiua prædictio, *Non deficiet gladius de domo tua.* Et ob vnicum actum superbiæ, quo iussit Ioab in extensi sui dominii vanam ostentationem inire censum populi sui, quod fuisse peccatum mortale asserit nemo: cum Spiritus Sancti dicat. *Fecit Dauid rectum in oculis Domini &c. excepto sermone Vriæ Hethæi.* Eum tamen Deus tam mortifera lue castigauit, vt intra sex horarum spatium, a mane vsque ad meridiem peste consumpta interierint septuaginta hominum millia, ipse vero adeo conspectu Angeli eiusque gladii euaginati perterritus, vt ei venarum sanguis congelarit, ex quo, secundum quorumdam opinionem, totus reliquo vitæ tempore frigore nimio constrictus obriguerit. Absolutum virtutis exemplar erat Ioseph, & ob castitatis defensionem in reruum coniectus, cum vero iam foret liberandus, ad biennium eius protelatur captiuitas, hac tantum vt reor ex causa, quod pincernæ Regis Pharaonis suam plus nimio confiderit liberationem eiusque requisierit apud Pharaonem suffragium quam virtum iustum decebat ab homine scisciari: *Erat quidem Deus cum eo, vt ait Scriptura* (ait Diuus Augustinus) *Sed quia plus iusto in homine confidit, dum petit a pincerna: Memento mei &c. additi sunt duo anni, quibus teneretur in carcere.* Splendidum virtutum ornamentis testantur omnes Sacerdotem Zachariam, patrem D. Ioannis Baptistæ, de cuius meritis illud D. Lucas perhibet illustre testimonium; *Erant ambo iusti ante Deum incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus Domini sine querela.* Descendit Angelus de cœlo, nec minor ipso Gabriele, beneficium illi a Deo præstitum memorans, quo nascituri filii prænuntiat merita præclarissima ac Ioannem signat nominandum; quia vero vel paululum dubius de promisso tiubauit, illico elinguis, ad nouem menses obmutuit. Absit opinari peccatum fuisse mortale, sufficiat veniale, vt noster rite probat Cardin. Caieta & quædam mentis infirmitas; cum enim & se iam ætate declinem, vxoremque cum infœcundam, tum ad funera cerneret properantem interrogauit; quomodo fiet istud? *Vnde ego hoc sciam?* In huius fluctuationis pœnam, ait Angelus: *Et ecce eris tacens, & non poteris loqui vsque in diem quo hac fiant.*

2.Reg.12.c.23.

III. Nec non Dauid. 2.q.37.a.1 3.Re.15.5 D. Augus. Ser.82.ci. Tom.10. Luc.1.6. IIII. Similiter Zachari- as. Luc.1.20

¶ 30 Casum plane stupendum de D. Vincentio refert M. Dia. & M. Gom. Cū tota eius vita miraculū quoddam esset ac sanctitatis prodigium, videre Exem-

Li.1.in vi- centii Fer rariensis. c.36. Lib.1.c.36 V.

multi desiderabant id quod pernox in cubiculo suo ageret; spargebatur enim de illo, quod nullo candelæ aut facis adhibito lumine, totus clarissimus radiaret. Talem eum quidam Monachi Benedictini conspexerunt, in quorum monasterio S. Vincentius fuerat hospitio exceptus: intrantes enim præfati religiosi noctu eius cubiculum, aduerterunt ex eo tantum oriri lucis fulgorem, vt Solis meridiani non cederet claritati, qua perterriti recesserunt. Hoc ipsum contigit D Reginæ Violantiæ in Barcellonia, quæ luce ex eius cubiculo promicante repercussa, nullo dicto verbo pedem subito retraxit. Hinc autem liquido constat tali virum Sanctum in anima sua potitum luce, cum de corpore exterius tantum emitteret fulgorem. Accessit Rex Aragoniæ nocte quadam eum allocuturus, a socio vero ingredi se posse requisiuit, Cui ille consensit. Intrat Rex, ecce vir Dei orationi mentis totus intentus tanto lumine circumfusus, vt eo turbatus, nec virum allocutus, foras prodierit. Quod cum viro Dei postmodum referretur, id se adeo ægre ferre ostendit, vt conuersus ad socium, eundem grauiter reprehenderit nimiæ libertatis, ab concessum regi ad cubiculum suum accessum, in cuius delicti pœnam eum septenni febri damnauit: illico enim eum febris ardentissima inuasit nec toto septennio vel vnico eum die dimisit incolumem. Quis credat? Virum pretatis ac misericordiæ merito spectabilem socio suo tantam infligere pœnam, & ob quod tam immane quæso delictum? Regi concesserat accessum vt virum Dei alloqueretur, an hoc non suadet ipsa maiestas regia? quod in eo uel imaginabile delictum? Punit eum tamen septenni febri, quæ se nec ad horam remitteret. Vt discant omnes, num multa, num grauia requirantur crimina ad triginta & octo annorum paralysim infligendam?

Lib. 14. de ciuit. c. 11 Imponamus finem cum D. August. vbi agit de peccato Adæ, quod fuit illud peccatum? inobedientia: præceperat enim illi Deus ne comederet de ligno scientiæ boni ac mali, comedit, & transgressus est Dei mandatum, qua illum Deus ob hoc peccatum pœna mulctauit? Ipsum Adamum mortis reum damnauit, omnemque eius prosapiam, tam ipsum, quam omnem eius propaginem, vt rebelles proditores insimulans, paradiso exturbauit, & in totum futurum tempus vitæ præsentis, tantis totque miseriis tradidit, quot, quantasque patimur, fame perimus, siti arescimus, laboribus fatigamur, morbis exhaurimur, doloribus affligimur: nec vllus capere sufficit intellectus aut lingua exprimere, malorum omnium aut numerum aut grauitatem, nec est qui illa aut euincat, aut euadat incolumis, in futurum autem cunctos æternæ gehennæ, æternis ignibus addixit cruciandos. O Supreme rerum Domine, an hæc non tua lex, statutum tuum iustissimum? *Pro mensura peccati, erit & plagarum modus.* An tanti vnicum appendis in statera iusta sumptum pomum: vt in eius æquipondium, tam graues molestasque pœnas appendas, hominemque agg aues delinquentem? Scito, has omnes plagas, tanto peccato condignum non esse supplicium. Deus immortalis! Hinc omnes compertum habeant, quid sit peccatum, & quam leui illa vestra puniat Deus supplicio. Si Adamum eiusque posteros tot doloribus, ægritudinibus, morte denique ipsa pro vnico peccato iuste damnauit, quod tam leue iudicamus: quid te turbat, quod te pessumdent, prægrauentque languores calamitates, aduersitates tantorum criminum, scelerumque in Deum & proximum reum terræ cæloque execrabilem? Quid in stuporem raperis, ob immissam tibi corporis infirmitatem, qui foris domique libidinosus, carnis inquinamentis luxuque totus perditus, instar bruti vixisti? Quid effutis querelas diuturna te obrui necessitate, pauperum sanguisuga, pupillorum viduarumque oppressor non tolerandus? Plura nobis hic occurrunt consideranda ex consilio Spiritus Sancti similes casus referentis. Fac conclusionem quod si Deus peccata leuiora, vt prædiximus tam seueris, diuturnisque plectat pœnis, in iis, quorum volebat misereri, quibus tormentis, cruciatibus flammisque damnabit inimicos, in quos vehementius commouetur, & secundum iustitiæ rigorem punire decreuit peccatores? *Cum enim tentati fuerunt, & quidem cum misericordia, disciplinam accipientes senserunt, quam admodum cum ira iudicati impii, tormenta paterentur.* *Deut. 25. a*

VI. Adhortatio ad patientiam.

Psal. Psal.

Sap. c. 11. 10.

Psa.

Isa.

§. 12. Hunc

§. 11. *Hunc cum vidisset. Pauperculum vidit : hoc enim est proprium est, & misereri, quæ ratione & cuius vult.*

Ps. 31

LAnguidum hunc diuinis suis oculis inspexit Christus : *Hunc cum vidisset.* Benedicat nos Deus. An in illum Domine tuos deflectis oculos? An alii non erant illo nobiliores, ditiores, magis expositi, cæteris digniores, cæteris eminentiores, qui illuc confluxerant infirmi? Quis dubitat, quin fuerint & illic principes multi, viri honorati, expectantes, lectulis patentibus decumbentes, famulis constipati paratissimis, vt ad primum aquæ motum eos aquis immergerent reparandos? Olim accurrit Princeps ille Syriæ illustris Naamam, ad vnicam ancillæ captiuæ vocem, in terra Israel prophetam esse Dei, qui infirmos curaret : quanto magis ex diuersis regionibus audita huius medicabilis fama piscinæ cuncti conuenirent, allecti remedio illo quibuslibet infirmitatibus vniuersali, eodemque efficaci? Inter tantos, eosque innumeros, quos eo salutis attraxerat desiderium, & qui eo accedentium primum patebant oculis, tua o Domine in pauperculum, in angulum reiectum, vix patulum, desertum, qui hominem non habet adiutorem, benigne misericorditerque lumina deflectuntur? Ita est, vt agnoscas, id quod ait Dauid, a Deo pauperes assumi, quos mundus deserit in adiutos. *Tibi derelictus est pauper.* Misericors & miserator Dominus cunctis prouidet creaturis. *Oculi omnium in te sperant Domine, &c. aperis tu manum tuam & imples omne animal benedictione.* Filiis per parentum prouidet sollicitudinem, parentibus per filiorum diligentiam, Diuitibus per famulos, amicis per amicorum auxilium. Omnibus deficientibus adest Deus, sicut & pullis cornorum, a parentibus derelictis in nido & pipientibus Deus accurrit modo quodam singulari. *Pullas cornorum inuocantibus eum.* Et sicut oua struthionum in arena exposita transeuntium pedibus conculcanda Deus ipse fouet, & excludit, vt ipse fatetur : *Quando dereliquit oua sua in terra, tu forsitan in puluere calefacies ea?* Ille igitur, qui nec auiculis, nec pullis deest prouidus gubernator, dum nemo eorum gerit curam, num homini deesse poterit, ab omnibus derelicto? Minime gentium. Tunc o Domine, inquit Dauid, *Tibi derelictus est pauper.* Hanc ipsi Dauidi Deus lectionem præscripserat, eius spei roborator, his tam Diuinis verbis. *Intellectum tibi dabo, & instruam te in via hac, qua gradieris, firmabo super te oculos meos.* Attende, o Dauid verba mea, hanc percipe doctrinam. Dum totus tibi deerit mundus, *Firmabo super te oculos meos*, vt nusquam tibi desim auxiliator.

Psal. 9. 35
Psal. 144. 16
Psa. 146. 9
Iob 39. 14.
Isa. 31. 8.

Hac admonitione sibi animos resumebat piissima Esther, in regis Assueri palatio solitaria vbi tot inimici crudeles, infesti in eius populique sui perditionem necemque conspirabant : ad Deum tremula confugit his eum verbis compellans teneriotibus. *Adiuua me solitariam, & cuius præter te nullus est auxiliator alius : periculum meum in manibus meis est.* Hoc opus, hoc negotium tuum o Christiane : dum te gemis infirmum, suspiras tribulatum, quereris desolatum, nullus est qui tibi manum porrigat, omnes te persequuntur, ab amicis desertus, solus, oculos sursum in cœlum dirige, *Deum roga*, *Aspice me & miserere mei : Respice me solitarum* : Tales quippe Deus aspicit, firmat super eos oculos suos. *Hunc cum vidisset.* Conuenit hoc apprime Diuinæ prouidentiæ, benignitatis suæ firmare lumina super pauperem derelictum. Vocatur Deus, cor mundi; ipse etenim est qui eius gerit curam, vt ne vel momento eum deserat incurius. Cor (teste D. Isidoro) *dicitur a cura* : cor enim primario curandæ hominis vitæ incumbit, a quo & hæc dependet. Dormiente homine, quasi vigilias agit cor, & nec vel momento requiescit, continuo volitans motu, vt vitæ sollicitum, totius corporis intendens conseruationi, sensuum ac potentiarum, cunctis suam tribuens partibus virtutem, calorem naturalem, suæ quietis immemor, vt ea homo perfruatur. Hac ex causa, credunt aliqui a sponsa sponsum cor appellari, *Ego dormio & cor meum vigilat.* Et cum pars sit principalis, illud Deus ad partem sinistram declinauit, ibi enim sunt pulsus principales, palpitationes, & spiritus abundantiores. An non conuenientius Deus cor ad dexteram collocasset partem vtique principalem? O Diuinam prouidentiam, iam lateri dextro prouiderat Deus de hepate, sanguinis origine in quo sunt spiritus vitales, ex quo eum aliæ emendicant partes. Sanguine abundat & calore naturali. Sinistrum vero latus his nudum ac inops emendicat cui cor succurrit, vbi & ex professo ibi eius viget impulsus & spiritus. Talem esse Deum tu meditare.

Esth. c. 14, 3.

I. Pauperum curam gerit. Lib. 4. Etym. c. 4.

Cant. c. 5. 2.

Aliam signat rationem D. Bernard. vt cog-

noſcas, Deum ſuam conferre gratiam ac præſtare miſericordiam cui placuerit, & quomodo placuerit; proinde catholice dixerit D. Paul. *Rom.9.16* *Non eſt volentis, neque currentis ſed Dei miſerentis* Illud quoque nobis (ait) indicat ſponſa cœleſtis, dum de ſuo ſponſo ſermonem inſtituit; *Cant.2.8.* *Ecce iſte venit ſaliens in montibus, tranſiliens colles.* Salit, multos deſerit montes, ſiſtit, & ſedem figit in eo qui minus eminebat: tranſilit colles & altiores prætergrediens, ſubſiſtit in eo qui cæteris eſt humilior, minuſque caput attollit. Timeto, (inquit D. Bernard.) nec tibi ob diuitias promittas gratiæ ſecuritatem, nec ob ſapientiam, nobilitatem, Sacerdotium, doctoratum; nouit enim Deus altiſſimos omnes hos pertranſilire montes, ſuos vero firmare oculos in pauperculum ac humilem, ſuiipſius immemorem, & ab omnibus derelictum. *Timeamus* D.Bern. *Ser.54.in Cant.)* *nam non ad omnes montes pertingit ſponſus, & attendamus, ſponſi ſalutiferus ſaltibus præparare nos, ne veluti a montibus Gelboe forte tranſeat: ad hoc ſalit, vt tranſiliat, qui non vult ad omnes pertingere.* Adeſt in templo cum Sacerdotibus & Principibus, inde ſalit. *Præteriens Ieſus vidit hominem cœcum.* Siſtit, firmat vultum ſuum in pauperem cœcum adeo ab omnibus reiectum vt & ipſi eum parentes deſeruiſſent, manumque retraxiſſent ſubſidiariam; lumen infundit quo ſolus ipſe plus videt, quam omnes illi, qui oculi mundi habebantur. Salit ex Iudæa, quaſi qui ſaltum edit, lumina figit in Samaritanam mulierem adulterio ſpurcam, veneris porcum, prædicandi Euangelii munus illi infundit. Vlterius proſilit, mille doctores, vrbis primarios præteruolat, ac faciem conuertit in publicanum vſurarium publicum, Apoſtolum creat & Euan- *Iſ.57.20.* geliſtam. Hæc eius eſt gratiæ qualitas, non ex operum noſtrorum meritis. *Saluum me fecit, quoniam voluit me.* ¿Laudat Dei miſericordiam Dauid.

Porro alia latet ratio propoſito noſtro magis conueniens. Vidit languidum illum Ieſus: erat enim ille in quo patentius piſcinæ defectus notabatur. Magna huius virtus piſcinæ, ex vna parte; quaſlibet enim ſanabat infirmitates: ſed ex altera parte valde limitata, cum nec ſemper virtutem ſuam exereret, nec in omnes, ſed nec in multos, at in vnicum tantum; hic totam piſcinæ virtutem exhauriebat qui vero hoc euidentius & probabat & monſtrabat, erat hic languens, triginta & octo annis iam longa mis, & vltra votum patiens ſuam ſperabat ſalutem, quem piſcina numquam reſtituit ſanitati: virtus enim eius, non ad eum ſe extendit qui ſolus eſt ſed ad eum qui ab alio in aquam demergitur, nec illi ſupereſt vlla piſcinæ virtus, poſtquam ex ea primus iam ſanus exilierit. *Hunc cum vidiſſet Ieſus, & cognouiſſet: quia iam multum tempus haberet.* q. d. Hoc operari intendo, ad quod ſe non extendit piſcinæ virtus, & meam oſtendere virtutem illa longe ſuperiorem; quæ nec tempori, nec primum accedenti, nec hominis adiutorio alligatur, ſed cuius voluerò, miſereor. Attendite: quod ſi ad ſanandum potens ſit piſcina, ex Angelica virtute, maior multo mea eſt virtus, meique brachii fortitudo potentior, qui illum in pedes erigere ſanum valeo, quem nec illa vnquam ſanare poterit, ſed nec poterit, idque non expectato motu aquarum Angelico, ſed ſola mea voluntate, & qua voluero ratione. Ad hoc igitur accedit Chriſtus affabilis totus ac mitis, vt eius ſe oſtendat miſereri, blando vultu, ridentibus oculis tacentem interrogat: *Vis ſanus fieri?* Ad quid eum Domine interrogas? Vt ipſe ſuam fateatur (reſpondet D. Chryſoſtom.) infirmitatem, & huius piſcinæ virtutem declaret adeo eſſe reſtrictam, vt eius vnquam ſe participem poſſe fieri diffidat: cum eum ſolummodo curet, qui hominem habeat, tanta ſedulum diligentia, vt primus aquis inuiciatur: hic enim totam ſecum defert virtutem. Sic ut nihil ſuperſit ſecundo: Audi igitur illum reſpondentem: *Hominem non habeo, vt cum turbata fuerit aqua, mittat me in piſcinam: dum enim venio ego, alius* &c. Ob eandem rationem, dum diuinam ſuam explicat virtutem in panum multiplicatione, primum interrogat: *Vnde ememus panes?* Vt omnibus conſtet, nullum ibi medium inueniri: non enim pecuniæ ſufficiebant, nec panes tantæ multitudini, & diſcuſſa veritate ad ſummum quinque panes hordeacei & duo piſces inueniebantur, *Sed quid hæc inter tantos*, cum præter mulieres, ac paruulos quinque millia virorum cenſerentur? Vt perpalam fiat, quod deficiente virtute ac poteſtate terrena, Chriſti virtus eluceſcat, vtique diuina ac ſuprema, quæ nec loco circumſcribitur, nec tempore coarctatur, nec numero definitur, vt quibus velit de cibo prouideat, & faciat quodcumque ſederit animo.

§. 12. Vis sanus fieri? *Si tu nolueris, non te sanabit Deus, qui dicitur ludere cum hominibus.*

☞ 33 CHristus illum interrogat: Charissime, *Vis sanus fieri?* quæ hæc tua ô medice expertissimè interrogatio? quis vnquam medicus talem ægroto proposuit? Hyppocrates Medicorum institutor primas has docet interrogationes infirmis proponendas: scilicet: qui vales, quomodo te habes, quòd tuum malum, vnde tibi hoc, à quo tempore? *Cum ad ægrotum deuenerit, interrogare oportet, quæ patitur, & ex qua causa, & quot iam diebus.* Has omnes interrogationes exigit ipsa ratio, vt medicus ægroto proponat, qui, vt ignorans, nec scit, quam alter patiatur ægritudinem, nec eius originem, nec tempus. At illi vero tales non sunt interrogationes faciendæ, qui intima nouit corporis infirmi, qui cordis fibras rimatur, & oculorum suorum acie medullas peruadit ossium abditissimas. *Non est occultatum os meum à te, quod fecisti in occulto.* ait Dauid. Et in hoc præsenti miraculo neruosè signat Euangelista, hoc supponens, quòd Christus mentis suæ acumine paralyticum intus & in cute nouerat: *Hunc cum vidisset.* Cognouit, perscrutatus est quidquid in illo erat, & paralysim, & temporis diuturnitatem: *Et cum cognouisset: quia iam multum,* &c. Proinde nihil horum quærit: nisi illud tantummodo: *Vis sanus fieri?* Profundum indicans mysterium, quòd sæpè numero ponderat D. Augustinus. Hoc suppone (inquit D. Augustinus.) Sicut corporis infirmitates, symbolum sunt animæ defectuum, ita & illarum medela, eadem est quæ horum. Paralyticum Christus rogat, *Vis sanus fieri?* anima enim tua nequaquam te nolente curabitur; nota quippè cunctis est illa D. Augustini propositio: *Qui fecit te sine te, non saluabit te sine te.*

Pſ.138.15

Tract.24. in Ioan & ſerm.42. de verbis Domini.

Serm.15. de verbis Apoſtoli.

Quandam Doctores excutiunt difficultatem, cur Deus, vt me crearet in hoc mundo, meam super hoc non requisiuit voluntatem nec consensum, voluntatem tamen meam requirit, vt me euehat ad cœlos; & agens cum adolescente de salutis suæ negotio; primùm eius explorat voluntatem: *Si vis ad vitam ingredi.* Quare dum peccator viam ingreditur perditionis & ad ignes sceleratus festinat sempiternos; eum collari Deus non detinet, non retrahit, non sistit vt bonus pater, filutis filij desideratissimus, dum eum videt ad laqueum properare perditionis, abyssumque desperationis. Cur dum eum peccatis cernit immersum, non extrahit licet renitentem, sicut ignibus extraheret etiam spontè sua iniectum. An Deus hoc facere non præualet omnipotens? Fieret hoc, si Deus solùm esset omnipotens, brachij sui solius potentiâ nos erueret; attamen est & sapiens, summâque cuncta regit sapientiâ: quæ hoc exigit, vt suaui er cuncta gubernet secundum cuiusque conditionem: sed nec ipsis plantis, herbis, aut animalibus aliud disposuit, quàm vt vnumquodque secundum propriam naturam operaretur: *Iuxta genus suum.* Hominis autem natura libera est, liberum habet arbitrium, ac voluntatem, vt bene probat Doctor Angelicus, & testatur Spiritus sanctus: *Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu consilij sui.*

Mat.19 7.

1.2 q.113 a.3. Eccl.15. 14.

I. Cur propria ad salutem requiritur voluntas.

Ob quam rationem factus dicitur ad imaginem & similitudinem Dei, qui suorum actuum Dominus est absolutus. Iuxta hanc naturam nos regit Deus, nec cogere intendit, sed tantùm nostrum requirere consensum ac petere voluntatem.

Sponsam vocat sponsus, ædes eius accedit, ostium pulsat verbere repetito: *Aperi mihi soror mea, sponsa mea: quia caput meum plenum est rore,* &c. Illa non aperiente, longius retrocedit. O sponse cælestis, an tibi vites non sunt portas aperiendi, earumque confringendi cardines cum fis ipso Samsone fortior? An tu non ille, de quo Dauid cecinit: *Qui contriuit portas æreas, & vectes ferreos confregit?* Si illa portas renuit aperire, an non tibi facilis patet per parietes, per fenestras ingressus per illas etenim sæpiùs mors subintrat; teste Hieremia: *Ascendit mors per fenestras vestras.* Tibi hoc conuenit melius, qui vita es. Possum equidem, at sine sponsæ nihil volo voluntate. An ignoras, ingressum hunc esse sponsi, vt animam sibi associet in sponsam, nec dari inuoluntaria sponsalia? Iustè dixerunt parentes Rebeccæ, dum agunt de ea desponsanda Isaac: *Quæramus voluntatem ipsius,* &c. *Vis ire cum homine isto?* Optat cælestis ille sponsus animam in sociam sui thori recipere, hoc autem nisi consensu ac voluntate præuia non fit; proinde nullam infert violentiam, sed accedit, sed pulsat, sed quærit eius voluntatem: *Ego sto ad ostium & pulso. Si quis audierit vocem meam, & aperuerit, mihi ianuam, intrabo ad illum.* Si illa noluerit, vim non facio, sed vlteriùs secedo. Vocat Deus, clamat, inspirat, monet, minatur: si obsurdescas,

Cant.5.2.

Pſ.106. 16.

Hier.9.21

Gen.24. 57.

Apoc.3. 20.

surdescas, nec volueris, sed ad inferna properes: vim tibi inferet nullam, transibit, deferet te tamen. *Sap. 8. 1.* Que Diuinâ regit sapientiâ suauiter: *Suauiter disponit omnia.* Coactio contraria est suauitati.

Præclara de seipsa proponit mysteria, æterna Sapientia, id est Verbum æternum, vnigenitus Patris. Concionem quondam proponit, quâ ore depromit Sapientissimi Salomonis: Ad auditorium citat, conuocatique vniuersum hominũ genus sic vt nullus desideretur; magna illis studet proponere mysteria: *Prou. 8. 4. O viri ad vos clamito, & vox mea ad filios hominum. Audite quoniam de rebus magnis locutura sum.* Hæc, si & ipsi increatæ Sapientiæ videantur magna, qualia ab omnibus sunt æstimanda? quæ sunt hæc? Tria declarat. Primum æternæ suæ generationis ac substantiæ originem. Secundum: Principium essendi creaturarum in ordine naturæ. Tertium: Principium essendi in ordine ad gratiam. Magna sunt hæc. Primum proponit, atq; sex principium essendi tiæ esse ab æterno Patre: *Prou. c. 8. 23. Ab æterno ordinata sũ, & ex antiquis*, &c. *Nondum erant abyssi, & ega iam concepta eram.* Secundum, agit de principio, quod dedit creaturis, essentiam, quod erat ideus ipse Pater, sed cum ipso: sicut enim artifex per ideam, quam suo concipit intellectu, & manuum suarum potentiam artis suæ producit opera, ita Pater per Verbum æternum, ideã & diuinũ sui intellectus cõceptum, suamque potentiam cuncta produxit: *Prou. c. 8. 26. Quando præparabat cœlos aderam, quando certa lege, & gyro vallabat abyssos, quando æthera firmabat sursum, & librabat fontes aquarũ*, &c. *cum eo eram cuncta componens.* Non fallar, si dixero ex hoc lectionis D. Ioannem sumpsisse illam tam sublimem, quæ superexcedat intellectũ Angelorum. Primũ, æternum scribit Verbi æterni generationem: *Ioan. 1. 1. In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum.* Deinde, creaturarum productionem per illud idem Verbum: *Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil.*

35 Ad tertium procedit, exponitque mysterium Incarnationis & hominum iustificationis: *Delectabar per singulos dies, ludens coram eo omni tempore, ludens in orbe terrarum, & deliciæ meæ esse cum filiis hominum.* His consonat D. Ioannes: *Dedit eis potestatem filios Dei fieri: & Verbum caro factum caro factum est. Deliciæ meæ esse cum filiis hominum* per Incarnationis mysterium humanæque naturæ assumptionem: Hoc mihi summum gaudium ludere cum hominibus, & hoc ago toto orbe terrarum. Sapientissime Deus, num forsan ludicra sunt tua quæ tractas negotia, vt ea lusum dicas? Num forte tam parui ea facis, vt id quod in orbe intendis, sit lusus, sit iocus? & idem bis repetis: *Ludens coram eo, ludens in orbe terrarum.* Altissimum hic tangit mysterium. Duo sunt lusuum genera: vnus manus ad manum, alter societatis: & hoc interest deleriminis; quòd in lusu manus ad manum agis quod velis; vel multum aut parum lusui supponis, vel te ipsum continues, vel explicas pro bona tua voluntate. In lusu vero societatis minimè, sed socij requiritur voluntas, quòd si tu vel supponas, vel ludas, aut consentias suppositio, si locius non cõsenserit, nihil agitur. Duos hos lusus lusit Verbum æternum. In principio ad rerum omnium creationem lusit manu ad manum, primum cum nihilo, & aleæ subiecit tantum quantum ipse voluit, de illo educens, quidquid volebat, & qua ratione intendebat, nullius petita voluntate. Continuò lusit cum creaturis manu ad manum & expoſuit quantum voluit: cum cœlo lusit & stellas eduxit, quot voluit, cum aquis, & quotquot voluit eduxit pisces; cum aëre, & quotquot voluit pennis instruxit aues; cum terra, & ex ea quotquot placuit, herbas procreauit. *Ipse dixit & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt.* Eodem lusu recreauit se in hominis creatione. Hunc enim maiorem, illum pusillum condidit; hunc nobilem, illum agricolam creauit; hunc in hac regione, alterum tulit in alia, hunc acrimonia doluit ingenij, illum stupidum truncumque produxit; illum oculis, vultuque insignem, hunc his omnibus orbatum. *Erit tecum, sine te.* *Vide infra Homil. 23. §. 19. 11. Duo sunt ludorum genera.* *Psal. 148. 5.*

Attamen in negotio iustificationis, ob quam venit in mundum, lusu fuit societatis, & socium ac quasi adiutorem assumpsit hominem. Talem se prædicat Apostolus: *Dei adiutores sumus.* Nec vult suum valere lusum nec expositum, nisi homo consentiat. *Non saluabit te sine te.* Eleganter respondet D. Bernardus in eo quod notat vates Isaias ad celebrem illam visionem, quâ vidit Dominum sedentem super solium excelsum, plenum maiestate, sublimem, aduertit ad latus duos Seraphim sex alis præfulgidos. Licet vero intelligant quidam quòd duabus tegebant caput Dei, & duabus aliis inferioribus eius pedes, duabus verò mediis volarent, attamen textus præsertim Hebraicus, locum cedit interpretandi, quòd duabus aliis sublimioribus non Dei, sed proprium velarent caput duabus inferioribus proprios pedes, non eius vero *1. Cor. 3. 9.*

D. Bern. Ser. 4. in Vidi Dominum sedentem.

vero volarent, corporis autem pectus nudum ostenderent. Ne credideris (inquit D. Bernar.) hoc vacare mysterio, quinimo diuinis scatet hieroglyphicis. Voluit Dominus profundum ostendere prædestinationis mysterium, proinde se ut Regem supremum ostendit, & excelsa fulgidum maiestate: in nullo enim alio mysterio, Domini sui regnique tam a Deus claruit celsitudine, quam in hoc prædestinationis & reprobationis exemplari, in quo procedit, vt Dominus adeo absolutus ac independens, vt quos vult prædestinet, & quos vult reprobet pro mera ac libera sua voluntate.

D Ber. Ba. c. 8.

Operatur secundum propositum voluntatis suæ. Alios nullos coegit consiliarios, ad hanc electionem quam proptiam suam voluntatem, tantum autem erat illud mysterium, vt illud contemplatione perferutari D. Paulus minime præsumpserit: abyssus enim videtur, & immensum pelagus, quo se conatur expedire hoc axiomate: Quod si figulus luti sit tam absolutus Dominus, vt ex eo pro mera sua voluntate fingat vas in honorem, quod in mensa proponatur, aliud quoque, quod semper ignibus exponatur: quanto meliori iure poterat Dominus totius naturæ Dominus independens in eiusdem massæ hominibus, hunc gloriæ suæ præeligere coheredem, alterum æternis ignibus deserere concremandum? In hoc mysterio tria (ait D. Bernard.) sunt consideranda. Caput, medium, & pedes, extremum ac vltimum: tria quoque hæc declarat

Eph. 1. 11.

D. Paulus, vocatio, iustificatio & glorificatio. *Considero siquidem, quasi quoddam caput, corpus, & pedes meos in verbis Apostoli, quibus ait: Quos prædestinauit, hos & vocauit, quos vocauit, hos & iustificauit, & quos iustificauit, hos & glorificauit.* Caput ac principium executionis prædestinationis, est Dei vocatio. Hoc caput est contectum, cui nec interuenit alarum prædistinati volatus: pendet enim ex sola Dei gratia ac misericordia. *Initium meum solius gratiæ est & non habeo quid mihi in prædestinatione, aut vocatione tribuam.* Pedes, id est vltimum, glorificatio est iustificati, vltimus effectus prædestinationis. Sunt hi quoque contecti, nihil cooperantibus tuis alis: hanc enim solus Deus operatur. *Consummatio quidem, & ipsa solius gratiæ est, nec est in ea mihi gloriari.* Medium, animæ tuæ creditur iustificatio, ad hanc alæ concurrunt intellectus tui ac voluntatis; istarum enim potentiarum tuarum opera requiruntur, vt illis cooperantibus Dei gratia suum operetur effectum. *Non sic sane in opere iustificationis alienus sum operatur quidem illud gratia, sed plane mecum.* Mecum exequitur Deus opus meæ iustificationis, quod est quasi lusus societatis, vt enim valeat aleæ expositum necessario concurrere debent amborum qui ludunt expressæ voluntates.

Quoties vultu suo benignissimo te inuitat Deus, gratiam offert ac gloriam, seipsum ac quidquid habet, & tenuis? Quoties vrgeti, vt peccatis abstineas, attentas vitæ tuæ breuissimos dies, æternum gehennæ incendium, quo tu tendis festino cursu, nec consentis sed replicas: non illud volo! O quanta Deum iniuria dedecoras illa negatiua. *Et noluit.* Singulari Homilia perpendit D. Chrysost. hæc D. Pauli verba; *Voluntarie peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis, iam non relinquitur pro peccatis hostia, terribilis quædam expectatio iudicii & ignis æmulatio, quæ consumpturus est aduersarios. Irritem quis faciens legem Moysi sine vlla miseratione duobus vel trium testibus moritur, quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium Dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est & spiritui gratiæ contumeliam fecerit?* O quantum supplicium, ei qui spiritum gratiæ Dei extinxerit? *Ignis æmulatio.* Expendit ibidem D. Chrysostom. quod loquatur de igne animalis viui. In quem hæc plaga desæuiet? In eum *Qui spiritui gratiæ contumeliam fecerit. Et spiritum, qui gratiam largitur, contumelia affecerit.* Ita ipse legit. Quamobrem? *Qui enim beneficium accipit, ei qui beneficium contulit, iniuriam facit, eumque contumelia afficit. Te fecit filium, tu seruus esse vis. Venit habitandi apud te, ac tecum caussa. Tu in eum prava consilia moliris: Christus sine apud te, ac tecum cupit; tu crapula & ebrietate eum conculcas.* O quis dolor fidelibus seruis venienti Regi, vt te diuitiis cumularet, responderes, tuas nolo diuitias, eas pedibus contereres & ipsum quoque regem conculcares quid famuli hoc viso non agerent? Hic est ille, qui conspicit, quod offerenti tibi Deo suam gratiam vt tuam, suam gloriam & quidquid possidet, insuper & seipsum; ais effrons explodo illa, despicio. *Ignis æmulatio* pœnam magnam talis impudentia, talis tua meretur audacia. Hoc idem quoque ipse Christus tanto doloris sensu lamentabatur; *Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas & noluisti?* Quoties ego te criminibus fluctu expedire morbos tuos sanare, tibi salutem imperiri? Quoties te rogauit *Vis sanus fieri?* Quid tibi persuades quid sit,

Hebr. cap. 10. 28.

Diuus Chrys. Habetur particularis Homilias post homilias in Epist. ad Hebræ Tom. 4.

Matt. 23. 37.

si:, dum graui cor tuum pulsu commouetur, dum te spectante subito alter mortuus corruit, & intus vocem audisti commonentem, tibi cauere, hoc tibi ne contingat, nisi vox Dei, & inuitatio, quæ a te quærit: *Vis sanus fieri?* quid esse putas, dum intimo cordis tui recessu te sentis alloquentem, Christiane, Deum grauiter offendisti. circumspice, eius te quandoque manibus traderis iudicandus, attende cuius tibi iram conciliasti; Mortem æternam meditare, delicias fugientes, de quibus nihil tibi sit reliqui nisi dolor ac confusio? Dei sunt inuitationes. *Vis sanus fieri?* Dolendum est, quod *Noluisti.* Nec nuntium vis remittere puellæ, nec iniusta lucra resarcire, nec Dei gratiam tibi oblatam acceptare, nec animæ tuæ salutem, a qua te inuitat abertantem. In eo nullus defectus, adest paratissimus vt tibi gratiam suam infundat, & cum illa suas diuitias, sua dona cælestia, quinimo & regna sua sempiterna; semper ex parte tua defectus esse conuincitur. *Noluisti.*

III. Nos nolumus saluari.

IIII. Deus semper est paratus. Exod. 25. v. 12. 13. 14. 15.

Quis non arcæ dispositionem admiretur? Præcepit Moysi Deus vt illam ex ligno Setim incorruptibili ædificet, deauratam intus & foris, cui includi voluit thesauros & dona cæteris digniora populo suo concessa, vasculum manna, virgam Aaron mirabilium effectricem, quæ frondauerat ac tabulas legis: deinde mandat: *Facies circulos aureos, quos ponet per quatuor arcæ angulos, duo circuli sint in latere vno, & duo in altero, facies quoque vectes de ligno Setim, & operies eos auro. Inducesque per circulos, qui sunt in arcæ lateribus, vt portetur in eis: qui semper erunt in circulis, nec vnquam extrahentur ab eis.* Semper sit arca parata, vt ei manus inijciant, portentque hi quorum est officium. Domine, an non Arca illa collocari debet in loco in *Sancta Sanctorum*, quo nemo possit accedere nisi summus Sacerdos, idque semel in anno? Ad quid semper vectes in circulis, quasi semper possint manus ad eam portandam admoueri. Arca Christum præsignabat: *In quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei.* O arca Deifera semper parata, vt eam qui libet domum suam referat, eique possit manum admouere: Accedens sad eam Centurio, in serui sui salutem, *Ego veniam & curabo eum.* Extendens manum mulier sanguine fluens ad vestimenti eius fimbriam, secum detulit plagæ sanitatem dum eum layrus, Princeps Synagogæ unico verbo in domum suam inuitat, illico accedit mortuam filiam suscitaturus. Verbum audiens leprosi, *Domine: si vis potes me mundare*, voluntas mea, respondet Dominus tam prompta est in tui remedium, vt nihil aliud desit, quam ipsa tua voluntas. *Volo*: proinde, cum tu hoc velis, certum est quod ex me non desero: *Volo mundare:* Hoc quoque vobis dicit: confidite: semper enim sum paratus. Si eum quæris recipere cuiusque dona cælestia, expectat, vt manum admoueas eius misericordiæ, si remissionem optas peccatorum, eius ineffabilibus diuitiis. Si illum in venerabili Sacramento suscipere: eius gratiæ, si eius tibi prodesse merita desideras. *Quoties volui.* Ego semper steti paratus, tu vero ille es qui *Noluisti.* Quocirca radicitus exscindas & vnico ictu omnes amputes excusationes: non a te petitaliud in donorum suorum, diuitiarum ac regni pretium nisi tuam tantummodo voluntatem *Vis.*

Col. c. 2. 3. Mat. 8. 7. Matth. 8. 2.

Publicum omnibus est præconium illud, quod Deus ex ore vatis Isaiæ præcepit diuulgari: *Omnes sitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum emite, & comedite venite, emite absque argento, & absque vlla commutatione vinum & lac.* Sitis effectus est caloris & ardoris interioris, eaque tanta est, quantus, & calor: vt patet in eo qui febribus ardescit: quanto enim est ardor intensior, tanto & sitis aridior. O piissime Deus: quanti sita æstuant homines bonorum temporalium, opum, delitiarum, honorum, quam sitibundus anhelat auarus ad nummos, suspirat ad delicias sensualis, exspirat ad gradus honorum ambitiosus? Desine mirari; intensus est enim calor internus concupiscentiæ, qui exurit cord sanctima. Quam d lucide al os vidit D. Ioannes spidum infernalium aculeis vulneratos, ardore supremo concremari! *Æstuauerunt homines æstu magno.* Vidit quoque cælestis aquila totum mundum adsitientem sitique deficientem quæ ex ardo e nimio concupiscentiæ feruentius incaluerit. *Omne quod est in mundo, aut concupiscentia carnis est* &c. Peratis suæ oculis nos Deus intuetur, nostram dolet miseriam, & hoc agit, vt nobis salutis condeatur remedium. *Omnes sitientes.* In Hebræo ponitur interiectio dolentis, vel compatientis: *Heu qui si tis.* Septuaginta posuerunt il. m notam, quasi compatientis cordis Dei. *O sitientes:* venite ad sitis vestræ refrigerationem, *Venite ad aquas.* Quomodo Domine illas das? emptas. *Venite & emite.* Quid hoc Domine illo verbo totum reuocas, quod nobis ad dixisti, *Venite, & emite:* Perspicuum est ait D. Augustinus quod audiendo, emite, statim infers pretium requiri, quoque res vendenda pretiosior, eo magis augendum sit & pretium. Si domum inhabitandam, aut

1. Ioan. 2. 16. Apoc. 18. 9. D. Aug. Ser. 2. de diuers. c. 3. & 4. T. 10.

aut hortum, aut triticum emere sit voluntas ilico, cogitas de pretio, & comparationem facis pretii cum re emenda, quod eo debet magis crescere, quo res emenda pluris æstimatur; aisque, hoc illo carius venditur. *Quæ magnum habent pretium, cara dicuntur, nec frustra, assite consuetudinem sermonis vestri, carius est illud, quàm illud. Qui est, carius est, nisi pretiosius est?* Si clamas Domine, emite: statim nobis curandum de pretio, & tale parandum, qualis est res quæ vendenda appenditur. Dic nobis ad quid emendum nos invitas? *Vinum & lac.* Sub figura vini & lactis, nobis suas propinat divitias, thesauros que cælestes. Venite, emite peccatorum remissionem, dona mea, gratiam meam, regnum meum, imo meipsum. O Domine Deus: quod rebus hisce tam pretiosis æquale poterit pretium inveniri? *Sap. 7. 9. Omne aurum in comparatione illius arena est exigua, & tanquam lutum æstimabitur argentum in conspectu illius.* Ne conqueraris, nec auxieris multum, ait Dominus: licet enim proclamem, *Venite, emite*: emptio tamen fiat sine pretio. *Emite, absque ulla commutatione.* Comparare sine pretio? Vtique. Rogat etenim illud in pretium, quod inter homines habetur, non pretium. Quod (amabo) est hoc? Voluntas tua.

D. Aug. Humana consuetudine (inquit D. Augustinus) non censetur illud pretium, rem aliquam velle, amare, optare: quin modo explodereturque illud in rei venalis offerret pretium. Si domum accederes aurifabri, opus empturus auro gemmisque fabre elaboratum: Domine, distrahe mihi illud opus. Quod appendes pretium? Domine, velle me hoc. Quam mentis inops rideres is. Si in officina quadam tela tibi arrideret argentea, pulcherrima, intrares, Domine pretium eius telæ mihi statue, alter vero: quod offers pretium? responderes, Domine, verè & syncerè eam mihi millies opto: quod de te ferrent judicium? Hoc, velle rem quampiam, eiusdem non est pretium, nec ob hoc exponitur venalis: sed hoc emptioni præsupponitur, quod eam emere non studeas, nisi prius illam volueris. O Fratres (inquit D. Augustinus) Deum audire vos invitantem, vt ematis: & qui vos

D. Aug. Ser. 2. de diu. cap. & T. 10 præmoneat, ne terreamini, licet nec aurum nec argentum ad emendum, dandumque in pretium habeatis: nullum enim aliud à vobis exposcit, quam vestram voluntatem. *O Fratres, ô filij, ô Catholica germina, ô Sancta & superna semina, ô in Christo regenerati, & desuper nati, audite me.* (clamat D. Augustinus.) *Deus de compendio se nobis offert, clamat nobis Amate me, & habebitis me.* Hoc solum intendit: *Vis?* Iustè quidem, hoc enim vobis maximè proprium est, voluntas vestra, quam vobis Deus liberam reliquit, vt de illa & cum illa, quod placuerit, perficiatis. *Posuit Deus hominem in manu consilij sui &c. ad quodcumque voluerit porrigat manum.* O si tantillo pretio vobis terrena, (inquit D. Augustinus) venderentur. O si volendo tantummodo illa consequi possetis. Illud igitur quod in vilibus istis, sordidis, caducis, terrenisque non potestis opibus, hoc in cælestibus, Diuinis æternisque potestis adipisci thesauris; ipse quippe Deus adeo adstat paratus, vt dicat *Quoties volui.* Tu ille es, qui vltro tibi condicta respuis, *Et noluisti.* Eccl. 15. 14

§. 13. Non sanaris: quia non vis absoluta voluntate, vt mulier prægnans, de qua Ezechias.

OBicies, non dico, Pater mi, me nolle, absit à me talis impudentia, non sum enim ita mente captus, quod ipse proprium meum bonum me nolle confitear quod benigna manu mihi Deus offert vltroneus, tantum illud dico, quod modo non, sed tempus mihi statui, & breui peccatis me expediam, agam pœnitentiam. O Chariſſime, melius nouit Christus, qualis sis, & distinctius te cognoscit, quam tu teipsum, ne Deo te posse præsumas imponere. Tu illud, vt placuerit, appelles, aperte ipse tibi improperat. *Et noluisti.* Ad illas nuptias magni Regis expensis præparatas, varies iussit inuitari, & ait Euangelista, dum eos ministri vocarunt, absit vt tam inhumane responderent, se regis oblatum beneficium dedignari, sed *Cœperunt omnes simul excusare. Primus dixit ei: villam emi, & necesse habeo exire & videre illam, rogo te habe me excusatum: Et alter dixit, juga boum emi quinque, & eo probare illa, rogo te habe me excusatum &c.* Renuntia Regi: fateor mihi à te magnum præstari beneficium, at rogo pro hac vice habeat me excusatum: non ideo est, quod nolim illud recipere, nec tanti, quanti justum est illud faciam, sed quia modo mihi non est opportunum illud accipere. *Rogo te, habe me excusatum.* Refert alius Euangelista eandem parabolam, & de inuitatis sic ait: *At illi negligentes abierunt* & quisque aperta voce respondit, die Regi, me nolle venire: *Et noluerunt venire.* Luc. 14. 18 Matt. 22.

Attende tibi, quæso ô Euangelista, nolle

venire, nec acceptare præparatas à Rege delicias, non fuit illas dedignari, vilipendere, illas nolle, sed rationes obtendere ob quas modo illis non esset integrum venire, & aliis ex causis ad nuptias non properare. Scito tamen, quod licet superficialiter hoc ita sit, substantialiter tamen, & in rei veritate, fuit, nuptias illas aspernari, flocci facere, & nolle: cum pluris facerent proprias delicias, juga boum, vile lucrum matrimonium, quàm ea omnia, quæ Rex illis offerebat. Proinde licebit notare, quod eodem modo Regem offenderint, sese excusando, & sic se rex credidit dedecoratum, ac si invitatus quisque clara ei voce dixisset: tuum respuo convivium, nihil facio quidquid mihi condixeris: sit tua tibi cœna, illis tu fruere deliciis. *Neglexerunt, & noluerunt venire.* Hoc est, quod reipsa Deo replicas, dum te gratia sua, salute animæ tuæ, misericordia sua, donis suis, suo cælo, seipso denique benignus invitat. *Nolo,* quid enim remoratur, quod pecca is tuis nuntium non remittas? cur sceleris illius tam diuturnam, tamque periculosam non curas infirmitatem, qua te diabolus detinet alligatum? Quid tibi est impedimento cælestem non fieri Seraphinum? quis malus te genius accendit infernititionem? An tibi Deus non propinat salutem, vitam, indulgentiam, justificationem & gratiam? Prompta semper eius est voluntas, numquam non ipse te ad nuptias invitat. *Hæc est voluntas Dei, sanctificatio vestra. Deus vult omnes homines salvos fieri.* Solum tu velis.

Quia non vis, ait D. Chrysalla non obtines. Non vis voluntate efficaci, *Sufficit si velis, ut oportet, & facias ea, quæ sunt volentis.* eodem modo velis, quo cætera vis. Responde mihi. (inquit D. Chrysost.) dum in uxorem sumere laboras puellam præduitem, sufficitne tibi, te illam velle? Nequaquam, insuper & quæris, qui illud negotietur, rogas, disponis te, te prælentas paratum iis omnibus quibus possis eam recreare, prodesse, auxiliari. *Rursum mercator, non domi sedens contentus est, quod velit, sed & navim conducit, & nautas, & remiges eligit, & pecuniam dat fœnori, & de agris, & rerum venalium pretiis curiose inquit. Qui enim vult ut oportet, res quoque tangit, quæ conducunt ad id, quod vult: nam quia esurire necessitatem affert, ut alatus, non expectat, ut tibi ad te sponte sua veniant, sed omnia facit, ut cogas alimentum: Hoc etiam fac in regno & idemmo consequeris.* Non vis voluntate firma ac stabili, sed hoc tibi Spiritus S. verbum convenit. *Vult & non vult piger.* Quantumvis malus ac piger quis sit, quando ei offertur sementis messis abundantissima, lucrum immensum optimi mercatus, vult, & acceptat: attamen dum sibi manus cernit movendas, mane ad lucis ortum exsurgendum, mollem lectulum deserendum, dies transigendos laboriosos, noctes ducendas insomnes, deliciis suis renuntiandum, non vult.

Ita D. August. seipsum describit, in suæ conversionis principio, *quasi mulierem prægnantem, hærentem, suspensum inter velle & nolle.* Nihil magis videbat desiderare, quam nuntium remittere male anteactæ vitæ meæ & tandem nihil agebam, involutus peccatis hærebam, & quasi captivus, non vinculo ferreo sed ferrea mea voluntate, vitiis alligatus detinebar. Hoc quoque tibi contingit, imo id ipsum quod ait Rex piissimus Ezechias certissimo expositus periculo in Hierusalem, urbem enim Sennacherib gravi premebat obsidione: *Dies tribulationis & correptionis.* Quare? *Filij venerunt ad partum, & virtus non erat pariendi* Nullum evidentius mortis periculum mulieri potest immanere prægnanti, quàm si partus horâ, viribus ad parturiendum deficiat: necessitas enim incumbit, aut pariendi, aut moriendi, si viribus non vigeat fœtum eiiciendi. Hæc tua est ô peccator, calamitas, peccatum anima concepisti: adest quadragesima, tempus pœnitentiæ, aut quo te Deus ad frugem monet meliorem, rogat, *Vis sanus fieri!* Aut pariendum, aut moriendum. Quod si hanc malam voluntatem qua illud concepisti non eiicias, moriendum in æternum. Deplorandum, quod non erat virtus pariendi. Voluntate non polles forti, firma, resoluta, quâ fœtum peccati foras enitaris.

Domine: hæc mea est voluntas, illius renuntiare familiaritati, sat scio hac me Deum graviter offendere, verumtamen ex nimia voluptate eam desidero, & sine illa viuere, mihi est impossibile. Hoc opto alienæ restituere, dum mehis grauatum septio ad inferna demergendum; attamen dum operi incumbo, & id reiicio quod vt meum retinebam, deficiunt vires. O ter quaterque infelicem, cui deest voluntas fortis animosa; cum igitur creaturam non remittas, non eicias, in æternum morieris. Hoc ipsum omnes in inferno mortuos occidit. Descende in infernum vivens, illic licebit visere Iudam proditorem, qui partus doloribus anxius, commisso traditionis scelere, huic & illi querebundus, parturire peccatum velle videbatur; *At virtus non erat pariendi.* Vires non habuit ad agendam veram.

38 II. Efficax voluntas requiritur. *Isai. 37.*

Lib. 2. Conf. c. 3. & lib. 8. c. 7. & 11.

Matt. 25.

vetam pœnitentiam, crimen suum agnoscendum, de Dei misericordia confidendum. Intuere Herodem, peccato luxuriæ demersum, vt Baptistam audit detonantem, parturiebat, vt à se procul ejiceret incestum scandalosum, vxorem fratris sui: *Herodes metuebat Ioannem, sciens eum virum justum & sanctum, & custodiebat eum*: hoc est: eum venerabatur: *Et audito eo multa faciebat, & libenter eum audiebat.* Attamen delicijs suis inescatus, & affectione maleſua à pellicis suæ Herodiadis intoxicatus: illam manu mittere vel scandalum non valuit ablegare: *Non erat virtus pariendi.*

Quàm bono desiderio prægnans adolescens ille diues, dum Christus ei hanc perfectionis viam prædicat: *Si vis perfectus esse vade, & vende omnia quæ habes & da pauperibus*; Dimisso capite discessit mul um contristatus: *Contristatus est valde: erat enim multas habens possessiones*: Ex parte vna p.omissi perpendit magnitudinem in futurum: *Habebis thesaurum in cœlo.* Ex altera vero diuiti rum suarum gazas immensas in præsenti, *Ac virtus non erat parendi.* Quàm fœtu grauidus Pilatus, dum Christi perpendens innocentiam, & telam quam contra eum Iudæi ordiebantur, ex nera & insita cerneret prouenire malitia, inuidiaque eos contra Christum esse stimulatos, eum è manibus eorum studet eripere, hinc populi seditiosi tumultum veritus, & Cæsaris perditurus amicitiam ac benevolentiam, retrocedebat imbecillis: proinde: *Non erat virtus pariendi.* Mulierculam domo eliminare, aliena restituere, sunt qui velint, sed animo defi i nt, concidunt illis vires, vt hoc mandent executioni: *Non erat virtus pariendi.* Ponderat D. Augustin. ex Origene quod Moyses & Aaron, ac senio e Israel mandarunt Pharaoni: *Deus Hebræorum vocauit nos, vt eamus viam trium dierum in solitudinem.* Habet hoc trium dierum it r quod consideremus, ait D. Ambrosius, hos quoque Deus ab Abraham requisiuit. Tres dies, qui sunt? Respondent Origen. & D. Aug. cogitatio, verbum & opus Ægypto eiusque tenebris excedere, sed non hoc te reddat securum sed i et capesse trium dierum: *Venientes ad Christum per ipsius gratiam, relinquamus opera tenebrarum & bene cogitando, & bene loquendo, bene operando viam lucis currere festinemus* ait D. Aug. quid hoc est? cordis contritio, oris confessio, & operum satisfactio. Hanc viam triduanam ingrediamur, ait D. Augustin. *Obsidet inimicus, sicut de Pharaonis exercitu legimus*: *electos aſcensores ternos fuisse demersit in mare rubrum.* Notat lectionem, quam habet D. Hieron. legunt alii: *Electi aſcensores tristatæ.* Alii: *Ternos statores.* Et addit idem D. Hieron *Tristatæ autem nomen est apud Græcos secundi gradus post regiam dignitatem, de quibus scriptum est. Verumtamen ad tres primos non pertenit, qui principes equitum, peditumque erant, & tributorum, quos nos magistratus vtriusque militiæ, & præfectos annonarij titulo nominamus.* Orig. legit *Ternistratores.* Et ad rem declarat Euthymius.

Iuxta septuaginta legitur: Electos aſcensores tristatas demersit in mari rubro. Tristatæ dicit, eo quod tres in eodem curru considere solebant, & vnus quidem in currum agebat, habenasque moderabatur: reliqui autem duo aduersus hostes decertabant. D. Gregor. Nyssen. ait, quod illi tres *Erant electi Principes pugnatores.* O Pharao, te prodiscorem. Tres in tres. Quidam, qui primum impediunt motum voluntatis, minimum ob offensam Dei pœnitere. Alii crimium exomologesim Sed tertij aliis fortius vires exerunt, vt operibus obstent satisfactionis. Hic necesse est, *Vt deficiant peccatores, sicut Tingi Pharaonis in tertio signo.* Voluntas non impeditur, cum tres illos non habeat actus. Illic laborabant alij sementem euertere Israelitis. Cum vero illud jam non succederet, nituntur, vt herbam tantum producat nec in aristas exerescat fructus sementis. Ita igitur, sit cum integra perfectaque voluntate, qualem habet Deus. *Hæc est, voluntas Dei, sanctificatio vestra.* Si adhoc necesse fuerit, vocare te, monere te, in cruce pendulum emori, sanguinem suum profundere. Hæc est voluntas. In hoc autem capies, num eadem tibi, quæ Deo, & tuæ voluntas sanctificationis. Num sanguinem profundis? num in cruce suspenderis, si occasio hoc exigat vt peccata relinquas, ô si hac integra non animeris voluntate, viam non ingrediris triduanam, quam tua requirit sanctificatio.

Erat D. Thomæ Doctori Angelico soror germana Dei famula, & vt talis, de negotio semper suæ agebat salutis. Contigit D. Thomam quondam ad ædes sororis diuertere: cui illa studi se. Dic mihi frater (amabo) cum te diuinis humanisque affatim omnes instructum litter s habeamus, quæ mihi pateat salutis via? *Quid faciendo vitam æternam possidebo?* Respondet ille. Desiderando: volendo. Tanto quippe Deus nostræ salutis ardet desiderio, vt ipse, quantum in se est, semper nos inuiter, gloria illa cœlesti, & quod à nobis postulat, hoc est *Vt sanus fieri?* vt velimus. Non hoc exigit

vt

Marc. 6. 11.

Marc. 10. 22. Luc. 18. 23.

Hom. in c. 5. Exod. c. 3.

D. Aug. Serm. de tem. 10.

11. Pharaonis exercitus in tres ſtas erat diuisus. D. Hie. In c. 33 Ezech. Tom. 5. 1. Par. cap. 11 Exod. 15. Euthy. Apud ſſ Lappom Exod. 14.

1. The 4. 3.

vt in vltimos Indiarum recessus proficiscaris thesauros auri inuestigaturus, nec aquarum abyssis inunderis gazarum desiderio vrinator, nec cœlorum nubes calces, vt inde tibi salutis adducat remedium. Nequaquam: *Mandatum hoc quod ego præcipio tibi hodie, non est supra te neque procul positum, nec in cœlo situm, vt possis dicere. Quis nostrum valet ad cælum ascendere vt deferat illud ad nos &c. Sed Iuxta te est sermo valde in ore tuo, & in corde tuo, vt facias illud.* In voluntate tua, in corde tuo, *Vis sanus fieri?* Tantummodo tu velis, nec aliud vlterius exspectandum: Iam enim mea præcessit voluntas, qui enim tibi condicit salutem, inuitatque, tibi quoque illam dandi, ne dubites, habet ipse voluntatem.

Deut. cap. 30. 11.

§. 14. Hominem non habeo. *Qui confidit in homine, non sanatur: pauperem enim fugit, vt aues, & animalia ex arbore deuolant concidente.*

39 RESpondet Christo paralyticus. *Domine hominem non habeo, vt cum turbata fuerit &c.* Christum honorat *Domine.* Tanta enim in humili illo schemate radiabat maiestas, eiusque Diuina sub vili illo habitu relucebat essentia, vt illo, ad summam omnes moueret venerationem. Sibi ille vt puto persuadebat, se a Christo in procuranda salute redargui negl gentiæ: cum credere vix possit quis, tanto annorum curriculo non sanandum, si solummodo voluisset, & quæ sunt volentis, effecisset. Proinde respondet Christo: Domine mihi hoc nequaquam imputandum, non ego culpæ reus, nec meæ defectus est voluntatis: hic enim jam hic triginta & octo annis detineor immobilis: sed deest manus auxiliaris: O miseram sortem meam, *Hominem non habeo*, qui mei misertus, ad Angeli descensum, motumque piscinæ, aquis intromit at certo reparandum. O charissime, ventos colis, infirmus es, inops es & hominem præstolaris: nedum habebis adiutorem, sed nec qui te vel semel conueniat, quinimo, vt pestem omnes detestabuntur: nulla enim grauior hominibus lues quàm infirmitas indiga, & indigentia infirma. Celebrem celebrio Regis Nabuchodonosor arborem in somnis præostensam: voluit enim Deus illi significare per ea quæ in illa videret, quid sibi futurum præsagiret. Arborem vidit excelsam. *Proceritas eius contingens cœlum, aspectus illius erat vsque ad terminos vniuersæ terræ folia eius pulcherrima, & fructus eius nimius. Subter eam habitabant animalia & bestiæ, & in ramis eius conuersabantur volucres cœli.* Videt & ecce exscindunt arborem, ad primam autem ascíæ percussionem, commouentur aues, turbantur animalia: Tandem præcisa ecce concidit arbor dispersis fructibus, præcisis ramis, foliis excussis, extemplo cunctæ dispergunturaues, animalia gregatim festinatoque diffugiunt, arborem deserunt, amplius non reuersura, sed nec semel eam intuitura. Hoc autem Deus Monarchæ regi præsignauit, quod futurum præsciebat: dum solio sederet excelsus regali, diuitiis, potestate, auctoritate venerandus, ad illum ex quatuor mundi partibus, totus concurrebat populus, nobiles, plebei, diuites, pauperes, sapientes, ignorantes, viri ac mulieres, omnes eius subditi ditionis, munera deferentes, palpantes, oreque blandientes, omnes proni, venerabundi. Quâ horâ excidit imperio, potestate diuitiis, cunctos videas pressim ac cæteruatim diffugientes, sic vt intra septennium, quo defectus imperio vt brutum vixit animal, ne vnus quidem eum videre dignaretur, si Deus de cœlo in eum benignus suos oculos minime deflexisset.

Dan. 4. 8.

1. Allegoria.

Quotidianum est hoc in mundo, & sicut nihil magis est frequentatum quàm in autumno arbor fructibus grauida, quæ illos accedentibus offert decliuis, ea quoque nihil magis deserium quàm hyemali frigore foliis nuda, ac spoliata fructibus arbor, sic etiam vt eam videre dedigneris. Hanc in se mutationem expertus lamentatur Iob. *Fratres mei præterierunt me, sicut torrens, qui raptim transit in conuallibus.* Quo non impetu decurrunt de torrentibus aquæ, dum inoffenso fluunt cursu? Talis erat infelix Iob. dum enim direptis bonis, deprædatis animalibus, dispersis gregibus, seruis interemptis filiis oppressis, lue contagiosa sordidus sederet pauper in sterquilinio, nihil habet homines, amici præterit: cui innitamur ac subsistant, eum vt ipsam mortem detestati. O te infelicem: pauper langues & infirmus, & hominem quæris? Insuper & hoc tuis accrescit miseriis, quod gemis inauditus, cum homini confidas, jam enim prædixit Deus. *Maledictus homo, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum* Hanc pariter calamitatem Hierusalem superuenisse deplorat Hieremi. *Defecerunt oculi nostri ad auxilium nostrum vanum, cum respiceremus attenti ad gentem, quæ saluare non poterat.* Alludit historiæ de qua vates Ezechiel. Sicut enim consueuimus habere tapetes, seu aulæa Babylonica quibus gesta intexebantur præclariora Romanorum,

Iob. 6. 15.

Hier. 17. 5.

40 Thren. 4. 17.

Ezech. 17.

manorum, aliarumque facinora gentium: ita Iudæi Hierosolymis stragula appendebant, quibus acu picta visebantur facinora, victoriæ, triumphi, trophæa, exercitus, actaque Chaldæorum. Vt se tribulationibus atteri, ab inimicis vrbe concludi, viribus ad resistendum hostibus, deficientes lamentabantur: oculos suos ad viros illos in parietibus depictos conuertebant, viros robustissimos, inuictos, & omnibus superiores; quales verè sibi Chaldæos esse persuadebant. Proinde ad illos recurrebant postulantes auxilium, sed dare non poterant: erat enim eorum virtus modica & infirma; nescia liberare. Indicauit hoc propheta his verbis: *Auxit fornicationes suas. Cumque vidisset viros depictos in pariete, imagines Chaldæorum expressas coloribus, & accinctos baltheis renes, formam ducum, &c. insaniuit, super eos concupiscentia oculorum suorum, & misit ad eos nuntios in Chaldæam.* Hæc deploranda nostra (ait Vates Hieremias) calamitas, quòd oculos nostros conuertamus *Ad auxilium nostrum vanum.* Quam bona tibi nux illa videtur, quæ sonum edit, diceres plenam esse nucleo? sed inanis sed vana est; tales fuerunt & illi: colores illi varij viros figurabant robustissimos, potentissimos, intactos, in lino candido mundoque depictos, sed elumbi, sed inertes, sed in seipsis erant impotentes. Decepit illos exterior illa colorum pictura: proprium namque est arti pictoriæ, fallere. teste Spiritu sancto. *Induxit nos hominum mala artis excogitatio nec umbra picturæ.* O sinistro sidere nati, num in depicta coloribus confiditis fortitudine? Num in pictorum hominum robore spes vestra solidatur? *Multos in errorem induxit mala artis excogitatio.*

Ezech. 23. 14.

Sap. 15. 4.

Morbo hic quidam contabescit, intelligit in tali regione medicum commorari sapientissimum, expertissimum: huic totus innititur. Alter, perplexis imo lutus litibus, aduocato confidit, quem extremis non tam omnibus bonis disciplinis eruditissimum. Alius dignitatis candidatus, illi totum suum committit negotium, quem videt Regi familiarem, ac laterale. Te nullus infelicior. In illud tu flectis oculos, quod tibi secundum exteriorem verisimilitudinem videatur quid tam magnum? Intuere? *Imago est depicta per varios colores,* homines sunt, & quidquid magni fecerint, infirmitatis tibi nullatenus possunt conferre remedium, nec litibus tuis secundum eucntum, nec ambitioso tuo satisfacere desiderio, si Deus non faueat, non opituletur. Hæc illa fuit mentis insania Regis Asa: dum enim dolore pedum ægrotaret acerbissimo, Dei sui non est recordatus, sed ad celeberrimos confugit medicos, at delusa est spes eius, nec Regem curare valuerunt. *Nec in infirmitate sua quæsiuit Dominum, sed in medicorum arte confisus est:* Quoc rea nullum reperit auxilium & miser exspirauit. Vnde ob eandem rationem, vt retulimus ex D. Augustino. Distulit Dominus ad biennium Iosephum de carceribus solutum in pristinam asseuere libertatem quia plus æquo confidit pincernæ Regis suæ negotia libertatis. Dauid, cui nobis confidendum? Deo. *Sperate in eo omnis congregatio populi, effundite coram illo corda vestra. Deus adiutor noster in æternum* Vnicum video, ait Psaltes Regius, quod perdat homines, eisque est causa calamitatum: *Verumtamen vani filij hominum, mendaces filij hominum in stateris, &c.* Quæ, heu homines capit dementia, tota vita in ponderando, & reponderando transigitur. Quis mihi in hoc fauebit? Quod illi consequendo medium efficacius? Appendunt stateris, toti student huic negotio, quis noster adiutor cæteris magis opportunus, & heu miseri, se gemunt defraudatos: *Vt decipiant ipsi de vanitate in idipsum.* Sperant in hominibus, ipsa vanitate: hæc autem quid potest operari, cum desint illi vires, & sit inualida. O pauperum paralyticum, in homine confidis? eius tibi speras auxilium? illo frustraberis trecentis annis, vt iam triginta & octo annus præteritis, te delusum ingemiscis.

2. Paral. 16. 12.

Serm. 88. de temp.

Psal. 61. 8.

§. 15. *Magnus hominum defectus, multos vocat Deus mulieres, & de hoc conqueritur Amos, & admiratur Hieremias.*

ALio iam modo verba hæc consideramus: *hominem non habeo*; Quòd mihi piscina non opituletur, cuius adeo perspicua cunctis virtus innotuit, hoc crediderim, quia hominem non habeo validum, robustũ tantisq; viribus potentem, vt me brachiis suis sublatũ, graue onus, in lacum deiciat. Ecce vnde tot decumbant infirmi: multiq; triginta & octo annis suis in miseriis hæreãt exspectãtes, quia hominem non habent, id est, doctũ Confessarium, qui tantum nouerit vsurarum tricas nodosq; expedire gordianos, tuas fraudes, tuas laruas, technas tuas reserare; Homo sit sincerus, Dei honoris æmu-

41

æmulus, qui tibi libertimè dicat. non te absoluam, nisi primùm ablata restitueris; tibi quoque fornicario, nisi ipsa scortum exputeris, ac hoc mihi certò constet, quòd de spurco illo luxuriæ cæno totus exsurrexeris; non te absoluero. Tibi vero, vindictæ cupide, commineturr, te diabolus auferet sibi prædam, pullum inferni: nec te præter erat, honorum titulis gloriose, tuæ non sunt tyrannides tolerandæ. *Hominem non habeo.*

» Quando Iethro Moysen conuenit, eumque
» tribus virorum millionibus, eorumq; negotiis
» vidit intricatum, sedentem iudicem, eorum cau-
Exo. c. » sas expediturum ait: *Vtra vires tuas est negotiũ,*
18.13. » *solus illud non poteris sustinere.* Hoc vnius viri
» non est negotium. *Proinde autem de omni plebe*
» *viros potentes & timentes Deum, in quibus sit veri-*
» *tas, & qui oderint auaritiam, & constitue ex eis tri-*
» *bunos & centuriones, &c. qui iudicent populum om-*
» *ni tempore, quidquid autem maius fuerit, referant*
» *ad te.* Optimum hominis gentilis consilium, qui
» minus scibat, quam Moyses. Nota (ait Caieta-
CAIE- » nus) quas requirat qualitates. Prima *Vires potentes*
TA. » *non mulieres. Viros valoris*, dicit Caietan. quo verbo Pharao vsus est, dum Iosepho præciperet.
» *Quod si scitis eum esse virum valoris constituite*
» *eos super pecora ipsius*: Vbi habet vulgata lectio:
Gen. » *Quod si nostis in eis esse viros industrios constitue*
47.6. » *illos magistros pecorum meorum.* Alij legunt. *Viros*
» *virtutis*; vitos magnanimos, qui *Non timeant*
» *vultum potentis*: Quos minimè perterreat, stare
» coram orbis totius Monarchis. Secunda. *Timen-*
» *tes Deum.* Honoris Dei zelosi. *Prima virtus re-*
» *quisita* (a t. Caietanus) *ad principem vtriusque or-*
I. Quales sunt oportet Episcopi ministri & confessarij. » *dinis, est timor Dei.* Tertia. *Sapientes, in quibus sit*
» *veritas.* Qui veritatẽ loquantur, tractent, sciant,
» intelligant. Quarta. *Qui oderint auaritiam*, mun-
» dis auro manibus. His conditionibus præditi
» summis Pontificis eligantur coadiutores, & in
» administratione sacramentorum ministri Epis-
» coporum. Nec ipse Papa nec ipse solus Episco-
» pus potest omnibus vnus sufficere; quos autem
» sibi debent eligere adiutores, & ministros, vt eo-
» rum suppleant munera, hi istis oportet, qualitati-
» bus emineant commendati: hanc quoque non
» minoris momenti seruent conditionem: *Quid-*
» *quid autem maius fuerit, referant ad te.* Si quan-
» do eis casus aliquis grauior, intricacior, obuene-
» rit qui scientiæ eorum superet capacitatem, re-
» ferant ad superiorem, ei reddant rationem, quod
» de casibus intelligo reseruatis: decet enim eos
» in omnibus esse accuratissimè consummatos, ne
» alicubi (quod absit) suis desint muneribus inca-
» paces. Quia verò pluribus Dei ministris hæ
» conditiones desunt requisitæ, hinc tot lugemus
» infirmos, tot grauissimos dolemus esse pecca-
» tores.

Populus Dei in diebus vatis Ezechielis captiuus detinebatur iugo pressus seruitutis: Vocat Deus Ezechielem, quæritque: Nostin' vnde tantum malum? quia hominem non habent. Non Domine? Video tamen ego prophetas plurimos, sacerdotũ greges, Doctorum turbam copiosam. An hi homines non sunt? Hoc scias velim ô propheta, horum nullum esse hominem, mulieres sunt omnes. *Pone faciem tuam contra filias* Ezec. 13. *populi tui.* Tantam in populo deploras calami- 17.
tatem: mulièrculis illis indigueris. Qui sunt, Domine? Prophetæ illi & sacerdotes, qui licet homines esse videantur, ipsis mulieribus sunt infirmiores, indoctiores, debiliores, potentioribus faciem non opponunt, contra molles ac effœminatos non insurgunt, brachia vireſque non exerunt vt arguant impudentes, muneribus precibusque eneruantur. Eodem eos nomine compellat Isaias, eorum prædicens casum miseramque prædicatorum ruinam. *Conterentur mulie-* Isa. 27. 11
res, venientes & docentes eam. A quo tempore docent, prædicantque mulieres? Non de sexu mulieribus est sermo, sed infirmitate, pusillanimitate; quales multos videmus prædicatores atque Confessarios: qui viribus non pollent brachiis, sed ipsis mulieribus flectunt abiectiores, molles, leues, remissa acie. O dolor! Animabus condolendum pereuntibus, quia homines non habent, sed viros, sed homines, mulierculas.

Hoc plangebat spiritus Dei per prophetam 42
Amos, nostro loquendi modo, vt notat D. Hie- Amos 5.1
tonymus: *Audite verbum istud quod ego leuo su-* Ad hunc
per vos planctum, domus Israel. Audite, rem locum.
tristem; quæ mihi planctum lachrimasque extorqueat, & spiritia in cœlum, planctum dolorosum, nænias lugubres. *Leuo super vos pl. n.*
ctum: Quid causæ subest, cur talis nobis Deus describatur? Quid habes, Domine mi? Quis te contristauit, quis sic afflixit? Num te vel percusserunt inimici, vel læserunt hostes tam graviter, vt in hæc te effundas lamenta, gemitusque miserandos? Non me, sed vos plango, *Super vos.* Quæ verò nostra tanta potest esse calamitas, tanta miseria, quæ sic cor tuum affligat, planctũ eliciat, funebremque causet eiulatum? *Domus* *Israel cecidit, & non adiiciet vt resurgat, virgo Is-*
rael proiecta est in terra suã, & non est qui suscitet. Ad literam loquitur de synagoga, quam ob fidei integritatem, vocat virginẽ, filiam illustrissimorum

rorum Principum Abraham Isaac & Iacob: Allegoricè verò de anima Christiana nobilissima, sDeo charissima filia. Duo mala virginem illustrissimam oppressêrunt, filiam meam, de stirpe mea progenitam. Primum cecidit in volutabrum, nec agit, nec se mouet, nec vel paruâ, aut magnâ conatur diligentiâ de luto resilire. *Cecidit, & non adiecit vt resurgat.* De quolibet meritò stuperemus, qui in spurcissimum limum lapsus exire non conaretur, sed & ipse Deus hoc vt impossibile indicat, & Vati suo mandat, hanc proponat quæstionem. *Numquid qui cadit, non resurgit?* quanto magis cuncti & miratentur & hærerent attoniti, si virgo in cœnum lapsa non resurgeret; amant enim virgines munditiem, sordes horrent, lutum abominantur. Secundùm, quod cum fœtidò inhæreat luto, hominem non habeat, qui propius accedat, suauiter extrahat, collocetq; liberam. Quàm afflictus gemeret rex, cuius filia vnica, eaq; charissima, in lutum spurcissimum, putridumque laberetur, & de eo resurgere, licet à patre vocata renueret], diceretque, hic, volo luto immersa jacere: si vero post pusillum diceret volo resurgere; sed non esset quicam leuaret: quia ad hoc nullum alium requiret, aut admitteret, quàm famulum, claudum, cæcum mutilum, elumbum; quo conante eam sustollere, ambo in cœnum relaberentur. Facinus deplorandum! Hoc tibi signat Deus, anima nobilissima, Deo sata, Dei filia, Dei naturæ particeps. *Genus cum simus Dei.* O quæ tua tanta calamitas, quæ spurcissimo peccatorum lapsa volutabro, scilicet ad oculos vsque immersa, hoc male sapiens, delectaris & ais. Hæc requies mea, hic habitabo, hic deliciabor. Te vocat Pater Deus, inclamat, inspirat, pulsat: *Consurge, consurge excutere de pulvere.* Tu verò aures occludis, lutoq; contenta deliciaris. An hoc verum non est, concubinarie. Quot jam annis putrido illo luxuriæ cœno inhæsisti, ad Dei voces, & prædicatorum semper surdaster clamores, nec horrendis testitus nominibus, quibus te sub jumenti symbolo describit propheta tuo in stercore putrescentem: *Computruerunt jumenta in stercore suo.* An hoc verum non est, fœnerator? Quanto jam tempore bonorum alienorũ luto demergeris, sic enim opes tuas indigitat Habacuc *Densum lutum.* Te illo circumuoluens, obsurdescens clamanti, comminanti, *Reposcent animam tuam à te, & quæ parasti, cuius erunt?* Miserentur tui Sancti, super te flent amarè cœlites (more nostro loquimur) sed & ipse Deus plangens lamentatur. Attamen hoc summum tuorum malorum: *Non est qui sustentet eam*: qui luto mersam extrahat: quos enim ad manum habet ipsa paratos, homines non sunt, viri non sunt, mulieres sunt, non spiritus viribus animosi, non litteris instructi, non zelo feruidi, sed cæcum cænum, ignorantes, claudi pedibus, in spiritu Deique amore tepidi, quibus non sit animus fortis satis ad corripiendum & impœnitentibus, ac non dispositis absolutionem denegandam.

Hoc magnopere demirabatur Hieremias. *Stupor & mirabilia facta sunt super terram.* Quæ sunt hæc prodigiosa? Num forte sol retrocessit? num vna de maioribus cœlo decidit stella? num exsiccatum mare? Nihil horum. Quid ago? *Prophetæ prophetabant mendacium, & sacerdotes applaudebant manibus, & populus meus dilexit talia.* Quidam erant prophetæ mendaces, quidam sacerdotes, qui omnibus blandiebatur, & festiui applaudebant: tales autem populus meus inquirebat, illisque lætabatur, ô stupor, ô peruersitas! Quis infirmus medicum quærit ignorantem? quis vulneratus qui nõ postulat, nisi chirurgum qui tantum sanet superficialiter, vulnusque negligat cancro vlceratum. Quis actor, qui non admittat nisi aduocatum aut consiliarium, qui juris leges non rimetur, non perscrutetur? Si tales cerneres, quærentes medicos, chirurgos, aduocatos, an non mirareris? Te ipsum accusa, qui tot morbis calamitosus, non optas, non quæris nisi Confessarium surdastrum, ignorantem, blandientem, qui dicat: *Pax pax, & non erat pax.* Inuersa diligentia, cura præposterata, corpori aduocare medicum expertissimum, libus aduocatum eligere versatissimum, opibus tuis regendis, ac rebus tuis prospiciendis fidelissimum procuratorem, ac dispensatorem prudentissimum, arandis colendisque campis tuis operarium apprimè gnarum; equili tuo Hippocomum diligentissimum, emundandis aretis tuis versores nitidissimos, ipsis canibus tuis venaticis curatorem optimum, animæ verò tuæ pessimum. O quam verè dixeris, *Hominem non habeo*, & ob hoc tot annis criminibus infixus langues incuratus. Dum te sic jacentem contemplaris, caue, ne te Dei plectat ira, comprehendat, læua maledictio, suis olim inflicta capitalibus inimicis. *Oues tuæ dentur inimicæ tuis, & non sit qui te adiuuet &c. Omni tempore calumniam sustineas, & opprimaris violentia, neque habeas qui liberet te.* Time. ne in miserando illo statu deprehendaris, quem vt desperatum censet: *Corruet auxiliator, & cadet cui præstatur auxilium, simulque omnes consumentur.* Aduerte, te jam dæmonis potestate subiugari,

Hie. 5. 30.

Hie. 8. 4. II. Similitudo.

Iere. 17.

Hie. 6. 14.

Isa. 22. 1.

Ioel. 1. 17.

Hab. 2. 6. Luc. 12. 20.

Deut. cap. 28. 31.

Isa. 31. 3.

& quòd colloquantur dæmones multi inter se contrarie, dicantque id quod olim illi populi Israelis inimicus: *Non habent principem & aduersarium: nunc ergo expugnemus illos.*

3. Mach. c. 12. 13.

§. 16. Surge, toll'e, &c. *Hic Christi elucet potestas, & quem ille erat, securus est, quando eris & tu talis?*

43 PRæcipit Christus Paralytico. *Surge tolle lectum tuum & ambula.* Clarissimè suam hic ostendit Diuinam potestatem in fortibus Hierusalem, & propheticum illud implet Dauidis. *Deus in fortibus eius cognoscetur.* q.d. Fortissimum atque potentissimum, quod in templo ac Hierosolymis agnoscitur: piscina est hæc probatica hic meam gestio ostendere potentiam, & quod illa non potest, hoc ego potero. Tibi hoc dico, quem tantæ piscinæ virtutis curare non valuit, nec eius potuit auxiliari remedium: eo quod, qui te illi iniceret, hominem non haberes; me locum non mouente, nec manibus aut pedibus vim vllam faciente, sed simplici tantummodo oris mei voce, eaque non supplicatiua, sed imperiosa, ac potestatiua, *Surge.* O lucidissimum diuinæ suæ essentiæ, potestatisque exemplum? Probat D. Paul. veram in Christo Diuinitatem ex vi ac virtute verbi sui: vt alias exposuimus. *Qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius, portansque omnia verbo virtutis suæ.* Splendor est paternæ gloriæ, eiusque substantiæ, vera viuaque imago. Quod declarat æterni verbi generationem, & qua ratione procedat à Patre, vt notat D. Aug. & sicut splendor seu clarissimus radius de sole procedit, sine vlla solis alteratione, seu motu sensibili, nec quia de illo procedit, eodem est posterior, sed illi coæqualis, & numquam sol fuit, sine splendore, ita de Patre procedit filius, nec est imago mortua, seu ex animis, vt regis imago, quæ solũ regis præfert accidentia, sed viua, quæ Patris referat substantiam ac vitam, cum eadem vita viuat, hoc autem habet, quod *Portet omnia verbo virtutis suæ.* Lumen infundit cœco, leprosis mundiciem, gressum claudis, vitam defunctis. Vnde illi hæc omnia? *Verbo virtutis suæ.* Vnico verbo, *Respice*: lumen infundit, Vnico *Surge*, dat vitam. Vnico *Mundare* mundat leprosum. Vbi hoc erat? Vnde hoc habet? *In verbo virtutis suæ.* Eius hic considera virtutem, non indiget, Angelico descensu, non motu piscinæ, non coniunctione cum paralytico, vt Elias & Eliseus sese mortuis coniungebant, non genuflectione ad

Pſ. 47. vt supra.

Hebr. 1. 3.

Serm. 190 de temp.

oratione, vt D. Paulus, tantum dicit verbum, *Surge.* Eius hic demirare potentiam; nec hoc ei sufficit, addit insuper: *Tolle lectum tuum & ambula*, vt ostendat, probetque, salutem à se datam paralytico, non esse sophisticam aut verisimilem, sed veram ac permanentem.

Ita notat D. Petr. Chrysolog. quod Christus ægros non sanet, vt medicus solet ordinarius, qui curato morbo infirmum deserit debilem, eneruem qui multo indiget tempore, ad integrã virium reparationem, sed expulsa ægritudine, vires restituit integras, & quàm ante erant, solidiores: *Christus sic fugat morbos, vt vires pristinas mox reducat. Vbi curat ars, ibi infirmitatis residet lassitudo: vbi sanat virtus, ibi labor vestigium non relinquit.* Hinc quæstioni cuidam respondet. Ingrat Christus domum Petri, fugat febrim à soceru, qua languens ac prostrata decumbebat. Ad lectulum accedit jacentis, arripit manum eius & curauit illam; illico surrexit, cibos cœnamque præparat Christo eiusque discipulis, ipsa cœnantibus ministrat: *Surgens ministrabat illis.* Stupet D. Petrus Chrysol & quærit. *Christus indigebat mulieris obsequio, & mulieris prosecta ætatis. senectutu summa, filius aggrauata? Sic in domo Petri non erat vernacula, non minister, non familiaris, non propinquus, certè non vxor, quæ matris obsequium præueniret? Petrus ipse causas suæ verecundiæ non videbat, vt hoc anus, hoc socrus faceret magistro, discipulus quod debebat?* Ne miteris, respondet Diuus Petrus Chrysologus, hoc Christi gestum consilio, qui hoc voluit, vt cunctis luce clarius innotesceret, quàm vera, solida, certaque salute mulierem erexisset, sic vt debilitas, post ardentissimas febres residua, nulla remaneret, sed nec illa, quam secum ætas contulerat ingraue scens. *Ministrare illam ad indicium redditæ sanitatis admisit.*

D. Petr. Chrys. Serm. 18.

Luc. 4. 39. D. Petr. Chrysol.

Idem contigit, dum Lazarum resuscitatum, 44
jussit dissolui, & dimitti: *Solvite eum & sinite abire.* Et filiæ Principis Iayri Synagogæ, *Iussit dari manducare*, jam rediuiuæ. Vita quippe ac salus quam cunctis largiebatur non est apparens, ficta, debilis, sed fortis, certa, vera, cum claudus lectulo suo desiliens, leuis vt passerculus, grabato in humeros sublato totam obambulare queat ciuitatem. Hæc optima morborum curatio, & in hoc apparet infirmus perfectè, ac integrè sanatus, quod exsurgens, ambulet, ex filiat grabato onustus, nec in veterem recidat infirmitatem. In hoc quoque, charissime, patebit, num perfecta tua sit sanitas, num integrè criminum tuorum morbus curatus, si sanus permanseris, nec

Ioan. 11. 44. Luc. 8. 51.

in antiqua

in antiqua reincidas scelera, si via pœnitentiæ, quam cœpisti, progrediatis: hanc enim nobis regulam præscripsit D. Paulus: *Quæ secundum Deum tristitia est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur.* Sit salus tua stabilis, quam non tollat ventus, quam nullus casus elidat aduersarius.

2. Cor. 7. 10.

De locis Hebraicis.

Optime dixit Christus paralytico, *Ecce sanus factus es; iam noli peccare.* Difficultatem patiuntur verba Spiritus S. dum egressus populus de mari rubro, Pharaone submerso, deserta perambulat Sur, quæ D. Hier. ea esse notat, in quibus occurrit Angelus Agar erranti. Illic inuenerunt aquam amaram, vnde conuenienti loco nomen inditum, *mara*, figuratiuum est, ait D. Hier. quod egresso tenebris peccatorum occurrat tibi sint aquæ amaræ. Eas obduleauit Moyses ligno in aquas demerso. Addit quoque: *Ibi constituit ei præcepta, atque iudicia, & ibi tentauit eum.* Quid hoc rei, quæ illa præcepta a Deo tradita? Non enim eis legem dedit, cum illa non nisi in monte Sina fuerit promulgata. Opinantur aliqui, quod præcepta fuerunt, data eorum patribus. Credo ego, quod præcepta fuerint: fidei spei, charitatis, renuntiationis idolorum. Cõmunior autem est opinio ait Cajet. quod hoc ignoremus, licet Rabini conseant, fuisse *De obseruatione Sabbati*, & de vitulorum concrematione. Incertum est, quid hoc ergo erit? Est significatiuum quid. Egressus est populus Israeliticus de Ægypto: videamus num sicut corpore ita & corde, videamus si syncere Ægyptiorum Idola reiecerint: egrediendo enim Ægypto, necesse est considerare, quid agant quid moliantur. Hoc quoque in vobis annotandum: Teipsum proba, inquit Apostolus, num vere Ægyptum deseruerit, num peccatorum idolis renuntaueris? quam es assecutus salutem o Christiane, dum scelera tua per confessionem eluisti? O quam salus infirma? quam fluida, vnicus puellæ conspectus, litteræ tibi missæ, verbum tibi dictum, occasio leuissima tibi oblata, hæc te de felici illo salutis statu ad ima deiecerunt. Vereor, ait D. Ambros. quod nec vera fuerit tua sanitas nec vera pœnitentia: ratione cuius hanc asserit propositionem, quæ metum incutiat etiam fortissimis. *Merito reprehenduntur, qui sapius agendam pœnitentiam putant: quia luxuriantur in Christo. Nam si vere agerent pœnitentiam, iterandam postea non putarent: facilius autem inuenies, qui innocentiam seruauerint, quam qui congrue egerint pœnitentiam.* Ne puteris, omnes absolui qui confitentur, & qui pœnitentiam agunt, sanari: non ob sacramenti defectum, sed ob indebitam dispositionem: huius autem certissimum patet indicium, quod illico in eadem crimina relabantur, quasi ea minime planxissent: hanc quorundam peccatorum conditionem signat Rex propheta: *In circuitu impii ambulant.* Egreditur alter loco illo, vbi fuerat, sed corde minime, licet enim ab eo recedere videatur, consestim ad eundem regreditur: vt ille, qui circuitum quendam facit, licet videatur priorem locum deseruisse, itergaque vertisse, paulo tamen post reperit eundem.

Exo. c. 15. 25.

I. Quæ sit vera & constans pœnitentia.

D. Ambr. lib. 2. de pœnit. c. 10. To. 4.

Psa. 11. 9.

II. Similitudo.

Hoc te docebit in morbis corporalibus experientia. Febris te inuasit ardentissima, medicum aduocasti, præscribit euacuationes stomachi, venarum apertionem &c. Ita te sentis recreatum, vt nihil te cruciet, pulsus æqualis, hians appetitus, caput alleuiatum. Optime iam valeo, inquis: Respondet Medicus: Paulisper morare: attende si tempus responderit matutinum hodierno: hoc enim mirabile in corporibus aduertimus, quod sæpenumero, & multo quidem tempore malignus humor se subducat, vt nec sentiatur, nec aduertatur, sic vt ne vestigium eius modo supersse videatur: at postmodum tanta se prodit vehementia, vt te prosternat. Vbi quæso malignus hic humor latebat in corpore? quo se subduxit tertianæ vel quartanæ febris humor pernicious? Secretum est tibi incognitum: sed vides pernicio sum illum humorem, minime fuisse decoctum, vel euacuatum, cum denuo se manifestet, corpusque inficiat. Argumento eodem viere in animarum languoribus. Adussit te lasciui amoris febris pestilentialis, qua mentis inops furis, irrationalis. Ambitionis spasmate cruciaris, quo superbus insilaris, ad sidera elatus, erectus vt statua. Auri sacra fame, argentique hydropisi languescis vt diuitiarum gurgitem, fluuiumque epotare te posse videaris. Consulis Confessarium animarum medicum, applicat remedia, peccata confiteris exhortatur te, monet, mouit vt iam tibi sanus exilire videaris: cordis tui pulsus sedatus quantum colligis, rerum Diuinarum appetitus restaratus, ad iniuncta perficienda pœnitentiæ opera, nulla sese prodit difficultas. Cause sest etenim humor peccati malitiosus, & qui intimis cordis latet recessibus, occultisque venis absconditus, vt aliquoties, tibi nec eius superstit memoria, secreto interim viscerum tuorum viuit incognitus. Vnde hoc sciam? Attende, num correspondent hespero aurora, si reuiuiscat, si postmodum ad eandem reuertaris societatem, in eandem relabaris impudicitiam, eadem repetas lucra

vsurarum, superbiæ ventis intumescas. Si hæc experiaris! Time infirmitatis tuæ reparationem. Si aduertas, dum a sede vix recedis confessionali, vbi scelera ea detestatus, quod rursum illico tibi pulsus alteretur, eadem te febris ardentissima molestet, ignis exurat. Hanc sortem miseram planxit olim Vates Oseas in Ephraim: *Ephraim quasi auis euolauit.* Vt auis de nido: Incubat passer in nido pullis suis, lapidem adiicis euolat, & quasi nidum deserit, auolat que velut numquam in nidum reuersura: verumtamen hoc ne credideris, licet gestus illos faciat euolandi, nido cor eius hæret affixum. Vnde hoc scies? Ex eo quod confestim oculos suos ad nidum, vnde discesserat, reflectat, & parua interposita mora, reuertatur. De te fabula narratur: tuorum nido resides criminum, ouis incubas peccatorum, quæ affectus calore foues inordinati. Lapidem minarum Dei proiicit prædicator, arguit nidum te deserere, * cuncti credunt, sed væ tibi, qui denuo desertum repetis nidum, Conuinceris ona, pullosque peccatorum amare te nimium, quod si de nido auolaueris, phantasma fuit, non rei veritas

Osee. 9.6. III. Similitudo.

¶ 45

Sæpius animo reuolui, quod de Diuus Petro narrat Actuum Apostolorum commenta or D Lucas; fortissimo carcere vinctus ab Herode detinebatur duabus constrictus catenis, vigilantibus custodibus militum numero circumcinctus, quem altera die producturus erat Herodes ad mortem. Pridie huius diei, nocte media mittitur a Deo Angelus, Petrum soluturus. Obdormierat Petrus sopore graui, quem Angelus percusso latere excitauit: vidit & ecce ceciderunt catenæ, manicæ, pedicæ, quibus vinctus stringebatur. Præcipit Angelus: *Calcea te caligas tuas,* & sequere me, carceris ergastulum defere. Præcedit Angelus viæ dux, aperiuntur portæ, referatur & prima, quæ erat plateæ vicinior. Notat hic Euangelista, hoc viso Petrum sibi timuisse, nec securum processisse sed quod de phantasmate cogitaret, aut visionem vel somnium id esse arbitraretur, dubitans num vero liber exederet ergastulo.

IV. Act. gotia

Act. 12.9. Exiens sequebatur eum, & nesciebat, quia verum est, quod fiebat per Angelum, existimabat autem se visum videre. Vt vero ad apertam latamque venerunt plateam, *Discessit Angelus ab eo, & Petrus ad se reuersus dixit: Nunc scio vere: quia misit Dominus Angelum suum, & eripuit me* &c. Quid hoc o Petre an liberationi tuæ non credis, illum expertus, dum te viæ dux, & assertor educit Angelus: sed tantum postquam ipso discedente te liberum aduertis, & libere quaquauersum ambulare? Opinatur D. Gregor. eum absorptum rerum diuinarum contemplatione, Alii, opus illud credunt adeo fuisse mirandum tantaque Perum lætitia superfusum, ob ex tam manifesto mortis periculo ereptionem, vt somnium suspicaretur; vt Dauid describit Israelitas, seruitute Babylonica solutos, ac egredientes, quasi præ gaudio somniantes *In conuertendo Dominus captiuitatem Sion, facti sumus sicut consolati.* Legunt alii: *Sicut somniantes.* Et ut Iacob, audito nuntio, de vita, regno, ac gloria Ioseph, quem tot annis vt mortuum luxerat, *Quasi de graui somno euigilans.* Ad rem igitur nostram, dico, quamdiu Petrum, Angelus comitatur, ac deducit: nondum se confidit liberatum, nec verum asserit quod videt, imaginariam suspicatur visionem, donec discedente Angelo, ipse remanens solus, se carcere solutum, manicis pedicisque decisis gaudet vere liberatum. Ne certam securamque a culpis tuis confidas solutionem, quando modo tempore hoc quadragesimæ, te comitatur, te deducit sacerdos Angelus ac Confessarius, te docet, exhortatur, a peccatis liberum absoluit. Time ne non imaginaria sit absolutio, donec exspirante quadragesima, in qua peccata confixeris, & te deducunt prædicatores, comitantur Confessarii, vt Angeli Dei, postmodum solus viam morum ingrediens operumque tuorum, te solutum videris, diffractis catenis culparum quibus stringebaris, & peccatorum carcere liberum quo captiuus miser tenebaris: quando quadragesimæ elapso tempore, te videris ab illa puella, eiusque domo, ac conuersatione liberum, ab illo iniusto ac vsurario contractu solutum, reparatis alienis &c. & omni culpa liberatum aueris: tunc quidem, & non antea dixeris. *Nunc scio vere, quia misit Dominus Angelum suum* &c. Non se credit claudus rectificatum, quamdiu in alterum latus declinat incuruus, & ille qui eum suscepit curandum, eum adhuc adminiculis suffulcit: donec videat, quod sublatis illis non cadat, firmus pedibus consistat, non vacillet, quinimo liber, leuisque gradiatur.

Act. 12.9.

Lib. 2. Dia. 6. 3.

Ps. 125. 1.

Ge. 41. 14.

§. 17. *Sanat Christus hunc paralyticum illo verbo:* Surge, tolle &c. *Idem quoque tibi præcipit in tuam salutem.*

Svrge, tolle, lectum tuum, & ambula. Duo paralytico præcipit, primum, ut surgat; secundum lectum in humeros sustollat, de loco isto egrediatur, ¶ 46

grediatur, qui eum languentem morboque suo prostratum detinebat. Duo tibi sunt agenda, o peccator. Primum, ut surgas de peccato, dicasque cum filio prodigo, dum se in deserta luget
Luc.15. id. regione famescentem, interque porcos spurcissimos voluntatum: *Surgam & ibo ad patrem meum*. Eia igitur, intemperata libido nefcortator, de concubinatu illo exsurge, consurge de inhonesta illa viuendi ratione, in quam a tot annis ganeo concinnatus incidisti. Ea, fœnerator, surge de lucris iniustis, vsuris f audulentis, quibus cor tuum depressum iam dudum sustinuisti. Eia vindictæ flagrantissime, surge de immortali illo
1. Surgendum a peccatis. 3.Reg 21. odio, quo anima tua misere prostrata decumbit. Hinc mul.orum p rditi: qui sicut impius Rex Achab, qui cupiditate exardescens possidendi vineam Naboth falsis subordinatisque testibus, ei vitam ademit. Vineam possidet, & vt in molli lectulo in ea requieseit. Adest Vates Elias, eum ex ore *Dei* minis perterret, prædicit supplicia, quibus eum *Deus* plectere iam parabat. Ad pœnitentiam Rex confugit, gemit, humiliat caput, cilicio cooperitur, & cinere conspergitur, peccatum confiteturque: attamen de lecto non surgit, vineam non restituit, nec damna illata reparat. O quot habet ille sibi compares! Rex Nabuchodonosor tyrannus, populi *Dei* oppressor iniustus, templi Dei prædo sacrilegus, lecto superbiæ decumbebat & propriæ æstimationis inani gloria fastuosus, vt Deus vult adorari, & ob denegatum a tribus illis piissimis adolescentibus cultum sacrilegum, ad ignis fornacem, eos damnat concremandos, cuius flamma in cœlum ad quadraginta nouem cubitos sursum ferebatur. Videt quod nec illos ignis exurat, nec flamma molestet, quinimo Dei luceseat potentia, quæ illos & solatur, & eripit illæsos. Tremiscit hinc Rex facti pœnitet, peccatum fatetur, iustum esse proclamat, vt cuncti Deum Israel veneretur. Attamen nec statuam suam diruit, nec populum soluit iugo seruitutis, nec templi Hierosymitani spolia remittit, obduratus. O quot numero huic similes. Tu fœnerator, qui scelera venisti confessurus totus infusus lachrymis, an fœnore ablata bona restituisti? Tu qui proximi honori detraxisti, famæ alterius violator, cuius recriminis accusasti noxam, num satisfeciste? Tu qui molli cupidinis strato decumbebas, alienamne remisisti?
Dan.5.

Stupeant omnes hanc Samuelis consequentiam, sed melius fundatam, quam vlla posset inferre Dialectica Aristotelis. Deum suum populus grauiter ad vindictam prouocarat, ad eum habet concionem, peccati proponit grauitatem: ad lamenta recurrunt omnes pœnitentiæ, plangunt, desient, idololatriam detestantur. Art igitur: *Si in toto corde vestro reuertimini ad Dominum auferte Deos alienos de medio vestri. Baalim & Astaroth.* Optima consequentia, quod si igitur idola non reiecerit is: vera vestra non est pœnitentia. Hoc primum est. Hoccine sufficit? Nequaquam. Secundum quoque dicimus necessarium. *Tolle lectum tuum, & vade*: loco isto discede, quo prosterebaris peccator. Dixeris Christum ad Hieroglyphicum alludere Pythagoræ. Refert de eo Clement Alexand. *a* Et declarat eius Scholiator Gentian. Hervetus, quod multam S. Scripturæ peritiam fuerit assecutus eiusque notitiam sibi assumpserit, ad cuius imitationem loqui voluerit, in parabolis, ænigmatibus, symbolis, similitudinibus, quibus paucis verbis, graues proloqueretur sententias: quarum vna hæc fuit: *Qui surgit e cubili, stragula conturbet*, qui lecto surgit, simul auferat stragula, linteamina, opertoria, lodices, anaclinteria: ita vt constet, quod toto die illo, ad lectum sit non reuersurus. Hoc bene culti exigunt mores, vt, cum strato exsurrexeris, lectus tollatur, lodices, stragula, opertoria colligantur, & anaclinteria excutiantur, vt ab omni puluere sordibusque emundentur. At hoc solum non intendit Philosophus, sed illo voluit hieroglyphico declarare, quod ille, qui deserit, seu exurgit de peccato etiam tollere debeat occasiones, quæ eum impulerant, & prostratum detinuerant, ita vt nouerit, toto die sibi ad illas, non reuertendum, id est quamdiu vitæ illi dies illuxerit. Hoc tibi Christus significat, hoc verbis his intendit clarissimis, *Surge, tolle lectum* &c.

1.Reg.7.3 II. Occasio deserenda

Pythag. *a L.1.Strom. Comment. 3 p.567.*

47

Nedum tibi deserenda præcipiatur impudicitia, sed & de pellicis domo discedendum, ne ad eam posthac reuertaris. Ædes demitte lusuum, quæ tibi lapis erant periuriorum, ac petra perditionis. Rescinde contractus, mortis tuæ proximam occasionem; vnico verbo: surge de peccatis, eius domibus excede, hoc est, eius occasionibus. Hoc tot præcipiunt Angeli, vt tam animo excedat sincero ciuitate, vt nequidem stet in *omni circa regione*. Et ob semel tantummodo eo retrouersum caput, in salis statuam vxor eius transformatur. Petro mandat Angelus, *Surge velociter*, ergastulum desere, nec in eo vel vestis tuæ filum, nec pedis calceum on ittas, quin tecum efferas: vt nihil ibidem remaneat, quod animum moueat, vt vel semel carceris recorderis. *Calcea te caligas tuas, circumda tibi vestimentum tuum.*

Ge.19.17 Act.12.8.

tuum &c. Huic dat manum conuenitque eiusdem vera pœnitentia, quando Christum nocte passionis suæ ter perfidus abiurauit in domo Pontificis, quem ille conuersus respexit, quo Domini intuitu illustratus, de culpa trinæ surrexit negationis, excedens domo, vbi tam miserando ecciderat infortunio. *Egressus foras fleuit amare.* Ægre admodum ac difficulter, eo in loco culpa defletur, quo fuerat commissa. Summo negotio luxuriam detestamur, scorto proxime adhærentes, cui inhoneste conuiximus. Arduum est lusum plangere in domo sphœristici remanenti: Operose quis se subtrahit vsuris qui frequentat contractus, quibus eas solet committere. Emundat Dei templum piissimus Rex Iosias, ab Baal idololatris profanatum, nec solum aufert idola, suffodit idolorum altaria, succidit lucos, e quibus ligna pro sacrificiis cæ lebantur, domunculas euertit effœminatorum, sed quidquid ad idolorum spectabat cultum, falsorumque Deorum conueniebat venerationem: *Proiecit de templo Domini omnia vasa quæ fuerant Baal & confregit ea, & fecit auferri lucum, destruxit ædes effœminatorum* &c.

Lu.22.62.

4.Reg.23.

Doctor noster Angelicus alio sensu verba hæc interpretatur: *Surge, tolle lectum tuum, & ambula.* Scribens in hunc locum cui ea videntur integram salutis tuæ continere medicinam, quæ tribus constat requisitis. Primum, vt lecto, quo prostratus iacebas, exurgas. *Surge.* Secundum, vt lectum in humeros sustollas. *Tolle lectum tuum.* Tertium, vt ambules. *Ambula.* Eia igitur, scelerate, eia impudice, eia fœnerator eia ambitiose, perpende præscriptam tibi medicinam, tribus his partibus compositam, quas includit pœnitentia: contritione, confessione, satisfactione. Omnium primum. *Surge:* Num in illud corruisti vitium, & in illo vt quietis cubili iaces prostratus? *Surge*: *Surge qui dormis,* ait Apostolus; ab illa surge mollitie, ab illa mala surge cupiditate: ab illa inflata surge ambitione, ab illa surge inimicitia. En primam partem pœnitentiæ. *Cordis contritio.* Quæ est autem hæc? Attende quo modo peccatum commiseris. Peccatum committitur, dum cor a Deo auertis, & conuertis ad creaturam: reparatur autem, auersione a creatura, & ad Deum conuersione. Hoc opus est contritionis: est enim actus, quo creaturam deseris, & te conuertis ad Deum; sic enim eam definiunt Theologi: *Dolor est de peccatis propter Deum.* Secundum: *Tolle lectum tuum.* Ecce confessio. Non omni modo cubile peccori deferendum, sed in humeros subleuandum. Lectus dum in eo decumbebat paralyticus, & eum ille detinebat, locus erat quietis: attamen in humeros sublatus, ille paralyticum grauat, molestat, & idem ipse est qui lectum tollit. Hoc omnimodis agendum, vt peccatum quod prius te recreabat, quo quiescebas deliciosus, sit tibi modo onus graue, fastidiosum, & animæ tuæ permolestum: die & vere die cum Dauide pœnitente; *Peccatum meum contra me est semper.* Velut Apostolus, qui, nihil sibi magis molestum, quam peccatum esse testabatur, quod que id quod prius tanto mentis ardore concupierat, ac dilexerat, modo continuo eum moderet cruciatu, & cordis intima illi lancinaret. Ita declarat D. Hieron. eiusdem verba. *Veritatem dico in Christo* &c. *Quoniam tristitia mihi magna est, & continuus dolor cordi meo.* Quæ ratio? Ob hoc, quod me prius oblectabat, nimirum, quod Christum & Christianos persecutionibus inquietarim. *Oprabam enim ego ipse Anathema esse a Christo.* Viden' qua ratione sit tibi cum peccato agendum: illo te eo modo graues, vt tibi sit molestum, dolorem adferat, & sic subla tum, ad pedes defer Confessarii. Quæ hæc quorundam stultitia, qui confessuri crimina sua veniunt & ea inaurant, vt vix videantur. Tot ea proponunt contecta laruis, vt ea minime possit detegere, & dignoscere confessarius. Ea ita eius oculis expone, vt paralyticus hic grabatum suum, vt ea clare, distincte, & intime dignoscat. Hic quoque aliorum est defectus, qui peccata sua recitant quasi qui narret historiam fabulosam, nullo dolore contriti, nullo interno motu compuncti, nec oculos in terram declinant, aut contrahunt humeros, quasi qui tanti ponderis nullam molestiam sentire videantur. Tollite illa super vos, vt grauent, humeros deprimant, illa confitemini distincte, ex vna, & cum gemitu & animi dolore, ex parte altera. Porro quantus debet hic esse dolor? Queris quanta molestia? Quantum fuerit peccatorum onus; quod si peccati grabatum, quo decumbebas, magnum fuerit, ne credideris, illud in humeros tollendo, dolorem fore perexiguum: *Grandis squalor, & grandis immunditia non leni purgatur dolore,* inquit Diuus Ambrosius.

In hunc loc.

III. Tria requiruntur ad integram salutem.

Ephe.5.14.

Pſa.50.5.

Rom.9.2.

D.Ambr.

Expendit D. Pet Raban. id quod Spiritus S. refert de pœnitentia Manassis Regis, qui in se reuersus, monente eum tribulationibus Deo, tribulationibus inquam tantis, vt cunctis fortunæ ictibus expostrus, esset omnium miserrimus, *pœnitentiam valde coram Domino Deo patrum suorum.* Enucleat Raban hoc aduerbium (*valde*). 12.

48

In Gloſſa l.2.Paral. c.33. 2.Par.33

Hoc

Hoc autem ipsa suadebat iustitia ac ratio, vt talē ageret pœnitentiam, de quo paulo superius dixerat S. Textus, quod fuisset, peccator, peccator valde. Ita vt conuenientem sceleribus suis egerit pœnitentiam, quam vt talē Deus gratam habuit, præterita dimisit, & Regno restituit è carcere liberatum. *Exaudiuit orationem eius, reduxitque in Hierusalem in regnum suū.* Optima, *Ps.101.6.* & nulla perfectior Dauidis pœnitentiâ: *A voce gemitus mei, adhæsit os meum carni meæ.* Quilibet suspirio mihi anima euellitur, memor Dei offensæ, pellis meæ consumptis seueris pœnitentiæ operibus, carnibus adhæsit os meum: nec mihi præter corporis loricam quidquam superest, totus mœrens, totus melancholicus, & pertigil *Ps.101.7.* deploro flagitia: *Similis factus sum pellicano, &c. Vigilaui.* De quo alio loco.

IV. Operum satisfactio.

Sit verò illud vltimum: *Ambula*, hæc operarum est satisfactio, vt iouam ambules viam, aliis grestibus mortificationis, ieiuniorum, solitudinis, eleëmosynarum, & bonorum operum incrementis. Iter ingressus es inferni, & in eo tot passibus festinasti, quot peccata commisisti; cucurristi, vt effrænis equus, præceps in animæ *Hier.7.46* perditionem: *Quasi equus impetu vadens ad prelium*, Vt tē nec timor Dei retraxerit, nec animæ pernicies retardārit, nec opum tuarum iactura fuerit remorata, nec honoris tui æstimatio detinuerit in præceps dilabentem. Hanc viam retrogradere, & cœlum versus iter carpe iam sa- *Rom.6.19* natus. *Sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc Hom.1. de exhibete membra vestra, seruire iustitiæ,* &c Tria *panitent.* hæc, ait D. Chrysostomus exercuisse notabis, qui nobis veræ pœnitētiæ proponuntur exemplar, nimirum Niniuitæ, qui prædicante & comminante Iona Dei vindictam omnibus imminentem: *Ionæ 3.10* *Conuersi sunt vnusquisque à via sua mala, & clamauerunt ad Dominum in fortitudine, & ieiunauerunt, induentes se sacco,* &c. De strato peccati surrexerunt, quo decumbebant, ad Deum se conuerterunt: *Conuersi sunt,* &c. Nota cōtritionem, in cœlum vociferati sunt, crimina sua reatumq; confitentes, se sempiternis ignibus dignos iudicantes cōtremari. Mirare confessionem. *Clamauerunt in fortitudine.* Confessio solida, sine larmis, sine excusationibus, verbis accusatiuis, cordis eductis visceribus. Ieiunārunt, ingemuerunt, carnem ciliciis domārunt, molles abiurarunt lectulos, & cineres sibi substrauerunt. *Ieiunauerunt, mœruerunt se sacco,* &c. Ecce satisfactionē. *D.Aug. Serm.41. ad Frat. in Eremo.* Tria hæc, censet D. Augustin. Christum significasse, triplicis aquæ effusione: *Triplex est aqua Saluatoris.* Prima lachrymarum: quas effudit in morte Lazari, & quibus casum defleuit Hierusalem. Secunda, peluis, quam in cœna effudit de hydria in peluim, quibus pedes lauit discipulorum: *Misit aquam in peluim.* Tertia, quæ de *Ioan.13.5* transfixo eius latere profluxit, mixta sanguine, iam defuncto: *Exiuit sanguis & aqua.* Cui rei, *Ioa.19.34* Domine multiplicatæ aquarum effusiones? Vt inde discas tres tibi similes effusiones aquarum esse necessarias in tuæ salutis auxilium. Prima, ex oculis sit amara lachrymarum effusio, de corde contrito, humiliato, pœnitente vt Magdalena. Secunda: Effunde cordis hydriam, peccata tua ad pedes effunde confessarij simplici & veridica confessione. Tertia: profluat aqua cum sanguine pectoris per satisfactionem: quæ sit criminibus adeo coæqualis, vt licet in carnem & sanguinem proximi tui conuertetis bona, venis tuis concluſa prosiliant, illa redonentur; & licet tibi cordis extrahatur sanguis; eleëmosynis, reiecta lupæ societate, remissis ex corde tibi factis iniuriis, illis satisfacito.

§. 18. Noli amplius &c. *Caue peccati reciduum, ne tibi quid peius contingat, vt Ozæ, & illis, de quibus loquuntur D. Bonauentura; & D. Gregorius.*

ILlis Christus non contentus (ait D Cypria.) hanc historiam exponens, sed vt bonus medicus, qui curato iā primum infirmo, demū ei remedia ordinat præseruatiua, & monet, vt ab hoc & illo sibi caueat, ne in grauiorē, quod fieri potest, relabatur infirmitatem: ita sanato iā paralytico, ad confortandam iam receptam sanitatē, & à grauioribus præseruandum in posterum morbis, remedia præscribit. Charissime, te admoneto, cū iam per misericordiā quā tibi præstiti, sānus factus sis: ne in noua denuo peccata relabatis: hæc enim tibi sæuioribus aperient viā infirmitatibus, ad peiorem vitæ statū relaberis, & erit peiori casu reciduā periculosior: *Sospitatis verba sunt, & docentis* (ait D. Cypr.) *curantis pariter & monentis. Ecce sanus factus es, iā noli peccare, ne quid deterius tibi fiat. Dat viuendi morem, dat innocentiæ legem, postquam contulit sanitatem, nec habenis liberis & solutis vagari postmodū patitur, sed grauius cōminatur, quod scilicet sit minor culpa deliquisse ante, cum necdū nosset disciplinā Dei. Iam amplius noli peccare ne deterius tibi aliquid contingat.* An ergo grauior dari potest infirmitas ipsa paralysi? Num prolixior, quam triginta & octo

49 *Lib.1. de discr. & habitu Virg.*

D. Cyp. L. de disc. & habit. Virg.

annis grabato iacêre languescentem? Nũ morbus acutior, quem nullum sanet medicamentum? O re ignarum? An non deterius, ignis æterni lecto decumbere? An non grauius flammarum infernalium, quamdiu Deus, Deus fuerit, in grabatum incidisse? *Quis poterit habitare de*
Isa.33.14. *vobis cum ardoribus sempiternis?* Quærit Isaias: Si tantus tibi dolor, ad momentum hic extremum digiti tui concremari, si vel tantillus dolor, quando podagra extremum lancinat digiti, multis diebus detinet continuis fletibus, ac gemitibus exclamantem, si coxendicis cruciatus videretur tibi nulla posse ratione tolerari: quid ignis erit sempiternus? dolores nũquam finiendi? cruciatus interminabiles? ira Dei implicabilis? Cane redire ad vomitum, & time, quod si te Deus triginta & octo annis longanimis exspectauerit, & tandem restituerit sanitati, ne in vetera peccata relapsus, erga tantam patientiam ingratus, erga tantam gratiam ac misericordiam inhumanus, hinc inexspectatò rapiaris, æternum moriturus.

Occasione huius coeinnè discurrit D. Augusti. causam inquirens supplicij, quo Deus Oza percussit, ob retentam arcam, recalcitrabant enim boues eam portantes, & ad casum inclinabant, vt iam iam lapsura timeretur. Quo viso extendit Oza manum, vt eam à casu retineret, quem Deus subitanea punuit morte, spectante Dauide, totaque populi Synagoga. Cur leuitæ illi Domine, tantum supplicium? Absit vt iniuriâ affecerit, quinimò tibi in hoc (dixero) maximè fuit gratificatus, accurrit enim festinus, vt honori tuo, & arcæ decori consuleret, ne in terram fœdè prolaberetur. Ad summum, nullum aliud nobis peccatum describitur, de quo possimus suspicari, nisi leuis quædam audacia, in parum reuerenti manuum suarum arcæ fœderis tui contactu. Ob hũc igitur vel paruum defectum virum occidis? Dispuat D. Augusti. & contendit Ozam fuisse valde temerarium & supra modum præsumptuosum, qui sacram illam arcam auderet contrectare, manibusq; contingere, quod nefas habebatur, ac illicitũ; quodque hoc egerit nimia libertate, temeraria præsumptione parua reuerentia, ac veneratione, &
2.Reg.6.7 hæc est cõmunis Doctorum Hebræorum opinio, quam sacra pagina confirmat: *Percussit eum Dominus super temeritate.* Iuxta Caietan. legitur ex Hebræo. *Percussit eum Dominus, super errore, id est, super facto erroris.* Alij legunt: *Super errorem.* Et significat, quòd errore temerario deliquerit, & audaciâ præsumptuosâ: videns enim arcam casui proximam, credidit, quod nisi eam ipse sustineret, & admoueret manum, decideret de plaustro, quasi significans, quod arca ipsa seipsam, excluso eius subsidio detinere minime valeret, quasi Deo vires deficerent, & media, ad eam sustulciendam, nisi eius auxilio. Error temerarius, & pœna dignus, sicut & tuus, quando hoc tibi persuades, Ecclesiæ domum ruituram, nisi tu eam defensor sustineres, ac nisi manum ad pauperem extenderes, Deo media defutura, quibus eum seruet incolumem. Illius hominis lapsu voluit Deus populum suum, nosque omnes commonere, quo respectu, qua supplici veneratione diuina, sacraque sint pertractanda. Addit autem D. Aug. secundum aliorum sententiam, Ozam & alia prius commisisse peccata, quibus Deus pepercerat: ast illo hoc præsens superaddente, noluit eum diutius perferre impunitum. *Quidam aliquod præcedens peccatum* D. Aug. *in Oza per hanc culpam punitum esse existimant: quoniam sæpè euenit vt minores culpæ, præcedentium peccatorum vindictam incutiant.* Iam in illo Deus grauiores sustinuerat temeritatis errores, modò reincidit, licet verò minimus hic error censeatur temeritatis, horrendâ tamen eum mortis pœna condemnauit. *Lib.2.de mirab. S. Script.6. 12.Tom.3.*

Quid ergo, crediſne Deum non stomachari, in eadem te crimina, eaque tibi remissa, relabente? Dauidi vnico illo: *Peccaui Domino*, dimisit peccatum illud quo nullũ enormius, adulterium ac homicidium. Demum cogitationi consensit superbiæ; quæ ad mortalis peccati non ascendit (vt prædiximus) grauitatem, illam attamen nece ac clade plusquam viginti millũ castigauit. Regem verò tanto stupore percussit, quo ei sanguis congelatus est, calorque tepuit naturalis, vt deinceps continuo membrorum tremore agitarentur, nec posset vllis mediis calefieri corpus eius exãnime: Sæpè namque (teste D. Augustino) culpæ minores seuerius puniuntur, dum maioribus iam dimissis superadduntur. Quinimo ex hoc viri huius occasu Dauid tantopere sibi cauebat à recidiua, vt postmodum, allatam sibi à tribus fortissimis suis militibus aquam Bethleemiticam, quam tanto æstu sitierat, bibere non præsumpserit, veritus, ne minima eum deliniret in potu, vetita sensualitas, proinde nec bibit: *Sed libauit eam Domino.* 2.Reg.23. 14.

Ad rem nostram proponit D. Bernard. lectionem profundissimæ sapientiæ, ex illis verbis Sacrarum litterarum. *Beatus homo qui semper est pauidus.* Time, inquit, quando ex tuo iudicio tibi ☞ 10. Prou.28.

tibi videris esse in gratia Dei, ne illa excidas: hoc enim valde formidandum; Magis time, quando illa iam excidisti; & te peccato cernis immersum, Deique inimicum: Attamen plus omnibus time, quando Deus sua te curauit misericordia, crimina benignus indulsit, ne in eadem vel alia denuo relabaris. *Time cum arriserit gratia, tunc cum abierit, time cum denuo reuertetur. Cum adest, time, ne non digne operetur ex ea, monente Apostolo: Videte ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. Si ergo timendum est manente gratia, quid si recesserit? Multo magis tunc timendum: quia vbi deficit gratia, deficis & tu. Time: quia reliquit te Deus, sine quo nihil potes facere. Iam si gratia repropitiata, multo amplius tunc tibi timendum, ne forte contingat, reciduum pati, iuxta illud: Iam sanus factus es, noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Proinde: quia recidere peius est, quam cadere, tanto lesente periculo, tanto lesat & metus.* D. Bern. Ser. 54. in Cant.

Optimo proposito nostro quadrat quod narrat D Bonauentura. Canonicus erat quidam Ecclesiæ principalis, affatim diues, stemmate nobilis, plebi venerabilis, at fœda libidine prostratus. Visitat illum Deus in salutis, suæ remedium ardentissima febri, quæ eum ad portas mortis adegerat. Conuenit illum Seraphim terrestris humilis Franciscus, mœstum solatur, hortatur peccatorem, asserit, id quod vos velim tribulationibus attriti consideraretis, morbum hunc non casualem seu fortuitum, sed Dei nutu, ac singulari misericordiæ suæ consilio contigisse, in pœnam, ac criminum suorum salubertimum remedium: & quod Deo placeret, criminibus suis ob peractam pœnitentiam ignoscere, paritor elargiri sanitatem, vt de facto consecutus est, oratione, ac benedictione Seraphici Francisci: Verumtamen maiori deinceps satageret viuere diligentia, mores corrigeret, vitæ rationem mutaret, caueret sibi de recidiua, prædicebat enim illi, quod si ad vomitum reuerteretur, multo peiora sibi certius euentura. Qua percepta benedictione, ac Dei gratia, restitutus est pristinæ valetudini, & eidem incolumi ac stabili, ad miraculum; paulo vero post, eidem plus nimio confidens, quæ vitæ morumque correctionis ansa esse debuerat, in eandem relapsus est carnis spurcitiem: hoc sibi persuadens, quod qui sibi semel peccata condonauerat, & alterâ vice eorumdem veniam non negaret supplicanti, cum peccatis nostris misericordiæ diuinæ manus haudquaquam abbreuietur: at præuertit iactum anchoræ Deus: cum enim egressus circa vesperam lupanari impurus scorrator, ad cœnam assideret eiusdem ecclesiæ & alio præbendato comite, cuius ædes cœnaturus adierat, totus solutus in voluptates, Deique obliuiosus, sagina repletus, exhalansque crapulam subito domus corruit, & cæteris omnibus illæsis, ille solus contritus occubuit. (a) Miserando huic se casui exponunt, quotquot Dei gratiæ, dimissis peccatis, restituti, ad eadem rursum patranda ingrati relabuntur. (a) *hecho tortilla.*

In vita S. Francisci c. 11. I. Exemplum.

Nec minori consideratione dignum illud cuius meminit D. Gregor. & ait contigisse in Prouincia Valeriæ cuidam viro nobili, cuius luctuosum euentum, refert Maximinianus Episcopus: Cæsar augustanus Sicilianus. Ejusdē vrbis ciuis, cum Sabbato Sancto quo tempore solemniter Catechumeni ad sacri baptismatis fontem admittebantur eluendi, puellam de fonte suscepisset baptizatam, eandem domum suam reduxit, vt eam fidei mysteria edoceret, moribusque instrueret Christianis pro patrorum obligatione; a dæmone commotus, & concupiscentia sua carnali illectus, eandem ad stuprum secum ineitauit, & tandem cum ea deliquit impudice. Peracto tam turpi hoc facinore, illico peccati sui cognouit grauitatem. stuprique fugit enormitatem. Hoc enim frequens est: & exemplo patet in incestu Amnonis cum sorore sua Thamar. Dei timore perterritus, exhorret vindictam, eumque facti confudit verecundia: hoc enim peccato proprium, eaque tanta, vt sequenti die Dominicæ Resurrectionis, hæreret attonitus, ac inops consilii: hinc enim nec templum adire, nec se Deo sistere præsumebat tanti delicti reus. Timebat enim, ne debita vltione, & infami, erratum istud Deus coram omnibus puniret; illinc nec se domi continere audebat, ob ignominiæ notam, quam sibi contraheret, si Paschatis festo diuinis officiis non interesset. Tandem ire proponit, sed tremulus ac pauidus singulis momentis sibi iustum supplicium extimescens; vt vero nihil eum mali arripuit, finitis officiis alacer templo egreditur: & Dei benignitate factus animosior, & altero die templum adiit, sed minus pauidus, & tertio die vix vllo affectus timore. Ita vt peccati sui tam incurius segnius ageret, quasi qui securitatis haberet tesseram, timore reiecto, perfricta facie, nimium sibi tribuens, quod qui tanti sceleris reum tot debus pertulisset impunitum, & plurib⁹ annis sustineret licet peccatorem. Attamen in spem frustratam incidit, ac male illi successit (a) die quippe septimo, dum minus sibi timebat de Dei misericordia, vt credebat securus, inmatura Lib. 4. Dialog. c. 32. II. Exemplum. (a) *Saliole mal la cuenta.*

ta morte præripitur, vt ne locum tempusque ei Deus concederet, nomen Iesu vel semel inclamandi.

Formidine maxima tremendo huic spectaculo præsentes pœne exanimantur: attamen sæuior totam incessit horror ciuitatem, dum de corpore sepulti, velut de fornace ardentissima flammarum globi cœlo tenus ascenderent, qui fragore suo cunctos consternebant: ac toto spectante populo pluribus diebus perdurarunt inextincti. Tandem igne sopito, ferretrum aperitur, corpus cernunt omnes consumptum, exustum in cineres redactum. *Quo videlicet Omnipotens Deus* (inquit D. Gregor.) *ostendit, quid eius anima in occulto pertulit, cuius etiam corpus ante humanos oculos flamma consumpsit.* Eia igitur, Christiane, finem impone, peccatum desere, & ne differas de die in diem, cœlestis medici perpende monitionem. *Nolt amplius peccare, ne tibi deterius aliquid contingat:* & si præterita tibi misericors condonauit, fieri posse cuncti consentiunt, vt propter tuam impudentiam in te illud Apostoli verificetur; *Ne forte nec tibi parcat.*

D. Greg.

Ro. 11. 21.

§. 19. Ne deterius &c. *Aptè declarat Hieremias deterius illis aliquid contingere, qui ad peccata semel à Deo remissa, reuertuntur.*

51 Iis re. 34. 2 Par. c. 36.

FInem concioni tandem imponamus ea historia quam nobis exarat Vates Hieremias agens de destructione Hierusalem, quam ille tanta dester amaritudine, quam S. Pagina commemorat. Grauissima fuerunt vrbis illius horrendaque crimina, quibus Dei clementiam exagitabant, eius honori iniurii, de quibus dolenter conqueritur Propheta: Cum enim vrbs esset a Deo electa, vt in ea Deo cultus gratissimus exhiberetur, a sui exordio semper fuit Deo rebellis, fœdissima, vindictæ prouocatrix, domus exasperans, de qua sic ipse per Prophetam; *In furore & indigna tene meo, facta est mihi ciuitas hæc, a die qua ædificauerunt eam, vsque ad diem ipsam.* Hoc verum est, inquit Lirania diebus enim Salomonis, qui ciuitatis ædificationi imposuit coronidem, eam triplici circumcingens muro, semper coluit idola, vt ipsemet Salomon ea coluerit. Nominatim tamen peccato quodam omnibus communi conspergebantur, quo Deum grauius irritabant: scilicet, quod seruis & ancillis anno septimo non concederunt libertatem, sicut lex præcipiebat; *Si emeris seruum Hebræum, sex annis seruiet tibi, in anno septimo egredietur liber gratis.* Illi vero numquam talem seruis emptitiis permittebant libertatem, sed transacto septennio, eos alio septennio, ac continua opprimebant seruitute. Acriter ob hoc commouetur Deus, quod huic deessent mandato cum mandatum esse redolens pietatem ac misericordiam, quam ipse stabilierat, simulque cœlestibus mysteriis venerandum. Ad eos misit prophetas, ac prædicatores, qui sceleris iniustitiæ populo proponerent grauitatem, atrocioribus suppliciis deterrerent, quibus eorum scelera vindicaret. Verum enim vero eo vsque ascendit eorum peruersitas, vt spretis prophetarum terriculamentis, Deique suppliciis, prophetas exploderent, eorumque riderent conciones. Ob quæ nefanda crimina, ita stimulatur ad vindictam Deus, vt populum suum plagis mulctare decernat acerbissimis. iniuriæ sibi illatæ vindices deligens Regem Nabuchodonosor, Chaldæos ac Babylonios.

Ez. 27. 2.

Hoc ipsum ait Spiritus S. *Mittebat autem Dominus Deus patrum suorum ad illos, per manus nuntios suos, de nocte consurgens, & quotidie commonens, eo quod parceret populo, & habitaculo suo. at illi sub sannabant nuntios Dei, & parui pendebant sermones eius, illudebantque prophetis, donec ascenderet furor Domini in populum & esset nulla curatio.* Et licet eos Dominus pumire decreuerat, lento tamen pede progressus est, benignus pater, qui non eorum ruinam, sed quærebat morum correctionem. Accedit primum exercitu suo stipatus numeroso Rex Nabuchodonosor, Regem comprehendit Ioachim, qui alio nomine dicebatur Iechonias, eum regno exuit, matremque eius, ac nobiles, magnamque vrbis multitudinem duxit captiuam in Babyloniam, cuius loco in Regem substituit Sedeciam auunculum, fratrem Ioachim patris sui, & filium aut sui Regis Iosiæ piissimi. Abductis illis igitur in captiuitatem, ciuibusque Hierusalem metu ac tremore consternatis hac occasione accurrit Propheta Hieremias, prædicat Regi ipsi ac populo, adhortatur, vt plagam aduertant, qua Deus ciuitatem iusto iudicio damnatat, & cum alios lugerent abductos in captiuitatem, ipsos vero Deus misericors liberos præteriisset, vitam suam melius instituerent, & legis sibi a Deo præscriptæ mandatis obedirent, illius irâ delinirent, vt de manu proiiceret flagellum quo eos iam cœperat castigare. Declamauit hæc Hieremias, tanto spiritus sui feruore, Deique zelo inardescens, vt tã ipse Rex Sedecias, quam reliquus populus a via sua.

Hie. 32. 31 In cap. 12. Hierem.

2. Par. 36. 16.

sua mala conuerterentur, seruis suis dare statuerent libertatem, vt lex mandat, & de facto eos domibus liberos gratis emiserunt. Ad maiorem autem justificationem, & pleniorem cum Deo satisfactionem, vt factum suum confirmarent, denuo legis diuinæ juraturat obseruantiam, inito solemni cum Deo nouo fœdere, quod deinceps mores suos corrigerent, legis mandata ad amussim obseruarent. Ad hoc vero vsi sunt frequentata illa ceremonia, quam Deus ipse repetit per Hieremiam, vitulum in duas partes medium in templo coram Domino diuiserunt, interque partes diuisas transierunt: *Verba fœderis quibus assensi sunt in conspectu meo, vitulum qui in conciderunt in duas partes, & transierunt inter diuisiones.* Peructus erat hic agendi ritus (ait Doctor Angelicus) & erat ait Theodoret. velut solemne juramentum quando fœdera sanciebant, seu inibant pactum, vt immobile ab vtroque contrahente perstisteret, animal quoddam per medium concidendi, interque diuisas partes transeundi: quasi dicerent: sic mecius, opto, diuidatur, qui fœdus hoc pertinus infregerit. Apud Gentiles animal secundum porcus sumebatur. animal immundum hinc orta phrasis, qua pactum stabile declaramus, *Percutere fœdus, a percussione animalis fœdi*: de quibus passim auctores prophani: quia vero porcus apud Iudæos animal censebatur immundum, vitulum in percussione fœderis medium concidebant: quinimo & ante datam legem, dum Deus cum Abraham pangit fœdus vius est hoc ritu: Iussit: *Sume mihi vaccam triennem, & capram trimam, & arietem annorum trium, turturem quoque, & columbam, qui tollens vniuersa hæc, diuisit ea per medium, & vtrasque partes contra se alternsecus posuit.* Ita no at Theodoretus.

Hoc solemne fœdus percussit coram Domino Rex Sedecias, cunctusque populus qui inuentus est in Hierusalem, legem obseruandi, quam ille præscripserat, audita Vatis Hieremiæ concione. *Audierunt ergo omnes Principes & vniuersus populus, qui inierant pactum, vt dimitteret vnusquisque seruum suum, & vnusquisque ancillam suam liberos, & vltra non dominarentur eis. Audierunt igitur & dimiserunt.* His Dei ira conquieuit, & jam omnia videbantur reparata. Verumtamen adeo stultum iniere consilium Rex Principes ac vniuersus populus, vt vix hoc fecerant, seruosque suos domo dimiserant, ac liberos emanciparant, cum ecce, de illis dicat Sacer Textus: *Conuersi sunt deinceps, & retraxerunt seruos, & ancillas suas, quos dimiserant liberos, & subiugauerunt in famulos & famulas.* Iram suam in populum colligit Deus, Prophetam ad se citat, cui ipse. An non aduertis, quid isti agant? Ad quid manu miserunt seruos suos & ancillas si illos continuo essent retracturi? Ad quid illos libertate donarunt, quos ilico suæ denuo subiicerent seruituti? Ad quid mecum te præsente, ritu illo tam celebri, in domo mea fœdus percussserunt, si illud paulo post voluerint rescindere, & promissis minime stare juramento stabilitis? An non hoc in mei cedit contemptum? An hoc non est me ludum facere, nasoque suspensum ludificari? *Conuersi estis vos hodie, & fecistis quod rectum est in oculis meis, vt prædicaretis libertatem vnusquisque ad amicum suum, & inistis pactum in conspectu meo, in domo, in qua inuocatum est nomen meum super eam & reuersi estis & contaminastis nomen meum, & reduxistis vnusquisque seruum suum, & vnusquisque ancillam suam, quam dimiseratis, vt essent liberi &c. Propterea hæc dicit Dominus: Sedeciam Regem Iuda, & Principes eius dabo in manus inimicorum suorum, & in manus quærentium animas eorum, & in manus exercituum Regis Babylonis, qui recesserunt à vobis. Ecce ego præcipio dicit Dominus, & reducam eos in ciuitatem hanc, & præliabuntur aduersus eam, & capient eam, & incendent igni: & ciuitates Iuda dabo in solitudinem, eo quod non sit habitator.* Viuo ego dicit Dominus, erunt illis posteriora peiora prioribus. Manu miserunt illi seruos suos, quos iterum seuerius strictiusque subingarunt, ita ego quoque qui remisi Nabuchodonosor, eiusque exercitum, ne ciuitatem funditus demoliretur, eum maiori manu ac arrogantia contra ipsos reducam, ita vt tam ipsos, quàm ciuitatem radicitus euertat, deuastet & redigat in solitudinem. Sic se res habuit: reuersus est exercitus Babylonicus, comprehendit Nabuchodonosor Regem Sedeciam, cuius filios in parentis conspectu trucidauit, ad hoc enim tantum eos eo vsque superstites reliquerat, quos postmodum eduxit, ac Regi oculos eruit, misitque catenis vinctum in Babylonem, omnes Principes, cunctumque populum subiecit seruituti, Dei templum, incendit, vrbem vero ita perdidit, exterminauit, deuastauit, vt eam obortis lachrymis, suspiriis ac gemitibus deploratHieremias in sui Threnis, vbi statim in exordio causam allegat transmigrationis Regis ac populi in Babylonem: oppressionem seruorũ, eis præceptam à Deo non datam libertatẽ, nec euoluto manu missionẽ septennio sed quod duriori eos jugo obruissent: & hunc credo legitimum

Thre.1.3. sensum horum verborum: *Migrauit Iudas propter afflictionem, & multitudinem seruitutis.* Mirum videtur, Deum requirere, vt sitis seruis a famulis vestris misericordes Hoc pertulit ingrata Deo, seruis inhumana ciuitas, fuerunt enim illi posteriora peiora prioribus; caue ne & tibi idem contingat; quoties te Deus admonuit, quoties tibi per prædicatores suos dira minatus est supplicia? quantum eorum numerum misit ad te, deprecans, exhortans, præcipiens, vt nuntium remitteres sceleribus? Aliquoties leui te plaga corripuit misericors pater qua percussus, & contritus, ad domum eius venisti, in cuius conspectu, pedibus Confessarii prouolutus, vitæ emendationem jurasti, & fœdus percussisti, morum mutationis: inhonestæ conuersationi valedixisti, manu mittere vsuras decreuisti, ad frugem statuisti redire meliorem. Porrò vix manum tor promissis admouisti; quando & eadem crimina, quæ domo tua detestatus expuleras, manuque dimiseras, denuo repetisti, & maiori studio, ac perseuerandi animo fœdifragus reduxisti.

Idola sibi fieri petierunt ab Aaron filii Israel aurum subministrarunt, vnde conflarentur, & illa vt Deos adorauerunt. O quam exanduit Deus! Descendebat Moyses de monte, duabus legis tabulis exhilaratus, cui Deus: *Vade, descende peccauit populus tuus quem eduxisti de terra Ægypti, recesserunt cito de via quam ostendisti eis, fecerunt que sibi vitulum conflatilem, & adorauerunt.* Cansiderat Caietan. verba hæc fuisse ironicè dicta. q.d. Quàm gaudio persuasus descendis, credens, quod tuum anheli præstolentur aduentum. Vade, vade, & videbis. Scite te volo, peccatum grande commissum à populo, quod statim videbis, idola enim sibi erexerunt, & vt Deos suos coluerunt. *Populus tuus.* Quem tanto amore prosequeris. Notat D. Hieron. Dei modum loquendi: quando enim populus grauiter, deliquerat eum non suum, sed tuum dicit; ita contigit cum Daniele, qui dixerat: *Eduxisti populum tuum de terra Ægypti.* (Deinde) *Nomen tuum inuocatum est super ciuitatem & populum tuum.* Cui Angelus respondit: quasi diceus: *Neque populus Dei est, sed populus tuus, nec vrbs sancta Dei, sed sancta viuentis sibi.* Admiramini hoc peccatum. Noluit Deus hoc deserere impunitum, proinde conuersus ad Moysen præuenit eum, ne justum eius in populum furorem remoraretur: *Dimitte me, vt trascatur furor meus contra eos.* Ne mihi sis obstaculo. Orat Moyses Deum, & rationibus efficacibus, ac argumentis de Diuinæ Maiestatis honore ac nomine propositis, supplicat, illis hoc peccatum ignoscat. Euenit Moyses Deum, parcit populo, dimittit. In idololatriam relabitur populus, descendit Moyses de monte, quo ascenderat cum Deo in oratione locuturus & nouam Deo irrogatam videns iniuriam, clade magna sæuit in populum. Attamen paterna sua solicitudine permotus reascendit montem cum Deo collocuturus, & pro commisso scelere veniam rogaturus. Permansit ibidem indefessus aliis quoque quadraginta diebus ac noctibus. *Factio autem altero die locutus est Moyses ad populum. Peccastis peccatum maximum, ascendam ad Dominum, si quomodo potero eum deprecari pro scelere vestro.* Dubius hæreo, num me sit admissurus, vt pro vobis deprecer vereor, ne aures occludat, ne me repellat deprecantem. Ascendit, orat: *Obsecro Domine, peccauit populus iste peccatum maximum.* Et tam acriter vrsit negotium, vt illa tam intellectu difficilia verba protulerit: *Aut dimitte ei hanc noxam, aut si non facis, dele me de libro tuo, quem scripsisti.* D. Thom. sic a t. *Sciendum quod antiquitus apud Romanos Senatores, qui ad magnas assumebantur dignitates, describebantur in matricula* (id est Elencho propriorum nominum) *quos primus Pompilius in tabulis æreis scripsit, & dicebantur Patres conscripti, & qui ibi scribebantur, non de facili à memoria labebantur. In simili omnes Sancti prædestinati eliguntur à Deo ad magnum scilicet ad vitam æternam, & hoc ordinatio est prædestinatio. Conscriptio huius ordinationis dicitur liber vitæ* Mouent SS. Doctores difficultatem ad illa verba Moysi: sciebat enim Moyses, & certus erat, quod eum Deus de libro suo non expungeret. Quomodo igitur ait: *Dele me de libro tuo?* Hoc nequaquam ait Deus, non hoc tibi eueniet: *Qui peccauerit mihi, delebo de libro meo.* Modò bene, illis hoc peccatum remitto: *Ego autem in die vltionis visitabo, & hoc peccatum eorum.* Quid per hoc vult innuere? Opinantur aliqui, quod voluerit indicare, his non obstantibus, eos seuerius puniam. Et qua vindicta? Seu peste, seu Angelo percutiente, plurimos eorum interemit, & quid hoc est quod addit: *Percussit ergo Dominus populum pro reatu vituli, quem fecerat Aaron.* Huic concorditer exponunt alii, quod dicitur, quod Moyses gladio Leuitarum occiderit viginti tria millia: *Ceciderunt que in die illa quasi viginti tria millia hominum.* Multi textus, juxta Caietan. Lipon. Tertullian. D. Ambros. D. Isidor. Raban. & Philonem, sentiunt à Leuitis interempta tria millia à Deo vero viginti millia.

Exod. 32.7.

D. Hie. *in c. 9. Dan. v. 19. Tom. 4.*

D. Th. *Addit. lect. 4.*

Epi. 29 ad Rom.

millia. Quocirca non dicit: *Leuita interfecerunt tria millia, sed, ceciderunt illa duo tria millia.* Minor enim fuit Moysi & Leuitarum vindicta multoque blandior. Et quando suauem imponit Confessarius pœnitentiam, superaddit Deus & alias sæuiores: non enim conuenit, vt non satisfacias pro peccati grauitate. Credo autem quod volueris dicere. Ego illis modo delictum illud ignosco, si vero relabantur. dum eos puniero, pro omnibus tunctim luent grauissimas pœnas: iniquitatum enim eorum recordabor. Quid *Domine*, an illis hoc non remissum peccatum? remissum est: at in idem relapsus, exigit seueriorem Dei vindictam, ex præterito enim dimisso augetur delicti præsetis enormitas. Quid putas de hoc sentiat Deus, nisi quod illum prudens asperneris, & floccipendas? Et quid illi faciendum, nisi te vt d speidat, vel morte subitanea, vel apoplexia, ruina domus, tegula desuper decidente, & extu miserando hinc rapiaris æternum perituru s?

Lib. de exhort. ad Martyres. cap. 7

Proponitur vobis Historia Pharaonis, quam elucidat Liran. & ante illum D. Cyprian. Voluit hoc Deus, vt populum suum solueret seruitute, ac liberum dimitteret: Multo hoc constitit, tandem liberum abire consensit, Deo tam obediens, ac subditus, vt ipse populum rogaret instanterque suaderet discessum: *Lætata est Ægyptus in profectione eorum.* Egrediuntur, & statuit Deus refractarium punire Pharaonem. Præcepit Moysi. *In conspectu eius castra ponetis super mare.* Ita vt populus inter duorum montium concaua gradereiur. Innotuit hoc Pharaoni. O quam sibi proticuos fuisse censet Pharao Israelitas, cum de eorum recessu ita condoluerit. Proponit illos bello lacessere, & ad pristinam reuocare seruitutem. Permittit Deus, vt nauim conscendat, totusque exercitus, præsidiariis, piraticis, militaribus imponatur, quibus impugnet Israelitas, & inter maris vndas comprehendat excedentes. Credidit, quod incolumis euaderet si Deus vt prius illum puniret: O quantos decipit illa Samsonis: *Egrediar sicut ante feci.* Nec aduertunt insipientes, quod illis modo Deus non sit auxiliaturus, sicut prius sed derelicturus ad tantæ rebellionis pœnã, perpetuum damnaturus. O Christiane, qui hoc sacro quadragesimæ tempore tuorum egisti pœnitentiam peccatorum, hoc memoria tetine, quod tibi cœlestis medicus in salutis tuæ præscribit conseruationem: *Ecce sanus factus es, jam amplius noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.* Hoc enim tibi certo stabit salus, vitam duces incolumem, animæ tuæ merita cumulabis gratiarum in hoc sæculo, & cœlestium in futuro diuitiarum. Amen.

Psl. 104. 38. Exod. 14.2. Iudi. 16.20.

SVMMARVM

HOMILIÆ VNDECIMÆ SEQVENTIS.

Totum hoc contrahitur Euangelium ad id, quod Christus oculis nostris gloriæ, quam expectamus, quandam obiiciat imaginem. Hac de causa quinque proponuntur articuli. Primus: expedire, vt prædicatores sæpius de illa instituant concionem, hodie, & eras, & aliis diebus, nobis enim vtilis est eiusdem consideratio. *a* Cum simus eiusdem gloriæ candidati. *b* Secundus: vt hoc spectaculo perfruamur, necessario nobis in montem seorsum secedendum. *c* Tertius: qua ratione Christus in oratione fuerit transfiguratus, indicia gloriæ demonstrans: *d* Quartus: quo medio huius gloriæ radium intelligamus, ex eo, quo illam Isaias explicauit. *e* Quintus: quomodo, eo quod illam non consideres, eandem non desideres. *f.*

a §.1.2.3.
b §.4.
c §.5.
d §.6.7. 8.9.10.
e §.11.12. 13.14.15.
16.17.
f §.18. 19.20.

§. 1. *Vtilis*

§. 1. *Vtilis est cœlestiu gloriæ prædicatio, sicut Apostolis retiu mißio, ad dexteram, Abiśag Dauidi, & regni somnia Ioseph.*

§. 2. Assumpsit Iesus &c. *Ostendit Apostolis gloriam suam, sicut Ezechieli templum, vt populum excitet ad pœnitentiam.*

§. 3. *Valde proficuam ordinauit Deus Dauidi cælestis gloriæ contemplationem, & hanc nobis desiderat D. Paulus Apostolus.*

§. 4. *In baptismo cælorum efficimur candidati: quod Abbas Moyses docuit poni nostrarum fundamentum actionum.*

§. 5. In montem excelsum &c. *Vt bonis cælestibus iam perfruaris, secede, & similis esto piscibus, qui pennulas habent, quos Deus vt mundos habet.*

§. 6. Transfiguratus est &c. *In oratione, Christus transfiguratur, hæc tibi figuram præstabit meliorem.*

§. 7. *Christus se transfigurat, suarum demonstrans radium diuitiarum, sed sub humanitate absconditarum.*

§. 8. Resplenduit &c. *Concessit Christus in carnem suam defluere Diuinitatis suæ splendorem, quasi qui cortinas arcæ contraheret.*

§. 9. Transfiguratus est. *Transfiguauit se Christus transiens de figura matris ad figuram Patris.*

§. 10. *Concessit, vt animæ gloria defluaret in corpus, sicut aquæ Iordanis.*

§. 11. *Gloriæ nobis breuiter speciem ostendit, qua in cælo perfruemur, conuiuium de quo Isaias.*

§. 12. *Cæli gaudia breuiter Propheta declarauit illa tamen non nominans.*

§. 13. *Magnitudinem cæli Empyrei nos docet hæc siderum cælorumque magnitudo, vt quasi fidem excedat, quod de ea dicunt Astrologi.*

§. 14. *Gloriæ cælestis bona satiant appetitum quem terrana magis accendunt.*

§. 15. *Illic erit gaudium impermixtum, quale hic nullum reperitur, sed pœnis permixtum.*

§. 16 *Tantum est cæli gaudium vt melius dicatur, quod homo intret in illud, quam ipsum in hominem.*

§. 17. *Desfluetur vinculum, de quo Propheta, grauitatis carnis, quæ quatuor dotibus præfulgebit, quas numerat Apostolus.*

§. 18. *Habebit corpus dotem claritatis, quam Apostolus dicit gloriam, & alias tres dotes, impassibilitatis, subtilitatis, & agilitatis.*

§. 19. *Præcipitabitur mors in infernum, occidendo non occidens.*

§. 12. Bonum est. *Quia illam gloriam non meditaris, illam non desideras, illam recogita, vt Iacob patriam suam.*

HOMILIA

HOMILIA XI.

DE TRANSFIGVRATIONE DOMINI.

SABBATO SECVNDO QVADRAGESMÆ.

Assumpsit Iesus Petrum & Iacobum & Ioannem fratrem eius & duxit illos in montem excelsum, &c. Matthæi 17.

SE plurimũ agnouit obstrictum D. Ioannes Apostolus Angelo illi, qui eum in Pathmos insula extorrem in spiritu rapuit, tulitque in montem altissimum, vbi formosissimam ei demonstrauit ciuitatem, cuius fundamentales lapides murorum, gemmæ erant pretiosissimæ, portæ ex inæstimabilis valoris margaritis, plateæ auro primo stratæ, quæq; erat ipso phœbo splendidior, eam etenim agnus illuminabat, cuius tãtus erat fulgor vt solem ipsum obscurare videretur. Fõs aquarum viuentium ebulliebat, circumquaque plantatæ erant arbores, cuius etiam folia salutem gentibus conferebant: quidquid in ea videbatur, aurum erat fulgidũ, pretiosum erat, opulentum erat, gaudio resultabat, dulcis resonabat harmonia, cantorum audiebatur melos, lætitia & exultatio, nihil erat quod summam non referret pulchritudinem, quod cœlestem non spiraret ornatum. Obstupuit tantæ gloriæ magnitudine raptus D Ioannes, cui Angelus: *Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis:* Ecce, quid hominibus præparetur, vbi cum Deo lætantur iusti, & Deus cum eis. Ineffabili tantoque se gaudio delibutum sensit D. Ioannes, vt nescius, quo tantam sibi factam rependeret gratiam, sese ad Angeli pedes prostrauerit, qui cor eius incredibili hac consolatione demulserat: illos mihi pedes exporrige, cœlestis Angele, eius enim qui mihi præclara hæc dignatus est demonstrare, eorumq; iurare fruitionem, dignum est, vt pedes cernus exoscules. *Et postquam audissem & vidissem, cecidi, vt adorarem ante pedes Angeli, qui mihi hæc ostendit.* Quantò maiori nos vinculo Christo deuinctos hodie iustũ est confiteri, qui tres secum hodie sumpsit Apostolos, & vt notat Epiph. in illis nos omnes, in montem excelsum, vt nobis eas ostendat diuitias, eã celsitudinẽ, eam gloriam, quã nobis in cœlis præparauit, exemplar in corpore suo diuino proponens lætissimũ, polymitæ vestis gloriæ, quã corpora nostra circumcingens adornabit: *Reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ.* Splendorem nobis communicans beatitudinis quæ nos exspectet, tantum, vt Apostolici gregis Princeps D. Petrus, iudicarit sufficere, videre illum tantummodo in altero, etiãsi in se illum non possideret, vt perpetuo cor eius gaudio exiliret: *Domine bonum est nos hic esse.* Petre vir sanctissime, attende, quæso, non tu cœlesti illa gloriæ pulchritudine circumfulges. Fateor, attamen illam in alio contẽplari, tanta est gloria, vt vltra nihil sit desiderandum: quid ergo erit, eam in seipso possidere gloriæ maiestatem?

In eum finem ducit eos in mõtem sublimem, quasi propheticum illud amici Iob adimplens: *In manibus abscondit lucem, & præcipit ei, vt rursum adueniat, annuntiat de ea amico suo, quod possessio eius sit, & quod ad eam possit peruenire.* Cõmuniter abscondit præcelsus ille Dominus hanc gloriæ lucem, sed eius hodie, ipso annuente quidam eumpunt lucidissimi radij, vt amicis suis exemplar obiiciat, non ad inanẽ ostentationem, seu vitiosum fastum, vt olim Ezechias Rex Iuda dilatatis gazis thesauros suos manifestans ostentauit, seu vt solent Principes, & orbis Cœsi, sed vt illi eos inuitaret, alliceret, affirmaret, illis illa seruari parata, quibus frui, & possidere posse detur, sic vt eorũ fiant hereditas æterna: *Annuntiat de ea amico suo, quod possessio eius sit, & ad eam possit peruenire.* Eia igitur ô Christiani: *Quicumque Christum quæritis, oculos in altum tollite, illic licebit visere signum perennis gloriæ* cantat Ecclesia; perpende, quid tibi liceat obtinere, quam cõsequi gloriam. Dedit Spiritus S. consilium æterna diuinaque sua sapientia dignũ hominibus. *Ne erigas oculos tuos ad opes, quas habere non*

Apoc. 1. 22

Ad Philip. cap. 3. 21.

Apoc. 21. 2

Apoc. 22. 8

Lib. de hæres.

Iob 36. 32

4 Reg. 20. 13.

In hymno festi Transfiguratione.

Prou. 23.

non potes: quia facient sibi pennas quasi aquila, & volabunt in cœlum. Cum enim illas videris, nec potueris obtinere, ingens te cruciabit dolor, iisdem te frui non licere. Ad eas diuitias sursum oculos mentemque erigamus, quas nobis Christus propinat, ostendit, paratas promittit, si eas tantummodo velimus. Porro tales sunt vt dicat Apostolus ad illas conemplandas, requiri Spiritus S. lucem, quæ sensus nostros cordaque illuminet. *Non cesso gratias agens pro vobis memoriam vestri faciens in orationibus meis: vt Deus Dominus noster Iesu Christi Pater gloriæ, det vobis spiritum sapientiæ & reuelationis in agnitione eius: illuminatos oculos cordis vestri, vt sciatis, quæ sit spes vocationis eius, & quæ diuitiæ gloriæ hereditatis eius in sanctis.* Hanc Spiritus S. gratiam nobis concedi, meritis S. Virginis Mariæ humiliter postulemus, eique dicamus. *Aue Maria.*

Eph. 1, 16.

§. 1. *Vtilis est cœlestis gloriæ prædicatio, sicut Apostolis retis missio ad dexteram, Abisag Dauidi, & regni somnia Ioseph.*

2 Hom. 7 in imperfect. in Matth.

SVbtiliter valde perpendit D. Chrysost. diuinæ actum sapientiæ, eligere in prædicatores piscatores: volebat enim vt eo modo prædicationis obirent officium, quo piscationis obierant. Ita quoque notarūt alij: Moysen à Deo electum in ducem populi sui, cum pastor esset ouium. & Dauid in Regem, pascētem patris sui gregem, quo illos admoneret, vt eo semodo gererent in subditorum regimine superiores: quo se gesserant in pascendis gregibus opiliones. Idipsum Christus aperte satis indicauit, cū illos nondum vocauerit piscatores, sed etiā dum intenti capiendis piscibus retia sua laxarent: *Mittentes retia in mare.* Quo illis expositi, quid ab illis prætenderet, dum ait: *Venite post me, & faciam vos fieri piscatores hominum.* Deinde ipsis iam electis dum Petrum classis suæ primarium offendit piscantem, capta piscium copiosa multitudine, in verbo Christi laxato reti, eidem ait: *Ex hoc iam eris homines capiens.* Licet autē multis in rebus attendi possit muneris huius cum illo proportio, viam mihi munit, vt materiam nostram exordiamur quam præ manibus habemus, id quod eidem Apostolorum Principi contigit dum post Christi resurrectionem piscaretur, historiam describit D. Ioannes. Aliis comitibus Apostolis Petrus & Ioannes piscabantur in mari Galilææ, licet autem sæpiùs retē misissent in mari vacuum tamen semper extraxerunt. Apparet illis Christus gloriosus à mortuis redituus, quibus præcepit: *Mittite in dexteram nauigij retè & inuenietis*: Non semper ad sinistram sagena emittenda, iam vel semel ad dexteram mittite: *& inuenietis* feliciter. Miserunt, & tantam piscium multitudinem concluserunt, vt totis viribus, sagenam vndis extrahendo adniterentur: *Traxerunt retè in terram, plenum magnis piscibus, centum quinquaginta tribus.* Quo miraculo Christus suos instruxit prædicatores, animarum piscatores, quid illis incūbat agendum.

Matth. 4. 19.

Luc. 5. 10.

Ioan. 21. 6

Duæ sunt, (inquit D. Aug.) manus ad quas necesse est sagenam eiciant piscatores animarum, dextera, & sinistra, quas Christus nobis signat concione de extremo iudicio: dextera manus, bona sunt gloriæ, beatitudinis, quietisque æternæ: *Delectationes in dextera tua vsque in finem.* Sinistra vero, sunt sempiterna supplicia, ignis inextinguibilis, horrenda maledictio, dæmonum legiones, cruciatus interminabiles. Non semper prædicator, ad peccatorum conuersionem, infernales euomat maledictiones, flammas consumentes, ignes, dæmones, pœnas ac tormenta, quæ Dei manent inimicos, periuros, peccatores. Minimè. Expedit vt aliquando rete mittat in dexteram, proponat cœlestem gloriam, alliciat bonis æternum duraturis, deliniat regno sempiterno, foueat delicijs, quiete, vi â nunquā terminanda, attrahat gaudio bonorum omniū, quæ diligentibus se fideliterque seruientibus Deus præparauit: vtraque manu dextera & sinistra diuini verbi gladio vendum, sicut Aod, de quo S. dagina: *Fecit sibi gladium anceps em.* Et in vtrumque latus rete eiciendum: sæpè q ippè peccator obduratus, qui minis non terretur, mouetur, ac mollitur blanditiis, promissisque regni cœlestis: plurimos quoque inuenies, cū quibus magis proficimus eos amoris indicijs delinendo, quam mortis æternæ terriculamentis concutiendo. Ad dexteram igitur hodie nobis & cras est rete mittendum, de cœlesti gloria instituenda oratio, hæc mentis vestræ oculis obicienda: si enim homo ita proprij lucri sit auidus, vt sicut vbi nulla lucri spes affulget, manum non mouet, ita, vbi mercedis arridet emolumentum, fortiùs ad opus animatur: nobis animos suggerat & vires tale bonum, talis gloria, talis hereditas, tale regnum.

Psal. 15, 10.

Iud 3. 16.

Optimè consultum volebat D. Hieronymus, cuidam adolescenti Nepotiano sui intimi amici Heliodori consobrino, cui intendit argumentū proponere, quod alacriores sanat animos nouasque

Tract. 12. 2. in c. 21. Ioan.

Epist. 2. ad Nepot.

nouasque vires in Dei famulatu; proinde consulit aulicorum Dauid sequatur consilium. Iam annis vergentibus in senium distituitur viribus Dauid ac naturali calore deficiente, frigore tabescebat: Applicantur senili corpori fouendo pannicalidiores, pellibus cooperitur ac stragulis, nec incalescit: quid consilii? *Quæramus Do-*
3.Reg.1.2 *mino nostro Regi adolescentulam virginem*, pulcherrimam: sanissimam optimæ complexionis vigoris intensi. *Quæ stet coram Rege, & foueat eum, dormiatque in sinu suo, & calefaciat Dominum nostrum Regem.* Huic consilio nulla pulchrior, nulla vegetior, aptior nulla Abisag. Sunamitides illam Regi sociant, illa fouet, corroborat illa corpus senile, emortuum. Apage lasciuiæ vel minima suspicio (cauet D. Hier.) nihil enim quid simile intenderunt, sed nec cogitarunt quidem Regis consiliarii: quinimo tale quid minus honestum, & reliquum confecti corporis calorem extinxisset; sed nec si hoc intenderent 3. Dauidi deerant mulieres, Abigail mulier vegeta, prudens, Bethsabee pulchra, fœcunda.

Ne literam hic attendas mortuam ô Nepotiane, sed vitæ spiritum, pulchra hac ac vegeta virgine Abisag figuratum, quæ mirificis suis conditionibus æternæ gloriæ symbolum præferebat. O quàm frigidum, contractum, & ex multa malitia cor nostrum languet infirmum scopum attigit, qui illud comparat cisternæ:
Hier. 6.7. *Sicut frigidam fecit cisterna aquam suam, sic frigidam fecit malitiam suam.* Adsunt ministri consiliarii, prædicatores, & Doctores, eius salutis soliciti togas, pelles, lodices applicant, exhortationes, reprehensiones, cantus, Ecclesiæ ceremonias, at tanto congelamur frigore, vt illis minimè incalescamus, semper tepidi, semper in Dei languentes amore, eiusque obsequio tabescentes. Quæratur virgo pulcherrima, quæ stet coram nobis, nostroque sinu requiescat: *Adolescentulam virginem, quæ stet coram Rege, dormiatque in sinu suo.* Hæc est æterna beatitudo
Apoc.21.9 quàm in figura puellæ pulcherrimæ, ornatissimæ, sponsæ Deus ostendit D. Ioanni: *Veni ostendam tibi sponsam vxorem Agni.* Adesto charissime, En virgo pulcherrima, en puella elegantissima, sponsa Agni tunicis ornata polymitis pretiosissimis gemmis ad splendorem collucens, quæ quæso, puella hæc, quam illi gestis ostendere? *Ostendit mihi ciuitatem Hierusalem &c.* Hierusalem cœlestem, sole splendidiorem, luna pulchriorem, stellis venustiorem, immaculatam, sine ruga, sanam, nulla morborum tabe infectam, non debilem, sed omnigeno bonorum cumulo redundantem. Ioannes, *illam contemplare virginem, & tu Christiane, tibi hanc propone adolescentulam, iam, stet coram te, in sinu tuo conquiescat, in pectore tuo dormiat, vt* Abisag. Attolle lumina, contemplare, quæ eius gloria, quæ diuitiæ pulchritudo. Cor tuum, sinum tuum dilata, & tanto bono liberum præbeto ingressum. O quas tibi vires subministrabit, quàm intenso cor tuum calore succendet? quo robore, quo mentis vigore animam confortabit? *Si vis sustinere laborem, attende mercedem,* ait Diuus Augustinus. Contemplabantur Assyriani milites elegantissimam Iudith, & tantis formæ dotibus absorpti, exclamant: *Quis contemnat populum Hebræorum, qui tam decoras mu-* *In Ps.36.* *Iud.c.10.* *18.*
lieres habent, vt non pro eis merito pugnare contra *Lib.4.de*
eos debeamus? Perdoctè reuoluit D. Cyrill. *Adorat.*
Alexandrin. Verba Dauidis, quibus Iosephi decantat calamitatem, *In seruum venundatus est Ioseph:* *adfin.* *Psal.104.*
humiliauerunt in compedibus pedes eius, ferrum pertransiit animam eius, donec veniret verbum eius. Promiserat illi Deus per somnium prospera cuncta, dignitatum gradus, patris fratrumque incuruam adorationem, præcelsum dominium, diuitias immensas. dum rerum euentum, promissis diuinis congruum lætus præstolatur, ac sperat anhelus: auersa eum facie fortuna derisit: germani quippe fratres inuidia stimulati in seruum fratrem vendunt viginti argenteis Ismaelitis. *In seruum venundatus est Ioseph.* Quis eum dolor afflixit, dum recordatur patri se suo charissimum, eadem, qua fratres, natum libertate, quos paternis latibus attendit exultantes, liberosque, se verò ad extremam redactum seruitutem. Addo, à domini sui vxore ad venerem prouocatus suam conseruauit castitatem, ac pudicitiam dominique sui thorum seruauit immaculatum, Denique jura defendit: eius legum amator: at dum pro tanto munere, & fidelitatis obsequio digna esset mercede laureandus, eius vt vxoris stuprator accusatur, in carcerem mittitur, vinculis, catenisque constringitur, vt seruus impudens, domino iniurius, mortis reus conclamatur, excipitur, infamatur. O quanto conficiebatur dolore! *ferrum pertransiit animam eius.* Confossa languebat anima, corque tremulum mœstitiæ configebatur acerbissimi luctus clauo, cum hæc mente reuolueret tristissima. Quis ergo eum tot doloribus jactatum roborauit? quis vires cordi contulit luctuoso? quis languentem erexit spiritum? quis animum mœrore consumptum recreauit? *Eloquium Domini inflam-*
mauit eum.

Promissi Diuini meminit, dum in somnis regnum eiac eminens ostendit dominium, sub stellarum, ac tritici manipulorum figura, vidit enim solem, lunam, ac stellas, se adorantes, & cum fratribus suis frumenta demetens, vidit ab ipsis ligatos stantesque manipulos coram manipulo suo in terram procidentes. Hoc ei animum excitauit, roborauit, recreauit. Regnum (argumentatur Diuus Cyrillus) in somnis obiectum & visum latua contectum manipulorum, hoc in eo potuit, vt apud se hæc cogitans tandem illo potiar, tandem liber carceris soluar ergastulo, his pœnis eripiar, his vinculis leuabor, hac calumnia innocens exaltabor, regni diuitiis sublimis felixque glotiabor, hæc mihi Deus spopondit futura, grauia omnia illa atque aspera, mente tulerit infracta, animo virili, allectus spe futurorum: *Eloquium Domini inflammauit eum*; Quid non in nobis operabitur regnum, quod nobis proponit spondetque Deus, non regionis Ægypti, sed cœlorum, non breui periturum, sed æternum mansurum; regnum prælibatum non in somnis, sed excitato intellectu nostro ac illuminato, non in spicarum manipulis, sed in ipsa persona, vultu, ac corpore Redemptoris? hoc fierine potest ô Christiane, quòd oblato tibi quatuor assium lucro maria percurras, fora frequentes, itinera mille periculis obsita peragreris, quod ipse locus gradus honoris eminentioris intuitus, qui vitro fragilior, fumo euanescit inconstantior, tibi noctes adferat insomnes, ieiunos dies, tempus inquietum ac perturbatum, quod dignitatis vmbra imaginariæ in mille te cogat expensas, & cruciatus, quòd vilis, sordidus, & in honestus quem intendis, appetitus voluptuarius, tot te curis exedat, desideriis exagitet: tales autem diuitiæ, tanta dignitas, immensa regna, corporis mentisque delitiæ, te nec accendant, nec vires addant, torpeasque abiectus animo, velut alter Esau prophanus. *Parui pendens, quod primogenita venditisset?* Illa igitur intueamur. *Gen. 25. 34.*

§. 2. Assumpsit Iesus &c. *Ostendit Apostolis gloriam suam, sicut Ezechieli templum, vt populum excitet ad pœnitentiam.*

ET post dies sex assumpsit Iesus Petrum & Iacobum, & Ioannem, &c. Liquet omnibus tractatus D. Chrysost. quo inuestigat Christi mentem in hoc transfigurationis mysterio, quã *Hom. 57. in Matth.* ipse sensit eam fuisse, vt Apostolorum animos excitaret alacrius, ex prædictis etenim paucis ante diebus, animo despondere potuissent. Eos apud Cæsaream Philippi, de Diuinæ personæ suæ fide interrogauerat, & approbatur Principis Apostolorum conclusio Theologica, *Tu es Christus filius Dei viui.* Illico progreditur vlterius, præmonet illos de morte sua, crucis morte ignominiosa ac dolorosa: *Quia oportebat eum multa pati: &c* quodque qui illum sequi vellet, eiusque fieri discipulus, tolleret crucem suam, propriæ carnifex vitæ, eam oderet vt inimicam: crederent fide certa, eius aduentum gloriosum, maiestate splendidum, stipatum Angelis, qui amplissimis esset præmiis remuneraturus obsequentes: *Filius enim hominis venturus est in gloria, cum Angelis suis, & tunc reddet vnicuique, &c.* Ne vero illi obiiceretur illud quod olim Ezechieli ab Israelitis. *In longa tempora iste prophetat.* addit, quod ad eiusdem gloriæ spectaculum aliquos ex præsentium numero seligeret qui eius visionis potirentur gaudio, antequam hac vita mortali defungerentur, quibus, quam pollicebatur, gloriæ speciem spectandam exhiberet. *Sunt de hic stantibus qui non gustabunt mortem donec videant filium hominis in regno suo.* Quia vero Christus ita futurorum dat fidem, vt copiosius exœdat promissa, licet hanc in multa tempora potuisset differre visionem, cum pluribus annis adstantes superuixerint, tam festinato tamen hanc eis regni sui concessit visionem, vt non nisi sextiduum interlaberetur. *Et post dies sex assumpsit &c.* q. d. fateor operosum est, ac cum primis arduum, ferre crucem suam, carnem mortificare, flagellis cædere, eius carnificem agere, ieiuniis macerare, noctes ducere insomnes, perpeti persecutiones, patientiam seruare illæsam in dariosis impugnationibus: attamen præmium attende, tibi largiendum. Ad hoc tres elegit suos Apostolos, Petrum, Iacobum, & Ioannem, quos in montem ducit excelsum, vt regni sui fiant ac gloriæ speculatores, ipsique sint quibus suæ pandat cellitudinem maiestatis. *Matt. 16. 16.* *Ezech. 12. 22. 27.*

Hoc D. Petrus his verbis exposuit: *Non doctas fabulas secuti, notam fecimus vobis Domini Iesu Christi virtutem, & præsentiam, sed speculatores facti illius magnitudinis.* Speculatores elegit. Rei alicuius speculator ille proprie dicitur, qui rem attentione considerat singulari, vt eius postmodũ reddat rationem, & explicationẽ. *Speculatores illius magnitudinis.* Aliud D. Petro non occurrit nomẽ aptius, quo tantæ celsitudinis gloriã conueniẽtiu explicet, proinde illo hanc sic denominat: *Illius magnitudinis.* Elegit nos Deus speculato- *2. Pet. 1. 16.*

res, & assupsit, vt essemus speculatores, quales illi fuerunt, quos ex Dei præcepto elegit Moyses terræ promissionis speculatores, vt eam suis considerarent oculis, & populo redeuntes, redderent eius rationem, vt eum ad eiusdem animarent
Isa. 52.8. possessionem. Tales Deus mittere debebat, speculatores, prædixit Isaias vt eorum, quæ viderant, mundo redderent rationem: *Vox speculatorum tuorum.* Audiendi sunt, clare enim loquuntur. *Leuauerunt vocem, simul laudabunt:* Illisque secure fides adhibenda: *Quia oculo ad oculum videbunt:* nec enim visio imaginaria, neque phantasmatica, neque doctis atque ingeniosis fabulis ficta transformatio de Poetarum cerebro educta, sed visio manifesta, & ocularis. *Sed speculatores facti illius magnitudinis.* In hunc igitur finem *Assumpsit Iesus Petrum, &c.*

In c. 41. Ezech. Diuino plane consilio ac sapientia gestum censet D. Hier. id quod fecit Deus vt populi sui confractus vires restauraret, acerbioribus in Babylonia tribulationibus agitari, iusta criminum suorum exigeret vindicta, Dei populus captiuus in Babylonia detinebatur horum autem criminum ignari, & minus ea corrigentes, hanc impatienter ferebant seruitutem: hæc quippe nostra deplorada sors est, qui cum Dei flagella plus æquo mereamur, ea tamen minus patienter, æquoque animo, quinimo querueli, contumaces ac Dei beneplacito refractarii, toleremus. Vult benignus Deus animare populum; ad hoc assumit prophetam Ezechielem, raptumque spiritu, defert in altissimum montem, ostendit illi ciuitatem ad miraculum illustrissimam in quadro fitam, templo ornatam glorioßissimo, Cherubinis palmisque adornato, diuerso eoque innumero cultu, ac decore splendidissimo. In extasim rapitur Propheta, tantis diuitiis, tantaque gloria mirabundus. O Domine, quis tantus hic splendor? quæ tanta templi maiestas? Attentius templum intuere. In quem, quæso te, finem? ut hinc descendens, eorum quæ vidisti, populo meo reddas rationem, ne despondeant animo, sed his animentur, ac nouis viribus alacriores assumant pœnitentiam, perferant aduersitates, & onus
Ezech. 43. 10. tolerent seruitutis. *Ostende domui Israel,* (ita legunt septuaginta, vt notat D. Hier. *Domum & visionem illius & dispositionem eius, & confundant a peccatis suis, & ipsi sustinebunt tormentum suum.* Hoc idem agit hodie Christus, æterna Patris sapientia. Nouit nos aduersitatibus delassari, ieiunijs affligi, mortificationibus humiliari, continua cruce ferenda animo concidere. Tres classis suæ maxime perspicaces assumit Apostolos Petrum, Iacobum & Ioannem. Vt gloriam illam quam præparauit, contemplentur, quatenus illis hanc nobis proponentibus, & nobis ad illam oculos attollentibus, vitæ præsentis, & captiuitatia labores cum patientia sustineamus. *Fortabuntur tormenta sua.* Et in rei veritate, nihil est quod animæ robur addat inuictum, adpœnitentiæ labores, ieiuniorum inediam, mortificationum acerbitatem, ad grauia deuque omnia sustinenda, vt huius gloriæ contemplatio. *Si vis sustinere laborem* (inquit D. Aug.) *Attende mercedem. Nam & operarius in vinea deficeret, nisi attenderet, quid acceperurus esset. Cum autem attenderis, quid sis acceperurus, omnia tibi erunt vilia, qua pateris, nec digne æstimabis, pro quibus illud accipias, miraberis tanta dari, pro tanto labore: Nam vtique fratres pro æterna requie labor æternus subeundus erat: æternam felicitatem acceperurus, æternas passiones sustinere deberes &c. Tamen non solum voluit Deus temporalem laborem tuum, sed & breuem. &c.* Quid D. Stephano (quærit D. Au.) animum indidit, patienter ac libenter lapidũ grandinem capiti suo irruentem sustinendi, nisi id quod ipse testatur. *Ecce video cœlos apertos &c?*

D. Aug. *In Ps. 39. Tom. 3. in illud ADomino gressus hominis.*

L. Solilo. c. 22. Act. c. 7. 55.

Quis vires Laurentio ministrauit, vt prodigiosum illud craticulæ candentis perferret tormentum inuictus, nisi huius gloriæ contuitus? quis D. Vincentium lecto testaceis fragmentis constrato roborauit decumbentem? Quis quadragin ta Martyres stagno frigore nimio congelato recreauit iniectos? Quis D. Petr. in cruce, D. Paul. cæteroſque Martyres innumeros suis in supplicijs insuperabiles animauit? Quis in desertis Anachoritas, quis asperis contectos ciliciis, duriotibus pœnitentiæ operibus insudantes Monachos viribus amplauit? *Propter spem quæ reposita est vobis in cœlo*, acclamat Apostolus qui gloriæ cœlestis spem anchoræ comparat. Quid nauim tot inter læuientes fluctus detinet immobilem, quando contra eam insurgit furiosis suis flatibus nunc ille, nunc ventus alter, Euro, Fauonius, Austro teflat Septemtrio, quam modo vndarum volumina ad æra subleuant, modo ad ima profundi demergunt perituram? Anchora. Talis spes est. Nauis anchora terræ infigitur, eamque sistit inter vndas securam, si rupi ad mare s profundum adhæreſcat anchora vero spei firmiori agglutinatur fundamento, qui cœlo fulcitur, altissimis siderum rupibus affigitur; *Habemus spem tanquam anchoram animæ, tutam ac firmam, intrantem vsque ad interiora velaminis.* Quando ibidem vere ac serio figitur, nihil verendum, tuta est nauis mille licet obruta tempestatibus:

I. Gloriæ considerat io vires addidit Martyribus. *To. 8.*

Colo, c. 1. 5.

He. c. 6. 19.

6 Tales admiror dejectos hujus mundi pelagus enauigantes; qua enim ratione Iob tot diaboli sæuientis, ac sæpe repetitas potuisset illæsus perferre tempestates? Quibus artibus D Catharina virgo tenerrima stetit impetturbata, mente quieta tot inter feriſſimas rotas cuſpidibus armatas præacutis? quomodo tam alacris D. Agatha caldariæ pice ardenti demersa, vt exultans dicat: *Numquam in tota vita mea ita lætum est cor meum*? Quid D. Franciscum in tanta rerum inopia exhibet gloriantem? D. Dominicum Patriarcham Ordinis nostri, in hæreticorum persecutionibus, gaudio exilientem? D. Vincentium inter disciplinæ verba læte concinentem? Hanc tu sursum anchoram figito: sic monet D. Aug. *Spem in illam terram quasi anchoram præmisimus, ne in isto mari naufragemus.* Hæc te lætum reddet in pœnitentia, in persecutionibus infractum, in paupertate diuitem, in ieiuniis hilarem, & in piis operibus perseuerantem. Auditu iucunda verba sunt illa Dauidis quibus Psalmum concludit vigesimum sextum, quo seipsum delineat variis ac grauibus tempestatibus iactatum, & in iis a patentibus derelictum; *Pater meus & mater mea dereliquerunt me*: Falsis testibus accusatum quibus in populi totius ac Regis soceri sui indignationem inciderat maximam, quod præ cæteris sert ægertime vir honoratus: *Insurrexerunt in me testes iniqui, & mentita est iniquitas sibi* q.d (Interprete Genebrardo) antequam in me sua profetrent testimonia, inter se illa composuerant ac conuenerant, quo magis ea ad veritatem inclinarent, & in Dauidis grauius vergerent ipsa præiudicium. *Mentita est iniquitas sibi, id est, studiose apud se mendacium composuerunt, attente sunt meditati, vt ea persuaderent.* Quid adhoc o Dauid, quid consili? Hac in decumana quietus sedeo tempestate: quid te detinet sedatum? spes. *Credo videre bona Domini in terra viuentium.* Video cuncta hæc tandem finienda & ad summum paucis diebus iduratura, & illa quæ hac perfero patientia, Dei bona, Dei regna. Dei gloriam me spero consecuturum In Hebræo phrasis quædam est loquendi rara: *Nisi credidissem videre bona Domini.* Modus est loquendi, qui cum sit imperfectus, maiorem habet Emphasim; sicut quoque loqueris, nisi attenderem quis essem, nisi ego sperarem quod talis redderet rationem, q. d. Nisi oculos meos attollerem, vt ea contemplarer bona, quæ me manent, qua ratione ea quæ modo sustineo, sustinerem? qua ratione tali ferendo ponderi mihi vires sufficerent? illuc oculos sursum attolle, & te posse mundi grauissima perferre obstupesces. Imo & ipse Christus cœli fortitudo, ipsa cœli, regnique sui contemplatione, ad ferendam, tantam, quantam tulit crucem, fortius animatur *Qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione contempta.* Heb.12.2

D. Augu In Ps. 64. Tom. 8.

Psal. 26.

Ps. 16. 13.

§. 2. *Vt valde profi.uam ordinauit Deus Dauidi cælestis gloriæ contemplationem, & hanc nobis desiderat D. Paulus Apostolus.*

ERat autem illud remedium, vtpote cæteris efficacius, quod optabat *D.* Paul. Ephesianis, illisque ad Deo dari deposcebat. *Non cesso gratias agere pro vobis memoriam vestri faciens in orationibus meis.* Et quid pro eis exposulas o diue Apostole? *Vt Deus Domini nostri Iesu Christi pater gloriæ, det vobis spiritum sapientiæ & reuelationis, in agnitione eius, illuminatos oculos cordis vestri, vt scitis, quæ sit spes vocationis eius, & quæ diuitiæ gloriæ hereditatis in Sanctis eius.* Nullum lego hic verbum quod infinitis non abundet mysteriis, attamen omnibus præteritis, id tantum asserо, Apostolum hic alludere colloquio Dauidis cum Deo. Totum eum onerabant aduersitates, socer eius Saul, Philisthinus iam absolutus, ob deiectum a Dauide prostratumque Goliath, qui eum honoribus attollere, fidemque promissis dare debuerat, in eum insurgit inhumanus, perdius & pernox cum insequitur, subditus ei populus a manu sumit rebellis, ex vtero natus eius filius Absalon, ad eas patrem cogit angustias, vt necesse sit fuga sibi consulere, proprio discedere palatio, per nulla & incerta vagari profugum. *Circumdederunt me mala quorum non est numerus.* Tantis igitur malis implicitus, ad Deum confugit. *Tu es refugium meum a tribulatione, quæ circumdedit me, exultatio mea, erue me a circumdantibus me,* Omnes in me bella mouent, Domine, creaturæ, tu solus refugium meum vnicum solamen, ad te recurro exultatio mea, gaudium meum, honor meus, libera me a circumdantibus me tribulationibus. 7 Ephes. c. 1. 16. Ps. 39. 13. 31. 7.

Hoc tibi agendum dum æruminabili curarum robore discruciaris, dum totum mundum pateris aduersarium: ad Deum confuge, coram eo prostratus ingemisce, exclama, supplica: *Tu es refugium meum &c. Erue me.* Ita Dauid ad Deum recurrit. Num illi Deus respondit? vtique. Præstitit auxilium? qua ratione? a tribulationibus eruit?

uit? disperdidit inimicos? Nequaquam, at vero præscripsiti illi remedium vtilissimum, intellectus sui illuminauit aciem luce quadam superna, qua tribulationum illarum cerneret finem, bonum infinitum, cœlestemque gloriam, ad quã his tribulationibus via sternitur tutissima. O quantum beneficium, si cui hoc Deus concedit; suam Dauid declamat felicitatem; *Dominus pars hereditatis meæ, & calicis mei.* O Dauid, an hanc sortem credis esse prosperam? Credo: & ob hanc gratias Deo agam immortales: *Benedicam Dominum, qui tribuit mihi intellectum.* Magnum enim mihi censeo collatum a Deo beneficium, cum mihi donum tale concesserit De quo doctissime tractat D. Thomas: & cum tale sit, quasi delectum agit Deus eorum, quæ Dauidi addicit exhibenda; *Intellectum tibi dabo, & instruam te in via hac qua gradieris, firmabo super te oculos meos.* Quæ inquam, via sit qua ad gloriam tenditur & pro momentaneis laboribus requies datur sempiterna, *Intellectum tibi dabo*, quo de his iuste possis veraciterque diiudicare.

Proponitur nobis pia D. Augustini exhortatio. *Foderunt ante faciem meam foueam. Intendite fratres mei,* (inquit ille) *Christianos oculos habete, solite decipi visibilibus* (& statim) *Noli habere oculos Paganorum Christianos oculos habe.* Quam clare vident fide oculi illuminati? Vt oculi Diui Pauli. Qui gloriam videt in tribulationibus Diuus Bernardus verba expendit. Diui Pauli: *Gloriamur in spe gloriæ, non solum autem, sed & gloriamur in tribulationibus.* Ne intellexeris hanc a prima differre glorationem, sed rationem exponit, quæ sit cur tribulationibus gloriæ spes includatur. *Non altera gloriatio commendatur, sed additur vbi spes gloriæ, quidem in tribulationibus spes gloriæ, imo & in ipsa tribulatione gloria continetur Sicut spes fructus in semine sic & ipse fructus in semine est.* (Quod probat elucidans hæc alia eiusdem verba:) *Quod momentaneum, est & leue, æternum gloriæ pondus operatur. Non dixit, Remunerabitur, sed æternum gloriæ pondus operatur in nobis. Latet gloria, fratres mei, abscondita nobis est in tribulatione, in momentaneo hoc latet æternitas, in hoc leui pondus sublime, & supra modum, in hoc mundo regnum Dei intra nos est, thesaurus ingens in fictili vase, in agro vitæ est inquam, sed absconditum est. Felix qui ibi inuenerit illud Oculus fidei inuenit hunc thesaurum, non secundum faciem iudicans, sed videns, quæ non apparent, &c.*

Hanc hominis lugeo calamitatem, qui in pœnis hoc tantum attendit, quod ex illis superficialiter offertur, & oculi sensusque cernunt corporales, proinde ipsas odit ærumnas, & suas sequitur voluptates: *Intellectum tibi dabo*, (promittit Deus) quibus illas perscruteris, & sub pœnis gloriam, sub laboribus quietem, sub mortificatione mentis gaudium, sub morte vitam meditaris sempiternam. *Id enim* (asseuerat Apostolus) *quod in præsenti est momentaneum, & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis, non contemplantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur: Quæ enim videntur, temporalia sunt, quæ autem non videntur, æterna sunt. Dabo tibi.* (ad struit Deus) *intellectum*, quo non iudices secundum id quod exteriores vident oculi, hoc enim est, in quo melior boni pars iusto consistit, *Quod non secundum visionem oculorum iudicabit.* Sed intellectu superna luce collustrato, qui finem ac coronam perscrutetur, ad quam nos ducit semita calamitatum. Hac ratione adeo crescebat animus Dauidi, tantoque mentis ardore suis crucem imponere humeris, vt eam exoscularetur, illa exultaret, & quo vehementior ingruebat persecutio, eo esset excitatior, & quo tribulatio vehementior, eo quietior, vt præ gaudio dicat: *Tribulationem & dolorem inueni.* Quasi tribulatione inuenta, nos inuitet, vt illi congratulemur, vt alia quæ dicebat, *Congratulamini mihi, quia inueni dragmam, quam perdideram.* His igitur ad nos conuersus, omnes exhortatur: *Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus.* O homines compotes rationis, ne de rebus, vt animalia, iudicetis, quibus aliud non est principium illas discernendi, nisi sensus oculique corporales, quibus cum diiudicent, laboras, flagella, lectos asperiores, stricta ieiunia, mordacos disciplinas, ærumnas affligentes exhorrescunt, suisque student voluptatibus: vos vero illuminato intellectu de illis sentite in veritate, finem & exitum attendite, ad quem vos Deus creauit, qualis ille non est, vt vitæ huius bonis fruamini temporalibus, sed æternis; & hanc esse viam illa consequendi, crucem, mortificationem, labores, ærumnas, lachrymas, & sub infirmitate latere salutem, sub paupertate temporali, æternas diuitias, & sub huius vitæ lachrymis, futuræ consolationem.

Receptior est opinio, quam certior, quæ docet operari solis lucem in quorumdam oculis, quando pleno & inoffenso lumine illis irradiat. Quo tempore vir lynceus, quem hispani vocant *Zahories* ambulat in vmbra, licet videat, ea tamen solummodo videt, quæ sunt in superficie terræ, & quæ

Ps. 15. 5.

2. Co. 4. 17

Isa. 11. 3.

Ps. 114. 3

Luc. 15. 6

8

quæ oculis suis patent; videt spinas, tribulos, ericeta, terram, quæ illi non nisi fimetum videntur: quocirca illa transit vilipendens. Attamen luce solis illi irradiante, sub terra septem detegit feries, in profundis gurgitibus aquarum clare videt fluentem, & auri primi diuites fodinas, ac thesauros absconditos, dicens: hic fistite, hic quiescite, hic terram eruite, fodite, sub hac etenim terra arida, aquas video limpidissimas, & sub illis limpidissimis lapidibus thesauros pretiosos. Hanc nobis optat lucem, hos oculos D. Paul. perspicaces, Lynceos, qui profunda penetrent, nec in spinarum, tribulorum, ericetorum hæreant superficie, laborum, pœnarum, aduersitatum, sed quæ sub eis latent abscondita diligentius explorent. *Domini nostri Iesu Christi Deus Pater gloriæ, det vobis spiritum sapientiæ, & reuelationis in agnitione eius, illuminatos oculos cordis vestri.* Eleganter ac subtiliter Apostolus, vt dicat, quod Deum rogaret, vt oculos cordis eorum illuminaret ad bonorum cœlestium ac gloriæ agnitionem, illum vocat, *Deus, Pater gloriæ* quo declaret, ad cœlestis, supernique boni cognitionem, nec lucem sufficere naturalem, nec creati intellectus acumen, etiam Angelici, sed quod lux requiratur superna, cœlestis, supernaturalis, & splendor quidem eiusdem gloriæ: sicut ad lucem solis intuendam, nec faces, nec igues nec candelæ, nec totius orbis sufficiunt luminaria, sed radius quidam qui de eodem procedat sole est necessarius.

I. Similitudo.

Eph.c.1.17.

Proinde idem probat Apostolus, exponens fidei necessitatem, dum ait: *Est fides substantia rerum sperandarum, argumentum non apparentium.* Hæc necessaria est, non talis, qualis, sed viua, illuminata, ardens charitate. Illuminet pater gloriæ oculos cordis vestri, luce sua supernaturali, qua finem vestrum exploretis, ac quæ sint illa bona cognoscatis, ad quæ vos Deus vocauit: *Vt sciatis quæ sit spes vocationis vestræ*: Hoc nomine frequentius appellat Apostolus Christianos: *Vocatos. Nos prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem, stultitiam: ipsis autem vocatis Iudæis atque Græcis, Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam.* Christi mysterium crucifixi Iudæis lapis est offensionis, Gentibus stultitiæ obiectum paradigma, *Ipsis autem vocatis &c.* Qui sunt hi vocati? Christiani: Vocationem primum signat effectum Apostolus prædestinationis. *Quos prædestinauit, hos & vocauit.* Ad vineæ culturam illos vocauit, quibus stipendium præ-

Hebr.c.11.1.

1 Cor.1.23

Rom.c.8.29.

destinarat. Ad nuptias vocauit, quos eis vesci præoptabat: *Vocauit nos vocatione sua sancta, non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum & gratiam.* Hoc ore Deum & patrem gloriæ, (inquit Apostolus) vt suam vobis infundat lucem, vestros illuminet oculos, ut ea cognoscatis bona, ad quæ vos vocando prædestinauit. O quam fructuose tempus impensum, quam foret o Christiane vtilis occupatio, si aliquoties imo sæpius oculos erigeres intellectus, fidei luce reboratus, attenderes diligentius, in quem me finem Deus vocauit, ad Ecclesiam? Ad quid baptizatus Christianus? quale mihi præmium offertur? quis viæ terminus quam ingredior? quæ spes vocationis meæ? quæ mihi Deus bona pollicetur? quæ mihi ob oculos gaudia proponuntur? *Quæ sit spes vocationis vestræ, & quæ diuitiæ eius in sanctis?* Quanta gloria, charissime, ad quam te vocauit? quantæ diuitiæ, honor quantus? num forte ad hoc te vocauit, vt auri, & argenti censibus, cumulisque ditet Iudiarum? Num ut areas offerat, gemmis turgidas pretiosissimis? Num vt comitatu, ciuitatum Dominio & titulis exaltet dignitatum? Num forte vt capiti coronas imponat regales, vel ter augustas? Num forte solem, lunam, & splendidissima mundi donabit luminaria? Hæc omnia nihil sunt, sordes sunt, puluis sunt: ad quæ vero te vocauit, diuitiæ sunt eius, eius gloria, totum eius regnum. Si diuitiæ conueniunt possessori, si regnum conforme regi, si dominium Domino, quales erunt Dei diuitiæ? quale Dei regnum? quale Dei? dominium? ad hoc te vocauit, vt dominum te faciat totius domus suæ, vt te regnorum suorum omnium creet regem, vt omnium te scribat diuitiarum ex asse possessorem.

§. 4. *In baptismo cælorum efficimur candidati: quod Abbas Moyses docuit poni nostrarum fundamentum actionum.*

FVse lateque diximus alibi de ceremoniis, quibus Sancta mater Ecclesia a Spiritu Sancto edocta vtitur in administrando S. Baptismatis Sacramento, quodque purum baptizatum alba induit veste sacroque perungit oleo. Prima ceremonia vestis albæ sumpta dicitur

2. Tim.c.1 9.

Tract. 3. n. 14. & 15. & Tract. 8 n. 42. & 43.

Li. de coro-na milit. dicitur teste Tertullian. ex Romanis Gentilibus, inter quos qui ad dignitatem adspirabat, veste candida induebatur, dicebaturque Candidatus, quæ vestis eum iugiter admonebat eius vitæ quam ducere tenebatur, morumque integritatis quâ cæteris præfulgeret, vt ait Cicero, *Cicero. Ad fratr.* & eo ipso, quo quis dignitatem ambiebat, hacque veste candida indutus videbatur, seipsum adstringebat ne vile quid, aut abiectum ageret, aut minus ei conueniens, quod agere tenebatur, ille qui tantam ambiret dignitatem.

I. Quid vestis alba, & vnctio significet in baptizatis.

Secunda nimirum vnctionis, à populo Dei mutuata dicitur, apud quē qui in culmine ponebatur regio Sacramenta suscipiebat vnctionis, quæ ceremonia primum ius dabat ac titulum ad regnum, vt patet in prima illa vnctione, qua *1. Reg. 9.* Samuel Saülem vnxit in regem & ducem po- *1. Reg. 10.* puli, deinde quâ sacrauit Dauidem. Iterum dum *3. Reg. 1.* Nathan Salomonem vngit: & alius Prophe- *4 Reg 9.* ta Iesu. Denique qua Ioiadas sacerdos Ioas sexen- *4 Reg. 11.* tem liniebat.

Hoc autem ad prodigium accidebat, quod cum sæpè is, qui ad thronum regium vngebatur, homo esset abiectus litteris moribusque non satis initiatus, ipsa susceptæ vnctionis, in virum alterum mutaretur, tam cogitaret sublimia, loqueretur digna rege, cunctaque militaria munera accuratissimè obiret: vt exemplo probatur in Saüle, qui cum mutionem ageret, eo cuncta eius studia ac cogitationes dirigebantur, quibus asinas ac patris iumenta modo- *1. Reg. 10.* raretur: vnctus autem in Regem: *Immutauit* *9.* *ei Deus cor aliud.* Vt reiectis prioribus studiis vtique vilioribus, & maiestate regia minùs dignis iam nihil antiquius haberet, quàm ea agere, quæ ad Reipublicæ commodum faciunt, exercitus conscribere, ciuitates oppugnare, regna subiicere, curias erigere, nihil non regium meditari. Hinc illa Isaiæ innititur propositio: *Isai. 32. 8.* *Princeps, ea quæ digna sunt principe, cogitabit.* Hoc tecum agitur ô Christiane. O si lynceis spectaret oculis, ad quid te Deus vocauit in baptismatis Sacramento: *quæ sit spes vocationis vestræ*: vocauit te, ad minus nihil, quàm vt regnorum sis rex cœlestium, diuinorum, æternorum, quorum comparatione cuncta mundi regna etiam opulentissima puluis sunt, scoria sunt, vanitas sunt, vmbra sunt. Ad hoc candida indueris veste, illorum regnorum Candidatus; vt hæc die noctuque animum tuum pulset, ac memineris, quod talis tibi vita sit instituenda, quæ virum decet, qui præclara meditatur, altiora petit, primas venatur cathedras, sedesque dignitatum. Quem non risum Romæ vir ille concitaret, (vt fratri suo Quinto scribit Cicero Princeps eloquentiæ, consulatus Romani candidato exponens, quâ sibi sit deinceps viuendum cautione) qui candidam vestem assumeret, qua se supremi magistratus, summorumque graduum vrbis illius Imperialis signaret candidatum, si omne eius studium non in aliud tenderet, quàm vt stipulas per vrbis plateas colligeret, illarum se luto oneraret, tabulorum pulueres euerreret, anhelus atomos in solis radiis apparentes exciperet volitantes? Te S. Chrismatis vngunt oleo in corpore in signum vnctionis, qua Spiritus sanctus animam tuam oleo suæ diuinæ gratiæ perungit, vt ait Apostolus: in tanti muneris pignus, nimirum *2. Cor. 1.* Diuinæ naturæ participationis, (teste D. Petro) *2. Petr. 1.* per quam verè filius Dei constitueris, & diuinæ substantiæ gaudes participatione, qua te suorum ex asse regnorum assumit heredem. *Si filij Rom. 8.* *& heredes, &c.* Vtinam hæc attenderes, vti- *17.* nam qualis sit gloria considerares, quale regnum, quæ magnitudo, quæ dignitas, & tales tnæ forent cogitationes, quales eius sunt, qui regni talis ambit dignitatem; qui factus est Candidatus, Princeps, heres talium diuitiarum. Quod si Principem Dominum nostrum, Paternorum heredem regnorum cerneres intentum, sollicitum, anxium quærendis auricalco, ligularum, cuspidibus, acubus, & spicillorum fragminibus, lignorum segminibus, per terram voluaretur, fimetis se conspurcaret, quid diceres? O Princeps serenissimè, perpende cuius sis filius, qua te Deus præ cæteris præuenit benedictione, vt Patris tui regnorum heres nascereris, regnorum inquam quibus nulla dit ora, nulla latiora, nulla præclariora. Hanc miseram nostram sortem lamentabatur Dauid, dum ait: *Filij hominum vsquequò graui* *corde, vt quid diligitis vanitatem, & quæritis* *mendacium? Scitote quia mirificauit Dominus sanctum suum*, verba hæc, *Filij hominum* legunt alij ex Hebræo: *Filij viri inclyti*, capiunt verò quidam hoc, quasi illis in memoriam reduceret, quòd filij essent viri illius inclyti Abrahæ: Tali parente geniti, viri, quos Deus spe tali ditauit, quasi filios Abrahæ benedixit, vsque quo studia, curasque vestras impenditis futilibus, nugis, crepundiis risu dignissimis? Scitote ad quantam Deus iustum euehat eminentiam; *Scitote, quia mirificauit Dominus sanctum suum*; quid sit quod tibi condixerit, ad quid vocauerit? quid prætendas? quis tuus sit finis. Hinc collige,

quòd talis tua debeat esse sollicitudo, exercitia talia, consormes actiones. Propterea oro, vt

Ephes. c. 1. 16. *Deus Domini nostri Iesu Pater gloriæ, det, &c. illuminatos oculos cordis vestri, vt sciatis quæ sit spes vocationis eius.*

☞ 10. *Lib. 1. Collat. in principi.* Memoratu dignam veneror doctrinam, quâ S. Abbas Moyses suos instruxit & vt talè proponit Cassianus Collationum suarum exordium: erant etenim hæ Collationes, colloquia quædam amica, seu discursus familiares, quibus prisci Monachi se mutuo ad virtutum exercitium, & perseuerantem in Dei obsequio famulatum cohortabantur. Abundabant Schyræ studiosissimis illis religiosis, qui eò confugerant, mundi fugientes vanitatem: quorum aliqui solitarij viuebant, nullis terrenis comitibus, sed cœlestibus stipati; in cœlo quippè corde & anima morabantur, terram fastidientes; quidam autem in Monasteriis vitam agebant socialem, ita piis operibus, ac virtutum exercitiis dediti, vt eorum vnumquodque Monasterium cœlestium apium esset studiosissimum aluearium, quæ Sacræ Scripturæ & piorum operum floribus obertantes ac insidentes admirandos, dulcissimosque quarumlibet virtutum fauos conficiebant. Inter cæteros caput efferebat Abbas Moyses, vir non inferior moribus quàm litteris, qui licet paucis loqueretur, singula tamen eius verba emphasim eructabât singularem. Eius videndi cupidus Abbas Cassianus, comite alio Abbate Germano viro probitate celebri ad eius cellam tetendit: quo cum peruenissent, humiliter institerunt, vt aliquod eis ædificationis verbum proponeret. Tacebat Abbas Moyses: & quo strictius seruabat silentium, eo hospites aduenæ spiritu ardentiori pedibus eius prouoluti postulabant, vt eis ad vitæ spiritualis incrementum quandam prælegeret lectionem, idque tãtis obortis lachrymis, vt eorum repelli re non potuerit petitionẽ, tum ille, nostis, inquit filij charissimi; quòd quotquot in mundo viuunt, ad aliquid aspirent, & qui que suas ita disponit, dirigitque actiones, vt suam promoueat intentionem, & quod prætendit facilius assequatur. Is qui litibus intricatur, hæc eius est intentio, vt sententiam in sui fauorem eliciat, nullum propterea non mouet lapidem, quem putat intentioni suæ esse necessarium, consulit legis peritos, scripta reuolut, curias percurrit, sollicitat procuratores. Mens ea est agricolæ, vt frugiferam & abundantem colligat messem, eò cuncta tẽdunt illius studia, quatenus eam assequatur, arat terram, rigat, seminat liberali manu, nulla timet hyemis frigora, nullis abigitur imbribus, nullo terretur tonitru, nullis caloribus otio nullo obliteſcit. Mercator, cuius vnicus scopus est lucrum, vt illud assequatur, res omnes officiosissimè curat, quas nouit scopo conuenire, nundinas frequentat, suas habet correspondentias, ianimedia visitat, mercatum inquirit, pretium ac merciũ in qualibet ciuitate copiam inuestigat. Nos autem Christiani, præsertim verò religiosi nostram etiam habemus intentionem: extra namque dubium est, nos lege professionis non adstringi, nisi præhabita intentione. Respondete mihi, quis est scopus vester, quis omnium finis actionum? *Respondete mihi quæ sit destinatio vestra, vel finis?* Respondent. Nemo vertit hoc in quæstionem destinatio nostra, finis noster est regnum cœlorum. Optima responsio, inquit Abbas Moyses. Hanc igitur vobis præscribo lectionem, vt viuatis ea ratione quâ illi, qui talia prætendunt: hunc vobis scopum quotidie ob mentis oculos ponite, quem si veraciter ac sincerè cognoscatis, ac interdatis, hic quid vobis sit agendum apertè demonstrabit, qualesq, vestras esse conueniat actiones. Ambire regnum cœlorum, & terrenis affici, ad regnum velle tendere cœlorũ, & viam ingredi perditionis, sibi non correspondent, non conueniunt. Ducis, quæso, multum perpende actiones, cui scopus est regnum aliquod obtinere: nec somno parcit, nec labore fatigatur, nec periculo terretur, his per diem occupatur, de hoc noctibus semuat; dum tacet, hanc secum fouet voluntatem. Si ad perituri regni possessionem neutiquam dormiatur, tot bella instruantur, in tot pericula incurratur, tot edantur strata gemata: quàm non accuratâ operâ vobis vtendum; vt regni illius tandem situs possessores, quod nobis tot præclarissimis epithetis S. pagina proponit eminentissimum. Hæc consideratio Christiano proponitur, vt primum fundamentum: *Accedentem ad Deum oportet credere: quia est, & inquirentibus se remunerator sit.* Pari passu procedunt, Deum esse, & quòd nos in hoc mundo creauerit, vt ei seruiamus vt hoc modo nos remuneret.

II. Similitudo. *Heb. c. 11. 6.*

Hoc medio Deus vsus est, dum Abrahamo mandat, de terra sua, quam incolebat, egrederetur. Hoc opus, hic labor est; ducit illum in terram Chanaan plenã difficultatibus. Quò momentò illam ingreditur, ei apparet, ac promittit. *Semini tuo dabo terram hanc.* Terra erat frugũ feracissima. Ne credideris, quod re eduxerim vt incognitus & obscurus lateas, pereat q. tui nomi-

» *Gen. 12 7.*

nominuis memoria. Absit. Tribulationes pertulisti graues, sunt & aliæ tibi sustinendæ, verumtamen scito quod, *semini tuo dabo terram hanc.* Exemplo, *ædificauit ibi altare Domino.* Primum in ea regione erectum altare: censent autem quidam apud Cornelium, quod omnes familiares suos conuocauit, notos ac peregrinos, quibus Dei prædicauit magnalia, sibique præstitum beneficium: vtinam hoc in te videamus, vt beneficiorum Dei memoriam seruares indelebilem, dum tibi proponit ac spondet terram illam cœlestis gloriæ electis suis seruisque præparatam. Hoc altare ædificauit Abraham in limitaneis agris terræ Chanaan. Primum; ait D. Chrys. in gratiarum actionem. Secundum: in perpetuam promissi memoriam, eiusque quod Deus illi condixerat, quo vehementius eum excitaret, eoque suas dirigeret actiones, quo posteri sui terram hanc possiderent, regni cœlestis hyeroglyphicum, quod nobis propria diligentia promittitur acquirendum. D. Petr. hoc vocat: *Hereditatem incorruptibilem, & incontaminatam & immarcessibilem conseruatam in cœlis.* D Paulus, *Regnum immobile.* Christus: *gaudium Domini.* Non te fatigat, o Christiane, noctes ducere insomnes, vt tua fruaris voluptate; laboribus impensisque non parcis, quando diuitem speras obtinere hereditatē, & te cruciat vel minimus labor, Dei regnum intendentem? Non lucidis hoc oculis comtemplatis. *Oro Deum gloriæ, &c illuminatos oculos cordis vestri, vt sciatis, quæ sit spes vocationis eius,* &c.

1. Pet. 1. 4. Hebr. c. 12. 28. Matt. 25. 21.

II

(a) De los tejados abajo. Phil. 3. v. 8.

Perfectissime hoc executus est D. Paulus multa referens de quibus merito posset gloriari de iis quæ sub cœlo sunt, aut naturæ dotibus, de doctrina, de optima indole, de honore quo colebatur. (a) Porro *omnia arbitratus sum, vt stercora:* in comparatione eius quod ambio, *sequor autem si quomodo comprehendam, in quo & comprehensus sum a Christo.* Cuncta ad tergum reiicio, & totis procurro viribus, vt nihil sit quod me remoretur. Et quid hoc est? *In quo & comprehensus sum a Christo* D. Thom. tres dat expositiones; Harum vnam indicat D. Chrysost. Apostolum meminisse eius, quod sibi in conuersione sua obtigerat, dum spirans cædis ac minarum, nedum a Christo fugeret, sed & ipsum insequeretur: descendit Christus de cœlo, eique manus iniecit violentas. *Comprehensus sum a Christo,* quam sincere? quam serio? quantis viribus? quod eum deiecerit, quod mutauerit, quod Apostolum creauerit. At quomodo? seipsum Paulo demonstrans. *Quis es Domine? Ego sum Iesus quem tu persequeris.* Attende qua ratione illud exaggeret & explanet, *comprehendam & comprehensus sum,* suæ conuersionis historia. *In quo & comprehensus sum,* ait D. Thom. *In illa gloria, qua mihi apparuit,* quando conuersus sum. Tunc quando, *Raptus est in tertium cœlum.* Non minus quam ad tertium rapiebatur cœlum, illamque ibidem intuebatur gloriam. Id quod vidi, scopus meus est ac finis, quem prætendo. *Sequor si quomodo comprehendam:* ad illum curro, sicut qui fugit, vt comprehendam, quo signet affectum, ac diligentiam, qua finis ille prætendēdus. *Vnum autem, quæ retro sunt obliuiscens, ad ea vero quæ sunt priora extendens meipsum, ad destinatum persequor ad brauium supernæ vocationis Dei in Christo Iesu.* Triplici sensu explicat, quoque D. Thom. hunc locum. Primus sensus est: q. d. *Prosequor vnum.* Omnium oblitus, ab omnibus oculos auertens, illos tantummodo designo in præmium, quod vnicum est, ad quod curro, *Vnum autem* hoc semper intueor. Vide qua ratione curiat. *Persequor, extendens meipsum* Significat (interprete D. Chrysost.) affectum quo currit. *Hic enim extendere se dicitur, qui pedes, licet currentes reliquo corpore anteuertere studet seque inclinat in anteriora, manusque protendit, vt aliquando etiam plus spatii faciat.* Sic currendum viro Christiano: ait D. Chrysostom. verumtamen quantum inter D. Paulum, & nos discrimen! *Quantum inter eum, qui hoc modo currit & inter eum, qui iacet supinus interest, tantum inter Paulum & nos.* O pudor, o dolor! Currit D. Paulus, quia præmium intuetur. O quale præmium! *Brauium supernæ vocationis:* nos creauit, vocauit, tantus præparauit rex brauium tale, quo vt perfruamur misit filium suum, dedit vitam, profudit sanguinem, *in Christo Iesu.* Num forte palmæ ramus: væ nobis, ait D. Chrysost. qui illud de longe intuemur, proinde paruum iudicamus. *Longinquitas facit, vt brauium appareat exiguum quodnam illud est? Non ramus palmæ, sed regnum cœlorum, requies sempiterna, clara cum Christo hereditas, fraternitas, innumerabilia bona, quæ verbis exponi non possunt. Palma illius pulchritudinem explicari nefas est. solus ille nouit, qui obtinet. Aurum præ illo, lutum est, lapides pretiosi præ illa pulchritudine, lateres sunt.* Vidit hæc D. Paulus. Illo dirigendi sunt oculi. *Vnum autem,* vt vero hoc videamus, nobisque Christus explicet, subit in montem, ternos secum ducens Apostolos Petrum, Iacobum & Ioannem.

D. Chr. Ho. 11. in Epist. ad Phi. Tom. 4.

III. Quid sit seipsum extendere

D. Chr

§. 5. In montem excelsum &c. *Vt bonis cælestibus perfruaris secede, & similis esto piscibus, qui pennulas habent, quos Deus vt mundos habet.*

12 SI eam Christus habeat intentionem ostendendi gloriam suam, vt homines ad labores excitet alacriores, ad quid (inquies) reuelat in montem altum segregatum ac soli arium: *Duxit illos in montem excelsum seorsum.* An non expediuisset vt huic spectaculo frequentatissimam plateam Hierusalem elegisset, & diem Paschatis, aut festi celebrioris, ad quod totus orbis gregatim conueniret An non congruentior vrbs fuisset Capharnaum emporium amplissimum, quo multæ variæque hominum nationes mercatus ac negotiorum causa confluebant? mercator, qui polymita sua, telas pretiosissimas vendere desiderat, non eas exponit venales in deserto solitario, sed loce quærit maximæ culta, ciuium multitudine inhabitata, Nauis ditissimis meretibus grauida, vela non contrahit, non iacit anchoram ad præcipitii pedem, nec ad glebam decortatam, sed sistit ad frequemtiam populi, & numerosum concursum nationum. Loca hæc Christi proposito minime conueniebant. Intendit cœli gloriam explicare, eiu que vel exiguas delicias gustandas proponere, ad hoc vero minime ille congruit locus, vbi suum habet mundus confabulatorium. Discrepant, quinimo & inimici sunt iurati, ac contrariis incedunt viis cœlum & mundus. In mundo regnat caro, eiusque deordinatus appetitus; in cœlo spiritus, res spirituales, proinde illas mundus nequaquam capit. *Animalis homo non percipit, quæ sunt spiritus Dei:* Dixit olim Christus Iudæis, *Quo ego vado, vos non potestis venire.* Commouentur, obiiciunt: Quid hic vult dicere? quo hic iturus est, quo eum sequi non possumus? Respondet Christus. *Vos de deorsum estis, ego de superus sum: vos de mundo hoc estis, ego non sum de hoc mundo.* Oppositam viam ingredimur: ego cœli, vos terræ, non conuenimus; ego spiritualis vos carnales, non conuenimus: ego sursum tendo, vos vt arbores terrenæ radices mittitis ad terræ inferiora, non conuenimus. Continua feruet inimicitia inter mundum eiusque voluntates, cœlestesque diuitias. *Amicus huius sæculi inimicus Dei constituitur.* Proinde tam longissime absunt mundi dilectores a rerum cœlestium suauissimo gustu, vt hunc illis Christus impossibilem statuat, dum suis promittit Spiritum Sanctum consolatorem: *Mittam vobis Paraclytum &c. Quem mundus non potest accipere: quia non videt eum, nec scit eum.* Aduentus eius capax non est, sicut nec consolationum diuinarum eum nec scit, nec magnifacit, nec degustat. Quid tanti facit homo sensuum deliciis immersus delicias spirituales, quibus Deus fidelem animam in oratione perfundit? Quid curat auarus terrenis arcarum suarum diuitiis inbians, bona cœlestia, quibus anima ditescit? Si Christus aduenisset delicias promittens carnales opes auri & argenti, arua, census, in hoc mundo honorum dignitates, vtique conueniret, vt loca seligeret celebriora, vrbes populosas, vt vero cœlestes aperiat thesauros, mundi tumultibus excedit, ad solitaria secedit loca: non enim cœli gaudiis perfunduntur nisi qui mundi tumultibus excedunt, nec illis Deus suas communicat delicias, nisi qui terrenas deserunt vanitates.

1. Cor. 2. 14. Ioa. 8. 22. Iac. 4. 4. Ioa. 14. 17

Diuinam Moysi attendite historiam. Soceri sui pascebat gregem in terra Madian, vir quippe erat diuitiarum abundantia clarus. Apparere illi vult Deus, ad sui populique recreationem in figura rubi ardentis, at exspectat donec terra Madian eiusque confinibus egrediatus, imo & regiis viis, & gregem minet ad interiora deserti, loca secretiora. *Dum minaret gregem ad interiora deserti.* Vidit cœleste mysterium, *Visionem magnam.* Hic illi Deus familiariter colloquitur, suum indicat nomen, apparet manifestus, gratiam suam, ac diuinum promittit subsidium. Indubium est o Christiane Diuinum nequaquam tibi aderit sul sidium, quamdiu potentiarum tuarum, sensuum, ac curarum greges duxeris, eos pascens in terra Madian, id est, in mundo: Madian æternum *Lugans*, dicitur mundo proprium cognomen: redundat enim litibus, ac variis prætensionibus; sed hoc tibi conferet plurimum, si illos collegeris, & ad solitarium minauetis oratorium, ad angulum Ecclesiæ seiunctum, exiguo solitudinis tempore, ac sæpius de mundi fugeris officina ferraria, cuius ferri solus strepitus rerum cœlestium obstrepit recipiendæ consolationi. *Vacate & videte, quoniam ego sum Deus, Gustate & videte, quoniam suauis est Dominus.* Paulisper vacate vt Dei gustetis suauitatem. Tu mercator conclude paulisper tuorum computuum libros, & tu Legisperite sepone Bartholum & Baldum, tu quoque vir nobi-

Exod 3. 1. Solitudo contemplationi necessaria

Ps. 45. 11. Ps. 33. 9.

» nobilissime dimitte palatii tui tumultus, ac fa-
» mulorum strepitum, secede, teipsum compone,
» mina gregem ad interiora deserti. Ipsi sic Phi-
» losophi, vt ea meditentur, & inuestigent, quæ
» terrenis subiacent oculis, aera, sidera, planetas,
» populi fugiunt multitudinem, vitium euitant
» tumultus, petunt auia, deserta perambulant,
» amici solitudinis. Plato cæteris eminentior,
» cum orbem peragrasset, remotissimas lustrasset
» regiones quas refert D. Hieronym. & philoso-
» phiæ dogmata cum iis contulisset quos nouerat
» bonarum literarum doctrina longè præstantis-
» simos. Tandem Athenas appulit; vt vero de ali-
» quibus philosophiæ disputaret axiomatibus fo-
» ras extra ciuitatem egressus, emit à viro quo-
» dam cui nomen Academus hortum inter arbo-
» rum condensa, constitutum; huc solitarius secess-
» sit, vnde nomen sumpsit, Academia locus solita-
» rius hominibus invius solis arboribus frequen-
» tatus.

Lib. 3. Offic. » De se refert Cicero egressum se Roma fuisse
» vt intellectum suum ad contemplanda Philoso-
» phiæ dogmata præpararet. Hesiodus contem-
» poraneus Homero, inter Poetas lasreatus quem
» antiquitas veneratur, cum propter raros sublimesque eius conceptus tum quod se maris flu-
» ctibus immerserit, quem submersum delphini,
» quasi quibusdam sui corporis humeris attollen-
» tes, eiecerunt ad Promontorium fluuio vicinum
» Neolyeriæ in Ætolia, de se narrat, quod illi
» Musæ poesim in monte Helicon inspirarint,
» cum totus esset solitarius, ab hominum con-
» suetudine remotus, gregi pascendo occupa-
» tus.

» Dum Euripides, quem orbis totus miratur,
» jam esset defunctus, difficillima orta est de cor-
» pore eius quæstio inter Athenienses patriotas,
» & Regem Macedoniæ. Archelaus de se memo-
» rat, quod vt elegantissimas illas conscriberet
» tragœdias, seu fabulas, insulam petiit Salamiam,
» ac in profundum spelæum, ac solitarium sese ab
» didit hominibus incognitus, Etiam ipse Hora-
» tius homo licet ad veneris delicias procliuis, de
» se fatetur: quod Romæ commoratus, nullum
» posset versum, suo dignum ingenio compingere.
» Si vero hoc ita sit in iis qui terreni erant, quo-
» rum mens & disputatio terrea, quanto fortius
» obligaris, vt te vel minima temporis mora mun-
» di huius eripias tumultibus, eiusque confabu-
» latorio, quo distinctius, quo clarius cœlestia
» possis meditari, cognoscere, perscrutari.

» Ad hujus confirmationem profero vobis D.
» Chrysost. Quem sequitur D. Cyrill. Alexand. vbi dilucidè probatei, dona cœlestesque delias in hac mundi Babylonia minimè posse degustari, quinimò & ipsi Israelitæ Babylonica pressi seruitute, locum illum minus idoneum censuerunt cantandis, audiendisque Dei suauissimis canticis, ac melodiis: quocirca ita illos quasi admirabundos audis interrogantes: *Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena.* Ita patebit, inquit D. Cyrill. qui diuinis exultant consolationibus, donisque recreantur cœlestibus, eos esse, qui mundo valedicentes, deserta petunt, solitaria loca quærunt amica contemplationi.

Homil. de militia Christian. Tom. 5. Lib. 1. de adorat. Ps. 136.4

Vt Deus Abrahamum magnificis solaretur promissis, eduxit eum primum de terra sua, cui ait: *Egredere de terra tua & de cognatione tua &c.* Deinde etiam domo sua in campum foras eduxit, cui adhoc mandat: *Et attolle suspice cœlum.* In monte quoque solitario ac secreto, vbi nullus viuentium oculus eum posset intueri, apparet illi, promittitque proprium dare filium: *In semine tuo benedicentur omnes gentes.* Dum Moyses montem ascendit ab hominum consortio maximè remotum, ostendit illi gloriam suam, domum maximum: licet autem Moyses adeo longè disiunctus esset ab hominum multitudine, turbaque plebis, eum Deus nihilominus longiùs adhuc abstraxit, montem nube contegens densissima, vt eum ne quidem lyncei oculi videre potuissent. Elias turbam deserens tumultuantem, secedit in tam profunda deserta vt quadraginta diebus illis oberrauerit-errabundus, apparet illi Deus, profugum solatur, lassum recreat, cœlesti illa, qua Deus apparebat visione. Eliseus montem incolebat Carmelum, vbi cœlestibus donis fruebatur. Propheta Ezechiel (teste D. Chrys.) secedens Babylonia solitudines fluminis Chobar frequentabat: *Et vidit visiones Dei.* Et Daniel deserta fluminis. *Quoties enim Deus, nonnihil explicaturus famulis suis, & extra vrbem, tumultumque hominum ducit, & in loco tranquillo constituit, quo nullis rebus, quæ sese aut oculis, aut auribus offerant, animus interpelletur, sed liber omnino ac otiosus vacet, eorum, quæ diuinitus aperiuntur, contemplatione.* Hoc quoque, inquit D. Cyrill. indicauit Dauid his verbis: *Diffortes terræ vehementer elevati sunt.* Terræ Deos vocat fortes, robustos, præclariores sanctos, quibus Deus suæ speciem ostendit gloriæ ac maiestatis, vt Moysi, cui ait: *Constitui te Deum Pharaonis*, Sanctis Pontificibus, Sacerdotibus, ac Prophetis, quos idem Dauid nominat Deos.

13

Gen. 12.1

Gen. 15.5

Gen. 22. 16.

Exod. 19. 3. Reg. 19. 4. Reg. 4. Ezech. 1.1 D. CHR. De incom prehen. Dei nat. Tom. 5. Dom. 6. 10

Ps. 46. 10.

Exod. 7. 1.

Ps. 81. 6. *Ego dixi Dij estis* : Sunt autem hi Dii fortes terræ, robusti, qui meritis suis ac intercessione mundum valent sustinere : Illi (inquit) *vehementer elevati sunt* : diuinis donis ac fauoribus de terra, sed nec parum, at vehementer eleuati his perfruuntur. Sunt, asserit Iob illæ sublimes aquilæ, de quibus sic Deus : *Elevabitur aquila, & in arduis ponet nidum suum, &c. inde contemplatur escam* : Sunt illi, quos Deus delineat per Isaiam : *Iste in excelsis habitabit, munimenta saxorum sublimitas eius &c. Regem in decore suo videbunt oculi eius, cernent terram de longè.* Quòd si obiicias inquit D. Chrysost. Hæc monachis atque, Anachoretis conuenire qui se mundi tumultibus subtrahunt, nec tibi hoc possibile, qui in ipsis mundi sedes viscoribus. Respondeo tibi (ait) nec tantum quidem à te expostulo, hoc quoque tibi indulgeo, quòd te mundi omnino non possis subducere vanitatibus: hoc nihilominus adstruo, quòd si cœlesti appetis frui consolatione, oportet ac necesse est, te aliquantisper subtrahas, solitudinem petas, ad oratorium tuum solitarius secedas. Ascendere non valet Lot montis cacumen, mulieris, ac iuniorum filiarum onere prægrauatus præscribit illi Deus à fistat in medio montis ascensu: e uitate Segor aliquantulum distante à Sodomis vrbe maledicta, vbi nec audiat, illud, quo concremabatur vrbs, infelix incendium.

Iob 30. 27 Isai. 33. 16. Hom. cit. de milit. Chry.

Hom. 31. in Euang. ad fin. Ad hoc facit, quod expendit D. Greg. quo Deus olim studio Moysen præuenerit, catalogum ei præscribens animalium, auium, piscium, quibus populus vesceretur. His & illis vescens carnibus, sanæ quippe sunt & mundæ illis vero ac istis, nequaquam, immundæ enim sunt & insalubres. Nominatim autem eum de piscibus commonefacit. Quando pisces aduehentur inspice, vtrum habeant pinnulas, nec ne, si habeant, audacter comede, salubres sunt, si minimè, ne per vitam tuam eos comederis, immundi enim sunt coram me & execrandi : *Omne quod habet pinnulas & squamas, &c. comedetis : quidquid autem pinnulas & squamas non habet eorum quæ in aquis moventur, & vivunt, abominabile vobis, execrandumque erit.* Hanc Dei mirantur viri sancti solicitudinem. O cœlorum Domine, num forte medicinam profiteris, vel medici tibi attrahis officium? Quid refert pisces habere pinnulas, nec ne? Et quid ad hoc vt censeantur, mundi, vel immundi. Mysterium est, respondent: non enim hoc tanto Deus studio curaret nisi quoddam lateret mysterium, quod expouunt D. Augustin. *a* D. Cyrill. *b* & particulariter Angelicus Doctor noster. *c* His voluit Deus (inquit D. Gregor. *d*) piscibus homines illos indicare; qui eius satisfaciunt voluntati, eiusque diuinæ mensæ sunt gratissima fercula, spiritu mundissimi: illos quoque, qui tales non sunt, sed immundi, sed reiiciendi. Hoc interest discriminis inter alatos pisces, & non alatos, quod illi, licet verum sit, quod communiter super aquas repant, ac de iis quæ aquæ deferant, sumant alimentum, quandoque tamen quosdam extra aquas edunt saltus in aera. Vt muscas per aera volantes, ac cyniphes capient: quos non saltus edunt trutæ, & barbi in aera quinimo & ipsi delphini sæpius toto se efferunt corpore super aquas. Qui verò pinnulas non habent, continuò aquarum sordibus ac luto immerguntur, numquam emergunt ad altiora: vt anguillæ & aliæ piscium serpentum species. *Pisces quippe qui pinnulas squamarum habent, dare etiam saltus super aquas solent, &c.* ait D. Gregor. Porrò sunt in hoc mundo homines, vt pisces in mari. *Facies homines velut pisces maris.*

Mundo ò mare, quot abundas piscibus? *Hoc mare magnum & spatiosum manibus, illic reptilia, quorum non est numerus.* Pisces vicco, qui numquam super aquas efferuntur sed semper illis immerguntur, eitque eorum centrum ac habitatio in voluptuoso luto, homines ita terrenis his infixi ac immersi, aquis amarissimis & præterfluentibus, huc illuc que ventis agitati, vt maris fluctus vagos incertosque longè superent: homines, qui numquam mentem, animum, curasque his fluctibus efferant superiores: hic eorum cura, studiumque comprehenditur, in bonis, in censibus, in luco, in honore, in deliciis, in voluptatibus carnalibus, infœlices, quos vt reprobos Deus condemnat. Porro contemplor alios, qui licet communiter aquis innatent, aliquoties tamen illis super efferuntur, aliquando ad secretum secedunt angulum, quasi qui de mundo discedant, aliquando ad mentis interiora reflectuntur. Danielem imitantur, qui captiuus in meditullio Babyloniæ, tribus per diem vicibus se ad orationem solitarius recipiebat, apertis fenestris versus Hierusalem. Perpendunt illi, quis sit Deus, quæ sibi à Deo concessa beneficia, quam dignus sit, cui toto corde seruiamus: quàm vilia, quam nullius substantiæ, vitæ præsentis pretiosissima quæque, qua ratione instar venti euanescant, quænam illa bona quæ Deus se diligentibus præparauit, quales diuitiæ quas modo Sancti in superna illa gloria possident, quibus sine vllo afflictionis vestigio perfruuntur, quæ

Leu. 11. 9.

a L. contra Adimant. Manich. cap. 15 & Lib. cent. Faust c. 7
b L. 14. de adorat. in spiritu. c. 2. q. 102. a. 6. ad 1.
d Vt supr.

D. Greg. Hom. 30. in Euang. ad fin. Habac. 1. 14. Psal. 103. 23.

quæ salus sine vlla infirmitate tam secura, quæ vita sine mortis memoria tam diuturna, quàm breui momentanei labores finientur, quibus requies succedet sempiterna. Exaigitur anima Christiana: *Consurge, consurge: excutere de pulue-re, consurge.*

Esa. 52. 1.

§. 6. Transfiguratus est &c. *In oratione, Christus transfiguratur, hæc tibi figuram præstabit meliorem.*

Ascendit Christus vt speciem suæ ostenderet gloriæ, proinde hoc egit, vt in montis cacumine consistens, se daret orationi. *Et cum oraret*, ait D. Lucas: *Facta est species vultus eius altera.* Placeret hic paululum sistere, vt de orationis ageremus virtute. O quàm efficax vt te mutet in virum alterum tuasque immutet qualitates. Qualis Saulus, ipso equo suo animosior ac sæuior in Christum eiusque discipulos, tanto mentis ardore, vt formidini quibusque metum incuteret. Vocat Deus Ananiam, atque: surge, festina, quære Saulum. O Domine, & hoc mihi præ pis? An non ille leo carnivorus, tygris crudelissima in te tuosque alumnos? Vade securus esto, jam mutatus, jam est transfiguratus & ouem mansuetiorem mitiorem, & qui vas erat furore ac rabie supereffluens, mutatus est in vas gratiæ & electionis. Quis huius auctor mutationis Domine? *Ecce enim orat*, hæc eum oratio transfigurat; hæc te quoque transmutabit, ex luxurioso castum efficiet, ex superbo humilem, cœlestem ex terreno. Vtinam vel paululum impenderes orationi, sursum tuas dirigeres cogitationes, sursum corda, te Dei sisteres conspectui, eius celsitudinem, maiestatem, bonitatem infinitam, accepta beneficia, debitam gratitudinem, mundi vanitatem, vitæque revolueres breuitatem, quàm longè alius ex oratione prouenires.

Luc. 9. 29.

Act. 9. 11.

Sublimem censuerunt Græci D. Pauli philosophiam his verbis comprehensam: *Nos autem reuelata facie gloriam Domini speculantes, in eandem imaginem transformamur.* Notant eorum aliqui verbum *speculantes* in Græco haberi *Inspeculantes*, vt aduertit D. Gregor. Nyssen. verbum ratum, prudenti compositum consilio, ad cœlestium mysteriorum declarationem, significat autem, *ad modum speculi respicientes.* Sumitur à speculo metaphora, quod solis radiis expositum, illos ita ad viuum in se recipit, vt solis figuram præ se ferat, sic vt ipsum solem ipsum mutatum esse videatur. Hoc nos (inquit Apostolus) agimus. Nos ipsos vt specula, Dei conspectui opponimus solis cœlestis, cuius consideramus celsitudinem, maiestatem, bonitatem, ac gloriam, inde concipit anima nostra esse quoddam diuinum, vt in Deum ipsum transfigurata esse videatur. Tangit hic Apostolus historiam Moysi qui cum esset in monte Dei conspectui expositus, solis splendidissimi, in facie eius, tanquam in speculo eo modo diuini recipiebantur radii, vt totus soltam lucidus appareret, vt eum humanus oculus nequiret intueri, essetque omnino necessarium, vt velo Moysi facies contegeretur alioquin non conspicienda. Hinc in vitis Sanctorum legimus, quòd multoties in oratione, & per illam, splendidi instar solis apparerent. Ita facies olim apparuit D. Stephani stantis inter Scribas & Phariſæos: *Videbant enim faciem eius, tanquam faciem Angeli.* Talis & vita est D. Petri facies dum cruce pendulus moreretur. Seraphim etiamnum ille terrenus D. Franciscus visus est à fratribus vt flammeo subuectus curru per aera.

2. Cor. 3. 18.

Orat in illud Tunc ipse filius.

Act. 6. 15.

D. Dominicus tantam sæpe numero lucem vultu suo emittebat, vt eum oculi mortalium fixa acie non possent intueri, D. Vincent. Ferratius aliquoties tanta perfundebatur luce, vt noctibus mediis eius cubiculum illa tantopere illustraretur, vt lucem esse diffisses meridianam, pro vt heri diximus. Hic orationis & cum Deo communicationis laudatur effectus & sicut immissum fornaci ferrum, in ignem transformatur, sic per orationem homini esse quoddam diuinum communicatur, & cœlestes imbibit qualitates. Orante Christo in principio quando se mundo manifestauit, teste D. Luca Euangelista: *Apertum est cœlum, & descendit Spiritus S. corporali specie, sicut columba in ipsum, & vox de cœlo facta est: Tu es Filius meus dilectus, in te complacui mihi.* Etenim in oratione nobis cœli reserantur, & in animam nostram bona illabuntur cœlestia, quinimo & ipse ea Diuinæ personæ. Modo vero orans transfiguratur & in figura gloriosa manifestus apparet: quidam asserunt S. S. Doctores hæc de nocte contigisse: pro more enim suo Christus noctibus oraturus secedebat, & orationi intentus in multam lucem perorabat: *Erat pernoctans in oratione Dei.* Opinatur D. Chrys. Media luce contigisse, & idem sensit anti-quus D. Ephrem, cui consentit D. Basil. Seleucus Episcopus, vt discrimen ostenderet claritatis a solis claritate, cuius splendor cotranfigura-rationi. tionem hoc Christi fulgore, tenebræ censerentur.

Luc. 3. 21.

Lu. 6. 12.

Hom. 37. in Matt.

Hom de transfigura-tione.

Ref.

Resplenduit facies eius sicut sol, vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix. In S. Scriptura illud album dicitur, quod splendet, splendor enim ex abundantia lucis nascitur, & inter colores, color albus plus cæteris est receptiuus lucis, proinde indicat, quod Christi vultus vt sol splenduerit, vestimenta autem eius fuerunt alba & splendida
Luc.9.29. quod alius dicit. Euangelista: *Vestitus ejus albus ac refulgens.*

§. 7. *Christus se transfigurat, suarum demonstrans radium diuitiarum, sed sub humanitate absconditarum.*

15 HOc mysterium paucis enodemus: Publico hoc omnes approbant suffragio, quod cum in omnibus Christus eluceat admirabilis, in cogitationibus, verbis, operibus, vita, miraculis, passione, morte, resurrectione, ascensione, ac proinde eiusdem, epithetum, ac cognomen, quocumque eum modo consideres, futurum Prædicit: admirabilis: *Vocabitur autem nomen*
Isa.9.6.48 *eius admirabilis*: attamen singulari quodam modo in sua dicitur conceptione admirabilis; ita planis apertisque verbis fatebatur Angelus Gabriel, qui præ cæteris huius mysterii præcelluit cognitione, vtique inter cœlestes spiritus electus, huius mysterii Annuntiator ad virginem Mariam. Dum enim cœlorum regina de mysterio inquirit. *Quomodo fiet istud* eam ad spiritum
Luc.1.35. S. remittit *Spiritus Sanctus superueniet in te.* Quo
3.p.q.30. declarat interprete D. Maximo apud D. Thom.
a.2. ad 3. se huius mysterii non capere celsitudinem: quod sic esse credimus: in hoc quippe mysterio coniunxit Deus duo maximè in se dissita, quæ cum essent talia, vnum alterum non consumebat, quinimo potius, vnum alterum contegebat. Hæc autem fuerunt, Diuinitas ignis consumens:
Deut.c.4 *Deus noster ignis consumens est.* Et humanitas pa-
24. lea & fœnum: *Omnis caro fœnum*: Quæ con-
Isa.c.40.6. iunctio ignis ac paleæ? Vbi ignis suo intensissimus ardore, paleam omnino inuadens illam non consumat, sicut nec in rubo Moysi, quin potius flamma eius, ac splendor, palea conteguntur.
1.Ioan. *Deus lux est.* Homo vero vmbra: *Fugit velut*
c.1.d.5. *vmbra.* Coniunguntur sol & vmbra, nec vm-
Iob.c.14.2 bra deficit, quinimò contegit vmbræ obscuritas, solis claritatem. O admirabile mysterium.

Prædixit Vates Isaias de Filio Dei, quod in
Isa.c.32.1. aduentu eius cuncta laterent abscondita: *Ecce in iustitia regnabit Rex, & erit quasi vir abscondens sermones suos.* Ita legunt Septuaginta. *Sermo* in S. Scriptura, significat non solum modo verbum sed etiam, rem. Vt dixit Christus diabolo: *Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo &c.* q.d. Non est Deus alligatus pani, vt hominem sustentet, sed qualibet re voluerit, poterit illum enutrire. Deinde significare vult Propheta, vt aduertit D. Hieron. q.d. Vos præmoneo, aduenit Rex, rerum suarum ingens absconditor. secum aduehet quidquid boni, diuitiarum, excellentiæ, celsitudinis ac potestatis habet: attamen hæc omnia absondet. Hoc egit in suæ mysterio Incarnationis. Secum omnes suas contulit diuitias, spiritum suum in carne nostra gloriam suam, in doloribus nostris, in nostra paupertate, diuitias, in nostra temporalitate, suam æternitatem, in nostra exiguitate, suam celsitudinem suam omnipotentiam, in nostra nulli potentia, suam fortitudinem, in nostra infirmitate, proinde hac de causa eam attentè considerans idem Propheta, ait: *Verè tu es Deus absconditus, Deus* Isa.45.15.
Israel Saluator. O latens mysterium! *Mysterium* Col.c.1.26
absconditum à sæculis. Num quis vnquam dines tantis opulentus diuitiis? Num quis vnquam tex tali omnipotentia potentissimus? Num quis vnquam Deus veriori Deus diuinitate? Num quis eminentiori gloria sublimior? Ex altera parte, num quis illo pauperior, qui vbi caput suum reclinaret non habebat? Num quis mortalium, morte hinc discessit dolore fiore? quis illo pœnis afflictior? Hoc Christi mysterium veneramur, interius, omnem cœli credimus gloriam, exterius omnes mundi dolores: interius omnes stupemus diuinitatis diuitias, exterius extremam paupertatem, interius totam cotam colimus Dei beatitudinem, exterius totam hominis mortalitatem. Hoc erat illi familare. Hoc autem quod hodie agit admiramur, permittit enim vt foras prodeat ista gloria quæ latebat intus absondita, & sicut qui soluit aquarum retinacula, seu cataractas, quibus suspensæ detinebantur ne defluerent, ita modo locum cedit, vt ex anima in corpus defluat splendor maiestatis, aperteque talis videatur, qualem nobis describit Euangelista.

I. Cur Christus dicatur esse Deus absconditus. Matt.4. 4.q.d.

Huius mysterii vel punctum olim Deus Iob exposuit admirabili prorsus hieroglyphico, illi propositio dicens: quod die quadam totum vellet mare colligere in vnum illudque pannis inuoluere, eo planè modo quo pusio fasciol s inuoluitur, ac tam strictis illud nodis constringeret, vt tota maris vnda, licet immensa, ne gutta quidem vel vnica dilabente, panniculis illis com-

II. Allegoria

illis comprehenderetur; cum verò his panniculis tota aquarum immensitas comprehenderetur, illi, nihilominùs, & viderentur & essent adeo sicci, quasi ne vel aquæ guttula illis ob-
Iob c.38.6 uoluereturt. *Quis conclusit ostijs mare, quando erumpebat, quasi de vulua procedens, &c. & caligine illud, quasi pannis infantiæ obuoluerem? &c.* Quid illo mirabili mirabilius? An tibi sit possibile vel vnam aquæ linteo inuoluere: eamque ita strictim seruare, vt ne vel minima gutta despumet, sed & ipsum linteum maneat ab omni humore siccum? quàm igitur difficilius multo foret vnius fluminis aquas colligere, easque exiguo concludere panniculo? Et quod omnes excedit & vires & fidem, totum Oceanum? Hoc diuinæ fuit opus omnipotentiæ. Mare, ipsa diuinitas, mare, abyssus, infinitæ substantiæ pelagus, diuitiarum, omnipotentiæ, gloriæ, ac fortitudinis Oceanus. Totum hoc immensum
Ioan.c.8. 22. obuoluit nostræ pannis humanitatis. *Verbum caro factum est.* Viden' puerulum illum? istam exiguitatem? Illud corpusculum? Noueris, ait
Colos.2.9 D. Paul. quod *In eo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.* At tanto prodigio, vt cum possideat anima totam beatitudinem, cœlestemque gloriam, & in illo corpusculo totum concludat diuinæ immensitatis Oceanum, in illis tamen corporis fasciolis ne gutta quidem appareat huius gloriæ, diuitiarum ac Dei celsitudinis: quinimò, doloribus, siti, fame, cæterisque corporis ærumnis oppleatur. Hoc autem hodie concedit, vt quasi per huius panni poros effluat gutta quædam illius maiestatis, illius gloriæ minimus atomus, quo D. Petrus ita sibi plenissimè credidit satisfactum, vt amplius nihil sibi desiderandum posse, superesse iudicaret.

§. 8. Resplenduit &c. *Concessit Christus in carnem suam defluere Diuinitatis suæ splendorem, quasi qui cortinas arcæ contraheret.*

☞ 16 L. 16. de Interpellat. IN hanc sententiam declinat D. Ambr. quod nobis Iob huius profundissimæ Theologiæ proposuerit articulum, idque verbis profundissimis, quæ D. Ambros. censet prophetiam admirandam, quibus hic S. Patriarcha declarare
Iob. c.9 voluit mysterium Incarnationis: *Qui commouet terram de loco suo, & columnæ eius concutiuntur, qui præcipit soli & non oritur, & stellas claudit, quasi sub signaculo.* Ecce Mysterium Incarnationis; commouére de loco suo terram, cœlestes contutere columnas, soli præcipere ne oriatur, & stellas ita occultare, vt velut sub signaculo concluse esse videantur. Locus terræ infimus est, imò ipsum centrum quare & ipsa reliquis est inferior elementis. Rapit eam Deus, & ad cœli sustollit altiora. *Qui commouet terram de loco suo.* Terra nostra est humana natura, de se infima, vilis & creaturarum omnium miserrima: illam rapit Deus, & ad cœli tollit altissima, ad ipsam Dei celsitudinem illam vnens verbi Domini hypostasi: *Quò altius euehi non potest*, adstruit D. Augustt. & illa quidem nostra D. Aug. humanitas, quæ ex se ad ima descendere de- Tom. 7. buerat, proprio sibi supposito innixa, assumitur, Li. de præ extollitur, vt diuino verbi supposito inhæreat, dest. Sanct. & ad suprematn celsitudinem euehatur. Hoc Dei tanto miraculo cœli concutiuntur columnæ, ipsimet Angeli perterrentur, dilucidè hoc Gabriel Angelus virgini Matri declarauit, dum illi ait: *Ecce concipies in vtero, & paries filium, &c.* Luc.1.31 *Et filius Altissimi vocabitur.* Visceribus tuis, ac sinu virginali, concipies filium, cœlorum Domina, in quo humanæ uaturæ humilitas euehetur, & filij Dei celsitudini vnietur. Opus autem hoc erit tale, vt cæteris absconditum sit Angelis, soli Spiritui S. vt eiusdem auctori, reseruatum. Sublata ad cœlum, terra, cœlestes, diuinasque adipiscitur qualitates, esse diuinum, diuinam subsistentiam: solem habuit, ac stellas, eleuatâ etenim humanitate ad verbi æterni subsistentiam, natural ter iam consequebatur gloria, ac in anima beatitudo, simulque dotes supernaturales. Nec hoc tacuit D. Ioannes vt notat D. Chrys. *Verbum caro factum est, &c. & vidi-* Ioan.1.14 *mus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à Patre plenum gratia & veritatis.* Dum filius Dei homo factus est, factus est & homo filius Dei, proinde eum consequitur plenitudo gratiæ ac veritatis. Porrò præcepit Deus soli ne oriatur, & stellis vt absscondantur & quasi sub sigillo concludantur: *Qui præcipit soli, & non oritur, & stellas claudit, &c.* Hoc est, vt soli iste gloriæ in anima delitescret, nec foras in corpus erumperet conclusus ac contectus nostræ mortalitatis ac passibilitatis velo: ac stellæ iltæ, dotes animæ exteriùs non apparerent nec in corpore viderentur: vnde Christus sic vixit in hoc mundo, vt nec radij solis gloriæ suæ prosilirent, nec dotium animæ claritas effulgeret. Hodie verò soli locum ac facultatem concedit, vt serenus oriatur, claritatis suæ radios emittat adeo fulgidos, vt ex illis: *Resplenduit facies eius sicut sol, vestimentu autem eius facta, &c.* Applaudite mysterio.

17 Aliâ quoque huius mysterij figura, nobis Deus præluſit in fabrica loci Sancta Sãctorum, quam Deus ita ſibi diſponendam arrogault, ob multitudinem ſacramentorum, quibus abundubat, vt nullius mortalium hoc fiderit ingenio, nec quidem intellectui cœlitum, ſed ſoli ſuæ ſapientiæ. Ille ipſe eam delineauit, ipſe propria manu deſcripſit exemplar, ad eius conſtructionem duos ſuâ diuinâ omnipotentiâ elegit officiales ſapientia ſupernaturali imbutos *Ad faciendum opera abietarij, pummitarij*. Beſeleel & Ooliab. hoc autem opus ad quod eos elegit erat: *Sancta Sanctorum*. Hebræi vocant: *Sanctitas Sanctitatum*. Locus enim erat ſuprema conueniens ſanctitati, quæ Deo propria eſt, vbi ſingulari quodam modo ipſe appareret in arca auro obryzo contecta, ac in ſacroſancto propitiatorio, nimirum tabula ex auro primo, mundo, & ſplẽdido, vt gnitus carbunculus eſſe videretur. Præcipit inſuper diuino conſilio, vt velum texeretur, ex hyacintho, cocco bis tincto, purpurat, & byſſo mira varietate intertextum: *Opere artificis doctiſſimi facies illud picturæ*. Erat autem velum illud pretioſiſſimum & cæteris partibus, quibus tabernaculum tam multitudine, quam excellentia radiabat, ex Dei præcepto conſtructis, longius eminebat. Vnde à D. Chryſoſt. vocatur: *Valde pretioſiſſimum*. Hoc velo tegebatur locus *Sancta Sanctorum*: At vero mandauit vehiculum illud fluidum fieri ſuſpenſum inter duerſas columnas ex Setin ligna incorruptibil, vnciuis innexum: quia licet communiter, & quaſi ſemper locus ille *Sancta Sanctorum* hoc velo contegeretur, voleit tamen vt quandoq; e hæc cortina ſeu velum contraheretur, quo propitiatorij ſplendor, ac maieſtas & gloria arcæ foederis foris hominibus appareret, ad ſuorum ſolamen amicorum, Magnis ſcatet hæc fabrica ſacramentis, (vt aſſerit D. Cyril Alex.) tamq; viuum & clarum eorum eſt hieroglyphicum, quæ Deus eſſet operaturus, vt multa non indigeat intellectus ſpeculatione, ad ſui cognitionem. Omnes fatentur, quod *Sancta Sanctorum*, ſeu *Sanctitas Sanctitatum* ſignificabat Chriſti diuinitatem, diuinam perſonam, fontem & omnis principium ſanctitatis. Velum, apertè ſatis declarat Apoſtolus Chriſti puriſſimam carnem, ac ſanctiſſimam humanitatem. *Per velamen, id eſt, carnem ſuam*. O quale velum artificè illo Diuino Spiritu ſancto contextum, ex puriori ſanguine virginis, quæ cœlum, ſolemque puritate ſuperabat! Velum inter textum mille abietariis, polymitariis ac plumariis, tot, quot Deus habet, gratis, donis, & cœleſtibus ſplendoribus elaboratum. Hoc carnis velo Diuinæ perſonæ Sanctuarium tegebatur abſconditum. Ita explicat D. Ioannes, primo ſanctuarij proponit maieſtatem: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, &c.* Statim autem appendit velum quo tegatur: *Et Verbum caro factum eſt, &c.* Ita vt ſub illo velamine, occulta tegeretur, gloria maieſtatis, celſitudo, ſplendorque Diuinitatis, ac eius animæ ſanctiſſimæ beatitudo: ita præcinuerat vates Iſaias, quòd eum & cognoſcerent, ac iudicarent, quotquot eſſent conſpecturi. *Te adorabunt, teque deprecabuntur: Tantum ne in te eſt Deus, & non eſt abſque te Deus. Verè tu es Deus abſconditus, Deus Iſrael Saluator*. At vero mirabili diſponit ingenio, vt velum illud ſit fluidum, quod aliquando contrahatur, & ad amicorum ſuorum ſolamen concedatur, vt eius pulchritudinis ac rutilantis maieſtatis radius quidam appareat, ad hoderni myſterij dilucidationem: expediebat enim vt Chriſtus infirmitatis, ac paſſibilitatis corporis contraheret cortinam, ac radius quidam gloriæ in eius animâ interius abſconditæ foris eluceret, oculoſque perſtringeret amicorum, quo viderent quâ Chriſtus intus gloria frueretur, in diuinæ ſuæ perſonæ teſtimonium, quodque talis eſſet, quam ſuis ſequacibus promittebat. Hoc hodie legimus, quod *Reſplenduit facies eius ſicut ſol veſtimenta autem eius facta ſunt alba ſicut nix*. q. d. Vocauit vos, *Sequere me*: Vobis prædixi, quòd me præcedentem, & viam crucis, laborum, ac ærumnarum ingredientem, per eandem viam ſequemini: Ne timeatis triſtem ac aduerſam fore ſortem veſtram, licet enim pauper, abiectus ac mortalis ſim, diuitias tamen ac gloriam tantam poſſideo, qualem videtis, iis qui me præeuntem ſequuntur deſtinatam ac ab æterno præparatam.

Exod. 35. 36. — Exod. 25. 26. 31. — D. Chr. Tom. 3. Hom. 2. de cruce. & latr. — Lib. 10. de adorat. — Hebr. 10. 20. — Iſai. c. 45. 15. — In Ioan. 1. 1. — 2. Cor. 11. 14.

§. 9. Transfiguratus eſt. *Transfiguravit ſe Chriſtus tranſiens de figura matris ad figuram Patris.*

18 PRo vetere mea conſuetudine myſterium hoc explico conformiter doctrinæ D. Auguſt. ac Chryſoſt. Transfigurari propriè ſignificat, tranſire de vna figura ad aliam. Ob hoc Satan ait D. Paulus *Transfigurat ſe in Angelum lucis*. Hoc eſt, mentitur ac murat figuram ſuã, quæ cum ſit Angeli tenebrarũ, aſſumit eam, quæ

quæ propria est Angelo lucis. Hoc suppositio, Christum transfigurari nihil aliud est, quam transire de vna figura ad aliam: intellige Christum habere duas figuras, vnam Patris, Matris alteram. Æternus Pater ante cœli creationem, terræ, Angelorum aliarumq; creaturarum productionem ab æterno sui ipsius produxit figuram sui Diuini intellectus penicillo sibi proponens, vt exemplar diuinam suam essentiam. Hæc figura, Verbum est æternum, quod D. Paul. eo modo depingit: *Qui cum sit splendor gloriæ, ac figura substantiæ eius.* Papæ, quales metaphoræ! Splendor Christus paternæ gloriæ. Sumit, ait D. Aug. metaphoram à sole, qua propter ne imagineris neue dicas: quòd si pater eum generet seu producat, ex se, debet pater esse prior: quia sol de seipso produxit, gignit, & emittit lucis radium; sed nec ob hoc est luce prior: quia tam senex est radius splendoris solis, quam ipse sol, & sicut radius de ipso procedit sole, sine vlla solis, aut corruptione aut alteratione aut substantiæ solis diminutione, ita ex Patre æterno verbum procedit æternum. Addo. *Figura substantiæ eius.* Inter nos, figura quam de te pictor effingit, non est vestræ substantiæ, sed accidentium tantum, nimirum magnitudinis, qualitatis, pulchritudinis, colorum &c. nec tuæ sapientiæ, potentiæ, animi, & minus adhuc tuæ substantiæ, quæ depingi nisi per accidentia, non potest. At hæc figura, quam Pater æternus effromauit, est figura substantiæ: quia in ipsa repræsentatur ipsa Patris substantia, perfectio, potestas, sapientia &c.

Heb.c.1.3 Serm.190 de temp.

I. Quæ sit figura Patris.

Hoc quoque descripsit mira quadam metaphora Dauid, in illo psalmo mysterioso, quo mysterium hodiernum explicauit: *Eructauit cor meum verbum bonum.* Terminus est hic, vt ait D. Aug. qui tantæ celsitudini videtur inconcinnus, puritati dissonus ac inconuenions maiestati: *Eructauit cor meum verbum bonum:* at suauis epia grossitie, optime declarat hoc tam grande mysterium: vt enim ructus procedit de plenitudine stomachi, & quidquid in stomacho latet redolet (parcite verbo) Ita Verbum æternum, de diuini intellectus procedit plenitudine, & quæ in eo sunt omnia nouit; quia in se concludit idem esse substantiale, idem velle, idem posse, eandemque bonitatem.

Psal.44.1

Ecce tibi prima figura, quam habet filius Dei, attamen hæc est inuisibilis: *Qui est imago Dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ.* ait Apostolus. Quod medium, vt eum videamus, nobisque liceat cum eo conuersari? Assumpsit aliam figuram visibilem, quâ nostris oculis posset esse visibilis: hæc illa est, quam in ventre virginali sanctissimæ suæ matris assumpsit, factus homo, vt dicere possit illud Salomonis: *In ventre matris meæ figuratus sum caro.* Patenter satis expressit has duas figuras D. Ioannes, quibus suum exorsus est Euangelium: *In principio erat Verbum & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum:* Ecce prima figura, quam habet Verbi æterni ac paterni conceptus, secundum quam à Deo procedit, quod cum ita sit, eam eo modo habere necesse est, vt proprie dicat Ecclesia: *Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero.* Vt vero figuram illam videamus, assumit aliam carnis: *Verbum caro factum est, & habitauit in nobis.* Viuens Christus in hoc mundo matris figuram gerebat omnibus apertam ac patulam, quâ Patris æterni figuram obuoluebat. Diuinitatem suam, quam ex Patre habebat, humanitate, quam ex matre sua assumpserat: diuitias quas inde detulerat, paupertate, in qua hic erat natus, gloriæ maiestatem, qua eum Pater generauerat, infirmitate ac pœnis quibus ex matre natus processerat: *Et primam vocem similem omnibus emisit plorans.* Quam abscondita illa Patris figura, hac materna? In tantum vt etiam lynceis oculis perspicaces aliquanto eum tempore quasi non agnouerint. *Non est species ei neque decor, vnde nec reputauimus eum.* Quid igitur erit Christum transfigurari? Transire de figura matris, ad eam quæ est Patris: vt ille, qui se filium ostendebat hominis, id est qui de virgine Sanctissima natus erat pauper, afflictus, doloribus oppletus, appareret filius Dei, id est gloriosus, potens, diues, illustris, adeo vt facies eius resplendeat sicut sol, vestimenta autem eius alba sint sicut nix. Quintuo & modo eum Pater agnoscit vt filiũ sibi connaturalem, & voce de cœlo dilapsa clarissimè testatur. *Hic est filius meus dilectus.*

Col.1.15.

II. Quæ sit figura Matris.

Sap.7.1.

Sap.7.3.

19

Isa.53.2.

Eu Christum in duobus montibus, distinctè ac dilucidè has binas figuras exprimentem; in monte Caluariæ & in monte Thabor. In monte Caluariæ matris figuram ostendit, sic vt nunquam clarius, & veram esse ostendit humanitatem, verum se esse hominem, mortalem, passibilem, & in ea paulo ante figura illum populo Pilatus exhibuerat. *Ecce Homo.* in ea quoque eum attenderat Hieremias. *Homo est, & quis cognoscet illum?* Ita legit D. Aug. & ad rem nostram ita exponit: Non videtur in eo nisi hominis figura. Hinc illud elicies mysterium, cur in hoc monte videatur æternus Pater ab illo quasi sic recessisse vt dicere potuerit: *Deus meus, Deus meus vt quid dere-*

Ioan.19.5 Hie.9.17. L.13.cont Eunom.cap 8.& l.22 cap.40.

Matt. 27. 46. Ioan. 19. 25. *dereliquisti me.* Mater vero tam propinqua, & patens, vt eam viderent omnes: *Stabat juxta crucem mater Iesu.* Conuenit quippe fonti riuulus. Humanitas hæc ac hominis figura de virgine matre procedebat, ea autem hora, quâ huius clarissima daba: signa, optimè suadet ratio, vt ibi & mater ipsa videatur.

At modo in monte Thabor, apparet, ac discooperitur figura, quam habet ex patre, & ob hunc actum, credunt Doctores Sancti, quod dixerit D. Ioannes, qui testis adfuit oculatis. *Vidimus gloriam eius, quasi vnigeniti à Patre.* Rationi congruit, vt ibi Pater appareat, & riuus ille fonti suo ita proximus coniungatur, vt eum digito demonstret: *Hic est filius meus dilectus, &c.* Exhibuit se filium hominis, gloriæ Dominum, opum cœlestium heredem, quas & liberè se sequentibus possit polliceri.

Ioan. 1. 14

Hoc est se transfigurare, specialiter secundum aliquorum Theologorum opinionem, qui ingenii sui acumine docent, quod ille vultus Christi splendor, & corporis claritas ac vestium albedo, non tantum ex animæ gloria procedebat, quantum ex personæ Christi diuinitate, cuius diuinitas realiter suum esse ac subsistentiam communicabat, nedum animæ, sed & corpori: vnde dicere licuit Apostolo. *In quo inhabitat omnis plenitudo Diuinitatis corporaliter.* Ita quoque intellexerunt plures Sancti: D. Greg. Nazianz. *a* D. Epiph. *b* D. Leo. *c* Papa & particulariter D. Damasc. *d* cuius vobis verba conscribo: *Non externè corpori gloria accessit, sed internè, ex Dei verbi Deitate, modo quodam omnem sermonem excedente ipsi personaliter vnita.*

Col. 2. 6.

a Orat. de fide prope fin.

b Hær. 69 ad finem.

c Serm. de Transfig.

d Orat. de Transfig.

D. DAM. §. 10. *Concesſit, vt animæ gloria defluerat in corpus, ſicut aquæ Iordanis.*

20 MOdus exponendi hoc mysterium, vulgatior, fundatur in doctrina D. Aug. Ex anima glorioſa naturaliter reſultat in corpus quædam huius gloriæ participatio: ſicut enim anima, quæ in eſſe naturali corpori ineſt, illi communicat vitam, motus ac vires naturales: ita quando eidem ineſt in eſſe glorioſo, hanc eidem communicat gloriam: velut accenſa candela in medio lucernæ cryſtallinæ, lucem ſuam ac ſplendorem cryſtallo impertit, vt ſol ſplendidiſſimus eſſe videatur. Ita quoque continget in die judicii, quando juſtorum animæ corpora ſua reintrabunt, illiſque vnientur: cum ſint illæ velut accenſa luminaria, eſſentialis gloriæ luce præfulgidæ, eam corporibus ſuis communicabunt, vnde tanto ſplendore refulgebunt, vt dicat de illis Chriſtus: *Fulgebunt juſti ſicut ſol, in regno patris eorum.* At verò in Chriſto continuum erat miraculum, quod tota eius vita perſeuerauit; & hoc illud eſſe dicimus, quòd ab inſtanti ſuæ puriſſimæ Conceptionis eius anima tanta præfulſerit gloriâ, quantâ & hodie. Hac de cauſa Hierem. de ipſo loquens in ſua Conceptione vocat eum virum: *Femina circumdabit virum.* Qua phraſi juxta mentem D. Pauli, ſignificat beatum: qui enim beati ſunt, illos viros vocat perfectos: *Donec occurramus omnes &c. in virum perfectum.* Quinimo & ob eandem rationem in mundo degens Chriſtus de ſe ait: *Qui deſcendit de cœlo filius hominis, qui eſt in cœlo.* Licet autem ex re. natura, & neceſſaria conſequentia, gloria hæc corpori eſſet participanda: ſicut reuera, quando tu ſinu tuo carbonem contines ignitum, calor veſtibus communicatur: vt enim quid impoſſibile quærit Spiritus S. *Numquid poteſt homo abſcondere ignem in ſinu ſuo, vt veſtimenta eius non ardeant?* Abſcondebatur tamen hæc gloria, omnino repreſſa intus in anima, nec quidquam eius corpori conferebatur, quocirca anima tam glorioſa, quàm hodie viuit in cœlo, viuebat in corpore mortali, paſſibili, doloribus, pœniſque ſubiecto.

Matt. 13. 43.

Hier. 31. 22.

Eph. 4. 13

Ioan. 3. 13

Pro. 6. 27.

Omnes loquuntur fluuium Iordanis de monte Libano proſilientem. Naturalis ac neceſſarius erat eius curſus impetuoſus ob aquarum copiam ex monte defluentium, per valles & arua humilia; vt verò Deus liberum aridumque tranſitum præberet filiis Iſrael ad terram promiſſionis, nouo miraculo aquas repreſſit, vt deſuper fluentes in parte continerentur ſuperiori: quod ita S. pagina deſcribit: *Steterunt aqua deſcendentes in loco vno, & ad inſtar montis intumeſcentes, apparebant procul ab vrbe quæ vocatur Adom &c. quæ autem inferiores erant in mare ſolitudinis, quod nunc vocatur mortuum, deſcenderunt, vſque quo omnino deficerent.* Ecce fluuium Iordanis, ecce Chriſtum, cuius eſſentia procedit de monte Libano, de Patris intellectu, velut aqua limpidiſſima, de fontis origine: *Ego ſicut ſi aquæductus exiui de paradiſo.* O fontem, quem illuminatis vidit oculis Rex Propheta.: *Apud te eſt fons vitæ.* Hanc ipſe ſitiebat aquâ, velut cervus conſuſus frigidas quæ. it vndas, & eius vehementiori ardebat deſiderio, quàm ciſternæ Bethleemiticæ. Hanc præoptabant Prophetæ, hanc ſancti poſtulabant ad aridi atis mundi irrigationem, multò ſalubriorem quàm illa, quæ terram a idam tempore

Iud. 1. 24.

Eccl. 24. 41

Pſ. 35. 10.

tempore vatis Eliæ inundauit. Fons hic cœlestis verbi Diuini, de Patre scaturiens, eo instanti, quo se nostræ coniunxit humanitati, aquas suas diuinas cœpit profundere, vt per terram fluerent nostræ humanitatis; & primo quidem, illas in parte effudit natura superiori, animæ illi sanctissimæ gratiam infundit cœlestem, perfectam gloriæ lucem, integram cum summa plenitudine beatitudinem. Sed quia nobis transitum parare decreuerat ad gloriam per carnem suam ab omni labe puriſſimam (*Quam initiauit nobis viam per carnem suam*, inquit Apostolus) hoc statuit ac voluit, vt aquæ gloriæ cœlestis in parte superiori suspenderentur, ac instar montis intumescerent, vt longe superarent excederentque montes quoslibet altissimos, id est spiritus Angelicos: maior etenim fuit gloria, quo diuina illa anima refulgebat quam omnium Angelorum simul: pars vero inferior carnis ac corporis siccaerat, vt nec gloriæ guttula commaderet, sed pœnis, d. doloribus, fame, siti, mortalitate, grauitate exaresceret.

Hebr. c. 10. 20.

21 Attende modo, quæso, Transfigurationis mysterium, quod aliud non fuit, quam permittere, vt harum aquarum aliquæ defluant guttulæ, quæ suspensæ continebantur in parte animæ superiori, vt vehementiori impetu fluant, irrigent, & se extendant per totam partem corporis inferiorem, vnde totum apparet gloriosum, pulchrũ, tanta cœlesti gloria, claritate, ac luce præfulgidum, quanta nobis illud describit D. Euangelista: *Resplenduit facies eius sicut sol.* Idem quoque interpretatur D. Hieron. de toto Christi corpore sanctissimo; Huius quoque gloriæ torrens sacra eius percurrit vestimenta, quæ licet paucula, provt intelligere possumus, illa tamen tanto perstrinxit splendore & diuina quadam pulchritudine vt essent velut clarissima quædam nubes, quando eam directo lumine suæ lucis clarissimis radiis sol illuminat. Aliud quoque in hoc mysterio miraculum claruit, quod S. Theologiæ primicerius D. Thomas, opinatur ex supremis miraculis vnum, quæ Christus toto vitæ decursu patrauit, quod communicata hodie tali gloria corpori, qua tale vt vidimus, resplenduit, nihilominus idem manserit mortale ac passibile, quale ante fuerat, & ad mortem vsque permansit. Magnum prodigium: hæc enim ea est gloriæ animæ natura, vt corpori communicata cunctos auferat defectus mortalitatis, passibilitatis, grauitatis ac corruptionis, provt nostris eueniet corporibus, quando in die Resurrectionis anima gloriosa illis denuo vnietur. Ingens hoc miraculum ostendit Deus Moysi in monte, ignem ardentem, flammas voraces in rubo illum peruadentes, nec tamen vel vnam spinam consumentes. Iure optimo vocauit illud Moyses visionem magnam: *Vadam & videbo visionem hanc magnam, quare non comburatur rubus.* Et quis non admiretur, quod ignis tam efficax arripiat rubum, illum omni ex parte penetret, sed nec eius spinas consumat? cum quam primum ignis rubum incendit, ipsas ilico spinas exurat, vtique magis dispositas, ac aridas, vnde vulgaris est hæc S. Scripturæ phrasis; *Exarserunt sicut ignis in spinis.*

Exod. 3. 3

Psa. 117. 12.

Expendunt Theologi prægrande fuisse miraculum, cum Deus D. Paulum ad tertium cœlum rapuit sublimem, & animæ ipsius lumen infudit gloriæ. Consentio magnum fuit hoc ex se miraculum; at multis parasangis præcurrit & aliud scilicet, quod luce illa gloriæ animæ communicata, in illa tamen permaneret habitus fidei, nec illum absumpserit, & ipse quoque Paulus viator permanserit, illaque gloria ad breuem temporis moram aut mam illustrarit: hæc namque gloriæ natura prædicatur, vt omnem auferat, nec secum patiatur imperfectionem: *Cum venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est.* Habitus autem fidei, in se concludit imperfectionem, cum ex se obscura quædam sit lux & ineuidens: at gloriæ natura est perpetuitas, & qui ea vel semel potitur, illa æternum perfruitur, proinde eius mensura, est ipsa æternitas, & contradictionem implicat illud recipere, quod ex se & intrinsece est æternum, tantum ad breuem temporis moram. Illud hodie miraculum celebramus. Corpus glorioſum, & mortale, corpus, cui anima glorioſa ſuam participat gloriam, & per totum diffundit, mortale tamen manetat ac paſſibile, immutatum. Diuinam hic contemplor ſapientiam, de qua dicitur, *Omnia proſpiciens.* Omnibus accurrit, omnibus prouida Expediens nobis erat ac neceſſaria mors Chriſti, illo enim non moriente, nulla nobis vita ſupererat. Et hoc quoque conueniebat, vt gloriæ ſuam ſpeciem declararet, tam vt ſuæ diuinæ perſonæ aſſere et Diuinitatem, quam ut ſuis oſtenderet gloriæ ſpectaculum, quam ſe ſequentibus, crucemque tollentibus præparauit. In hunc ergo finem tanta operatur prodigia; vt corpus ſuum manens mortale ac paſſibile, appareat tamen glorioſum, adeoque ſplendidum, vt eius lux ſolis obſcuret radios, veſtimenta eius candori ni-

1. Cor. 13. 10.

I. Magnum miraculum corpus mortale & amanat glorioſa.

Sap. c. 7. 23.

nius æquiparentur, & qui hac gaudet visione, ita mente extra se rapiatur, vt vltra nihil censeat sibi expetendum: proinde inclamat. *Domine bonum est &c.*

§. 11. *Gloriæ nobis breuiter speciem ostendit, qua in cælo perfruemur, conuiuium de quo Isaias.*

¶ 2 7 ASsumpsit Christus discipulos suos in montem excelsum, vt eis gloriæ speciem ostenderet, quam sequacibus suis esset concessurus, crucis onere prægrauatis. Ad hoc eis offert corpus suum glorioſum ac resplendens: quia ei simile nostrum erit, si eius vestigiis inhæreamus *Iob 36.32* hoc eum agere censeo, quod ait Iob, & paulo supertius prælibauimus: *Annuntiat de ea amico suo, quod possessio eius sit, & ad eam possit peruenire:* Hoc nobis dicit Apostolus fideles exhortatus ne fatigemini, nec animum abiiciatis in tribula- *Philip 3 21* tionibus, hoc attendite, quod *Saluatorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ.* Tangit illud quod Christus in hac occasione dixit discipulis suis, illos præmonens, vt tollerent crucem suam sequerentur præeuntem, vita tribulationibus plenissima seque felices iudicarent: venturus enim esset ipse cum gloria, talesque eiusdem gloriæ redderet participes. *Filius enim hominis venturus est in gloria Patris sui, & tunc reddet vnicuique &c.* Vt eam autem ostendat, hac præludit mysteriosa visione. Animæquiores estote fratres, (hortatur Apostolus) non vos frangat ieiunium, non deficiat disciplina, paupertas non eumcat, nec persecutio infirmet animum, non denique ipsa vos crux collidat pusillanimes: Hoc meditemini, *Saluatorem exspectamus.* Quid autem aget? *Reformabit corpus humilitatis nostræ.* q. d. Hoc corpus abiectissimum, infimum, vilissimum: hoc corpus totius mundi colluuies miseriarum omnium cumulus ærumnarum. Et qua ratione reformabit? qua illud induet figura? *Configuratum corpori claritatis suæ.* Ad normam & similitudinem sui corporis idem corpus erit, quo ad substantiam, quale illius fuit, ac proinde non dicit, quod illud transsubstantiauit, hoc enim fuisset, de vna in alteram mutare substantiam, sed transfiguraui: hoc est, mutauit figuram eius ac qualitates, ita erit & nostrum. Ea Christi corpus, quale in monte Thabor appareat: tale erit & tuum.

Quam congrue hoc Deus ipse per Isaiam prædixit, vt electos suos excitaret & in tribulationibus suis redderet fortiores. *Faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc conuiuium pinguium, conuiuium vindemiæ, pinguium medullatorum, vindemiæ defæcatæ.* Et *præcipitabit in monte isto faciem vinculi colligati super omnes populos &c. Præcipitabit mortem in sempiternum, &c. quia requieſcet manus Domini in monte iste.* Singula inspiciamus, & quandoquidem illis Dominus nobis aliquid voluerit indicare illius gloriæ magnitudinis, certe proposito nostro necesse est, vt sint valde conuenientia *Faciet Dominus in monte hoc conuiuium.* Vocatur Deus absolute *Dominus*, quo eius dominii innititur magnitudo: est enim interminum. Instituit Rex Assuerus centum ac viginti septem *Esth. 1. 4* Dominus Prouinciarum conuiuium. *Vt ostenderet diuitias gloriæ regni sui, ac magnitudinem atque iactantiam potentiæ suæ.* Et vt erat ille tantarum Dominus ac Rex prouinciarum, fuit & eius conuiuium celebertimum mundo spectaculum. Ad hoc vero designauit hortum regium: & cum esset ad potentiæ suæ iactantiam, quis non dicat tantæ magnitudini correspondisse conuiuium? Quid vero hoc in comparatione diuini huius conuiuii? Magnus Rex Assuerus: nihilominus certo regnum eius limite claudebatur, ita quoque eius conuiuium, tam in iis quæ huic conuiuio intercidebant, ac ministrabantur, quam in temporis mora qua extendebatur, quæ certo termino finiebatur, at Dei conuiuium, quale, quæso te, illud? Ipse Dominus illimitatus, absolutus. *Dominus.* Omnium Dominus: conueniat igitur conuiuium eius magnitudini, sit illimitatum, sit interminum, tum in temporis diuturnitate, quam ferculorum varietate atque præstantia.

Hoc inquit, conuiuium, *Faciet Dominus in monte hoc* a terra eleuato: quæ enim hic in cibum præparantur, nec terrena sunt, nec abiecta, nec sordida, corruptibilia, breui peritura. Minime gentium. Permagnificum fuit illud Assueri conuiuium, porro cum regnum ipsius de terra sursum non efferretur, illud in eius erexit planitie: at cum principale regni diuini dominium sursum sit, in altissimis cœlorum fastigiis ibi quoque celebrabitur conuiuium. Quidquid in terra est, terrenum est, & in terram reuertitur: *Quæ de terra sunt, in terram conuertentur.* *Eccl. 3. 21.* Parantur terrena terrenis, quibus nutriuntur: at filiis Dei, diuina, cœlestia, suprema, quæ mundum hunc visibilem excedant, in monte cœlorum:

D. Augu. Lib. Soliloq. 22. Tom. 9

lorum: *In monte hoc.* Hanc D. Aug. perpendebat rationem: *Oculus non vidit Deus absque te, quæ præparasti diligentibus te: secundum enim magnam multitudinem magnificentiæ tuæ, est etiam multitudo magna dulcedinis tuæ, quam abscondisti timentibus te. Magnus enim es tu Domine Deus meus, & immensus, nec est finis magnitudinis tuæ &c. Et sicut magnus es tu, ita magna sunt donaria tua: quantam tu ipse es præmium & donum.*

§. 12. *Cæli gaudia breuiter Propheta declarauit illa tamen non nominans.*

123 INquiramus, quæ erunt hæc fercula, quibus excipiemur? *Conuiuium pinguium, conuiuium vindemiæ, pinguium medullatorum.* Pinguia, pinguia medullatorum. An non loquendi modum demiratis? Erunt ne perdices, galli indici, vituli trimi, aues Phasidis? Num fercula dulcissima, ossa melle saporata, num liba, num salgama, num arida bellaria? Num forte sapida poma, pyra, cerasa, nuces &c? Nihil horum meminit, sed illa hoc verbo describit: *Pinguium, pinguium medullatorum*; eo quod nihil sit in rerum natura huic comparandum, nec vlla verborum eloquentia nenerit, hæc explicare. Disputat

In Psalm. 119. Ps. 83. 6.

D. Aug. ad illa verba Dauidis: *Beatus vir, cuius est auxilium abs te, ascensiones in corde suo disposuit in valle lachrimarum in loco quem posuit.* Quærit D. Aug. Quis est, o Dauid ille locus, & quid illud quod Deus posuit, quod præparauit? An hoc nobis non indicabis? Quis hic apparatus epularum? Quæ lautitiæ adeo sapidæ, quæ hæc mensa saliaris? quæ cœna genialis? Non dicit. Nec mireris, respondet D. Aug. quia nec ipse D. Paulus hoc valuit explicare, licet & viderit & gustauerit, quinimo ex hoc ipso magis obmutuit, & quo illa distinctius cognouit, eo minus verbis potuit declarare, cui satis fuit dicere, fuisse fercula conuiuium a Deo electis suis præparatum:

Isa. 64. 3 & 1. Co. 2. 9.

Nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominum ascendit, quæ præparauit Deus iis, qui diligunt illum. Oculos dilatate, quantum potestis, intuemini solem, lunam, stellas, fontes, flores, gemmas, margaritas, vniones, nihil horum est: *Nec oculus vidit.* Aures arrigite, quid de terris longinquis narretur auscultate, licet fabulas sapiant, ac mendacia, de auri fodinis, gemmeis montibus, auibus, suauiori cantu, ac plumarum varietate gratissimis, nihil horum est: *Nec auris audiuit.* Laxate frena imaginationibus ac phantasmatibus, imaginamini vobis quidquid potestis de mellitis flumini bus, lacteis, riuulis floribus cum fructibus, caponibus, perdicibus, arboribus gemmis pretiosissimis grauidis &c. Omnia scoria sunt; *Nec in cor hominis ascenderunt.* Quid igitur erit? Hoc tantum dico, respondet D. Paul. conuiuium esse amicis suis a Deo præparatum. *Quæ præparauit Deus iis, qui diligunt illum.*

I. Locus Isaiæ explicatur.

II. Similitudo.

Hinc aliquid poteris inuestigare. Si regale intrares palatium, & ad primum ingressum, locum omnibus peruium, nobilibus, plebeis, filiis, seruis, incolis, aduenis, quintino & canibus ac animalibus, cerneres ipsum pauimentum stratum tegulis aureis, contectum aureis, argenteis, ac sericis tapetibus, millenis floribus, ac ramusculis intertextis. Deinde oculos ad tectum sursum attolleres, pulcherrimum, lacunaria ex auro, ut carbones viderentur flammiuomi: Ex vna & altera parte abacos poculorum, peluium, vasorumque auro argentoque vermiculatorum, parietibus appensas vmbellas Attalicas, aulæa Babylonica, quæ diuersis coloribus picturæ, gemmarum, auri que intextis fulgerent augustius, circumquaque scaturientes fontes crystallinos, marmoreis columnis circumornatos. Mensas cernetes oppipare instructas omnigenis ferculis, deliciis lautitiis permagnificas: vinum nobile Creticum falernum, nectar. His supra modum obstupefactus œconomum adires, ab eoque inquireres: Amabo, quid hæc sunt? Ille vero responderet. Hoc charissime, hoc domus huius villa rustica est, a Rege destinata, seruis, mancipiis, animalibus, omnibusque promiscue confluentibus; statim adderes. Domine Deus quid igitur Rex seruat suis in cubiculis secretioribus ac regalibus sibi suisque filiis ac principibus maxime familiaribus? Si id quod ego plurimi fac.o hoc in ipsa villa rustica, vt maxime commune habeatur, mancipiis, infimæ sortis hominibus, quid credam in interioribus aulæ secessibus Regi filiisque reseruari.

Præpotens ille Rex Deus, Dominus absolutus ercauit hoc mundi palatium: atrium est, pauimentum est, pars inferior, vide quale sit, quanto fulgeat auro, quanto splendeat argento, quot gemmis rutilet, quot tapetibus, floribus, ramusculis fragrantissimis ac gratissimis intertextis solium substernatur? Intuere mense Maio campi faciem viridantis, nec enim talia in Germania aut Flandria texuntur stragula. Dein oculos erige ad cœli conuexum, en quale lacunar, & tot respersa sidetibus laquearia. Circumquaque lumina reuolue, qui fontes, quales fructus, quæ gemmæ,

gemmæ, lapides qui, arbores quæ, maria piscibus referta quæ ? Cum Dauide mirare cœli testudinem. *Videbo cœlos tuos opera digitorum tuorum.* Psal. 8. Contemplare auium species, piscium genera, fructuum multitudinem : quod aurum? quod argentum ? quæ margaritæ? qui fontes? quæ prata ? quæ deliciæ ? Hæc Domine quibus, & quibus creasti, parasti, instituisti ? Noueris hoc esse coloniam omnibus communem Mauris, Arabibus, peccatoribus, Dei inimicis, equis, elephantis, apris, passeribus, vermibus. O Deum æternum ! quænam, amabo te, erunt, quæ in cœlo tibi, tuisque filiis pulcherrima præparasti ? *Quæ præparasti diligentibus te?*

Hæc Dauidis erat contemplatio, quando vero oculos suos explicabat, & quæ creauit Deus 24
in hoc mundo meditabatur, quæ luminaria die ac nocte lucentia ? quis stellarum fulgor ? quæ fontium scatutigines? quis pratorum viror? quæ metallorum pondera? quæ plantarum delectabilis varietas ? quam gratum videre ceraſum fructibus suis flammeolam ? pomum fructibus incuruam ? quæ hic non creauit pulchra, grata, delectabilia ? quibus ? quis illis potietur? inimici Dei, & maiori numero peccatores. Quid ergo erit Domine filiis tuis, seruis tuis, tuis amicis, tuis familiaribus ? *Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscondisti timentibus te.* Psal. 30. Si quiquid contemplari, audire ac videre possum, ad hoc pertineat atrium commune Dei inimicis, quæ dulcedinis erit multitudo, quam absconditi intimis illis cœlorum recessibus, quibus illi soli perfruentur, qui tibi seruiunt fideliter, te honorant, tibi obediunt, diligunt, & in tuorum censentur numero filiorum ? Si cerneres circumquaque palatium, & per fenestras plenis calathis hinc eiici gemmas, vniones, adamantes, rubinos, sapphyros, hyacinthos illinc tegulas aureas, minas Atticas, Daricos coronatos, libras Romanas, laminas argenteas obrizas : hinc perdices, pauones indicos, gallinas tibique exterrito, & oculos attolenti occurreret architriclinus, senex canitie venerabilis, qui scire desideranti responderet. Qui ? hæc omnia demiraris ? Scito hæc omnia domus huius esse tantummodo scoriam ac sordes, quæ vt tales his ædibus euertuntur, quam stupore attonitus, quam extra te raptus quam suspensus cogitares Deum immortalem! si hæc domus huius sunt sordes, quæ eius erunt diuitiæ ? Si hæc, quæ nostro iudicio vt maxime pretiosa cognoscuntur, vt sordes euertuntur, quæ erunt illa, quæ apud illos habeutur pretiosa ? Scitote charissimi, Palatium & Dei domus est cœlum, ad hoc nos creauit, ad hoc nobis commigrandum

III. Similitudo.

Hoc Dauidis animam recreabat; *Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus.* Hoc viros iustos tribulationibus animabat agitatos. Fateor, eos modo vt paradiso Psal. 121. 1. extorres viuere : nos omnes : *Exules filij Euæ.* Attamen elucebit dies, quo ad paternas ædes reuerramur. Quæ his ædibus non eiiciunt, non eiecerunt pretiosa ? Hæc sidera, fontes illos, illas gemmas, illos rubinos, hoc aurum, argentum, & quæ hic pulchra miraris, illinc excidunt ? *De sursum est.* Oculos explica, & vide, quid dignum repereris, vt oculos in illud de- Luc. 1. flectas. Vide torques aureas, gemmas, quæ rapiunt oculos, adamantes omne pretium excedentes, prata virentia, fontes pulcherrimos, tot cibos, tantam auium varietatem, omnia illinc exciderunt, & si scire quid sint desideras, mentis oculos erige, en tibi dispensator Dei mysteriorum D. Paul. talem enim seipsum inscribit : *Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei*, & quid ille de his dixerit, intelliges. Sordes sunt hæc omnia; *Omnia arbitratus sum, vt stercora.* Nec illa sumpseris, ait D. Basil. dicta per auxesim, quia in rei veritate, non censetur magis scoria ac sordes, canistrum stercoris in regio cubiculo, quam foret canistrum rubinorum, adamantum, vnionum &c. in cœlo empireo. Ex eo quippe quod sit cor ruptibile, licet sit aurum primum, argentum purificatum, adamas summi valoris, suis punctulis, vt radiis elaboratus, perlus est, minus est illi loco ipso stercore, vbi omnia æterna sunt ac incorruptibilia, & propria phrasi dicere liceret, quod non minus offenderet, ac regnum illud dedeceret canistrum gemmarum orientalium, quam canistrum fimeti in mundissima Regalis aula palatii. 1. Cor. 4. Phili. 3.

Veritatem vobis propono Catholicam, dum hæc exaggero, vt sint gradus scalares mentibus vestris, dicatisque. O Domine, si hæc tanta domus tuæ, sint lordes, quid tuæ erunt diuitiæ ? Si maximæ diuitiæ, quas vel vident oculi vel aures audiunt, vel cor meditatur, scoria sunt, quid illa, quæso, erunt ? Nulla hæc lingua valet explicare 25
Audiamus D. Aug. huius domus magnitudinem gloriamque perpendentem, cuius verba tam pia quam docta hic arreximus ; *Ex his minimis tua magna, & ex his visibilibus tua inuisibilia comprehendimus, Domine Deus sancte, & bone creator noster Si enim, mi Domine, pro hoc corpore ignobili & corruptibili tam magna & innumera beneficia præstas* D. Aug. L. Sol. c. 1 Tom. 9.

ſtas à cœlo, & ab aere, à terra & mari, à luce & tenebris, à calore & vmbra, rore & imbre, ventis & pluuiis, volucribus & piſcibus, beſtiis & arboribus, & multiplicitate herbarum, & germinum terræ, & cunctarum creaturarum tuarum miniſterio, nobis ſucceſſiuè per ſua tempora miniſtrantium vt alleues faſtidium noſtrum, qualia, queſo, & quàm magna, & innumerabilia erunt illa bona, quæ præparaſti diligentibus te, in illa cœleſti patria, vbi te videbunt facie ad faciem? Si tama nobe facis in carcere, quid ages in palatio. Magna & innumerabilia ſunt opera tua Domine, rex cœlorum. Cum enim ſint hæc omnia valde bona, & delectabilia, quæ bonis pariter, maliſque communia tradidiſti, qualia futura ſunt illa, quæ ſolis bonis reconditiſti? Si tam innumera & varia dona tua, quæ nunc amicis pariter tribuis & inimicis, quàm magna & innumerabilia, quàm dulcia & delectabilia, quæ ſolis es largiturus amicis? Si tanta delectabilia continet carcer, quanta queſo, continet patria? Oculus non vidit, Deus abſque te, quæ præparaſti diligentibus te.

» §. 13. *Magnitudinem cæli Empyrei nos docet* »
» *hæc ſiderum cælorumque magnitudo, vt* »
» *quaſi fidem excedat, quod de ea dicunt* »
» *Aſtrologi.*

☞ 26 » EX hoc argumento, debebat ipſe D. Augu. »
L. 13. » elicere ſenſum illorũ verborũ Spiritus S. »
de Gen. » qui referens cœlorum creationẽ, & quo- »
ad litt. » modo illos Deus ornârit ſtellis maioribus ac »
& 15. » minoribus, præcipuè verò ambobus illis lumi- »
in imp. » naribus ſole ac luna, ait: quòd ſtellas poſuerit in »
Gen. 1. » firmamento, id eſt octauo cœlo: *Vt ſint in ſigna,* »
14. » *& tempora, & dies & annos.* Hoc facilè capimus, »
» quòd Deus creauerit cœlos, ſtellas, nominatim »
» autem ſolem & lunam, vt faciant, & diuidant »
» tempora, ver & hyemem, noctes & dies, mẽſes »
» & annos, cum hæc omnia ab eorum dependeãt »
» motibus, quibus nobis ſol lucet vicinior, magis »
» vel minus recedit, diem illuminat, noctibus diſ- »
» paret, cui luna ſuccedit, &c. At quis horum ſen- »
» ſus? *Vt ſint in ſigna.* Et hoc primum ponit, vt eo- »
» rum præcipuũ officium. Notum eſt illud axio- »
» ma philoſophicum; id quod pro ſigno ponitur, »
» non poni propter ſe, ſed vt eo viſo intellectus »
» noſter aliquid maius intelligat. Huic innixi A- »
» ſtrologi (dicunt SS. Patres) fundârunt præten- »
» ſionem ſuam, ac veritatem ſuarum prædictionũ, »
» iudiciorum, prognoſticorũ ſcientiæ iudiciariæ, »
» cuius rationes ac dicta referunt, reprobant ac »
» conuincunt D. Baſil. D. Ambr. D. Aug. D. Thom. »
» & alij tam Græci quàm Latini, citati à Lipoma. »
» Licet enim verum ſit, quòd corpora cœleſtia » *Caton. in Gen. cap. 1. tex. 6.*
» & ſtellæ influxum habeant efficacem, in hæc »
» corpora inferiora veruntamen in animas mini- »
» mè, ſed nec in ipſum liberũ hominis arbitrium; »
» licet bene notet Hugo de S. Victore quòd eo » *In Cen. 7.*
» quod animæ ſe ſinãt corporis affectibus com- »
» moueri cognoſcendo quos cœlorum ac ſiderum »
» influxus affectus in corpore moueant, inde ſu- »
» mant argumentum iudicandi eodem modo de »
» animis, ac libero arbitrio: veruntamen incerta »
» ſunt omnia, vaga ſunt omnia, quinimò paruam »
» poſſunt habere eorum certitudinem quod cor- »
» pora, ait D. Thom ob incertitudinem, quâ pro- » *Opuſc. de iudic. aſtrol. & refert Lipom.*
» cedunt in aſtrorũ, eorumq; motuum ac influen- »
» tiarum cogitatione. Dicent alij, eſtque ſententia »
» communior: quòd Deus poſuerit cœlos, ac ſi- »
» dera: *In ſigna futurorum*, vt Chriſtus ait: quando »
» veſperi cœlum videmus rubeum, prædicimus »
» ſerenitatem matutinam: quando verò luna cir- »
» culo apparet concluſo, prognoſticum illud ha- »
» bemus pluuiarum, & his aſpectibus cœli ac ſi- »
» derum tam nautæ quàm operarij plurima fu- »
» tura præſagiunt. »

Hanc approbo declarationem, at verò il- »
lam D. Aug. cit. admiror. Quòd Deus immen- »
ſam hanc cœlorum aſtrorumque poſuerit ma- »
chinam, nominatim autem pulchriora illa lu- »
minaria ſolem & lunam in ſigna vt ex eis ali- »
qualem cœli empirei, locique cœleſtis gloriæ, »
ad quam nos Deus procreauit, eliciamus cog- »
nitionem. Creauit ac poſuit Deus hominem in »
terra, non vt in ea perpetuus maneret habita- »
tor incola, ſed vt iter cœlum verſus dirigeret, »
& hic viuens corpore, ſurſum cogitationes, »
animam, votaque ſua eleuaret. Vt verò ho- »
rum aliqualem haberet cognitionem, oculis »
ejus expoſuit totam hanc machinam, præcipuè »
verò ſidera ac cœlos. Perpende horum magni- »
tudinem, claritatem, ſplendorem, venuſtatem, »
& hæc ſint tibi in ſigna eorum quæ cœlo em- »
pyreo continentur, magna, clara, ſplendida & »
in ſummo gradu venuſtiſſima. Si hæc tam gra- »
ta nobis conceſſerit, quantò tempore in hac »
valle degimus lachrymarum exules, quid loco »
illi ſeruauit, vbi cum ſanctis ſuis regnabit æter- »
nùm glorioſus? quid eſt cœlum hoc quod ocu- »
lis conſpicimus? quid hæc ſidera? quid ſol per »
diem nos illuminans, & Luna per noctem? Præ- »
clara valde nobis de his ſcriptis mandârunt »
Aſtrologi doctiſſimi, & hoc æuo noſtro Chry- »
ſtophor. Clauius. Hoc vt certum (ait) ſuppo- »
ne; minimã ſtellam, earum quas vides in cœlo »
ſtellato »

In Sp. cap. 1. quem sequi tur Corn. à Lap. in 1. Gen.

stellato octodecies excedere magnitudine totam terram. Statuunt Astrologi varias stellarũ quantitates, quas in sex classes diuidunt. Primæ quantitatis stellæ septemdecim sunt maiores toto terræ globo centies & septies. Secundæ quantitatis quadraginta quinque terram excedunt nonagies. Tertiæ quantitatis ducentæ & octo mũdum superant septuagies & bis. Quartæ quantitatis ducentæ septuaginta quatuor; hãc molem excedunt quadragesies & quater. Quintæ magnitudinis numero ducentæ septemdecim, machinam hanc exsuperant trigesies quinquies. Sextæ quantitatis, cæteræ scilicet omnes, licet Astrologi tantùm ducentas illas ac quadraginta nouem considerent, sunt maiores tota terra octodecies. En quantæ sint, en quot sint, & quàm exigua pars cœli stellati, quam istius cœli exiguo spatio contineantur, & quàm multò sint ampliora eiusdem cœli vacua spatia, quàm ea quæ stellæ occupant, vt locus infinitis aliis ac multo maioribus figendis supersit, cum millesima pars stellis non sit, vermiculata. Hinc collige, quàm vasta sit hæc cœlorum machina, quàm immensæ magnitudinis. Quanto, credis, tempore plumbea glans sclopi maioris indigeret, vt spatium vel minimæ stellæ illam pertransiret? duobus annis subtractis decem diebus: quia vt probant supradicti Auctores, vt transeat plumbea sclopi maioris glans per terræ superficiem, quadraginta dies requirerentur. Si igitur minima stella octodecies maior sit tota terra, bene infertur, vt illam transuolet scloppi glans plumbea, requiri septingentos & viginti dies. Hinc solis collige magnitudinem, qui cum sit mundo maior centies septuagesies, vt illum percurrat glans scloppi maioris requirerentur anni sex mille, & dies quadringenti, id est plus quàm octodecim anni; viderentur hæc fortè quibusdam efficta; sed in rei veritate hoc ita esse probant huius scientiæ professores. Hinc & illud secundùm annecte, videlicet istorum cœlorum ac siderum motus; singula eorum quæ sedem habent in Æquinoctiali & quælibet pars seu cœli punctum quòd in sua linea conficiunt, quâlibet horâ tantùm conficiunt spatij, quantùm conficeret veredarius singulis diebus quatuordecim leucas horarias percurrens, mille nongentis & quatuor annis. Si tantùm spatij quilibet eorum motus percurrat vna hora, quantùm spatij conficiet viginti quatuor horis, diebus singulis. Vnde inferunt eorum motum multo esse velociorem motu vnius sagittæ, quinimò & glandis ferreæ. Quàm igitur erit immensum spatium illud? Est enim tantum spatium, de terra ad conuexum cœli stellati, vt si illinc deuolueretur lapis molaris, impenderet nonaginta annos antequam ad terram vsque laberetur; licet autem hoc simpliciter dicat D. Vincent. Ferrar. fusiùs tamen probant præfati Auctores. Si quis recta scanderet ad conuexum cœli stellati, ac singulis diebus conficeret viginti miliaria, indigeret octo millibus annorum. Hoc refert ac asserit insignis ille Astrologus apud Arabes Alpharabius. Et secundum hanc opinionem, vt ad cœlum empyrium accederet, opus esset sedecim millibus annorum. Ita vt, si ab eo instanti, quo Deus Adamum creauit, vsque in hodiernum diem cœpisset ascendere, quotidie viginti leucas perficiens, etiam hodie nondum ad cœlũ stellatum accessisset, sed nec quidem medium spatij confecisset, quòd hinc ad cœlum Empyreum credunt interesse. Humanam fidem excedere videtur; verumtamen id nobis affirmant illi, quos credimus, suis sphœris, ac astrolabiis cœlos vt palmis demetiri.

Refert Salm. relatus à Barradio Tom. 2. l. 9. c. 12.

Paral. 4. c. 14.

Hanc distantiam singulariter expendit Abulens. vt quandam declaret rationem, quare S. Mater Ecclesia Christi Domini nostri Ascensionem vocet admirabilem: quia, cum interfit tantum, ac immensum spatiũ, illud tamen breuissimo tempore pertransierit. Hinc etiam intelliges excellentiam dotis agilitatis, vnius ex quatuor dotibus corporis glorioſi, quæ tanta erit, vt illud spatium, ad quod emetiendũ glans scloppi maioris toto semper ruens impetu opus haberet annorum centuriis corpus gloriosũ tempore inperceptibili pertransibit, vnde eius agilitas, cogitationis comparatur leuitati. Obstupesce, quàm immensa sit istorum cœlorum magnitudo, & quàm iusta ratione dicat Astrologia, quòd terra respectu cœli stellati, puncto non sit maior. Quid igitur erit respectu cœli Empyrei, diuinæ gloriæ loci, quam electis suis Deus præparauit. Iam intellige cur totam illam magnitudinem, pulchritudinem ac immensitatem Deus creauerit, *vt sint in signa*; nimirum vt hinc elicias, qualis futurus sit locus quem Deus erexit in suæ thronum maiestatis, suæ sedem magnitudinis, aulæ suæ supremæ habitaculum, & exclames cum Propheta Baruch. *O Israel quàm magna domus Dei, & ingens locus possessionis eius? Magnus est, & non habet finem, excelsus & immensus*, quàm ingens est iste locus? *Immẽsus est*: nulla enim potest mẽsura declarare; actalis est, vt *non habeat finem*. Vide nũ sint verba aliqua

Baruch 3. 24.

» aliqua magis propria quibus talis melius possit magnitudo declarari. O mortales, mentis » oculis ascendite, cogitate, ruminate quanta » sit illius loci magnitudo, quam speratis obti- » nere, vt tota terræ moles puncto sit minor (si » minus quid dari possit) eius comparatione. Con- » sidera igitur si totus mundi globus cœlorum » comparatione tam nihil sit, quid erunt terrena » hæc omnia regna? quid ciuitates? quid loca? » quid tua camporum jugera quæ tibi videntur » tam extensa? quid tuæ possessiones quas judi- » cas tam amplas? quid domus tua? quid tua pa- » latia? O miseri, qui curritis exanimes vnius » prædij, hereditatis, aulæ, palatij, rei alicuius » adeo ex quæ ambitione flagrantissimi, videte, » *Quàm ingens locus possessionis eius.*

» Progredere vlterius, ac considera, quòd si » tanta sit differentia eorum omnium quæ conspe- » ctui nostro subiacent ad illud spatium, quoad » quantitatem, non minor est quoad qualitatem. » Aspice cœlos illos pulcherrimos, stellas fulgen- » tissimas, attende solis clarissimum splendorem, » lunæ venustatem, omnia hæc *sunt in signa*: vt » per hæc agnoscas, si tale tectum creauerit do- » mui terrenæ, corruptibili, & breui consumandæ » tales testudines, laquearia talia, elegantia incor- » ruptibili adornata, quid erit, quod in domo illa » cœlesti suæ Maiestati condigna, & æternæ glo- » riæ congrua præparauit, vbi in æternum regnat » ipse Deus immortalis. Quæ venustas? quæ » lux? quæ claritas! talis est, vt mundi lux ma- » xima nox sit, ac tenebræ. O terrigenæ, ac filii » hominum, cœlos istos, stellas, fulgorem, vt signa » considerate: hoc est, vt illa corporis oculis in- » tuentes ex illis intelligatis mentis oculis emi- » nentes cœlorum prærogatiuas, & videte quam » præclare vobis acclamet Rex Propheta: *Filij* Psal. 4. » *hominum vsquequo graui corde, vt quid diligitis* 2. Mar. » *vanitatem, & quæritis mendacium?* Mortales bo- 7. 20. » nis cœlestibus instituti, vt quid adeo vacordes 1. Consi- » vos ipsos deicitis, ac animo vilescitis, vt quis- deratio- » quilias illas diligatis, quid enim aliud sunt ter- ne cœli » rena hæc omnia? quam apte vobis illud possum mater » occinere, quod pijssima Machabæorum mater, Macha- » (quam Spiritus S. hoc celebrat encomio: *Mater* bæo- » *mirabilis & bonorum memoria digna.*) suggessit fi- lum fi- » liolo suo, quo eum ad cruciatum, mortisque rios ad » tolerantiam excitabat, quibus ab impio Rege mortẽ. » Antiocho examinabatur. *Peroonate, vt aspicias* hortatur. » *ad cœlum* &c. Et altera quoque mulier, pari » virtute, simili constantia, mater iunioris Sym- » phoniani, quem vt vidit extremis doloribus ad » vitæ exitum, palmamque martyrii properantem, » adhortata exclamauit: *Nate, Nate, memento æter-* » *næ vitæ, cœlum suspice, & ibi regnantem intuere.* Hoc ipsum vobis inculco, licet enim vos non ad » mortem rapiat corporis tyrannorum sæua crudelitas, instigant tamen ad animæ perditionem » sæuiores dæmonum tentationes, mundi illecebræ, caro vestra ad rerum terrenarum dilectionem, quæ omnia vanitatis arguuntur, &c.

§. 14. *Gloriæ cœlestis bona satiant appetitum quem terrena magis accendunt.*

27 HInc oritur, quod Propheta in particulari non dicat, quid illud sit quod Deus in hoc conuiuio proponet, sed quodam velat inuolucro & includit generalitate. *Conuiuium pinguium, pinguium medullatorum*: pinguia, substantialia plena medullis. Magnam habent verba hæc emphasim. quid illud conuiuium tantarum erit apparatu epularum instructum, vt appetitui satisfaciat, famemque satiet. Cibus autem vt satisfaciat, & satiet conformis esse debet calori stomachi qui illum digerit. Si vnam passam porrigas struthioni, vel ficum elephanti, vel milium equo, fame interibunt. O quam ingens animæ nostræ stomachus, & quantus eiusdem calor appetitus! Infinitus est, ne minus dixerim, boni capax infiniti; hinc oritur, vt eum nequeat satiare quidquid habet mundus, totum enim illud est finitum. Quando vehemens est ignis incendium, illud aquæ aspersorium nequit suffocare: quinimo eo acrior inflammatur. O animæ incendium, omnia digerens, omnia consumens: quamlibet infuderis aquam, nihil operatur, hac vehetior incenditur. Infunde aurum, gemmas, argentum, census, reditus ciuitates, regna, sitim non extinguunt nec calori satisfaciunt, insufficiens est hæc aqua tantis flammis extinguendis,

Subtiliter dixit Spiritus S, quod quæcumque mundo comprehenduntur, etiam simul iuncta gutta sunt roris antelucani: *tanquam gutta roris* Sa. 11. 23. *antelucani, sic est ante te orbis terrarum*, his cor- D. Augu. dis magis accenditur appetitus. Optime hæc L. Manu. describit Diuus Augustinus *Cor humanum in* c. 23. To. 9 *desiderio æternitatis non fixum, nunquam stabile esse potest, sed omni volubilitate volubilius, de alio in aliud transit, quærens requiem, vbi non est. In his autem caducis & transitoriis veram requiem inuenire non valet, quomam tanta est dignitatis, vt nullum bonum præter summum bonum ei sufficere possit.* Ob hoc præter alias rationes dicitur homo factus ad imaginem & similitudinem

Dei : sicut enim Deus solus seipso satiatur, ac in seipso requiescit ob suam infinitam capacitatem : eius enim intellectus capax est infinitæ veritatis, ac voluntas infinitæ bonitatis, & idem ipse gloriæ infinitæ, ac substantia infinita, ita quoque habet homo capacitatem infinitam, proinde ne putaueris, quòd omni ac toto creato satietur : hæc etenim omnia finita sunt, & velut granum milii in ore elephantis. *Fecisti nos Domine ad te, & inquietum est cor nostrum, donec requiescat in te.* Prodit Alexander Magnus, vt fulgentis radius (ob hanc enim rationem eum Deus monstrat Danieli sub figura animalis, ita velociter currentis, vt terram tangere non videretur. *Ecce hircus caprarum veniebat ab Occidente super faciem totius terræ, & non tangebat* Dan. 8. 5. *terram*) & sibi subiicit Prouincias : vna subjugata sibi persuadens illa jam satisfactum, illico reaccenditur vehementius ad aliam quoque sceptro suo adiiciendam, illa quoque obtenta, statim ambit aliam & aliam inquietus. An hæc tibi sufficiant ò Alexander ? Iam nihil superest acquirendum : quid deest ? minus quietus, minus satur ingemiscebat, quando toti mundo dominabatur, quàm quando eius ne vel minimam partem possidebat ; proinde tunc indoluit, tunc fleuit quia plures non posset coronæ suæ adiungere Prouincias, in tantum, vt cogitare cœperit, num alius esset mundus, quem suo subiugare posset imperio : ob quòd necesse fuit, vt eius præceptor Aristoteles librum inscriberet, de *Vnico mundo* vbi clarissimis argumentis probat non nisi mundum vnicum inueniri. Hoc idem (omissis historiis ac rationibus theoricis) nos ipsa docet experientia quotidiana. Pauper eras, omnium indigus, nullius rei Dominus : tum tibi persuadebas, quòd si Deus tibi concederet, vt centum doricis, aut coronatis annuo censu viueres opulentus, nullus te foret mortalium feliciot, ac quietior. Illos tibi Deus est elargitus, diues viuis ; illico crescit auri sacra fames, ascendit in cor desiderium cum illis & alios tandem lucrandi, censuique instituendi pinguiorem. Hæc obtinuisti : statim augetur & ipsa cupiditas, vnde expedire judicas, vt officia ac dignitates ambias ciuitatis, & inter eues censearis honoratiores & hoc tibi contigit. Sed non sufficit ; imaginaris fore non incongruum, si nobilis inscribaris & inscriptus nobilis, illico termini dominiorum extendendi, &c. & numquam satur conquiescis. O quot tales vidi, qui pauperes clerici, vel religiosi, ad primas Cathedras ascenderunt, qui minus pacati erant & inquietiores primis illis superbi dignitatibus, quàm vili suo tuguriolo, seu cellula pauperes. Nec miror : cum enim animæ capacitas eius sit infinita, proinde bonum exoptat, quod eam impleat, quod aliud esse non potest, nisi infinitum ; & quidquid est, consecuta certo finitum limite terminatur.

Quando in immensum creuit incendium, quantumlibet lignum, quod illo minus sit, 287
flammam non extinguit : licet enim videatur, quàm primum apponitur, quod paululum flammam compescat, illico tamen nimio calore accensum, acrius incendit, & illo vehementior ignis inardescit ; ita nostræ contingit voluntati : ita expertus est Dauid : pauper latebat paterni gregis opilio, voluit montes, rupes, ruboscque deserere, & populosas colere ciuitates, ab hominibus in illis extolli, coli, honorari ; ad votum successit : dum celebrem illum agit de gigante Goliath triumphum, ob quem tota illum Hierosolyma festiuis excipit applausibus redeuntem, filiæ occurrunt cum tympanis lætitiæ & sistris, choros ducunt, victori pæana modulantur, An his contentus ò Dauid ? Continuò vult Rex Saul suis stet promissis, fidemque seruet juratam, det sibi filiam in vxorem, sitque gener regis, vt hoc obtento, & ad illum honoris gradum euectus nihil vltra duceret appetendum. Sic enim interrogat : *Num parum videtur, vobis generum esse Regis ?* Gener sit Regis, applaudite. Num hoc tibi sufficit ? nequa- 1. Reg. 18. quam Domine ; cum enim me vixeris in Regem, 23.
hoc mihi summoperè est in votis, sum & impe- I.
rio & dominio verus Rex, Dominus absolu- Dauid
tus ; omnes me suum regem venerentur. Ita terrenis
Deus cuncta disponit, vt ei dent manus, jurent- dignita-
que fidem tribus Israel. Regi congratulani tibus
ni ; Nec hoc illum sedat, nisi sit omnium numquã
tribuum Israel rex independens. Rex eleua- satur.
tur, fausta acclamate ; quid adhuc illi deest ? *vt subdat populum meum sub me.* fiat. Num modo tandem aliquando satur conquiescet ? Modò minus quietus, quàm vnquam, meaque plus cruciatur anima non his satiata, quàm tota vita mea, cum hæc omnia mihi parua ac modica videantur, sed nec inconcinnè, cum satiari non possit, nisi illo bono quod eius sit appetitui conueniens, quod sit infinitum. *Satiabor cum* Ps. 16. 15
apparuerit gloria tua. Talem eum video die quodam afflictum, gementem, lachrymantem, *Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte.* Quid Ps. 41. 4.
gemis ? ad quid anhelas ? An tibi desunt opes,

supre-

ſuprema dignitas, regna, ſubditi, famuli, corporis cuſtodes, exercitus, tribunalia, equi, palatia, regia magnificentia? Hæc omnia, (reſpondet) nihil ſunt; eo quippe, quod Deo eſt infertus, non ſatiabor, & quamdiu hoc non poſſedero, ipſum me huius fatigabit deſiderium ſuſpiranem. Hoc autem quando, & vbinam aſſequer, s? In cœlo, vbi ſuum Deus inſtruit regale conuiuium, & ſumma cœnatur exultatione. *Hæc recordatus ſum; & effudi in me animam meam: quoniam tranſibo in locum tabernaculi admirabilis, vſque ad domum Dei in voce exultationis & confeſſionis ſonus expulantis.* Illic conuiuio aſſidebimus. quod animam ſatiabit. *Faciet in monte hoc conuiuium, pinguium medullatorum.* O quam ſolidos, enutritiuos dabit ipſe nobis cibos? diuinam eſſentiam in tribus perſonis diuinis, totum eſſe diuinum, omnem ſuam ſubſtantiam, ſuam omnipotentiam, gloriam ſuam, magnificentiam ſuam, ſuam maieſtatem. Iudica num cibus ſit ille ſolidus. Hunc Chriſtus ſuis pollicebatur in præmium eorum, quæ pro ſui nominis gloria & paſſi fuerant & paterentur indefeſſi. *Vos eſtis qui permanſiſtis mecum in tentationibus meis, & ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi Pater meus regnum, vt edatis & bibatis ſuper menſam meam in regno meo.* Magnifica promiſſa; Hoc ſummum cenſuit Dauid ac maximum, quod Principi Miphiboſeth Ionathæ ſui intimi quondam familiaris poterat concedere, nimirum vt regali menſæ ſecum conuiua reſideret. Defuerunt Aman ſuperbo, alia verba, quibus magis extolleret fauorem, quo ſe apud Reginam Eſther polleæ autumabat quam ſi diceret: quod ſe Regi Aſſuero conuinam inuitaſſet Regis ad menſam aſſidere: quis hoc obtinet? Hoc ego (inquit Chriſtus) vobis concedam, hoc vos dignabor honore, hoc meus operabitur ſanguis, mors mea, *vt edatis & bibatis ſuper menſam meam, in regno meo*, idem quod ego, tali regno talis menſa, & tali menſæ, tales conuenient epulæ. Quæ menſa hæc, qua Deus in regno ſuo ac maieſtate diuina recreatur? Notum eſt Ariſtotelis axioma: quod omnia viuentia cibo indigeant ſuæ naturæ conuenienti. Animalia proprio ſibi cibo aluntur, aues ſimiliter, quinimo & ipſi cœlites Angeli cibo nutriuntur naturæ ſuæ concordi: Ita Raphael ad Tobiã: *Ego cibo inuiſibili, & potu, qui ab hominibus videri non poteſt, vtor.* Deus igitur, qui vita viuit, omnẽ vitam ſuperante, cibo fruitur illi valde conſono. Quis hic cibus? quæ hæc menſa, cui Deus aſſidet, qua ſatiatur? Ipſa ſua diuina eſſentia, ac ſubſtantia, ſuum eſſe, ſua maieſtas, ſua bonitas, &c. non enim Deus ſatiari poteſt aliquo quòd ſit illo minus; eſt etenim infinitus, & capacitatis infinitæ. Ad hanc igitur regalem menſam, cibum q́ue diuinum vos condico (ait Chriſtus) idem quo ego veſcor, quo ego reficior, ac illud omne, quo viuo æternum glorioſus vobis in cibum miniſtrabo. Hoc eſt, quod aget, diuinam ſuam eſſentiam vniet (en qualis vobis mẽſa præparata) intellectui noſtro, confortato, & adiuto lumine gloriæ, eritq; vnio, quàm Theologi vocant, ratione ſpecierum intelligibilium. Illic ſe totum, & quantum in ſe habet nobis communicabit. Admirare *Conuiuium pinguium pinguium medullatorum.* Medulla eſt ſubſtantia magis abſcondita, & ipſis oſſium intimis viſcerata. Perpẽde quòd tibi Deus hoc in conuiuio tradet alimentum illam ſuam maximè abſconditam ſubſtantiam, illam de qua dixit: *Non videbit me homo & viuet*, illam, ad quàm in ſua natura nec ipſi ſupremi Seraphini ſuo accedere poſſint intellectu, illud abſconditum, quod *nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit.* Et qua ratione dabit electis ſuis Deus, hunc cibum, quo ipſe ſuſtentatur? Ad huius expoſitionẽ intelligi poteſt illud Dauidicum: *Adſtitit regina à dextris tuis in veſtitu deaurato circumdata varietate.* Conſtituere aliquem ad dexteram ſuam, eſt eum ſibi facere coæqualem. Hãc loquendi formulã declarauit Dauid æqualitatem filij cum Patre, quia dixit illi: *Sede à dextris meis.* Hoc quoque profitemur: *Sedet à dextris Dei*: quia in quantũ Deus, æqualis eſt Patri, & in quantum homo locum obtinet eminentiſſimum. Quocirca vult Dauid dicere: voluiſti dilectam ſpõſam tibi facere coæqualẽ, tradis illi quod poſſides & maximũ & pretioſiſſimum. Num fortè eſt Eccleſia vel ipſa anima Deo æqualis? Nequaquam, ſed innuit quòd eam ſibi faciat æqualem in quantum illi concedit iiſdem frui bonis, eaſdemque diuitias poſſidere. Ita vt nullo alio ſit Deus glorioſus, nec bonis aliis opulentus, quàm ea ipſa gloria, ac diuitiis, quas in cælo ſponſæ ſuæ concedit poſſidendas. Clariùs explicat. *In veſtitu deaurato, circumdata varietate*: veſtitus omnium ditiſſimus, eſt veſtis Attica, ex auro contexta. q.d. eam reddis æqualem, dum eam induis eadem Attica veſte gloriæ, ſeu polymita cum varietate licet enim ex eadem & æquè pretioſâ tela ſit veſtitus deauratus, qui puſillo texitur, ſicut qui & magno; at multo maior eſt veſtis vnius quàm alterius ſecundùm corporis magnitudinem. Sic quoque & idem erit Deus, eadem eius

Luc. 22, 28

2. Reg. 9. 7

Tob. 12. 19

Exo. 33. 20.

Pſ. 44. 10.

Pſ. 109 1.

eius essentia, eædem eius diuitiæ, quæ sanctis communicabuntur ad cuiusque mensuram meritorum, in quo gloriosa varietas elucebit.

§. 15. *Illic erit gaudium impermixtum, quale hic nullum reperitur, sed pœnis permixtum.*

29 1. Vinum Symbolum est lætitiæ. *Psal. 103. 15.* *Iud. 9. 13.* EXaggerat Propheta hoc Dei conuiuium, in quo vinum hauriemur *vindemia defœcata*, id est vinum meracum. Apud omnes Auctores, tam sacros quam prophanos, & apud quaslibet hominum nationes, vinum, symbolum est lætitiæ, & gaudii omnesque consentiunt dicto Dauidis. *Vinum lætificat cor hominis.* Quinimo narrat Spiritus S. quod alius introduxerit loquentem vineam, quod inter omnes terræ plantas, fructus eius talis esset, qui *lætificat Deum & homines.* Asserit, quod Deum lætificet: eo quod ipse Deus statuerit, vt in sacrificiis lætitiæ, vinum funderetur, & hinc Gentiles hoc sumpserunt, vt quod omnium primum Diis suis offerent, esset vinum pretiosissimum. Nominatim vero vinum offerebant, (inquit Iustinus Martyr) in sacrificiis Solis, quem vt supremum Deũ venerabantur, & vocabant: *Mundi lætitiam.* Vnde Poetarum facile Princeps Virgilius vinum appellabat; *Munera lætitiamque Dei.* De quo mira refert Philo ab omnibus auctoribus auctor habitus irrefragabilis quod igitur dicit, quod in illo conuiuio Deus electis suis vinum propinabit pretiosissimum, merum, *vindemia defœcata* per hoc innuit, quod eos lætitia perfundet purissima, ac mero deliniet gaudio, sine vlla seu parua seu magna vllius rei aut æ seu doloris permixtione. In hac vita, nullum tale cognoscitur vinum, cum nullum sit gaudium tam purum, quod non sit lymphatum ac fœcibus spurcatum. Hoc optime dixit, qui de illo biberat ad satietatem, Rex scilicet Salomon, qui huius miserrimæ vitæ varios enarrans euentus ait, *Risus dolore miscebitur, & extrema gaudii luctus occupat.* Non ait dolor risu miscebitur, quia dolores tam meros haurimus, vt nec risus vmbra, seu gaudii guttula illi misceatur, nobisque occurrunt, sic vt nec rimulam relinquant, ne vbi quidem passui aut vestigio consolationis: & sæpe numero succedunt tibi inuicem, ita vt dolor vni alteri & alteri connectatur ac commisceatur, & quocunque oculos conuerteris, nihil nisi labores offendis, nihil nisi dolores apprehendis. Iobum afflixit tristis nuntius, a Sabæis armenta boum ac asinarum referens ablata, huic risus non succedit, nec gaudium; sed tribulatio grauior, accurrit nuntius alius, quasi mala sibi inuicem innectens, qui dicat; *Ignis Dei cecidit e cœlo & tactus oues, pueros que consumpsit.* Huic alter succedit, qui inter alia hæc tristia nuntiat: a Chaldæis direptos camelos, & percussosque pueros gladio. Et dum sperandum sibi foret aliquod a filiis leuamen tribulationis, adest alter, qui referat illos sub ruina domus contritos sepultosque miserando infortunio: dum autem in se reuersus sibi posset de sanitate gratulari, cum iam illi cætera deessent, en a capi e vsque ad calcem totus lepra consperfus sedet in sterquilinio, dolorum pœnarum que colluuies, dum sibi inuicem manus dant, & vna alteri pœna concatenatur dolorem dolori succedere pœnam pœnæ connecti exemplo discis quotidiano, verumtamen sine dolore gaudiũ, sine luctu tripudium, sine mœrore risum, quis inueniet? dum enim risus tibi offertur occasio, continuo accurrit dolor, qui vinum diluat & ne sit purum infuscat, *Risus dolore miscebitur. & extrema gaudii luctus occupat.* *Lib. 1. 18.*

Virgil. L. 1. Æneid. *L. De plan tat Noe ad finem & li. de Temulentia* *Pro. 13. 13* *Gen. 25. 8.* *Gen. 25. 22*

Maxima Saræ offertur ansa lætitiæ, dum se prægnantem læta demirat, omni iam spe ablata filios generandi: quocirca est effusa in risum dum ei Dei nuntius filii prænuntiat nativitatem, eum eius sterilitati fœcundus superuenisset: tantoque gaudio demulcebatur, vt filium iam natum Isaac censuerit appellandum, id est risum: *Risum fecit mihi Deus.* Confestim vero gaudium illud dolore & anxia sollicitudine diluitur: videt Agar ancillæ filium, in filium suum insultem eum contemnentem, persequentem. Vnde continuo agitata tumultu de remedio cogitat, litibusque cum Abraham marito contendit animosa. Gestiebat præ gaudio Rebecca iam partui vicina, post multos annos in matrimonio frustra consumptos; & vt ob rem quam adeo sitienter experiebat, imo sibi vita chariorem ducebat summa lætitia perfundebatur: attamen, mox succedit dolor, quem vtero suo sentiebat vehementem mirum, *Collidebantur in vtero eius parvuli*, quo ad portas mortis funesta rapiebatur: vnde tristis exclamat: *Si sic futurum erat, vt quid necesse fuit concipere?* Tanta lætitia exultat Rachel, se a Deo ventris fructu fœcundam conspicata, quanto prius dolore ob sterilitatis virium contabuerat, at cito citius *Risus dolore miscetur*, dum partus cruciata tormentis, hæc eius nouissima fuerunt verba, quibus anima eius corpore euellebatur, & hoc extremum perorat, vt natum filium vocarent Benoni, id est filium doloris: tantissim ex partu cruciatu torquebatur: vt animam

mam exhalaret, amitteretque vitam mater dolorosa.

Hic igitur illorum verborum est sensus: *Extrema gaudii luctus occupat.* Trahit secum gaudium concatenatum & sibi connexum planctum dolorem, & si primum nascitur Esau, illum sequitur plantam manu tenens Iacob: sed nec taliter qualiter, idest luctus, sed *occupat*. totum occupat, totum contegit: quo loquendi modo Spiritus S. declarat, sine vlla comparatione multo grauiorem eam esse tribulationem seu luctum, quem male fastus tibi adfert euentus, qui gaudio superuenit inexspectatus, quam lætitia fuerit ex prosperis concepta successibus. Quantum oboritur gaudium parentibus ex filiorum prospera valetudine, virium robore, formæ elegantia, morum affabilitate vt vero suum compleant gaudium, illos iungunt matrimonio, sed ecce mors illos hinc abripit inopina: prout illa proponit mulier de qua late D. Esdras.

4. Esd. c. 9. & 10.

Hinc, quantum auguror, ortum est illud quod notat D. August. & declarat Auctor Adagiorum Græcorum & Latinorum P. ulus Manutius ex doctrina Macrobii, nimirum quod Romani templum duabus Deabus erexerint: scilicet *Volupiæ* & *Angeroniæ*. Erat autem Volupia Dea deliciarum, sic dicta *a voluptate voluptia*: illa vero hæc erat quæ voluptates, successus prosperos, cuncta læta largiebatur. Angeronia, Dea colebatur, quæ curas, anxietates, ærumnas, dolores, lachrymas effundebat, dicta *Angeronia ab angore*.

l. 4. de Ciu cap. 11. Paul. Ma. in Adagio Nihil est ab omni parte beatum colu. 1134.

II. Duo templa Volupiæ & Angeroniæ. *Lib. 36.*

Eo vero modo illas statuebant, vt in centro seu medio templi Volupiæ celeretur Dea Angeroniaque oculos suos flecteret ei cumquaque, prout refert Pierius quasi significarent primo; dolores, ærumnas, angores in medio videri voluptatum, deliciarum, gaudiorum, & quod omnia hæc in illa, tanquam in centro conquiescant. Secundo, quod quolibet mitteret suas Dea Volupia delicias, eo sequeretur, dolores pœnasque immittens Angeronia; & quis dixerit, quod nihil tam serio ageret, quam videre circumquaque vbinam gauderent homines, vt eo statim mitteret, ærumnas, pœnas, tribulationes. Ob quam rationem præfatus Auctor Adagiorum de quodam refert, qui hoc in oie frequens habebat, *vbi mel, ibi fel*. Hæc pluribus non indigent rationibus, quam perturrite domos vestras, vestra negotia. Dicito mihi, num vnquam gaudio te puro recreasti, quod aliquo dolore non dilueretur, & quando non succedit manifeste, seu aperta fronte censere non potest illud summum ac permixtum esse gaudium, cum optime noueris quam cito finiendum, nec sempet sit tibi permansurum.

Huic nexus veritati subtilem defendit Diuus Augusti. contra quosdam Philosophos doctrinam. Refert eorum quosdam tam varios imo fuisse tam infelices in intelligendo, in quo nostra consisteret summa beatitudinis, vt inter eos tenerentur ducentæ & octoginta opiniones discrepantes, quas ex Marco Varrone celeberrimo inter Græcos, & Latinos Auctore colligit. *In* particulari vero disputat contra eorum plurimos qui beatitudinem docebant consistere, in bonis & quiete huius vitæ. Hac citata sententia, tantam ridet insaniam; totus enim orbis hoc nouit, beatitudinem esse statum, qui bona continet sine malis, delicias sine doloribus, & sine tristitia delectationes; hoc vero omnino est impossibile in huius vitæ statu, in quo sine vlla comparatione plura sunt mala quam bona, mœrores quam voluptates, etiam fortunatissimis miseriæ ac calamitates tot sunt vt eorum capitis excedant numerum capillorum. 30

D. Aug. l. 19. de Ciu c. 1. & 4. Tom. 5.

Et quis sufficiet (inquit) *quantouis eloquentia flumine vitæ huius miserias explicare, quas lamentatus est Cicero in morte filiæ? quis dolor contrarium voluptati? qua inquietudo contraria quieti? &c. quod bellum concupiscentiis?* Tanto Cicero filiam Tulliam amore complectebatur, vt ex partu, moriens, tanto Patrem dolore afflixerit, vt licet eum consolari conati fuerint per litteras Pompeius, Cæsar, & Seruius Sulpicius nihil effecerint: vnde ait, quod animo conceperit librum conscribere, quem prænotaret, *De morte filiæ* cui totum eloquentiæ suæ flumen infudit, huius vitæ describens calamitates. Est autem ille, de quo D. Aug licet modo non exstet. *Hic* (inquit D. Bern.) *nimirum nulla sunt pulchra, sed mixta non pulchra, vt lilium inter spinas.* Quot spinæ infirmitatum lancinant valetudinem? quot stimuli pungunt diuitias? quæ cura filiorum non obruit parentes? quæ desolatio filiis destitutis? quæ sollicitudo locum seruandi honoratiorem? quas suspiciones ingerit amicorum fiducia? quos infert timores prodire in publicum? quis exedit tristis animus domi conclusum? quod frigus premit hyeme? quis in æstate calor? quis labor continuus vt se in Principis conseruet gratia eius familiaris? quod studium illam obtinendi? &c?

Serm. S. Martini. D. Bern.

In hac vita non tribuit Deus gaudium perpetuum, bene quidem in altera, exinde pronuntiat Dauid de Christo: *Fructum suum dabit in tempore suo*: de vita vero beata loquitur *D.* Ioannes, quod sit arbor, fructum proferens indesinenter

Psal. 1. 3.

Notat

» Notat illud. *Dabit*, quod ponit, dum de Chri-
» sto loquitur. Arbores terræ fructum non dant
» sed hoc tantum de illis dicitur, quod ferunt
» fructum. Ita signat D. Ambros. *Ligna terra*
» *fructum non dare, sed ferre dicuntur.* Dare quip-
» pe supponit voluntatem : proprie loquendo
» Christus libere dat, perfectaque liberalitate :
» *Dat omnibus affluenter : lignum vitæ & sapientiæ,*
» ait D. Ambros. *Dat fructum, hoc est, largiuer donat*
» Expendit secundum : *In tempore suo.* In beata
» illa vita, dat continuo fructum suum, vt vidit
» D. Ioannes, quod semper daret & ferret fructus
» suos. At in hac vita, nequaquam. Hic enim su-
» mus, in statu ad præstandum, vbi necesse est
» virtutum sit exercitium, proinde conuenit ali-
» quo nos tempore illis destitui : *Si lignum sapien-*
» *tiæ est, cur in tempore dabit, & non semper? Potest*
D. Am. In Ps. 1 Tom. 4. » (inquit) *sapientia semper fructum dare, sed quia*
» *sapientia est, debet sapienter dare, dispensare*
» *prudenter. Et tu legisti : quia dispensatorem fide-*
» *lem, & prudentem constituit Dominus super fa-*
» *miliam suam, vt det illi in tempore tritici mensu-*
» *ram in tempore, vtique non semper. Tunc debet sem-*
» *per dare (scilicet in cœlo) quando nos plenam men-*
» *suram meremur accipere. Sicut hic extremum tem-*
» *pus fructum, ita illic dabit fructum bonis indefinen-*
» *tibus, vt resurrectionis eius consortium capere ac ser-*
» *uare possimus. Nunc non possumus, in hoc seculo non*
» *sustinemus. Hic enim corruptela est, & cauendum*
» *est, ne corrumperemus bonos fructus, quos lignum*
» *vitæ daret, quia nunc corrupti, illic autem incorrupti*

D. Augu. L. Medit. c. 21. & l. Mann. c. 8. Tom. 9.

Hinc tantum tædebat D. Aug. vitæ præsentis quantum ipse præclaris hisce verbis nobis expo-nit. *Tædet me Domine, valde vitæ huius, & istius arumnosæ peregrinationis. Vita hæc vita misera, vita caduca, vita incerta, vita labor ossa vi a immunda, plena miseriis & erroribus, quæ non est vita dicenda, sed mori, in qua momentis singulis morimur per va-rios mutabilitatis defectus, diuersis generibus mor-tium. Numquid ergo hoc quod vidimus in hoc mundo dicere possumus vitam? quam humores tumidant, do-lores extenuant, ardores exercant, aer morbidat, esca inflant, ieiunia macerant, ioci dissoluunt, tristitia consumunt, solicitudo coarctat, sueritas hebetat, di-uitiæ inflant & tabescant, paupertas deiicit, iuuentus extollit, senectus incurvat, infirmitas frangit, mœror deprimit, & ita malis omnibus mors furibunda suc-cedit, simulque cunctis gaudiis istius miseræ vitæ ita finem imponit, vt cum esse desideret, non fuisse puta-tur mors ista vitalis, & vita mortalis, &c.* Tran-

D. Augu. l. 6. de Ciui. c. 12. Tom. 7.

stulit valde congruenter hæc verba Ribadinera auctor modernus. Alio vero loco. Sic eleganter vitam hanc describit. *Vita, quæ sicut vmbra luna-tica euanescit, sicut flos in arborem crescit, & statim marcescit, nunc floret & statim aret, vita, inquam, mea, vita fragilis, vita caduca, vita, quæ quanto magis crescit, tanto magis decrescit, quanto magis procedit, tanto magis ad mortem accedit. Vita fallax & vmbratica, plena laqueis mortis.*

Nunc gaudeo statim tristor: nunc vigeo, statim infirmor, nunc viuo statim morior: nunc felix appa-reo, semper miser: nunc rideo, iam fleo : sicque omnia mutabilitat: subitatent, cum nihil vna hora in vno statu permaneat: Hinc timor, hinc tremor, hinc fa-mes, hinc sitis, hinc calor, hinc frigus, hinc languor, inde dolor exuberat. Subsequitur iis importuna mors, quæ mille modis quotidie miseros omnes inopi-nate rapit: hunc necat febribus, illum opprimit do-loribus, hunc consumit fames, illum sitis extinguit, hunc suffocat aqua, illum interimit laqueo, illum perimit flamma, alium dentibus bestiarum ferocium vorat, hunc trucidat ferro, illum veneno corrumpit, alterum tantum repentino terrore miseram vitam finire compellit. Et nunc super hæc omnia, magna mi seria, quia cum nihil certius morte, ignorat tamen homo finem suum, & cum stare putat, collidit, & perit spes eius. Nescit enim homo, quando, vel vbi, vel quomodo moriatur, & tamen certum est, quod eum mori oporteat. Hinc duo elicit D. Au. Primum quod vita hæc, mors potius quam vita sit no-minanda. Hoc doctissimis probat rationibus & particulariter idem confirmat his Christi verbis *Qui credit me, transit a morte ad vitam.* † An non congruentius diceres o Domine, Transibit de hac vita ad alteram, de hac temporali ad illam æternam, de hac terrena ad illam cœlestem? Mi nime: quia nec quidem cum his epithetis tempe-ralis, terrena & corrupt.bilis vitæ nomen mere-tur, sed mortis: nec miteris (inquit D. Au.) quod illam hoc nomine vocauerit, qui tam distincte nouerat ratione vitæ ac mortis, sicut ipse Chri-stus, quinimo & ipse Cicero, solo lumine natu-rali, hanc ita vocauit: *Hæc vita quædam mors est, quam lamentari possem si liceret.* Secundum ; in-gentem hinc elicit admirationem, satis enim de-mirari non potest amorem quo vitam hanc, cum talis sit, prosequimur, &c. de quibus alibi.

l. 13. de ci-ui. c. 10. & vltimus Tract. 1 n. 239. & ſ. qq. Epiſt. 119. ad Sanna & Ep. 119. ad Ianuar. & epiſt. ad Prob. cap. 1 Ioan. c. 2.

Attamen in monte vinum propinabitur mera cissimum, defœcatum, *Vindemia defæcata* : gau-dium enim, deliciæ, ac cordis lætitia, ab omni tœ dio, mœrore ac tristitia, purissima erunt, & ex-purgata. Hoc olim dictum est D. Ioa. dum ei lo-hus splendor quidã ac species offerebatur: *Tra[illegible] tabernaculum Dei cum hominibus & habita-bit cum eis, &c. Et absterget Deus omnem lachry-mam ab oculis eorum, & mors vltra non erit, neque luctus,*

Tract. 1 n. 173. 174.

Apoc. 21.

luctus, neque dolor erit vltra. Sine morte vita, sine mœrore gaudium sine infirmitate salus, sine dolore voluptas, sine periculo securitas: totum gaudium purum, mera voluptas, defœcata lætitia. *Ibi* (inquit D. Augustin.) ex quo sumpsit D. Gregor. *gaudium infinitum, lætitia sine tristitia, salus sine dolore, vita sine labore, lux sine tenebris, vita sine morte, omne bonum sine omni malo, vbi iuuentus numquam senescit, vbi vita terminum nescit, vbi decor numquam pallescit, vbi amor numquam tepescit, vbi sanitas numquam marcescit, vbi gaudium numquam decrescit, vbi dolor numquam sentitur, vbi gemitus numquam auditur, vbi triste nihil videtur, vbi lætitia semper habetur, vbi malum nullum timetur, quoniam ibi summum bonum possidetur.* Stupesco referens; sunt autem illa verba, quæ adiungit, postquam huius miseræ vitæ descripsit calamitates, illam æternæ opponens.

D. Aug. l. Solil. c. 35. In fine expositionis septem Psalm. pœnitent. Tom. 9.

§. 16. *Tantum est cæli gaudium vt melius dicatur, quod homo intret in illud, quam ipsum in hominem.*

☞ 31 Matt. 25. 21. IDcirco dicit Christus se dicturum seruo fideli: *Intra in gaudium Domini tui.* Mirare modum loquendi. Quis in quod intrat? voluptas, seu gaudium in animam, vel anima in gaudiū? Nostro hoc modò intelligimus, quod gaudium intret in cor, & non è conuerso. Sic est (annuit D. Aug.) Illic portò fiet oppositū, primò eo quod nostrum hic gaudium tam sit modicum, vt capi possit in re tam exigua, vt est cor humanum, sed nec illud vnquam totum adimplet. Tantum verò illic erit gaudium, tanta voluptas, vt nullum sit cor, anima nulla, quæ possit illud concludere, ac comprehendere, quocirca dicitur, quod cor intrabit in gaudium. Poculi aquam de facili corpore tuo comprehendis, nec satiaris, at magni fluminis, vel Oceani, quis hāc dicat posse, corpore tuo comprehendi, quin potius totū illa subintergetur, nec erit possibile illam in te intrare, bene quidem te in illam. Exiguæ sunt mundi huius voluptates, breues, leues hausus quos bibimus, & subito euanescit quod attulerunt refrigerium & deliciæ quas ex illis haurimus. In illo cœlesti mōte gaudium est instar maris immensi, fluuij rapidissimi, qualem vidit Ezechiel de templo profluentem, tanta quarum abundantia, vt illas non esset qui uaderet, sed certo submersionis periculo exponebatur periturus, qui illas pertransire præsumpsisset. Postmodum idem vidit D. Ioānes, quando ei cœlestis illa Hierusalem monstrabatur: *ostendit mihi fluuium aquæ vitæ, splendidum tanquam crystallum, procedentem à sede Dei & Agni.* O quàm puræ aquæ, quàm splēdidæ, quàm trāsparentes, vt nec ipsum purissimum crystallū tam pellucidum censeatur. Et quas credis illas esse aquas, quæ procedunt ac scaturiunt velut à fontis origine: *A sede Dei & Agni?* Altissimum hic suspicio mysterium: nimirum, quod gaudij æternæ beatitudinis aquæ, ac gloria procedens, ex fruitione duorum, Dei scilicet in sua essentia & substantia, ac Christi agni Dei in quantū homo est Ita censet Theologorum Raphael. D. Thom. obiectum principale beatudinis seu totius gloriæ cœlestis, sunt mysteria Dei, & Christi attributa & excellentiæ diuinitatis Dei, & prærogatiuæ ac eminentiæ Christi Domini humanitatis. Proinde procedet hæc primariò ex visione Dei, & Christi, secundùm id quod ipse Christus dixit: *Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum.*

Apoc. cap. 22. 1.

2. 2 q. 2 a. 6. & 7.

Ioan. 17. 3.

Secundò vtitur Christus hac formula desūpta metaphora ab eo qui mare ingreditur, eiusq; vndis immergitur: totus enim mari cooperitur, sic vt nihil sit eius quod mari non absorbeatur; hoc modò erit gaudium in cœlo, vt totus illo immergaris ac absorbearis sic vt nihil sit quod illo non absorbeatur, intellectus visione Dei, voluntas amore diuino, anima gloria integerrima, totius deniq; Deus tibi sit inuisceratus, vnde in anima dignitas orietur tam diuina, vt Deus esse videatur. Corpus autem ex omni parte erit gaudio delibutum, dotibus claritatis, subtilitatis, agilitatis & impassibilitatis, sensus obiectis replebuntur quæ omnem excedāt intellectum, oculus visione Christi, cuius tam ingens ac ineffabilis est pulchritudo, vt eius vnica manus quā videndam exhibuit D. Theresiæ, tanto mentem eius gaudio deliuuerit vt si Deus cor eius nouā suā gratiā non roborasset, nimio gaudio scissū fuisset. Visione quoque purissimæ ac virginis immaculatæ Mariæ, cuius pulchritudinem nedum sol, luna, ac sidera miratur, sed ipsi supremi omnium Seraphini. Quod si viuens adhuc in mundo caduca hac & mortali vita; eius tam elegans fuerit forma venustatis, vt D. Dionysius in illam sententiam declinaret, dum eam vidit, quod nisi eum fides aliud doceret, firmiter teneret, nullum dari posse bonum excellentius aut beatitudinem feliciorem, quàm eius frui conspectu. Quid censendum, quando in cœlis iam regina regnat gloriosa? hæc etenim sola

Ezech. 47.

I. Similitudo.

vt sentit D. Bern.) sufficit, vt totam Dei lætificet ciuitatem. Quid ergo cæteros omnes beatos contemplari, quando eorum minimus, omnibus stellis formosior erit, pulchriorque matutinis? Aures ineffabili gaudio resonabunt, cœlestibus illis melodiis, illis inquam, quarum vel vnicus cytharæ pulsus auribus Seraphici Patriarchæ Francisci perceptus, cum totus esset ager, hanc ab eo extorsit confessionem, nullum esse cordis creati vasculum tanto capax gaudio recipiendo, quali ipse tum temporis demulcebatur, sic vt nisi diuina manu fuisset suffultus, certo se sciret dirumpendum.

D. Aug. l. Manuat. 67. Tom. 9.

Nihil omnino quod cõturbet mentem, ibi auribus datur (inquit D. Aug) *quæ cantica? qua organa? quæ cantilena? quæ melodia ibi sine fine decantantur? sonant ibi semper melliflua hymnorum organa, suauissima Angelorum melodia, Canticorum mira, quæ ad laudem & gloriam tuam à supernis ciuibus decantantur, &c.* Olfactus repletur talibus odoribus, vt eorum vel minimo percepto à D. Augdun: mortuo D. Hyeronymo, eius sibi apparuit anima; dicat; quòd vili fecerit quidquid in mũdo olfaciebat. Gustus talibus saporibus vt in eius comparatione mundi totius deliciæ sel esse videantur. Hoc autem significat, omni gaudio fore immergendos; sicut vt Spiritus S. significet miserrimam malorum sortem qui dolore omni ac pœna replebuntur, illud exponit illis visionibus, quas D. Ioan. cõmemorat: vidit enim quod

Apoc. cap. 18. 21.

sustulit vnus Angelus fortis lapidẽ quasi molarem magnum, & immisit in mare. Quo actu ac agendi modo significauit, id quod ei verbis explicauit. *Dixit hoc impetu mittitur Babylon ciuitas illa magna, & vltra non inuenietur.* Per Babyloniam intelligitur malorum congregatio, secundum mentem D. Aug. seu quilibet peccator sceleratissimus, iuxta illam regulam, quàm ipsemet statuit de Tyconio.

☞ 32 *In Ps. 26. in illud Pater meus, &c. & in Ps. 86. in illud: gloriosa dicta sunt, &c. & l. 3. de doctrina Christiana c. 34.*

Proponitur quoq; D. Ioanni infernus diuersis in locis sub figura stagni ignis ardẽtis, stuppa, sulphure, pice, malleolis, similis busto Sodomitico, vidit autem illi viuos immersos dæmones, eorumq; sequaces: *Viuæ missi sunt, in stagnum ignis ardentis sulphure.* Tandem postquã illi gaudia demonstrasset beatorum, sub forma fluminis copiosi crystallini, ad quæ victores admittuntur: ostendit illi stagnum ignis terribilis, cui ait: hoc incenditur ignis stagnũ, incredulis, homicidis, impudicis, blasphemis, mẽdacibus, &c. quibus indicatur, torã repleri gehẽnam doloribus, acerbitatibus, tormẽtis puris, omni cõsolatione, respiratione, diminutione, gaudioq; impermixtis, quibus ita miserrimi illi immergentur, vt nihil habeant, nec potentiam, nec sensum nec partem corporis vllam siue magnam, siue exiguam, nec animæ, quæ stagno huic tota nõ immergatur, sicut stagno quis immersus, aqua totus absorbetur.

& 37. *Apoc. c. 19. 20. & 20. 9.*

Ea de causa gehennam vocauit diues epulo, tormentum expertus, *locum tormentorum.* Erunt enim tormenta hæc omni consolatione destituta. Illis hieroglyphicis voluit Deus exponere gloriã beatorum in cœlo, & cruciatus malorum in inferno, dum ait: *Benedictio illius quasi fluuius inundauit, & quomodo cataclismus terram arid. inebriauit sic tra ipsius gentes, quæ non exquisierũt eum, hæreditabit.* Erit benedictio Domini electis suis vt fluuius inundans, qui totos illos & per omnia gaudio ac gloria replebit à capite ad calcem: sicut damnatis diluuium erit ignis & tormentorum, quod totos illos & totaliter absorbebit: vt contigit in diebus Noë quãdo aqua montes cooperuit, mò etiam transcendit quindecim cubitis altissimos. Hoc igitur Dominus innuit, quòd electis vinum fundet meracum, defæcatum, gaudium adeò perfectum, plenũ, merum, vt nullo alio, quod gaudii non sit, misceatur. *Amaritudo & omnis fellis asperitas* (ait D. Aug.) *in regione illa locum non habent, non enim est ibi malus, neque malitia, non est aduersarius neque impugnans, nec est illa peccati illecebra, nulla est ibi indigentia, dedecus nullũ, rixa nulla, nullum improperium, accusatio nulla, nullus timor, nulla inquietudo, nulla pœna, nulla dubietas, nulla violentia, nulla discordia, sed est ibi pax summa, claritas plena, iubilatio & laus Dei aterna, sine fine secura requies, & gaudium semper in Spiritu S.*

I I. Infernus locus dicitur tormentũ. *Luc. 16. 28. Ecc. 39. 27.*

D. Aug. *Lib. Manu. c. 6. To. 9.*

In ordine ad hoc exponit D. Chrysost. *a* quod ait Apostolus *b*: *Quod ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis.* Sumit ab eo metaphoram, qui in signũ seruitutis, ac recognitionis omniũ quæ possidet soluit tributũ ac vectigal. Tali subiicitur hic homo, seruitute pressus miserãda, nihil habet, cui tributum nõ sit impositum, vitæ, saluti, sensibus, bonis corporis, animæ deliciis, &c. Ignoscat mihi Deus, quis iusto numero hæc omnia vectigalia quæ soluit cõprehendat, quales dolores in corde? quales in intellectu errores, ac difficultates? In volũtate qualis tristitia? quanta in memoria oblivio? infirmitates in corpore, Cephalææ in capite, lippitudines in oculis, in auribus fluxus, in dẽtibus cruciatus, obstructiones in pectore, debilitates in stomacho, ffẽdicula in pedibus, impedimẽta in manibus, sartãpiones, colicæ, podagræ, lepra, variolæ papulæ quot afflictiones in vita, quot grauia discrimina

a *Epist. 5. ad Theod. Lapsum.* b *Rom 8. 21.*

toto vitę decursu? Et bene quidē: cū enim nascatur homo filius Adæ, nascitur & subditus ac tributarius omnibus miseriis, imo & ipsi morti vectigalis. Ita quoq; ipse protestatur Salomon; dum suam in hunc mundum intrantis cœpit miseriam deplorare; *Primam vocem simílem omnibus emisi plorans &c. Nemo enim ex Regibus aliud habuit natiuitatis initium* Attamen beatæ vitæ illius ingrediens palatium, nascetur homo filius Dei, per gratiam perfectam ac consummatam, in statu gloriæ, diuina ac cœlesti natiuitate, quam in festis Sanctorum celebrat Ecclesia, dum eorum defunctionis diem, diem vocat Natalitiorum: *Natalitia celebramus.*

Sap. 7. 3.

In illa vero vita, omnis soluetur seruitus, 33
cessabunque vectigalia, nihil erit soluendum, *Creatura liberabitur*, ac illud implebitur, ait D. Aug. quod Christus Apostolis dixit, vt peterent: *Vt gaudium vestrum sit plenum.* Magnum habent pondus, verba illa, *Gaudium plenum*, id est, quod in nullo deficit, nec sit per quod possit intrare vel pœna, vel vlla calamitas. *Vbi* (dicit D Aug.) *est sempiterna vita, sempiterna beata, vbi est amor perfectus, & timor nullus, vbi est Deus aternus, & vnus omnium spiritus, vbi est summa & certa securitas, & secura tranquillitas, & tranquilla iucunditas, & iucunda felicitas, felix aternitas, aterna beatitudo, & beata sine fine visio* &c. (Et iterum) *Vbi gaudium sine mœrore, dignitas sine tremore, opes sine amissione, sanitas sine languore, abundantia sine defectione, vita sine morte, perpetuitas sine corruptione, beatitudo sine calamitate.* Nec adferte poterit dolorem timor tale perdendi bonum, quasi finiri posset: etenim erit perpetuum: *Delectationes in dextera tua vsque in finem.*

Lib. Man. c. 36.
Ioa. 16. 24
D. Augu. Lib. Medit. c. 17. To. 9.
Li. Man. c. 7.
Ps. 15. 10.

Hoc significare voluit Deus, quando locum illum ostendit Vati suo Ezechieli in veteri testamento, & dilecto suo discipulo Ioanni in nouo, cuiusciu tatem ostendit pulcherrimam, splendidissimam, ditissimam, abundantissimam, vt vterque exponit, & ait: *Erat ciuitas in quadro.* Figura quadrata symbolum est securitatis ac perpetuitatis: quia lapis quadrus, quacumque eum parte sumis, vel ponis, cadit secu us ac firmus. Hoc erit huius beatæ ciuitatis priuilegium: vt quicumque illam fuerit ingressus, inde nunquam sit ex turus; *Qui vicerit faciam eum columnam in templo Dei mei, & foras non egreditur amplius.* Idemque dixerat Abraham Patriarcha diuiti epuloni. *Qui volunt hinc transire ad vos non possunt neque inde huc transmeare.* De hoc quoque eam Deus laudauit per Isaiam: *Respice Sion ciuitatem solemnitatis nostræ.* Attende quo eam nomine compellet, ciuitatem solemnitatis Dei. Et quæ ista? *Oculi tui videbunt ciuitatem opulentam, tabernaculum quod nequaquam transferri poterit, quia ibi solummodo magnificus est Dominus*: Verba sunt hæc talia, vt vnumquodque eorum materiam ministret mille concionibus. O Christiadæ, oculos attollite, & videte cum filio prodigo istam diuini Patris vestri domum tendite, quot miriades, qui eius fuerunt mercenarii, *Abundant panibus.* Vos vero fame pereatis: *Ego autem hic fame pereo* Quid agitis ministro sidere nati: ob voluptatis quodpiam spectaculum, tauros, torneamenta, luctas, vt sol vos adurat, ventus molestet: & tandem quid nisi aer, qui flatu vnico euanescit. Quid molimini, vt vel paruo tempore genio indulgeatis? vt eius conuersatione lætemini, quæ vobis arridet, vt alterius conspiciatis venustatem, quæ cito aere dispergitur? Quid fame tabescitis, voluptatum delicíarumque amatores? Quid agitis, vt prospera valeatis salute qua licet hodie lætemini, cras perdiram lugebitis? Quæ solicitudo vt vitam seruetis incolumem: & quid est nisi ventus? Oculos sursum erigite, intuemini quod possitis obtinere, &c.

Apo. 21. 16.
Apo. 3. 12.
Lu. 16. 26
I. 33. 20.
Lu. 15. 17

§. 17. *Dessoluetur vinculum, de quo Prophepheta, grauitatis carnis, quæ quatuor dotibus præfulgebit, quas numerat Apostolus.*

Hi non finiuntur aut concluduntur huius 34
bona conuiuii, sed & aliud a Propheta proponitur summi gaudii obiectum. Et quod illud? *Præcipitabit in monte isto faciem vinculi colligati.* Hoc verbum *Præcipitabit* declarat D. Hieron. significare, *absorbebit*, & in Hebræo repetitur idem verbum, *Præcipitabit vinculum, vinculum*: quod more Hebræo signat plura & fortia, vincula, q d. Deus hic præcipitabit, comminuet ac confringet multa & grauia vincula, quibus constringimur. Ænigmatica verba, quibus gloria corporum exponitur, qua beati in monte illo gloriæ præfulgebunt, quæ in illa ex animæ gloria redundabit. Quod in hac vita animas affligit vincula sunt, compedes, laquei, & nodi cœci, quibus illa colligatur his corporibus, infirmis, grauibus, putrescentibus. Si princeps illustrissimus, at pauper in matrimonium sibi sumeret mulierem vilem, rudem, infirmam, plagis, sanieque defluentem, quæ continuis gemitibus acta compleat, aures eius tristibus nœ-

Isa. 25. 7

I. Similitudo.

mis effendat, & quod omnium peſſimum, quæ ne obolum quidem haberet, vnde ſibi veſtem emat, nec dotem qua ſuæ ſubueniat paupertati: quis hinc dolor quis cruciatus? quàm illi indignatus, quæ ſibi cum illa moleſtiæ? quæ mentis acerbitas, dum ſe plangit matrimonii vinculo numquam diſſoluendo colligatum? Hæc ſunt illa vincula, quæ ſpiritus perfert, quibus corpori colligatur: Deſponſatur ille carni quo die in matris viſceribus concipimur: Spiritus illuſtris Deo ſatus, Dei ſpiraculum, de quo dicitur: *Genus ſumus Dei.* Caro verò vilis, de Adamo
Act. 17. 29. parte terreno progenito: *De genere terreni illius, qui prior formatus eſt.* Spiritus, alacer, excitatus, ſanus, leuis, nullis febribus, nullis infirmitatibus, nullis ſubiectus doloribus. Caro autem grauis, infirmitatum xenodochium, &
Iob. 14. 1. languorum valetudinarium. *Repletus multis miſeriis.* Non diffiteor, ſpiritus inops eſt, vt ait
Rom. 7. 18 Philoſophus, quia in ſui principio nullus dites. *Tanquam tabula raſa, in qua nihil eſt depictum;* attamen illa multo ipſo ſpiritu pauperior: quæ ex ſe corpus eſt mortis: *De corpore mortis huius,* corruptione, vermibus fœtidiſſimum. *Corpus quidem mortuum eſt,* ait idem Apoſtolus. Verùm-
Rom. 8. 10 tamen in monte illo conſumentur, ac confringentur horum nodorum rac compedum onera: tunc enim corpus non ſibi conueniet animam, ſed ipſa dabit anima corpori leuitatem, claritatem, ſanitatem, libertatem, diuitias infinitas.

Tangere, ſentio Apoſtolum pœnam illam, 35 quam crudelis inuenit tyrannorum ſæuitia, dixero melius, inferni malitia contra Sanctos Martyres, qui Sanctum viuum comprehendentes mille funibus per omnes partes alligabant: corpori mortuo, putrido, vermibus ſcatenti, graui, ex quo fœtor vermium manabat intolerabilis, & qui de corpore mortuo naſcebantur, ipſum viuum erodebant. O crudele tormentum! Hoc eodem torquetur anima carni alligata, quæ ex ſe corpus eſt mortis: *De corpore mortis huius,* corruptione, vermibus fœtidiſſimum. *Corpus quidem mortuum eſt,* ait idem Apoſtolus. Verùm-
Rom. 8. 10 tamen in monte illo conſumentur, ac confringentur horum nodorum rac compedum onera: tunc enim corpus non ſibi conueniet animam, ſed ipſa dabit anima corpori leuitatem, claritatem, ſanitatem, libertatem, diuitias infinitas.

Iucundum ac nouum celebrabitur matrimonium: quale illud, dum Princeps illuſtriſſimus ſtulto inſanus amore ducit ſibi in vxorem ruſticam pauperem, eandem hoc matrimonio nobilitat, omnibus laceris illis, tritiſque panniculis exuit, & aulæ Regiæ polymitis ornat veſtimentis, cingit ſumbus, auro gemmiſque pretioſis, collo appendit monilia, dotat diuitiis immenſis. Ita quoque ſpiritus vehementer afficitur carni, & ex natura ſua ita ei inclinatur, vt quamdiu cum ea victurus non reuertitur, huius perpetuo ardeat deſiderio, eoque tanto vt dixerit D. Auguſtin. *a* quod doctè explanat D. Thomas *b* quod ſi aliquid poſſet impedire perfectum animarum gaudium, quo nunc in cœlo gaudent glorificatæ: foret illud deſiderium, quo flagrant ſe cum corpore reuniendi; quod adeo viuum ardenſque eſt, vt D. Ioannes earum quaſdam audierit, orantes Deumque deprecantes, quo dies extremi iudicii feſtinus eluceſceret, quia in illo earum implendum eſt hoc deſiderium. Effulgebit dies iſte, cumque Sanctorum ſpiritus futuri ſint gloriæ, bo-

a Lib. 12. de Gen. ad lit. c. 35.
b 1. 2. q. 4. a. 5.

Iſa. 26. 20. *Iſa. 40. 2.* *illa ſuper lectum doloris eius.* *Quis eſt lectus dolo-*
ris, niſi caſus infirmitatis, & bene lectus doloris, quia corpus eſt mortis, de quo ſe liberari deprecatur Apoſtolus, vt tanquam de tumulo quodam poſſit aſſurgere, in quo ægra jacet anima, & quaſi quodam decumbit in lectulo. Symmachus lectum miſeria dicit. Aquila, grabatum miſeriæ. Septuaginta viri lectum doloris putauerunt eſſe dicendum. Corpus mortis hoc vocat q.d. lectus mortis, quo ſe recipiunt omnes eius famuli procuratores, nuntii, febres, podagræ, iſciades, cephaleæ, &c.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

norumque cœlestium affluentia ditissimi, quinimo & ipso Deo, quem in se gerent conclusum, & illa diuinæ essentiæ participatione nobilissimi qua Deo erunt similes: *Similes ei erimus*, carni sociabuntur ac jungentur matrimonio, illoque æterno, illam illustrissimam reddent, ipsis cœlis nobiliorem, induent pulchritudine, stellis ipsis fulgentiore, defectus omnes tollent, corruptionem, ac mortalitatem. Tunc (asserit D. Bernard.) implebitur illud: *Inhabitet gloria in terra nostra*. Terram dicit, corpus nostrum, & hoc, ait, est quod vidit Isaias: *Plena est omnis terra gloria eius*. Quem conceptum solerter, ac curiose diuersis concionibus de visionibus Isaiæ percurrit: dum enim Dominus in sede Maiestatis apparebit gloriosus, corpora Sanctorum perfecta gloria replebuntur.

Sed alia inquisitione indagat, & expugnat D. Augustin. opinionem communem Philosophis; qui defendebant, animam minime posse esse beatam, & corpori coniunctam: vt enim quid impossibile asserebant: cum corpus nihil aliud sit, quàm morborum colluuies, corruptionis cumulus, grauis terræ saccus, vanitatum Synagoga, & miseriarum hospitale: his animam non affici, si illam informet. Probat D. Augustin. sententiam illam esse erroneam, & à veritate discordem; hoc supposito, quod corpus nec dolorem nec grauitatem inferat animæ, sed ex sua corruptione, mortalitate, & grauitate qua animam sibi ligat, cohærentem, quemadmodum grauis lapis pedibus annexus ierem aquilam ne sursum volet, detineret, quocirca non ait Spiritus sanctus absolutè, quod corpus aggrauet animam, sed *Corpus quod corrumpitur aggrauat animam* Hoc corpus adhuc mortale, corruptibile, morbibum, graue, *Aggrauat animam*: at solutis his vinculis, demptis his miseriis, absit vt animæ sit onerosum, quin potius illam recreabit, vt habitaculum, requies propria, propria domus, ad quod naturali fertur inclinatione. Erit-que tum temporis corpus animæ gloria decoratum. *Ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei*. Erunt hominis: filij Dei per gratiam, qua anima fulgebit, gratia perfecta, æterna gloria, & se corpori coniungens has illi suas communicabit diuitias gloriæ: Nominatim autem infundet illi quatuor has dotes tam excellentes, quas exponunt Theologi ex doctrina D. Pauli claritatem, impassibilitatem, subtilitatem, & agilitatem, quibus matrimonium illud æterno gaudio celebratur.

Ioan.13.
Serm.4.de omnibus SS.Ps.84. 10.
Isa. 6.3.
D. Aug. *Lib 13 de Ciu.c.16. & seqq.*
Sap.9.
Rom.8.22
1.Cor.15.

§. 18. *Habebit corpus dotem claritatis, quam Apostolus dicit gloriam, & alias tres dotes, impassibilitatis, subtilitatis, & agilitatis.*

PRimo radiabit corpus dote claritatis, quam D. Paulus vt notat D. Ambros. *a* ac prosequitur D. Thomas *b* vocat absolute gloriam: *Seminatur in ignobilitate, surget in gloria*. Erit autem dos hæc eminentissima, qua corpus nostrum quolibet clarissimo fulgebit augustius, ipso auro defœcato, crystallo exoliùs, vt ob hoc dixerit Iob (vt aduertit D. Gregor *a*) *Non adæquabitur ei aurum, vel vitrum b*. Concluserit quoque Christus his verbis: *Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum* Hoc autem dicit (ait D. Chrysostom.) Non quod non clarius fulgebit, cum corpus etiam minimi beati Sole ipso millies clarius refulgebit: sed quia inter luminaria, nullum aliud nouimus sole splendidius, sed nec quidem ei simile. Ita expertus est S. Romualdus, cuius meminit Cardinalis D. Petrus Damianus, cum iuuenis esset formæ elegantia præstantissimus, filius Ducis Sergii Rauennatis; quem cum Religionis quidam vir multa in virtutum exercitiis claritudine insignis, ad similem optaret vitam reducere, adduxit illum in Ecclesiam, vbi corpus S. Episcopi ac Martyris Apollinaris colebatur, discipuli quondam D. Petri Apostoli, fide data, quod eiusdem Sancti visione recrearetur, si votum emitteret, assumendi vitam Religiosam. Ambobus igitur orantibus in templo, dum medium silentium tenerent omnia, en de sepulchro resurgit corpus D. Apollinaris, Pontificali indutum ornamento; resplendens, & tam immensa claritate circumfusum, vt sol eius comparatione, caligo videretur, thulibulo templum circumiens, eiusdem altaria thure spargebat, & demum in sepulchrum reuertebatur. Talis porro fuit hæc apparitio, vt Romualdus deinceps iudicarit, totum mundum tenebris inuolui, solem vero candelam esse obscuram ac emorientem; hoc quoque in eo egit, vt quidquid postmodum videret, vile lutum ac stercus arbitraretur, unde nuntium mundo remisit, habitum assumpsit Religiosum, iugi rerum cœlestium contemplationi deditus addictusque altissimæ.

3 G

a *Orat. de fide resur.*
b *In 4. dist. 49. 1.Cor.15.*
a *Lib.18. Mor.c.30.*
b *Iob.28. 17. Matt. 13.14. Hom. 14. in Gen.*

I. Claritas corporis gloriosi qualis sit.

Perpende modo quanta futura sit illa claritas & aduerte, quòd corpus illud realiter erat mortuum, sed necdum quoque omnem habebat claritatem, quam postmodum habebit, quando in die resurrectionis illud informabit anima æternum gloriosa: Hoc tantum egit Deus, vt eius vel scintillam videret; qua plenè tum fulgebit claritate: en qualis illa futura. Hoc idem obtigit D. Bernardo, qui D. Augustini fautor & amator fidelissimus, nosse aliquid de eius statu glorioso præoptabat, ac nocte quadam, dum cælestium contemplationi distentus oraret, ecce ei imago quædam subtilissimi Doctoris Augustini apparet, ex cuius ore fluuius scaturiebat crystallinus, adeo lympidus ac clarus, vt vel millies solis splendorem longissimè superaret, quo tota terra ita refulsit, vt huius lucis visione, nihil amplius sibi quærendum esse videretur. Quod autem ei apparebat, corpus non erat D. Augustini, sed imago tantum, quam ex aere Angeli efformarant. Hinc conclude, quid illud ipsum corpus futurum sit jam glorioſum. Multoties in S. pagina legimus hominibus Angelos apparuisse, in corporibus phantasticis, ac tanta gloria circumfusos, vt ipsi soli tenebras offunderent Vidit D. Ioannes Angelum de cœlo descendentem: *Et terra illuminata est à gloria eius.* Non erant corpora illa subsistentia, nec vera, sed tantum verisimilia, phantastica. Si illa igitur tanto splendore præfulserint: quia Angeli se illis contegebant, quale, quæso, corpus erit verum alicuius Sancti, qui illud realiter informabit, quando anima gloriosa illi vitam ministrabit? Extra controuersiam est, quod vnicum tantum tale corpus positum in cœlo, clariorem ac multo præstantiorem lucem infonderet terræ, quàm ipse sol meridianus.

Apoc. 18. 1.

II. Quales sintaque supra cœlos. *Lib. 2. de Gen. ad lit. c. 5. Super Euseb. p. 1. c. 8.*

Difficillima inter DD. Theologos quæstio ventilatur, si illic supra cœlos, veræ sint aquæ. Quod sint, nemo dubitat, cum S. Scriptura hoc sæpius manifestet; sed in quæstionem vertitur, an veræ sint, sicut nostræ. Nulla enim videtur vrgere ratio, cur illic essent istæ aquæ. D. Aug. ait, ne dubitemus, sed credamus, quòd sint, licet illud non capiamus: pluris enim faciendum id quod asserit Spiritus S. quàm illud quod nostri discursibus intellectus perscrutamur. Huic sententiæ suffragatur Abulens. & ait: Mirabilis fuit illa Diuina dispositio, qua Deus creans mundum, aquas diuisit, quasdam hic in mundo, alias supra firmamentum collocans: vt Moyses commemorat: *Diuisit aquas quæ sub firmamento sunt, ab his, quæ erant super firmamentum.*

Gen. 1. 10

Opinatur enim Abulens. quòd Deus illas fudetit super firmamentum, sicut hic super speculum crystallinum ponitur argentum viuum in diathyrum: vt ibi visus noster detineatur, & in illo repræsententur oculis nostris, ea quæ ante illud sunt, vt stellæ ac planetæ, quod si crystallo non superponeretur obiectaculum illud obscurum argenti viui nullum facerent reflexionem in nostris oculis, ea quæ sunt inter speculum, ac visum nostrum, nec quidquam eorum videremus. Arbitratur autem Abulens. quod ille color cœruleus, quem credimus nos videre, cœlum intuentes, aere sereno, procedat ex illo sepimento aquarum; sentit vero Deum in hoc longè aliud quiddam prætendere, nimirum impedimentum seu cooperimentum interponere, ne ad nos descendat cœli empyrei claritas, cum locus sit gloriæ Sanctorum destinatus: cœlum enim istud millies illustrius splendet ipso sole: & si tantilla pars quarti cœli, de qua Deus solem eduxit, ita illuminet terram hanc inferiorem, eiusque lux ita ascendat ad superiora, tanta fulgoris efficacia, vt stellas peruadat, cum ita sit, quod ab ipso ad ipsas, decies millies maius sit spatium quàm ab ipso ad nos, quid non faceret tam immensa quantitas qualis est illa cœli empyrei, cum sit corpus adeo splendidum millies, & decies centies millies plus ipso sole? Particula iter autem obstat, ne ad nos dimanet corporis Christi Domini nostri claritas glorioſi, eiusque sanctissimæ matris Mariæ, quæ in illo deberet esse; Ex quibus tantus diffunditur lucis splendor; vt si ille cœlos penetrans, ad nos transpareret, sufficeret, vt mundum illuminaret vniuersum multo clarius, quam ipsa lux meridiana; ac proinde numquam noctis tenebris immergeremur, quo illa dissolueretur harmonia, qua Deus tempora diuisit in noctes & dies ad nostrum bonum regimen seu ordinem conseruandum. Verissimum autem est atque indubitatum, quòd tantus sit vel exiguus splendor, nedum corporis Christi glorioſi eiusque purissimæ Matris Mariæ, sed & beatorum minimi, seu gradus inferioris, quod si soli collateralis opponeretur, illum obfuscaret, ac contenebraret, & extra omnem comparationem, maior foret lux quo mundus ex eo illuminaretur, quam ea qua per solem illumina etur, etiam licet soles mille fulgerent. Dotis huius admiremur excellentiam.

37

Dote quoque ditabitur impassibilitatis quam his verbis declarat Apostolus: *Seminatur in corruptione, surget in incorruptione.* Hæc à gloria

1. Cor. 15. 42.

animæ

animæ dimanabit, quæ vitam corpori tribuet, Creauit Deus primæuos parentes nostros, quos statuit paradisi incolas, tali dono præmunitos, vt nihil eos posset offendere, nocere nihil, lædere, occidere: ac proinde immortales. Oriebatur hoc donum ex gratia & iustitia originali, qua eorum anima adornata irradiabat. Si gratia illa hoc potuerit, quid erit, aut quid poterit ipsa gloria, quæ est gratia perfecta, consummata, & omnes in se gratias comprehendit? hoc indicauit Apostolus, *Gratia Dei, vita æterna.* Hæc dos a D. Augustino vocatur: *Perpetua sanitas, & incorruptionis vigor.* Qua dote, tam prospera corpus gaudebit valetudine, vt nullum sit futurus dolor, nullus timor, pœna nulla, nec febres, cephaleæ, nec oculorum hippitudo, nec in ore salinarum, excrementa, nec in auribus obstructiones nec in auribus obstructiones, nec quidquam aliud quod ei posset adferre nocumentum. Quocirca licet beati corpus deiicerent, mille pugionibus confoderent, mille in illud tormenta bellica exploderent, imo totis viribus glandes ferreas in pectus eius immitterent, addo, si ipsum gehennæ incendio traderent comburendum, nec in minimo ei nocerent, sed nec nocere possent. Si leuis ros a Deo mediante Angelo missus Hebræis in fornace Babylonica flammarum incendia temperauit, illæsosque illos seruauit atque ita integros, vt ne vel minimus capitis eorum capillus posset a voracibus illis ignibus ex rumpi, ministris licet fornacem malleolis, naptha, pice, resina succendentibus, vt flamma ad quadraginta nouem cubitos sursum efferretur, quanto erit efficacior perfectus ille ros gloriæ animæ, corpori superfusus? Eo plane modo, quo purissimus solis radius, nec gladio transuerberari, nec aquis demergi, nec igne consumi, nec in fici sterquilinio, nec tormentis æneis potest violari; ita corpus glorioſum incorruptionis vigore ac perpetua sanitate confortatum nullum patietur repugnans, quod ei possit nocere, ferire, conspurcare.

Rom. 6. 23. D. Augu. Epi. 65. ad Dioscor. Tom. 4. Dan. 3. 50.

Tertia quoque dote honorabitur subtilitatis, eaque tanta, vt hos possit penetrare parietes, etiam æneos, quinimo & ipsos cœlos nulla facta læsione. Hanc in licat D. Paul. *Seminatur corpus animale, surget spirituale.* Ne sic intellexeris, quod corpus illud transmutabitur in spiritum, vel aerem, vt quidam, sed peruerse hoc intellexerunt, quos impugnat D. Augustinus. *a* Et definit D. Gregor. *b.* hanc Eutychio persuadens veritatem, quia verum permanebit corpus ex carne & ossibus: Sed prout iidem Doctores exponunt in hoc erit corpus illud spiritui simile, id est animæ, & Angelo, quod sicut spiritus quodlibet penetrat sine læsura, scissura, aut apertura, ita quoque nostrum sit corpus futurum spirituale. Quarta denique dote dotabitur agilitatis, quam sic insinuat Apostolus: *Seminatur in infirmitate surget in virtute.* Erit autem hæc qualitas tantæ leuitatis, vt nedum anima corporis sui non sentiat pondus, sed ipsum summa voluptate commouebit, nullam ex hoc sentiens grauitatem. sicut enim anima (teste D. August. hoc enucleante) totaliter diuinæ erit subiecta voluntati, ita & corpus animæ subiicietur, proinde in ictu oculi mouebit se ex cœlorum altissimis ad terræ centrum, hinc Romam, ea qua tu cogitationes tuas transfers agilitate. Audiamus de hac dote admirabundum D. Augustin. *Qui motus illic talium corporum sint futuri temere definire non audeo, quod excogitare non valeo.* Vnde Vates ait Isaias; *Current & non laborabunt.* & Salomon (ut expendit D. Augustin.) *Tanquam scintillæ in arundineto discurrent.*

1. Cor. 15. 44. a Lib. 12. de Ciui. c. 23. b Lib. 14. Mor. c. 31. Lib. 16. de Ciui. c. 27. Lib. 19. de Ciui. c. 22. Tom. 3. Isa. 40. 31. D. Augu. Lib. 3. sup. Gen. To. 5. Sap. 5. 7.

§. 19. *Præcipitabitur mors in infernum, occiendo nec occidens.*

HInc sequetur, quod addit Propheta, hoc loco, prout cœpimus explanare: *Et præcipitabit mortem in sempiternum.* Hæc verba citat D. Paul. (vt notant D. Hieronym. & D. Thom.) *Tunc fiet sermo, qui scriptus est, Absorpta est mors in victoria.* Quando Sancti integra potientur victoria, mors tum absorbebitur, & magnitudine atque immensitate maris gloriæ submergetur. Pulcherrimus loquendi modus, *Præcipitabit mortem.* Patriæ proditores, sacinorosos, homicidas in quibusdam regionibus ex altissimis locis in præceps diruunt. Hoc mortis genere vitam ademit Sanctus Rex Pelagius duobus Archiepiscopis apostatis, Tortiso & Dorpæ, qui dum Hispania vastaretur, ad Mauros transierant, quando ex parte Regis e Mauritaniæ, legatione apud præfatum Regem fungebantur. Hac quoque morte Nazareni Christum interimere cogitabant, contra omnem etiam rationem, quando *Duxerunt illum vsque ad supercilium montis &c. vt præcipitarent eum.* Mortem igitur sacinorosam, tot vitarum destructicem etiam eius; qui semper viuere merebatur nempe Christi, puniet Deus, de excelso illam gloriæ monte præcipitabit ad imum inferni, vbi sedes eius in æternum remanebit, sicut & vitæ erit in cœlestibus. Infernus

3 8

Isa. 25. 8. 1. Cor. 15. 54. Luc. 4. 29.

fernus locus est mortis: eo quod ex peccato dimanet, & sicut peccatum in cordibus malorum in inferno semper manebit obduratum ibi quoque & ipsa mors habitabit. Ob hanc rationem
Ps.54.24. vocat Dauid infernum puteum mortis: *Deduces eos in puteum interitus.* Illuc enim mors præcipitabitur concluſa, ſe illorum tantum qui illic fuerint nutriens alimento: *Mors depaſcet eos.* Illos mors depaſcet, nec tamen conſumet quemadmodum animalia herbas decerpunt, nec tamen conſumunt: ſemper enim viua remanet radix, quæ germinat, & iterum ac iterum illas depaſcuntur, ita quoque mors damnatos depaſcet: *Pabulum mortis*, vocat D. Agnes iuuenem
D. Amb. ſcortatorem, vt refert D. Ambroſ. Semper illos
Ser. 90. de decerpet, & numquam conſumet; quia ſemper,
Paſſione B. & in omnia ſæculorum ſæcula morientur; hoc
Agneis. aſſerit D. Bern. a *Sic morientur, vt ſemper viuant*
Tom. 5. *ſic viuent, vt ſemper moriantur.*

a Li. Medi. c. 4. ad finem. Iob. 20. 18. Expoſuit hanc doctrinam amicus quidam Iob verbis aptiſſimis, quæ D. Gregor. explanat. *Luet quæ fecit omnia, nec tamen conſumitur.* Quidquid mali patrauerit peccator, luet in particulari; cuilibet etenim peccato ſua pœna correſpondebit. *Luet omnia.* Etiam ipſis venialibus. Obicies, ſi eius delicta mortis pœnam mereantur, morte plectatur, qua omnia conſumentur. Reſpondeo, verum quidem eſt, quod morte peccator punietur, ſed hoc eo modo, vt eum non conſumat. *Nec tamen conſumetur.* Semper morietur. Lo-
D. Greg. quatur modo D. Gregor. *Luet, qua fecit omnia,*
Li. 15. Mor. c. 9. *nec tamen conſumetur: quia cruciatur, & non extinguitur, moritur & viuit, & deficit & ſubſiſtit, finitur ſemper, & ſine fine eſt.* Hæc quoque ſubiungit. *Hæc ſolo auditu valde ſunt terribilia, quanto magis paſſione.* In cœlo vero vita erit æterna, in ſempiternum. Hoc Angelus D. dixit Ioanni:
Apoc. 21. 4. 1. Ioan. 2. 25. *Mors vltra non erit.* Hanc tibi promittit Chriſtus in illo regno beatitudinis. *Hæc eſt repromiſſio, quam pollicitus eſt nobis, vita æterna.* Præ cæteris omnibus plurimum æſtimatur vita, cui nec aurum, nec argentum, nec voluptates vllo modo comparantur, imo vili eius reſpectu penduntur. *Pellem pro pelle, & cuncta quæ habet homo, dabit pro*
Iob. 2. 4. *anima ſua.* Hanc tibi Chriſtus pollicetur, nec
D. Augu. terrenam caducam, mortalem, breui perituram,
In pſ. 36. quam tibi parentes tribuerunt; ſed *vitam æter-*
Con. 2. in *nam*, glorioſam, immortalem, æterniſque redun-
illud. A dantem conſolationibus. Perelegantèr de hac
Domino diſcurrit D. Aug. *Vtique, fratres pro æterna requie*
greſſus *Labor æternus ſubeundus erat æternam felicitatem*
hominis. *accepturus, æternas paſſiones ſuſtinere debet.* Hac
Tom. 8. occaſione comparat, quid ſint mille anni, reſpectu æternitatis. Minus ſunt mille anni reſpectu æternitatis, quam dies qui præteriit. Hoc idem dico inquit, de decem millibus, cum nullam habeat proportionem temporale cum æterno, quantumlibet duret. Dei igitur attende miſericordiam, qui tibi vitam promittit, non talem qualem, ſed æternam ſine fine duraturam, pro tam paruo labore temporali, qui breui durat tempore, paucorum dierum, paucarum horarum Conſiderat D. Auguſt. quantum hic homo ſumat tota vita ſua laborem, vt pueris debus lætus quieſcat ſenectutis. *Veterani homines, quæ* D. Auguſt
laborant in militia, & verſantur inter vulnera in Tom. 8.
cipiunt militare a iuuentute, exeunt ſenes, vt habeant paucos dies quietos ſenectutis ſuæ, quando eorum ipſa ætas incipit grauare, quos bella non grauant, quanta dura toleranti quæ frigora quæ æſtiua quos ſolet quantas neceſſitates: quæ vulnera quæ pericula & non attendunt patientes hæc omnia, niſi paucos dies: quietos illos ſenectutis, ad quos verum perueniant, neſciunt. Attende tibi, quid tibi ob paucos dies laboris offeratur. *Hæc eſt repromiſſio, vita æterna.* O ſi quis hæc noſſet æſtimare, ſicut ea conſideranit D. hic Auguſtinus.

§. 20. Bonum eſt. *Quia illam gloriam non meditaris, illam non deſideras, illam recogita, vt Iacob patriam ſuam.*

VIdit D. Petrus hanc gloriæ ſpeciem, & nihil 39
ſibi cenſet amplius in hac vita deſiderandum aut eſſe aliquid in hoc mundo quod illi compoſitum, dici poſſit bonum, hic quoque totum concludi bonum, quod cor poſſit humanum appetere, & quaſi ſui impotens: *Quaſi eb* In ſoliloq. c. 22.
rius (inquit D. Auguſt.) gaudio ſuſpenſus exclamat, *Domine bonum eſt nos hic eſſe.* O Sancte Petre, hoc ſolo tibi credis ſatisfactum? Num eius aliquid poſſides quod vides? Num facies tua vt ſol reſplendet? Num corpus tuum illa refulget claritate? Num intra te horum donorum aliquid recepiſti? Solummodo illa vides deforis in Chriſto, & ſi quid communicatur, Moyſi ac Eliæ conceditur, qui videntur cum illo in maieſtate, & de corporis Chriſti claritate tantam conceperunt lucem, vt cryſtallina ſpecula eſſe viderentur. Tuum vero corpus hic in terra eſt graue, ac oneroſum, nihil tibi plus conceditur, quam in aliis hanc contemplari pulchritudinem maieſtatis. Hic videbis qualis ſit illa gloria; *Si* in aliis illa intuita, ita placet, vt cor impleat, quid erit illum in ſe poſſidere, illa gaudere. Quam

illa

ista forēt mensa lautissima, opiparo apparatu instructissima, vt ex eo quod conuinas solummodo cerneres epulantes, ciborumque odorem percipieres ipse tu satiareris; nec quid vltra requireres? Quid illa operabitur in te gloria, quando eam possidebis, ac intra te concludes beatus, si eam tantummodo in aliis contemplatus, nihil vltra censes expetendum? Vtinam oculos ad illam erigeres celsitudinem! Ob illam tātas tibi Deus hic permittit tribulationes.

Quærit Rupertus, cur tantis Deus populum suum in Ægypto permiserit laboribus agitari: quid à Deo magis alienum? a *Conuertit cor eorum, vt odirent populum eius*: Nec hoc intelligendum *Positiuè*, sed *permissiuè*, sic vt omnes eos naso suspenderent. b *Ad amaritudinem ducebant vitam eorum operibus duris.* Quanto labore constitit laterculus ab Israelitis efformatus, & quidem à Pharaône male acceptus: illos enim dutiùs affligebat. Ne obstupescas, hoc ita Deus ordinauerat, tantùm vt crescerent; & radices emitterent, sicut palmites, in aqua, quos Hispani vocant, (a) Terra Ægypti fœcundissima est, vt inquit Aristoteles communiter enim duos, aliquoties tres, quinimò & quatuor profert fœtus. Meminit mulieris quæ quaterno fœtu filios enixa est viginti, qui penè omnes superuixerūt. Hac igitur de causa illos Deus in terra hac adeo fertili collocauit. At illi immoderatis affectibus terræ huic adhærebant. Illos in Ægypto aduenas statuit, vt se terræ promissionis itineri accingerent, illi verò cœpè, aliis & vilioribus cibis afficiebantur. Iam eis terræ promissionis exciderat memoria. Hinc Deus voluit, vt seruitute premerentur, quatenus eos desiderium accenderet, terræ promissionis, atque ad illam obtinendam continuò suspirarent. O quam graues calamitates, quàm intolerabilis seruitus Pharaônis! *Conuertit cor eorum, vt odirent populum eius.* In quem finem arbitraris ô Christiane, Deus te finit tribulationibus agitari, morbis lecto detineri, falsis testibus infamari, cæteris denique hoc in mundo laboribus concuti? Ne terræ huic nimio amore inhæreas, sed mentis oculos sursum erigas ad terram illam gloriæ promissionis. Eia igitur, charissime, oculos tuos aliquoties attolle, & illam meditare, mentem tuam sursum erige, & statum illum omnium bonorum aggregatione perfectissimum, quæ sint illa bona tam magnifica, perpetua, numquam peritura, contemplare.

Gloriam illam non contemplamur, nec ad summum illud attendimus bonum, quod in illa nobis proponitur obtinendum; quocirca parum nos mouemus, nos cordis modica instigat solicitudo. Circa hoc orationem habet D. Bernardus quâ conatur persuadere gloriæ Sanctorum considerationem. *Vulgo dicitur, quod non videt oculus, cor non dolet.* Negligentes sumus ac socordes, vt illum gloriam assequamur: *Quod enim oculus non videt, cor non dolet.* Eo quod mentis vestræ oculi gloriæ bonorumque cœlestium non cernūt præstantiā, ideircò tam estis desides, & eiusdem gloriæ non curiosi. Stupet D. Cypr. videre in nobis res tam sibi oppositas. Audio (inquit) te quotidie à Deo postulantem, hanc tibi faciat gratiam. *Adueniat regnū tuum.* Moram facere tibi videtur, vnde semper eandem repetis instanter orationem. Ex alio capite (inquit) aduerto, nihil esse quod minus expetas, quàm hinc demigrare, vt eo tendas; hic vestra sunt desideria, hic cogitationes, nec tibi possunt nuntia adferri tristiora, quàm si quis dixerit, morbum tuum inuoluere mortis periculum, dum lecto æger decumbis: ille tibi cor euellit, qui apud te de discessu animæ ex hoc mortali corpore facit mentionem: *Volumus præmiis cœlestibus honorari, ad quæ venimus inuiti. Quid ergo oramus, Adueniat regnum tuum, si captiuitas terrena delectat?* Porro modo mihi causa innotuit (respondes) quam eam esse iudico; quòd agas de illa gloria ac cœlesti regno, solum ore tenus, non corde, non animo appetis, nec vel mentem sursum erigis vt regni illius diuitias, excellentiam, gloriamque attenta consideratione mediteris. Eo quod mercatori vel leue tantummodo lucrum transpareat, quæ non laboriosa suscipit itinera, quas non facit expensas? miles autem ex victoriæ prædæque intuitu, quibus se vitæ suæ non segnis ac indefessus subiicit periculis? Proponitur agricolæ præsentis anni messis fœcunda, & quibus parcit laboribus, cum terræ asperitate colluctatus, quibus expensis, libera manu semen eiiciens, quod in suorum seruabat alimentum? quem tu non moueres lapidem, quam non fores diligens si regna hæc, hoc lucrum, illam victoriam maturè consideares? Concluditur auiario passerculus, cui de cibo & potu abundè prouidetur, vt nihil illi desit eorum quæ maximè concupisceret, eiusque sollicitam curam gerit Dominus suus: nihilominus dum arborum plantaria, viridesque syluas intuetur, aliosq; passeres quolibet per aëra volitātes, nec momento quidem temporis quiescit, sed continuò de vna ad aliam virgulam prosilieus, tentat

1. Cur filij Israel in Ægypto tot passi sunt tribulationes.

a *Psal. 104.25*

b *Exo. 1.14.*

(a) *Sarmiētos barbados. Vide ho. 17. §.4.n. 10. in print. Lib.7. hist.animal.c. 4.*

D. Bern. *Serm.5.de omnibus Sanctis.*

D. Cyp. *Li.de mortalit.*

Matt.6.10

D. Cyp.

num vnam valeat auteuellere aut diffringere, vt se cartere hoc liberet conclusum. Et tu o anima, quæ hac corporis tui custodia constringeris, millenis obruta defectibus, omnium indiga, ita viuis quieta, nec alas exeutis nec optas liberari? An non attendis æternas illas syluas, germinantes arbores, vbi liberrimi viuunt, gaudent, exultant, passerum illi greges beatorum, iam restituti. *In libertatem gloriæ filiorum Dei?* Et hoc non tantum dolemus in peccatoribus, qui terrena sapiunt, sed & in multis piis, qui bonis vitæ actiuæ studeut operibus, qui licet gnauiter Deo seruiant, vt hinc emigrent, non festinant: & hæc est ratio; quia ingi rerum cœlestium, illius regni, status diuini, & æterni, quo Deo vniti Sancti gaudent, meditatione non exercent animam. *Rom 8.21*

Hoc singulari cura notat Spiritus S. in historia Iacob, & monet D. Chrysost. vt nos quoque illud annotemus. *Neque enim absque causa S. Spiritus gratia scriptas nobis reliquit hasce historias.* In regione morabatur Mesopotamiæ matrimonio iunctus duabus illis sororibus Liæ & Racheli, aliisque secundariis vxoribus, ex omnibus susceperat liberos, excepta Rachele. His in regione illa contentus viuebat, nec de ea vel somniabat egredi: satis licet multis calamitatibus infestatus, & tædiosus, ob graues molestias, & summam ingratitudinem quibus eum Laban, filii eius, fratres, ac patrueles agitabant. Sibi gratulabatur, ex multis diuitiis, gregibus, armentis, filiis, famulis, ancillis quibus illi Deus in terra illa benedixerat liberalis. Ad finem dierum, speciali Dei fauore filium ex pulchra genuerat vxore Rachele nimirum Ioseph. Ihco, memorat Spiritus S. meditatur Iacob egressum de hoc exilio, flagransque mentem eius accendit desiderium natiuitatis solum repetendi, idque tanto ardore, vt nulla interposita mora conceptum voluerit iter atripere, proinde dixit socero suo. *Dimitte me vt reuertar in patriam, & ad terram meam.* Publicè notum est (inquit D. Greg.) quod binæ illæ mulieres Lia & Rachel significent vitam actiuam & contemplatiuam. Lia fœcunda erat, at lippis oculis deformis. Rachel sterilis, at oculis vt sydera nitentibus gratissima. Actiua vita fœtu gaudet & plurima prole, operibus pietatis, fertilis ieiunis, disciplinis, eleemosynis, hospitalium visitationibus &c. at illis contemplationis detinetur oculus obfuscatus. Vita contempla iua, lynceis speculatur luminibus, vsque ad cœlorum intima, diuinaque mysteria; His, vt Maria Magdalena quieta securaque sedet; Martha, interim pluribus rebus intenta perturbatur. Multus est numerus eorum qui vitam amplectuntur actiuam, viuunt gemina præclaritate, legis Diuinæ obseruatores, iustitiæ Zelosi, liberales eleemosynis; at vero hoc in Mesopotamiæ mundo segnes residen t, & ne quidem in votis habent, vt hinc egrediantur. Ille verò qui vitæ contemplatiuæ vestigia sectatur, & mentis oculos sursum ad æternas illas dirigit mansiones, actibus contemplationis distentus hums Rachelis pulcherrimæ filiis, quo tempore illos in lucem producit licebit aduertere, quod cogitent, expetant, anhelent vt hinc quantocyus discedant, ad terram nostram, & patriæ solum desideratissimum.

Gen. 30. 25. L. 6. mor. c. 28 & Hom. 14. in Ezech.

Ex eorum sunt illi numero, ait D. Augustin. de quibus Apostolus: *Diligunt aduentum eius* adeoque in illis æstuat hoc desiderium, vt patientiæ actibus indigeant, quatenus in hac vita maneant incolæ ac peregrini. Hæc iustorum est patientia, de qua D. Paul: *Per patientiam expectamus, & iterum: Dominus dirigat corda & corpora nostra, in charitate Dei & patientia Christi.* Det nobis patientiam, qua longanimes exspectemus id quod ita anheli desideramus, nempe Christi frui præsentia. Sanctorum lætari consortio, feruens desiderium. *Desiderium habens dissolui & esse cum Christo.* Vt autem quis detineatur, ne eo tendat, quo illum trahit æstuans desiderium, multa opus est patientia, quali Iacob indigebat, ad diem anhelans nuptialem cum sibi charissima Rachele: *Hoc ardebat desiderio ille* (teste D. Aug.) *qui dicebat: sitiuit anima mea ad Deum viuum, quando veniam & apparebo ante faciem Dei mei. Dicendo enim quando veniam moras se perpeti molestè ferebat, quia etiam quod tempore acceleratur, desiderio tardum videtur.* 1. Tim. 6. 8. Ro. 8. 25. 2. Th. 3. 5. Phil. 3. 1. D Aug. Epist. 80. ad Isich. Tom 2.

Humana quondam desp ciens Dauid contemplationi status illius glorioli totus incumbit, in admirationem extaticam rapitur, tanto plenus gaudio interiori, vt ore eius verba hæc ebullirent. *Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum!* Si perfidus ille vates Balaam tabernacula, populique Dei mansiones in deserto conspicatus, quasi nihil esset, quo magis posset recreari lætus exclamarit: *Quàm pulchra tabernacula tua Iacob, & tentoria tua Israel.* Si regina Austri *Videns domum quam ædificauerat Salomon, & cibos mensæ eius, & habitacula seruorum & ordines ministrantiũ vestesq; eorum & pincernas &c. non habuerit vltra spiritum, dixeritq; ad Regẽ Verus est sermo, quem audiui in terra mea &c. Beati viri tui, & beati serui tui, qui stant coram te semper* Ps. 83. 2. Num. cap. 24. 5. 3 Reg. 10. 5.

te semper. Quid erit videre Dei tabernacula, Dei cernere palatia, locum gloriæ ac æternæ maiestatis intueri, locum illum, de quo propheta Euangelicus. *Ibi solummodo magnificus est Dominus noster.* Hæ et Dauid obstupefactus nec cui illud comparet, inueniens, solo modo isto agendi contentus, & absorptus exclamat: *Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum.* Tabernacula tua, virtutis tuæ, maiestatis, gloriæ Dominii ac celsitudinis? *Concupiscit & deficit anima mea in atria Domini:* ac pia quadam æmulatione congruentius multo quam ipsa regina Saba: *Beati, inquit, qui habitant in domo tua Domine, in sæcula sæculorum laudabunt te.* Huius serui, Dei desiderio languebant, animis deficiebant, & perpetuis syncopticis suspiriis emoriebantur, multo fortius quam olim Amnon formæ elegantia ac desiderio sororis Thamar tabescebat, quem cum Ionadab rogaret: *Quare sic attenuaris macie, fili regis per singulos dies?* Respondit: *Thamar sororem fratris mei Absalon amo.*

Has suspirans voces sponsa emittebat, *Fulcite me floribus, stipate me malis: quia amore langueo.* Ita refert D. Antoninus Archiepiscopus Florentinus de S. Patriarcha nostro Dominico, quod perpetuo suspiraret, ac tanto quibusdam motibus affectu sursum ageretur, vt sibi animam corpore euelli arbitraretur. Idem humillimo D. Francisco contingebat. Dilectissimæ Dei sponsæ D. Theresiæ, hoc quod ipsa narrat, eueniebat. Dum fundationi monasterii Salamanticensis insisteret, alius ipsa præsente die solemni Paschatis hos versus Hispanicos concinebat.

Vean te mis ojos.
Dulce Iesu bueno,
Vean te mis ojos.
Muerame ijo luego.

Videant te oculi mei, mi dulcis & bone Iesu, videant te oculi mei, & moriar ilico: quo tantum in anima eius excitabatur desiderium videndi Deum, vt omnis sensus expers conciderit ac eam sublatam quasi mortuam ad cubiculum detulerint, quinimo ipso sequenti die quasi extra se rapta videbatur; quo æstuans desiderio in maximos erumpebat clamores a quibus sibi temperare minime poterat, affectuque intensissimo, quo corpus ita viribus elanguebat, vt vix pedibus semianimis subsisteret, omnia eius vota, desideria, affectus in cælum tendebant. Prodigiosi illius sancti Ægidii S. Franciscj comitis meminit historia, quod peractis multis annorum curriculis in summa vitæ austeritate, ieiuniis, carnis mortificatione, Christus illi apparuit, & mentis eius oculos illustrauit, vt vel imaginem quandam cœlestis gloriæ contemplaretur. Quo spectaculo ita supra se rapiebatur, tanto omnium, quæ mundus colit, contemptu, vt nihil horum videre posset, nisi summa cum nausea tædiosus, nec quemquam videre, nec cuiquam volebat colloqui, & audito minimo verbo de cœlesti regno, supra humanum sensum rapiebatur extaticus, ita vt pueruli ut eum viderent sensibus destitutum, præeuntes clamarent. *Frater Ægidi: paradisus:* quo audito ilico raptus corruebat. At multo eminentiori modo hæc D. Paulo contingebant, tantoque maiori ratione, quia viderat & audierat raptus in tertium cœlum arcana verba, quæ non licet homini loqui, quæ semper arcana mente reuoluebat, vnde veridicus aiebat: *Nostra conuersatio in cœlis est* & iterum *Nos reuelata facie gloriam Domini speculantes.* Dicito mihi, amabo, Sancte Apostole, quem hæc in anima tua effectum est operata consideratio? Æstuans hinc emigrandi desiderium, & æterna perfruendi cum Christo gloria: *Cupio dissolui, & esse cum Christo.* Hanc nobis quoque proximinculcat; *Non contemplantibus nobis quæ videntur sed quæ non videntur.* Illuc oculos dirigite, illam perpendite gloriam, quæ sit hæc promissionis terra, quale regnum, illud vobis paratum ab origine mundi: quis ille locus, vbi vestros labores Deus præmiabit, vestra glorificabit merita, finem pœnis imponet, absterget lachrimas, ac in vobis gratiæ vitam, æterna illa gloriæ dote consummabit. Amen.

Isa.c.33. 21.
Ps.83.1.
2.Re.13.4
Cant.2.5.
Phil.3.20 2.Cor.3.
Phil.1.23
2.Co.4.3


FINIS TOMI PRIMI.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



ANTVERPIÆ.
Apud GVILIELMVM LESTEENIVM.
M. DC. XLIX.


UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


Th
3150



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN